

(Coll. Granat. Soc. the - Bg. 6183)

(4)

COMMENTARIA  
**IN PSALMOS**  
DAVIDICOS, PRISCI  
CVIVSDAM AVCTORIS  
INCOGNITI,  
IN DVOS DIVISA TOMOS.

Hic prior expositionem à primo Psalmo vsque ad LXXXVIIII.  
Posterior reliquorum complectitur.

Post COMPLUTENSEM editionem recognita, & plurimis  
in locis sua integritati restituta.


Additi sunt duo INDICES, vnus sententiarum quæ toto opere habentur,  
alter omnium versiculorum, in quos singuli  
Psalmi diuiduntur.



*de L. J. Vaguer*

L V G D V N I  
EXPENSIS PETRI LANDRY.

CIO. 13. LXXXI.



*S. a. J.*

*2. 1. 1. 1.*



2 400 40  
MADE IN GERMANY

*Coll. Gramat. Soc. Ita - Bg. 12-6183*

(4)

COMMENTARIA  
**IN PSALMOS**  
DAVIDICOS, PRISCI  
CVIVSDAM AVCTORIS

INCOGNITI,  
IN DVOS DIVISA TOMOS.

Hic prior expositionem à primo Psalmo vsque ad LXXXVIII.  
Posterior reliquorum complectitur.

*Post COMPLVTENSEM editionem recognita, & plurimis  
in locis sua integritati restituta.*

Additi sunt duo INDICES, vnus sententiarum quæ toto opere habentur,  
alter omnium versiculorum, in quos singuli  
Psalmi diuiduntur.



*de L. J. Vaguer*

L V G D V N I  
EXPENSIS PETRI LANDRY.

CIO. 13. LXXXI.







Francisci Vergaræ Græcarum literarum professoris Complutensis de  
Dauidici Psalterij, argumento. Carmen.

DVL CIA Iesus versans Psalteria vates  
Quum caneret pugnas, partosq; ex hoste triumphos,  
Cælestesq; Deo laudes dictaret ab alto  
Spiritus, humanam feriens qui numine mentem,  
Ad plectrum digitos, ad cantus ora monebat.  
Hinc ubi diuinus concepit pectore flatus  
Regia progenies, inuoluens facta futuris,  
Nunciat arcanum ventura in secula fatum.  
Scilicet ut pater omnipotens miseratus iniquam  
Sortem hominum: foret extremum missurus in auum  
Stellato è solo natum, qui crimina mundi  
Tolleret, humanam cælo delapsus in aluum.  
Ptq; futura caro patris sapientia verbum  
Cælorum terræq; potens, in paupere tecto,  
Atque inopi cultu, tenuiq; è virgine matre  
Nasci optet: patrias leges mox vulget in orbem  
Factus homo: quo sint homines auctore docendi  
Diuinam spirare fidem, quo Delphica laurus,  
Quo tripodas cessent, qui sancta oracula vatum  
Impleat, & rupto natura fœdere verset  
Commutetq; vices magna in miracula rerum.  
Hinc canit, ut mitis plebi nulliq; negatus  
Quem penes arbitrium vite est: post verbera mille,

Dum paret eternam populis proferre salutem,  
Se dedat immerita multandum morte priorum  
Ob delicta patrum, gentisq; ob dumna futura.  
Conditus ut tumulo Stygii hinc descēdat in orcum:  
Quo cælo dignas animas è carcere tetro  
Proferat, ethereas secum ducturus in arces:  
Mox trina exurgat rediuiuus luce sepulchro.  
Quem tandem sacrarum maiestate decorum  
Venturum exitio iniustus, rectisq; saluti,  
Omne auum videat post vltima secula mundi.  
Entheus arcanis hæc quondam obducta figuris  
Præcinit vates, è gestis omne futurum  
Expromens. Tantum latuit sub pectore numen,  
Quo afflâte ignotum nihil est: quòque auspice demum  
Hic opus est nobis, sancta ut mysteria musæ  
Concentumq; pium mens hauriat. Ergo age vatum  
Si Deus inspirat mentes, si spiritus ipse est,  
Hoc quoque si gaudet, sit nobis spiritus ardens,  
Atque animus cæli spirans: quo cuncta docente,  
Noctes atque dies meditati dogmata legis,  
Discamus parere Deo, quem tramite recto  
E' fece hac superam cæli sectemur ad aulam.



REVERENDISSIMO  
ATQVE AMPLISSIMO DOMINO,  
DOMINO GEORGIO DRASCOVITIO,  
Colocensis & Baciensis Ecclesiarum canonicè vnitarum  
Archiepiscopo, Episcopo Iauriensi, Sac. Cæs. Regiæque  
Maieft. Consiliario, ac supremo per Hungariam Cancellario: Domino suo colendissimo.



VVM animo mecum perspicerem, Reuerendissime atque amplissime Archipræsul, plerosque magno studio in eam rem incumbere, ut huius ætatis Theologorum scriptiones turmatim in lucem proferant, ac in vulgus diffundant: Ego contra omnem meam operam eò contuli, ut veterum authorum libros è blatis & tineis, quibus passim opprimebantur, eruerem, suæq; integritati & candori restituerem, ac quàm emendatissimè in lucem proferrem: neque id temerario, ut arbitror, consilio. Si enim in antiquis est sapientia, ut Salomon ait, certè in antiquis, qui à nostris maioribus promanant, monumentis haud parua recondita erit sapientia. Ubi occurrit mihi Alphonsi Regis dictum, quod in occupatione Regni Neapolitani proferebat, reliqua omnia esse meras nugas, præter sicca ligna ad comburendum, annosos equos ad equitandum, vetus vinum ad bibendum, amicos veteres ad conuersandum, & libros antiquos ad legendum. Et certè pluribus præ eminentijs ac prærogatiuis libri veteres antecellunt novos, nimirum, quia loquuntur veritatem, tenent gravitatem, ostendunt autoritatē. Unde accidit, ut eos sine scrupulo legere, & sine verecundia citare possimus. Inter alios mihi commendatissimos libros antiquos hunc præsentem etiam, non sine maximis expensis & labore immenso in theatrum ac conspectum & sumq; totius Christiani orbis quasi ex tenebris & latebris produco. Qui quidem, ut non obscure apparet, res diuinas atque abstrusissimas graui quodam stylo pertractat diligentissimè & copiosissimè, ut dignus sit qui doctorum & piorum virorum manibus & animis versetur. Eum autem tibi, Reuerendissime Archipræsul, præcipuè dicare volui, quoniam ex præclara de prædicatione Reuerendi Domini Georgij VVyrffelij, Sacræ Theologiæ Doctores, ac Canonici Monacensis, (decennalis olim secretarij tui, & ad tuam promotionē Canonici Zagrabienſis Ecclesiæ, & Archidiaconi Dubicensis) qui in hoc opere non nihil suam operam nobis contulit, plures excellentissimas virtutes tuas cognoui, quæ videbantur dignæ hoc præſenti opere & dono. Nam & nobilibus parentibus, & strenua gente (roata natus es, & de Ecclesia Catholica & bonis literis optimè meritus, vita præterea integerrima. Unde meritò augustissimi Imperatores, Ferdinandus & Maximilianus, te pluribus summis & honoribus & dignitatibus extulerunt, ac grauiſſimis officijs præfecerunt. Horum enim Imperatorum iussu multis annis præposituram Posoniensem & Iazoniensem, simul etiā Episcopatū Quinqueecclesiensem, laudabiliter tenuisti. Miſſus ad Concilium Tridentinum pro Regno Hungariæ Orator & sapientiam & elo-


quentiam tuam omnibus Patribus ac moderno potissimum Romano nostro Potifici Gregorio XIII. quo familiariter eorum usus es, & toti denique orbi conspicuam & gratam reddidisti. Inde ad Episcopatum Zagrabensem promotus, spontanea Ferdinandi Imperatoris voluntate, multis annis eam Ecclesiam feliciter rexisti, simul etiam Banatus, hoc est Vicerégii, in tribus Regnis, Sclauonia, Croatia & Dalmatia, officium tanta sapientia, tamque felicibus auspicijs, plurimis etiam præclaris trophæis positis, administraſti, ut plurimòs ex ijs confinjs ob vitæ rerumq; periculum fugientes reduces, saltem nominis & fortunatæ tuæ gubernationis fama. Discedes magnum tui apud illas gentes desiderium reliquisti, & memoriã non intermorituram. Tandem ad Archiepiscopatum Colocensem promotus, mox etiam Iauriensem Ecclesiam accepisti, ac officium Cancellariatus. Eo, quemadmodum satis apparet, consilio, ut Imperatori esses coniunctior, & ut ex aula Imperatoris tanquam ex altissima specula, tuæ prudentiæ manus in omnes nationes promanaret incrementum. Licet verò hæ tuæ virtutes omnes me plurimum excitarint, ut tibi hoc opus dicarem, tamen unum adhuc restat, quod me non solum excitauit, sed prorsus persuasit. Nimirum quia non tædet te tuo ore suavissimo ac eloquentissimo prædicationem verbi diuini subire. Nec cessas sermone & Latino & Italico & Croatico & Hungarico varijs in locis, ubi opportunitas datur, Catholicam docere & illustrare fidem. Unde certò mihi persuadeo, te lectiõne optimorum authorum apprime gaudere, plurimumq; affici. Accipies ergo hunc quoque, quem tibi mitto librum hilari vultu, cumq; per otium leges, & animum nostrum boni consules. Vale, & viue felicissimè, optimorum Præsulum exquisitissimum exemplar. Lugduni, Kalendis Nouembr. 1580.

Reuerendissima T. Amplitudinis

obsequentissimus seruator,

CAROLVS PESNOT,  
Bibliopola Lugdunensis.

Bibliopola ad pium Lectorem.



QVANDO VIDEAMUS alicuius scripturæ enarratio, quæ ab Apostolo prophetia appellatur, tota mystica & spiritualis est: ad litæris syncrè perfectumq; sensum eruendum, opus fuerit nõ vclitæ tantum seruiant, quæ mortua est, sed spiritum ubique sectemur, & nullo non loco prophetiam agnoscamus, nec corticem modò insistant, amaro plerumque ac pestilenti: sed multa ruminatiõne ad intumam medullam penetremus, ubi spiritualis laetæ cibus, quo animus affatim pascitur, non mirum in Christum transformandus. Verum ante omnia alia diuina volumina prophetici libri fecundioribus scatet mysterijs, ut qui præsentior quòdam numine ac veluti efficaciori afflatu editi videntur. Inter quos Psalmi Dauidici plurimum habent spiritus, nec pietatis minus. Nihil in illis non arcuatum, nihil non sanctum, nihil denique habent non propheticum. Quippe qui breui periodo totam humanæ reparatiõnis summam ac legis obseruationem mystico verbu complectantur. Quæ ratione magno merito ecclesiæ statuto decretum est, ut in omnibus diuinis laudibus ac precatiõibus, quæ quotidiè singulis ferme horis ad Deum maximum mittuntur, prophetici Psalmi potiorem partem deciperent. Nempe ut hoc veteris ac noui instrumenti monstrato thesauro, diuitias nostras nullo nõ die agnoscentes, in Dei laudibus quotidie versetur: & in eius lege diè ac nocte meditetur. Quam ergò in eolibro totius diuina legis & humanæ salutis pars bona abditissimis mysterijs inclusa sit: ut eius spiritus (quæ fieri possit) in nobis elucescat, excolendus primùm animus est pietate, & incorruptis moribus formandus. Deinde frequentibus vigilijs & literarijs meditationibus euoluendum vetus ac nouum instrumentum, consulendi probari vtriusque interpretes: quorum non pauca sunt in hoc ipsum Psalterium non inutiles enarratiõnes veteribus inscriptæ; Hieronymo scilicet, Augustino, Chrysostomo, Hilario, atque alijs compluribus. Tametii non omnes illi in omnes Psalmos commentaria ediderunt. Sunt & nonnullæ recentiorum scriptorum in eosdem Psalmos editæ non aspernandæ expositiõnes: quorum industria plurimum ocio nostro consulant. Inter quas non postremo loco habenda est hæc quam ad manum habes, studiose lector, nunc secundo formis excusa, digna prorsus quæ à quouis Christiano perlegatur. Authoris nomen ne requirere. Noluit vir terrenæ ambitionis negligens, & cœlestis potius quàm humanæ gloriæ auidus, nomen suum, aliõui non indignum, quod in hominum cœtu celebraretur, in vulgus dare. Quisquis is fuerit, ut de eius genere ac nomine nihil certi in præsentiarum dicere habemus, ita ex ipsius monumentis illud pronuciare possumus, eum fuisse ingentis spiritus virum, qui assidua iugique euoluntione legem domini scrutatus, fructum suum dedit in tempore suo. Scripsit enim in nouum & vetus instrumentum non pauca. Item Sermoni, Dictionarium, & in quatuor libros Magistri sententiarum scripta quædam, atque alia quorum ipse mentionem in hoc opere facit. Qualia illa fuerint, ex his in Psalterium commentarijs conicere licet. In quibus iuxta quadruplicem sacrorum voluminum sensum diuini yatis secunda mysteria intus, & in cute diligenter exequuntur. Apparet autem ex stylo Parisiensi eum profecisse. Quod ipse quoque, in huius enarratiõnis loco quòpiam innuere videtur. Denique optandum Theologis est, ut reliqua eius opera in magnum ipsorum commodum aliquando in lucem prodeant. Hunc authorem in tenebris delitescentem, primus Ioannes Fossecæ episcopus Burgenſis, in lucem curauit edendam, quia eum scilicet doctissimus ille vir dignum existimauerat, qui in hominum manus perueniret. Eundem nos iam ferè, propter exemplarium paucitatem, ex hominum memoria abolitum, præcipuorum hominum rogatu nostris typis ad lumen reuocamus. Reliquum est ut qui verè Christi cultor es (cuius profectui, magnis & authoris, & typographorum laboribus hæc commentaria edita sunt) iis atque alijs probatis enarratoribus frequenter euolutis, inde mysticos psalmographi (immo diuini potius spiritus) sensus eruere coneris: non contentus Psalmos aliquot nequaquam intellectos singulis diebus ore tenus absque ylo pio in Deum affectu remurmurare, aut in templis cantratos auribus tantum mente penitus spirituali fructu vacua, percipere. Nam id non satis est veræ pietatis candidato, nisi & clamorem illum cœlestem intelligas, & ita intelligas, ut inflammeris, rapiaris, & in dominum, cuiusque legem transformeris. Ita demum eum virum præstabis, nempe beatum: qui in ipso Psalmorum exordio describitur. Vale.

## Prologus.



**Q**UONIAM, vt ait Magister in principio glossæ epistolæ Pauli ad Roman. Principia omnium rerum requirenda sunt prius, vt earum notitia plenior possit haberi. Idcirco antequam ad expositionem libri Psalmodum procedamus, ipsius libri causas & principia prius declarare oportet. Vt autem ait Philosophus. 2. Physicorū, Principia rerum & causæ sunt quatuor, scilicet, Causa efficiens & productiua, Causa materialis & subiectiua, Causa formalis & distinctiua, Causa finalis & completiua: & sic conformiter istius libri Psalmodum quatuor sunt causæ. Prima est causa efficiens & productiua, & ista est duplex, scilicet causa principalis & causa instrumentalis. Causa principalis est ipse Deus, per quem omnia facta sunt, & sine quo nihil fieri potest. Ioan. 1. & 17. cap. Causa autem efficiens & instrumentalis, secundum beatum Augustinum, & Magistrum sententiarū in glo. fuit ipse Dauid, qui omnes Psalmos composuit. Sed secundum Hieronymum fuit ipse Dauid non solus, sed & multi alij qui Psalmos composuerunt, vt in titulis Psalmodum profectuendo apparebit. Nam, vt dicit Hieronymus in prologo huius libri, decem fuerunt auctores Psalmodum, scilicet Dauid, Moyses, Salomon, tres filij Chore, Asaph, Etham, & Eman, & Idithum. Et etiam post istos alij fecerunt aliquos Psalmos, qui non nominantur. Et ideo aliqui Psalmi sine titulo ponuntur: quia ipsorum auctores ignorantur. Iste tamen totus liber attribuitur ipsi Dauid, quia licet non omnes Psalmos, tamen maiorem partem ipse fecit. & consuetudo est à principali parte totum denominare. Et hoc satis videtur innuere titulus, qui toti libro præmittitur: quæ talis est, Incipit liber hymnorum vel soliloquiorum prophetæ de Christo, qui principaliter istum librum ipsi Dauid attribuit, qui singulari nomine propheta inter ceteros nominatur. Propter quod dicit Magister in glo. prædicta: Cum enim in scriptura dicitur propheta sine additione proprii nominis, intelligitur Dauid: vt cum dicitur Apostolus, intelligitur Paulus, & cum dicitur Vrbs, intelligitur Roma. Quare autem Dauid in comparatione ad alios prophetas per excellentiam dicitur propheta: est quia excellentiori modo aliis suam prophetiam habuit à Deo sibi reuelatam. Vbi notandum quod, vt ait Magister in prologo huius libri, prophetia alicui reuelatur quinque modis. scilicet per facta, per dicta, per visiones, per somnia, & sola inspiratione Spiritus sancti, remoto omni exteriori adminiculo, facti, dicti, visionis, vel somnij: quod ostendo. Primo igitur quandoque alicui reuelatur prophetia per facta: quando scilicet per vnum factum alicui aliquid aliud reuelatur, sicut per arcam quam Noë fecit, in qua solum existentes sunt saluati, & ceteri à diluuiio submersi: eidem fuit reuelata fides catholica, extra quam nullus potest saluari. 2. quæst. 1. quia sola. & c. quoniam verus oriens. Et istum modum reuelationis prophetiæ in multis ostendit Gregor. super Ezech. parte prima, homilia 6. dicens, Quid est, quod Adam dormiente Eua producitur: nisi quod moriente Christo formatur Ecclesia? Quid est quod Isaac ad immolandum ducitur, ligna portat, aræ superponitur, & vixit: nisi quod redemptor noster ad passionem ductus lignum crucis ipse portauit: & sic in sacrificio pro nobis ex humanitate est mortuus: vt tamen immortalis maneret ex diuinitate. Quid est quod homicida post mortem pontificis absolutus, ad propriam terram redit: nisi quod humanum genus quod peccando sibi mortem intulerat, post mortem veri sacerdotis, scilicet redemptoris nostri Christi, peccatorum suorum vinculis soluitur, & in paradisi possessionem reparatur? Et isto modo reuelatum fuit ipsi Ionæ per factum hederæ, quæ sub vna nocte nata est, & vna nocte perijt, qualiter Deus iustè poenitenti ciuitati Niniuæ pepercit. Ionæ 4. Secundo modo reuelatur prophetia per verba vel dicta, sicut per verba, quæ dixerunt angeli Gen. 12. vt in femine tuo benedicentur omnes gentes, sibi fuit reuelata Christi incarnatio. Sic & gloriosæ Virginis per verba angeli dicit, Spiritus sanctus superueniet in te & c. Et isto modo fuit reuelata prophetia sua Osæ & multis aliis, qui suas prophetias per aliquod verbum sibi reuelatas ostendunt dicentes, Verbum Domini ad eos fuisse factum. Tertio modo reuelatur per visiones. Et isto modo fuit reuelatum Hieremiæ, malos per aquilonem, à quo omne malum panditur, figuratos, poena ignis in inferno cruciandos: dum vidit ollam succensam à facie aquilonis. Hier. 1. Et Moyfi partus virginis sine corruptione: dum vidit rubum ardentem sine cōsumptione, Exo. 3. Propter quod canit ecclesia, Rubum quem viderat Moyses & c. Et isto modo prophetauit Esaias, qui prophetiā suam à visione incipit dicens, Visio Esaiæ. Quarto modo fit reuelatio per somnia. Isto modo fuit reuelatum sponso virginis Mariæ, Ioseph, quod ipsa de Spiritu sancto conceperat. Matth. 1. & quod Herodes puerum Iesum persecuturus erat. Matth. 2. quia angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens, Surge & accipe puerum & c. Futurum est enim vt Herodes

*Autores psalterij.*

*Titulus eius.*

*Prophetia & reuelatio.*

quærat & c. Et isto modo Daniel prophetizauit regi Nabuchodonosor somnium & interpretationem eius, quod nocte in somnio per reuelationem acceperat. Dan. 2. Quinto vero modo fit reuelatio ex sola inspiratione Spiritus sancti, qui per seipsum cor illuminat & reuelat obscura. Et isto modo reuelata fuit prophetia istius libri ipsi Dauid, scilicet solo instinctu Spiritus sancti, remoto omni exteriori adminiculo: propter quod ipse de seipso dicit, psal. 84. Audiam quid loquatur in me dominus Deus meus & c. Modo ad propositum, quia vltimus modus reuelationis excellentior est ceteris: & ab excellentiori fit denominatio. ideo quia ipse Dauid prophetiam isto modo excellentiori habuit: ideo ipse inter ceteros per excellentiam dicitur propheta. Ex quibus omnibus apparet huius libri prima causa, scilicet efficiens tam principalis quam secundaria & instrumentalis. Secunda est causa materialis & subiectiua: & hæc causa istius libri est ipse Christus. Vbi notandum quod iste liber se generaliter extendit ad omnia, quæ in scriptura sacra continentur singulariter. quoniam, vt ait Cassiodorus super librum istum, totus Christus quantum ad caput & membra, est subiectum & materia totius sacre scripture, & similiter secundum eum totus Christus est materia huius libri. Et hoc est, quod doctores dicunt, scilicet quod iste liber continet totam sacram scripturam: quia scilicet principalis agit de Christo & eius membris: circa quæ tota scriptura versatur: quod patet si consideres, quod in isto libro agitur de Christi æterna generatione, psal. 2. Dominus dixit ad me filius meus es tu & c. De Christi cum patre æqualitate, psal. 108. Dixit dominus domino meo & c. De Christi incarnatione, psal. 71. Descendit sicut pluuia in vellus & c. De Christi natiuitate, psal. 84. Veritas de terra orta est. De Christi apparitione, psal. 81. Reges Tharsis & insulæ & c. De Christi victoria in tentatione, psal. 90. Super aspidem & basiliscum ambulabis & c. De Christi à Iuda prodicione, psal. 40. Homo pacis meæ in quo sperabam, ampliavit super me supplantationem. De Christi passione per totum psal. 21. Foderunt manus meas & pedes meos & c. De Christi morte & expiratione, psal. 87. Factus sum sicut homo inter mortuos liber. De Christi resurrectione, psal. 3. Ego dormiui & resurrexi & c. De Christi gloriosa ascensione, psal. 86. Ascendit Deus in iubilatione, & dominus in voce tubæ. De Christi ad iudicium apparitione, psal. 49. Dominus noster manifestè veniet, ignis in conspectu eius & c. Et sic totius huius libri materia dicitur Christus. Tertia verò causa huius libri est formalis: & hæc est duplex, scilicet forma tractatus, & forma tractandi. Forma tractatus est forma ipsius libri, id est psalmodum ordinatio. Vbi notandum quod non eodem ordine quo psalmi facti sunt, sunt in isto libro ordinati, quod patet. Nam inter psalmos Dauid, primus est psal. 142. scilicet, Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & c. Hunc enim fecit in principio sue iuuentutis: quando scilicet miraculosè de gigante Golia gloriosus habuit victoriam, & tamen ponitur quasi in fine libri. Similiter inter omnes psalmos generaliter primus fuisse videtur psal. 45. Deus noster refugium, quem fecerunt tres filij Chore in deserto: quando ipsorum pater cum suis complicitibus à terra fuit miraculosè absorptus, & tamen multi alij psalmi ante ipsum situantur. Huius autem ratio est, quia postquam Biblia Hebræorum per Babylonis regem fuerat combusta, nutu diuino surrexit Esdras propheta, qui quæsiuit psalmos ad versus factos, quos reperire potuit, & ipsos in vnum librum cōpilauit, scilicet ordine quo ipsos reperit. Non tamè ex hoc dicitur auctor libri, sed magis compilator, vel etiam ordinator psalmodum. Forma verò tractandi est modus, quem tenet iste liber, qui secundum Magistrum in glossa talis est. Quoniam quandoque agit de Christo secundum caput, aliquando secundum corpus, scilicet quod est ecclesia, aliquando secundum vtrumque. Agit autem de Christo secundum caput tribus modis. Aliquando secundum diuinitatem: vt ibi. Tecum principium in die virtutis tuæ & c. Aliquando secundum humanitatem: vt ibi. Ego dormiui & soporatus sum. Aliquando per transactionem, vt quando caput vtitur voce membrorum: vt ibi. Longe à salute mea verba delictorum meorum & c. & ibi. Deus tu scis insipientiam meam. Item de corpore, id est, de ecclesia agit tribus modis, scilicet aliquando secundum perfectos: vt ibi. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij & c. Aliquando secundum imperfectos: vt ibi. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Aliquando secundum illos, qui sunt in ecclesia solo nomine, non re, numero, non merito, vt in psal. 107. Deus laudem meam ne tacueris & c. Ex quibus apparet huius libri causa formalis. Quarta est causa finalis, & hæc est vt Deus à nobis laudetur: vt per Dei laudem præmium gloriæ mereamur æternæ. Nam iste liber totam sacram scripturam continet per modum laudis diuinæ: vt dicunt doctores. Et hoc satis declarat huius libri titulus: quia dicitur liber hymnorum vel soliloquiorum. Vt autem ait Augustinus in glo. Hymnus est laus Dei cum cantico. Canticum autem est exultatio mentis habita de æternis in vocem prorumpens. Bene ergo dicitur liber hymnorum: quia docet nos laudare Deum cum exultatione habita de æternis: & hoc non solum corde, verum etiam & voce. Ex hoc apparet solutio cuiusdam quæstionis, quæ solet fieri, scilicet quare liber Psalterij plus in ecclesiasticis legitur officiis, præ omnibus aliis sacre scripture libris. Et hanc quæstionem Magister mouet in glo. & ipsam soluit dicens. Notandum autem hanc scripturam

*Causam materiale Christi.*

*Causa formalis. Forma tractatus.*

*Forma tractandi.*



*Causa finalis.*

ram, scilicet Psalterij, plus cæteris scripturis in ecclesiasticis officiis frequentari: quod ideo fit, quia in hoc libro consummatio est totius theologicæ paginæ. Hic enim distribuuntur præmia bonorum, supplicia malorum, rudiméta incipientium, progressus proficientium, perfectio peruenientium, vita actiuorum, speculatio contemplatiuorum. Hic enim docetur quid peccatum auferat, quid pœnitentia restituat, quid pœnitens peccati conscius dicat &c. Quibus omnibus consideratis ad studium huius libri præ aliis omnes hortatur beatus Hieronymus, cuiuslibet nostrum dicens, Nunquam de manibus aut oculis tuis liber Psalterij discedat. Dicatur ad verbum oratio sine intermissione, vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus pariterq; animus tendatur ad dominum. Iram vince patientia, ama scientiam scripturarum, & carnis vicia non amabis &c. Ex quibus omnibus patet huius libri causa finalis. Quibus præmissis descendendo ad huius libri diuisionem: qui secundum Magistrum in glo. prima sui diuisione in tres partes diuiditur, scilicet in tres quinquagenas, quibus tres status Christianæ religionis significantur. Primus est status pœnitentiæ. Secundus est status iustitiæ. Tertius est status laudis æternæ vitæ. In prima quinquagena agitur de statu pœnitentium: ideo illa terminatur in pœnitentia, scilicet in Psalmo pœnitentia, qui est, Misere mei Deus &c. Secundum terminatur in iustitia: ideo terminatur in Psalmo iustitiæ, scilicet 100. qui est, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tertium terminatur in laude æternæ vitæ in fine, ibi, Omnis spiritus laudet dominum. Vel aliter secundum alios doctores iste liber diuiditur in tres partes: quia primo ponitur proœmium siue præfatio in primo Psalmo: secundo ponitur executio in secundo Psalmo: tertio ponitur principaliter intenta conclusio ibi, Psal. 145. Lauda anima mea dominum. Pars ergo proœmialis est iste primus Psalmus. Vel secundum alios doctores diuiditur in tres partes: quia ponitur præfatio in principio: secundo executio in principio secundi Psalmi: tertio principalis conclusio, Psalmo 145. Lauda anima mea dominum. Prima ergo pars proœmialis est iste primus Psalmus, ad cuius diuisionem accedo.

Hieronymus.

Diuisio Psalterij.

PSAL.



PSALM. I.

**B**EATVS vir qui non abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentie non sedit.

¶ Iste primus psalmus à doctoribus dupliciter exponitur, scilicet literaliter & allegoricè de Christo. Primo ergo procedam secundum primum. Secundo secundum secundum. Quantum ad primum sensum, primo sciendum, qd istum psalmum nō fecit Dauid, sed Eltras: qui psalmos in vnum volumen copulauit. Cui copulationi præmisit istum psalmū per modum prologi, inducere volens fideles ad studium sacre scripturæ in isto libro contentæ. Et ideo in isto psal. duo facit: quia primo excludit à fidelibus doctrinam peruersam & hereticam. Secundo suadet doctrinam istam fidelem & catholicam: ibi, *Sed in lege.* Circa primum notandum qd in doctrina hereticorū talis est processus, quia primo ad ipsam audiendam fidelibus ab hereticis consulitur. secundo in ipsa per frequentem auditum quis habituatur. tertio quis in ipsa habituatus, aliorum peruersus doctor efficitur. Et secundum hoc tria facit, quia primo dissuadet primum in principio. secundo secundum: ibi: *Et in via peccatorum non stetit.* tertio tertium: ibi, *Et in cathedra pestilentie.* Dic vt. N. Sequitur secundum. scilicet vbi catholicam doctrinam suadet, &c. vt Nicolans de Lyra. ¶ Aliter iste psal. de Christo exponitur capite totius ecclesie: in quo istam conclusionē intendit principaliter, scilicet quod Christus est vere beatus. Et diuiditur in duas partes: qd primo agit de Christi beatitudine: per illam nos alliciens. secundo de malorū vltione, per illam nos terrens: ibi, *Non sit impij.* Ad euidentiā primi sciendum, quod ad veram beatitudinem duo requiruntur, scilicet carentia omnis mali: & abundantia omnis boni: quæ duo fuerunt in Christo. Et primo ostendit primum, secundo secundum: ibi, *Sed in lege.* Primo ostendit in Christo carentiam esse omnis mali. Vbi sciendum quod mali nomine proprie solum peccatum intelligitur. Vnde canon dicit quod mali nomine solum illa intelliguntur, quæ mētem crimine implicat. Hoc autem malū scilicet peccatum tribus modis committitur, scilicet voluntate, opere, & exemplo siue consuetudine. Vnde volens ostendere Christum carere omni malo, ponit ipsum non peccasse voluntate: quia non abiit in cōsilio impiorum. Non opere: quia in via peccatorum non stetit. Non consuetudine & exemplo: quia in cathedra pestilentie non sedit. Et isti tres modi peccandi sunt figurati per illos tres mortuos, quos Christus suscitauit secundum magistrum in gl. scilicet quia suscitauit vnum in domo, hoc est peccatum latens in mente. Alium extra portam, hoc est peccatum iam ex-

tra patēs per operationem. Alium in sepulchro, hoc est peccatum ex consuetudine omnibus fœtens per malum exemplum. Vt autem clarius ostēdit Christum omni peccato carere: ostēdit Christum per opus positum se habuisse ad primum hominem. Nam primus homo tripliciter peccauit, scilicet quia abiit, stetit, & sedit. Abiit per peccatum voluntatis. Stetit per peccatum operis. Sedit per peccatum malæ consuetudinis. Abiit ergo Adam, id est à Deo recessit non loco, sed dissimilitudine. more filij prodigi: qui patre voluntate relinquēdo, abiit in regionem longinquā. Sic Adam abiit, id est recessit à Deo peccato voluntatis, quando persuasionibus & cōsilio diaboli & Euę consentit voluntate, vt domini præceptum violaret. Tunc enim abiit in consilio impiorum, id est voluntate consilio ipsorū cōsentiens recessit à Deo. Stetit in via peccatorum: quando voluntatem malam opere compleuit, comedens lignum veritum. Sedit in cathedra pestilentie: quando exemplo & verbo peccatum suum excusando se retorfit in Deum. d. Mulier quam dedisti mihi, &c. Ille enim proprie in cathedra pestilentie sedet, qui peccatum suum excusando, aliis dat exemplum peccandi. Cathedra enim proprie est doctorum, sicut thronus regum, & tribunal iudicium, vocatur ergo exemplum malū cathedra pestilentie. Nam pestilentia est morbus, qui late peruagatur omnes propinquos, aut pœnē omnes inuoluens. Et dicitur pestilentia à pastia, q. pastilentia. Et sic pestilentia dicitur morbus late depascens. id est amor dominandi quo vix aliquis caret. Et sic ille in cathedra pestilentie sedet, qui amore dominandi vel apparendi, peccatum suum excusat: vel alios suo exemplo ad peccandū trahit. Sic ergo ostēdit primum hominem peccasse tripliciter, quasi dicit. Ideo primus homo infelix fuit: quia abiit, stetit, & sedit. Sed non sic secundus Adā, scilicet Christus, quia hic non abiit in consilio impiorum. Impij nanque hic dicuntur dæmones & Pharisei, qui Christo dabant peccandi consilium. Sic enim demon ipsum tentando. d. Hæc omnia tibi dabo si cadens, &c. Pharisei sibi consulebant, ne voluntatem patris imple-ret. d. Descende de cruce, &c. Sed in consilio eorum non abiit: quia voluntate ipsis non consentit. Quarta peruersitas dæmonum & Phariseorum, qui Deo consilium dare præsumebant. Vnde cuiuslibet eorum dicitur. Cui dedistis consilium: forsitan illi, qui non habet sapientiam: Quod verbum exponit Grego. d. Dare stulto consiliū, charitatis est: dare sapienti, ostē-tationis est: dare vero ipsi sapientiæ, peruersitatis est. Et ideo Christus Dei sapientiæ, cui isti consulebant peccare, non abiit in cōsilio impiorum: sed ipsum repulit. d. Consilium impiorum longe sit à me. Quid nam est impiorum consilium, vt ait Greg. nisi gloriam terrenam quærere, æterna negligere, salutē temporalem cum damno animæ appetere, & dolores transitorios ad æternos gemitus cōmutare? Ideo quia ista omnia Christus despexit: ideo in consilio impiorum non abiit. d. illud gen. In cōsiliū eorum

Nota.

hereticus

M. adam.

15 q. 1. d.

lucanensis

da sunt.

Peccati.

No detri

bus mor-

tis iust-

tatis.

Mat. 9.

Luc. 7.

Joan. 1.

Christus

Adam.

Luc. 15.

Nota de cathedra.

Mat. 4.

Mat. 27.

Job. 26.

Greg. 17.

mor. c. 10.

Job. 21.

Greg. 15.

Mor. c. 21.

Gen. 49.





ram, scilicet Psalterij, plus cæteris scripturis in ecclesiasticis officiis frequentari: quod ideo fit, quia in hoc libro consummatio est totius theologicæ paginæ. Hic enim distribuuntur præmia bonorum, supplicia malorum, rudimēta incipientium, progressus proficientium, perfectio peruenientium, vita actiuorum, speculatio contempliuorum. Hic enim docetur quid peccatum auferat, quid pœnitentia restituat, quid pœnitens peccati conscius dicat &c. Quibus omnibus consideratis ad studium huius libri præ aliis omnes hortatur beatus Hieronymus, cuiuslibet notrum dicens, Nunquam de manibus aut oculis tuis liber Psalterij discedat. Dicatur ad verbum oratio sine intermissione, vigilet sensus, nec vagis cogitationibus patens corpus pariterq; animus tendatur ad dominum. Iram vince patientia, ama scientiam scripturarum, & carnis vicia non amabis &c. Ex quibus omnibus patet huius libri causa finalis. Quibus præmissis descendit ad huius libri diuisionem: qui secundum Magistrum in glo. prima sui diuisione in tres partes diuiditur, scilicet in tres quinquagenas, quibus tres status Christianæ religionis significantur. Primus est status pœnitentiæ. Secundus est status iustitiæ. Tertius est status laudis æternæ vitæ. In prima quinquagena agitur de statu pœnitentium: ideo illa terminatur in pœnitentia, scilicet in Psalmo pœnitentia, qui est, Miserere mei Deus &c. Secundum terminatur in iustitia: ideo terminatur in Psalmo iustitiæ, scilicet 100. qui est, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Tertium terminatur in laude æternæ vitæ in fine, ibi, Omnis spiritus laudet dominum. Vel aliter secundum alios doctores iste liber diuiditur in tres partes: quia primo ponitur proœmium siue præfatio in primo Psalmo: secundo ponitur executio in secundo Psalmo: tertio ponitur principaliter intenta conclusio ibi, Psal. 145. Lauda anima mea dominum. Pars ergo proœmialis est iste primus Psalmus. Vel secundum alios doctores diuiditur in tres partes. quia ponitur præfatio in principio: secundo executio in principio secundum Psalmo: tertio principalis conclusio, Psalmo 145. Lauda anima mea dominum. Prima ergo pars proœmialis est iste primus Psalmus, ad cuius diuisionem accedo.

Hieronymus.

Diuisio Psalterij.

PSAL.



PSALM. I.

**B**EATVS vir qui non abiit in consilio impiorum: & in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentia non sedit.

¶ Iste primus psalmus à doctoribus dupliciter exponitur, scilicet literaliter & allegoricè de Christo. Primo ergo procedam secundum primum. Secundo secundum secundum. Quantum ad primum sensum, primo sciendum, qd istum psalmum nō fecit David, sed Esdras: qui psalmos in vnum volumen copulauit. Cui copulationi præmisit istum psalmū per modum prologi, inducere volens fideles ad studium sacre scripturæ in isto libro contentæ. Et ideo in isto psal. duo facit: quia primo excludit à fidelibus doctrinam peruersam & hæreticam. Secundo suadet doctrinam istam fidelem & catholicam: ibi, *Sed in lege.* Circa primum notandum qd in doctrinā hæreticorū talis est processus, quia primo ad ipsam audiendam fidelibus ab hæreticis consulitur. secundo in ipsa per frequentem auditum quis habituatur. tertio quis in ipsa habituatus, aliorum peruersus doctor efficitur. Et secundum hoc tria facit, quia primo dissuadet primum in principio. secundo secundum: ibi, *Et in via peccatorum non stetit.* tertio tertium: ibi, *Et in cathedra pestilentia.* Dic vt. N. Sequitur secundum. scilicet vbi catholicam doctrinam suadet, &c. vt Nicolans de Lyra. Aliter iste psal. de Christo exponitur capite totius ecclesie: in quo istam conclusionē intendit principaliter, scilicet quod Christus est vere beatus. Et diuiditur in duas partes: qd primo agit de Christi beatitudine: per illam nos alliciens. secundo de malorū vltione, per illam nos terrens: ibi, *Non sic impii.* Ad euidentiā primi sciendum, quod ad veram beatitudinem duo requiruntur, scilicet carentia omnis mali: & abundantia omnis boni: quæ duo fuerunt in Christo. Et primo ostendit primum, secundo secundum: ibi, *Sed in lege.* Primo ostendit in Christo carentiam esse omnis mali. Vbi sciendum quod mali nomine proprie solum peccatum intelligitur. Vnde canon dicit quod mali nomine solum illa intelliguntur, quæ mētem crimine implicant. Hoc autem malū scilicet peccatum tribus modis committitur, scilicet voluntate, opere, & exemplo siue consuetudine. Vnde volens ostendere Christum carere omni malo, ponit ipsum non peccasse voluntate: quia non abiit in consilio impiorum. Non opere: quia in via peccatorum non stetit. Non consuetudine & exemplo: quia in cathedra pestilentia non sedit. Et isti tres modi peccandi sunt figurati per illos tres mortuos, quos Christus suscitauit secundum magistrum in gl. scilicet quia suscitauit vnum in domo, hoc est peccatum latens in mente. Alium extra portam, hoc est peccatum iam ex-

tra patēs per operationem. Alium in sepulchro, hoc est peccatum ex consuetudine omnibus fortens per malum exemplum. Vt autem clarius ostendat Christum omni peccato carere: ostēdit Christum per oppositum se habuisse ad primum hominem. Nam primus homo tripliciter peccauit, scilicet quia abiit, stetit, & sedit. Abiit per peccatum voluntatis. Stetit per peccatum operis. Sedit per peccatum malæ consuetudinis. Abiit ergo Adam, id est à Deo recessit non loco, sed dissimilitudine. more filij prodigi: qui patrem voluntate relinquēdo, abiit in regionem longinquā. Sic Adam abiit, id est recessit à Deo peccato voluntatis, quando per suasionibus & consilio diaboli & Eue consensit voluntate, vt domini præceptum tunc violaret. Tunc enim abiit in consilio impiorum, id est voluntate consilio ipsorū consentiens recessit à Deo. Stetit in via peccatorum: quando voluntatem in malam opere compleuit, comedens lignum vitium. Sed sedit in cathedra pestilentia: quando exemplo & verbo peccatum suum excusando se retorfit in Deum. d. Mulier quam dedisti mihi, &c. Ille enim proprie in cathedra pestilentia sedit, qui peccatum suum excusando, aliis dat exemplum peccandi. Cathedra enim proprie est doctorum, sicut thronus regum, & tribunal iudicium. vocatur ergo exemplum malū cathedra pestilentia. Nam pestilentia est morbus, qui late peruagatur omnes propinquos, aut penē omnes inuoluens. Et dicitur pestilentia à pasta. q. pestilentia. Et sic pestilentia dicitur morbus late depascens. id est amor dominandi quo vix aliquis caret. Et sic ille in cathedra pestilentia sedit, qui amore dominandi vel apparendi, peccatum suum excusat: vel alios suo exemplo ad peccatum trahit. Sic ergo ostēdit primum hominem peccasse tripliciter. quasi dicit. Ideo primus homo infelix fuit: quia abiit, stetit, & sedit. Sed non sic secundus Adam, scilicet Christus, quia hic non abiit in consilio impiorum. Impij namque hic dicuntur dæmones & Pharisei, qui Christo dabant peccandi consilium. Sic enim demon ipsum tentando d. Hæc omnia tibi dabo si cadens, &c. Pharisei sibi consulebant, ne voluntatem patris imple-ret. d. Descende de cruce, &c. Sed in consilio eorum non abiit: quia voluntate ipsis non consensit. Quanta peruersitas dæmonum & Phariseorum, qui Deo consilium dare præsumebant. Vnde cuiuslibet eorum dicitur. Cui dedistis consilium: forsitan illi, qui non habet sapientiam: Quod verbum exponit Grego. d. Dare stulto consiliū, charitatis est: dare sapienti, ostēditiōnis est: dare vero ipsi sapientiæ, peruersitatis est. Et ideo Christus Dei sapientiæ, cui isti consulebant peccare, non abiit in consilio impiorum: sed ipsum repulit. d. Consilium impiorum longe sit à me. Quid nam est impiorum consilium, vt ait Greg. nisi gloriam terrenam quærere, æterna negligere, salutē temporalem cum damno animæ appetere, & dolores transitorios ad æternos gemitus cōmutare? Ideo quia ista omnia Christus desepxit: ideo in consilio impiorum non abiit. d. illud gen. In consilium eorum

Nota.

Hæreticis.

Malum.

Lucan.

da sunt.

Peccatū.

No. detri-

bus mor-

tuis susci-

tiū.

Matt. 9.

Lucæ. 7.

Ioan. 11.

Christus.

Adam.

Lucæ 15.

Nota de cathedra.

Mat. 4.

Mat. 27.

Job. 26.

Greg. 17.

mor. c. 10.

Job. 21.

Greg. 15.

Mor. c. 21.

Gen. 49.



no intret anima mea. Impiorum. Impij sunt diabolus suggerens, caro delectans, & spiritus conscientens. Ille nanque, idest diabolus eum seduxit dicens. Eritis sicut dii: & per illum virum subdidit. Similiter ad huc demon suggerit carni, caro delectationem, & spiritus conscientiam, idest vermem non morientem, demon autem vtriusque sanguinem. Beatus ergo vir qui non abit in consilio impiorum, idest, non delectatur in suggestione diaboli, nec consentit ei: quia Christus licet fuit tentatus a Diabolo, non tamen fuit delectatus in tentatione, nec consentit, sed exufflauit & deiecit dicens. Non in solo pane viuunt homo: sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei scriptum est. Dominum Deum tuum adora bis: & illi soli seruis. Ergo & tu Christiane sic fac excussilando tentationem, si vis esse beatus. Vnde Iacobus apostolus. Beatus vir qui suffert tentionem, idest expugnat. Si autem cecideris per delectationem vel consentium in tentationem, surge fortiter per correctionem cordis, & oris confessionem sacramentalē. (Et in via peccatorum non fietur.) Via peccatorum est operatio praua, quae est lata & communis, & dicit ad mortem, de qua Christus loquitur d. Lata est porta & spacio sa via, quae ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam. Quae verba exponens Christus. Porta perditionis est diabolus, per quem introitur in gehennam. Porta vitae est Christus, per quem introitur in regna caelestia. Lata autem porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potestatis extensus, sed effrenata superbia licentia dilatata. Porta autē angusta dicitur Christus non paruitate potestatis exiguis, sed humilitatis ratione collectus: quia quem totus non potest capere mundus, seipsum inter angustias vteri vaginalis inchoat. Via autem perditionis & peccatorum est omnis iniquitas, quae lata & spacio sa dicitur, quia non est intra regulam disciplinae inclusa: & ambulantes in ea quicquid eos delectauerit, hoc sequuntur. Via autem vitae dicitur esse omnis iustitia: propter contrarias causas etiam dicitur arcta. Considerandum autē qd nisi quis ambulauerit per viam, non potest peruenire ad portam: qui enim non ambulat per viam iustitiae, impossibile est vt vere Christum cognoscant. Similiter non incurrit in manus diaboli, nisi qd in via ambulat peccatorum. Ex quibus apparet, qd via peccatorum dicitur omnis iniustitia, & omnis operatio praua. Sed quia in hac via Christus non stetit, quia non fecit peccatum, nec inuentus est dolus in ore eius. (Et in cathedra pestilentiae non sedit.) Cathedra pestilentiae dicitur praua doctrina, & malum exemplum: in quibus Christus non sedit: quia in tota doctrina Christi non reperitur aliquid malis moribus consonum, vel dissonum bonis. In tantum qd sui inimici eius doctrinae testimonium cogerent dare. d. Magister scimus quia verax es, &c. Recte dicitur & doces. Nec etiam ali quod malum exemplum in vita sua conspicitur: sed omnis sanctitatis & iustitiae nobis reliquit exemplum, vt sequamur vestigia eius, &c. Sic ergo Christus in cathedra pestilentiae non sedit: scilicet, omnis sanctitatis & sapientiae figuratus per Danid de quo dicitur. Danid sedit in cathedra sapientissimus princeps. Ecce ergo qd in isto primo versu ostendit Christum immunē ab omni malo, idest peccato per remotionem peccatorum, quibus peccauerat Adā, per hanc nos alluciat, vt si cū Christo beatificari cupimus ipsa peccata cordis operis & oris fugiamus. Sed dices. Nonne ita alluciat mulieres vt viros: quare exemplum solum viri dedit & non mulieris. d. Beatus vir, &c. Respondetur. qd vir & mulier quandoque dicuntur à sexu: quando que vero vir à virtute: & mulier à mollitie. Et sic omnis tam masculus quam femina virtuosus dicitur vir: & omnis mollis & virtuosus dicitur mulier.

Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.

Postquam ostendit psal. Christum immunem ab omni peccato: nunc ipsum ostendit abundasse omni bono, scilicet virtutis & meriti. Vbi sciendum qd sicut peccator tripliciter, vt dictum est, soluitate, opere, verbis & doctrina, sic & tripliciter agitur bonum. Et secundum hoc ostendit Christum tripliciter omni bono abundasse, scilicet voluntate in principio operis. ibi. (Et erit tanquam lignum.) verbo & doctrina ibi. (Et folium.) Quantum ad primum dicit, (Sed in lege domini, etc.) Quia enim perfectio non est solum mala fugere, nisi bona fiant, ideo ostendit Christum & mala fugisse & bona fecisse, d. (Sed in lege domini fuerit voluntas eius.) Vbi nota qd alud est esse in lege, aliud supra legem, aliud sub lege. Ille enim est in lege, qui secundum legem agit voluntarie obediens legi. Ille est supra legem, qui non uam legem condere potest, & in lege dispensare, sic enim Papa dicitur supra canones: quia nouos canones condere potest: & in antiquis dispensare. Ille vero est sub lege: qui secundum legem agit necessitate, vt timore coactus. Ad propositum ergo, Christus secundum diuersos respectus erat in lege, supra legem, & sub lege. Erat enim in lege, quia voluntarie legem Dei obseruabat, d. Non ueni legem soluere, sed implere, idest facere. Erat supra legem, quia rigorem legis antiquae in amorem nouae legis permutauit, sicut dicitur. Lex per Moysen lata est, sed gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Fuit sub lege non qui de qd timor ageret, quae erant legis: sed quia illa, quae naturaliter homo fuit & timet, quae in lege scripta de ipso erant, ipse assumpsit voluntarie, vt famensitum, & mortem, propter quod dicit apostolus. Misit Deus filium suum: sequitur factum sub lege. Ex quibus patet qd esse in lege, est sanctitatis: esse supra legem, est potestatis: esse sub lege, est humanitatis. Volens ergo hic ostendere psal. Christi sanctitatem quo ad bonum voluntatis, dicit, sed in lege domini fuit voluntas eius. & non dicit supra legem, nec sub lege. Verum quia non est perfectionis bonum inchoare: nisi perseveranter bonum continetur: quod in cassum bonum agitur, si ante finem deseratur. ideo de Christo adiungit. d. Et in lege eius meditabitur die ac nocte, scilicet, in rebus gl assilue & perseveranter: vel aliter. In scriptura enim dies prosperitatem significat: sed nox aduersitatem: sicut ostendit Greg. Scriptura sacra sepe diem pro prosperis & noctem pro aduersis recipit. Vnde de Diabolo in apoc. dicitur, qd proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos ante conspectum domini die ac nocte. In die & nocte nos accusat diabolus: quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accusabiliter ostendere contendit. In die accusat: cū prosperis male nos vt insinuat. In nocte accusat, dum in aduersis nos non habere patientiam demonstrat. Christus meditabitur in lege Dei die ac nocte, i. in rebus prosperis & in aduersis suae passionis. vnde omnia tam prospera quam aduersa de ipso in lege posita voluntarie Christus obseruabat, d. Legem pone mihi domine. i. legem positam exquiram eam semper. Sic ergo in lege domini erat die ac nocte

Via peccatorum Mat. 7.

Cing. off. sup. vna.

Via perditionis.

Via vitae.

1. Petri. 2. Cathedra pestilentiae.

Mat. 22. Luc. 20.

1. Pe. 23.

2. reg. 23.

Quasi. Resp. 3. 2. q. 7. ad 1. ad.

Vn. Mulier.

Triplici. ter. agitur bonu. Lex. Christus.

25. q. 1. se. m. m. s. dem.

Mat. 5. 1.

Ioannis. 1.

Cal. 4.

de pe. di. 3. in cassum. Dies. Nov. Greg. li. 2. Mor. c. 9. Apoc. 12.

Psal. 111.

23. 1. 5. 3

Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo.

Lignum. Greg. 12. Mor. c. 2.

Hier. 11.

Exce. 17. Luca. 14.

prauer. 3. Luca. 23.

Tanquam. sicut, quasi.

psal. 37. Mat. 26.

1. ioh. 1. 1. ioh. 1. 2.

Aqui. Gratia. Ioan. 7.

Ecl. 15. 2. re. 14.

Mag. li. 3. di. 11.

ac nocte Christi voluntas. vnde d. Descendi de caelo: non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.

Hic consequenter ostenditur Christum omnino abundasse quo ad opera. Ad cuius euidenciam sciendum: qd lignum in scriptura multa significat aliquando crux, aliquando iustus aut etiam iniustus, aliquando vero incarnata Dei sapientia figuratur. Crux etenim ligno significatur cum dicitur. Mittam lignum in panem eius. Lignum quippe in panem mittere est dominico corpori crucem adhibere. Rursus ligni nomine vir iustus aut etiam iniustus exprimitur. sicut per prophetam dicit Ego dominus lignum sublimē humiliavi: & exaltavi lignum humile, quia iuxta eiusdem veritatis vocem: Omnis qui se humiliat, exaltabitur: & omnis qui se exaltat humiliabitur, &c. Rursus per lignum incarnata Dei sapientia figuratur: sicut de ea scriptum est, Lignum vitae est ihs qui apprehendit eam. Et sicut ipsa veritas dicit. Si in viridi ligno hoc faciunt: in arido quid fiet. Hic ergo accipitur lignum pro ipsa Dei sapientia incarnata: cum dicitur. Et erit tanquam lignum &c. Item notandum quod ista dictione tanquam, sicut & quasi: quae idē significant, quāq; similitudinē, & non rei veritatem: quandoque rei veritatem & non similitudinē: aliquando vtrunque. Primo modo accipitur psalmus, Ego autem tanquam surdus non audiebam. & Matth. Tanquam ad latronem. &c. secundo modo accipitur. i. ad co. 15. Tanquam nouissimo oīum visus est. mihi & Mar. & Io. Vidimus gloriam eius quasi &c. Tertio modo accipitur Heb. 12. Tanquam filiis vobis loquitur Deus. Et sic accipitur hic quia Christus non est vere lignum, &c. Et ad similitudinē ligni fructum suum dat &c. huius ligni plantatio fuit verbi incarnatio: quia plantatio facta est secus decursus aquarum. Vbi nota quod per aquam tria principaliter in scriptura significantur, scilicet spiritus sancti gratia: iuxta illud, Qui credit in me: sicut dicit scriptura, Flumina de ventre eius fluent aquae vitae. hoc autem dicebat de spiritu, quem accepturi erant credentes in eum: Aliquando per aquam significatur Dei sapientia, quae interior homo reficitur. Aqua sapientiae salutaris potauit illum. Aliquando per aquam significatur nostrae mortalitatis decursus. Omnes morimur, & quasi aquae delabimur, &c. Ad propositum ergo de Christo dicit propheta: quod erit tanquam lignum quod sra. Si accipiatur aqua primo modo notat abundantiam & plenitudinem gratiae, secus quae Christus in sua incarnatione fuit plantatus: quia tantam habuit gratiae plenitudinem, quod Deus ei plenius conferre non potest: vt ait Magister. & haec plenitudo significatur per decursum aquarum. vnde Ioan. 1. Non ad mensuram datus est ei spiritus. Si autem accipiatur aqua secundo modo, plantatus est Christus secus decursus aquarum, i. diuinę sapientiae vnitus. quod bene notat haec dictio secus, quae importat vnitatem: quia non sapientia Dei in humanitatem est con-

uersa, nec econuerso. Sed natura humana secus diuinam sapientiam plantata idest vnita: quia Dei persona humanam naturam assumpsit. Vnde dicit ipsa diuina sapientia, Radix mea aperta est secus aquas, idest, radix mea scilicet humanitas aperta est, idest eleuata, secus aquas, idest ex vnione ad aquam diuinę sapientiae. Et non te moueat, quia dicit secus aquas: cum vna sola sit aqua diuinę sapientiae, quia scriptura multoties plurale pro singulari accipit: sicut econuerso. Si autem aqua accipiatur tertio modo, tunc Christus verum lignum scilicet verbum, plantatum est secus decursus aquarum, idest, secus decursus nostrae mortalitatis: quia Dei verbum in plantatione sua incarnationis omnes nostros defectus & mortalitatem assumpsit. isto modo exponit istum textum Grego. d. Creator noster, qui in diuinitate videri non poterat, assumpsit à nobis vnde videretur à nobis: ipse vero secus aquas aperitur: quia humani actor generis per humanitatem suam hominibus demonstratur. Vnde recte per psalm. dicitur. Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum: quia fructu obumbraculi in protectione nobis proferens apparuit creator in carne: vt humanum genus per resurrectionem figeret, quod per defectum quotidie ibat in mortem. Et aduertit quod istud lignum Christus sic triplici modo plantatum secus decursus aquarum, fructum suum dedit in tempore suo. Quod enim dicitur tempus Christi, nisi tempus suae passionis, de quodicebat, Tempus meum prope est apud te facio pascha, &c. quo, scilicet tempore dedit fructum nostrae redemptionis, quos scilicet tempore suae passionis de Christo impletum est illud. Lignum attulit fructum suum.

Et folium eius non defluet: & omnia quaecunque faciet prosperabuntur.

Hic consequenter ostendit Christum omnino abundasse, quae ad verba & doctrinam d. Et folium eius non defluet. Per folium enim in scriptura verba significantur: & hoc duplici ratione quoniam sicut foliis fructus ornatur: sic & verbis cōpositis scientia decoratur. Et hanc rationem affignat Hugo de sancto Victore super illud. Dañ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius, d. In foliis verba, in fructu vita designatur: quia sicut foliis vestitur fructus, sic verbis cōpositis vita decoratur. Aliam rationem assignat Magister in gl. d. quia sicut folia tegunt fructus: ita verba domini suas promissiones custodiunt. Folium igitur Christi non defluit: quia eius verba sancta & solida manent. Folium ergo eius non defluet: quia nullum verbum Christi erit irritum: sed quodlibet deducit ad vitam, ipso dicente, Caelum & terra transibunt: verba autē mea non transibunt. Et tunc concludit de Christo dicens, Et omnia quaecunque faciet prosperabuntur. Omnia, idest, fructus, & folia, idest facta & dicta christi: mors & vita prosperabuntur, idest, prosperitatis & ternae nobis sunt causa scilicet electis, Et hoc est quod de Christo, idest verbo incarnato pater praedixit. Verbum quod egredietur de ore meo, non reuertetur ad me vacuum: sed faciet quaecunque voluerit: & prosperabitur in iis, ad quae mihi illud.

Non sic impij non sic: sed tanquam puluis, quē proicit vētus à facie terrē. Postquam ostendit Christi beatitudinem & perfectionem

Job. 29.

Greg. 29. mor. c. 27.

Mat. 26.

Ioeli. 2.

De pe. di. 2. quid er. 30.

Folium.

Danie 4.

Folium Christi. Mat. 24.

Esai. 55.

fectionem per illam nos alliciens: nunc consequenter ostendit peccatorum ultionem per illam nos terrere. Et duo facit: quia primo ostendit malorum demerita. secundum ipsorum tormenta ibi. *Ideo non resurgant.* Quantum ad primum sciendum quod vita malorum in duobus malis consistit, scilicet quia variis inuoluuntur peccatis, & omnibus priuatur bonis meritoriis: sicut per oppositum de Christo capite dictum est: quod fuit immunis ab peccato omni, & abundans omni bono. Sic & mali per oppositum. Ideo ait. *Nō sic impij, s. nō sic carēt, sed abūdant peccatis.* Et addit iterum non sic. scilicet non abundat meritis & bonis: sed per contrarium peccatis abundant & carēt bonis. Carēt namque bonis quia carēt stabilitate charitatis & unitatis: quae omni boni est fundamentum. Ideo nomine pulueris denotatur cum dicitur: sed tamen puluis &c. unde Gregorius dicit. Quid n. pulueris nomine nisi peccatores accipimus, qui nullo virtutis pondere solidati, cuiuslibet tērationis flatu rapiuntur: de quibus scriptum est. *Nō sic impij nō sciscēd tanquam puluis, &c.* Et quia dāmo serpens antiquus peccatorum vita laetia: id est de isto puluere peccatorum dicitur. Serpenti puluis panis est. Insuper tales peccatis abūdant: quia vto elationis & supbiae agitantur: quare talis puluerē picit vto a facie terrae. Vn qualiter vento supbiae vel aliorum viciorum peccator picitur a facie terrae. s. stabilitatis, ostendit Gregorius super illo verbo Iob. *Cōtra solū quod vento rapitur ostēdis potentia tuā.* Peccator n. tērationis vto rapit, & malorum desideriorum flatibus lenatur. Mēs quippe humana quot tērationes patitur, quasi tot flatibus mouetur vel picitur. Hāc etenim plurimū ita perturbat sic recedit ira, succedit inepta letitia. Luxuriae stimulis vigeret, aestu auaritia: lōge lateq; ad abiēda, quae terrae sunt tēditur. Aliquā hāc vto supbiae eleuat: aliquā vero inordinatus timor in infimis deponit. Quia ergo peccator tot peccatorum vtois tēditur, merito pulueris, quae a facie terrae vtois proicit, cōparatur. Si enim de peccatoribus dicitur. *Nō sic impij nō sic, sed tamen quā hōc.* i. a facie stabilitatis aeternae, quae terra dicitur a similitudine: quia sicut terra nutrit & continet exteriorem hominem: ita illa interiorem, vt Magister in glossa.

*Vita malorum impii. Malus.*  
*Greg. 30. moral. c. 23. & 24. d.*  
*Psalm. 65.*  
*Greg. 11. moral. c. 23. & 24. d.*  
*Peccator instabilis.*  
*Nota de condigno.*  
*Ioan. 5.*  
*Resurrectio. Etio duplex.*  
*apoc. 26.*

te in resurrectione prima. Dicitur ergo aliqui, quod iste textus intelligitur de resurrectione prima, non de secunda: eo quod mali. scilicet a Deo praesciti, quantumcumque sunt boni & viri tuos finaliter tunc a gratia cadunt & percatu moriuntur, a quo non resurgunt: sicut eorum de per destinatis, vt habet de praed. di. 3. citius ad haec. & de praed. di. 4. si ex bono. Sed quauis ista sint in se vera: non tamen sunt ad propositum literae, cuius ratio est, quia hic litera vt ex praemissis apparet, vult dare differentiam inter bonos & malos quae est, quod boni resurgunt in iudicio & in concilio iustorum, sed non mali. Certum est autem quod in iudicio ultimo non resurgunt boni neque mali: prius resurrectione, quae solum habet locum in vita praesentis, & non in resurrectione iudicii: & dum anima vnitur cum corpore & non post. Propter quod dicitur glossa. Magistri super illo verbo. 2. cor. 5. Omnes namque festari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat quae prout gessit in corpore. ait. Frustra homo post corpus hoc poterit. scilicet peccatis resurgere: quod in corpore cōparare negligit. Dicitur ergo quod hic textus loquitur de secunda resurrectione. scilicet corporum & non de prima quae est animarum. vnde sciendum primo quod iste textus non loquitur de omni vno peccatoribus sed solum de impiis. Impii enim proprie dicitur infideles & idololatrae. Peccatores autem dicitur etiam & christiani mali peccatores. Vn impietas proprie est contra cultum diuinum, & respicit infidelitatem idololatriae. Dicit ergo de infidelibus quod non resurgunt in iudicio: non enim negat quod non resurgunt: sed quod non resurgunt in iudicio. Et ad hoc intelligendum notat Gregorius super illo verbo Iob. 46. iudicium pauperibus tribuit. vbi sic ait. Duae quippe sunt partes. scilicet electorum atque reproborum, sed bini ordinis eisdem singulis partibus continentur. alii namque iudicantur & pereunt. alii non iudicantur & regnant. alii non iudicantur & pereunt quibus dominica inclamatione dicitur. Esuriam & non dedistis manducare. Sitiui, &c. Quibus praemittitur. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo &c. alii vero in extremo iudicio non iudicantur & pereunt. de quibus propheta ait: non resurgunt impij in iudicio. Et de quibus dominus dicit. Qui non eredit iam iudicatus est. Et de quibus Paulus ait. Qui sine lege peccauerunt sine lege peribunt. Resurgunt vero et omnes infideles: sed ad tormentum non ad iudicium. Non enim eorum tunc cum discutitur, quod ad conspectum distincti iudicis iam cōdenatione infidelitatis accedunt. Professionem vero fidei retinentes, sed praesentis opera non habentes, redarguunt vt peccat. Qui veronec sacramenta fidei tenuerunt. isti in dānatione sua aeterni iudicis nec verba percipiunt eius reuerentia nec verbotenus seruare maluerunt. illi legaliter pereunt quod sub lege positi peccauerunt. istis in perditione sua nihil de lege dicitur: qui nihil legis habere conati sunt. Princeps namque terrenam rempublicam regens, aliter punit interius delinquentem, aliter hostem exterius rebellantem. in illo iura sua consulit, eum tunc sub verbis dignae inuectiōis adicit. Contra hostem vero bellum mouet: in instrumenta perditionis exercet, dignaque tormēta eius malitiae retribuit. De malo vero eius, quod lex habeat non requirit. Neque enim lege necesse est puniri: quod lege nunquam potuit tene. Ita ergo in extremo iudicio & legalis illius inuectio

*de pe. dif. 3. & 4.*  
*2. cor. 5.*  
*Greg. 26. ca. 24. iudicium vltimum. iudicare.*  
*Mat. 25. 10. 3. ad Ro. 2.*  
*Comparsio.*

**Ideo non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in concilio iustorum.**

Hic consequenter ostendit malorum punitionem, scilicet qualiter in ultimo iudicio dānabuntur. Et primo facit hoc: scilicet ostendit rationem assignat ibi. *Quoniam nouit dominus &c.* Quo ad huius literae euidentiam, sciendum, quod aliqui haeretici ex hoc loco moti dixerunt, quod quauis boni post iudicium beatificentur anima & corpore, quia resurgunt ipsorum corpora: mali tamen solum in anima puniuntur aeternaliter, non autem in corpore quia malorum corpora non resurgent, dicente psalmista. *Non resurgunt impij in iudicio.* Et hoc spectare dicunt ad Dei bonitatem, quae largior esse debet ad bonos praemiandum, quā ad puniendum malos. Vn bonos semper praemiatur ultra cōdignū: sed malos punit citra cōdignū. Sed hūc errorē tollit dñs. d. Omnes qui in monumētis sunt audiet vocē filii Dei: & pcedēt qui bona egerūt in resurrectione vitae: qui vero mala, in resurrectione iudicii. Et id ad euidentiam huius litterae sciendum, quod duplex est resurrectio, scilicet prima & secunda. Prima est animae, secunda corporis. Resurrectio animae est, quia anima per peccatum mortua per poenitentiam a peccatis resurgit ad vitam: quae solum in praesenti vita locum habet. Secunda est resurrectio corporum, quae de lege cōi in vltimis reseruat. Prima est bonorum. Secunda est cōis omnium bonorum & malorum. Et ideo prima facit hominem beatum, non secunda. Vnde apoc. dicitur. Beatus qui habet par-

te in resurrectione prima. Dicitur ergo aliqui, quod iste textus intelligitur de resurrectione prima, non de secunda: eo quod mali. scilicet a Deo praesciti, quantumcumque sunt boni & viri tuos finaliter tunc a gratia cadunt & percatu moriuntur, a quo non resurgunt: sicut eorum de per destinatis, vt habet de praed. di. 3. citius ad haec. & de praed. di. 4. si ex bono. Sed quauis ista sint in se vera: non tamen sunt ad propositum literae, cuius ratio est, quia hic litera vt ex praemissis apparet, vult dare differentiam inter bonos & malos quae est, quod boni resurgunt in iudicio & in concilio iustorum, sed non mali. Certum est autem quod in iudicio ultimo non resurgunt boni neque mali: prius resurrectione, quae solum habet locum in vita praesentis, & non in resurrectione iudicii: & dum anima vnitur cum corpore & non post. Propter quod dicitur glossa. Magistri super illo verbo. 2. cor. 5. Omnes namque festari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat quae prout gessit in corpore. ait. Frustra homo post corpus hoc poterit. scilicet peccatis resurgere: quod in corpore cōparare negligit. Dicitur ergo quod hic textus loquitur de secunda resurrectione. scilicet corporum & non de prima quae est animarum. vnde sciendum primo quod iste textus non loquitur de omni vno peccatoribus sed solum de impiis. Impii enim proprie dicitur infideles & idololatrae. Peccatores autem dicitur etiam & christiani mali peccatores. Vn impietas proprie est contra cultum diuinum, & respicit infidelitatem idololatriae. Dicit ergo de infidelibus quod non resurgunt in iudicio: non enim negat quod non resurgunt: sed quod non resurgunt in iudicio. Et ad hoc intelligendum notat Gregorius super illo verbo Iob. 46. iudicium pauperibus tribuit. vbi sic ait. Duae quippe sunt partes. scilicet electorum atque reproborum, sed bini ordinis eisdem singulis partibus continentur. alii namque iudicantur & pereunt. alii non iudicantur & regnant. alii non iudicantur & pereunt quibus dominica inclamatione dicitur. Esuriam & non dedistis manducare. Sitiui, &c. Quibus praemittitur. Discedite a me maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo &c. alii vero in extremo iudicio non iudicantur & pereunt. de quibus propheta ait: non resurgunt impij in iudicio. Et de quibus dominus dicit. Qui non eredit iam iudicatus est. Et de quibus Paulus ait. Qui sine lege peccauerunt sine lege peribunt. Resurgunt vero et omnes infideles: sed ad tormentum non ad iudicium. Non enim eorum tunc cum discutitur, quod ad conspectum distincti iudicis iam cōdenatione infidelitatis accedunt. Professionem vero fidei retinentes, sed praesentis opera non habentes, redarguunt vt peccat. Qui veronec sacramenta fidei tenuerunt. isti in dānatione sua aeterni iudicis nec verba percipiunt eius reuerentia nec verbotenus seruare maluerunt. illi legaliter pereunt quod sub lege positi peccauerunt. istis in perditione sua nihil de lege dicitur: qui nihil legis habere conati sunt. Princeps namque terrenam rempublicam regens, aliter punit interius delinquentem, aliter hostem exterius rebellantem. in illo iura sua consulit, eum tunc sub verbis dignae inuectiōis adicit. Contra hostem vero bellum mouet: in instrumenta perditionis exercet, dignaque tormēta eius malitiae retribuit. De malo vero eius, quod lex habeat non requirit. Neque enim lege necesse est puniri: quod lege nunquam potuit tene. Ita ergo in extremo iudicio & legalis illius inuectio

uectio pentit qui ab eo quod praesentis tenuit, actione declinauit. Et iste sine iudicio inuectiōis perimit, quod lege fidei non tenet. Ex electorum vero parte alij iudicantur & regnāt: quod vitae maculas lacrymas tergunt: quod mala praedicta factis sequentibus redimēt, quod quod illicitū alij fecerūt, ab oculis iudicū elemosynarū supductiōe cooperiūt. Quibus iudex veniens in dexterā cōsistētibus dicit. Esuriam & dedistis mihi manducare. sitiui &c. Venite bñdīcti patris mei: possidete paratum nobis regnū, &c. Alij autem non iudicantur & regnāt: quod et praepcepta legis perfectione virtutū transcendūt, quia ne quaerūt hoc solum quod cunctis dinina praecipit lex implere cōtēti, sed iustitiam desiderio plus exhibere appetūt, quae praepceptis generalibus audire potuerūt. Quibus diuina voce dicit. Vos qui reliquistis omnia & secuti estis. mecum venerit filius hominis in sede maiestatis suae, sed debitis & vos super thronos, & iudicātes. & tribus Israel. Et de quibus propheta ait. Dñs ad iudiciū veniet cum senioribus populi sui. Et de quibus salamō cū de spūso ecclesiae loqueretur ait. Nobilis in portis vir eius, quoniam federit cū senioribus terrae. Hi itaque in extremo iudicio non iudicantur & regnāt: quod cum auctore suo et iudices veniūt &c. Aliter praedicta colligēs magister in glossa. Ista praesentia sic. Nota quod quatuor ordines erūt in iudicio. Alij namque erunt qui iudicabunt & non iudicabunt, vt apostolus & alij praesentissimi. Alij nec iudicabunt nec iudicabunt, quia iam iudicati sunt, sententia enim dānationis eorum tota ecclesiae iam nota est, vt infideles Alij autem iudicabuntur. & seluabuntur. vt mediocriter boni. Alij autem iudicabuntur & dānabuntur vt mediocriter mali. Ex quibus apparet quod impij. peccatores infideles iudicio ultimo non se habebunt actiue vel passive: quia nec iudicabuntur: neque iudicabuntur. Ideo non erunt de illis qui ad iudiciū requirunt. quod bñ psalm. ait. quod non resurgunt impij in iudicio. Sed quod de peccatoribus, quod tunc fidei verbis tenuerunt tunc erit: certe spectabit ad iudiciū. quia vt dictū est, tunc iudicabuntur & pibunt. sed ipsi alios cum iustis non iudicabunt. Ideo de illis subdit. Neque peccatores in concilio iustorum, quia concilium & cōgregatio iustorum malos cum Christo iudicabit. sed non peccatores, quia non malis sed pauperibus. i. praesentis humilibus tunc potestatem dabit iudicandi. sicut dicitur Iob. 36. Iudicium tribuit pauperibus.

*Mat. 25.*  
*Mat. 19.*  
*Esai. 3. pronob. 31.*  
*Iudicium vltimum.*  
*Mat. 25. 10. 3. ad Ro. 2.*  
*Iob. 36.*  
*31. q. 3. c. 2. iudicium.*  
*8. c. 1. De Deo. Noscere Dei.*  
*prin. Eth. 1. cor. 11.*  
*3. Reg. 7. Hebra. 4.*  
*Mat. 25. Grego. 11. moral. c. 8. Mat. 7.*

**Quoniam nouit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.**

Postquam praesentia ostendit malorum punitionem & praemiationem iustorum. Hic consequenter vtriusque rationem ostendit, dicens. *Quoniam nouit dominus viam iustorum, &c.* quod d. Ideo iusti praesentantur & beatificantur: quia nouit dominus viam ipsorum. Impij autem pereunt: quia Deus iter ipsorum non nouit. Vltimo notandum quod scire vel nosse Dei est duplex. scilicet simpliciter & vere cognitio. scilicet scire cōplacentie & approbationis. Primo modo Deus scit omnia tamen bona quae mala. Cū enim omnium tamen malorum quae bonorum sit iustus iudex punitor. scilicet malorum & remunerator bonorum: quomodo illos iuste iudicare possit, si illorum bona vel mala ignoraret. Cū fm Aristoteli. i. Ethic. Vnusquisque bñ iudicat de ijs quae nouit & horū solum est rectus iudex. Propter quod Deo dicitur. Tu solus nostri corda omnium filiorum hominum. Ita enim notitia omnia nuda sunt & apta oculis eius. ad Hebraeos. 4. Secundo modo solum nouit illa quae approbat. Et quia malos in suis malicijs non approbat, ideo illos & eorum mala non nouit. Sic enim fatuus virginibus ait. Amē dico vobis, nescio vos. Ita dicitur in dānatione ponit Gregorius super illo verbo Iob. 12. Ipse nouit decipientē & eum qui decipitur. d. Cum omni quod proximum decipit iniquis veritas dicat. Non noui vos. discedite a me omnes qui operamini in qui-

tatem. Qualiter in hoc loco dicitur quod dominus decipientem nouit: Et respondet. d. Sed quia scire Dei aliquid cognoscere dicitur, aliquid approbare, & scit iniquum quae aliquid cognoscendo iudicat. Neque enim iniquum quae in iudicasse, si nequaquam cognosceret. & tamen iniquum nescit, quia eius facta non approbat. Et nouit ergo quia deprehendit & non nouit: quia hunc in sua sapientiae specie non recognoscit. Et dat exemplum. Sicut de veraci quolibet viro dicitur: quia fallitatem nesciat, non quia cum vel aliis fallum dicit, hoc deprehendere ignorat. sed quia eandem ipsam fallaciam & scit in examine & nescit in amore. vt videlicet hanc ipse non agat, quā acta ab aliis damnat &c. Ad propositum ergo ideo iusti sunt beati: quia viam. i. opera illorum Deus nouit. approbat, & sibi placet: sed iter impiorum peribit, quia illos Deus non nouit. i. non approbat, nec sibi placet. Opera enim iustorum non solum dicitur bona sed & digna merito: quia deus approbat illa. sed malorum opera non approbat, quia illa sunt mala. Et hinc omnibus operibus sine charitate vel Dei amore factis: non praemium sed poena debetur. i. quod I. Marchion.

**Psalmus 111. Vire fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inanima.**

Iste est primus psalmus habens titulum cuius titulus fm magistrum talis est. *Psalmus dauid.* Vnde notandum quod iste tractatus ideo pars dicitur: eo quod non solum voce hic cōtēntā Dauid decābatat domino, sed etiam psalterium decem chordarum tangendo. a quo psalterio iste tractatus & sequentes psalmi notantur. Ac etiam adde notandum mystice, quod sicut Dauid laudabat Deum psalmos canendo & psalterium decem chordarum manu tangendo: sic & nos laudare debemus Deum, non solum voces, sed magis obseruatione decem praepceptorum legis, quae signat per tactum manu decem chordarum. Quo duo tagēs infra psalm. d. Iubila te deo omnis terra: quod scilicet ad vocē psalmi a dicitur nomini eius, quo ad operationem. Est ergo titulus iste. psalm. Dauid. Hic Dauid est dāni casus vt sit sensus. pars, Dauid. i. attribuitur ipsi Dauid. Dauid enim interpretatur manu fortis, & desiderabilis aspectu. & significat Christum, qui vere est manufortis debellando aereas potates, & desiderabilis aspectu in quibus angelis desiderat praesentia cere. Sic ergo est sensus. pars Dauid. i. ipsi Christo. i. pars, scilicet tractatus qui pars est: quia ad bene operandum mouet: attribuitur dauid. i. ipsi Christo, qui hic agit de se rege. d. *Ego uicem constitutus sum rex ab eo, &c.* Vel fm alios hic ly Dauid est casus genitium, vt sit sensus. pars, Dauid. i. ipse Dauid quia istum psalmum Dauid fecit, vt habetur expresse Act. 4. Et hoc de titulo. Quare fremuerunt. Iste pars exponitur dupliciter etiam psalterio. scilicet de ipso Dauid. & de Christo. Primo ponā expositionem primā. Secunda Ad euidentiam primae partis, sciendum quod Dauid Christus dicebatur, quoniam Christo gratia, latine videtur dicitur Dauid autem tribus vicibus in regē fuerat vinctus. scilicet primo secrete in domo patris asamuele, vt h. 1. reg. 16. Secundo in Ebron a viris Iuda solum sup tribus Iuda. Tertio fuerat vinctus in Ebron supra totū Israel. vt h. 2. reg. 5. Propter quod vinctio ipse merito Christus. vinctus dicebat. Secundo notandum quod in scriptura populi in hoc dicitur a gentibus. quia gentes dicitur ipsi gentes & idololatria. populi dicebat gens Iudeorum verū deū colēs. Sic enim dicitur pars. 115. Laudate dñm oēs gentes, collaudate. e. o. p. Quod exposit magister. d. oēs gentes. i. gentes. oēs populi. i. Iudaei, &c. Sic et gentes ad fidē cōuertis dice

*Exemplum.*  
*Tritius.*  
*psalterium.*  
*pars. 99.*  
*Interpretatio Dauid.*  
*Alu. 4.*  
*nota quod Dauid su est vinctus tribus vicibus in regē Dauid. Vngere. Ken. Nota de fremuerunt inter populi & gentes.*

lat petr⁹ .i. pet. x. q. aliqñ nō pp̄s nūc aut pp̄s Dei.  
 Hoc p̄missō notādū est, q̄ post mortē Saulis, qñ  
 Dauīd sup totū israhel vnct⁹ fuit i regē: hoc audiētes  
 philistai, sciētes Dauid esse virū bellicosū cōuenē-  
 rūt i vnū q̄retes occidere Dauid. vt h̄. 2. re. 5. Fue-  
 rāt em̄ tpe Saulis aliqñ subingati pp̄o Dei. Ideo ad  
 seruitutē redire timētēs. q. d. ad iudicē. Venite pugne-  
 mus, viriliter cōtra Dauid: vt ipsi Hebrēi nobis ser-  
 uiat, & nō nos ipsi. Sed Dauid cōfidēs in dño. oīm  
 illorū habuit victoriā. Itē notādū q̄ nō solū gētiles  
 Philistēi, sed. & multi de Israhel. de pp̄o dei a prin-  
 cipio restiterunt ipsi Dauid ne regnaret sup eos, se-  
 quentes filiū saulis: qui tñ intētibē sua frustati fue-  
 runt, vt apparet. 2. reg. 2. Et super istas. historias iste  
 psal. fundat. & diuiditur in tres partes. quia primo  
 ponitur inimicorū Dauid malignatio. Sc̄do ipsius  
 Dauid in dño cōfortatio. ibi. *Qui habitat in caelis.* Ter-  
 tio ex hoc oīm regētū informatio. ibi. *Et nūc reges  
 intelligite.* Primo ponit inimicorū Dauid malignatio  
 d. *Quare fremuerūt gētes. i. Philistai gentiles cōtra Da-  
 uid. i. quāretēs eū occidere: Et dicit fremuerūt, q̄  
 sine rōne vt bestie mouebatur cōtra Dauid. fremere  
 em̄ est ferarū: Et nō solū gētes imo & multi  
 ppl̄i ex Israhel cōtra Dauid meditati sunt inania. i. va-  
 na & vacua cōtra Dauid. ne scilicet regnaret super  
 eōs; vñdecim tribus seqntes filiū Saul. Sequit. *Asti-  
 terūt reges terrā. i. nō solū minores & plebei gentiliū  
 fremuerūt cōtra Dauid: sed et magna res. i. reges  
 principes Philistinorū. Terra etiā Philistinorū habebat  
 quinq; reges s̄m qnq; ipsius puincias, quorum  
 regū q̄libet multos principes sub se cōtinebat. Qui  
 oēs cōuenērūt cōtra Dauid, vt imperiū perderēt. 2.  
 reg. 5. Et hoc est qd̄ d̄r. *Astiterūt reges terrā: & prin-  
 cipes cōuenērūt in vni aduersus Deū. i. aduersus Deū quia  
 diuinā ordinationi, qua Dauid regē ordinauerat, ad-  
 uersari conabānt. & aduersus Christū eius. i. aduersus  
 Dauid, q̄ erat Christus dñi. i. vnctus Dei volūta-  
 re. Et isti sic conueniēdo, qd̄ cōtra popl̄m Dei dice-  
 bāt: seque. *Disrumpamus vincula eorū, &c.* Verba erant  
 Philistinorū, se adinuicē cōfortatiū ad bellādum cō-  
 tra Dauid & regnū eius ne inualesceret, & sic sibi  
 subiiceret Philistaeos. Hoc em̄ modo loquebantur  
 Philistai. Cōfortamini & estote viri Philistai, ne  
 seruiatis Hebrais, sicut illi seruiert vobis: cōfor-  
 tamini & bellare. Et cōsimiliter loquebātur in p̄po  
 sito. d. *Disrumpamus vincula eorū, &c.* ¶ Sequitur se-  
 cunda pars in qua Dauid confortatur & sperat in  
 dño. *Qui habitat &c.* Et diuiditur in tres partes. Pri-  
 mo em̄ Dauid ponit suam in Deo cōfidentia. sc̄do a  
 Deo sibi datā excellētiā. ibi. *Ego aut.* Tertio de inimi-  
 cis habitam victoriā. ibi. *Postula a me.* Primo ergo Da-  
 uid cōfidēs in Deo. q̄ inimici nō praeualebūt aduer-  
 sus eū dicit. *Qui habitat in caelis iridebit eos, &c.* Quod  
 & factū fuit quia virtute diuina oēs p̄ Dauid debel-  
 lati fuerint & sic derisi. vt h̄. 2. Reg. 5. Sc̄do ponit  
 sibi a Deo datā dignitatē. d. *Ego aut cōstitutus sum, &c.*  
 q. d. quid illos timere debeo, quia dñs me regē cōsti-  
 tuit; cuius volūtati nullus contradicere pōt? Super  
 Sion montē. &c. Quod ideo dicit q̄ Hierusalē e-  
 rat metropolis in regno Israhel. & in monte Sion e-  
 rat fortaliū illius ciuitatis & habitatio regalis. *Præ-  
 dicās praeceptū eius.* Et hoc respicit versiculū sequentē  
 q. d. Dominus ideo me fecit regē vt enarrē alīs prae-  
 ceptū eius. sc̄d qd̄ mihi praecepit. Et quid sit illud  
 subdit. d. Dñs dixit ad me. s̄p reuelationē. *Filius me-  
 us es tu.* s̄p singularē dilectionē. *Ego hodie genui te. i.*  
 regē te cōstitui: sicut modo qñ aliquis in episcopū  
 cōstituit d̄r creati vel de nouo generari. Tertio ponit  
 datā sibi victoriā. d. *Postula, &c.* Verba sunt do-***

mini dicētis ipsi Dauid. Postula. &c. q. d. qñ erit pu-  
 gnaturus cōtra gētiles, tūc postulabis a me adiūto-  
 riū: & ego dabo tibi victoriā. quia dabo tibi gentes  
 hēreditatē tuā, quia eos supano hereditabis iporū  
 xū spolia. *Et possessionē tuā terminos terrā.* s̄p forū ter-  
 ras, sic q̄ erūt sub iurisdic̄tione tua. Reges eos in vir-  
 ga ferrea. i. gladio ferreo subiicies eos tibi. *Et tanquā  
 vas signi confringes eos.* Tertio principat ex hoc ponit  
 oīm regētū informatio. d. *Et nūc reges intelligite  
 & erudimini.* vt. l. meo exēplo nō confidatis in vobis  
 sed in Deo. Et hoc apprehendite. *dis ne pereatis de via in  
 sta.* via iusta est spem in domino, nō in viribus pro-  
 priis ponere, quia furor domini sup confidentes in  
 seipsis. sed beati & victores erūt oēs qui sperant in  
 Deo. Hic est expositio istalis s̄m aliquos que satis pla-  
 na apper in superficie: sed apparet q̄ iste psal. licet a  
 Dauid fuerit factus: tamē nullo mō s̄faliter de ipso  
 pōt intelligi, sed de Christo intelligi dēt. qd̄ declaro.  
 Vbi aduertendū q̄ volēs pbare aliquid contra hae-  
 reticos de fide p̄ sacrā scripturā oportet q̄ illā ad-  
 ducat quo ad sensum istalem, sensus em̄ moralis &  
 mysticus bñ manu ducit fideles, sed nō cōuinceret  
 infideles. Sicut si modo p̄ hoc quod dicitur, quare  
 fremuerūt gētes, &c. vellē deducere qualiter infide-  
 les & populū. i. schismatici infurxerūt inaniter cō-  
 tra Christū domini. i. cōtra aplicū romanū: esset ali-  
 qualis persuasio fidelibus. sed infidelis & schimati-  
 co nullā p̄bationē faceret. Modo ad p̄positū ap̄s  
 Paulus volēs efficaciter ostendere & infidelibus &  
 schismaticis q̄ Christus erat maior angelis, adducit  
 istum psal. d̄ctum de Christo. d. cui enim angelorū  
 aliquando dixit. Tu es filius meus, &c. Similiter &  
 apostolus petrus contra iudaeos nomem Christi  
 persequentes, adducit istum psal. ad literam de  
 Christo d̄ctum. Domine, qui spiritu sancto per os  
 patris nostri Dauid pueri tui dixisti. *Quare fremue-  
 runt gentes &c.* Conuenērūt enim nunc in ciuitate  
 ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum, Herodes,  
 & Pōtius Pilatus cum gentibus & populis,  
 &c. Igitur ad literam iste psal. de Christo est d̄ctus,  
 nō de Dauid. Et ad confirmatiōē huius, dicit ille  
 Rabi Salomon magnus doctor Hebraeorum in prin-  
 cipio glossae huius psal. Antiqui doctores Hebreo-  
 rum exposuerūt hunc spalmum de rege Messia, per  
 quem scilicet Christus intelligitur. sed propter res-  
 ponsionem ad haereticos exponitur de Dauid. Ex  
 quo habem⁹ q̄ doctores antiq̄ Hebraeorū, qui legis  
 intellectu nouerūt istū psalm̄ de X̄po exposuerūt ad  
 literā. Sed q̄ dū fideles quos ipsi haeretici appellāt,  
 hūc psalm̄ cōtra illos adducēt de X̄po d̄ctū, et fra-  
 eorū doctores antiquos nō valētes fidelib⁹ respōde-  
 re, negauerūt hūc psalm̄. de X̄po d̄ctū, sed de ipso  
 Dauid vt d̄ctū est. Ad hoc est expresse magister  
 in gl̄istū psalm̄ nō de Dauid sed de X̄po ad literā ex-  
 ponēs, vt appēbit. Sic ergo exponendo istū psalm̄  
 de Christo. *Quare fremuerunt.* Iste psal. in tres  
 partes diuidit. q̄ primo ponit regni X̄pi institutio.  
 sc̄do instituti dilatatio. ibi. *Postula a me.* tertio dilatatī  
 veneratio. ibi. *Et nunc reges.* Circa p̄mū ponit p̄secu-  
 torū X̄pi maliciosa p̄secutio. sc̄do maliciosae p̄secu-  
 tionis rigorosa depōsitiō. ibi. *Disrumpamus.* tertio Chri-  
 sti regis gloriosa sublimatiō. ibi. *Ego autem cōstitutus.*  
 Prima in duas, quia primo ponitur persecutio mi-  
 norum, secundo maiorum: ibi *Astiterunt.* Quan-  
 tum ergo ad persecutiōem minorum, d. *Quare  
 fremuerunt gentes, &c.* scilicet contra Christum. Et  
 sunt verba Dauid per gentes vt d̄ctum est. gentiles  
 intellige. & per populos ipsos Iudaeos. Gentes ergo  
 contra X̄pm fremuerunt, qñ Romani milites gēti-  
 les

Nota quōd  
psal. iste  
exponitur  
de christo

Harēti-  
cus. proba-  
tio.

Actū 4.

Non diui-  
sionem  
accipiēdo  
pro Chri-  
sto.

les cōtra Christū sine rōne infurxerunt. Fremere A  
 em̄ ferarū est. Nōne fremuerunt gētes contra Chri-  
 stum, qñ milites p̄sidiū suscipientes Iesum in pro-  
 rō, congregauerunt ad eum vniuersam cohortē, &c.  
 Et genu flexo ante eum illudebant. d. Añe rex iu-  
 daeorum, &c. Et populi meditati sunt inania. i. Iu-  
 daei. Vt puta qñ abeuntes cōsiliū fecerunt, vt ca-  
 perent Iesum in sermone. Et qñ cogitabant Chri-  
 sti no men deler e. d. Nos legem habemus & fra  
 gem debet mori. Et vere isti meditati sunt inania:  
 quia inane d̄r quod sine carer intento. Per mortem  
 aut Christi nō est deletū nomē Christi, immo am-  
 plius dilatātū: q̄ ante, solum in iudaea notus erat:  
 post mortē vero p̄ totū orbē. Vñ post mortē & re-  
 surrectionē dixit. Data est mihi oīs ptās &c. Nota  
 oīa considerans Dauid dicit. *Quare &c.* Vbi nota q̄  
 quare in sacra scriptura multipliciter tenetur, s̄. In-  
 terrogatiue. *Quare p̄sequimini me sicut dē, &c.* Ad-  
 miratiue. *Quare via impiorū p̄peratur, &c.* Incre-  
 pitatiue. Peccatori autē dixit deus, *quare tu enarras  
 &c.* Et istis trib⁹ modis hic p̄r exponi. Primo interro-  
 gatiue, vt Dauid a Deo petat sibi reuelari causam  
 tantae persecutiōis gentiliū & Iudaeorū in Christi  
 passione. Et ad hoc videtur, q̄ causa fuit ipsorū in-  
 iudiā. Sciebat em̄ q̄ per inuidiā tradidissent eū. Se-  
 cundo admiratiue, vt Dauid p̄uidens, quanta bñ-  
 ficia facturus erat Christus gentibus & populis. de  
 quo Act. 10. q̄ petransiuit beneficiendō & sanan-  
 do omnes &c. admiratus de tanta crudelitate. d.  
*Quare fremuerunt &c.* Et ad hoc videtur q̄ causa  
 fuit eorū malicia: Christo dicente. *Odio habue-  
 runt me gratis.* Tertio modo increpitiue, vt s̄. Da-  
 uid illos increpando dicat. *Quare &c.* q. d. quae vir-  
 litas vobis fuit Christū persequendo q. d. nulla. q̄  
 totum oppositū illius q̄ quarebatis ex hoc vobis  
 euenerit? Vnde Christo loquitur Deus. *Bellatunt  
 aduersum te. & non praeualebunt:* quia ego p̄sequū  
 sum vt saluem te, dicit dominus, &c.

9. Astiterunt reges terrā: & principes  
 conuenērunt in vnum aduersus domi-  
 num, & aduersus Christum eius.

Hic consequenter ponit persecutiōē maiorū. d.  
 Astiterūt, s̄. nō solum minores sed et maiores cōtra  
 Christū, s̄. reges terrā, &c. vbi nota q̄ hoc tripliciter  
 exponitur. Primo q̄ cū nō legatur aliquē regē chri-  
 stum in passione fuisse p̄secutū nisi herodē: & ibi ac-  
 cipitur plurale p̄ singulari. Sc̄do d̄r q̄ licet pilatus  
 nō nominetur noīe regis: erat tñ de factō rex. q̄ pa-  
 ter, q̄ sub se habebat regulos, vt Ioā. Era q̄ dā regu-  
 lus cuius filius infirmabatur. &c. ipse aut pilat⁹ im-  
 mediate erat sub imperatore: nō in ter regulum &  
 imperatorē non est dignitas media nisi regalis. Sed  
 iō nō vocabatur rex, q̄ iudaei sciētes regē Messiam  
 ex eis egressurū in metropolitā ipsorū ciuitatem,  
 aliū regē sustinere nō poterāt. Tertio d̄r q̄ duo re-  
 ges christū ad mortē sunt p̄secuti, s̄. Herodes senior  
 tpe natiuitatis, q̄ innocentes occidit, & junior eius  
 filius, qui tpe Christi passionis ipsum veste alba in-  
 dutum illisit & spreuit. Et sic de istis duobus regi-  
 b⁹ dicit. Astiterūt reges terrā. Et hoc quo ad laicos.  
 Quātū vero ad clericos d. c. t. Et principes cōuenē-  
 runt in vnū, &c. Quāuis em̄ cōtra Iesum vnūq̄  
 fuissent cōgregati, tñ maxime tpe passionis ad tra-  
 ctādum de Christi morte conuenērunt. vt Mat. 26.  
 Tunc cōgregati sunt principes sacerdotum in atrii  
 principis sacerdotū q̄ dicebatur Cayphas vt Iesum  
 dolo tenerēt. Et p̄dicēs psal. grauitatē peccati istorū

notāter dicit. *Et principes cōuenērūt, &c.* Vbi apparet  
 q̄ istorum peccatum aggrauatur ex multis. Primo Peccat⁹  
 ex cupiditate: cum dicit. *Et principes.* licet em̄ s̄m le-  
 gē vnus solus princeps sacerdotū esse deberet. tñ  
 p̄pter auariciā plures sunt facti. q̄ sacerdotij prin-  
 cipatum ementes. alternatis annis sibi succedebāt. Chryso-  
 stom⁹ vn⁹ Chryso. Multi erāt tūc principes sacerdotum.  
 Lex vero vnū solum esse volebat. sed cum iudaici  
 populi ritus inciperet dissolui. multi erāt principes  
 sacerdotum annuatim creati. Moyses aut vnū prin-  
 cipē esse iussit, & eo mortuo alterum fieri, sed isti a-  
 uaricia corrupti principatū emebāt, &c. Secūdo  
 ex dignitate. Dignitas em̄ peccatū peccatum aggra-  
 uat: sicut & meritum merētis, cuius rō est: q̄ talis  
 peccat⁹ est Deo magis ingratus, & subditorum cor-  
 da magis mouet ad malum. Hāc igitur circumstan-  
 tiā dignitatis tangens psal. dicit. *Et principes.* Sic em̄  
 egressa est iniquitas a principibus q̄ videbatur regere  
 populū. Tertio ex cōspiratiōe. q̄ in vnū cōtra Chri-  
 stum cōspirauerunt. Cōspiratiō tñ peccatum aggra-  
 uat. q̄ oēs cōspiratores reddūt infames, & execrā-  
 tos. Et hoc notās psal. dicit. q̄ cōuenērunt in vnū.  
 Quarto ex p̄sumptione. q̄ aduersus dñm, &c. Quā-  
 uis em̄ oīm peccatū sit cōtra Deum: tñ aliqua pec-  
 cata principalius respiciunt offensam creaturā, q̄  
 creatoris, vt gula, luxuria auaricia, & ex cōtra offē-  
 sam Dei: sed superbia principalius Dei offē-  
 sam respicit: quā hō Deo subiici renuit. Et hoc no-  
 tās dicit. *Aduersus dñm, &c.* i. aduersus patrē & fi-  
 lium. q̄ em̄ cōtradicit filio, & patri cōtradicit: patrē  
 notat p̄ dñm, & filium p̄ Christum eius. Vbi notan-  
 dum q̄ quicunq; scriptura loquitur de Christo ab-  
 solute, intelligitur de Christo in lege & p̄phetis p̄-  
 missō, nisi in litera p̄cedente vel sequente manifeste  
 appareat, q̄ de alio loquatur Christo: q̄ filius vir-  
 ginis anōnomaticē Christus est d̄ctus. Sicut cum  
 Dauid dixit adolescenti. 2. Reg. 1. *Quare nō timui-  
 sti mittere manum in Christum dñi?* p̄ literā p̄cedē-  
 tē apparet, q̄ loquebatur de Saule. sic & Ela. 4. 5.  
 Christo meo Cyro, &c. q̄ hic nō ponitur aliquid  
 determinās ly Christū: id intelligitur de Christo fi-  
 lio Dei, & sic notat grauitatē peccati ex eorum p̄-  
 sumptiōe, quia aduersus dñm &c. vñ gl̄. ait. *O stul-  
 ta p̄sumptio.* principes terrā cōtra regē caeli cōue-  
 nerūt. Et ne ista expositio appareat nō literalis sed  
 mystica, istum textum ad literā exponit Petrus de  
 Christo. d. vt tactum est. *Dñe quia spiritu sancto p̄-  
 or patris nostri Dauid dixisti.* *Quare fremuerunt gē-  
 tes, & populi meditati sunt inania.* Astiterunt reges  
 terrā, & principes conuenērunt in vnum aduersus  
 dñm, & aduersus Christum eius. Cōuenērunt em̄  
 nunc in ciuitate ista aduersus puerum tuum san-  
 ctum Iesum, quem vnixisti Herodes & Pilatus cum  
 gētibus & populis Israhel facere, quā manus tua &  
 consiliū tuum decreuerunt fieri, &c.

Disrumpamus vincula eorum: & iō.  
 proiciamus a nobis iugum ipsorum.

Hic ponitur p̄dictae cōspiratiōis & p̄secutiōis de-  
 positio ac punitiō. Et diuiditur in tres partes. quia  
 ponitur p̄mō cōspiratiōis ipsorū detestatio. sc̄do  
 intētiōis ipsorum frustratio. ibi. *Qui habitat.* tertio in-  
 iugitatis ipsorum punitiō: ibi. *Tis loquitur.* Primo er-  
 go ponitur cōspiratiōis detestatio: ij em̄ vinculos  
 iniquitatis se ligauerunt ad inuicem contra Chri-  
 stum conspirando; vt iugo suę seruitutis alios sub-  
 iicerent. Se d nos eis cōsentire nō debemus. ideo di-  
 strumpamus vincula eorum. i. cōspiratiōne eis nō  
 consentiendo, & proiciamus a nobis iugum ipso-  
 rum

2. Reg. 5.

2. Reg. 2.

Fremere.

Philisti-  
norum.

2. Reg. 5.

1. Reg. 4.

2. Reg. 5.

Nota.

Dignitas  
11. q. 3.  
praecepta.  
et 15. q.  
1. nulli.

Dan. 13.  
Conspira-  
tio.  
1. q. 1. cō-  
spiratio-  
nem vtra-  
sumptio.

Christus  
semper in  
religione  
m̄ge pro-  
missio. ni-  
si per chri-  
stum dicitur  
expres-  
sio.

Actū. 4.

Vinculū.



rum, eis non obediendo. Et ista possunt esse verba Christi secundum glo. q. Christus. ipsi contra me sic sunt ligati. sed vos o mei non consentiatis in mortem meam, sed magis difrum pampus vincula eorum. i. con- spirationes, vel vinculum i. bladicias & minas ipso- rum non timeamus, & projiciam a nobis iugum ipso- rum, ne se eorum voluntati seruiamus. Vel et pnt esse verba ipsius pphetę in eodę sensu. Verisimili autē videntur verba ipsorum principum sacerdotū qui videbant Christum cum suis discipulis vnicum: & turbę magnum ad ipsum cōcursum ipsum repre- hendentē ipsorum vicia. propter q̄ timebāt locū & gentē perdere. propter q̄ d. si dimittimus eū sic: ecce totus mundus post eum abit: & sic pdemus no- strū locum & gentē. Et iō antequam inualescat Dif- rum pampus vincula eorum. s. antequā amplius for- tificetur contra nos, & projiciamus a nobis iugum, s. iugum humilitatis: q̄ Christus pdicabat: q̄ Chri- stus oibus imponebat. d. Tollite iugum meum sup vos &c. Secundo ponitur itētioni ipsorum frustra- tio. Intētio enim ipsorum erat p conspirationem, quā cōtra Christum fecerant Christi nomē delere & eius annihilare doctrinā dicentes. Venite disper- damus eos de gēte. & nō memoremur nomē Israel vltra. Sed hoc facere nō potuerunt quinimo p pas- sionem Christi & mortem eius nomen & fides maxime creuit ipso dicente Si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum, & hoc ideo quia Deus spreuit eos. Et hoc est quod dicitur.

Qui habitat in cœlis irridebit eos: & dominus subsannabit eos.

Cœlum em̄ dicentur angeli & anime sanctę qua- rum cōuerfatio in cœlis est, in q̄bus habitat Deus. Quamuis em̄ Deus sit in omni re per præsentiā, po- tentiā, & essentiā, quia immensus est. non tñ in omni re habitat, sed solum in animab⁹ & angelis sanctis in quibus habitat p gratiā vt dicit magister. vñ pla. 21. Tu autem in sancto habitas. Hic ergo Deus irri- debit eos. Irridere enim dicitur, quasi de cōtrario ri- dere ab in & ridere, & sic irrisio fit bucca: subsanna- tio, vero fit rugato naso atque cōtracto. Et sic isti ir- risi fuerunt a Deo qñ totum oppositum eius q̄ intē- debant effecit. Vtputa credebāt per mortē crucis, Christi fidem & nomen delere: & per hoc fuit ma- gnificata. Credebant positū custodibus, Christi cor- pus in sepulchro tenere. Et per hoc eius resurrectio amplius fuit demonstrata. Et nota q̄ tales actus, s. ir- ridere & subsannare Deo attribuuntur: qui tñ cor- pus non hēt. non in se sed quia facit illud per q̄ illi sunt digni irrideri a nobis & subsannari.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.

Hic ponitur iniquitatis ipsorum puniitio. Vbi no- tandum q̄ proprie ira vel furor nō cadit in Deo, qa- tales sunt passiōes motum animi cōtra aliq̄ signi- ficantes, qui in Deo esse non pōt, qui semper est trā- quillus. propter q̄ d. Tu autem dñe virtutum cum trāquillitate iudicas. Cum trāquillitate autē nō stat ira vel furor. Sed d. iratus vel furibundus. qa ad si- militudinē irati vel furibundi qñque vñ punire ma- los. Et notandum q̄ differt isto modo loquendo in Deo ira a furore, quia tunc dicitur iratus: qñ punit vt emendatiquia irascitur cōtra nos Deus vt nos cō- uertat non vt perdat. vt d. de pœ. di. 1. Et hoc est q̄ dicitur Deuter. 32. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Fuit autē qñ punit vt dānet. Et sic ira dei est in præsenti: sed furor in die iudicij erit. vñ

Deus. Cœlum. Habitat. Magister. Irri. De. Sapi. Furor. Fide de militendinē irati vel furibundi qñque vñ punire ma- los. Et notandum q̄ differt isto modo loquendo in Deo ira a furore, quia tunc dicitur iratus: qñ punit vt emendatiquia irascitur cōtra nos Deus vt nos cō- uertat non vt perdat. vt d. de pœ. di. 1. Et hoc est q̄ dicitur Deuter. 32. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Fuit autē qñ punit vt dānet. Et sic ira dei est in præsenti: sed furor in die iudicij erit. vñ

Iob. 35. Nunc em̄ non infert furorem suum, neque vlciscitur scelus valde. Et sic Deus illis loquitur in ira, quos punit vt cōuertat. In furore vero suo illos turbat, quos damnat. Et istum sensum ponit gl. d. Tunc loquitur ad eos, s. per prophetas, per aposto- los, & per sacrā scripturā. Et hoc in ira sua, s. cōmi- nando pœnā, vt conuertantur. Sed in futuro turba- bit eos in furore suo, æternaliter damnādo. Vel per ista verba notantur puniitio iudeorum pro morte Christi per Titum & Espasianū facta, quæ magnę iræ & furoris indicium fuit, de qua dicitur. Quia vi- dens Iesus ciuitatem fleuit &c.

Ego autem cōstitutus sum rex ab eo super Sion motem sanctum eius prædi- cans præceptum eius.

Hic ponitur Christi regis gloriosa sublimatio. Et duo facit. qui primo Christus ostendit suā regiā di- gnitatem. secundo suā æternam generationem ibi. Dominus dixit ad me. Quātum ad primum dicit. Ego autem &c. q. d. illi persecutēs turbabuntur: sed ego ex eorum persecutione exaltabor. Quoniā ex humi- litate, quā Christus in passione & persecutione ha- buit, regiā dignitatem assumpsit iuxta verbum a- postoli. d. Humiliauit semetipsum, &c. ppter q̄ De⁹ donauit illi nomen &c. Et aduerte q̄ quāuis Chri- stus omnium rex & dñs esset, quia rex regū, &c. Tñ regiā suā potestatem primo ostendit in ecclēsia ex iudæis, quā ex gentibus: quæ per montē Sion in- telligitur sūm gl. Quia ecclēsia iudeorum prius rece- pit radios fidei, vt mōtes prius suscipiunt radios so- lis. Vñ & iudæis primo pdicauit. d. Nō sum missus nisi ad oues &c. tanquā primis subditis eius. Et hoc est q̄ dicit. Ego autē cōstitutus sum rex, &c. Prædicans p a- ceptum eius. Sed cum plura præcepta Dei prædicau- rit Christus in tēplo, quod erat in monte Sion: qua- re in singulari dicit præceptum & nō præcepta? Ra- tio quia omnia præcepta vnum sunt in radice & in illo præcepto fundantur. q̄ Christus prædicabat. d. Mandatum nouum do vobis vt diligatis &c.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu: ego hodie genui te.

Hic agit de æterna Christi generatione hoc em̄ est verbum Christi declarantis suā æternam gene- rationem a patre. Cum ei a patre dicitur. Ego ho- die genui te. i. æternaliter. In æternitate enim nihil transit, in præteritum, nec in futurum expectatur. Et ideo æterna verbi generatio conuenienter ex- primitur per præsens tempus, cum d. hodie gene- ratio autem Dauid iā transferat in præteritum, & similiter sua promotio ad regnum. Et ideo hoc ver- bum non potest intelligi de Dauid, in maxime cum Apostolus dicat. Cui em̄ angelorū dixit aliqñ: filius meus es tu? Volens probare Christum maiorē an- gelis. ergo multominus ipsi Dauid. Ad hoc autem intelligendum sciendum est: quomodo pater dicē- do æternaliter suum generat verbum. Vbi sciendū est q̄ dicere Dei idē est, q̄ filiū generare, &c. Et nota q̄ dicere Dei accipitur multipliciter. s. qñque est. Dicere dispositionis. Dixit dominus domino, &c. Donec ponam, &c. Dicere operationis. Dixit dominus fiat lux: & facta est lux. ipse dixit & facta sunt. Dicere imperationis. Locutus est dominus ad Moy- sen. d. non habebis deos alienos. Dicere promissionis. Ego dico tibi: quia tu es Pe- trus &c. & tibi dabo claves. Dicere eruditionis. A- periens os suum docebat eos dicens, &c.

Luce. 19. Luc. 19. 13. 15. q. 2. 17. Phil. 2. Apo. 1. Rex. Christus. Mat. 1. 14. 14. Hodie. Eterni- tas. Heb. 1. Dicere d. psal. 109. Gen. 1. psal. 148. Heu. 20. Mat. 16. Mat. 5. Dicere

Dicere generationis vt habet. Dominus dixit ad me filius meus es tu, &c.

Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam ter- minos terræ.

Hic ponitur regni dilatatio, & primo ponitur regi- ni Christi dilatatio. secundo potestatis Christi ex- plicatio. ibi. Reges eos, &c. Prius enim Deus solum Iu- dæos habuit sibi per fidem subiectos, quando solum notus erat in Iudæa Deus, sic & Christus primos sibi per fidem subditos ex Iudæis habuit, vt aposto- los. Sed consequenter etiam gentes habuit, quando per apostolos per vniuersum orbē Christi fides præ- dicata fuit, quia tunc gentes Christi fidem suscepe- runt. Sed quæ fuit causa subiectionis gentium Chri- sto, nisi oratio Christi qui pro gentibus saluandis pa- trem exorauit, d. Pater non pro eis rogo tantum, sed eis; qui credituri sunt per verbum eorum in me. Et isti fuerunt gentiles qui per verbum apostolorum Christi fidē susceperūt. Et ideo sicut soli Iudæi prius filij Dei erant & hæredes: sic post virtutē orationis Christi gentes conuersæ ad fidem, ad hæreditatem Christi peruenierunt. Et hoc est q̄ pater filio incarna- to dicit. Postula a me & dabo tibi, &c. Et quia istas gen- tes non solum de vna plaga mundi conuertit ad fidē sed etiam de omnibus partibus, ideo subdit. Et posses- sionem tuam terminos terræ. Et ex istis patet aperte, q̄ i- ste. psal. ad literam non debet intelligi de Dauid, sed solum de Christo, quia regnum Dauid non se exten- dit ad omnes terminos terræ, sed satis strictum fuit.

Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.

Hic ponitur explicatio Christi potestatis. Vbi notandum q̄ Christi potestas se extendit ad duo ma- xime, s. ad præmiationem bonorum, & ad puniitōnem malorum: iuxta illud. Positus est hic in ruinam & in resurrectionem multorum. Quātum ergo ad bonos dicit. Reges eos in virga ferrea. Per virgam ferream vir- tutē iustitię intellige, quia sicut virga ferrea stabilis in sua rectitudine permanet: sic & iustitia obliquari nescit, Ad iustitiam autem pertinet bonis dare præ- mium, & supplicium malis. Et quamuis in vtroque simul conuertat Dei misericordia & iustitia: tamen quia sicut misericordia plus relucet in præmiatione bonorum quam iustitia, & sic iustitia plus relucet in puniitione malorum quam misericordia, ideo singu- larem mētionem facit de malorum puniitione facta per iustitiam Dei. d. Et tanquam vas figuli confringes eos, s. malos. Et aduerte quod congrue mali per Dei iustitiam puniunt æternaliter tanquam vas figuli con- fringi dicuntur. Quia sicut vas figuli fractum am- plius reparari non potest, vt vas auri, argenti vel vi- tri. sic confringuntur, vt amplius per penitentiam re- parari non possint, quia tempus penitentię fructuo- sa est solum in præsenti vita. Et nota quod multipli- citer virga reperitur in scriptura: quia multa signifi- cantur. s. Virga aurea, qua figuratur dilectionis chari- tas. Virga sumea qua figuratur personalis vnitas. Vir- ga lignea, qua figuratur corporalis castitas. Virga fer- rea: qua figuratur iudicialis æquitas.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Virga fer- rea. De peni- di. 7. ne mo despe- randus.

Hic ponitur regnum Christi dilatati veneratio. Hortatur enim omnes reges & dominos vt Christū venerari debeant, & ipsam cognoscere regē supra se esse: cui ipsi subiici debent, quoniam ipse est rex regum & dominus dominantium. Et primo hortatur eos in generali: secundo in speciali, ibi. Seruite domino. Primo ergo omnes hortatur in generali: vt Christū venerentur & ei subiiciantur. d. Et nunc reges intelligite. s. supra vos regem Christum habere. Et erudimini, s. ex p̄lo Christi facere iustitiam, qui iudicatis terrā. Sic enim dicitur. Diligite iustitiam qui iudicatis ter- ram. Secundo eos hortatur ad obedientiam, dicens,

Seruite Deo in timore: & exultate ei cum tremore.

Vbi nota q̄ differentia est inter timorem Dei & mundi: quia timor Dei a peccato reprimit mentem, quia per timorem Dei declinat omnis homo a pec- cato. Sed timor mundi solum comprimit manū a malo, non mentem: ideo dixit Christus. Nolite time- re eos qui occidunt corpus, &c. Timor Dei, quia diligit, timet offensam: sed timor mudi timet pœnam: quia non diligit. Timor Dei spe æternorum mentem lætificat, quia timenti Deum bene erit in extremis, sed timor mundi pœnam inducit, ideo timor nō est in charitate. Ad propositum volens psal. omnes in- ducere ad timorē & obedientiam Christi, dicit. Ser- uite domino in timore. Et ne quis credat q̄ Deo sit seruendum timore mundano, ideo adiungit. Et exul- tate ei cum tremore, quia timor Dei Israel ingerit ex- ultationem de æternis, & timorem offensæ ne dis- pliceat. Tertio eos hortatur ad patientiam, dicens,

Apprehendite disciplinam: nequā- do irascatur dominus, & pereatis de via iusta.

Per disciplinam enim aduersa & flagella quibus Deus sibi dilectos corrigit, ne in æternum pereant intelligunt. Noli negligere disciplinam Domini, ne- que fatigeris dum a Deo argueris, quæ enim diligit dominus, castigat. Flagellat autem filium quem reu- pit, &c. Et huius ratio est: quia aduersa magis confer- uant hominem in statu gratiæ quam faciunt prospere- ra, propter quod dicit canon quod aduersitas bono- rum non est signum reprobationis ipsorum, sed ma- gis virtutis. Et nota hic quod volens Deus suos ele- ctos in bono confirmare ne pereāt, flagellat eos, ma- los autem damnandos, prosperitatibus mundi abuti permittit: quod bene ostendit Greg. Nunc etenim flagellatur iustus & verbere disciplinæ corrigitur, quia ad æternæ hæreditatis patrimonium præpara- tur: in voluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei temporalia bona suppetunt, quanto æterna denegā- tur. Iniustus ad æternam mortem currens efficiens voluptatibus vitur: quia & vituli qui macrandi sunt in liberis pascuis relinquuntur. Et contra, iustus a de- lectationis transitorie iocunditate restringitur: quia nimirum ad laboris vsū vitulus vitæ deputatus sub- iugo retinetur. Negatur electis in hac vita terrena, quia & agris, quibus spes viuendi est, nequaquam a medico cuncta quæ appetunt, conceduntur. Dantur autē reprobis bona quæ in hac vita appetūt: quæ & de- peratis agris oia quæ desiderāt, non negantur, &c. Ad propositū ergo quæ aduersa signa sūt virtutis, & hominem

magis



Greg. 21. magis in gratia conseruant quā prospera: ideo patie  
 Moral. 6. rer immilla tolerari debent. Et hoc est q̄ dicit. *Appre*  
 4. *hendite disciplinam*, s. paciēter ne peccatis de via iusta,  
 i. à statu gratiæ. Et consequenter ad hoc duas ratio-  
 nes addit, q̄ disciplinā & aduersa paciēter ferre de-  
 bem⁹ tū q̄ sūt breuia, tū q̄ vtilia. Breuitatē ponit d.

20 Cum exarsit in breui ira eius, beati  
 omnes qui confidunt in eo.

Gre. li. 7. Quia breuē est oēs q̄ sinē habet respectu æternorum  
 Mora. vt ait Greg. Vtilitatē autē ponit. d. beati omnes qui  
 confidunt in eo, s. tempore quo patiuntur aduersa.  
 Aduersa enim iustis à Deo immilla, eis perpetuam se-  
 curitatem conferunt, vt ait Greg. propter q̄ dicitur  
 Greg. 106. Beatus vir qui corripitur à domino. Et hoc est quod  
 5. hic dicit. *Cum exarsit in breui ira eius, &c.*

PSAL. III.

**D**omine quid multiplicati  
 sunt qui tribulant me: mul-  
 ti insurgunt aduersum me.

Christus  
 Dauid.  
 Judas.  
 Iste psal. titulus est *Psalmus Dauid*  
*cum fugeret à facie Absalon filii sui.* Ad intellectū huius  
 tituli ac etiā psal. oportet primo videre historiam su-  
 pra quam iste psal. fundatur: quæ historia hæc est, vt  
 haberur. 2. Re. 15. Absalon filius Dauid conspirat cō-  
 tra patrem suum, sibi titulum regni vendicans, vnde  
 persecutus est patrem suum, quærens illum occide-  
 re. Cui Dauid cessit exiens de ciuitate Hierusalē nu-  
 dis pedib. intelligens hoc sibi cōtingere propter pec-  
 catum adulterii commissum cum Bersabæ, & homi-  
 cidii de Vria perpetrati. sicut Nathan propheta sibi  
 prædixerat. d. Non recedat gladius de domo tua: sus-  
 citabit enim Deus semen tuum contra te. Dum autē  
 Absalon persequeretur Dauid patrem suum conuer-  
 so contra eum exercitu, Absalon terga vertit in fu-  
 gā: atque impetu multi ductus est in ramosam quer-  
 cum ramis eius circumdantib. collum eius, ibique  
 capite intercepto pendens, à Ioab principe militiæ  
 Dauid, interceptus est, quo mortuo, Dauid restitutus  
 est in regnum & in pace regnavit. Huic historiae allu-  
 dit psal. iste de quo tamen principaliter non agit, sed  
 de significato historiæ, s. de passione & resurrectione  
 Christi. Dauid enim Christus est. Absalon filius eius  
 Iudas est: quem cum aliis apostolis filium vocat Ie-  
 sus in euangelio d. Non possunt filii sponsi ieiunare,  
 quamdiu cum illis est sponsus. A quo Iuda Christus  
 fugit, illo discedente cum cæteris apostolis, in montē  
 Oliveti secessit. Vel potius ab eo fugit cum mentem  
 eius sapiētia Dei deseruit, vt totus esset & plene dia-  
 boli: quæ desertio dicitur fuga propter celeritatem.  
 Vnde dominus ei dixit. *Quod facis, idest, facies.* Et si-  
 cut Dauid pacem exhibuit iniquo filio Absalon qui  
 præcepit populo, dum iret ad bellum, seruare puerū  
 Absalon, eoque mortuo dixit. *Quis det mihi vt mor-  
 riar pro te fili mi Absalon.* Ita Christus Iudæ prodi-  
 totus, vt in conuiuio & in osculo & in aliis: propter  
 quod bene dicitur Absalon, quod patris pax inter-  
 preteratur: abba enim pater, salem pax dicitur. Inde  
 Absalō quasi abasalem dicitur. Et sicut Absalon, ita  
 & Iudas suspensus interiit, quo mortuo, Christus re-  
 gnauit in pace, quia in gloria resurrexit. Hoc ergo in-  
 telligens Esdras, sin illo factō significari mysterium  
 Christi passionis & resurrectionis, de quibus agit  
 psalmus, tituli verba posuit de historia. Quod idē  
 Dauid per spiritum sanctum intelligens, in primis se

re verbis allasit historiæ. Et tunc sensus tituli talis  
 est. Psal. iste attribuitur Dauid, idest, Christo qui lo-  
 quitur hoc Psal. dico agēs de eo quod figuratum est  
 cum fugeret à facie Absalon filii sui, idest, de passio-  
 ne & resurrectione Christi, quæ in illa historia figura-  
 ta sunt. Sunt enim sex psal. qui late tractant de pas-  
 sione & resurrectione Christi. Primus Domine quid  
 multiplicati sunt. Secundus, Deus Deus respice in  
 me. Tertius Iudica me Deus. Quartus Exaudi Deus  
 orationem meam cum deprecor. Quintus Saluum  
 me fac Deus. Sextus Deus laudem meam. Ex prædi-  
 ctis ergo apparet, quod duplex est sensus literalis i-  
 stius psalmi. Primus historialis, secundus autem sig-  
 nificatus per historiam: ideo agendum est primò de  
 primo, & secundò de secundo. Quātum ad primum  
 sensum diuide & dic vt Nicolaus de L.

**B** Quātum vero ad intellectum principale psal-  
 mi, qui est de Christi persecutione, morte, & resurre-  
 ctione, iste diuiditur in tres partes: quia primo ponit  
 multitudinem persecutorum Christi & malitiam, se-  
 cundo persecuti Christi respirationem & victoriam  
 ibi. *Ego dormiui*, tertio persecutorum Christi extermi-  
 nationē & miseriam: ibi. *Quoniam tu percussisti, &c.* Pri-  
 ma pars diuiditur in tres: quia ponitur primo inimi-  
 corum Christi rebellans contumacia: secundo patie-  
 ris deuota confidentia: ibi. *Tu autem domine susceptor*  
*meus es*, tertio orationis Christi imperata efficacia: ibi,  
*voce mea*. Quantum ad primum, Christus videns  
 persecutorum suorum multitudinem in vocem que  
 relæ causam suam patri exponit, dicens, *Domine quid*  
*multiplicati sunt qui tribulant me*, me, &c. idest, quare,  
 quid feci quod tot mihi aduersentur: prauidebat e-  
 nim Christus ex omni genere hominum contra se  
 insurgere, vt ipsum morti traderent, multasq̄ ue  
 tribulationes sibi inferendas, & in omni sui parte cor-  
 poris flagella se recepturum. Et hæc vniuersalitatem  
 passionis per multiplicationem tribulantium expri-  
 mit patri. Vbi nota quod tribulantes Christum  
 in sua passione vere multiplicabantur, si consideres  
 vniuersalitatem suæ passionis, ex tribus, scilicet ex  
 parte illorum à quibus tribulatus est: & ex parte re-  
 rum in quibus tribulatus est: & ex parte membro-  
 rū, in quibus passus & tribulatus est: verè à multis,  
 scilicet à gentibus & Iudæis, à masculis & feminis:  
 vtputa ab ancillis accusantibus Petrum, à principib.  
 & ministris, à regibus & subditis, à familiaribus &  
 notis. Vt patet de Iuda ipsum prodente & Petro ne-  
 gante, à stantibus & transeuntibus, qui a stabant prin-  
 cipes sacerdotum constanter accusantes eum, & præ-  
 tercuntes blasphemabant eum, &c. Non solum au-  
 tem sic multiplicati sunt tribulantes Christum, sed  
 etiam & tribulationes: quia in omnib. rebus, in quib-  
 us quis potest tribulari passus fuit Christus. Nam  
 passus est in amicis & apostolis eum deserētib. Mat.  
 25. Omnes relicto eo fugerunt. Passus est in suis pa-  
 rentibus: vt videt̄o matris angustiam, quam gla-  
 dius pertransiuit doloris. Passus est in fama: quia blas-  
 phemabant eum. Passus est in honore gloriæ: quia  
 iridebant eum d. Ave rex Iudæorum. Et Hærodes  
 spreuit eum cum exercitu suo: & dederunt arundi-  
 nem in manu eius. Passus est in rebus suis quia om-  
 nibus suis vestibus fuit spoliatus. Passus est in men-  
 te per timorem mortis naturalem, dicens, Tris-  
 tis est anima mea vsque ad mortem. Passus est  
 in corpore per flagella: quia tunc apprehendit  
 Pilatus Iesum, & flagellauit eum, &c. vterius con-  
 sidera membra sui corporis, in quibus fuit passus.  
 Nam passus est in capite per coronam spineam

In passio-  
 ne christi  
 multi fue-  
 runt per-  
 secuti.

Mat. 25.

Christus  
 Dauid.  
 Judas.

**V**oce mea addominū clamauit: & exaudi-  
 uit me de monte sancto suo.

¶ Hic ponitur orationis Christi efficacia. Vbi notā-  
 dū, quod duplex est clamor, scilicet vocis corporalis:  
 & sic Christus clamās voce magna expirauit. Et cla-  
 mor vocis cordis: et sic omnis orās deuote, voce cor-  
 dis clamabat ad deum. Sic enim Moyses tacēs orādo  
 clamabat ad dominum. Dixit dominus Moyfi orāti.  
 quid clamās ad me de terra: Cum enim deus sit spi-  
 ritus, magis attendit ad clamorem spiritus, scilicet  
 cordis, quā corporis. Vnde Be. super illo verbo math.  
 Pater noster &c. dicit vt corde clamandum sibi in  
 oratione nouerit homo inter præmordia suæ oratio-  
 nis, ipsum quē orat patrem in cælis esse protinus ad  
 monetur, quomodo videlicet impetu quodam spiri-  
 tus illic sibi in clamādum esse sibi meminerit orat o-  
 nem. Spiritus enim est deus. ideo in spū clamare o-  
 portet quifquis ad eum peruenire desiderat. Isto, cor-  
 dis clamore clamauit Susanna dum dueretur ad  
 mortem, & exaudita est. Istoigitur clamore cordis  
 clamauit Christus ad patrem orando & exauditus  
 est, propter quod dicit. *Voce mea ad dominum clamauit.*  
 Et ideo exauditus fuit à patre qui non faciem corpo-  
 ris aspicit, sed mentis, de quo clamore ait apostolus.  
 Quod cum clamore valido & lacrymis, offerens sci-  
 licet seipsum: exauditus est pro sua reuerentia. Omnis  
 enim Christi oratio exaudita fuit, vt ostendit magis-  
 ter. *Et exaudiuit me de monte sancto, idest, de me, quia sū*  
 sanctus mons in quo ipse deus habitat, de quo dicitur.  
 Et erit in nouissimis diebus præparatus mons  
 domus domini &c. Vis enim videre quomodo fuit  
 exauditus de monte sancto suo, quid enim clama-  
 bat christus orando, nisi vt ab inimicis eriperetur:  
 Exaudi deus orationem meam cum deprecor: timo-  
 re inimici eri, &c. Sed fuit exauditus, quando statim  
 post mortē resurrexit immortalis. Et hoc est q̄ sequitur.

Clamor  
 dupplex.

Exo. 14.  
 Oratio.

Mat. 6.

Susar.  
 Clamor  
 Christi.

Heb. 5.

Mat. 11.  
 3. dicit  
 2. dicit.

**E**go dormiui & soporatus sum: et exur-  
 rexi, quia dominus suscepit me.  
 ¶ Vbi ponitur Christi contra persecutores victoria,  
 per resurrectionem factam. Vbi notandum quod p  
 dormitionem in qua omnes sensus corporis à labo-  
 re quiescunt: significatur mors corporis, per quam  
 labores corporis cessant. sic enim de lazaro iam mor-  
 tuo dicit Christus lazarus dormit. Per soporera ve-  
 ro intelligitur sepultura, nam secundum Catholico-  
 sopor dicitur qui es suauis qua dormitionem sequi  
 ture: sic per dormitionem mortis sequitur sepultu-  
 ra tanquam locus quietis s̄ auis. De ista ergo  
 dormitione mortis & sopore sepulturæ dicit  
 Christus. *Ego dormiui*, idest, fui mortuus, & sopora-  
 tus sum. Idest, sepultus. Et notat glo q̄ hic ly ego, cū  
 pondere pronuntiandum est. q. d. Ego qui tātus sum  
 dormiui, scilicet sponte mortem suscepi & fui sepul-  
 tus. Sed vide in quo fuit ex auditus: quā de manib⁹  
 persecutorum liberatus immortalis surrexit. ideo  
 sequitur. *Et resurrexi quia dominus suscepit me.* Sed circa  
 istam materiam resurrexerunt Christi quærun-  
 t: quæ christi resurrexerunt o figura et exēplū sit nostræ  
 resurrectionis, quare ergo statū post mortē ipse surre-  
 xit: nostrā autē resurrectionē differet vsque in finē. Ad  
 hoc tres assignatur rationes, scilicet. Propter merito-  
 rū multiplicationē. Propter suffragiorū exhibitionē  
 Propter hæreticorū extirpationē. Ex hoc inferet q̄  
 non debemus timere persecutores corporis: sed spe-  
 rare in deo qui protector est omnium sperantium  
 in se. Vnde loquens in persona suorum membrorum  
 & fidelium dicit,

Non ti-

neam: passus in manibus & pedibus per clauorum  
 vulnera: quia fo lerent manus meas & pedes meos:  
 passus est in facie per alapas & sputa: passus est in  
 collo per colaphos: In lingua per vinum myrrhatū,  
 felle mixtum & acetum. Passus est in toto corpore  
 quod ad eum pendebat in cruce. sic quod à planta pe-  
 dis vsque ad verticem non erat in eo sanitas. Vterius  
 etiam fuit passus per omnes corporis sensus. Per  
 visum, quia velauerit faciem eius. Per tactum: quia  
 flagellauerunt eum. Per auditum, quia multa blas-  
 phemantes dicebant in eum. Per gustum, quia felle  
 & aceto potatus. Per adoratum: quia crucifixus in  
 loco caluarie: quia erat locus fetoris propter corpo-  
 ra ibidem diuina: rum: Quibus omnibus considera-  
 ris, non in merito multiplicationem tribulantium  
 ac tribulationum suæ passionis exprimit christus, d.  
 patri. Domine quid multiplicati sunt qui tribulant  
 me &c. q. d. secundum glo. vt quid isti taliter tribu-  
 lant me. q. mirum est, quia nihil mali ab eis prome-  
 ritur. Et multi insurgunt aduersum me. Et hoc refer-  
 tur ad falsos testes, & quibus psal. Insurrexerunt in  
 me testes iniqui, &c. Et istorum omnium persecutorū  
 sine causa ostendit christus multiplicationē. d. Mul-  
 tificati sunt super capillos capitis mei qui oderunt  
 me gratis, idest, sine causa. Et aggrauatur talis perse-  
 cutio, quia intendebat per hoc ipsum ad desperatio-  
 nem inducere. Et hoc est quod subditur.

psal. 26.

psal. 77.

22.  
 26. quæst  
 2. agnoui-  
 mus.

Mat. 27.

Abac. 3.

110. 1. 3.  
 ad 1. 2. 3.

magister.  
 li. 3. dicitur  
 5.  
 suscipere  
 incarnatio.  
 10.  
 dextera.

Filius dei  
 vni. christi  
 11.

**M**ulti dicunt animæ meæ: non est salus  
 ipsi in Deo meo.

Silicet ille quem Deum suum dicit quia facit se filii  
 dei non saluat eum de manibus nostris. vnde matth.  
 27. d. confidit in deo liberet eum nunc si vult. dixit  
 enim filius Dei sum. q. d. Deus non saluabit eū quia  
 peccator est. dicitur psal. Lōge à peccatoribus salus.  
 Non enim aduertebat quod Deus pater erat tunc  
 cum christo operans nostram salutē. Abac. 3. Egref-  
 sus es in salutem populi tui cum clauis tuo.

**T**u autem domine susceptor meus es,  
 gloria mea, & exaltans caput meum.

¶ Hic ponitur Christi patientis deuota confidentia  
 illi enim in instantibus dicitur non est salus illi in deo  
 eius. Sed ostendit eos dicere falsum, ostendens quod in  
 Deo erat salus eius, & confidentia: quia deus susce-  
 perat eum in suam protectionē. Vnde dicit. Tu autē  
 domine susceptor meus es. Loquitur enim hic Chri-  
 stus patri vt homo & orator. Loquitur patri vt me-  
 dico vel aduocato aut iudici. nam medicus suscipit  
 ægram in suam curam vt scner, aduocatus eum vt  
 defendat, iudex vt parcat. Sic à simili dicit Christus pa-  
 tri. *Tu autem domine susceptor meus es.* Quomodo at chri-  
 stus susceptus est à Deo, notandum quod tunc deus  
 christum suscepit quando verbum caro factum est,  
 quia tunc persona verbi suscepit naturam humanā,  
 non persona personam, non natura naturam nō na-  
 tura personā, vt clare deducit magister. t de ista sus-  
 ceptione loquitur Christus patri. d. psal. 62. Adhæsit  
 anima mea post te: me suscepit dextera tua. quid e-  
 nim per dexteram quā operamur: nisi filius intelli-  
 gitur per quem omnia deus operatur. Io. 1. Quia per  
 ipsum facta sunt. dicit ergo Christus. Adhæsit anima  
 mea post te, scilicet non desiciondo in tanta passione  
 sed voluntatem tuam adimplendo, ratio quia me sus-  
 cepit dextera tua. idest, filius tuus Ex qua susceptio-  
 ne anima christi fuit inpeccabilis fuit gloriosa, fuit  
 gratiarū plenitudine sup oēs exaltata: Et oia ista  
 hic notat christus. d. Tu autē dñe susceptor meus es.  
 gloria mea, quia gloriosū me fecisti, exaltans caput  
 meū. i. mentē meam super omnes alios per gratiam.

D

E

psal. 53.

25.  
 56. dicitur  
 1. dicitur.

Dormire.  
 2. dicitur.

Resurrexerunt  
 christi  
 11. 90. 1.  
 bona.



Non timebo millia populi circumdan-  
tis me: exurge domine saluum me fac deus  
meus.

36.  
7. 1. que  
3. non  
Gen 22.  
27.  
12 q. 2.  
frater  
300.

¶ Sed sperare debet ecclesia in deo & eius postulare  
auxilium. d. Exurge saluum me fac &c. Sed qualiter  
deus dicitur exurgere qui nunquam dormit? Ad  
hoc respōdet glo q̄ mos est scriptura illa deo attribuere  
quæ ipse facit in nobis. Sic enim dicit Deū cognoscere  
quando nos cognoscere facit, sic enim dixit Abrahæ  
Nunc cognoui quod tu meus deus, id est, alios cognoscere  
fecit, sic & i. pposito exurgere non struā tribuim<sup>9</sup> deo. d. Exurgere dñe, &c. id est, fac me  
resurgere à mortuis: quod magis aperit subdens, saluum  
me fac deus meus.

Dentes.  
persecutio  
Grego. 13  
mori. c.  
6.

Quoniā tu percussisti aduersantes mihi  
sine causa: dentes peccatorum cōtriuisti.

¶ Hic ponitur persecutorum Christi exterminatio.  
Vbi notandum quod per dentes qui habent terere  
cibum, significantur crudes persecutores Christi &  
bonorum qui bonos vt dentes verbis laerant, & per  
secutionibus terunt. Vt ostendit Gregorius d. Ille,  
Antiquus hostis contra ecclesiam dentibus fremit,  
eāque terribilibus oculari intuetur quia per alios  
crudelia exercet, & per alios quæ exercet prouidet.  
Dentes nanque huius hostis sunt bonorum persecu-  
tores atque carnifices: qui eius membra lacerant, dū  
electos illius suis persecutionibus affligunt &c. Sed  
hiden: es contriti sunt, quia omnes Christi persecuto-  
res ad nihilum redacti fuerūt. Vt Iudas qui laqueo  
se suspendit. Pilatus in vindictam mortis Christi fuit  
per imperatorem in exilium missus. Herodes ver-  
bis consumptus subito expirauit. Principes sa-  
cerdotum & scribæ gentem & locum perdidit.  
Totus iudæorum populus per Titum & Vespasianum  
occisus & captiuatus. Templum destructum.  
Civitas Ierusalem ad solum radacta. Bene ergo dicit  
Christus. Quoniam tu percussisti &c. Et aduerte quod  
hic ly, quoniam non refertur ad præcedentia: quia  
tunc esset sensus, ideo ego dormiui & resurrexi, quia  
tu percussisti &c. quod esset falsum, sed magis refer-  
tur ad futura, vt sit sensus: dentes peccatorum con-  
triuisti. ratio, quoniam tu percussisti omnes aduer-  
santes mihi sine causa.

28.  
pars. 25.

Domini est salus: & super populum tuum  
benedictio tua.

¶ Hic concludit ex prædictis: quod solum deum ti-  
mere debemus & diligere: quia solus salutem con-  
tra persecutores dare potest: propter quod dicitur,  
Dominus illuminatio mea, & salus mea; quem ti-  
mebo, &c. Ipsum solum debemus diligere: quia diligenti-  
bus se gloriam confert, quæ per benedictionem si-  
gnificatur, ideo dicit, & super populum tuum benedictio  
tua.

P S A L M. IIII.



Vm inuocarem exaudisti me  
deus iustitiæ meæ: in tribula-  
tione dilatasti mihi.

¶ Titulus istius psal. est iste, In finem psal. canticum dauid.  
Vbi sciendum quod finis duobus modis accipi-

atur, scilicet pro consumptione & per consumma-  
tionem, scilicet licet quando aliquid deficit: vt cum dicitur  
candela finita est, vel finis est pecuniæ nostræ. *Finis.*  
Vel quando aliquid ad esse completum & perfectū  
ducitur, vt dicitur finitus est liber: vel hic est finis li-  
brī: vel finita est domus. Quādoque autē finis  
ponitur in titulis psal. finis accipitur pro consumma-  
tione & perfectione. Et quia christus est consummatio  
& perfectio omnium fidelium, in quem vt in finem  
debemus tendere: qui de seipso dicit. Ego sum & finis  
& os principium & finis. ¶ Item notandum propter  
hoc quod dicitur in titulo, in finem psal. canticum  
dauid, quod in titulis psal. quandoque ponitur psal.  
tantum, quandoque canticum tantum, quandoque  
vtrumque: & tunc diuersimode: quia quādoque præ-  
cedit psal. sequitur canticum, quandoque econtra. et  
horum ratio est. Quoniam vt ait magister in glo. quod  
psal. cantabantur ante arcam domini in tabernacu-  
lo, aliquando solo instrumento sine voce, aliquando  
econuerso, aliquando vtroque modo, & tunc diuer-  
simode, quia quandoque præcedebat instrumentum  
& vox chori sequebatur: quandoque econuerso &c.  
quod non sine magno agebatur mysterio. Nam psal.  
significat bonam operationem propter psalterium  
decem chordarum. Canticum significat exultationē  
de ceteris. vnde psal. quandoque agit solum de bona  
operatione: & tunc dicitur psal. quandoque solum  
de l. ticia æternorum, & tunc dicitur canticum, quā-  
doque de vtroque, & si præcedit bona operatio, dicitur  
psal. canticum, si autem præcedit exultatio, dicitur  
canticum psal. Quia igitur in isto psal. prius agitur  
de l. ticia, sibi in tribulatione data, post vero de bona  
operatione: ideo dicitur psal. canticum. Ex quibus ap-  
paret sensus tituli. Item notandum quod iste psal.  
fundatur super historiam, quæ habetur. 1. Re. 22. q̄  
quandoque saul persecuebatur Dauid, dauid consu-  
gerat ad locum, qui dicebatur petra, ad quem ve-  
nit Saul cum exercitu suo: sic circumdabat locum  
vbi erat Dauid cum viris suis quasi in modum coro-  
næ, quod tunc dauid desperauit posse euadere ma-  
nus Saul. Et cum oraret dominū, vt ipsam liberaret:  
subito venit nūcius ad Saul. d. festina & veni: quoniam  
infuderunt se Philisti super terram. Et tunc cōpul-  
sus fuit Saul cum exercitu suo dimittere obsessionē  
Dauid. Et sic dauid, qui prius in anxietate arctatus e-  
rat, recepit dilatationem: quia poterat inde ad l. bitū  
recedere. Et pro gratiarum actione fecit istum psal-  
mum. d. Cum inuocarem &c. in tribulatione dilatasti mihi.  
¶ Exponēdo ergo istum psalmum primo appl. ca-  
bo ipsum ad historiam. Secundo ponam intellectum  
psal. Quantum ad primum dicitur. N. Quantum ad in-  
tellectum psal. sciendum quod intentio psal. est nos  
abducere à vanis & temporalibus, & in finem Chri-  
stum dirigere: Et secundum hoc iste psal. diuiditur  
in tres partes, quia dauid primo vanos arguendo in-  
crepat secundo Christum laudando prædicat tibi, Et  
scitote. Tertio cunctos ad penitentiam pronocat tibi,  
Sāctificare. ¶ Quantum ad primum sciendum, quod  
mali non possunt bene corrigi sine auxilio diuino,  
ideo antequam arguat malos primo diuinum que-  
rit auxilium. Secundo suum sequitur propositū tibi,  
filij hominum. Et quia recognitio beneficiorum fidu-  
ciam aliam impetrandi præstat: ideo primo diuinū  
recognoscit auxilium præteritum. Secundo querit  
futurum: ibi. Miserere mei. Quantum ad primum re-  
cognoscens Dei beneficia, dicit. cum inuocarem. Cum  
enim in tribulatione Saulis esset positus, inuocauit  
deū, & liberat<sup>9</sup> fuit: & nō solum liberatus, sed in corde  
dila-

apocal. 1.  
psal.  
Canticū.

petra vbi  
dauid ius-  
sus  
Saulis.

quæ secundum multitudinem tribulationum deus  
in se confidentibus dat multitudinem consolationum.  
iuxta illud psal. Secundum multitudinem do-  
lorum meorum in corde meo &c. Per tribulatio-  
nes enim cor constringitur. Per letitiam & consola-  
tionem dilaturatur. Hanc autem dilatationem cordis  
maxime facit charitas, quæ parit gaudium de pura  
conscientia: de qua dicit Apostolus. Gaudemus in  
tribulatione, scientes quod tribulatio patientiam ope-  
ratur: patientia probationem: probatio vero spem:  
spes vero non confundit. quia charitas dei diffusa  
est in cordibus nostris. hæc dilatationem cordis ge-  
nerat, angustias pellit. hæc viri sancti recreantur, et  
si extra affligantur. hæc qui carent, in visceribus an-  
gustiantur. hæc ergo charitate in suis tribulationi-  
bus Dauid consolatur dicit. Cum inuocarem te, exaudi  
sti me deus iustitiæ meæ. id est datur iustitiæ. in tribulatio-  
ne dilatasti mihi. id est dedisti mihi charitatem conso-  
lantem interius: quia cor gaudio dilaturatur & fortifi-  
catur ad mandata dei perficienda. psal. Viam mada-  
torum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

Miserere mei: & exaudi orationem  
meam.

¶ Consequenter diuinū querit subsidium. d. Misere-  
re mei &c. q. d. Misertus es mei, in tribulatione dila-  
tando mihi. Adhuc iterum miserere, vt fructuose  
vanos valeam arguere. scilicet dando mihi lumen  
tuæ sapientiæ, & vanis timorem. Ecclesia. 36. Misere-  
re nostri deus omnium &c. r. n. & ostende nobis lu-  
cem. m. t. & immitte timorem &c.

Filij hominum vsque quo graui corde:  
vt quid diligitis vanitatem, & queritis  
mendacium.

¶ Hic inuocato dei auxilio, procedit ad malorū in-  
crepationē. d. filij hominum &c. Hic primo notandum  
quod homo proprie solum dicitur virtuosus vtens  
rōne, cū homo sit animal rōnale: & ideo mali pprie  
homines non dicuntur: sed bestie. psal. Homo cū in  
honore esset &c. Et sic nota qd aliqui sūt homines:  
sed non filij hominum, vt & boni filij malorum: ali-  
qui sunt homines, & filij hominum, vt boni filij iu-  
storum, sicut Isaac & Jacob: Aliqui filij hominum,  
sed non homines, vt mali filij in iustorum, sicut Esau:  
Aliqui homines, sed nō filij hominum, vt boni filij  
malorū. Aliqui filij hominis, & non hominū, vt ha-  
bētes vnū solum patrem, vel vnū solum bonū:  
& sic singulariter christus dicitur filius hominis: quia  
solum vnū habuit parentem, quo ad humanitatē  
bonū, scilicet matrē. Ex quibus apparet quare iu-  
dæos, quos increpabat dauid vocat filios hominū,  
& non hominis, quia ipsi mali erant ex bonis parē-  
tibus orti, scilicet ex Abrahā, Isaac &c. ¶ Item nota  
quod triplex est grauitas, scilicet gratiæ, penæ, & culpæ.  
De grauitate penæ dicitur Ecclesi. 40. Graue iugum  
super filios Adam a die exitus de vêtre ma-  
tris eorū vsq; in diem sepulturæ. De grauitate gra-  
tiæ, quæ animā grauem & stabilē facit, dicitur Exo.  
17. Quod manus Moyli erant granes, id est in bono  
stabile. De grauitate culpæ dicitur, Vē genti pecca-  
trici, populo graui iniquitate. Et merito peccatum  
grauitas quædam dicitur, quia sicut graue naturali-  
ter descendit deorsum, sic peccatum deorsum ani-  
mam trahit ad infernum. Vnde in persona peccato-  
ris dicitur. Factus sum mihi metipsum grauis: cur non  
rollis peccatum meum: Item nota quod vanitas di-  
citur esse, quod verum & fixum esse non habet: &

psal. 48.  
Homo.

Filij.

Nota.

Gravit.  
Ec. 17. aff.  
40.

Exo. 17.

Es. 1.

Iob. 7.

Re. def. 1.

talia sunt omnia temporalia. vnde ecclesiast. 1. Vidi  
cuncta. quæ sunt sub sole: & ecce omnia vanitas. Si  
milititer mendaciū dicuntur, quia veritate carēt præ-  
tendentes beatos facere suos possessores, quos ta-  
men miseros faciunt. Vnde sperantes in temporali-  
bus, finaliter cum se deceptos cognoscunt, dicunt  
illud Esa. 28. Posuimus mendaciū in spem nostram,  
& mendacio protecti sumus. Tales ergo reprehē-  
dēs psal. ait. Filij hominū. quia scilicet ex hominibus  
& bonis nati, mali estis. ¶ Quequo graui corde. id est v-  
quequo peccati grauitatem tenebitis in corde, &  
voluntate scilicet amando temporalia. ¶ Quid. id est  
quare diligitis temporalia, quæ vanitas sunt & me-  
daciū: quia deficiunt & decipiunt.

Es. 28.

Scitote quoniam mirificauit dominus  
sanctum suum: dominus exaudiet me,  
cum clamauero ad eum.

¶ Hic cōsequenter laudando christū prædicat, vt in  
ipso spem suam ponant, tū propter suam dignitatē  
quia mirificauit dominus sanctum suum: tum pro-  
pter nostram vtilitatem: quia exaudiet sperantes in  
eū. ideo dominus exaudiet me &c. quasi dicat. Ita  
& vos exaudiet: si spe clamaueritis ad illum. Et nota  
quod per ly dominus deus pater intelligitur: quia  
dominus est nomen potestatis: & potentia patri at-  
tribuitur. per ly sanctus vero intelligitur christus. de  
quo dicitur Dan. 9. Vngatur sanctus sanctorum,  
& finem accipiat peccatum. Dominus ergo mirificauit  
sanctum suum. id est deus pater mirabilem christum  
ostendit per miracula multa incarnationis, vitæ præ-  
dicationis, passionis mortis, resurrectionis, ascensio-  
nis, & spiritus sancti missionis. Sed quia quis plus  
mirificatur, id est mirandus efficitur p̄ misericordiā  
quam per aliquid aliud, iuxta illud orationis. Deus  
qui omnipotentia tuam parcendo maxime & mise-  
rādo manifestas &c. ideo ostēdit quod christus ma-  
xime in operibus misericordiæ, scilicet exaudiedo  
peccatores, fuit mirificatus propter quod. d. mirifi-  
cavit &c. Et maxime in operibus misericordiæ, quia  
dominus ipse ebor stus exaudiet me &c. & cōsequenter ostē-  
dit modū quo clamare debemus ad eū, si ab ipso ex-  
audiri cupimus, scilicet vt à peccatis cauamus. quia  
Peccatores deus non exaud. et. Et hoc est q̄ dicit.

de esse. di.  
2. mira-  
tur.

Dominus.  
Pater.  
Deus.

Dan. 9.

Misericor-  
diæ.

Iob. 9.

Irafcimini & nolite peccare: quæ dicitis  
in cordibus vestris, & in cubilibus ve-  
stris compungimini.

¶ Vbi nota quod de duplici ira hic versus intelli-  
gitur, scilicet de ira subita quæ est quidā primus mo-  
tus, qui non est in potestate nostra: sed ei non con-  
sentire, ipsam perducendo ad effectum, est in pote-  
state nostra. & de ista dicit irascimini. id est sic contin-  
gat primus ire motus, nolite peccare. scilicet con-  
sentiendo, & ad effectum perducendo. Et hoc idem  
docet Apostolus. d. Irascimini, & nolite peccare: &  
modum adiungit. d. Sol non occidat super iracundi-  
diam vestram. Secundo intelligitur de ira delibera-  
ta, qua quis irascitur peccatis, quando scilicet pec-  
cata displicent sibi. Sic enim etiam deus irascitur  
non hominibus, sed peccatis & vitijs, de penitent.  
dist. 1. quamobrem cōsiliū meum. sic ergo & vos  
irascimini peccatis, & amplius nolite peccare. Et ad  
istum sensum aptatur sequens litera. d. Quæ dicit  
in cordibus vestris &c. Vbi nota quod per cubila  
intelliguntur corpora nostra, in quibus anima  
B requiescit

de pe. dis.  
2. trans-  
runt

Eph. 4.

de pe. dis.  
1.

Cubile.

requiscit, ut in cubiculo corpus. Sic enim dicitur. Tu autem cum oraveris intra in cubiculum tuum &c. quia devote orans seipsum infra corpus suum claudere debet, ut nihil de exterioribus cogitet. In cubilibus ergo vestris compungimini, id est corpora vestra compungite & affligite. *Que dicitur in cordibus vestris, id est de illis peccatis quae in corde vestro versantur. Et de hac compunctione penitentiae sequitur.*

**Sacrificate sacrificium iustitiae & sperate in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona.**

Hic enim psal. cunctos ad agendam penitentiam provocat. Vbi nota quod iustitia, quae reddit unicuique quod suum est, exigit, ut alienum restituatur quantum est possibile. homo autem peccando auferit a deo honorem debitum. Exigit iustitia, ut deo ablatum honorem restituatur. hoc autem facit puniendo peccatum, quod contra deum commissum, quia tantum honoris inducit peccati puniatio, quantum abstulit ipsi sum peccati. & ideo puniatio peccati vel ipsa penitentia dicitur sacrificium iustitiae, in quo peccator iuste commissam peccata puniendo, seipsum sacrificat deo. Et hoc est quod hic. d. gl. *Sacrificate sacrificium iustitiae &c. q. d. Offerte deo non animalia bruta, quibus non delectatur deus, sed sacrificium iustitiae, quod est spiritus contribulatus: ut se puniens homo per penitentiam mactet se deo: quia sacrificium Deo spiritus contribulatus &c. quod bene dicitur sacrificium iustitiae. Quid enim iustius, quam quod quisque suis peccatis irascatur potius quam alienis: & se puniens per penitentiam satisfaciendo se ipsum offerat deo: Et per tale sacrificium sperantur bona aeterna, quae hic non recipiuntur. Sed quia pauci sunt, qui diligant illa aeterna bona, quae non videntur, quae tamen sola diligenda sunt: quia ceteris solum ad necessitatem vrendum est & non ibi finis ponendus. ideo subdit. d. *M illi dicunt quis ostendit nobis bona.* scilicet ista aeterna, quae dicitur sola diligenda. q. d. *Quis novit, si talia bona aeterna sunt: Quis novit si post hanc vitam boni praemiantur, & puniantur mali: Quis enim ab inferis venit, ut ista nobis annunciet: q. d. nullus est qui nobis talia bona ostendere possit. Et isto modo de istis bonis aeternis dubitant: imo potius illa esse negabant illi q. d. Non est refrigerium in fine hominis: & non est qui agnitus, sit reuersus ab inferis.**

**Signatum est super nos lumen vultus tui domine: dedisti letitiam in corde meo.**

Hic consequenter praedictae quaestioni respondet. Et tria facit. quia primo. d. quis talia bona nobis ostendit. Secundo quis talia bona nobis abscondit: ibi. *A fructu.* Tertio quod in talibus mens perfecte requiescit: ibi. *In pace.* Quantum ad primum ostendens qualiter aeterna bona possumus cognoscere. d. Signatum est &c. Vbi nota quod per vultum dei intelligitur ratio, per quam rationales a brutis animalibus distamus. Tum quia sicut per vultum quis cognoscitur, ita per speculum rationis cognoscitur Deus. Et sicut per vultum vnus alteri maxime assimilatur ita & nos per rationem deo similes sumus: unde dicitur. *Fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, & hoc per ipsam rationem: haec autem ratio per peccatum in nobis obscuratur per quod homo dissimilis deo efficitur: de peccatoribus di-*

cit psal. Domine quis similis tibi: sed ista ratio per peccatum obscurata per gratiam illuminatur: ut homo scilicet cognoscat, quid querendum, quid vitandum sit, psal. Domine in lumine vultus tui ambulabunt. Et ergo vultus dei ratio nobis impressa: lumen autem huius rationis est gratia. Quando ergo illi quaerunt. *Quis ostendit nobis bona.* Respondendum: quod ratio per gratiam illuminata talia bona cognoscere potest. & hanc in se habent qui seipsum sacrificant deo sacrificium iustitiae. Et hoc est quod dicit. *Signatum est super nos &c.* Vel secundum aliam expositionem magis mysticam quam literalem. Lumen vultus dei dicitur ipsa crux benedicta, cuius lumine signati sumus interiori & exteriori, sicut frontem cordis & corporis: quod est signum regis nostri. Ut sicut denarius signo regis signatur: ita & fidelibus signum summi regis scilicet crucis imprimatur, quae verum lumen dicitur: quia virtute sacramenti crucis vera bona non solum ostenduntur nobis, verum etiam conceduntur. ideo subdit. *Dedisti letitiam in corde meo.* scilicet letitiam spiritualem non foris in vanis, sed intus in corde, ubi habitat deus, ubi quiescenda est letitia: quia intus sunt vera & certa bona, quae mali videre non possunt amore temporalium exceptati. ideo subditur.

**A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.**

Hic enim ostendit, quid aeternorum bonorum cognitionem tollit a nobis, scilicet amor temporalium. q. d. quare mali talia bona non cognoscunt. Respondet quia in temporalibus delectantur: & hoc est. *A fructu frumenti &c.* Per ista tria, scilicet frumentum vinum & oleum, vltibus humanis magis necessaria intelligit omnia temporalia. A talibus enim mali multiplicantur. i. multiplicibus curis implicantur, per quas distracti bona vera non finiuntur videre.

**In pace in idipsum dormiam, & requiescam.**

Hic consequenter ostendit, in quo nostrum fidem debemus ponere: quia scilicet non in temporalibus quae decipiunt & deiciunt: sed solum in deo, qui nec deficere nec decipere potest, dicit. *In pace in idipsum, scilicet in ipsum deum incommutabilem dormiam & requiescam: dormiam, scilicet ab omni strepitu mundi securus: Et requiescam, fruendo vita beata. Et haec gratiam sibi a deo datam recognoscit. d.*

**Quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me.**

**PSALM. V.**  
**Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.**

Titulus huius psalmi est secundum magistrum. *In sinem pro ea, quae consequitur hereditatem psalmus david.* Vbi notandum, quod iste psalmus fundatur super historiam, quae habetur Genes. 21. ubi legitur quod Abraham habuit duos filios, vnum de ancilla Agar, scilicet Hismael, & alterum de libera, scilicet Sarra, id est Isaac. Hismael vero maior natus persequebatur Isaac, dum luderet cum eo: intelligens igitur sarra ludum Hismaelis esse persecutionem Isaac, dixit viro suo. *Eijce ancillam & filium eius de domo. & cetera est cum filio suo & sic.*

Libera, ancilla.

& sic libera cum filio obtinuit hereditatem. Ad haec historiam respicit iste titulus. cui etiam quaedam verba psal. alludunt. verum non de historia, sed de significato historiae agitur in hoc psalmo. Libera enim Sarra, quae non secundum naturam, sed per gratiam dei peperit, ecclesiam dei significat: quae filios spirituales deo generat, non carne, sed spiritu & gratia dei. Ancilla autem significat synagogam, quae pro temporalibus seruit, & totum corpus malorum, qui secundi & terrenis abundantes persequuntur ecclesiam & filios eius tormetis & illusionibus: quae tamen consequitur hereditatem aeternam, illis exclusis. Et tunc est sensus tituli iste. psal. iste dirigit nos in finem, sicut in christum, est pro ea libera, sicut Sarra honoranda, sicut ecclesia libera per Sarra significata: quae consequitur hereditatem aeternam, a qua ancilla eius sicut synagoga excluditur. unde sequitur quae consequitur hereditatem. Intentio autem istius psal. est spe confortare fideles de aeterna hereditate habenda. His praemissis, accedo ad diuisionem psal. qui diuiditur in tres partes. Quare psalmista loquitur in persona ecclesiae, primo petit hereditatem gloriae sibi dari. Secundo petit contra hostes auxilium gratiae sibi praestari: ibi. *Domine deduc me &c.* Tertio ostendit finaliter bonos gloriarum, & malos cruciari: ibi. *Larentur omnes qui sperant.* Prima in tres, quia primo orando, hereditatem dandam sibi petit. Secundo ad hoc rationem adducit: ibi. *Intende voci orationis meae.* Tertio ab hac malos vel synagogam excludit: ibi. *Neque habebit iuxta te magnus.* Primo ergo orando, petit hereditatem sibi dari & exaudiri. d. *Verba mea auribus percipe &c.* Et vide quod iste orando duo facit, & duo petit. Duo enim facit. quia verba loquitur & clamat, & quaerit verba auribus percipi, & clamorem intelligi. verba pertinent ad os: sed clamor ad cor. unde dicit, *Verba auribus percipe & clamorem intellige.* Nota ergo quod auris dei non est corporale instrumentum, sed est eius gratia, qua nostris votis annuit. Sic enim aures dei pro exauditione orationis accipiebat Salomon. d. *Deus sine aures tuas inteta super orationem, quae fit in loco isto & psal.* Inclina aurem tuam, & exaudime. Cōsimiliter intelligere dei est nostram orationem considerando exaudire. Sic enim intelligere, per exaudire siue benigne accipitur. Beatus vir qui intelligit super egenam & pauperem, sic ergo in oratione debet esse clamor cordis: debet esse verba oris: & verba percipit deus, & clamorem intelligit exaudiendo. Sed hic cadit dubium, quid sufficit oratio clamare corde sine verbis: Rñsio quod duplex est oratio. quaedam ex institutione christi vel ecclesiae certam habens formam verborum. quaedam vero nullam certam habens formam. de prima dico, quod si quis ad illam obligatur, quod orationem verbis exprimere oportet: ut puta, cum quis absoluit alium, non sufficit corde dicere, dominus te absoluat &c. sed oportet quod orationem verbis formatis exprimat: sic & de officium dicendo. De oratione autem quae certam formam institutam non habet, non obligat sufficit orare corde.

Auris, 2. par. 8. psalm. 85. Oratio.

psal. 40.

Vox, dubitatio, Responso.

40.

Humilitas, Oratio.

**Intende voci orationis meae, rex meus & deus meus.**  
Hic adducit rationem quare a deo debet exaudiri. Vbi nota quod orationem tria exaudiri faciunt, sicut humilitas, simplicitas, & assiduitas. Et secundum hoc tres rationes adducit sicut suam humilitatem in principio. Secundo suam fidelitatem: ibi. *Quoniam ad te orabo domine: Suam assiduitatem: ibi. Mane astabo tibi.* Primo

ergo assignat rationem suae humilitatis. d. *Intende &c.* Humilitas enim orationem facit exaudiri. Judith. 9. Superbi ab initio non placuerunt tibi: sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Hanc autem humilitatem in sua oratione ostendit. d. *se dei seruū creaturam & subditū. unde vocat deum regem suū & dominum. d. Intende voci orationis meae rex meus & deus meus.* per regem intelligit christum, secundum consuetudinem scripturae: ideo quia secundum hominem unctus est oleo spirituali: sed per deum intelligit patrem, qui est fons totius deitatis. Et bene praemittit regem deo: quia per christum peruenimus ad patrem ipso dicente. Nemo venit ad patrem, nisi per me. Et tñ aduerte, quod duabus personis loquens, sicut patri & filio: non dicit intendite in plurali: sed intende in singulari: per hoc ostendens pluralitatem personarum in unitate essentiae diuinae. Ponit unitatem essentiae, contra Arrianos: sed pluralitatem personarum contra Sabellianos.

**Quonia ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.**

Hic assignat rationem suae fidelitatis: fidelitas enim orationem facit exaudiri, dicente christo, Si habueritis fidem, & dixeritis huic arbori, errad care & trasplatare in mare, obediet vobis. Haec autem fidelitas in sua oratione ostendit: quia non ad demones, non ad sortilegos orat: sed solum ad deum. d. *Quoniam ad te orabo domine.* sicut non ad alium. Sed quia fides puritatem annexam debet habere: ideo subdit, *Mane exaudies vocem meam,* sicut enim per noctem peccatum: sic per mane, quod est principium diei, puritas a peccato significatur.

**Mane astabo tibi, & videbo, quonia non deus volens iniquitatem tu es.**

Hic assignat assiduitatem. Assiduitas enim orationem facit exaudiri: ideo dicitur. Oportet semper orare & non perficere. & Luca. 11. Si perseverauerint pulsans &c. Haec ergo assiduitatem in sua oratione se habere ostendit: quia bono mane ad orandum surgebat. d. *Mane astabo tibi &c.* Haec enim hora apta est ad orandum. si consideres ex oratione principaliter duo debemus petere. scilicet a motionem malorum, & bonorum operationem. quae duo isti hora, conueniunt. quoniam mane fit malorum & viciorum extirpatione, & bonorum operatio. Primo enim mane fit peccatorum extirpatione. In matutino interficiebatur omnes peccatores terre. naturaliter enim demones odiunt lucem: ideo adueniente mane, facilius fugantur. psal. Ortus est sol &c. In cuius figuram mane omnes Aegyptios persecutores Hebraeorum proiecit in mare. Exo. 14. Iam aduenerat vigilia matutina, & respiciens dominus super castra Aegyptiorum interfecit eos &c. Secundo mane fit bonorum operatio. In cuius figuram dicitur. Exiit primo mane conducere operarios in vineam suam. Et propter ista dicunt aliqui, quod semper oratio est maioris efficaciae de mane, quam alia hora. in cuius figuram orationes soleniores & sacrificium ecclesiae de mane fieri statuit, ut missa, & consecrationes tam personarum, quam ecclesiarum, & altarium. Quod bene notat psal. dicit. *Mane oratio mea prauemer te.* In huius figuram signum David ordinavit quod Leuitae staret mane ad consistendum & canendum domino. 1. Paralipome. 23. Ista est hora maiores fiunt a deo reuelationes. Sic enim de mane Samueli primo reuelatus fuit sermo dei. Regum. 3. Quod bene notans hic psal. dicit. *Mane astabo tibi, & videbo &c.* Vel secundum glo. per

Mat. 8.

Iustitia, Punio, honora, u. i. i. i. i.

Mat.

Mat.

Sapientia.

Vultus, ratio.

psal. 34.

psal. 88.

Cruce.

de deo, 3. quid ergo.

1. q. 2. c. ipse factus credo.

Luca. 17. Oratio.

11. q. 3. e. n. s. s. s. s.

Luca. 18. Oratio, Mane.

psal. 100.

psal. 103.

Exo. 14.

Mat. 20.

psal. 89.

1. par. 23.

Regum. 3.

glo. per mane intellige puritatem conscientia, quæ  
 oritur pullis tenebris culpa. sicut mane oritur post  
 tenebras noctis. Ideo dicitur. Mane absq; nubibus  
 rutilat. Istud mane puritatis mentem disponit ad  
 deum videndum & cognoscendum. Matth. 5. Beati  
 mundo corde &c. Et ideo dicit. Mane astabo tibi.  
 Altare enim deo notat mentis directionem ad deum  
 & videbo quoniam tu es. i. sciam quoniam tu es qui  
 stabilis manens, das cuncta moueri. Et quare oran-  
 do mane astandum est? *Quoniam tu es deus non volens  
 iniqui aatem.*

**43**  
 Neq; habitabit iuxta te malignus:  
 neque permanebunt iniusti ante ocu-  
 los tuos.

Hic consequenter ab ista hæreditate malos & sy-  
 nagogam excludit. Et duo facit: quia primo hæredi-  
 tatem æternam excludit a malis. secundo eam con-  
 sequendam dicit a bonis, ubi. *Ego autem in multitudine  
 misericordie tue.* Circa primū tria genera peccato-  
 rum excludit, ad quæ cetera peccata reducuntur. sci-  
 licet peccantes voluntate, peccantes opere, & pec-  
 cantes ore. Primum. excludit peccantes voluntate,  
 d. *Neque habitabit iuxta te malignus.* per malignitatem  
 enim intelligit peccatum volitatis, quoniam vt ait  
 glo. Malignus dicitur, qui malum vult proximo, &  
 si nocere non possit. tales non habitāt iuxta deum:  
 quia per malum voluntatem separantur a deo, non  
 loco, sed similitudine. & hoc aliis verbis confirmat.  
 d. *Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos.* Iniustus  
 est enim qui nō facit quod debet, vel facit quod nō  
 debet. Isti non permanebunt ante oculos domini:  
 quia lucem dei ipsorum oculi tenebris peccatorum  
 pressi sustinere non possunt. Vnde & lucem veræ  
 intelligentiæ & si mali aliquando vidēt ad tempus:  
 tamen in illa non permanent. vel hoc erit comple-  
 tum in iudicio: vbi mali & si humanitatem Christi  
 videbunt, diuinitatem tamen videre non poterunt:  
 ne latentur in ea, dicente propheta, Tollatur im-  
 pius ne videat gloriam dei. Isti autē textū exponit a-  
 liqui magis literaliter dicentes, quod quia deus ha-  
 bitabat per gratiam solum in iudeorū populo, quo-  
 rum metropolis erat Hierusalem. ideo per Dauid  
 fuit ordinatum, ne gentiles per ipsos significa-  
 tos ibidem habitare possint: scilicet in Hierusalem:  
 vbi specialiter deus habitabat. Et ad istum sensum  
 exponunt totum istum versum. Nos autem non ta-  
 lem reuerentiam habitationi dei exhibemus: quia  
 non solum in nostris ciuitatibus impios & infide-  
 les habitare permittimus, sed quod deterius est, hæ-  
 reditatem inter dei ministros habent &c.

**44**  
 Odisti omnes qui operantur iniqui-  
 tatem: perdes omnes qui loquuntur  
 mendacium.

Hic excludit peccatum operis. Odium enim pro-  
 prie non cadit in deo: sed odire malos dicitur: quia  
 ad modum odientis se habet, dum eos à se expellit  
 & damnat. Et si dicas quomodo odit operantes in-  
 iquitatem, cum dicatur, Sapientia 11. Diligis omnia,  
 & nihil odisti eorum quæ fecisti. Responso, quod  
 naturam diligit, sed odit peccatum. Et notanter di-  
 cit, *Omnes qui operantur iniquitatem:* & non qui opera-  
 ti sunt: ne penitentiam excludere videatur omnes  
 enim impios deus perdit & odit: & tamen parci-  
 tentibus: quia amplius non dicuntur impij. Om-  
 nia enim nomina quæ a vitis vel virtutibus de-

riuantur, vt iustus, bonus, aduiter, impius, remotus  
 vitio vel virtute, & nomina ipsa remouentur vt de-  
 bent, vt habetur, 6. quæstio. 2. His auctoritatibus.  
 32. quæstio. 1. quod autem tibi. *Perdet omnes qui lo-  
 quuntur mendacium.* Hic excludit peccatū oris. quod  
 est loqui mendacium, & merito. Nam mendacium  
 veritati contrarium est. Verum autē est de eo quod  
 est, mendacium verò de eo quod non est. Et sic me-  
 rito perditur, qui declinant ab eo quod est, ad il-  
 lud quod non est. Et notat hic glo. quod aliud est  
 mentiri, aliud falsum loqui, & aliud mendacium. Nā  
 mentiri est contra mentem ire vel loqui. Et sic ali-  
 quando verum dicens mentitur, vt Iudæus dicens  
 episcopum verum deum: falsum loqui est dicere ali-  
 ter quam sit in re, siue credatur illud esse falsum si-  
 ue non. Et sic falsum dicens aliquando mentitur: vt  
 Christianus. d. Christum non esse deum: aliquando  
 non mentitur, quando scilicet dicit falsum credens  
 verum dicere: & sic falsum dicens, quādoque verax  
 est Mendacium vero omnia ista continet: quia men-  
 daciū est falsa vocis significatio cum intentione fal-  
 lendi. Vt ergo sit mendacium, necesse est vt falsum  
 subdit, & contra conscientiam dicatur. Et quia om-  
 ne quod est contra conscientiam, peccatū est, & re-  
 dicitur ad gehennam: ideo merito perditur omnes  
 qui loquuntur mendacium. Ad hoc tamen magis  
 declarandū notat glo. quod maxime sunt tria men-  
 daciū generā, ad quæ cetera reducuntur, scilicet  
 mendacium officiosum, iocosum, & perniciosum.  
 Officiosum quod fit pro vtilitate alterius: vt men-  
 daciū obstericum. Iocosum, quod non fit ad deci-  
 piendum: Perniciosum, quod fit ad alterius damnū.  
 Et omne mendacium licet quandoque sit veniale  
 in perfectis, perfectis tamen est mortale. Ex prædi-  
 ctis igitur omnibus concludit propheta, malos &  
 synagogam ab hæreditate dei velut Hismael expel-  
 lendam. Eo quia præuidit propheticū spiritu, syna-  
 gogam omnibus prædictis modis contra Christum  
 peccaturā. q. d. Maligni ab hæreditate dei expellen-  
 tur: quia non habitabit iuxta te malignus. Sed isti  
 fuerunt contra Christum: quia malignus est qui vult  
 malum proximo: isti autē sine causa mortem Chri-  
 sti querebant. Vnde de illo populo dicitur admira-  
 tione. Quanta malignatus est inimicus in sancto. Isti  
 operabantur iniquitatem: quia dolo querebant Chri-  
 stum occidere. Isti loquebantur mendacium: quia  
 multa falsa testimonia contra Christum produxe-  
 rant. Quid ergo de istis sciendum restat: nisi vt ab hæ-  
 reditate expellantur: ipsi contra Christum malignā  
 do querebant hæreditatem Christi. d. Matth. 23. Hic  
 est hæres, venite occidamus eum: & habebimus hæ-  
 reditatem eius. Sed tamen audierunt sententiā Chri-  
 sti. d. Auferetur à vobis regnum dei, & dabitur &c.

**45**  
 Virum sanguinum & dolosum abo-  
 minabitur dominus: ego autē in mul-  
 titudine misericordie tuæ.

Postquam excludit hæreditatem a malis. Hic cō-  
 sequenter ostendit illā bonis confedendā. Bonus au-  
 tem est ille, qui non in mundo, non in se, sed solū in  
 deo deū veraciter & colit, & timeret: & istis datur hæ-  
 reditas. vnde dicit. *Virum sanguinum &c.* q. d. Si ergo sic  
 est: quod virum sanguinum, id est homicidam, id est  
 peccatorem, qui seipsum per peccatum occidit &c.  
 abominatur dominus: & sic ab hæreditate expellitur.  
 Ideo ego hæreditatem habere cupiens, in persona  
 ecclesiæ. d. Ego autē sperabo in multitudine mise-  
 ricordia:

diæ tuæ, scilicet non meis meritis mihi hæredita-  
 tem dandam: sed ex misericordia tua. Et sic.

**46**  
 Introibo in domum tuam, scilicet celestem, adora-  
 bo ad templum sanctum tuum, quod sci-  
 licet est Christus: in timore tuo. scilicet filiali: q. timor,  
 quo scilicet timetur offensa non pena, hæreditatem  
 dei acquirit. Quia vt dicitur Eccl. Timor domini glo-  
 ria & gloriatio. Iudæi enim extra Hierusalem exi-  
 stentes, quando orabant faciē corporis versus Hie-  
 rusalem, & templum vertebant. Iste autem hoc in  
 spiritu se facturum dicit in persona eccle. d. *Adorabo  
 ad templum &c.* non quidem corpore sed mēte: quia  
 veri adoratores adorant patrem in spiritu &c.

**47**  
 Domine deduc me in iustitia tua  
 propter inimicos meos dirige in cōspe-  
 ctu tuo viam meam.

Hic consequenter considerans multos se habere  
 hostes: qui ad malum conantur inducere ne hære-  
 ditatem domini obtineat, scilicet demones, mun-  
 dum, & carnem: contra hos petit auxilium sibi præ-  
 stari. Et duo facit: quia primo auxilium a deo postu-  
 lat. Secundo maliciam suorū hostium demonstrat:  
 ubi. *Quoniam non est in ore eorum.* Quantum ad pr-  
 mu sciendum: quod Christus ideo a patre fuerat missus,  
 vt sua passione redimeret mundum. Et sic per iusti-  
 tiā deo pro nobis satisficeret. quæ satisfactio iusti-  
 tia dicitur: quia iustitia vult vnicuique reddi, ablata  
 satisfieri. Et quia mortem appetere non est huma-  
 næ naturæ: iccirco vt hanc iustitiam perficere pos-  
 sit, auxilium dei postulat. d. *Domine deduc me in iusti-  
 tiam tuam:* vt scilicet constanter patiar pro inimicis  
 meis q̄ constantia nomine iustitiae intelligitur. quia  
 iustitia idem est, quod iniure status. Et iustitiam tuam:  
 ad differentiam iustitiæ hominum, quæ solum est  
 exterior & apparens, & quæ malum reddit pro ma-  
 lo. Sed in iustitiam tuam, quæ interior est existens,  
 quæ non malum pro malo, sed bonū pro malo red-  
 dit. secundū illud. Benefacite iis, qui oderunt vos &c.  
 Et hanc iustitiā postulabat Christus, vt scilicet pro  
 inimicis saluandis moreretur. Ideo dicit *propter ini-  
 micos meos.* scilicet conuertendos & saluandos. Et hæc  
 declarans iustitiam subdit. *Dirige in conspectu tuo viam  
 meam.* vbi nota, quod conspectus hominis solū exte-  
 riora conspicere potest. ideo multoties fallitur: quia  
 laudat, quod laude nō est dignū: & vituperat, quod  
 vituperari non debet: sed dei cōspectus conscientia  
 interiorem conspiciat: ideo decipi non potest potens  
 ergo dirigi in conspectu domini, petit dirigi exte-  
 rius & interius. scilicet in conscientiam. q. d. nō quæ  
 ro viam meam. i. viuere meū dirigi in conspectu ho-  
 minum, qui solum exteriora conspiciat, sed in cōspe-  
 ctu tuo, qui conscientia vides: vt scilicet omnis mea  
 voluntas & meditatio in tuo conspectu dirigatur. sic e-  
 nim dicit. Meditatio cordis mei in conspectu tuo semp.

**48**  
 Quoniam non est in ore eorum ve-  
 ritas: cor eorum vanum est.

Hic ostendit quanta sit malitia inimicorum: pro  
 quibus tamen mori desiderat: vt magnitudo chari-  
 tatis eius nobis magis luceat. Et diuiditur in tres  
 partes: secundum quæ tria vicia de suis ostēdit inimi-  
 cis. scilicet Iudæis. Ostendit enim primo quod sunt  
 mendaces, verbis aduantes. Secundo quod sunt crude-  
 les, & iustos persequentes: ubi. *Sepulchrum.* Tertio quod  
 sunt proceres, deum irritantes: ubi. *Decidam.* Primo  
 ostendit eos mendaces. d. *quoniam non est in ore eorū ve-  
 ritas.* Hoc ideo quia multa falsa Christo imponebat:

vt puta quod in Bezebut eiciebat demonia: quod prohi-  
 buerat census dari Casari: quod gentes subuertebat  
 &c. & quare talia falsa sibi imponebant, subdit cau-  
 sam. *Quia cor eorū vanū est.* q. d. Ex abūdātia cordis os  
 loquitur. Hīs ergo cor vanū, quod potest veritate loqui:  
 quia d. nō. Vnde & philosophus. d. i. Ethic. o. Quod  
 vnusquisq; qualis est, talia loquitur & facit. Et ad-  
 uerte quod vanitas cordis stat in duobus maxime. scilicet  
 ca peccatū, & circa penā peccati. Circa peccatū, quā  
 quis putat quæ sunt peccata, nō esse peccata. habēs  
 iudiciū corruptū. Iste modo cor vanū habuit Pau-  
 lus, quā putabat nō esse peccatū nomē Christi perse-  
 qui, sed legis impletio. Et hæc vanitas habuerūt Iu-  
 dæi multi, qui zelum dei habentes, scilicet non se-  
 cundum scientiam, arbitrabantur non esse peccatū,  
 sed meritum ecclesiam Christi persequi: de quibus.  
 d. Christus. Venit hora, vt omnis qui interficit vos,  
 arbitretur obsequium se prestare deo. Et de ista vā-  
 nitate ipse loquitur Christus. d. ipse vero in vanū  
 quæserunt animā meā. i. corde vano non credētes,  
 hoc esse peccatū. Vanitas autē circa penā est, quādo  
 quis peccata impunita deū dimittere credit, qui em  
 ipsum peccatū & penā debitā diligenter aspiceret,  
 nunquam peccaret. Et istā vanitatem habuerunt iudei  
 impunitatem sibi promittētes. vnde de illis dicit. Po-  
 pulu tuo humiliauerūt, & hæreditatem tuā vexauerūt  
 &c. Et ierūt nō videbit dñs. sed puniēdo: vñ sub-  
 ditur. intelligite in populo, & stulti aliqui sapitē &c.

**49**  
 Sepulchrū patēs est guttur eorū: lin-  
 guis suis dolose agebāt: iudica illos de-

Hic ostēdit ipsos esse crudeles &c. Et hoc in duo-  
 bus. salios inf. i. do: ideo *sepulchrū patēs &c.* patēs. Quoniam si-  
 cut sepulchrū patēs fetores emittit, quib⁹ alij corū  
 puniētes guttur istorū est sepulchro cōparabile, quo  
 verba cōtra Christū emittēbat, vt alios inficerēt, &  
 cōtra Christū animarēt. Et etiā decipiēdo: *quia lin-  
 guis suis dolose agebant.* Vel aliter isti em̄ persequeban-  
 tur Christū dupliciter. aperte & occulte. Aperte p  
 manifestas iniurias: vt cū aperte & palā dicebāt, Da-  
 monium habes. Quādo tulerūt lapides vt iacerēt in  
 eū, quādo duxerūt eū in superciliiū motis, vt præci-  
 piraret eū. Et quantū ad hoc, cōparantur sepulchro  
 patēs: quia patenter fetores suarū malarū volūtātū  
 emittēbat. Et de quolibet tali dicitur. Pharetra eius  
 quasi sepulchrū patēs. Persequebātur etiā occulte:  
 vt puta p adulationes vt eū capere possent in aliquo  
 defectu. Vt cum dicitur. Magister scimus quia verax  
 es &c. Et quantū ad hoc subditur. *quod linguis suis do-  
 lose agebant.* quia s. vnū verbis prætegebāt & opposi-  
 tū gerebāt in corde. Et cūlibet tali dicitur. Tota die  
 iniustitiā cogitauit lingua tua: sicut nouacula fecisti  
 dolū. Et psal. 3. Linguis suis dolose agebāt. Venenū  
 aspidum sub labiis eorū. Et quia tales sunt ideo sub-  
 dit. *Iudica illos Deus* quod duobus modis exponitur.  
 Primo optatiue, vt s. Christus oret pro illis patrem,  
 vt iudicet illos, id est det eis gratiā, quā illi seipfos iu-  
 dicēt, ne s. damnentur æternaliter. Illa enim deus age-  
 re dicitur, quæ nos agere facit: sicut tūc cognoscere  
 dicitur, quādo nos cognoscere facit. Vt gen. 22. Nūc  
 cognoui quod timeas deū, id est alios cognoscere fe-  
 ci: sic & alios iudicare quandoq; dicitur, quādo dat  
 eis



gis gratiam, qua se pœnitendo iudicât, ne iudicetur A  
 æternaliter. sic deus gentes iudicauit, quâdo gratiã  
 dedit gentibus, vt errores suos cognosceret, & se ad  
 Christum conuerterent. Iudicabit gentes, & arguet  
 populos multos. Et sic in proposito virtute oratio-  
 nis huius aliqui iudæorum conuersi sunt ad Chri-  
 stum. Secundo exponitur prædictiue: & tunc indica-  
 re stat propinare vel damnare: sancti enim quando  
 præuident pœnam malis futuram, illam prædicunt,  
 nõ optant. sic & nunc Christus. Et hoc est, quod hic  
 ait glossa. Hic enim prædicere quæ pœna sit malis  
 futura, non est enim hic opatio, sed videt quod fu-  
 turum est secundum iustitiã dei, quasi dicat: & quia  
 tales sunt, o deus iudica illos, non optans, sed quod  
 futurum est prædicēs. sic enim prædicendo pœnam  
 inde futuram, dicit psalmista. Cum iudicatur, exeat  
 condemnatus, &c. Fiant dies eius pauci, &c. Sed pri-  
 ma expositio plus mihi placet.

**50** Decidat a cogitationibus suis: secun-  
 dum multitudinem impietatum eorũ  
 expelle eos: quoniam irritauerunt te  
 domine.

**Cadere** Consimiliter iste versus potest intelligi optatiue  
 & prædictiue. Optatiue vt sit sensus. Ista irritauerunt  
 te domine, s. suis peccatis ad iram te prouocauerunt.  
 Sed pro eis rogo, vt decidant a cogitationibus suis  
 malis, id est ab illis cadat, illas deserendo. Et quia hoc  
 a seip̄s non possunt facere: ideo, o tu deus, secundum  
 multitudinẽ impietatu eorũ expelle eos, ab illis, sci-  
 licet non solũ ab vno peccato, sed ab omnibus. Ex-  
 pelletur em̄ peccator a statu peccati, qñ deus ipsum  
 conuertẽdo ad penitentia ducit. Iuxta illud. Timor  
 domini expellit peccatũ. Potest etiã legi prædictiue.  
 & tunc nõ optatio, sed prophetando prædicat pœni-  
 tionẽ malis futurã: quasi quia isti irritauerunt nomẽ  
 tuum dñe. Ideo decidant a cogitationibus suis. i. ca-  
 dẽt. Decidat em̄ qui spe sua frustratur. Isti autẽ perse-  
 quendo & occidendo Christum, sperabant Christi  
 nomẽ & fidẽ extinguere: sed deciderunt a suis cogita-  
 tionibus: quia per hoc Christi nomẽ & fides magis  
 inualuit. Etiã quia per hoc credebat hereditatẽ dei  
 habere: sed per hoc illã perdidit. Vnde dicit illud.

**Matt. 21.** Hic est heres, venite, &c. Sed ab istis cogitationibus  
 decidit: propter quod eis ibidem dixit Christus.  
 Auferetur a vobis regnũ dei. Et non solũ ista pœna  
 eis eueniet in præsentem, sed etiã futuro: quia secundum  
 multitudinẽ peccatorũ erit & pœnarũ multitudo. **D**  
 Et hoc est quod dicit. *Secundum multitudinẽ impietatu eorũ,*  
 Expelle eos. Et tunc expellere idẽ est q̄ punire vel damnare.  
**Job. 18.** Sic estis dñs Job. 18. Expellet eũ de luce i tenebras: qđ  
 exponẽs Gre. d. De luce ad tenebras peccator ducit,  
 cu de honore vitæ p̄ntis ad æterna supplicia dñat.

**51** Et latentur omnes qui sperant in te:  
 in æternum exultabunt, & habitabis in  
 eis.

Postquã ostendit synagogam ab æterna heredi-  
 tate repullam propter sua demerita. hic ostendit,  
 ecclesiam Catholicam illã habere. Et sicut nos per  
 pœnas damnatorum terruit: ita nos per præmia alli-  
 ciat. De ipsa hereditate celesti per bonos habenda  
 tria ponit, scilicet quod est æterna. Secundo quod est  
 diuina. ibi. *Et gloriabuntur.* Tertio quod est gratuita,  
 & non ex meritis nostris. *Domine vt scuto.* Quan-

tum ad primũ ostendens quod illa est æterna, dicit.  
 Et latentur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt &c.  
 Spes enim formata beatos nos facit, quæ scilicet in  
 solo deo ponitur. psal. Gustate quoniam suavis est  
 dominus, beatus vir qui sperat in eo. Qui enim spe  
 formata sperat in deo, beatus est: quia iam deũ ha-  
 bet in spe, qui est omne bonum; & dico spe forma-  
 ta: quia sperare sine meritis, nõ est spes, sed præsum-  
 ptio, vt ait Magister libro. 3. distin. 26. Illa autẽ bea-  
 titudo est æterna: vnde dicitur: *in æternum exultabunt.*  
 Certitudo enim æternitatis gaudij est suprema cõ-  
 ditio beatitudinis: quia si quis nõ esset certus de illa  
 æternitate, iuste timere posset cadere ab illa: & sic  
 iusti timent. Talis autem timor pœna esset: & sic in  
 beatis esset pœna; quod cõtradictionem includit. Et  
 hoc est ratio quare Paulus videns diuinam essentia  
 non fuit beatus: quia non fuit certus de æternitate  
 illius visionis. Et quantum ad hoc dicitur: *in æternum*  
*exultabunt.* Sed quæ erit causa tantæ exultationis?  
 Certe quia deum in se ipsishabebat: propter quod  
 sequitur. & habitabis in eis. vnde glo. Hęc est exul-  
 tatio sanctorum æterna: cum templum dei fuerit: &  
 deus habitabit in eis, secundum illud Apoc. Ecce  
 tabernaculum dei cum hominibus: & habitabit cũ  
 eis: & erit eorũ deus: & ipsi populus eius: & abster-  
 get deus omnem lachrymam ab oculis eorum: &  
 non erit amplius nec luctus nec clamor nec vllus  
 dolor, &c.

**52** Et gloriabuntur in te omnes qui di-  
 ligunt nomen tuum: quoniam tu bene-  
 dicces iusto.

Hic ostendit quod ista beatitudo est diuina: quia  
 de solo deo, non de creatura, propter quod dicit. *Et*  
*gloriabuntur in te,* quasi dicat: non in alio, scilicet tan-  
 quam te habentes ad fruendum: *qui diligunt te.* Quo-  
 niam tu benedices iusto, scilicet illa benedictione quam  
 dabit iustis in iudicio: dicit. Venite benedicti patris  
 mei, &c. Iuxta illud. Etenim benedictionem dabit  
 legislator: iudicabit de virtute in virtutem, vt videatur  
 deus, &c.

**53** Domine vt scuto bonæ voluntatis  
 tuæ coronasti nos.

Hic ostendit quod ista hereditas est gratuita: quia  
 merita nostra ad tantam hereditatem non sunt  
 condigna: sed sola dei bona voluntate nobis datur.  
 Et hoc est quod dicit. *Domine vt scuto bonæ voluntatis*  
*tuæ.* Vbi nota q̄ scutum duplicem formam habet.  
 Aliquando enim est triangulare: & significat fidem  
 sanctæ trinitatis. Iuxta illud apostoli. In omnibus vo-  
 lentes scutum fidei, in quo possitis extinguere om-  
 nia tela nequissimi in ea, &c. Fides autem non est  
 a nobis, sed a bona voluntate dei, qua nos elegit ab  
 æterno, quoniam bona voluntas dei nostram bonã  
 voluntatem præcedit, propter quod dicit magister  
 li. 2. di. 26. & 27. quod fides est donum dei: nec est ex  
 libertate arbitrij nostri, sed ex gratia. Et bona volũ-  
 tas dei nobis est vt scutum in præsentem, qua omnis  
 diabolica tentatio repellitur. Et de hac bona dei vo-  
 luntate, qua per fidem regeneramur in Christo, vo-  
 luntarie enim genuit nos verbo veritatis, scilicet he-  
 dei. Secundo scutum habet formã rotundam: & hoc  
 proprie est forma scuti. Nam secundum Catholi-  
 com, scutum dicitur a scus quod est rotundum, quia  
 scutum rotundum solebat esse. & significat coronam

nã gloriæ. quæ victoribus & triumphatibus datur.  
 Vñ apud Romanos antiquitus erat cõsuetudo, qđ  
 cũ reuertebatur de bellis victores in signũ victoriæ  
 & coronæ, scutum rotundũ sup caput portabant. Et  
 ad huius imitationẽ inoleuit cõsuetudo in ecclesia,  
 qđ sancti in signũ victoriæ cũ scuto rotundo in ca-  
 pite pinguntur. & hæc coronam gloriæ a bona volũ-  
 tate dei subsequente habemus, nõ meritis nostris:  
 quia nõ ex operibus inlicitis, qđ fecim⁹ nos, sed fm suã  
 misericordia saluos nos fecit: pp qđ dñs. Hęc est vo-  
 luntas dei sanctificatio vestra. Ex quibus apparet qđ  
 bona voluntas dei est nobis in præsentem scutum per  
 defensionis p̄ fidem, & in futuro scutum coronę de  
 beatificationem: propter quod dicit. Domine vt  
 scuto, &c. i. bona voluntas tua in præsentem est no-  
 bis scutum, sed in futuro erit corona.

PSAL. VI.

**54** Domine ne in furore tuo ar-  
 guas me: neque in ira tua cor-  
 ripias me.

Anteq̄ ad expositionẽ veniã notandũ qđ quia in-  
 ter psal. pœnitentiales hic est primus. Põr qđi qua-  
 re sunt septẽ præcise. Ad hoc multa datur rñsiones.  
 Primo sunt septẽ, cõtra septẽ mortalia peccata. pri-  
 mo contra superbiam, &c. secundo sunt septẽ vt ostẽ-  
 datur p̄ sepeformẽ gratiã posse deleri qđquid pecca-  
 ti in septenario huius vitæ quæ septẽ diebus volu-  
 itur, cõmittitur. tertio quia septẽ sunt modi quibus  
 peccata delentur. s. baptisimus, elemosina, marty-  
 riũ, conuersio fratris, remittere in se peccanti, flet⁹  
 & cõtritio, & corporis Christi cõcatio, vt dicit ma-  
 gister in glo. Vel aliter p̄t dici, qđ ideo sunt septẽ,  
 ad denotandũ septẽ, quæ vera pœnitentia requirit, qđ  
 in illis psalmis septẽ continentur, s. misericordiæ dei  
 imploratio. In primo spei fidens tentio: in secundo  
 peccati frequẽ meditatio: i. tertio lachrymosa pecca-  
 ti cõtritio: in quarto aperta oris cõfessio: in quin-  
 to plena offensæ satisfactio in sexto veniã receptã  
 gratiarũ actio. Vel qđ iõ sunt septem psal. quia septem  
 magna peccata cõmisit Dauid, contra qđ fecit septẽ  
 pœnitentiã psalmos: cõtra quodlibet faciẽdo psal-  
 mũ distinctum, vt em̄ p̄ scripturã patet. Dauid fuit  
 superbus, vanẽ numerando populum. Dauid fuit  
 luxuriosus, factõ cõmittẽdo adulterium. Dauid fuit  
 adulator, false decipiẽdo proximũ s. Viriã, vt dor-  
 mitet cũ vxore sua. Dauid fuit proditor, milite per-  
 dẽs serenũ. Dauid fuit auarus, alienis ditãdo filium.  
 Dauid fuit homicida, multũ perdẽs populũ. Dauid  
 fuit hypocrita, peccatũ celando propriũ &c. Et sic  
 cõtra ista septẽ peccata septẽ sunt psal. pœnitentia-  
 les sic, qđ contra primum peccatũ superbiæ directe  
 istum psalmum fecit, vt videbitur. ¶ Circa istum  
 psalmum ergo primo videndum est de titulo, qui  
 talis est. *In finem psalmus Dauid pro octaua:* hic accipi-  
 pitur finis pro Christo, vt in titulo quarti psalmi.  
 Sed hic nouus terminus ponitur, s. pro octaua. Vbi  
 notandũ qđ secundum Hebræos, Octaua est hic nõ-  
 mẽ instrumenti musici, quod octo cordas habet, si-  
 cut p̄ta tertium decem chordas habens, decachor-  
 dum dicitur, & monochordum dicitur instrumen-  
 tum quoddam solum vnã habens chordam. Et  
 tunc est sensus pro octaua. i. iste psalm. aptus est de-  
 cantari in tali instrumento. Aliter aut hoc exponit  
 magister in glo. d. Quod octaua significat aduentũ  
 dñi ad iudicium. quod ideo fm aliquos dicitur, quia  
 dñs ad iudicium venturus est, post septem millia

annorum. Sed hanc rationem improbat, quia dicitur  
 iudicij nullus mortalium nouit, dicente Christo. *Mat. 24.*  
*Matth. 4.* De die autem illo & hora nemo scit, &c. *Diem in-*  
 Ideo quorundã nimium temeraria præsumptio est, qđ  
 annis computatis certissime sperat post septẽ mil-  
 lia annorum futurũ diem iudicij. Consequenter ad  
 hoc alias rñones adducit. d. Ideo dies iudicij dicitur  
 octaua, quia tempora septẽ dierũ repetitionẽ volu-  
 untur, post qđ erit ille dies qui nullã varietatẽ ha-  
 bet. Vel iõ dies iudicij dicitur octaua quia post duas  
 vitas futura est, sanima & corporis. Ad corpus aut  
 pertinet quaternarius, quia constat ex quatuor ele-  
 mentis, & quatuor qualitatibus afficitur, s. sicca, hu-  
 mida, calida, & frigida. & quatuor temporibus ad-  
 ministratis, s. verno, æstate, autũno, & hyeme. Ad a-  
 nimam vero pertinet ternarius pp̄ triplicem vim a-  
 nimã, qđ est rationalis, irascibilis, & concupiscibi-  
 lis. Peracta igitur vtraque vita, quasi septenario nu-  
 mero transacto, veniet octauus iudicij vnicuique  
 pro meritis reddetur. Et ideo Dauid timẽs scelera,  
 & pœnitens hic orat. Est ergo sensus tituli iste. In  
 finem psalmus Dauid pro octaua. i. iste psalm. attri-  
 buitur Dauid. i. pœnitenti. qđ dirigit nos in finem, i.  
 in Christum, qui psalmus est pro octaua s. compo-  
 situs. i. pro timore diuini iudicij. Cõsequenter accẽ-  
 do ad psalmũ, cuius litera fundari videtur sup histo-  
 ria qđ habetur. 2. Reg. vltimo. Vbi Dauid elatus sup-  
 bia de multo populo sibi subditõ, voluit scire na-  
 merũ bellatorũ, & fecit numerari populum: & in-  
 uenta sunt nõgenta quinquaginta millia viro-  
 rum pugnatorum. quod grande peccatũ fuit: quia iac-  
 tãter contra legem iussit numerare populũ abs-  
 que datione argenti. quæ in tali numeratione dari  
 precipitur. Exo. 31. Propter quod Gad propheta  
 de mandato domini venit ad eum. d. Trium tibi da-  
 tur optio: elige vnũ quod volueris vt faciam tibi,  
 aut septẽ annis veniet tibi fames in terra tua, aut  
 tribus mensibus fugies aduersarios tuos, aut tri-  
 bus diebus erit pestilentia in terra tua. Cui respon-  
 dit Dauid. Coartor nimis, sed melius est vt incidam  
 in manus domini, multæ enim sunt misericordiæ  
 eius, quã in manus hominum. Immisit ergo do-  
 minus pestilentiam in Israhel, de mane vsque ad tem-  
 pus constitutum. & mortui sunt septuaginta millia  
 viro-um, &c. Et super hanc historiam litera psalmi  
 fundatur. Primo ergo applicabo psal. ad historiam.  
 Secundo exponam literam. Quantum ad primum  
 dic vt. N. Quantum aut ad finem notãdũ qđ intentio istius  
 psal. tota est inducere nos ad pœnitentiã. Partes aut  
 pœnitentię sunt tres, s. cõtritio, cõfessio, & satisfactio.  
 Et secundũ istas iste psalmus diuiditur in tres par-  
 tes, quia primo ostendit suam contritionem, secun-  
 do suam confessionem, ibi. *Quoniam non est in morte.*  
 tertio suam satisfactioem: ibi, *Labor sui in gemitu.*  
 Prima in tres. Contritionem enim inducit timor  
 pœnæ & ipsam sequitur amor iustitiæ. Primo er-  
 go ponit timorem, quo contritio inducitur. Secun-  
 do contritionem, qua peccatum expellitur, ibi.  
*Miserere mei domine.* Tertio spem, qua amor subse-  
 quitur. *Conuertere domine.* Quantum ergo ad pri-  
 mam partem ostendit se habere timorem diuini iu-  
 dicij. d. *Domine ne in furore tuo* &c. Vbi sciendũ, quod  
 aliud est argui a deo in ira, aliud in furore corripi,  
 vel fm gl. In furore corripitur qđ ad tẽpus punitur,  
 vt em̄ dicitur. Et hoc significat nomen furoris: quia  
 furor iri nõ multũ durat: ita aut plus durat, & sic  
 in ira arguitur, quia punitur, vt dicitur. Et ista duo  
 erunt in iudicio vltimo, quia ibi aliqui damnabun-

de pa. dif. 2. medicina.

Cadere. Beccator.

Eccl. 15.

Matt. 21. Matt. 21.

Expelle. tur. Job. 18. Gre. 14. moral. c. 31.

51

Spei. psal. 34.

Beati- do.

Apoc. 21.

52 de pa. dif. 2. chari- tas.

Benedi- tio.

Matt. 25. psal. 83.

Scutum. Fides.

Eph. 6.

Iacobi. 2.

Questio. peccata. Septẽ qua- re dicitur. septẽ psalmi pœnitenti- ales.

Dauid. 1. Reg. 24. 2. Reg. 11. 2. Re. 11. 2. Reg. 2. Reg. vltimo.

qualit. ter.

Anima.

Sensiti. tati.

2. Re. 17. Numer. 12. Superbia.

Exo. 31.

2. Re. 24.

Furor. ira. Arguere. Corripere.

Et aliqui purgabuntur, ut puta, quia aliqui tunc de numero saluandorum reperientur, qui poenam tantum peccatis eorum debitam non compleuerant in purgatorio. Et tales in furore corripiuntur, quia quantitas extensio poenae in quantitatem intentionis commutabitur, ut puta quia tantam poenam in vna hora patientur, quantum per viginti annos erant passuri. Et talis poena propter magnam acerbiter furor dicitur. Dicitur igitur *Domine ne in furore tuo* etc. q. d. dicens: nolo esse inter eos qui arguentur vel corripiuntur in iudicio, sciens horrendum esse incidere in manus dei uiuentis. Ideo orans deo. O domine qui potens es, hic seca, hic vire me, hic sana me, ne opus sit tibi. Et vere bene eligit potius hic de peccatis suis puniri, quam in alia vita: quia minima poena purgatorii maior est, quam aliqua hic possit excogitari, ut dicit magister l. 4. di. 2. Et ideo quod libet debet velle hic magis de suis peccatis puniri, quam punishmentem in alia vita reseruati. propter quod dicitur, 2. Mach. 6. Etenim multo tempore non finire ex licetia peccatoribus agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii est indicium. Non enim sicut in aliis nationibus dominus patienter expectat, ut eas cum dies iudicii aduenerit in plenitudine peccatorum puniat &c. Ergo & nos cum psal. eligamus hic a deo iudicari & puniri, ne in furore suo nos arguat. Dicentes cum Hieremia deo. Corripe me domine, veritamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me.

Miserere mei domine, quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

Hic inducit contritionem, qua peccatum expellitur. Vbi notandum, quod contritio vera de peccato non potest haberi sine dei gratia quoniam donat deus nobis, non propter nostra merita, sed solum eius gratuita pietate & misericordia. Ideo hoc cognoscens psal. Primo dei misericordiam inuocat. Secundo suam contritionem explicat: ubi *Et anima mea turbata est valde*. Quantum ad primum ait. *Miserere mei domine quoniam infirmus sum*. Vbi primo notandum qualiter misereri competit deo. Cui enim misereri sit actus misericordiae: ille solum potest misereri in quo est misericordia. Misericordia autem cum sit quaedam passio, quomodo in deo cadere potest in quo nulla passio cadit. Ideo notandum, quod misericordia duobus modis accipitur. s. proprie, & metaphorice: proprie enim misericordia dicitur quaedam cordis compassio alterius miseriae. Vnde iusto. 9. Etym. dicit. Quod misericordia est compassio cordis alienae miseriae, & inde vocabulum traxit. vñ misericordia quasi miserum cor, s. ex aliena miseria. Et sic nullo modo in deo cadere potest, in quo nulla miseria cadit. Misericordia autem metaphorice dicitur, quod se habet ad modum & similitudinem verae misericordiae. Vt quia vera misericordia alienam miseriam suam reputans illam conatur expellere: sic quae de miserias nostras suam bonitate tollit, non tamen in se cor miserum habens, id misericors dicitur: quia ad modum se habet misericordis. Sic enim multa de deo metaphorice dicuntur, quae proprie non conueniunt deo, ut ostendit Greg. 20. li. moral. c. 25. d. Sacra scriptura nonnunquam de deo verbis vtitur: quae et apud homines habentur in vitio. Dicitur enim deus zelans sicut scriptum est. Dominus zelosus nomen eius. Dicitur iratus, vñ scriptum est. Iratus dominus contra Israel. Dicitur deus poenitens: sicut scriptum est. Poenitet me fecisse hominem super terram. Dicitur

*De misericordia non.*  
*De miseris.*  
*Greg. 20. moral. 25. Deu. Exo. 34. 4. Re. 13. Gen. 1.*

deus misericors sicut scriptum est. Misericors & misericors dominus, patiens & multum misericors. Dicitur prestatum de illo apostolus dicit. Quos presciuit & predestinauit conformes fieri imaginis &c. Et tamen nec zelus nec ira nec poenitentia, nec misericordia, nec prescientia esse potest in deo. Haec namque omnia ab humanis qualitatibus in illis tracta sunt, dum ad nostram infirmitatis verba descenditur: ut quasi quibusdam nobis gradibus factis & iuxta nos positus per ea quae nobis vicina conspiciamus, ad summa eius quae ascendere valeamus. Zelari enim dicitur, qui cum cruciatu mentis castitatem custodit vxoris. Irasci dicitur, qui feruore animi contra poenitentiam dicitur. Poenitere dicitur, cui id quod fecit displicet, & contra mutando aliquid aliud facit. Misericors dicitur, qui pietate ad proximum mouetur. Misericordia autem a misero corde vocata est: eo quod vniuersumque intueatur quae pia miserum atque ei copariens, dum dolore animi tagitur, ipse cor miserum facit, ut ea a miseria liberet, cui intendit. Praescire dicitur, quod vnaquaeque rem priusquam veniat videt, & illud quod futurum est priusquam sensus fiat, presciuit. Quomodo ergo deus zelans dicitur qui in custodia castitate nostra, nullo mentis cruciatu tagitur? Quomodo irascitur, qui in vniuersis diis vitis nostris nulla perturbatione animi commouetur? Quomodo est poenitens, qui illud quod semel fecerit, nunquam se fecisse dolet. Quomodo habet misericordiam, qui cor miserum nunquam habet? Quomodo est prescius, dum nulla nisi quae futura sunt presciatur? Et scimus quia deo nihil futurum est: quoniam eius oculis praeterita nulla sunt, praesentia non transiunt, futura non veniunt: quippe quae omne quod nobis fuit & erit, in eius conspectu praesto est. Et ostendit quod sensus est, scire potius potest presciere. Et tamen dicitur Deo zelans, dicitur iratus, dicitur poenitens dicitur misericors, dicitur prescius: ut quae castitatem animae vniuersumque custodit, humano more zelans vocatur quod mens cruciatu non tagatur: & quae culpas poenitet, dicitur irasci, quoniam nulla animi perturbatione moueatur. Et quia ipse est immobilis, illud quod voluerit mutat poenitere dicitur, quoniam res mutet, consilium non mutat. Et cum misericordiam nostrae subuenit, misericors vocatur, quoniam misericors subueniens, miserum cor nunquam habeat. Et quae ea quae futura sunt nobis, videt quae tamen ipsi semper praesto sunt, prescius dicitur, quoniam nequaquam ei futurum sit quod presens videt. Nam & ab aeternitate eius quae uisum non videtur quae sunt, sed id sunt, quae videtur. Dum ergo ad verba mutabilitatis nostrae, descenditur, ex eius quibusdam gradibus factis ascendit quod potest ad immutabilitatem dei, ut videat deum sine zelo zelate, sine ira irascitate, sine dolore & poenitentia poenitentem, sine misero corde misericordem. sine passionibus prescientem &c. haec omnia Greg. Et id notandum quod quaeque, aliquid deo attribuitur, quod in nobis notat imperfectionem aliam & aliam perfectionem, deo solum debet attribui quod ad significatum perfectionis & non imperfectionis, ut puta, Zelus significat duo, s. cruciatum zelantis, & custodia castitatis vxoris. Primum est imperfectionis, secundum perfectionis. Quae ergo zelus attribuitur deo, tunc accipitur zelus non ratione primi sed secundi. Similiter miseria duo significat, s. tristitia cordis de aliena miseria, & subleuationem alienae miseriae: iuxta primum non conuenit deo, sed iuxta secundum: & sic cum deo dicimus, *Miserere mei domine*, non intelligimus, quod misericordiam deus habeat pro miseris nostris, sed quod nostras expellat miseras secundum bonitatem suam. Sic enim dicitur, psal. 70. Miserere mei deus &c. sequitur. & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniqui

*psal. 87. Rom. 8. exlus. ira. patientia. prescientia. Nota. Notat. Deo. Non quod ossa viri res significat. Greg. 20. moral. c. 25. d. 24. ad iacobus. Iacob. 1. Questio. Peccati.*

iniquitatem meam. Sic & nunc ait psal. Misere mei domine quoniam infirmus sum. Nota quod ista dei misericordia in multis apparet in nobis, secundum quod multipliciter nobis miseretur, s. Gratiose expectando. Misericordia dei est quod non statim punit. Cum iratus fueris, misericordiam facies. Ad poenitentiam reuocando. Misericordiam volo & non sacrificium. Amorosae nos suscipiendo. Suscepit Israel puerum suum, recodatus misericordiae suae. Virtuosa confortando. Si dicebatur motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me. Vigorose fortificando. Qui sequitur misericordiam, inueniet vitam. Et quia omnia praedicta sunt necessaria volenti de peccato digne agere poenitentiam. Ideo psaltes ut perfecte possit conteri, dei implorat misericordiam. d. *Miserere mei domine quoniam infirmus sum*. Sed qua infirmitate erat infirmus. Nota quod duplex est infirmitas, s. corporalis & spiritualis. Infirmitas corporalis est quaedam spiritualis sanitas, quia animam fortificat, dicitur apostolo. Cum infirmos, tunc potens summam virtutem in infirmitate perficitur. Ideo patienter immo libenter est sustinenda, exemplo apostoli. d. 2. corin. 2. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me virtus. Christi. Ab ista ergo non petit hic psal. sanari. Alia est infirmitas spiritualis, scilicet culpe. Omne enim peccatum quaedam spiritualis est infirmitas, quia anima debilitat excacatur, & a deo vera vita separatur, ut dicitur. 1. 5. q. 1. Vt itaque. Et istam infirmitatem sola dei gratia sanare potest. psal. Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanauit omnes infirmitates tuas. Et id hanc a deo psal. hic petit. d. *Miserere mei domine quoniam infirmus sum. sana me etc.* Sic etenim psal. orabat. d. Ego dixi domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi. Per hanc enim infirmitatem culpa omnis virtus perturbatur. Ideo adiungit. d. *sana me domine quoniam conturbata sunt omnia ossa mea*. Per ossa enim quae solida sunt & fortia, virtutes significantur. Vnde psal. 33. Custodit dominus omnia ossa eorum, vnum ex eis non conteretur. Quod de virtutibus exponit Grego. 23. moral. ca. 24. p. Ossa in scriptura sacra virtutes accipiuntur, sicut scriptum est. Custodit dominus omnia ossa eorum &c. Quod virtus non de ossibus corporis, sed de virtutibus dicitur mentis. Nam & certe nouimus quod multorum martyrum corporum ossa contracta sunt, & persecutores domini latronis illius, cui dictum est. Hodie mecum eris in paradiso, sicut latronis alterius in cruce ossa fregerunt &c. Ita ergo ossa virtutum per peccatum conturbantur, quia omnis virtus metis per peccatum cadit & dissipatur, ut amplius virtus dici non possit: quia omnis virtus deo placet: sed nihil peccatoris ut sic deo placet, quia nihil ab illo acceptatur. Ex quo sequitur, quod cum peccato nulla stat virtus. Et ad istum intellectum dicitur. Iacobi. 1. Qui offenderit in vno factus est omnium reus. quia omnium virtutum formam & meritum perdit, qui vno peccato deficit. quod bene notans psal. dicit. *Quoniam conturbata sunt omnia ossa mea*. & notanter dicit omnia. Sed vnum hic oritur dubium, s. vtrum per peccatum sic omnis virtus hominis conturbatur, quod existens in peccato, peccatum vitare non possit, sed necessario peccare cogatur. Vbi notandum quod dubium duplicem intellectum habere potest, primum de peccato commisso, & tunc esset sensus. Vtrum quis virtutibus suis peccatum commissum possit vitare & de illo exire, & tunc quaestio non habet dubium, quia non potest &c.

**A** Et anima mea turbata est valde, sed tu domine vsquequo? Postquam dei postulauit misericordiam, qua vera contritio donatur nobis. Hic consequenter sua contritionem explicat. d. Et anima mea turbata est valde, s. pro commissis peccatis. Pro cuius evidentia nota dicitur, quod turbatio est multiplex. s. Turbatio iniquitatis & criminalis immunditiae. Turbatio afflictionis & temporalis displicentiae. Turbatio correctionis & paternalis diligentiae. Turbatio admirationis & iniustitiae apparentiae. Turbatio damnationis & eternalis pestilentiae. Turbatio contritionis & salutaris poenitentiae. Prima est turbatio peccati. Ipsa enim peccatum est quaedam turbatio interior, qua conturbatur anima: quia ipsa caecitate percipitur, a deo diuiditur, & aeternis poenis obligata, instabilis ad omne bonum redditur. Vnde de peccatoribus dicitur. Turbati sunt animi eorum valde. Et sic secundum diuersitatem peccatorum diuersae sunt turbationes. Est enim turbatio temeritatis & superbiae, quanto enim arbor in altiore monte consistit, tanto facilius ab omni vento turbatur & quatitur. Sic & superbi per ambitionem in alto situati, specialiter ab omni verbo & suspitione turbantur. In cuius figuram Hierodes rex, audiens Christum natum statim suspitionibus agitur, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Turbatio cupiditatis auariciae. In tantum enim auaricia auarum perturbat, quod ipsum quiescere nunquam sinit. Vnde de auaris dicitur. Pauebunt & turbabuntur in vniuersis bonis. Quod ideo dicit, quia quanto plura habet auarus, cupiditate auarius, plus intus perturbatur. propter quod ait psal. Veritamen in imagine pertransit homo: sed frustra perturbatur, thesaurizat & ignorat &c. Vbi nota quod turbatio auari dicitur frustra. duplex enim turbatio: quaedam formata, s. quae hominem erudit & emendat, & infirmis, quae non emendat turbatur, sed magis affligit & cruciat, & ista est turbatio auarorum, in quibus cum tempore cupiditas crescit, & per consequens cupiditatis turbatio. vnde ipse Acham capido, qui furatus fuerat de anathemate, dixit Iosue. Turbasti nos, turbate deus. Turbatio gulositatis & ingluuiam, de quibus psal. 106. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius. Secundo est quaedam turbatio afflictionis corporalis. Cum enim homo naturaliter timeat penam, & aduersa fugiat: quis est qui non turbetur secundum carnem, dum sentit poenas & aduersa tolerat? Quin immo & magister noster Christus ex passionibus illatis secundum carnem turbatus fuit. Turbatus est Iesus & dixit. Vnus vestrum me traditurus est. Tertio est turbatio correctionis &c. In doctore enim & prelato, qui delinquentes corrigere studet, necessaria est quandoque turbatio saltu apparentis. ut subditi turbationem prelati timentes, facilius corrigantur. propter quod dicitur. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Quis enim pater corrigens natos, ridebit ad illos? Vnde ecclesi. 7. Filia tibi sunt? serua corpus illarum: & non ostendas faciem tuam hilarem ad illas. Vnde plus corrigit aliquando ostensa turbatio quam emissa locutio. ut pater sic corrigens dicit illud psal. Turbatus sum, & non sum loquutus. Quarto est turbatio admirationis. quae scilicet procedit ex apparentia rei insolita & admirabilis. Sic enim apostoli videntes rem insolitam, s. Christum ambulante supra mare, admirando turbati sunt. Videt

*56. 38. q. 1. omnes. Turbatio al. corporalis. Indist. 4. Mat. 23. He. 33. Pal. 38. Iosue. 7. Psal. 106. Eccl. 7. Eccl. 7. Psal. 76. Mat. 14. tes*



Sapientia 5

tes eum supra mare ambulante turbati sunt. Quin-  
to est turbatio damne tionis: quonia in inferno pax  
nullum habet locum, sed ibi perpetua turbatio. vnde  
de de damnatis dicitur Sapientia 5. Quod turbabuntur  
timore horribili gemetes pra angustia spiritus, &c.  
Sexto est turbatio contritionis. Quilibet enim peni-  
tens de peccatis necessario turbatur & dolet. Cum  
enim anima pro peccato turbatur, & sibi plene pec-  
catum disciplicet statim peccator de peccato moue-  
tur & transit ad gratia: quod satis figuratiter osten-  
ditur Esaias 4. Turbabo caelum & mouebitur terra de  
loco suo: per caelum intellige animam, quae caelestis  
& spiritalis est natura: per terram vero intellige ho-  
minem terrenum & peccatorem. Dum igitur cae-  
lum, idest anima turbatur, terra mouetur de loco  
suo, quia peccator definit esse peccator. Ad propo-  
situm ergo de turbatione contritionis & peniten-  
tia hic loquitur psalm. d. *Et anima mea turbata est  
valde*: scilicet ex peccati displicentia. Et aduerte q  
quani s anima per contritionem purgata sit a pec-  
cati macula: tamen manet peccati reatus & se quela  
quam non statim sanat dominus, & sanato peccato  
ideo hanc cupiens habere contritus exorat. d. *Sed  
tu domine usquequo*. scilicet cet differis me non solu a culpa  
sed etiam a reatu culpa sanare. Et aduerte secundum  
quod ait gloss. quod cum Deus differt nos totaliter  
sanare, non est crudel tatis, sed magis cautela &  
dilectionis. ideo enim differt Deus, vt per sua deat  
animae in quata mala peccata nos precipitant. ideo  
etiam vt orate non desistat Ecclesiasticus: ideo vt ex  
difficultate sanationis magis caueat sibi, quod enim  
facile sanatur non multum cauetur: ex difficultate  
aut sanationis. diligentior sit custodia recepta san-  
nitatis. Item etiam vt ostendantur quae pena para-  
ta sit non conuersis si tanta sit difficultas conuersis.  
Vnde alibi legitur. si vix iustus saluabitur, impius  
vbi apparebit? Istis ergo causis & remissa culpa, de  
culpa penam non statim aufert. Sic etenim loque-  
batur Job deo. d. Vsq; quo non parcis mihi? peccauit  
quid faciam tibi custos &c. Vel aliter, quanto quis  
magis ad deum conuertitur, tanto plures demonis  
tationes sustinet. Et ideo dei custodia maior est  
necessaria, vt non permittat nos tentari supra vires  
nostras. et hoc est quod iste orauit. Et anima mea  
turbata est &c. q. d. penitet me peccasse sed demonis  
infectiones patior. sed quia vires meas quibus res-  
sistere possim ignoro, quae tibi sunt cognita. Ideo  
peto scire. vsque quo tu domine permittes me ten-  
tari. Sic etenim iste dicebat. vsque quo exaltabitur  
inimicus meus super me? respice & exaudi &c.

Esai. 4.

Sanare. Exaudire Oratio

1. Pet. 4.

Job. 7.

Tentatio

psal. 12.

57

**Conuertere domine & eripe anima  
meam: saluum me fac propter misericor-  
diam tuam.**

Postquam ostendit iste penitens suam contritio-  
nem. Hic consequenter addit suam confessionem vbi  
notandum quod maioris difficultatis est confessio  
peccati, quam sit contritio. Quinimo maioris vir-  
tutis est humilis confessio peccati commisi, quam sit  
innocentiam seruare. Si ergo nullus sine speciali dei  
gratia potest se a peccatis custodire: ergo nec humi-  
liter confiteretur peccata commissa. Vnde Grego. d.  
Narratis multis virtutibus sancti Iob dicit. in Iob  
mirentur qui volunt castitatis continentiam, mirentur  
integritatem iustitiae: mirentur viscera pietatis:  
ego autem in eo non minus admiror confessionem  
humillimam peccatorum, quam tot sublimia gesta

Greg. 22. moral. 6. 14.

virtutum. Scio enim quia per infirmitatis verecun-  
diam plerumque grauioris est certaminis commissa pec-  
cata prodere: quam non admissa vitare. Et vnum-  
quodque malum quamuis robusti vsuictur tamen  
humilius proditur &c. Si ergo iste vt posset centeri  
de peccatis, misericordiam dei postulauit. d. Misere-  
re mei domine quoniam in huius sum: &c. Multo-  
fortius & dei gratiam postulat vt sic ad deum con-  
uertatur, quatenus postposita verecundia peccata  
sua confiteatur. Et hoc est quod dicit. *Conuertere do-  
mine & eripe animam meam* &c. q. d. secundum gl. *Con-  
uertere domine*. idest fac me perfecte ad te conuerti,  
*Et eripe animam meam*. scilicet a timore verecundiae,  
ne scilicet tanta sit verecundia peccati, vt propter  
eam perfecta & humilis amittatur confessio. Ideo sal-  
uum me fac. scilicet a tali verecundia propter misericor-  
diam tuam. vt scilicet in praesenti faciam veram pec-  
cati confessionem. quia scilicet solum in praesenti  
ante mortem est tempus verae confessionis & peni-  
tentiae. propter quod dicitur. Ante mortem confite-  
re: mortuo enim perit confessio. confiteberis ergo  
vius & sanus. Et ideo vt in praesenti vera sit confes-  
sio, hic orat. d. Conuertere &c.

**Quoniam non est in morte qui me  
mor sit tui: in inferno autem quis con-  
fitebitur tibi.**

Et si dicas nonne ille dices epulo in inferno existens  
memor fuit dei & confessus est peccata sua dum tormen-  
ta iuste sibi illata confitebatur? Ad hoc respondet gl.  
d. quod in morte. idest post mortem nullus scilicet  
memor est dei ad veniam, nec in inferno confessio facta  
valet ad salutem quia nunc est tempus confessionis: cum  
autem haec vita transierit, non restat nisi retributio.  
Non est ergo contra hoc quod in inferno confessus est  
duces ille euangelicus qui Lazarum vidit in requie.  
qui de profundo Lazari coparatione coactus est co-  
fiteri sua mala, vsque adeo vt fratres roget ab his pre-  
moneri. quia non ad veniam confessio eius profuit  
sibi.

**Laboravi in gemitu meo, lauabo  
per singulas noctes lectum meum: lachry-  
mis meis stratum meum rigabo.**

Hic consequenter ponit suam satisfactionem. Et quia  
satisfactio debet esse secundum mensuram peccato-  
rum. Ideo primo ponit mensuram suae satisfactionis.  
Secundo mensuram sui peccati: *Turbatus est a fu-  
rore*. Quantum ad primum dicit. *Laboravi in gemitu  
meo*. scilicet considerando quid egerim, quae pena fu-  
tura peccato sit debita. et vires quod gemitus pre-  
teritus non fuit sufficiens, addit. *Lauabo per singulas  
noctes lectum meum* &c. Hic idem est lectus & stratus  
& lauare & rigare. Vel accipitur de lecto materiali.  
& tunc exprimit lachrymarum abundantiam, quibus  
lectus lauari poterat. Si autem accipiat lectus  
spiritualiter, scilicet pro conscientia, iuxta illud. *Ca-  
nt. 2*. In lectulo meo per noctem quaesui quem di-  
ligit anima mea. vnde gloss. vocat lectum conscien-  
tiam, in qua quibusdam quies est, & quibusdam tor-  
mentum. Ibi enim mundi corde quiescunt, & ibi  
male cordati cruciatur: & tunc est sensus. *Lauabo  
lectum meum*. conscientiam meam. *Per singulas no-  
ctes*. I. eundo per singula peccata. Si autem acci-  
piatur lectus pro carne nostra, quam regere debe-  
mus, & non ab illa regi. de quo dicitur. *Tolle lectum  
tuum, & vade in domum tuam*. i. subicias tibi carnem  
tuam

Memoria Inferni Avers.

De pe. di. 1. perfe. dia.

Leclis.

Lauare.

Cant. 2.

Mat. 9.

psal. 40.

tuam, vt eam portes, & non portaris ab illa. tunc  
est sensus. *Lauabo* &c. *Et lachrymis meis stratum meum  
rigabo*. i. carnem vel sensilitatem lachrymis. i. amaritu-  
dine penitentiae lauabo: & rigabo ipsam faciendo  
bonis operibus ferulem, quae prius arida & sterilis  
erat. hic est lectus doloris & penitentiae: qua gratia  
contra peccata deus confert. iuxta illud psal. Domi-  
nus opem ferat illi super lectum doloris eius.

**Turbatus est a furore oculus meus: in-  
ueteraui inter omnes inimicos meos.**

psal. 123. Int. Ill. eius Pec. ca. Ob. furius.

Per oculum intellige rationem hominis & intel-  
lectum. psal. 123. Ad te leuaui oculos meos, quia ha-  
bitas in caelis. Per furorem accipe peccatum, quia ira  
& furorem Dei prouocat. Turbationem vero oculi  
intellige obscurationem & ignorantiam mentis. tunc  
ergo furor turbat oculum: quando peccato intellectus  
& ratio obscuratur. peccatum enim est quadam tene-  
bra interior, qua totus homo interior obscuratur,  
& intellectus obtunditur. dicit ergo ostendens ma-  
gnitudinem suorum peccatorum. *Turbatus est a furore*. scilicet  
peccato meo oculus meus. *Inueteraui inter omnes  
inimicos meos*. Per inimicos accipe peccata, quae naturae  
insidiantur secundum gloss. inueterare autem fieri  
inutilem ad similitudinem vestis veteris, quae nec v-  
su est apta nec decori. Dicit ergo *inueteraui inter omnes  
inimicos meos*. i. ego qui prius a Deo fui electus, & eius  
gratia decorus & fortis *inueteraui*. i. ad nullum bonum  
per peccatum factus sum aptus. Et hoc *inter omnes mi-  
nicos meos*. i. inter omnia peccata. q. d. secundum gl. ff.  
Anullo vitio immunis fuis: sed omnibus vitis conse-  
si. & per hoc ostendit omnibus fuisse se vitis subie-  
ctum. Quo ideo dicit Ne quis desperet de graui-  
tate peccatorum. Sed dices quoniam dicitur multis peccatis  
fuerit implicatus vt patuit in principio huius psal.  
non tamen omnibus, qui nunquam idololatria fuit.  
Cur ergo confiteretur se inter omnia vitia cecidisse. d.  
*Inueteraui inter omnes inimicos meos*. Et hoc est quare  
nunquid licitum est alicui confiteri de se per huius  
modi peccata, quod non fecit. Responso. aut talis  
gerit officium personae publicae aut prouatae si primum  
potest: quia loquitur in persona omnium, & omnes  
omnia peccata committunt, iacet omnia non comit-  
tantur ab vno. Si autem est persona priuata, non potest  
qui tunc mentiretur quod nulli licitum potest esse.  
Vel dandum quod quando David dicit, quod  
inueteratus est inter omnes inimicos suos. i. in omni-  
bus vitis. quod ly omne stat pro generibus singulo-  
rum peccatorum non pro singulis generum. sicut  
cum dicitur quod Deus illuminat omnem hominem  
venientem in hunc mundum. cum tamen multi sunt  
qui non illum nantur. Genera autem peccatorum sunt  
tria. peccatum cordis, operis & otis.

Quaestio

Confessio

**Discedite a me omnes qui operamini  
iniquitatem: quoniam exaudiuit do-  
minus vocem fletus mei.**

Postquam ostendit penitentiam suam, hic ostendit  
effectum penitentiae, scilicet quod penitentiam est ex-  
auditus & ab omni purgatus peccato. Et tria facit,  
quia primo declinat malorum conuersationem, secun-  
do recognoscit peccatorum purgationem. ibi. quonia  
m exaudiuit dominus. tertio prouocat iniquorum  
damnationem. ibi. *Erubescite*. Quantum ad primum  
dicit. Discedite. Sicut enim bonorum societas & con-  
uersatio multorum bonorum est causa, sic & malo-  
rum conuersatio multorum peccatorum est causa,  
vel saltem occasio. iuxta illud psal. Cum sancto san-  
ctus eris. & cum peuerlo peuerteris. & ideo per pe-  
nitentiam purgatus vt a peccatis abstinere possit, so-  
cietatem malorum debet fugere, sic & modo facit  
David dicens. *Discedite a me omnes qui operamini iniqui-  
tatem*. non dicit qui operati estis. vt sacramentum sal-  
uet penitentiae: quo qui operati fuerunt iniquitate,  
boni sunt effecti. sed nullo sacramento illi qui ope-  
rantur iniquitatem, sunt boni. Et nota quod dupliciter  
mali discedunt a bonis, scilicet in praesenti & in futu-  
ro. In praesenti animo, quia diuersas habent volunta-  
tes: sed non loco: quia hic in similibus mali mixti sunt cu  
bonis: sed in futuro discedunt animo & loco, quia bo-  
ni a dexteris collo abuntur, mali autem a sinistris:  
boni in paradiso, mali in inferno. *Quoniam exaudiuit  
dominus vocem fletus mei*. idest compunctionem pro  
peccatis commissis, me scilicet ab illis absolucndo.  
Et attende quod hoc verbum discedite hic potest stare  
tripliciter. scilicet praedictiue, & imperatue. Si  
optatiue, tunc loquitur malis hominibus de separa-  
tione morum in praesenti. Si praedictiue, tunc loqui-  
tur malis hominibus de separatione in futuro. Si au-  
tem imperatiue, tunc loquitur demonibus imperan-  
do, vt ab ipso recedant. existens enim in gratia, maio-  
rem potestatem habet super demones, quam super  
malos. In cuius figuram legimus Christum suis apo-  
stolis dedisse potestatem super omnia demonia, sed  
nunquam super omnes homines. Mar. 16. & ideo im-  
peratiue loquitur demonibus. d. Discedite. homini-  
bus autem operatiue vel praedictiue.

Disc. vlt. de uis. Bonus. psal. 17.

rum conuersatio multorum peccatorum est causa,  
vel saltem occasio. iuxta illud psal. Cum sancto san-  
ctus eris. & cum peuerlo peuerteris. & ideo per pe-  
nitentiam purgatus vt a peccatis abstinere possit, so-  
cietatem malorum debet fugere, sic & modo facit  
David dicens. *Discedite a me omnes qui operamini iniqui-  
tatem*. non dicit qui operati estis. vt sacramentum sal-  
uet penitentiae: quo qui operati fuerunt iniquitate,  
boni sunt effecti. sed nullo sacramento illi qui ope-  
rantur iniquitatem, sunt boni. Et nota quod dupliciter  
mali discedunt a bonis, scilicet in praesenti & in futu-  
ro. In praesenti animo, quia diuersas habent volunta-  
tes: sed non loco: quia hic in similibus mali mixti sunt cu  
bonis: sed in futuro discedunt animo & loco, quia bo-  
ni a dexteris collo abuntur, mali autem a sinistris:  
boni in paradiso, mali in inferno. *Quoniam exaudiuit  
dominus vocem fletus mei*. idest compunctionem pro  
peccatis commissis, me scilicet ab illis absolucndo.  
Et attende quod hoc verbum discedite hic potest stare  
tripliciter. scilicet praedictiue, & imperatue. Si  
optatiue, tunc loquitur malis hominibus de separa-  
tione morum in praesenti. Si praedictiue, tunc loqui-  
tur malis hominibus de separatione in futuro. Si au-  
tem imperatiue, tunc loquitur demonibus imperan-  
do, vt ab ipso recedant. existens enim in gratia, maio-  
rem potestatem habet super demones, quam super  
malos. In cuius figuram legimus Christum suis apo-  
stolis dedisse potestatem super omnia demonia, sed  
nunquam super omnes homines. Mar. 16. & ideo im-  
peratiue loquitur demonibus. d. Discedite. homini-  
bus autem operatiue vel praedictiue.

**Exaudiuit dominus deprecationem  
meam: dominus orationem meam su-  
scepit.**

Hic recognoscit purgationem peccatorum: quia se exau-  
ditum conuertit a deo. Et nota quod differentia est inter  
deprecationem & orationem, vt dicit gloss. sup psal. Quae de-  
precatio est assidua postulatio, quae non solum deo, sed  
etiam hominibus offertur. Sed oratio est postulatio  
purae mentis, quae soli deo offertur. & sic deprecari  
possumus deum, & orare. Homines autem deprecari  
possumus, sed proprie non orare. Vel aliter & magis cu  
ad propositum huius litterae d. differentia est inter de-  
precationem & orationem. vt a tunc gloss. quia deprecatio  
est pro malis remouendis, sed oratio pro bonis habet  
dis. Et sic quae postulamus peccata nobis dimitti, deum  
deprecamur. Quae vero postulamus gratiam nobis co-  
ferri, deum oramus. Ideo iste se in utroque exauditum  
constituit virtute penitentiae. Quo ad primum dicit.  
Exaudiuit dominus deprecationem meam. i. peccata remittendo.  
Dns orationem meam suscepit, gratiam mihi conferen-  
do. Vel sin alios, in isto versu est repetitio eiusdem sen-  
tentiae sub alijs verbis. & hoc ex magno affectu &  
gaudio penitentis. Gaudent enim non sufficit se-  
mel dicere quod gaudet, sed pluries gaudium suum cona-  
tur repetere. Etenim hoc penitentibus datur exemplum  
fiducialiter petendi, quia penitentes exaudiuntur a  
deo, quia lachrymae penitentis in gaudium termi-  
nantur. ideo a lachrymis incepit. d. *Lauabo per singu-  
las noctes lachrymis* &c. & in gaudium finit. d. *Exaudi-  
uit dominus deprecationem meam* &c. Et sic fit in om-  
nibus penitentialibus psalmis.

**Erubescant & conturbentur vehemen-  
ter omnes inimici mei: conuertantur &  
erubescant valde velociter.**

Nota. Mat. 2.

psal. 60.

Oratio. De precat. 10.

de penit. 14.

psal. 17.

Hic prædicat obstinatorum damnationem. vbi ad A uertendum q̄ iste versus duobus modis exponitur. scilicet prædictiue & optatiue. Si prædictiue, tunc est propheta non optatio. quia hic prædicat quod futurum sit impijs qui hic peccatorum suorum penitente nolunt. q. d. *Me exaudiuit dominus*. quia peccatorum meorum memor penitentiam ago. sed omnes inimici mei. scilicet contrario modo se habentes, scilicet nolentes penitere. *Erubescant & conturbentur*. i. erubescant & conturbabuntur *vehementer*. quia. s. maxima cōfusio malis erit in die iudicij. Quare ibi *conuertantur & erubescant valde velociter*. id est conuertentur & erubescant. Sed quomodo mali tuac conuertentur dico quod ibi nō erit cōuersio a culpa ad gratiam sed ab actione ad passionē. quare hic mali derident bonos & simplices & boni deridentur. sed ibi erit cōuersio. quia boni derident malos, & mali derisunt a bonis. Vnde dicitur Job. Deridetur iusti simplicitas: sed in futuro videbunt iusti scilicet malorum collegium, & super id ridebunt & dicent. Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suū sed sperauit &c. O quam magna & mirabilis erit ista conuersio: quam bene tunc mali cognoscēt: vnde dicit de bonis illud Sap. 5. ij. sunt quos aliqui habuimus in derisum, & in similitudinem improprij: nos insensati vitam illorum extimabamus insaniam & si nem illorum sine honore. Et ecce quō computati sunt inter filios dei, & inter sanctos, fors illorum est. Et ista conuersio erit celeriter: quia dum non speratur veniet sicut enim omnibus sperantibus quæ liber mora longa videtur. sic & desperantibus quod liber quātuncunq̄ longum & distans breuiter ac celeriter venire videtur. Secundo iste versus exponitur optatiue. vt scilicet hic psal. oret pro malis vt conuertantur ad deum per penitentiam, sicut & ipse conuersus fuit. vt illi veniam obtineant, sicut & ille habuit. q. d. Dominus penitentem exaudiuit me. Ergo iam meo exemplo omnes inimici mei erubescant de suis actibus malis: quia mali sunt & conturbentur per penitentiam: & conuertantur per penitentiam. scilicet ne vadant quo ibant. Et hoc celeriter. quia scilicet mora in cōuersione peccatoris periculum trahit. Ideo dicitur. Ne tardes conuerti ad dominum & ne differas &c.

Chusii Job. 12.

psal. 51.

sapie. 5.

Ecclesia 5.

P S A L . V I I .

26. q. 6. a. gnuum.

Chusii

1. Reg. 15.

Achitofel

**D**omine deus meus in te speraui saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

Titulus huius psal. est. *Ignorantia Dauid, quam cecinit domino super verba Chus Lemini*. Pro cuius declaratione notandum. quod Chus siue Chussi quō est nomen proprium, quandoque appellatiuū. Vt autem est nomen proprium: est nomen cuiusdā hominis, qui fuit amicus Dauid. vt habetur. 2. Reg. 15. Hic quādo dauid fugiebat persequutus ab Absalō filio suo, ad instantiam ipsū dauid finxit amicitias cum Absalone, præcedens se inimicum Dauid vt omnia quæ Absalon tractaret contra dauid, ipse sibi significare posset. Tunc ergo accidit quod Achitofel cuius consilio absalon regebatur, & persequeretur patrem suum, consilium dedit ipsi Absalō vt ipse eum duodecim milibus bellatorū statim inuaderet patrem suum, et eum perderet, adhuc esset in campetribus, antequam

quod fortalium: quia tunc dūcēssus cum posset habere. Chussi autem dedit consilium oppositum. d. Scis patrem tuum esse virum bellicosum et nos fatigatos: melius est ergo vt pater tuus aliquam ciuitatem ingrediatur. Et tunc congregato. toto regno circūdabimus ciuitatem, sic quod nullo modo euadere poterit manus tuas. Placuit autem hoc tō filium Chussi magis Absalon quam consiliū Achitofel: propter quod Achitofel indignatus, statim se laqueo suspēdit. Et Chussi statim occulte scripsit ipsi Dauid, quid actum erat. Et tunc super istis verbis Chussi, dauid gratias deo agens et petens liberari a tam dura persecutione filij sui Absalon, istum psal. composuit: Dauid enim primum ignorabat consilia Absalō contra ipsum, sed per verba Chussi sibi reuelabantur. Et sic est sensus tituli. iste psal. est ignorantia Dauid: quia prius ignorabat consilia Absalon, quam cecinit domino. s. confitendo se ignorasse: super verba Chus. s. quæ ignorantia fuit amota per verba Chus etc. Et ad istum intellectum satis concordat litera psalmi. Sed hieronimus istū sensum tituli non approbat. sed vult quod Chussi hic sit nomē appellatiuum et non proprium, et significat Aethiopem. Vnde nota quod hic Chussi. aethiops significat Saulem, eo quod fuerit denigratus in fama pro iniqua persecutione Dauid, et horreda persecutione sacerdotum Nobe in odium Dauid vt habetur. 1. Reg. 22. cuius occasionis dauid fuit culpabilis per ignorantiam crassam. eo quod præserte Doeth Idumeus petiuit sibi dari ab Achimelech panes propositionis & gladiū Golie. q̄ cū Sauli per ipsum Doeth fuisset nunciatum, illos sacerdotes fecit occidi. Fuit ergo dauid hoc ignorans futurum ignorantia crassa: quia bene poterat scire, quod Doeth illum accusaret Sauli. Vñ quā audiuit mortem illorum sacerdotum, dixit. Ego sum reus animarum omnium. sciebam enim. scire poteram quod cum ibi esset Doeth. Idumeus, proculdubio nunciaret Sauli. Vnde dauid tunc audiens crudelē mortem sacerdotum illorum a Saule factā propter ipsum timuit multū incidere manus Sauli. Et ideo tunc fecit istum psalmum petens a deo liberari. Et tunc sensus tituli est iste. Ignorantia Dauid scilicet prædicta, quam scilicet culpam ignorantia. i. propter quam delendam cecinit dno, scilicet hunc psal. super verba Chussi. i. Saulis denigrati in fama & moribus quia mandauit occidi sacerdotes domini filij Lemini. quia ad literam Saul fuit de stirpe Lemini. vt habetur. 1. Reg. 9. Et secundum istum sensum dauid fecit istum psal. liberari petens a creduli persecutione Saulis. Et sic psal. iste diuiditur in duas partes quia primo dauid a deo petit liberari: secundo rationes adducit quia debet liberari. ibi. *Domine deus meus si feci istud &c.* d. vt. N. q̄ Iste psal. agit de mysterijs christi per historiam prædictam figurat s. Vnde intentio psal. est nos monere ad gratiam actionem pro mysterijs christi: hō fidelibus reuelatis. Et diuiditur in partes sex. quia hic lex reuelatur mysteria christi, scilicet incarnatiōnis in principio. Secundo passionis: ibi. *Si reddidi retribuētibus mihi mala*. Tertio resurrectionis: ibi. *Exurge domine*. Quarto ascensionis: ibi. *Et propter hanc in altum regredere*. Quinto iudicij & vltimę retributionis: ibi. *Iudica me domine secundum iustitiam meam*. Sexto noctiē p christum beatificationis: ibi. *Consuebor domino secundum iustitiam eius*. In prima ergo parte agit de mysterio incarnationis xpi. In prima. n. parte ostendit mysteriū incarnationis xpi nobis esse necessarū ex duobus. s. rōne liberatiōis a vitijs, & rōne redēptiōis a penitentijs.

Hieronimus n. v. Aethiops.

1. Reg. 22.

al nuncia ret.

1. Reg.

ibi. *Ne quando rapiat*. Quantum ad primum sciendū q̄ vitia sunt hostes huius generis, qui nos persequuntur. Et quia anima nostra suis viribus destituta sine Dei gratia vitis non valet resistere, ideo dicitur. Omnes persecutores eius apprehenderunt eam. Sed ab istis inimicis & persecutoribus solus Christus incarnatus nos liberare potuit, nos corrigendo: nō enim purus homo nos liberare poterat, quia quilibet peccator erat: nec solus Deus, quia cor rector & liberator videri debet a liberato, & sic necessarium fuit vt liberator noster Deus esset & homo. Quæ omnia clare deducit Greg. d. Vitiōsus homo corrigi non poterat, nisi per Deum. Videri autem debuit qui corripere, vt præbendo imitationis formam, anteactæ malitiæ mutaret vitam. Sed videri ab homine non poterat Deus, homo ergo factus est vt videri potuisset. Et infra præbat q̄ nullus purus homo nos liberare poterat d. Omnes nos vnica illa persuasio inculpæ contagio ab ipsa radice polluerat: nullusque erat qui apud Deū pro peccatoribus loquens, si peccato liber appareret: quia ex eadem massa cōditos cunctos par reatus inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris, & assumpsit a nobis naturā non perpetrans culpā. Sine peccato quippe esse debuit qui pro peccatoribus intercedere posset, quia nimirū alienæ pollutionis contagia non tergeret, si propria sustineret. Sic igitur filius Dei incarnatus solus nos liberare potuit. ipso dicente, Si filius vos liberauerit, vere liberati eritis. Si ergo solus filius incarnatus nos a vitijs liberare potest, quid est dicere Deo, libera me a persequentibus meis, nisi mysterium incarnationis verbi efflagitare: Quod nunc facit Psal. d. *Domine deus meus in te speraui libera me &c.* q. d. secundū glo. O Domine omnium per potentiam, Deus per creationem, mens per incarnationē quia tunc se ipsum nobis dedit. *In te speraui*: non in me libera me. s. carnē assumendo. *ab omnibus persequentibus me*. s. ab omnibus spiritualibus inimicis, vitijs. s. & peccatis. Et hoc modo liberari per Christi incarnationem Iob a Deo postulabat d. Libera me Dñe, & pone me iuxta te. s. humanitatem tuæ personæ vniendo.

Thre. 3. Persequitur. Peccati. Inimicus.

Greg. 24. mor. c. 1.

Nota de incarnatione.

Iob. 8.

Iob. 17.

16. q. 2. v. 11.

Incarnatio satisfactio. Peccati. alius indebitum.

Diabolus

lio attribuitur. Ex dictis rationibus Christus incarnatus redemptor noster dicitur: quia solus ipse nos poterat redimere, quod bene notabat psal. d. Deus redimet animā meā &c. cum accepit me. s. ad v. nionem hypostaticā. Quæ bene notās Greg. d. Ipse namque diabolus peccato primi parentis sub potestate sua quasi iuste tenebat hominē, qui libero arbitrio conditus iniusta suadenti diabolo consentit. Redimenda igitur erat talis culpa, sed non nisi per sacrificiū deleri poterat. Sed quale sacrificium quaerendū erat pro redēptione hominis? Nec. n. iustum fuit, vt pro rationali homine brutorū animalium victimæ cederentur. Non ergo bruta animalia pro rationali animali. i. pro homine, dignæ victimæ fuerunt. Requiritus ergo erat homo, qui pro hominibus redimendis offerri debuisset, vt pro rationali peccante rationalis hostia mactaretur. Sed homo quidem sine peccato inueniri non poterat, & oblata pro nobis hostia quomodo nos a peccato mundare potuisset si ipsa peccati contagio non careret? Inquinata quippe inquinatos mundare non potuisset. Ergo vt rationalis esset hostia homo fuerat offerendus: vt vero peccatis mundaret hominem, homo etiam sine peccato. Proinde venit propter nos in vterum virginis filius Dei qui pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura non culpa. Fecit pro nobis sacrificiū corpus suū &c. quibus noster redemptor est effectus. Ex quibus patet, quod proprie nomine nostri redemptoris Christus incarnatus intelligitur. Sic ergo ratione redemptionis mysteriū incarnationis ostendit psal. d. *Nequando rapiat vt leo animam meam dum nō est qui redimat*, &c. q. d. Si non veniat Christus carnē assumendo, qui nos redimat & saluos faciat. Leo. s. diabolus qui tanquā leo rugiens circuit, &c. *Rapiat animam meam*. s. de corpore ad penam aeternā. Et ideo ne animas nostras rapiat leo diabolus. Misit Deus filium suum factum ex muliere, factū sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

psal. 48. Greg. 17. mor. c. 15.

aliter hoc littera habetur ne originali Gregorii.

Redemptio.

1. Pet. 5.

ad Gal. 4.

**Domine Deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.**

66. de pa. ab. 6. oppositio.

Hic consequenter agit de sacramento passionis Christi. Et hic stilus loquendi mutatus, quia in præcedentibus psal. loquebatur in persona propria, postulando Christi incarnationē, nunc autē loquitur in persona Christi, ostendendo suam innocentiam & patientiam in passione. Et tria facit. Quia primo ostendit Christi innocentiam. Secundo Christi patientiam ibi. *Si reddidi retribuētibus*. Tertio Christi passionem asperrimam. ibi. *Persequatur inimicus animam meam*. Quantum ad primum ergo ostendit Christus suam innocentiam d. *Domine Deus meus si feci istud*, &c. Vbi primo notandum q̄ ista dictio, s. in scriptura tripliciter ponitur. s. Quandoque affirmatiue. s. si pro quia. Si in viridi ligno hoc faciunt in arido quid fiet. Aliquando negatiue, vt quibus iurauerit in ira mea, si introibunt in requiem meā. Aliquando neutraliter: vt amen dico vobis, q̄ si perseuerauerit pulsans, &c. & Matth. Si sciret pater familias qua hora, &c. Hic autem tenetur mere negatiue. Item notandum, q̄ quando aliquod peccatum ponitur sine speciali nomine, tunc significat maximum peccatorum. s. superbiam, quæ est fons & origo omnium vitiōrum, propter quod hic dicit gl. Quod quando hic dicitur, *Domine Deus si feci istud*. ly istud significat peccatum superbiæ quæ est radix omnium malorum

Luc. 22.

psal. 94.

Luc. 17.

Mat. 25.

Peccati. superbia. Iniquitas.

Incog. tom. 1. e malorum

malorum. Et hoc est primum vitium recedentibus, scilicet a Deo, & vltimum redeuntibus. Per iniquitatem autem intelligitur generaliter peccatum operis. Ex istis apparet sententia textus, quoniam Christus volens ostendere quod absque peccato proprio passus est patri suo per modum quarelae d. *Domine Deus. s. pater. si feci istud. i. peccatum superbiae, quod sine nomine dixi. Si. i. non feci. Et si est iniquitas in manibus meis. i. non est. q. d. Christus illud. Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.*

1ob. 17.

67 Si reddidi retribuendis mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Reddere.

Vbi Christus ostendit suae passionis patientiam. Vbi nota quod reddere in scriptura quadrupliciter distinguitur. s. Reddere pro bono bonum. Reddet Deus mercedem laborum sanctorum, &c. & Matth. Voca operarios & redde illis mercedem, & hoc est opus iustitiae. Reddere malum pro malo. Reddet illis iniquitatem ipsorum, & in malitia eorum disperdet eos: quod quandoque fit virtute iustitiae: & sic licet: quoadque vero liore vindictae, & sic spectat ad vitium iracundiae, reddere malum pro bono. Nunc redditur pro bono malum, quia foderunt, &c. Et hoc est opus summae malitiae, reddere pro malo bonum. Videte ne quis malum pro malo reddat, sed e contrario benedictes, & hoc est opus summae patientiae. Modo ad propositum, opus summae malitiae faciebant persecutores Christi, ipsum persequendo: quia mala pro bonis in passione sua sibi reddebant

Sap. 4. Mat. 20

psal. 94.

Hiera. 18

1. The. 5.

Joan. 10.

1. Pet. 1.

Patientia Christi.

1. The. 5. Multa mala opera ostendi vobis ex parte meo, propter quod eorum opus me lapidatis: Christus vero e contra erga eos habebat opus summae patientiae quia non reddebat malum pro malo, sed pro malo bonum, quia ut dicitur. Cum malediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non cominabatur, &c. Et hanc summam Christum, in passione habuisse patientiam patet, maxime cum pro inimicis oraret, vt non periret: quod ostendens ipse Christus nos dicit. *Si retribuui retribuētibus mihi mala. s. pro malis. si i. non retribuui malum pro malo, nec solum pro bono bonum, sed quod est summae patientiae, retribuui bonum pro malis, & tamen ipsi me persequuntur, vnde subdit. Decidam ab inimicis meis. i. tanquam inanis & impotens. Decidam ab inimicis meis. s. per mortem & passionem.*

68 Persequatur inimicus animam meam: & comprehendat & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.

1. q. 1. ne ma.

Passio Christi.

Id est, persequetur inimicus animam meam comprehendet, & conculcabit in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem reducet. Quod ideo dicitur quia ad horam passionis omnis Christi gloria in puluerem, i. in nihilum deducta videbatur: quando s. omnia apposta gloriae regali videbantur in eo: vt puta pro corona regni coronam habebat spineam, pro sceptro arundinem, pro purpura vestem albam pro solio crucem, pro calice spongiam aceto plenam pro familia nullum ex Apostolis, quia omnes eo relicto fugerunt. Vnde tunc merito de diabolo & membris eius Christus poterat dicere illud. Spoliavit me gloria mea abstulit coronam de capite meo, destruxit me vndique & perco. Non. n. credendum est, quod Christus iurando hoc sibi impre-

Luc. 21. Job 19.

cur, sed praedicit quod futurum erat: prophetizat ergo & non iurat per execrationem, quod est grauissimum iurandi genus cum dicit. Si illud feci, hoc patiar, vt ait glo.

Exurge Domine in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Hic consequenter agit de misterio resurrectionis Christi, & duo facit, quia primo resurrectionem Christi postulat: sedo eius meritum & fructum indicat ibi. *Exurge Domine Deus meus in praecocepto* Quantum ad primum sciendum quod Christi resurrectio fuit opus magnae misericordiae & iustitiae. Misericordiae, quia per illam & nostra resurrectio fiet ad gloriam vltra merita nostra. Iustitiae, quia per illam fiet resurrectio malorum ad ipsorum poenam & vindictam. Sicut Simeon de ipso Christo praedixit. Positus est hic in ruinam & in resurrectionem multo riuum. Etiam ex alio, quia per illam multi per gratiam illuminati conuersi sunt ad fidem, quod fuit opus misericordiae, & per illam multi magis abstinenti suis iniquitatibus relictis fuerunt, quod fuit opus iustitiae: ideo ipsa Christi resurrectio respectu bonorum dicitur opus misericordiae, & respectu malorum opus iustitiae. Et quia Dei iustitia, qua malos punire per iram figuratur, quia tunc ad modum irati se videtur habere, ideo eius resurrectio de ira Dei fieri. i. in iustitia. Et hoc est quod dicit. *Exurge Domine in ira tua. i. non solum per tuam resurrectionem dabis bonis gratiam per misericordiam, sed & malis poenam per iustitiam. Sic etenim iustitiam malorum punitionem per iram significabat. Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Et consequenter ostendit quod sit opus misericordiae d. *Et exaltare in finibus inimicorum meorum.* Hic enim ostendit quod Christi resurrectionem diabolus & Angeli eius, qui specialiter inimici dicuntur humani generis, expelluntur de possessione sua. Possessio enim diaboli sunt mali homines, quos per peccatum diabolus possidet. Cum enim iustificatur impius, vt dicit glo. & possessione diaboli migrat in templum Dei, & in ipso Deus exaltatur, qui per ipsum prius vilipendebatur. Et hoc est quod dicit. *Exurge Domine. s. a mortuis & exaltare in finibus inimicorum meorum. i. in possessione diaboli & angelorum eius: vbi scilicet honoris a conuersis hominibus, qui prius erant diaboli possessio, sic enim in finibus inimicorum Deus exaltatur, quando in cordibus conuersorum grandescit & altus colitur & praedicatur: propter quod dicitur. Accedet homo ad cor altum & exaltabitur Deus. Ad cor altum accedit homo, quando non terrena, sed caelestia meditatatur, & tunc exaltatur Deus. s. in corde eius. Deus enim non in se sed in corde hominis grandescit, vt ibidem dicit glo. Sic enim dicitur Zach. 14. Exaltabitur Dominus & habitabit in loco sancto suo. s. qui prius possessus erat a diabolo. Sic enim exurgere a mortuis Christum, vt diabolus a nobis fugaretur orabat psal. d. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius.**

Resurrectio Christi.

Luc. 2.

Ira Dei

psal. 20.

Diabolus

Exaltare

psal. 63.

Zach. 14.

psal. 67.

70 2. q. 5. et natus.

Et exurge Domine Deus meus in praecocepto, quod mandasti: & synagoga populorum circundabit te.

Hic ostendit meritum & fructum Christi resurrectionis Et primo meritum d. *Exurge Domine Deus in praecocepto* quoad

quod mandasti. Vbi notandum quod per domini praecoceptum intelligitur humilitas, quam Christus maxime excepit nos docuit & verbo d. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Et hoc est illud praecoceptum lucidum, quod oculos mentis maxime illuminat: sicut ipsos excacat superbia sibi opposita, de quo psal. Praecoceptum domini lucidum, &c. Per hoc autem praecoceptum quo scilicet Christus vsque ad mortem crucis obediens patri se humiliavit, & exaltatus per resurrectionem inuicta processum apostoli. Humiliauit semetipsum, &c. Declarans ergo meritum resurrectionis Christi. d. *Exurge domine in praecocepto, quod mandasti. i. virtute humilitatis, quam verbis mandasti, & exemplis tu resurgens. Consequenter ostendit fructum resurrectionis. d. Et synagoga populorum circundabit te.* Synagoga enim dicitur a syn quod est con. & goge aggregatio vel aggregare: & inde synagoga. i. simul aggregatio vel congregatio. Per resurrectionem enim domini congregatio diuersa populorum circundedit Christum scilicet quidam amando, & se ad Christum conuertendo, & quidam persequendo. Circumdederunt enim Christum, vt ait glo. Populi vel humilem contemnes, vt persequentes vel humilem amantes, vt credentes. Quia sicut dictum est in praecedente versiculo. visa & praedicata Christi resurrectione. aliqui obstinati fuerunt ad malum, non credentes: & aliqui conuersi ad bonum & facti fideles. De primis dicit xps. Circumdederunt me canes multi. &c. De aplos & fidem persequendo. De secundis dicit xps Circundabo domum meam ex his, qui militant mihi.

Matth. 21.

Humilitas.

psal. 18.

philistens 2.

Synagoga

Circumda

psal. 21.

zach. 9

71 Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.

Ascensio

Ch. vii.

psal. 18.

Joan. 16.

Hic consequenter agit de misterio ascensionis. Sicut enim Christus per incarnationem de alto venit ad ima, de caelis ad terras, sic per ascensionem suam de terris ad caelum. De imis ad alta est regressus. Et hic prauidens psal. d. *In altum regredere, sic enim & in psal. 18. dicit. A summo caelo egressus eius, & occursum eius vsque ad summum eius. Sed quid est quod ait? Et propter hanc.* vbi nota quod hanc refertur ad synagoga, de qua statim superius dixit. Et synagoga populorum, &c. Et propter hanc. i. synagoga, in altum regredere. Illa enim synagoga, quae Christum resuscitatum circundedit, fuit duplex. scilicet amantium & persequentium. Et de vtraque dicit. *Et propter hanc in altum regredere.* scilicet ad caelum ascende. vnde propter hanc. scilicet credentium, in altum regredere, vt de alto mittas eis spiritum sanctum, quia si in altum regressus non fuisset, spiritum sanctum non descendisset ad synagoga. i. ad populos congregatos. Sic enim ipse Christus dicebat. Expedi vobis, vt ego vadam: si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam vobis eum. Et hoc est quod hic orans psal. dicit. *Et propter hanc, scilicet congregationem fidelium in altum regredere:* vt scilicet eis spiritum sanctum mittas. Hoc etiam & de synagoga persequentium dominum intelligitur. *Et propter hanc in altum regredere.* te illi subtrahendo: quia scilicet locum non habes in malis. & ideo subtrahendo te illis in altum regredere. Ex praedictis apparet, quam iuste deus iudicat congregationes vel synagoga diuersas, scilicet bonis dando spiritum sancti gratiam, & a malis se subtrahendo, nec cum eis etiam spiritualiter habitando. Et ideo subditur. *Dominus iudicat populos. q. d. psal. Dominus iudicat populos: quia bonis dat gratiam,*

sed obstinatos in sua relinquit malicia. & sic malos discernit a bonis. Quod in alio loco orat psal. d. Iudica me deus: & discerne causam meam, de gente non sancta.

Iudica me domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.

Hic consequenter agit de vltimo iudicio, quo venturus est iudicare bonos & malos. Et duo facit: quia primo agit de iudicio, quo ad bonos. secundo, quo ad malos. Secunda pars est ibi. *Nisi conuersi fueritis.* Prima diuiditur in tres partes. quia primo ad bonos iudicandos, primo ostendit deus iustitiam. secundo dei misericordiam. ibi. *Confermetur misericordia peccatorum.* Tertio dei patientiam. ibi. *Deus in dextera sua fortis & patiens.* Primo igitur ostendit Dei iustitiam, quae bonos iudicando eis iuste retribuet. Vnde de hac confidens ait *Iudica me domine secundum iustitiam meam.* Vbi nota quod duae sunt partes iustitiae scilicet declinare a malo, & facere bonum, quas in persona iustorum psal. se confitetur habere. d. Iudica me dñe s'm iustitia mea. quae. s. est i bonis faciendis. *Et secundum innocentiam meam.* quae scilicet est in declinanda malis. Sed forte dices. Qualiter iste tantum praesumit vt se tantum iustificet, vt secundum suam iustitiam iudicari petat a deo, cum tamen non secundum iustitiam, sed solum secundum misericordiam dei se in praesenti psal. saluari postulabat. d. Saluum me fac propter misericordiam tuam. Responso. dicitur primo quod ista psal. non dicit optando, sed prophetizando: vt simagis futurorum praedictio, quam postulatio. Secundo quia in praecedenti psal. gerebat formam poenitentis: ideo postulabat misericordiam, qua vocatur ad poenitentiam. Nunc post peccatam poenitentiam, accepta remissionis gratia, qua quis iustificatur a deo, ne sit ingratus, iustitiam a deo sibi datam commemorat. d. *Iudica me domine secundum iustitiam meam.* Non quidem praesumens de suis meritis. sed magis deo gratias reddens de iustitia a deo sibi data. q. d. sicut tua gratuita bonitate me iustificasti non meis meritis, sic per illam iustitiam a te peto, gratiose iudicari. Et quod istam iustitiam & innocentiam non sibi attribuat, sed ipsi deo: notat cum subdit. *Et in nocentiam meam super me.* q. d. secundum glo. Iustitiam & innocentiam dico meam, quia a te mihi data. ideo illam & iustitiam & innocentiam dico super me: quia desuper a deo sunt, & non ex me. Et isto modo dona dei dicimus nostra: non quia ex nobis, sed quia nobis data a deo vt ostendit Grego. super illo verbo Job. Reddet homini iustitiam suam. d. Iustitia nostra dicitur, non quia ex nostro nostra est: sed quia diuina largitate fit nostra. Sicut in dominica oratione dicimus. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ecce & nostrum dicimus: & tamen vt nobis detur oramus: noster quippe fit, cum accipitur: qui tamen Deus est, quia ab illo nobis datur: & ergo dei est ex munere, & noster fit veraciter per acceptionem. Sic & modo iustitiam suam dicit psal. quia a deo sibi datam confiteretur. dicit ergo. *Iudica me domine secundum iustitiam meam,* &c. q. d. sicut per iustitiam tuam mihi datam me iustificasti, & per consequens in numero filiorum constituisisti: ita ora vt me iudicando ad partem dexteram ponas cum filiis & bonis. Vel alio modo potest declarari quod iustitia dicatur nostra: quia ad iustificationem hominis requiritur & Dei

iustitia.

Questio.

Ad r. cordia.

iudicare.

Nostri. Meum.

Oreg. 14. mer. c. 7.

Matth. 6.



gratia iustificas, & hominis voluntas mala detestās, A & appetens bona. & sic ratione gratiæ dicitur esse dei, & ratione liberi arbitrij dicitur nostra. secundū enim Augu. Qui fecit te sine te, non iustificabit te sine te. Et hoc est quod dicit magister. q. nō est meritum in homine, quod non sit a gratia & a libero arbitrio nostro. Et hoc est quod dicitur Esa. 26. Omnia opera nostra operatus est in nobis domine deus noster, 7.

**Consummetur nequitia peccatorum & diriges iustum, scrutans corda & renes deus.**

Hic ostendit dei misericordiā. Et duo facit. Quia primo ostēdit dei misericordiā in iudicādo. Scđo illam sibi prestari postulat. ibi. *Iustum adiutorium.* Quantum ad primum dicit. *Consummetur nequitia peccatorum.* Vbi notandum q̄ in hoc magna misericordia dei apparet in nobis: q̄a vt merita nostra crescunt, per quē in iudicio maiora nobis prēmia dentur, non solum bona, sed etiam mala aliorum & peccata ad nostrum meritum proficere facit: & iustorum merita crescunt. Et hoc est quod dicit apostolus. Diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. Cogita quantum nequitia tyrānorū, vt beneficium martiri bus, quia quanto plus eorum crescebat nequitia: tanto maior erat victoria, & gloriosior erat corona. In cuius signum quanto maior fuit contra ecclesiam persecutio, ipsa magis crescebat & dilatabatur. Et hoc est quod dicit Greg. *Eternitatis quippe prēmia præscolātes vires ex aduersitatibus sumunt quia crescente pugna, gloriosorem non ambigunt habere victoriam.* Sic itaque electorum desideria, dum premuntur aduersitate, proficiunt. Sicut ignis flatu premitur, vt crescat: & vnde quasi extingui cernitur inde roboratur. In eo nanque ostendimus quanta ad Deum charitate flagramus: si non solum ad eum per tranquilla sed & per aduersa & dura transimus. Deus enim summe bonus. mala fieri non permittet, nisi ipsa mala bonis proficerent. Et hinc est, quod sicut quando bona malis nocent, sic & mala proficiunt bonis. Et hoc non est, nisi ex misericordia Dei, quam habet erga suos electos. Hanc igitur misericordiam notans psal. dicit. *Consummetur nequitia peccatorum & diriges iustum.* q. d. Consummetur nequitia peccatorum. i. perficiatur: vt qui in sordibus est, sordescat adhuc: vt tandem inueniat iustum contra se Dei iudicium, quod prædicat, non optat. Et quia crescente malorum nequitia, crescunt & merita iustorum, ideo subdit. *Et diriges iustum* vt per illorum nequitiam dirigatur iustus id est eius merita crescunt. Verum quia per consumptionem malitiæ peccatorum a nobis non potest cognosci, in quo crescat iustus & dirigatur, quia maxime versatur in corde quod nobis non patet sed soli Deo, qui solus nouit corda omnium filiorum hominum: ideo subdit. *Scrutans corda & renes deus.* i. cogitationes & delectationes. i. solus deus nouit corda. i. cogitationes. & omnes. i. delectationes, quæ per renes significantur; quia in renibus viget delectatio carnis, quæ communior est ceteris & maior. q. d. Quia deus nouit quid quisque cogitet, quid quemq; delectet: an scilicet cogitationes sint bonæ vel malæ: an delectationes sint bonæ vel malæ. Ideo ipse solus nouit, quis iustus dirigatur, crescente nequitia malorum, & quis decreascat. Vnde

Rom. 8. Aduersitas. Meritum bonis. Greg. 26. magis. 10.

Cor. 13. Remi.

Rom. 8.

ad Roma. 8. Qui autem scrutatur corda, scit quid desiderat spiritus. scilicet an bonum vel malum.

**Iustum adiutorium meum a domino, qui saluos facit rectos corde.**

Hic consequenter diuinum postulat adiutorium. Quia enim statim dictum est quod nequitia peccatorum dirigit occasionaliter iustum: sciens iste quod propriis viribus talibus nemo meritorie resistere potest: ideo in persecutionibus & aduersitatibus positus vt in illis dirigatur & non deficiat Deum sibi auxiliari postulat. d. *Iustum adiutorium.* &c. Vbi nota quod deus illos adiutando exaudit qui iusta petunt: petentibus autem iniusta, magis contrariatur. Verbi gratia iens quis ad homicidium perpetrandum, rogat Deum, vt illud peragat faciliter: similiter de adulterio & aliis malis: nunquid credendum est, Deum talibus patrocinari? Certe minime: quia solum rectis corde iusta petentibus patrocinatur, vnde Chryso. Omnis colonus cuius terram possidet, illius auxilio opus habet. Et qui iustitiam tenet, nullius auxilio indiget nisi Dei. Et qui in iniquitatibus ambulat, diaboli auxiliū necessarium habet. Colonus enim Dei auxiliū diaboli non requirit. Colonus autem diaboli adiutorium Dei, & si requirit, non inuenit. Vidisti ne aliquando euntem ad furtum Deum orantem, vt bene prospere in furto vt non comprehendatur in crimine: aut qui vadit ad fornicationem, nunquid signum crucis sibi apponit in fronte, vt non comprehendatur in crimine: quod si fecerit, non solum non adiuuatur sed tunc amplius tradetur: quia nescit diuina iustitia criminibus patrocinia dare vnde hoc sciens propheta, solum a Deo iustum adiutorium petit. quia multi sunt, qui aduersa sustinent vel pro vana gloria, vel ad alios decipiendum a quorum numero iste se excludit. d. *Iustum adiutorium meum a domino.* Qui scilicet ipse solum rectis corde auxiliatur. propter quod subdit. *Qui saluos facit rectos corde.* vnde. De

Oratio. Exaudire.

Chrysa. super. Math.

psal. 74.

**Deus iudex iustus fortis & patiens nunquid irascitur per singulos dies.**

Hic ostendit Dei patientiam. Magna est enim patientia Dei, qui peccatores non statim iudicat, sed eos patienter expectat, vt conuertantur. Quis enim saluus esset si peccatores ad penitentiam non expectaret. Non Paulus, Christum persequeretur, nō Petrus, qui Christum negauit, &c. vnde ait apostolus. Tu contemnis patientiam eius: ignoras quoniam benignitas Dei ad penitentiam te adducit. vbi glo. Copiosa est patientia Dei, quæ multa peccantibus bona ministrat: blandiens vt ad penitentiam attrahat. Copiosa est patientia Dei, quæ tot & tanta peccantes sustinet, non cito eos punit. &c. Tamen & si modo patiens est cogita quod etiam fortis est & iustus. Fortis cui nullus resistere potest. Iustus quia nullum peccatum impunitum permittit. Quod ideo dicit, vt magis nos ipsum timendo eius patientiam non contemnamus. Et hæc omnia notās psal. d. *Quod deus est iudex fortis & patiens. Nūquid irascitur per singulos dies* scilicet peccata statim puniendo. q. d. non. sed expectat ad penitentiam, vt conuertamur. Et si non conuertamur, grauius iuste puniat ratione contemptus suæ patientiæ. Illa enim peccata sunt grauiora, arctiori pœna plectenda, quæ diutius animam detinent alligatam. extra de confus. cum tāto

75. ne pe. di. i. nunquid.

Patientia. Expecta.

Rom. 2.

Peccator.

cum tanto.

**Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit, & parauit illum:**

Hic consequenter agit de iudicio dei, quo ad malos. Et tria facit. quia primo ponit peccatorum admonitionem. Secundo peccatorum maliciam & iniquitatem. mibi. *Conuertetur dolor eius.* Quantum ad primum dicit. *Nisi conuersi fueritis.* &c. Vbi nota q̄ per gladium Dei scriptura sacra intelligitur. iuxta illud apłi. Assumite gladium spiritus, quod est verbum dei. Iste est ille gladius de ore Dei procedens ex vtraque parte acutus, de quo apocal. 1. Ex ore eius gladius ex vtraq; parte acutus exibat: quia sacra scriptura ex ore dei procedit, non humanitus adinuenta. ex vtraque parte acumē habet: q̄a bonis præmia, & malis minatur supplicia. Sicut arcus dicitur sacra scriptura: Arcus em̄ habet duo. s. lignū durū, & chordā mollē. & tñ lignū durū per chordā mollem flexitur. Sic sacra scriptura habet vetus testamentum qđ durū erat & rigoris: quia ibi oculū p̄ oculū & dentē pro dente, &c. quę latis dura & rigorosa erant. Habet & nouum testamentū, qđ totum est molle & pietatis: quia indulgentiam prædicat & benefacere etiam inimicis. Et sicut per chordam flexitur lignum sic per nouum testamentū duritia veteris testamenti flexitur & domatur. Et de isto arcu scripturæ dicit dñs. Arcus meus in manu mea instaurabitur, quia. s. sacra scriptura quæ modo malis pœnam minatur, nisi conuertantur, tunc scilicet in vltimo iudicio instaurabitur. i. verificabitur: quia tunc quod verbis modo minatur, verificabitur, per exhibitionem pœnæ. Dicit ergo malis minādo. *Nisi conuersi fueritis.* i. a peccatis vestris. *Gladium suum vibrauit.* i. sententiam, quæ modo minatur scriptura, mandabit executioni: quia manifestā vindictā exercet in malis. Et eodē modo *arcum suum.* i. sacram scripturā quæ modo malis minatur, tetendit & parauit. tetendit quippe quia ipsam per suos doctores exposuit: vt. si in ipsa aperte cognoscantur supplicia malorū debita. Et parauit. s. ad percutiēdam: *Nisi conuersi fueritis.* Quod ideo dicit, ne remissa putetur Dei patientia, quæ malos patienter expectat. Ideo dicit parauit arcum suum, vt mox missurus sagittas putetur, sicut qui arcum parat vt sagittas emittat. Sed quales sagittas emittet: subdit.

Gladius. Ephe 6. Arcus. scriptura sacra ap. 1.

Iob. 19.

77. 26. q. 2. in p̄ne. Sagittas duplex.

**Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit:**

Vbi nota q̄ sacra scriptura duplex sagittas contrinet: quas in iudicio emittet. s. sagittas mortis & sagittas amoris. Per sagittas mortis iaculabit sententiam contra malos dicens. Ite maledicti in ignem æternū. Sed per sagittas amoris bonos in suo cōfir mabit amore & gloria. d. Venite benedicti. &c. Primæ sagittæ vocantur vasa mortis, quia mortem per petuam malis immittent. Secundæ vocantur sagittæ ardentibus, quia bonos ad Dei amorem totaliter accendent. De sagittis mortis contra malos dicit dominus. Inebriabo sagittas meas sanguine: gladius meus deuorabit carnes de cruore occisorum. Quod sic loquitur. ad significandum acerbitatē pœnæ damnatorum. De sagittis vero ardentibus pro bonis dicitur. Sagittæ potentis acutę cum carbonibus desolatorijs. vbi gl. Sagittæ sunt verba scriptu-

Deuter. 32.

psal. 119. Carbo.

re sacre: quia verbis Dei sagittatur cor ad amorem Dei: vt fiat in eo vulnus: non luoris, sed amoris. Carbones vero sunt exempla iniquorum conuersorum ad Deum: qui bene dicuntur carbones, qui ad literam de mortuis reuiuiscunt, quando accenduntur. Ita qui se conuertunt ad dominum, de mortuis reuiuiscunt, igne charitatis calefacti, & suo exemplo alios accendant: vt quod verbis quis accipit, credat se facere posse. Cum multi etiam delicati & feminae, vt Agnes & Agatha, illud impleverint. Etiam si multum peccauerint, vt Paulus & Maria, eo amplius amauerunt. Hæc exempla dicuntur carbones desolatorij vel vastatorij: quia vastando ad desolationem ducunt carnales cogitationes & seculares amores. Et istis sagittis ardentibus vulnerabuntur in iudicio beati: vt ab amore dei amplius discedere non possint. de quibus nunc dicit. *Et sagittas suas ardentibus effecit.* Iste ergo sunt sagittæ acutę, quibus quilibet bonus in iudicio vulneratus, dicit illud. Posuit me quasi sagittam electam in pharetra sua abscondit me. &c. Vel aliter, isti duo versus de Christo intelliguntur: vt per gladium significetur Christus, qui est verbum Dei. de quo apłs. Et gladium spiritus assumite, quod est verbum Dei. Iste gladius in primo aduentu suo. vaginę humanitatis fuit tectus: sed in secundo aduentu vibrabitur, coruscabit. s. lumen suis, & impios terrens. Similiter per arcum intellige Christum. de quo. Vide arcum, & benedic qui fecit illum: valde enim speciosus est in decore suo. Iste arcus fuit paratus, quando operatione spiritus sancti ex Maria virgine formatus fuit, & homo factus. Fuit tensus, quando in cruce brachia in modum arcus tetendit. Sed iste arcus habet vasa mortis & sagittas ardentibus: quia in iudicio malos damnabit: sed bonos assumendo, charitate vulnerabit. &c. vt supra.

Conuer. sio. Peccator.

Esa. 49. Christus. Arcus. Ebra. 6. Gladius.

Ecl. 43.

**Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem & peperit iniquitatem.**

Hic consequenter ponit peccatorum maliciam & demerita, quibus. s. iuste damnabuntur. Ad cuius intellectum notandū q̄ in scriptura multiplex dolor cōtinetur. s. dolor deformis. s. peccatum, quod dolor dicitur quia causa omnis doloris. vnde dicitur. Eos qui se obseruant a doloribus, scilicet a peccatis, liberabit. Et est dolor informis. s. pœna præsens huius vitæ. Si aut in potestatibus. 80. anni, & amplius eorum labor & dolor. Et est dolor informis. scilicet gratia, scilicet dolor contritionis. Dolor meus super dolorem, quia. scilicet dolor contritionis est super dolorem peccati. Et est dolor informis. scilicet passio Christi. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, si est dolor sicut dolor meus. Et est dolor damnationis. vnde de damnato dicitur. Omnis dolor irruet in eum. Hic autem accipitur dolor pro peccato. per iniquitatem verbo & in iusticiam accipe peccatum exterius in operatione. Quamuis enim omne peccatum sit iniquitas. i. Iob. 5. tamen proprius accipitur pro peccato operis. vt habetur psal. 6. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Et similiter iniustitia accipitur hic pro peccato operis, peccatum enim interiora abscondi possunt: sed exteriora patent. ideo de peccato exteriori & parenti sub nomine iniustitię dicitur. In iniusticiam meam non abscondi. Modo ad propositū quia dictum est, q̄ deus contra malos gladium suum vibrauit & arcum tetendit &c. Forte diceret aliquis: ergo deus est causa damnationis eorum. Re

Dolor. Sap. 30.

psal. 10.

Hiero. 80.

Thron. 3.

Iob. 20. Iniquitas Peccati.

psal. 6. iniustitia.

psal. 31.

Quæstio.

spondet psal. d. non : sed malicia & peccatum est causa damnationis. probat. d. de primo homine. Quia concepit dolorem. i. peccatum in corde. & peperit iniquitatem. scilicet. & iniusticiam. peccatu cordis executioni mandando. *Concepit namque homo dolorem. i. peccatum a diabolo : qui cōsensit suggestioni diaboli. d. Erutis sicut dii : sed peperit ex illo conceptu iniquitatem & iniusticiam, quando peccatum in corde conceptum ad actum præduxit, comedendo lignum vetutum. Et similiter de quolibet alio homine peccante potest dici : q̄ prius concipit dolorem. i. peccatum in mente : & postmodum ipsum parit in opere : vt sic enilbet peccatori dicatur illud, Mul-  
 Gen. 3. Cōcipere  
 Gen. 16.  
 Job. 15.  
 Esai. 59.  
 Esai. 37.  
 Os. 1.  
 Luca. 1.  
 Job. 21.*

Gen. 3. Cōcipere

Gen. 16.

Job. 15. Esai. 59

Esai. 37. Os. 1.

Luca. 1.

Job. 21.

79

Lacum.

prover. 26.

80

riplicabo etumnas tuas. Et causam subdit. quia conceptus tuos in dolore paries. Et quantum ad hoc notare possumus : q̄ iste cōceptus peccati est multiplex in scriptura : secundum diuersitatem peccatorum. scilicet cōceptio ambitionis & superbię figurata in Agar. quę ex conceptu superba est effecta. Illa cōcepisse se vidēs despexit dominā suā, figurās illos qui ex cōceptu bonorum operum superbiunt. Deceptionis & malicię quaquis scilicet per falsitatem concipit proximum decipere. Concepit dolorem & peperit iniquitatem. Concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij. Conceptio carnalitatē & luxurię. Luxuria enim est quidam intrinsecus ardor. qui non solum intus mentem comburit, sed etiam extra corpus vt stipulam consumit. Concipientis ardorem & patiētis stipulam. Conceptio crudelitatis & senicię : qui conceptus magis est femineus quam virilis. Concepit & peperit filiam & dixit. voca nomen eius absque misericordia : quia non addam ultra misereri. Conceptio ociositatis & pigritiā : quā quis bona opera solum in fine agere concipit : quod figuratur in Elisabeth. quod solum in senectute concepit filium Elisabeth. Lu. 1. Et ipsa concepit filium in senectute sua. Conceptio maledictionis blasphemię. Job. 21. de impijs dicitur. Bos eorum concepit & nō abortiuit. &c. Iste ergo sunt malę conceptiones, ex quibus in iudicio mali damnabuntur. Vnde ostendens hic causam damnationis ipsorum dicit. *Ecce parturit iniusticiam. concepit dolorem, &c.* Et iste talis conceptus est quedam concupiscentia interior, quę exterius operis parit peccatum. Iacobi 1. Concupiscentia, cum conceperit, parit peccatum. Et de peccato similem subdit : dicens.  
 Lacum aperuit, & effodit eum : & incidit in foueam, quam fecit.

Quasi d. talis comparabilis est aperiēti lacum. D scilicet concipiēdo, hoc est dicere. lacum aperuit : aperiendo mentem suam diabolo suggerenti & consentiendo. *Et effodit eum.* i. similis est fodienti lacum, in parturiēdo per opus, qui enim fodit lacū operatur : & sic qui instat operi fraudis vel peccati, lacum effodit. Sed quid sequitur : quod incidit in foueam, quam fecit. i. similis est incidenti in foueam, quam fecit. sic & iste parauit sibi foueam. i. dignum se fecit foueam damnationis peccando : & ideo merito incidit in foueam, quam fecit. i. incidet. Qui fodit foueam incidit in eam.

Conuertetur dolor eius in caput eius : & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Hic consequenter ponitur sententia damnationis in iudicio contra peccatores. Vbi nota quod per caput, quod est principalis pars corporis nostri,

ipsum intelligitur corpus : sic enim caput pro corpore accepit scriptura. quando Achis dixit ad David. Ego custodem capitis mei ponam te cunctis diebus. Vertex autē hominis, qui est superior pars totius hominis, est ipsa anima vel ratio, Et quia in anima magis relucet species & imago deitatis quā in corpore : ideo de anima figuratiue dicitur sub nomine verticis. species glorię dñi quasi ignis in vertice. Conuertitur ergo dolor in caput, q̄ corpus per dolorem, id est p peccatum punitur æternaliter. Descendit iniquitas in verticem quando damnatur æternaliter. Volens ergo isto ostendere, quod in iudicio mali propter peccatū damnabunt æternaliter, & quo ad corpus & quo ad animam, dicit. *Conuertetur dolor eius in caput eius. scilicet quo ad corpus. & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. cum scilicet pennis æternis subiciantur. Vnde merito de damnato tunc poterit dici illud. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.*

Confitebor domino secundum iustitiam eius : & psallam nomini domini altissimi.

Hic ultimo agit de mysterio nostre beatificationis per Christū. Vbi notandū primo, q̄ multiplex est in scriptura confessio. scilicet confessio reorum damnatiua. qua. l. quis in iudicio foras crimen suum confitetur. de qua dicitur in canone q̄ secundū confessā & pbata iudex iudicare debet. Et de ista dixit : osue ad Achor. Fili cōfiterere & indica mihi quid feceris : ne abicōdas. Respondit ei Achor. Vere ego peccavi. &c. Et ex ista cōfessione fuit damnatus ad mortē Confessio peccatorū purgatiua : de qua psal. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meā domino, &c. Et de ista dicitur, q̄ confessio subita latroni pendenti in cruce, subito aperuit paradysum. Confessio gratiarum redditua, de qua dicit. Confitemini domino quoniam bonus : quā in sæculum misericordia eius. Et ista tali cōfessione omnis creatura suo modo confitetur domino. scilicet vel per se vel per rationales creaturas. sicut illa, quę nō habent sensum laudandi, quę tamen Deum laudant, quia nobis materiam laudis prestant. Tamen homo maxime sic tenetur Deo cōfiteri. i. gratias agendo ipsum laudare. Confitebor domino nimis in ore meo. Quod maxime faciunt beati in patria. iuxta illud. Confitebunt ceceli mirabilia tua domine. i. homines cælestes, qui habitant in cælis : quia beati qui habitāt in domo tua domine, in sæcula sæculorū laudabunt te. Et de ista confessione laudis, quam beati faciūt in patria hic dicit psal. *Confitebor domino secundum iustitiam eius. i. propter iustitiam eius. q. d. expressi superius quō iustitia dei iuste malos punit : & iuste bonos præmiabit. ideo ego Confitebor cum bonis domino : quid quod iuste damnat malos & bonos præmiat : & sic psallam nomini domini altissimi. scilicet. in patria. Psallere enim ad gaudium pertinet : quod commune erit hominibus beatis cum angelis. Vnde quilibet beatificandus dicit illud psal. In conspectu angelorū psalla tibi &c.*

Domine dominus noster, quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

Titulus huius psalmi est. In finem psal. David pro torcularibus : pro eius euidētia notandum quod sicut in scriptura diuersę res eodem nomine quan-

quandoque nominantur propter diuersas proprietates significati illius nominis : vt leonis nomine quandoque significatur Christus, quandoque diabolus. Sic econtra quandoque eadem res diuersis nominibus nuncupatur. Ad propositum ergo ecclesia catholica licet sit vna, nomina tamen habet distincta : quia quandoque vocatur sponsa, quandoque mater, quandoque area, quandoque torcular. Dicitur sponsa : quia Christo per fidem copulatur. Veni sponsa mea veni. Quandoque dicitur mater : quia nos deo per fidē generat. Hęc est mater mea : quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, &c. Vocatur area : quia sicut in area grana a paleis, ita in ecclesia boni a malis opere ministrorum separantur. non loco sed effectu, & quasi a tegumentis purgantur, & vt frumenta in area a paleis. Quę tamen necessaria erant, vt simul oriērentur & crescerent, & ad maturitatem peruenirent. eo quod vita malorum proficit bonis. Vnde de ecclesia dicitur. Christus permundabit aream suam, & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni, &c. Quandoque vero dicitur torcular : quia sicut in torculari vinum diuiditur à vinaciis : ita in ecclesia boni separantur à malis : & sicut vinum cū vinaciis crescit & maturefcit : ita mixtio malorum bonis est necessaria. qui similiter incipiunt crescere & consumuntur : sed boni in bono & mali in malo. In futuro vero etiam loco se parabuntur. Vel iō ecclesia dicitur torcular : quia sanguine sanctorum martyrum est expressa & collecta. In ecclesia enim sicut in torculari corpora eorum, qui pro nomine Christi afflictione persecutionis calcantur, quasi actina remanent in terra : anima vero ad requiem cælestis habitacionis emanant. Et quia ista sunt in ecclesia catholica : ideo ipsa nomine torcularis exprimitur. Cum ergo in titulo ponitur pro torcularibus : nihil de visibilibus torcularibus intelligitur, sed de spiritalibus per visibilia torcularia significatis. i. de ecclesia. Quia de ecclesia constitutio, one & causa cōstitutionis hic agitur in isto psal. de Christi ascensione, & spiritali sancti missione. Cum enim Deus post resurrectionē ascendit, misit spiritū sanctum in apostolos & in alios fideles : quo impleti predicando, ecclesiam congregauerunt : & proprio sanguine quasi per torcular de ipsorum corporibus expresso. Ex prædictis potest patere titulus psal. qui est. In finem psal. David pro torcularibus. i. iste psal. David in finem nos dirigens, sicut Christum est agens de torcularibus. i. de ecclesijs : quia, scilicet agit de ecclesiarum constitutione, & de causa constitutionis. Intentio psalmistę est errorem huderorum, qui dicunt tantū in Iudæa Deum notum : & Donatistarum, qui tantum in Africa dicunt veram ecclesiam esse, & omnium similitū cōfutare. Quibus dictis accedo ad psalmi diuisionem. Vbi primo sciendū, q̄ totus iste psal. est de victoria facta per Christum : cuius virtute cōgregata est ecclesia sub ipso Christo : cuius Christus est caput. Vñ iste psal. nō fundatur supra aliq̄ historiā, sed immediate agit de ipso Christo. vñ & Xps istum psal. de seipso esse factū ostendit. nā cū pueri in tēplo ad Christi laudem clamarent, Osanna filio David, principes sacerdotum indignati dixerunt ei. Audis quid isti dicunt : q. d. non debes sustinere tale falsum applausum. Et Iesus rādit eis. Nunquid legitis. Ex ore infantium & lactentium proficisti, &c. q. d. Vos qui legitis scripturas, deberetis intelligere quod hoc scriptum est de me. Hoc patet et per apostolū : vbi magnā partem istius psalmi inducit dictam de

ecclesia

Mat. 4. Mat. 12.

Mat. 3.

Torcular

Mat. 21.

Hebr. 2.

Christo dicens sic. Quid est homo q̄ memor es eius? &c. vsque ibi. Oia subiecisti sub pedibus eius. Quod postea exponendo de Christo dicit. Eū autē qui modico quā angeli minoratus est, videmus Iesum per passionē mortis gloria & honore coronatū. Nec potest dici, q̄ iste expositiones sint mysticę & non literales : quia Christus loquebatur legisperitis & apostolis hebræis : qui non recipiebant nisi litteralem sensum. Agit igitur totus iste psal. de Christo : iccirco intulatur pro torcularibus : eo quod sanguis Christi de corpore suo fuit expressus per coronam spinęam, per flagella & vulnera sicut vinum exprimitur in torculari. Item sciendum q̄ licet triumphus & victoria Christi peruenerunt rōne suę humanitatis patientis in cruce. vt ostendit apostolus. Humiliavit semetipsum factus obediens, &c. propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Effecit tamen virtute deitatis. Et sicut hoc psal. primo agit de Christi deitate. secundo de eius humanitate. ibi. *Quid est homo quod memor es eius.* Circa primum, scilicet circa deitatem christi sic procedit, quia ostendit q̄ Christus rōne suę deitatis primo est admirabilis. secundo q̄ est ineffabilis. ibi. *Quoniam eleuata est.* tercio q̄ est laudabilis. ibi. *Ex ore infantium.* quarto q̄ est per creaturas intelligibilis, ibi. *Quoniam videbo cælos.* Quā ergo ad primum ostendens q̄ deitas Christi est admirabilis totum mundo dicit. *Domine domine noster quam admirabile, &c.* Vbi primo notandum q̄ quis nomen dñi dñs, eo q̄ significat potestatem appropriate, competat patri : quia est nomen causę, sicut & hoc nomen Deus : ideo etiā de qualibet persona diuina dicitur sicut & deus. Quod etiam dicatur de patre, & et de filio, patet psal. 109. Dixit dñs dño meo. i. pater filio. hic autem accipitur pro filio : quia hic filio loquitur psal. Et nota q̄ bis vocat eum dñm ratione creationis & gubernacionis, & ratione specialis cultus & protectio nis. Primo mō est omnium generaliter dñs. Hester, Dñs omnium tu es. & dñi est terra, &c. Secundo mō specialiter est dñs fidelium : qui singulariter dicunt illud Io. Dñs meus & deus meus. Nomen autē hic accipitur pro fama & gloria. sicut de Iuda Machabeo dicit q̄ dedit semetipsum vt liberaret populum suum & acquireret sibi nomen æternum. Et sic accipitur hic. admirabile est nomē tuū. i. fama & gloria tua. Et nō solum in vno loco : sed in vniuersa terra. q. d. deo. fama & gloria tua vbi que est admirabilis. nō Iudæa tñ, vt dicunt Iudæi, nō in africa tñ, vt dicunt Donatistę. Iudæi ergo nec Donatistę, nec aliquid aliis sibi vendicet, q̄ est cōe omnium. Et Ad hoc autē declarandū, si qualiter & quare nomē Christi quo ad deitatem, est admirabile in vniuersa terra. Est notandū, q̄ aliquis in scriptura admirabilis redditur, ppter multa, scilicet rōne pręstis & efficacię, ratione veritatis & facundię, rōne sanctitatis & iusticię, rōne formositatis & decetia. rōne paupertatis voluntarię, rōne triumphantis & victorię. q̄ omnia in Christo fuerunt excellenter : propter quod admirabilis vniuersaliter predicatur. Primo quis admirabilis predicatur ratione potestatis : si admittantur hoies magna opera : consequens est, vt admittatur & facientem. vñ Iob. 5. Ad Deum ponere glorium in eū, qui facit mirabilia absq̄ numero. Sic & rōne potestatis Christi vbiq̄ admirabilis reddi, dicite psal. *Domine dominus noster, quā admirabile &c.* q. d. fm gl. *Domine admirabile est nomē tuū. i. gloria & fama tua.* & hoc pp creaturas tuas, quas fecisti & regis. Admirabile dico & infinitū : nullus em mortaliū sufficit omnes creaturas cognoscere : in quibus te nobis

Phil. 2.

Nomen. Dominus

Tom. 19. 1. m. sch. 5.

Admirabile.

Iob. 5.



nobis admirabilem facis. Et nota secundum aliam glo. quod dei nomen Christi admirabile, diuersimo de est i terris diuersis. Primo est mirabile i terra vbi timetur & no amatur: & sic fuit mirabile apud Aegyptios, inter quos mirabilia sua operat<sup>9</sup> est Deus<sup>9</sup> taquam in seruos & rebelles, non vt in filios. Exod. 3. dixit dominus. Exten da manum meam & percussit Aegyptum in cunctis mirabilibus meis. Secundo est admirabile in terra, vbi amatur & non timeatur seruiliter, vt in iustis & beatis. Eccl. 4.4. Audiens auris ad mirabit, & Esa. 60. Tunc videbis & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum. Tertio mirabilis in terra, vbi amatur & timetur, & sic est admirabilis apud nouiter conuersos, nondum perfectos, & sic mirabilis fuit apud Pilatum, qui amabat, sed Caesarem timebat seruiliter. de quo dicitur Matth. 27. q. Christus non rudit eicit vt miraretur preses vehementer. Quia ergo omnia terra sub aliqua ista rum trium partium cotinetur: ideo nunc bn de eo dicitur. Admirabile est nomen tuum in omni terra. Et de hoc diffuse vide Greg. 6. moral. .c.6. sup illo verbo Iob. Qui facit mirabilia, &c. Secundo quis admirabilis redditur ratione veritatis & facundiae suae eloquentiae. Sic em serui Holofernis audientes sapientiam & eloquentiam Iudith psal. admirabantur. Iudith. 11. dicit q. admirabantur sapientiam Iudith, & dicebant alter ad alterum. Non est talis mulier super terram in aspectu & sensu verborum. Sed quis rone sapientiae & facundiae magis admirabilis Christo? Vnde de Christo dicitur. Cepit Iesus in synagoga docere, & multi videntes admirabantur in doctrina eius dicentes. Vnde huic haec omnia? & quae est sapientia, quae data est ei? &c. Et Luca. 4. Mirabantur oes in verbis gratiae, quae procedebant de ore eius. Tertio quis admirabilis redditur rone sanctitatis. Si enim effectus insolitus inducit admirationem, quod sanctorum vita non erit admirabilis? q. de terra creati nihil amant terreni, sed templum Dei effecti in caelestibus conuersantur. vñ rone sanctitatis illa mater septem fratrum videns eos p lege Dei martyrizari, sanctitate eos confortans admirabilis omnibus facta fuit. de qua dicitur. Supra modum autem mater admirabilis & bonorum memoria digna parietes singulorum filiorum hortabatur. Sed quis sanctitate mirabilior Christo? certe nullus, quia ipse sanctior ceteris. vñ de ipso dicitur psal. 67. Mirabilis Deus in sanctis & gloriofus. Et et videtur in dictione admirabilis. Vnde rone omnium predictorum q. tu admirabilis nobis fit Deus, ostendit Grego. Quis omnipotentis Dei mirabilia scrutari sufficit? q. cuncta ex nihilo creauit, q. propria mundi fabrica mira potentiae suae virtute disposita & super aera caelum suspenditur: & super abyssum terra libratur: q. hominem fecerit: vt ita dixerim, in breui colligens mundum alterum sed rationabilem: q. hunc ex anima & carne constituens, in inuestigabili virtutis dispositione permittit spiritum & lucem. Sed tu in his omnibus Deum admirabilem admirari negligimus: quia ea quae incomprehensibili indagazione mira sunt, humanis oculis visu viluerunt. vñ fit, si mortuus homo suscitur, omnes in admirationem exhibent: & quotidie homo, qui non erat, nascitur: & nemo miratur: cum tu procul dubio omnibus constet, q. plus sit creare, quod non erat, quam reparare, quod erat. Quia arida virga Aaron floruit, cuncti mirari sunt. Cotidie ex arenti terra arbor producitur: virtusque pulpis in lignum vertitur, & nemo miratur. Quod ex quinque panibus quinque millium hominum sunt

fatigati, & escas in dentibus hominum creuisset, cuncti sunt mirati: sed quotidie sparsa semina plenitudinem multiplicatur spicarum, & nemo admiratur. Aquam in vinum semel conuersam cuncti videntes, admirati sunt. Sed quotidie humor terrae in radicem vitis attractus, per botrum in vinum vertitur: & nemo miratur. Mirabilia itaque sunt opera Dei: quae homines mirari negligunt: quia ad considerandum vsu torpescunt. vnde psal. 110. Mirabilia opera domini, exquisita in omnes voluntates eius. Sed ista omnia esse miranda, considerans psal. dicit. Domine dominus noster quam idest infinite, admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Quia & si Deus aliqua mirabilia in vna parte mundi facit, quae non facit in alia: nulla tamen est pars mundi, in qua non operetur mirabilia.

**Quoniam eleuata est magnificentia tua, super caelos.**

Hic consequenter ostendit, quod Christus ratione suae deitatis a nobis est ineffabilis: quia, si de ipso vt dignus est, loqui non possumus. Vbi primo notandum, quod per magnificentiam Dei intelligitur Christus secundum apostolum. 1. Cor. 1. est virtus & sapientia Dei. Per virtutem autem & sapientiam r. sunt opera magna, circa quae consistit virtus magnificentiae: vt dicit Philosophus. Et ideo de Christo, qui in nubibus est ad caelum eleuatus, sub nomine magnificentiae, dicitur psal. 67. Magnificencia eius, s. Christus, qui est magnificentia dei, in nubibus. Per caelum autem intelligitur quae scriptura sacra, quae de caelestibus agit, iuxta illud psal. 18. Caeli enarrant gloria dei. Quandoq. rationalis creatura, angelica, & humana. De angelis dicitur Mat. 6. Fiat voluntas tua sicut in caelo & in terra. De hominibus vero dicitur Iob. 15. Caeli non sunt mundi in conspectu eius. Volens ergo ostendere ipsum Christum, quo ad deitatem eius, nobis fore ineffabilem, dicit. Quoniam eleuata est magnificentia tua super caelos. i. super omnes scripturas, super omnes homines, & super caelos angelos. Vnde gloss. super caelos. i. super scripturas. Quia excedit eloquia omnium scripturarum, incomprehensibilitate. Vel super caelos. i. super omnes rationales creaturas humanas & angelicas. Scripturae autem merito caeli dicuntur: quia diuina mysteria celant. Eleuatus est ergo Christus super omnes caelos: quia tantam excellentiam caeli quasi nube tecti comprehendere non possunt. vnde quasi nube obumbrati dicuntur. Qui operit caelum nubibus. Si autem caeli accipiuntur materialiter. tunc hic expresse praedixit Christi ascensionem. De qua apostolus. Quod ascendit super omnes caelos, vt adimpleret omnia. Quod ideo dicit quia Christi humanitas super omnes caelos ad dexteram patris est eleuata. Et de ista eleuatione ad literam dicitur. Et videntibus illis, eleuatus est, &c. Ascendit super caelum caeli ad orientem. Et si quaeras, quomodo Christus etiam secundum deitatem incomprehensibilis est a nobis vel angelis: nonne clare videtur a beatis? Respondeo, quod sic: sed non comprehenditur: quia non videtur quantum in se visibilis est. Iuxta illud. 1. Tim. 6. Deus habitat lucem inaccessibilem, &c.

**Ex ore infantium & lactentium percipisti**

**fecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.**

Hic consequenter ostendit, q. & si est incōprehē sibilis tñ a nobis est laudabilis. Vbi notandum q. in fantes & lactentes aliqñ dicuntur fm etatem, aliqñ secundum innocētia & puritatem. Primo modo dicitur. Mat. 18. q. a postoli offerebant ad Iesum infantes, vt tangeret eos. Secundo modo dicitur. 1. Petri. 2. Quasi modo geniti infantes rationabiles sine dolo, &c. Quantum ad primum modum vult ostēdere, quod non solum ab angelis laudatus est Christus, s. in nauitate, qñ angeli cantauerunt, Gloria in excelsis. Sed ab infantibus & pueris, qñ, s. vt habetur Matth. 21. videntes principes sacerdotum & scribae pueros clamantes in templo & dicentes, O sanna filio David, indignati sunt & dixerunt. Audisti quid isti dicunt. Iesus autem dixit eis. vtique: nunq. legis, Ex ore infantium & lactentium percipisti laudem? Et qñ ad hoc dicitur: percipisti laudem. ad denotandum quod ista laus infantium mirabilior fuit quam laus angelorum. Primo quia isti cōstrebantur Christum verum deū dicentes. O sanna. i. obsecro salua in excelsis. Nullus autem salutem in excelsis, s. gloriam dare pōt, nisi deus. Gratiam & gloriam dabit dominus. Et in hoc haec laus aequalis fuit angelorum laudi. Sed ratione efficientis haec fuit perfectior: quia isti pueri erant illiterati, qui ex scientia legis & prophetarum Christi deitatem cognoscere non poterant vel confiteri. ppter quod ista laus vt processisse immediate a spiritu sancto, linguas istorum infantium mouēte p se & immediate, sicut locutio asine. Balaā non fuit ab ea nisi passiuē, sed effectiue fuit ab angelo, linguā eius mouente. Et ideo quanto spiritus sanctus perfectior est angelo, tāto ista laus puero rum fuit perfectior laude angelorum. Et iō istam laudem perfectā ostendens dicit. Ex ore infantium & lactentium percipisti laudem. Si autem accipiuntur infantes non aetate sed puritate: sic per infantes accipiuntur apostoli & alij simplices: quorum laus est perfectior & mirabilior quam laus a sapientibus mundi data: quia ista inspiratione spiritus sancti, illa humano studio dicta. Et hoc est quod ait glo. Infantes & lactētes non solū p aetate sed p simplicitate accipiuntur: sicut Petrus ait. Quasi modo geniti infantes, &c. Et sic infantes ostendit apostolos: quoniam D stulta mundi elegit deus, vt fortia confunderet. Vñ haec perfectior est laus: quia ad eam nō humana sapientia, sed diuina gratia accedunt. Vt destruas inimicum & vltorem. Vbi nota q. populus Iudaeorum singulariter christo inimicabatur. iuxta illud Mat. 10. Inimici hominis domestici eius. Dicebatur et vltor, quia sub velamine & titulo iniuriae legis Moisaicae, Christum persequebatur. Ex dicta autem laude fuit destructus populus Iudaeorum: quia per istam laudem puerorum & eius increpationem principes sacerdotum & maiores confusi fuerunt. Matth. 21. Vel inimici & vltores dicuntur omnes pagani & idololatrae, qui dicuntur inimici Christi secundum Christum secundum Gloss. Quia generaliter inimici Christi dicuntur omnes qui dispensationem per crucem factae contradicunt. Vltores autem dicuntur, quia idololatrae suorum hominem ardentissime vindicabant. Sed isti per laudem ex ore infantium fuerunt destructi: quando ad praedicationem apostolorum dissipatis idolis, gentes ad christum conuerterentur. Vnde isti infantes in puero Hieremia figurantur: cui dixit dominus. Ecce constitui te su-

per gentes & regna, vt destruas & aedifices, &c. vt destruas, s. gentilitatem: & aedifices ecclesiam.

**Quoniam videbo caelos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quae tu fundasti.**

Hic consequenter ostendit ipsum Christum deū per creaturas intelligibilem esse a nobis: quia per cognitionem creaturarum ipsarum creator cognosci potest: vt ait apostolus. Inuisibilia dei per ea, quae facta sunt a creatura mundi intellecta cōspiciuntur. Sic enim philosophi ex cognitione creaturarum intellexerunt ipsum deum, per quae omnia facta sunt. Et quia inter creaturas visibiles caelum & stellae & luna cum sole excedunt: ideo magis ex istorum cognitione cognouerunt Christi deitatem, per quem ista sunt facta. Et hoc est quod dicit. Quoniam videbo caelos tuos, &c. Quasi dicat ex ista visione tu deus a nobis es cognoscibilis. Et hoc est quod dicitur Sapient. 13. A magnitudine enim speciei & creaturę cognosci visibiliter poterit eorum creator. Vel aliter. Per caelos intellige apostolos: qui gloriam dei per mundum praedicauerunt. psal. 18. Caeli enarrant gloriam dei. Per digitos vero intellige sanctam trinitatem: quae tribus digitis significatur in scriptura. l. saia. 40. Tribus digitis appendit molem terrae. Per lunam intellige vniuersalem ecclesiam: quae lumen suum non a se, sed a sole recipit, idest a Deo. quae quanto remotior est a sole, tanto amplius illuminatur & crescit: quia quando deus ecclesiam suam videbatur relinquere manibus persecutorum: tunc clarior erat sanctitate & maior fidelium numero: quanto autem magis deus illi propinquior creditur, dando illi pacem & temporalium abundantiam, tanto minus clarescit sanctitate, & minor fidelium numero apparet. Et quia ecclesiam suam deus virgini mari protegendam specialiter commisit: ideo de ipsa sub nomine lunae dicitur. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Per stellas vero intellige ecclesias particulares, sicut dicitur Apoca. 1. Septem stellas, septem ecclesiae sunt. Est ergo sensus. Tu ergo deus hominibus es cognoscibilis, s. per praedicationem apostolorum mundo innotescēs. Quoniam ego. s. in posteris meis video caelos tuos. s. apostolos tuos & praedicatores, qui te mundo manifestabunt: quae sunt opera digitorum tuorum. Coperatione trinitatis facti & illuminati. Et sic vide o. i. per eos & ipsorum praedicationem lunam & stellas. i. ecclesiam vniuersalem Romanam, & alias particulares ecclesias, quae tu fundasti. Quod ideo dicit: quia apostoli soli ministri fuerunt adificationis ecclesiae: tu vero auctor & magister. Et hoc est quod de deo dicitur psal. 136. q. fecit lunam & stellas in potestatem noctis, quia ad hoc ecclesia Romana, s. luna, & stellae aliae ecclesiae particulares a Deo mediantibus apostolis sunt fundatae: vt de credendis illuminet noctem vitae praesentis.

**Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum?**

Hic consequenter agit de Christi humanitate. Et quatuor facit. quia primo ostendit incarnationis Christi beneficium. Secundo Christi passionis meritum. Minuisti eum papilaminus. Tertio Christi dominationis imperium, ibi. Omnia subie-

Enode. 3.

Eccl. 44. Psal. 60.

Mat. 27.

Grego. 6. moral. c. 6.

Iudith. 11.

Mat. 5.

Luc. 4.

psal. 67.

psal. 67. Mirabile.

Greg. 6. lib. moral. c. 6.

Opera misericordiae.

psal. 110.

1. ad corol.

4. Ethic.

psal. 18.

Caelum. Scripturae Iob. 15.

Ascensio. Eleuatio.

psal. 146.

Eph. 4.

Actuum. psal. 67.

1. tim. 6.

Mat. 18.

Inimicus.

Mat. 21.

Luc. 11.

psal. 83.

Apostolus ad Hebraeos.

Iudaeus.

Mat. 10. Inimicus vltor.

Hier. 1.

Cognitio. Deus. creatura. Rom. 1.

Sapient. 13.

psal. 18. Digiti.

sol. luna.

Ecclesia. diuersa. 145.

Apoca. 12.

Apoca. 1.

86. 11. q. 3. ca. ad mensuram.

*cfi.* Quarto concludit ex prædictis psalm. principi. *ibi. Domine dominus noster.* Privo ergo ponit incarnationis Christi beneficium, ostendens q non ex meritis nostris, sed solū sua grāa Deus per filium suum nos visitavit. *qñ. l. Verbum caro factum est: q dicit. Quid est homo, &c.* Vbi primo notādum, q hic per hominem omnes peccatores intelliguntur: sed p filium homines iusti, vt dicit gl. Vñ ad faciēdā differētiā inter hominem & filium hominis, dñiūtionē intermediā ponit. d. hō aut filius hominis q hō est, sed non e contrario, vt Adā, qui fuit hō, sed non filius hominis. Homo ergo hic accipitur omnis, q portat imaginē terreni hominis. i. omnis malus & peccator. Filius aut hōis specialiter dñi Christi, & sic imitatione filius hominis dñi omnis, qui portat imaginē Christi. *Comnis iust<sup>9</sup> imitator Christi.* Et utroq; respicit Deus sua misericordia. s. malos & bonos: sed malos respicit seiuētū a Deo, bonos autem quasi ppinguos & præsentes. Et hoc est quod ait. *Quid est homo. l. peccator q uōd memōr es eius.* q em per memoriā aspicitur, quasi lōge positū vñ. *Aut filius hominis: quoniam visitas eū: q em visitatur, ppe conspicitur.* Item nota quōd p visitationem dei incarnatio verbi intelligitur. iuxta illud Lucē. i. Bene dicitus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Ostēdens ex nullo nostro merito verbum esse caro factum, ait. *Quid est homo. i. peccator aut filius hominis. i. iustus.* Quid est. i. quod est meritum eius, quia visitas eum: ipsum assumendo ad verbi vāionem. q. d. nullum fuit meritum eius. Sic enim dicit apostolus. Apparuit humanitas saluatoris nostri dei. Deus in humanitate: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

**37. Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum: & constituisti eum super opera manuum tuarum.**

Hic ostendit meritum Christi passionis. Vbi notādum q meritum exaltationis Christi fuit humilitas passionis eius iuxta illud apostoli. Humiliauit semetipsum, &c. ppter quod Deus exaltauit illum, &c. Quāuis aut Christus dignitate maior esset angelis: vt pbat apostolus. Et hoc rōne suppositū: tamē vt nos tua passiōe redimeret: in hoc minor angelis est effectus: quia fuit passibilis & mortalis: quod angelis non conuenit, q sunt mere spiritus. In hoc ergo fuit meritū Christi: quia minoratus ab angelis. s. q mortalis p nobis passiōē & mortem suscepit. & ex isto merito fuit exaltatus: quia rex dominus & iudex omnium factus. Vñ completo passionis triūpho, ait. Data est mihi omnis ptās in celo & in terra. Quod notās psalmista. statim subdit. *Gloria & honore coronasti.* &c. Vbi nota præmium Christi: quia gloria & honore. &c. Gloria. i. claritate corporis incorruptibilis. Et honore. vt omnia bus sit venerabilis. Et bñ ait coronasti: quia circulus mundi, qui est quasi similibus coronā ad fidem Christi merito suæ passionis peruenit. Et constituisti eum super opera manuum tuarum, vt ostēdat & angelos Christo esse subiectos. Quia em angeli sunt opera manuum dei. ergo & sup eos constitutus est Christus. Et ad istum intellectum allegat apostolus de Christo istum versum. Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore. eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Oia subiecisti sub, &c. In eo em q omnia subiecisti, nihil dimi-

Homo. Filius.

Peccator.

Incarnatio. Visitatio.

ad Tit. 3.

Humilitas. Christus. angetus. Hebre. 1.

Mat. 28.

Corona.

Hebre. 2.

nit non subiectū ei. Sequitur. Eum aut q modice, q angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum.

**Omnia subiecisti sub pedibus eius, & oves & boues vniuersas, in super & pecora campi.**

Hic consequēter ostendit altum Christi donationis imperium. Et duo facit. quia primo ostēdit bonos Christi imperio subiectos. secūdo malos ibi. In super est pecora capi. Qm ad primum notādum, quōd boni sunt in duplici dñi herētia. Quidā sunt innocentes & subditi: quidam vero præsidentes & prælati. Primi significant per oves. Oves mēā vocem mēā audiunt, & sequuntur me. Secundi vero significantur per boues: boues em terrā scindunt & eam fructificare faciunt. Sic & boni prælati corda subditorum prædicādo & corrigendo scindunt, ducētes ad penitentiā: & illa fructificare faciunt per virtutum opera. Et sicut deficientibus bobus, manet terra inculta: sic bonis prælatis deficientibus, steriles subditi manent. Et de istis bobus prælatorum bonorum dñi. Vbi nō sunt boues, præsepe vacuum manet: vbi aut plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bobus. q sabbidos, imperio Christi esse subditos dicit. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* 1. sub voluntate eius: oves & boues. Et si dicas, quare mentionē nō facit de angelis: dico quōd id q illi cōtinentur in numero prælatorum, quia nob s præsidet. Ad qd denotādum dicit. *Bones vniuersas: vt nullā prælationem excludat.* Et quis bos sit cōis: nō fm gl. fm inno genere virtutis: vt notet fructificationē prælatorum: qui. l. femine verbi dei corda hominū fructificare faciūt, & sic est punctus ibi. *oves & boues vniuersas. In super est pecora capi.* Hic cōsequēter ostēdit malos Christo subiectos. Vbi notādū quod mali sunt in triplici herētia: sicut est triplex principale peccatū, ad q cetera reducuntur, s. luxuria, supbia, & auaritia. Et fm hoc ostendit omnes malos Christo subditos. primo luxuriosos, secūdo superbos, ibi. *volucres cœli.* tertio auaros, ibi. *Et pisces maris.* Primo ergo de luxuriosis dicit. *In super est pecora capi.* per pecora em luxuriosū significantur. Nā fm Catholicō. pecus dicitur omne animal, quod humana effigie caret, & humana lingua. Quid aut magis aufert humanā formam & linguā, q luxuria, quæ humanum intellectum furās hominem vertit in bestia. Vocantur ergo luxuriosi pecora capi. quia tales in carne viuētes, nihil arduū, nihil laboriosum ascēdunt: sed cāpos. i. latā viam sequentes, oē quod delectat sequuntur. De istis peccatoribus, s. de luxuriosis dñi. Qui post carnē & immuniciā concupiscentiæ ambulanti: vt velut pecora irrationabilia in corruptione sua peribunt. De quibus nunc dicit. In super & pecora campi.

**Volucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris.**

Hic ostendit superbos subditos Christo: per volucres enim cœli, quæ in altum se eleuant, intellige superbos: qui se mente in altum extollunt, se reputantes præ alijs altos, & deo subditi recusantes: illum regem superbia imitates, qui dixit. Ascēdam in cœlum & exaltabo solium meum, &c. Et pisces maris, per istos intellige auaros: qui in profundo maris huius sæculi temporalia, quæ quasi semitæ in mari cito euanescent, inquirunt studio pertinaciter: de quibus auaris in alio psal. dicitur. In mari via tua,

Bonus. Iosm. 10. Oves. Bonus.

14.

Malus in triplici dñi herētia. peccatū. Luxuria. Pecus.

2. Ethico. vñ.

2. petri. 2.

Superbia. Volucris. Esā. 34. pis. auaritia.

tua, & semitæ tuæ in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur. Quod ideo dicit, quia auarus propter diuitias acquirendas, multas difficiles perambulat vias, sed eius vestigia non cognoscentur, quia diuersas vias auari reperiunt, vt suas vsuras, vel auaricias pallient: vnde de hac auarorum semita dicitur. Abscondita est in terra pedica eius, & decipula eius super semitam.

**Domine dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.**

Hic ex omnibus præcedentibus cōcludit primo principium, quasi dicat: Ex omnibus, quæ tu Deus fecisti, circa Christum quo ad eius deitatem in prima parte Psal. & quo ad eius humanitatem in secunda parte apparet, quōd nomen tuum admirabile est in vniuersa terra.

**Confitebor tibi domine in toto corde meo, in narrabo omnia mirabilia tua.**

Titulus huius Psal. est iste. *In finem pro oculis filij Psal. David.* Vbi primo notādū secūdum Magistrum in glo. q quādo in scriptura ponitur filius sine alio additamento, per filium significatur Christus Deus & homo, qui per excellentiā dicitur filius, scilicet, Dei quo ad deitatem, sicut de seipso dicebat ipse. Si filius vos liberauerit, vere liberi eritis. Et ipse David quo ad humanitatem. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis, &c. Sic ergo ly filij in titulo potest referri ad Deū, & ad Dauid, vt cū dicitur. *pro oculis filij.* scilicet, ipsius Dei vel ipsius David. Item notādū quōd in eo, q dicitur *pro oculis filij:* non manifestando, quæ sint illa occulta, iam prædicit q ipse filius habet aliqua occulta, & aliqua manifesta. Est ergo sciendum, q duplex est aduentus istius filij, id est, Christi. Primum fuit in humanitate occultus. Et hic gentibus proufuit, sed ipso Iudæi excæcati fuerūt. Et hoc est, quod dicit apostolus. Vnde cæcitas cōtingit in Israel, vt plenitudo gentium intraret. Secundus erit in maiestate, qui erit manifestus omnibus. Mat. 25. Cū venerit filius hominis in maiestate sua, &c. Sic & cōformiter istius filij Dei duo sunt iudicia. Vnum occultum, quod est iudicium discretionis. Aliud manifestum, quod erit iudicium discussionis. Primum est iudicium occultum discretionis, quo scilicet discernuntur boni a malis, & fideles ab infidelibus. Quod maxime inceptit a prædicatione Christi, & apostolorum. Isto enim Dei occulto iudicio aliqui conuersi sunt ad fidem, alijs in infidelitate induratis, cuius ratio nobis occulta est omnino. Vnde cū apostolus dixisset. Cuius vult miseretur & quem vult indurat. Postea subdit. Vide ergo bonitatem, & seueritatem Dei, in eos quidem qui non credūt, seueritatem, in te autem, qui credis bonitatem Dei, si permanseris. Et subdit ex hoc. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, &c. Et vere occulta sunt Dei iudicia, & incomprehensibilia: vt ostendit Gregorius. Duo ad hanc lucem paruuli veniunt, vni datur, vt ad redemptionem per baptismum redeat, alter autem subtrahitur, ne hunc regenerationis vnda perfun-

Filius. Christus.

Ioan. 8.

Esā. 9.

Aduentus duplex.

Roma. 11.

Iudiciū duplex. Discretio nis & discussionis. Occultū.

Roma. 9.

Roma. 11. Greg. 27. mor. c. 2.

dat. Et sepe fidelium filius sine fide rapitur. Et sepe infidelium filius concessio sacramento fidei renouatur. Quis ista iudicia Dei cognoscat? Latro quōd de patibulo transiit ad regnum, & Iudas de Apostolatus gloria lapsus est in tartarum. Ista ergo sunt occulta Dei iudicia discretionis, de quibus dicit Psal. Iudicia Dei abyssus multa. Secundum est iudicium manifestum, scilicet, iudicium discussionis, quod erit in fine mundi, quod erit valde clarū, quia ibi & occulta cordium erūt manifesta. Et quamuis tunc erit manifestum, tamen ad præsens nobis est valde occultum: vnde de illo dicit Christus. De die autem illo & hora nemo scit. Vltimum autem iudicium datum est Christo, ipso teste, Pater omne iudicium dedit filio, &c. Et de utroque iudicio agit iste Psal. Est ergo sensus tituli iste. *In finem pro oculis, &c.* iste Psal. factus est à David pro oculis filij. id est pro duplici iudicio prædicto dato filio. In finem, scilicet, in Christum nos dirigens. Vel, in finem. id est dirigens nos ad considerationem finis mundi & aternæ beatitudinis, quæ tunc dabitur bonis, vt vltimus finis. *Confitebor tibi domine, &c.* Tota intentio istius Psal. est fidelibus ostendere, q mundus non fato vel fortuna regitur, sed Dei prouidentia, quæ per sua occulta iudicia mundū gubernat & regit. Et diuiditur in duas partes. Quia primo à regimine mundi excludit fatum, vel fortunam. Secūdo diuinam ostendit prouidentiam: ibi. *In conuertendo inimicum, &c.* Quātum ad primum sciendum, q aliquotum error fuit, quōd mundus iste non per ipsum Deum regitur, sed per fatum & fortunā: dicentes, q Deus superiora per se regit, sed de inferioribus minime curat, innētēs verbis apostoli. Nunquid de bobus cura est Deo? Sed istum errorem excludit Grego. d. Sunt nonnulli, qui Deū res humanas curare non existimant, & eas ferri fortuitis motibus putant: contra quos dicitur. Subter omnes cœlos ipse considerat, ac si aperte diceretur. Qui summa regit, etiam extrema nō deserit. Qui enim vbique præsens est, & vbique æqualis est, etiam in dissimilibus, sibi ipsi dissimilis nō est. Æque ergo omnia respicit, æque cuncta disponit, qui in omnibus locis præsens, nec localiter tenetur, nec varia curāo variatur. Consimili ergo modo, nunc Psal. prædictum errorem euacuans, dicit: *Confitebor tibi domine in toto corde meo.* quasi dicat, laudabo te, & hoc in toto corde meo, non solum in parte, vt quidam faciunt, qui quædam opera domini approbant, & quædam blasphemant, qui quædam per se facere Deum putant, quædam per fortunam. Isti Deo consentunt, id est, Deum laudant, nō in toto corde, sed solum in parte. Sed ego non sic, sed confitebor tibi in toto corde meo. Quia in nullo de prouidētia Dei dubito, sed omnia per te regi cōfiteor, & credo quæ stulti temere & casu regi putāt. Hæc autem cōfessio nō est criminis, sed laudis. Illa luget, ista gaudet, illa medico vulnus ostendit, hæc de sanitate gratias agit. *Narrabo omnia mirabilia tua.* sed quis omnia mirabilia Dei narrare sufficiat? Cum de ipso dicatur. *Quod facit magna & inscrutabilia & mirabilia quorum nō est numerus.*

Latro. Iudas.

Psal. 35.

Mat. 24.

Ioan. 5.

Regere. Mundus. Fortuna.

1. Cor. 9.

Greg. 27. mor. c. 14. Job 37.

Confessio.

Job 9.

Totum. Pars. Omnia.

depota

denotandum multitudinē euntium, quāvis multi A nō vadant. Sic enim dicitur Matth. 2. Turbatus est Herodes & omnis Hierusalē cum illo. Sic & in p̄posito volens Psal. ostendere multitudinē mirabilium Dei; quā in hoc Psal. narrat; vtitur signo vniuersali. d. *Narrabo omnia mirabilia tua.* Secūdo dicitur, q̄ hic ly *omnia* stat pro generibus singulorum; nō pro singulis generum, vt supra fuit dictum. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Vnde dicit hic glo. Omnia enim mirabilia narrat; qui de visibilibus ad inuisibilia trāsit; vtputā si quis dicat Christum, qui Lazarum suscitauit in corpore, Paulum suscitasse in mente. Tertio dicendum quōd ly omnia stat accōmodo, vt sit sensus: omnia, quaecun- que dicant de tuis operibus, sunt mirabilia.

92. **Lætabor & exultabo in te, psallam B** nomini tuo altissime.

Omnia enim opera bona cum hilaritate mentis debent fieri secundum Apostolum. Hilaritatem daturē diligit Deus. Ideo Psal. hanc narrationem mirabiliū Dei cum lætitiā & exultatione se facturum dicit. *Lætabor & exultabo, &c.* Et nota q̄ suam hilaritatem exprumendo, Psal. tria dicit; scilicet, q̄ lætabitur; q̄ exultabit; & q̄ psallet: quæ tria distinguūt. Quia lætari proprie est intus in corde. Exultare vero est interius in corde, & extra in opere. Exultatio enim est quasi extra saltatio. scilicet, quādo quis lætatur interius & exterius: vnde dicit Catholicō, q̄ exaltatio est verborum, atque membrorum. Lætitiā vero est mentis gaudium. Psallere vero est lætitiā cordis operibus dilatāre: vnde psallere, quasi salire. Volens ergo Psal. ostendere in narrationē mirabiliū Dei se perfectam habere lætitiā: d. *Lætabor*, quo ad cor interius. *Et exultabo* per mēbra corpōis exterioris. *Et psallam nomini tuo altissime.* id est, operibus ostendam nomen tuū fore altissimū. Sic enim Deū altissimū facimus, cū per nostra opera bona ipsum altissimum prædicamus. Sic enim alibi dicit. Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.

93. **In conuertendo inimicum meum B** retrorsum, infirmabuntur & peribunt a facie tua.

Hic consequenter diuinā ostēdit prouidentiam. Et hoc secundum duplex Dei iudicium, scilicet discretionis & discussionis. Et primo agit de iudicio discretionis. Secundo de iudicio discussionis: ibi. *Inimicus. Conuertatur peccator in infernum.* Iudiciū autem discretionis Dei occultum circa duo existit, scilicet, circa demones, & circa homines. Primo ergo agit de iudicio circa demones. Secundo de iudicio erga homines: ibi. *Increpasti gentes.* Quantum ad primum sciendum; quōd altū est iudicium Dei, quo demones à quibusdā expellit; in quibusdam permittit, q̄ isti à potestate diaboli liberentur, & alij in eius potestate dimittantur. Et ista talia Dei iudicia hic narrat. d. *In conuertendo inimicū meum, &c.* Christus enim inimicum, scilicet; humani generis, scilicet, diabolu retrorsum conuertit, quando per suam incarnationē prædicationem & mortem à quibusdam, scilicet, à suis fidelibus expulit, sub ipsius potestate aliōs relinquendo. Retrorsum ergo fuit diabolus conuersus, quando mundi principatum per Christū amisit. Nunc princeps huius mūdi eiicietur foras. Vnde de demonibus subdit. *Infirmabuntur & peribunt a facie tua.* quia sic debilitata fuit virtus demonum per Christum, vt nullo modo ei, nec suis Apostolis re-

ad Co. rinth. 9. Lætitiā. Exultatio. Psallere.

Psal. 63.

Retrorsū.

Ioh. 12.

sistere possent. Dedit eis virtutem super omnia demonia, &c. Reparat ab enim demones à facie Christi perfirē, quia ab eo arcebatur ne hominibus nocere possent, vt ante poterāt vnde per Christū arctari dicebatur. Quid nobis & tibi Iesu Nazarenē: venisti ante tēpus torquere nos. Vel iste versus potest intelligi de quolibet malo homine, qui ante aduentū Christi persequebatur ecclesiam: qui per Christum & eius successores fuerunt conuersi, scilicet de persecutione ad defensionem, de odio ad amorē. Qui sic conuersi perierunt, scilicet, ab illo, quōd erāt, & peruenierunt ad illud, quōd non erāt. Et sic hic orat pro malis, vt conuertantur, quasi dicat: *conuertantur retrorsum.* id est; sequatur te, non præcedant, nō dent consilium, sed accipiant. Sic enim retrorsum conuersus fuit Petrus, qui præcedendo Sathanas, sed sequendo discipulus fuit. Sic Paulus, &c.

94. **Quoniam fecisti iudicium meum, B** & causam meam: sedes super thronū, qui iudicas iustitiam.

Hic ostēdit causam talis conuersionis, quæ, scilicet fuit humilitas Christi passionis. Quōd notās dicit. *Quoniam fecisti iudiciū meum, &c.* quasi dicat: Ideo inimicus conuersus est retrorsum, quia tu fecisti iudicium meum, &c. Sed quōd fuit hoc iudiciū, & quæ causa nostra, quā Christus fecit? Christus pro nobis: certē causā fuit, quādo pro nobis accusatus coram Pilato, contra ipsum causā ventilabatur. Iudiciū vero, quādo post ventilationem causæ pro nobis morti fuit adiudicatus. Et nota q̄ dicit iudiciū meum & causam meam, meum, inquit, quia ista mihi seruiuerunt, & ad vtilitatem meā fuerunt. Qualiter nauatē dicunt illum ventum suum, qui eis valet ad bene nauigandū. Vocatur ergo illud iudiciū & illa causa & domini, & nostra: domini, quia in corpore suo illa suscepit: nostra autem; quia pro vtilitate nostra sunt facta. Vnde quia istud iudiciū suscepit nō necessitate, quia sine peccato, sed voluntate: ideo dicit Iob. Non contēpti subire iudicium cum seruo meo. Et istud iudiciū nobis tribuit, id est, pro nobis sustinuit. Iudiciū tribuit pauperibus. Sed vbi hoc iudiciū peractū fuerit, cōsequēter ostēdit. d. *Sedes super thronum qui iudicas iustitiam.* Thronus enim est regū. Quid enim fuit thronus Christi nisi crux: in qua regio titulo fuit insignitus. Scripsit & titulum Pilatus, & posuit super crucem eius: Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Crux ergo est ille Christi thronus, in quo Christus manens omnibus fuit gratiofus gratiā omnibus præbēs, quia ibi seipsum obtulit pro nobis: propter quod dicit Apostolus. Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ ipsius. Et in isto throno crucis sedens rex noster iudicauit iustitiam, quia ibi non potentia, sed iustitiā diabolū superauit; & nos ab ipsius potestate eripuit; quia ibi pro nostris peccatis patri satisfecit, secundum dictamē iustitiā. Sed si dicas. Qualiter mors Christi dicitur iustitiā, quia diabolus fuit victus, cum fuerit mors illa iniustissima, quia ille sanctissimus, & innocens iniuste fuit occisus? Responso, quōd iniustissima fuit ex parte agentium, sed iustissima ex parte patientis, qui affectu iustissimo peccatum impunitum nolens dimittere, & vides nos inualidos ad satisfaciendum, omnia nostra peccata pertulit in corpore suo. Vnde qualiter in throno trucidis sedens operatus est iustitiam, ostendit Magister, dicens: Quōd morte Christi iustitia superatus est diabolus, & non potentia. Et quo

Matth. 10.

Matth. 11.

Malus homo.

94.

Iudiciū. Causa accusata corā populo.

Cōparatio.

Iob 13.

Iob 36. Thronus. Crux.

Questio.

Magister.

Et quo id factum sit explicabo vt potero. Quadam enim iusticia dei in potestatem diaboli traditū est genus humanum, peccato primi parentis in omnes originaliter transeunte, & illius debito obligante vnde omnes homines ab origine sunt sub principe diabolo. vnde a postolus, Eramus natura filij ire, natura. i. vt est damnata peccato ab initio. & infra. Et tandem hominē, quem cōmissio peccatorū diabolo subdidit, remissio peccatorum per sanguinem Christi data, diabolo eruit vt sic iustitia vinceretur diabolus & nō potentia. Quia nihil in Christo morte dignum inueniens. occidit eum, vnde vique iustum fuit, vt debitores, quos tenebant, liberi dimitterentur in eum credentes, quē sine aliquo debito occidit. Et sic non potestate, sed iustitiā ipsum superauit. Et sic in throno crucis manēs iustitiā iudicauit. Et hoc tangens hic psal. d. *Sedes super thronum, qui iudicas iustitiam.* i. qui diabolū iudicas, & condemnas per iustitiā. Et quia in isto iudicio operatus est iustitiā fortiter patiendo pro nobis. ideo de ipso dicitur. Deus iudex iustus fortis & patiens.

95. **Increpasti gentes, & periit impius: B** nomen eorum delesti in æternum & in sæculum sæculi.

Hic consequenter agit de iudicio dei discretionis erga homines. i. qualiter suo oculo iudicio aliquos ad fidem vocat; & alios in suis permittit erroribus. Et duo vocat. quia primo ostendit bonorum electionem, secundo eos in dicit ad gratiarum actionem, ibi. *Psallite domino.* Circa primum, vbi ponit bonorum electionem, multa facit. Quia primo ponit gentiliū vocationem. Secundo persequentium conuersionem, ibi. *Inimici defecerunt frameæ.* Tertio apostolorum prædicationem, ibi. *Periit memoria, &c.* Quarto iustorū præmiationem, ibi. *Parauit in iudicio thronum suum.* Quinto deuotorum confortationem, ibi. *Et factus est dominus refugium.* Sexto orationum exauditionem, ibi. *Esperet in te.* Quantum ergo ad primum ostendit vocationem gentiliū & idololatrarum ad fidem. d. *Increpasti gentes, &c.* Per gentes enim gentiles & idololatrias intellige, quos Christus increpauit per prædicationē ap̄torum: & ipsos conuertit ad fidem, vt Petrus Italiam, & Iohannes Greciam, Thomas Indiam, Matthias Æthiopiā, & sic de alijs. Et sic ergo per increpationem ap̄torū periit impius. Impius enim proprie dicitur infidelis, & idololatria: sicut & pietas proprie cultum dei respicit. Periit ergo impius: quia ipsi infideles de impijs facti sunt pij. Non enim amplius dicuntur impij, qui Deo credunt. Cum enim quis de impio ad piū vertitur, tunc periit impius & pius efficitur sicut cum quis de luxurioso fit castus. Et hoc est quod dicitur. Verte impios, & non erunt: quia scilicet nomen impij perdunt. Et hoc est quod subdit. *Nomen eorum delesti in æternum.* & c. quia scilicet prius vocabantur pagani, modo Christiani vocantur: & etiam nomina idolorum perierit de terra, sicut prædictū fuerat. In die illa dicit dñs perdam nomina idolorū de terra: & non remanebūt vltra. Et aduerte q̄ ait *nomen eorū delesti in æternū & in sæculum sæculi.* Per sæculū intelligitur præsens mundus, qui voluitur vicissitudine temporū sibi succedentiū: sed sæculū sæculi est æternū, quod in incommutabilitate æternitatis consistit: cuius istud p̄ns sæculum est imago & vmbra. Cum ergo dicit, *in æternum, & subdit in sæculum sæculi* est explanatio illius quod præmiserat. *in æ-*

num, scilicet ne dicendo, *in æternum* solum præsens sæculum intelligens: ideo subdit, *& in sæculū sæculi.* i. non solum in præsentī sæculo mutabili, sed etiam in futuro inuariabili. Est ergo præsens sæculum. i. vmbra futuri: & sic ly *sæculum* stat pro præsentī: & ly *sæculi* pro futuro. Et sic intellige quotiescunque dicitur, per omnia sæcula sæculorum, vel in sæcula sæculorum. i. in præsentī & in futuro.

96. **Inimici defecerunt frameæ in finē: B** & ciuitates eorum destruxisti.

Hic ostendit persequentium conuersionē. i. per occultum iudicium dei factū. Hic em̄ inimici est casus gentium: vt sit sensus: frameæ vel gladij inimici. i. diaboli defecerunt. Gladij em̄ quibus quis vitur ad hostium interemptionem, p̄secutores fidei significat: quibus vsus est diabolus contra ecclesiam & sanctos martyres trucidando. Nōne gladius diaboli fuit Paulus, qui supra modum persequebatur fideles. Nonne gladius diaboli fuit Magdalena, quæ suo malo exemplo multos spiritualiter occidebat? & sic de alijs. Et isti gladij defecerunt: quia de persecutoribus facti sunt defensores. *Defecerunt inquit in finē.* quis enim est finis noster nisi Christus? per quē omnes isti gladij & satellites diaboli defecerunt. *Defecerunt ergo in finem.* i. propter finem Christum, vel defecerunt in finem sicut in Christū conuersi. Et istas frameas deficere orabat psal. Effunde frameam, & cōclude aduersus eos, qui persequuntur me, &c. Nōne conclusus fuit Paulus, quā argumento luminis Christi fuit superatus? Et ideo ad hoc q̄ defecerūt frameæ inimici: sequitur. *quod ciuitates eorum destruxisti.* Vbi nota q̄ mystice ciuitatem habet Deus, & ciuitatem habet diabolus. Ciuitas Dei est qualibet anima iusta in qua inhabitet. Fluminis impetus. i. gratiā, latificat ciuitatem Dei. Ciuitas diaboli est qualibet anima deo rebellis: in qua diabolus inhabitat: de qua dicitur. Vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate. Hic autem accipiuntur ciuitates pro iniustis animabus, in quibus habitabant demones iniqui Christo contradicentes, cum dicit. *Et ciuitates eorum destruxisti.* Consequens est em̄ q̄ si frameæ diaboli defecerunt, q̄ ad Christū sunt conuersi q̄ similiter & ciuitates diaboli sint destructæ: quia si non amplius diaboli ciuitates sed Christi sunt effectæ. Vt patet in Paulo, qui prius persequendo ecclesiam, diaboli ciuitas erat: intentus in ijs, quæ huius mundi erant. Cuius postmodum ciuitas destructa fuit: vt amplius non de malis, non de terrenis, sed solum de cœlestibus meditaretur in cœlestibus conuersando. vnde audi ipsum in persona omnium ac conuersorum dicentem. Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus.

97. **Perijt memoria eorum cum sonitu: B** & dominus in æternum permanet.

Hic consequenter ostendit apostolorum prædicationem: quæ fuit causa defectionis gladiatorum & destructionis ciuitatū. Vbi nota q̄ hic sonus accipitur pro sono prædicationis apostolorum: qui totum orbem repleuit, de quo psal. In omnem terrā exiuit sonus eorum, &c. Isto ergo sono *perijt memoria eorum.* i. apud deum: ne se eos puniat. sic em̄ peccata apud deum manent in memoria, quæ ad puniendum referuat. In memoriā redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini. Et illa a memoria Dei cadere dicuntur, quæ non referuat ad puniendum. Non erunt in memoria amplius iniquitates. In cog. tom. 1. d. priores.

lib. 3. di. 20.

Eph. 2.

Psal. 7.

95.

15. q. 1. no. est.

Cōuersio. Fides ap̄to. stoli.

Nomen. Impius. prouer. 13.

Zach. 13.

Seculum.

96. 23. q. 5. cultor.

Gladius. Persecutor.

Psal. 34.

Ciuitas. Psal. 45.

Psal. 54.

Hebr. 13.

97. 3. q. 4. c. 1.

Sonus. prædicationis. Psal. 18.

Psal. 108.

Psal. 63.



*Esa. 53.* priores. *Nel perit memoria eorum cum sonitu.* i. ritus & cultus idolorum sono prædicationis perijt de terra & hoc in magna parte: sed in fine mundi totaliter peribit. quia tunc exaltabitur solus deus. Et hoc est quod subditur. *Dominus autem in æternum permanet.* quia regnum & nomen domini nostri Iesu Christi in æternum stabile erit: sicut angelus virgini prædixit. Regnabit in æternum, & regni eius nõ erit finis.

*Lucæ. 1.* **98** Parauit in iudicio thronum suum: & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate: iudicabit populos in iustitia.

*Cruce.* Consequenter hic ostendit bonorum præmiatio nem similiter & punitioem malorum. Vbi sciendum quod potestatem iudicariam acquisiuit Christus per humilitatis patientiam, quam cruce fuit iudicatus: vt ostendit apostolus. Vt scilicet qui in humilitate iudicatus est, & suspensus in cruce, in maiestate omnes iuste & aperte iudicabit: bonis præmia donans, & reis supplicia. Per thronum enim Parauit ergo in iudicio thronum suum. i. parauit crucem in iudicio, quia per virtutem crucis cunctos iudicabit et bonos & malos, omnes tamen iniuste propter quod subdit. *Quod iudicabit orbem terre in æquitate, & populos in iustitia.* Per iustitiam & æquitatem idem intelligit: sed per orbem terræ accipe terrenos peccatores & malos, per populos autem bonos in Christi fide copulatos, quos omnes iudicabit in æquitate & iustitia. Quid enim æquius & iustius esse potest: quam populos. i. electos congregare secum ad iudicandum, & ceteros diuidere, hos ad dexteram, illos autem ad sinistram? Hoc idem sub aliis verbis ponitur psal. 95. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

*Psal. 95.* **99** Et factus est dominus refugium pauperi, adiutor in oportunitatibus in tribulatione.

*Matth. 5. Auguſt. in sermone in monte. Pauper. Humilis.* Consequenter hic ponit deuotorum confortationem. Superius enim dictum est quod iudicabit omnes bonos & malos. ne ergo forte turberis, considerata multitudine aduersorum & temptationum, quibus per te resistere non uales: & ex hoc desperes cum bonis iudicari: ideo nunc te confortans dicit. *Sis pauper & dominus erit adiutor tuus, & refugium tuum. Quia factus est dominus refugium pauperi, &c.* Illis, scilicet pauperibus de quibus dicitur. *Beati pauperes spiritu.* &c. scilicet humiles, spiritum inflatum per superbiam non habentes. vnde Augusti. ait. *Legimus scriptum de appetitione rerum temporalium, omnia vanitas & præsumptio spiritus: præsumptio autem spiritus superbiam & audaciã significat.* Vulgo etiam superbi magnum spiritum habere dicuntur: & recte, quoniam spiritus idem est quod ventus. Quis autem nesciat superbos inflatos dici, & tanquam vento distentos? qua propter recte intelligunt pauperes spiritu humiles & timentes deum, non habentes spiritum superbiam vel alio vitio contra Deum inflatum. Vel hic pauperes accipe qui nihil curant de mundo. Sic enim exponit glo. Factus est refugium pauperi. i. illis qui nihil amant in transitoriis. Vnde factus est refugi-

*Adiutor.*

um, quo ad bona peragenda, sed adiutor quo ad mala vitanda. propter quod dicit. *Adiutor oportunitatibus, in tribulatione.* quia adiutor sperantem in se, quãdo oportet: licet quandoque ad tempus deserere videatur. Cogita quã fortis adiutor fuit sanctis martyribus in suis tribulationibus: quam dulce refugium omnibus ad ipsum deuote confugientibus: sed maxime quando oportet vnde dicit *in oportunitatibus:* quia non semper oportet: ideo quandoque vile est, quosdam suis viribus permittere, ne de se præsumant, & vt alijs compati discant. Sic enim reliquit Petrum ab ancilla superari. Et de isto adiuto-

*psal. 7. 1.* **B** nota, q. deus suorum pauperum adiutor est tripliciter. scilicet quia eos adiuuat, liberando a demonũ violentia. Adiuuat, liberando eos peccatorum immundicia. Adiuuat, liberando eos a damnatorum miseria. Primo eos adiuuat, liberando a demonum violentia. ideo dicit *Liberauit pauperem a potente.* Per potentem intellige diabolum: vnde ibidem dicit glo. *Liberauit pauperem a potente. i. a diabolo, quem potentem fecerunt non sua merita, sed nostra peccata.* Si autem quæras, quem pauperem sic adiuuat, subdit. *Cui non erat adiutor: quia nullus hominum quantumcumque iustus, & nullus angelus, nulla lex hominem a potestate diaboli liberare poterat: nisi tantum leo de tribu Iuda: qui sic adiuuando liberat: quia peccata, quibus homo a diabolo tenetur, relaxat: vt merito quilibet nostrum dicat illud. Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos. scilicet demones.* Secundo adiuuat pauperes, ipsos liberando a peccatorum immundicia: quod notatur cum subditur. *Parcet pauperi & inopi.* Quid enim prodesset, hominem adiuuare contra hostes extrinsecos, nisi etiam contra intrinsecos adiutorium ferret. Ideo principalius eius adiutorium contra vitia postulemus secundum illud psal. *Adiuua nos deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui libera nos. scilicet a vitiis.* Tertio adiuuat pauperes, ipsos liberando a damnatorum pestilentia. Expulsis enim hostibus interioribus & exterioribus tunc saluat animas: quod notatur cum dicitur. *Et animas pauperum saluas faciet. vbi secundum gl. Duplex adiutorium gratiæ commendatur. Primum est in remissione peccatorum: cum dicit. Parcet pauperi & inopi. Secundum est in collatione præmiatorum: cum dicit. Et animas pauperum saluas faciet. Quibus consideratis, nostrum quilibet dei adiutorium querere debet, dicens. *Adiutorium meum a domino, qui saluos facit rectos corde.* Quæ omnia bene hic psal. notat. d. *Et factus est dominus refugium pauperi, adiu. &c.**

*psal. 118.* **D** Et sperent in te homines, qui nouerunt nomen tuum: quoniam non dereliquisti quærentes te, domine.

*Oratio. Spes.* **E** Hic consequenter ostendit orationum exauditionem. Vbi notandum quod ad hoc, quod quis orando debite quærat dominum, duo requiruntur, scilicet spes impetrandi, & diuini nominis notitia. quæ duo hic præmittit. d. primo, *sperent in te.* secundum d. *qui nouerunt nomen tuum.* & consequenter efficaciam postulationis adiungit. d. *Quoniam non dereliquisti.* &c. Quis enim infirmus sine spe habita in medico sanitatem obtinebit? Sic & spes impetrandi habita in Deo facilius postulata concedit. d. *Sperate in eo*

*Magister lib. 3. di.* *Greg. 32. mor. l. c. 2. 46.* *Lucæ. 12.* *psal. 72.* *Nomen. psal. 97.* *psal. 23.* *101* *8. q. 1. oportet.* *Sion. Ecclesiæ.* *Sion. Ecclesiæ.* in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum. Et ex hoc remouetur postulatio malorum vel temporalium, in quibus nullo modo spes est ponenda: quia vt dicit magister, Spes solum est de rebus bonis futuris, & ad deum pertinentibus. Et ad hoc notandum dicit. *Sperent in te.* vbi glo. In te inquit sperent, non in sæculo, vel temporibus. vnde Grego. d. De creatore desperare est spem in creatura ponere. In rebus autem dubijs spem fixerat diuinitas ille, qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce, comedere. &c. sed hunc diuina vox increpat. d. *Stulte animam tuam hac nocte repetent a te: quæ autem parasti cæcis erunt: Eadem namque nocte sublatas, est qui in rerum abundantia spem ponendo, multa tempora fuerat præstolatus: vt scilicet qui in longis tps se mansurum sperabat, subsequente die vel vnũ, minime videret. Quasi enim in aquis defluentibus fundamentum ponere est in rebus labilibus fiducia spei velle soli dare, &c. Nõ enim in istis spes est ponenda, sed solũ in deo, quod notans psal. d. *Et sperent in te.* Mihi autem adhærere deo bonum est, & ponere in dño deo spē meam. Sed quia sperare nullus potest in illum, quæ nullo modo cognoscit: ideo subdit. *Et sperent in te omnes, qui nouerunt nomen tuum.* Sed quod est istud nomen dei, quod noscere nos oportet. Nomen autem scitur, cum ille cuius est nomen cognoscitur. Nomen autem dei est dñs. vnde *Qui ascendit super occasum: dominus nomen illi.* vnde glo. Hoc nomen bene nouit, qui libentur ei seruit vt domino. Vel secundum glo. Nomen domini est, qui est. vnde dominus ad Moysen ait. *Ego sum qui sum.* hæc dices filiis Israël qui est misit me ad vos. Quod nomen recte intelligit, qui spem non ponit in iis rebus, quæ temporis volubilitate præterfluunt, nil habentes nisi fuit vel erat: quoniam quod in illis futurum est, cum venerit, statim fit præteritum: & quod expectatur, cum cupiditate, cum dolore amittitur. non tenetur cum certitudine. Et ideo nemo speret in transitorijs, sed in eo, cuius essentia non nouit præteritum vel futurum. Et tales sic quærentes dominum, accipere merentur, quod quærent. Et de talibus sequitur. *Quando non dereliquisti quærentes te domine. Et de talibus dicitur. Hæc est generatio quærentium dominum, quærentium faciem dei Iacob.**

**Psallite domino, qui habitat in Sion: annunciate inter gentes studia eius.**

**Hic consequenter excitat bonos ad gratiarum actionem.** primo facit hoc. secundum ostendit, de quibus gratias deo debemus agere. ibi. *Quoniam requirens sanguinem.* Quantum ad primum dicit *Psallite domino, &c.* Et diuiditur in partes sex, secundum quod sex ponit beneficia, de quibus electi deo gr̃as dñt agere. i. primo de prædicatione euangelica. secundo de martyrum victoria, ibi. *Quoniam requirens.* tertio de humilium custodia, ibi. *Miserere mei domine, vide humilitatem, &c.* quarto de collata innocentia, ibi. *Qui exaltas me de portis mortis.* quinto de persecutorum prostrata superbia, ibi. *Exultabo in salutari tuo.* sexto de summa dei iustitia, ibi. *Cognoscetur dominus.* Quantũ ergo ad primũ, ostendit q. gratias deo debemus agere de prædicatione facta gentibus euangelij. d. *Psallite domino, qui habitat in sion.* Sion enim erat mons in tra ciuitatem Hierlm, vbi templum dei erat, in quo deus colebatur: & interpretatur specula. siue speculatio: & sic significat ecclesiam triumphantem, in

qua deus speculatur a sanctis facie ad faciẽ, & colitur: in qua specialiter habitat Deus. Licet enim deus sit vbique per essentiam præsentiam, & potestã in beatorum ecclesia tamen singulariter habitat per apertam visionem atque gloriam. iuxta illud psal. *112. Quis sicut dominus deus hostes, qui in altis habitat.* Sic ergo per Sion hic significatur triumphans ecclesia in qua deus clare cernitur. psal. *Videbitur deus deorum in Sion.* Quid autem sunt iudicia eius, quæ inter gentes debemus annuuciare, nisi lex euangelica, quæ dei iudicia continet malorum & bonorum: vt patet Marth. 23. quauis enim ista dei iudicia, siue studia legis euangelicæ primo Iudeis fuerunt nuncianda: quia illa repulerunt: ideo consequenter gentibus erant prædicanda. Sic enim vt habetur Act. 13. Paulus & Barabas constanter dixerunt Iudeis. vobis oportebat primum loqui verbum dei: sed quoniam illud repulistis, & indignos vos iudicatis eternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes &c. sic enim nobis præcepit deus. O deus quam beatissimum est istud, quod obscura dei iudicia, scilicet fides & voluntas eius nobis sint nunciata, non solum exterius per prædicationem, sed magis interius per inspirationem: sine quibus in gentilitate remansissemus & essemus perditionis filij. Ideo gratias deo de hoc agentis dicamus illud. Nõ fecit taliter omninationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

**Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est: & non est oblitus clamorem pauperum.**

**Hic consequenter ostenditur secundum beneficium, pro quo psallere debemus, deo gratias agendo, scilicet de martyrum victoria.** Christus enim sanguinem sanctorum martyrum vindicat, occisores puniendo eternaliter. *Et clamorem suorum pauperũ scilicet sanctorum martyrum exaudit, eis dando in passionibus victoriam: & postmodum gloriam in cælestibus.* & hoc est quod dicit. *Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est non quod obliuio cadat in deo. sed quia quando peccatorum penam inferte differt, obliuisci videtur. sed recordabitur in iudicio eos eternaliter, quo ad corpus & animam damnando.* *Non est oblitus clamorem pauperum.* id est martyrum, ipsos exaudiendo. Quid enim clamant sancti martyres ad Deum nisi vindictam sanguinis ipsorum: Apoc. 6. *Vidi animas interfectorum propter verbum Dei, & clamabant dicentes. Vique quo non vindicas sanguinem nostrum, &c. quod sancti orant, non quidem optando sed prædicando vel si vindictam optant, hoc faciunt per accidens: quia quando malis in iudicio pœna æterna tribuetur, tunc boni coronabuntur. vel hoc clamant se diuina iustitiæ conformando. Sic ergo ipsorum clamorem non obliuiscitur Deus, quia ipsos exaudit. Clamauit ad me & ego exaudiam eum: cum ipso sum i tribulatione, eripiam eum. & glorificabo eũ. Et si dicas: quomodo exaudiuit clamorem ipsorum, ipsos eripiendo de manibus inimicorum, quoniam ipsos occiderunt. Responso. quod tota voluntas persecutorum non referebatur ad martyres, sed ad Christum, cuius nomen delere conabantur, & ipsum sum martyribus auferre: quorum neutrum facere potuerunt, immo per mortem martyrum nomen Christi magis amplifcabat, & ipse Christus in cordibus martyrum magis imprimebatur.*

Miserere mei domine: vide humilitatem meam de inimicis meis.

Hic ponit tertium beneficium. scilicet humilitatem custodiam. Vbi nota quod ut superius dictum est aliter miseretur homo: aliter deus: quia homo miseretur, quando de alterius miseria cor miserum habet, & miserum subuenire studet. quorum primum imperfectionem dicit, secundum autem perfectiorem. Deus autem miseretur nobis, non quidem miserum cor de nostra miseria gerens, quia hoc imperfectionem dicit, sed secundum illud quod dicit perfectiorem, scilicet subleuando miseriam nostram. Dicere ergo, Miserere mei domine, nil aliud est dicere deo: nisi subleua & tolle miseriam meam. Dicere autem homini, miserere mei, est dicere simul mecum patiaris miseriam per compassionem, & me adiuua. Vide humilitatem meam. Vbi nota quod videre dei est multiplex, scilicet videre cognitionis: & sic omnia videt: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Ad heb. 4. Eccl. 1. 3. Omnia videt oculus eius. Videre punitionis. & sic videt mala, quando illa punit. Gen. 1. 9. Descendam & video an clamorem eorum, qui venit ad me, opere compleuerit. Et est videre approbationis: & illa sola videt, quae approbat. Vnde Greg. sup. illo verbo iob. 28. Omne preciosum vidit oculus eius. In scriptura sacra videre dei aliquando pro eligere vel approbare ponitur, sicut in euangelio scriptum est. cum esses sub ficu vidi te. i. elegi te. Hoc ergo videre approbationis postulat psal. hic. d. Vide humilitatem meam. vnde glo. Aspectus dei auxilium est: qui cum sit lux tenebras fugat, serenans mentem. & est sensus. Vide humilitatem meam. id est adiuua humilitatem meam. ut scilicet tibi sit grata & accepta. sic & videre dei postulabat Hieremias. d. Vide domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. i. approba patientiam meam & adiuua. Dicit ergo, vide humilitatem meam de inimicis meis, q. d. Ex superbia inimicorum estimatur humilitas iustorum, quia iusti tantum humiliantur, quantum illi extolluntur.

15. q. 1. ca non est.

Cognitio.

504. 31. q. 3. ca. 1. di.

Thron. 3. Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Qui exaltas me de portis mortis: ut annunciem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion.

Hic ponitur quartum beneficium, pro quo debemus deo gratias agere, scilicet pro collata innocentia. Vbi vide quod duas hic portas nominat. s. portas filiae Sion. Porta mortis sunt vitia, per quae itur ad perpetuam mortem. Porta vero filiae Sion sunt virtutes, per quas itur ad Sion. nam filia Sion erat Hierusalem, quae visio pacis interpretatur. & per virtutes vadimus ad visionem pacis aeternam. Exaltat ergo nos deus de portis mortis, quando de viciis nos eruit, & ab illis absoluit. Et ad quid, ut scilicet perueniamus ad portas filiae Sion, scilicet celestis Hierusalem, ubi a beatis & sanctis praedicantur omnes dei laudes. prima ergo scilicet vitia sunt portae mortis, sed secundae sunt portae vitae: sed deus nos exaltat, i. absoluit a primis, ut perueniamus ad secundas. Vel aliter, primae sunt portae perditionis quae sunt latae: secundae sunt portae saluationis, quae sunt arctae de quibus dicit Christus. Intrate per angustam portam, quia lata est porta & spaciofa via, quae ducit ad perditionem: & multi sunt qui intrant per eam, quam angusta est porta & arcta via, quae ducit ad vitam, & pauci intrant per eam. Vnde Chrysostomus. Porta perditionis est diabolus, per quem introitur in gehennam. Porta vi-

Porta mortis.

Porta.

Matt. 7. Porta diaboli. Chrysostomus super mult.

Porta.

Porta.

Porta.

tae est Christus, per quem introitur in regna caelestia. Lata autem porta dicitur esse diabolus, non magnitudine potentiae extensus, sed obstinata superbia licentia dilatatus. Porta autem angusta dicitur Christus, non paruitate potestatis exiguus, sed humilitatis ratione collectus: quia quem totus non capit mundus, seipsum inter angustias veri virginis inclusit. Via autem perditionis est omnis iniquitas, quae dicitur spaciofa: quia non est inter regulam disciplinae inclusa: & ambulantes in ea, quicquid eos delectauerit, hoc sequentur: via autem vitae dicitur esse omnis iustitia, quae propter causas contrarias dicitur arcta. Considerandum autem est quia nisi quis ambulauerit per viam, non peruenit ad portam. Qui enim non ambulat per viam iustitiae impossibile est ut Christum cognoscant. Similiter non currit in manus diaboli nisi qui ambulat in via peccatorum. Vel aliter. portae mortis sunt secundum glo. corporei sensus: a quibus exaltantur qui quaerunt sed quae non videtur. & portae filiae Sion sunt sacramenta & initia fidei, quae pullantibus aperunt, ut perueniant ad occulta, quae nec oculus vidit, nec auris audiuit. Et est sensus. Exaltas me de portis mortis. id est appetitum temporalium, quinquae sensibus subiacentium. Et ad quid, ut annunciem omnes laudes. scilicet lus qui sunt in portis filiae Sion, id est in sacramentis & initiis fidei. Vel aliter, portae mortis sunt haeretici, & eorum dogmata. Portae vitae sunt prophetae, apostoli, & ipsorum doctrina qui per bonam doctrinam ad vitam ducunt: sicut haeretici per malam doctrinam ad mortem. Et est sensus. Exaltas me de portis mortis. id est doctrina haereticorum: & collocas me in portis filiae Sion. id est in prophetis & apostolis. ut annunciem omnes laudationes tuas: quae scilicet in illis continentur.

portae mortis.

portae mortis.

portae mortis.

portae mortis.

Exultabo in salutari tuo: infixa sunt gentes in interitu, quem fecerunt.

Hic ponitur quintum beneficium, scilicet persecutorum prostrata superbia. Vbi nota quod per salutarem dei quo salus denotatur & efficitur, Christus saluator intelligitur. De christo dixit Simeon. Viderunt oculi mei salutarem tuum. Hoc ergo salutare nos saluat a tyannorum superbia: dum plus constanti tribuit martyribus quam sit posse tyannorum. vnde dicebat Vincentius. Videbis me plus posse dei virtute dum torqueor, quam possis tu ipse, qui torques. Etiam multoties volentes occidere corpora sanctorum subito in corpore & anima sunt mortui, & in infernum demersi. Sicut Aegaeus in persecutione Andree a demone suffocatus expirauit. Et Quintianus sancta Agatha interfecta, dei iudicio in flumine suffocatus interiit. Et Domitianus eo anno, quo sanctus Ioannes euangelista exulare fecit a senatu Romano interfectus est: & sic de multis aliis. quae omnia considerans hic psal. gratias agens deo, dicit. Exultabo scilicet spe in salutari tuo. id est in Christo qui suos saluat. & per quem infixa sunt gentes. id est tyanni, in interitu. id est in morte. quem fecerunt. scilicet aliis.

Salutare Luca. 2.

Persecutio tyannorum. Nota de morte persequentium martyres.

Interitu.

Interitu.

Interitu.

Interitu.

Interitu.

nem bonam vel malam. In laqueo ergo isto, quem absconderunt. id est in dolosis cogitationibus quibus plures tyranni laqueum mortis parantes christianis ipsi comprehensi sunt. ut scilicet mortem, quam aliis in ferre cogitabant, ipsi prius in se reciperent: & ab illo comprehenderentur. Ut puta Holofernes, qui dolose disponebat perdere populum iudeorum, primo ipse manu femine fuit interfectus. & sic de multis alijs. Et hoc est quod dicit. In laqueo isto, quem absconderunt &c. Vnde iste versus confamilis est illi superius dicto. Lacum aperuit &c. Et conuerteretur dolor eius in caput eius. & multi sunt similes.

Cognoscetur dominus iudicia faciens: in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Hic ponitur sextum dei beneficium. scilicet dei summa iustitia. Quamuis enim deus in seipso sit aeternaliter summa iustitia. non tamen hoc nobis innotescit nisi per effectus. quia ex hoc quod bonis tanta beneficia praestat ut dictum est: & malos puniit ipse a nobis summe iustus & omnium dominus cognoscitur. & hoc est quod dicit. Cognoscitur dominus iudicia faciens &c. Cognoscitur enim vel hic a suis, vel in iudicio ab omnibus, faciens iudicia, scilicet secernens hic merito non loco malos a bonis. vnde qualiter separentur mali a bonis per iudicia Dei ostendit. d. In operibus manuum suarum comprehensus est peccator. q. d. Non a deo procedit, quod mali hic crucietur, sed ab eis. quia ipsa peccata sunt eis cruciatus & tormentum. Tamen hic notandum de cognitione Dei. quod vt dicit Ricardus super illud psal. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi &c. Quidam nanque sunt quia Deo cognoscuntur & Deum cognoscunt. Cognoscere enim Dei est felicitate faceere. Cognoscere autem hominis est, de percepta felicitate gratias agere. & tales sunt angeli. Quidam nec cognoscunt Deum, nec cognoscuntur a Deo, ut pauperes necessarii, quos nec rerum temporalium copia ditat, nec beatificat seruitus diuina. Quidam cognoscuntur a deo sed Deum non cognoscunt, ut diuites huius saeculi. qui acceptis opibus affluunt, sed carnalibus desiderijs pressi, nunquam ad caelestia cor suspendunt. Quidam vero non cognoscuntur a deo, sed deum cognoscunt, ut pauperes voluntarii, quos nec tribulatio nec angustia nec alia quaecunque pericula possunt separare a charitate Christi. In quorum persona loquitur dedit. d. Deus meus, Deus meus respice in me. Nunquid verbo incogniti videntur, qui orant ut respiciantur: verumtamen licet habeantur quasi ignoti, licet videantur derelicti, ipsi tamen deum cognoscunt, quem exorat deuote. Et de istis dicit deus. Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi &c. Ac si aperte angelis suis dicat, & alijs quos hic felices facit. Quid mirum, si mihi seruitis, quos felices facio: quando & illi mihi seruiunt quos in sua paupertate derelinquo? Et ab istis talibus pauperibus cognoscitur dominus iudicia faciens. quia & si malos opibus temporalibus ditat. ipsos tamen in operibus manuum suarum comprehendi & cruciari permittit. bonos autem & si pauperes temporalibus velut incognitos permittit, illos tamen a cruciatio mentis pati non sinit.

Ricardus psal. 17.

psal. 21.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

psal. 17.

num, omnes gentes, quae obliuiscuntur Deum.

Postquam egit psal. de iudicio discretionis oculo. Hic consequenter agit de iudicio discussionis, quod erit in fine mundi. Verum ante iudicium vltimum venturus est Antichristus ad mundum seducendum. Ideo iste duo facit. quia primo ponit iudicium vltimum, quo peccatores damnabuntur. secundo ponit aduentum Antichristi prauium, quo gentes seducentur: ibi Exurge domine. quantum ad primum, sciendum quod in vltimo iudicio duplex sententia dabitur, scilicet pro bonis & contra malos. Et licet sententia bonorum praecedat sententiam malorum. quia primo dicit his, qui erunt a dextris. Venite &c. Deinde his qui erunt a sinistris. Discedite a me &c. Tamen sententia malorum prius executioni mandabitur. & consequenter sententia bonorum. propter quod dicitur Matth. 25. Et ibunt mandabihi in supplicium aeternum: iusti autem, &c. Et iuxta ista psal. duo facit quia primo ponit sententiam malorum. d. Conuertantur peccatores, &c. secundo sententiam bonorum: ibi. Quoniam non in finem obliuiscitur pauperis. Quantum ergo ad sententiam malorum dicit. Conuertantur peccatores &c. Peccatores enim in praesenti delictis affluunt, & suis voluntatibus abutuntur. sed in iudicio a suis voluptatibus abutuntur: quod notans, dicit. Conuertantur peccatores in infernum. Et qui peccatores: subdit d. Omnes gentes quae obliuiscuntur deum. Ille enim obliuiscitur Dei qui Dei mandata non seruat in opere. Ideo dignum est ut deus illius obliuiscatur, imperium non liberans a poena. ideo in persona cuiuslibet peccatoris tunc dammandi dicitur. Repulsa est anima mea: oblitus sum bonorum, scilicet quae facere debebam. Sed notandum quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, vique ad diem iudicii. In primo est summum bonum sine omni malo, scilicet paradysus. In secundo est summum malum sine omni bono, scilicet infernus. In tertio est malum & bonum, scilicet gratia & poena, scilicet purgatorium. In quarto carentia boni sine malo, scilicet limbus. Et ista quatuor loca erunt vique ad diem iudicii: sed post diem iudicii solum erunt tria scilicet paradysus, limbus & infernus. quia amplius purgatorium non erit. Si quaeres de situ vbi sunt ista loca. Respondeo quod ista loca possunt considerari aut secundum situm aut secundum qualitate, nulli dubium, quod sunt distincta ista inferna: quia in vno est poena sensus non in alio: non. Et omnia ista loca in plurali vocantur inferna. Si autem considerentur quantum ad situm satis credibile est, quod omnium istorum infernorum sit vnus situs, sic quod in eodem loco saltem continuo sunt omnia ista inferna. Hoc autem probo. primo quia infernus damnatorum & limbus sanctorum patrum & puerorum sunt vnus locus: ergo etiam & locus purgatorii. consequentia nota quia limbus minorem conuenientiam habet cum inferno damnatorum quam purgatorium: quia infernus & limbus conuenienter solum in vno: scilicet in carentia visionis diuinae. Infernus autem & purgatorium conueniunt in carentia visionis & in poena sensus. Sed consequens probo. primo per Greg. Vbi exprasse vult christus descendendo ad inferos, extraxit de inferno sanctos patres, ibidem damnatos relinquando. vnde sic dicit. Christus, Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meipsum. omnia enim

Sententia contra malos prius executioni mandabitur.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Nota quod quatuor loca assignantur animabus post hanc vitam, scilicet paradysus, infernus, purgatorium, & limbus.

Conuertantur peccatores in infernum.

In cog. tom. 1. d. 3. traxit

trahit, qui de electis suis apud infernum nullū reliquit. Omnia igitur abstulit: omnia itaque electa. Neque enim infideles quoque, & pro suis criminibus æternis suppliciis deditos dominus resurgendo ad veniam reparauit. Sed illos ex inferni claustris rapuit, quos suos in fide & actibus recognouit vnde recte per. Oseam dicit. Ero mors tua o mors: ero morsus tuus o inferne. Illud nanque quod occidimus, agimus vt penitus nō sit. Ex eo autem quod mordemus, partem abstrahimus, partemque relinquimus. quia ergo in electis suis funditus occidit mortem, mors mortis extitit. quia vero ex inferno partem abstulit, partemque reliquit, non occidit funditus, sed momordit infernū. ait ergo. Ero mors tua o mors. Ac si aperte dicat: quia in electis meis mortem funditus perimo ero mors tua o mors. Ero morsus tuus inferne, quia sublatis eis, te ex parte transigo. Item huic opinioni assentit sanctus doctor. lib. 4. dist. 15. d. q. limbus patrū & inferni sunt in eodem loco. Hoc etiam dicit de limbo puerorum Item hoc est de mente beati Aug. d. Non absurde credi videtur, antiquos sanctos, qui venturi Christi tenuerunt fidem à tormentis quidem impiorum re motissimos sed apud inferos fuisse donec eos. Christi sanguis erueret. Imaginor ergo in hoc, quod idem est locus inferni limbi & purgatorii: sed duos sū nominibus nuncupatur propter diuersitatem ibidem existentium. Sicut enim idem carcer damnatis ad mortem erit carcer mortis damnatis in pecunia erit carcer pecuniarius, damnatis ad certū tempus, erit carcer temporalis. sic & idem locus damnatis perpetuis tormentis est infernus damnatis ad tempus est purgatorium, damnatis perpetuo, ne deum videant sine alia pena dicitur limbus Sed forte di. vbi est talis locus, Ad hoc respondeo. q. secundum doctores, situs inferni limbi & purgatorii est in medio vel in centro terre. Quod probatur multipliciter, Primo per glo. super illud. Ione. 2. Pro iecisti me in profundum in corde maris. d. Quod sicut cor est in medio hominis: sic & infernus est in medio terre. hoc idem ponit glo. super illud Esa. 14. Infernus subtus te conturbatus est &c. Et si dicas: potest ergone sciri distantia quanta sit à superficie terre vsque ad infernum. Respondeo quod sic: quia quicumque potest scire quantum vnū corpus sphericum gyrat, faciliter potest scire quantum est a superficie vsque ad centrum. Nota ergo q. vt dicit catholicon in littera terra. secundum sapientes mathematicos qui secuti sunt Ptolomeum Rotanditas terre est viginti duo millia & quadraginta millia. Cum autem circulus vincat diametrum per tria & septimam partem. quia proportio circuli ad diametrum est sicut proportio viginti duarum ad septem. Viginti enim duo continent ter septem & vnitatem quæ est pars eius septima. Sequitur quod quantitas diametri terre erit sex sex millia quingenta millia. Et dico fere: quia deficiunt nouem millia ad complendum sex millia quingenta. Est ergo quantitas diametri circuli terre sex millia quadringenta & nonaginta vnū millia. Cum igitur infernus sit in centro terre sequitur quod distat a superficie terre solum per medietatem dicti diametri, quæ medietas facit tria millia ducenta quadraginta quinque millia cum dimidio, Et per tantum spacium infernus est sub pedibus nostris. Iterum forte quæres. Vtrum in inferno sit aliqua redemptio. Et hoc est quætere, verum supplicium damnatorum in

Osee. 8.

Occidere Mordere.

Doctores eius. Augu. 20 de ciuitate dei. c. 25.

Nota op. simam di. simliam de loco inferni.

Quæstio.

Ione. 2.

Terra.

Esa. 14. Quæstio bona. Secundum doctores Ptolemaus ambitus terre 22040. millia. Diameter terre 6500. millia. Semidia meter. 2645. millia.

Quæstio. Nota de distantia

A inferno, aliquando finem sit habiturum. Respondeo quod aliquorū, vt puta Origenis, opinio fuit quod omnes finaliter existentes in inferno liberabuntur: quod multis rationibus probare conantur. sed opinio est hæretica: vñ illorum opinionem cum suis rationibus recitat Greg. & illas soluit dicens. Sūt em̄ nunc qui iccirco peccatis suis finem ponere negligunt: quia habere q̄siue super se finem diuina iudicia suspicantur. Quibus breuiter rōdemus, q. si q̄siue finienda sunt supplicia reprobōrū: ergo q̄siue que finienda sunt gaudia beatorū. Per semetipsam nāque veritas dicit. Ibunt hi in suppliciu æternū, iusti aut in vitam æternam. Si igitur verum non est, q. minatus est: nec illud verum est quod promissit. At illi inquit. Iccirco æternam pœnam peccatoribus minatus est, vt eos à peccatorum perpetracionibus cōpesceret: quia creature suæ æterna supplicia minari debuit, non inferre. Quibus citius rōdemus. Si falsa minatus est, vt ad iustitiam prouocaret. Et quis hanc eorum insaniam tolleret, qui dum promissionibus suis reprobōrum supplicia finire asserunt, asseruione sua etiam electōrum præmia remuneratio nesque confundunt? Quis hanc eorum insaniam tolleret, qui conantur asserere verum non esse, quod veritas de æterno igne comminata est: & dum satagunt Deum prædicare misericordem, non veretur ipsum prædicare mendacem. At illi inquit. Sine fine puniri non debet culpa cum fine. Iustus nimis est omnipotens Deus, & quod non æterno peccato commissum est, æterno non debet puniri tormento. Quibus citius dicimus, quod recte dicerent: si iudex iustus districtusque veniens non corda hominum, sed facta pensaret. Iniqui enim ideō cum sine deliquerunt, quia cum sine vixerant. Voluisset quippe sine sine viuere: vt sine sine potuissent in iniquitatibus permanere. Nam magis appetit peccare q̄ viuere: ideo hic semper viuere cupiunt, vt nunquā desinant peccare, dum viuunt. Ad districti ergo iudicis sententiā pertinet: vt nunquā careant supplicio, quorum mens in hac vita nunquam voluit cedere peccato. Et nullus detur iniquo terminus vltionis qui quādiu potuit, habere noluit terminum criminis. At inquit. Nullus iustus crudelitatis pascitur: & delinquens seruus iccirco à iusto domino cædi præcipitur, vt à nequitia corrigatur. Ad aliquid ergo cæditur: cum dominus eius crudelitatis non delectatur. Iniqui autem gehennæ ignibus traditi, quomodo sine sine semper ardebunt. Et quia certum est quod pius atque omnipotens Deus non pascitur cruciatibus iniquorum, cur cruciantur miseri, si non expiantur? Quibus citius respondemus quod omnipotens Deus quia pius est, miserorum cruciatibus non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Sed iniqui omnes æterno supplicio & quide in sua iniquitate puniuntur: & tamen ad aliquid cruciantur, s. vt iusti omnes in Deo videant gaudia, quæ percipiunt & in istis respiciant supplicia quæ euaserunt, vt tanto magis in æternum se diuina gratiæ debitores esse cognoscant, quanto in æternum mala puniri conspiciunt, quæ eius adiutorio vitare potuerunt. At illi inquit. Et vbi est, quod sancti sunt, si pro inimicis suis, quos tunc ardere videbunt, non orabunt? quibus vtique dictum est, Orate pro inimicis vestris. ad quod respondemus, quod sancti orant pro inimicis suis eo tempore quo possunt ad fructuosam pœnitentiam

Inferni ad terram. Damna tus.

Greg. 34 moral. c. 11. & 12.

Mat. 25.

Vide an in inferno possit esse redemptio secundum beatum Greg. 34. moral. c. 12.

Nota.

nitentiam eorum corda conuertere, atque ipsa conuersione saluare. Quid em̄ aliud pro inimicis orandum est, nisi quod ait apostolus, Vt det illis Deus poenitentiam & respiciant à laqueis diaboli, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem? Et quomodo pro illis tunc orabunt, qui iam nullatenus possunt, ad iustitiæ opera ab iniquitate commutari? Eadem itaque causa est, cur nō tunc orent pro hominibus æterno igne dānatis: quia nūc et cā est, vt non oret, p. diabolo & angelis ei, æterno supplicio deputatis. Et q̄ nūc et causa est, vt non orent sancti homines pro hominibus infidelibus impijque defunctis, qui de eis vtique opera æterno damnatos supplicio iam no uerunt, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suæ meritum cassari refugiant, quod si nunc quique viuentes iusti mortuis & damnatis iniustus minime compatiuntur, quando ad huc aliquod iudicabile de sua carne se perpeti etiā ipsi nouerunt: quanto districtius tunc iniquorum tormēta respiciunt. q̄n ab omni vitio corruptionis exuti, ipsi iam iustitiæ viciniam atque arcibus inhærebūt? Sic quippe eorum mentes per hoc quod iusto iudici inhæret, ius discretionis absorbet, vt omne eis nō libeat quidquid ab illius internæ regulæ subtilitate discor dat. Hæc breuiter contra Origenistas diximus. Hæc Greg. Volens ergo psal. ostendere quanta erit malorum pœna, dicit. *Conuertantur peccatores in infernum*, vbi scruatijs perpetuis erit, & q. hoc de omnibus intelligatur subdit. *Omnes gentes, quæ obliuiscuntur Deum*. s. in fine vitæ morientes sine remedio pœnitentiæ. Dignum nāque est, vt ait Greg. vt omni potentis Dei misericordia illius obliuiscatur, qui iustitiæ Dei fuerit oblitus: quia quisquis eum nunc iustum non timet, eum postea non inueniet misericordem. vnde dicitur psal. Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum, ne quando rapiat, & non sit qui eripiat. Ne quando s. infernus rapiat.

**Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.**

Hic consequenter ponitur sententia bonorum. Sicut enim mali punientur æternaliter: sic & boni præmiabuntur æternaliter. Et nota q. hic accipitur finis pro finali iudicio, in quo Deus pauperum suorum recordabitur. Sicut enim supra dictum est: illos Deus cognoscit, quos facit felices, ita conformiter illorum dicitur obliuisci, quos in miseria stare permittit. vnde & pauperum in præsentī vita dicitur obliuisci, sed in finali iudicio eos cognoscet, dū eos faciet felices. Et hoc est quod iste orabat. Non tradas bestijs animas cōsistentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. i. secundū glo. Nō tradas bestijs, id est diabolo & angelis eius animam consistentem tibi, quæ s. pœnitēs confitentur peccata. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finē. id est ne obliuiscaris ducere in finē. Christum, sed potius ad Christi consortiū ducas. q. oia prædicando ponit. Sed quia non omnis pauper Deo placet. Ideo notandum q. triplex est pauperitas, s. quædam cum impotentia, quædam cum patientia, & quædam cum cōplacencia. Prima est mala propter malum pœnæ cum malo culpæ. Omnes dies pauperis mali. & Eccl. 25. Tres species odiuit anima mea, pauperem superbū, &c. Secunda est bona, quia habet malum pœnæ sine malo culpæ, & meritoria ratione patientiæ. Iste pauper clamauit & Deus exaudivit eum. Tertia est optima propter

2. Ti. 2.

al. omni no.

Greg. 16. moral. c. 31.

psal. 49.

109. 23. 91

pauper.

obliuio.

psal. 73.

paupertas triplex o. diuit pro. verb. 15. eccl. 25.

psal. 35.

domū excellentis gratiæ de qua Matt. 5. Beati pauperes spiritū, &c. De duabus ergo vltimis paupertatibus intelligitur iste textus. Quoniam non in finem obliuio erit pauperis, &c. vñ hic ait glo. Pauper in fine non erit in obliuione: & si hic videatur oblitus cum mali florent felicitate sæculi & iusti laborant: sed in fine istorum status conuertetur. quia illi de diuitijs sæculi ad æterna tormenta transibunt: isti autem de paupertatibus ad felicitatem æternam.

**Exurge domine, non confortetur homo: iudicentur gentes in conspectu tuo.**

Hic consequenter ponitur aduentus Antichristi, qui finale iudicium præcedet. Et tria facit. quia ponitur primo Antichristi aduentus, & apparitio: Secundo Antichristi crudelitas & persecutio: ibi. *Vi quid domine reosisti longe*. Tertio eius victoriosa dissipatio: ibi. *Exurge domine Deus, exaltet manus tua*. Quantum ad primum q. Antichristus adueniens apparebit cum magna potestate & cum astutia & calliditate: & sic psal. duo facit, quia primo præmittit eius potestatem. secundo adiungit eius calliditatem: ibi. *Constitu domine legislato*. Quantum ergo ad primū notandum, q. magna erit Antichristi potestas, nam vt habetur Apoc. 20. Figuraliter angelus. i. Christus descendens de cælo. s. per suam incarnationem apprehendit diabolū & ligauit eum per annos mille. i. ipse potestatem ligauit, ne tū nocere possit q̄tū vult vsque ad tempus Antichristi, & tunc soluetur diabolus: quia omnem suā potestatem & crudelitatem per Antichristum contra electos exercebit, in tñ, vt etiam electi si fieri potest in errore mittantur. Hanc ergo magnā antichristi futuram potestatem contra electos præuidens ac timens psal. ait. *Exurge domine, non confortetur homo. i. non præualeat tuus electis*, quia em̄ statim supra dixerat: q. patientia pauperum non peribit in finem. Et ideo consideras magnam Antichristi potestatem cōtra electos pauperes orat. d. *Exurge domine, non præualeat homo*. s. contra tuos pauperes electos. Et nota quod Antichristus vocatur hic homo, non quia se reget s. rationem, à qua dicitur homo, sed quia fallax & mendax erit s. quod post lapsum factus est homo: ex eo quia mentietur. d. se Christum esse, cū non Christus sit, sed purus homo. Sic enim eum hominē vocat apostolus paulus. d. Nisi reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne qui dicitur Deus. q. d. Ante iste homo veniet: quā iudicij dies adueniat. Et quamuis iste Antichristus sic electis non præualebit: tñ præualebit alijs, qui eius timore cadent à fide. Et hoc est quod subdit. *iudicentur*. i. iudicabuntur gentes: s. ab Antichristo, in conspectu tuo. Hic enim per conspectum Dei qui videt occulta, accipe iudicia Dei nobis occulta, quibus sit vt. electis non præualeat antichristus, & vt gētes. i. gentilitates viuentes, iudicet. Qui tales iudicabuntur ab Antichristo. i. in peccatū præcipitabuntur: quo digni erunt æterno iudicio.

**Constitu domine legislatorem super eos: sciāt gētes quoniam hoīes sunt.**

Hic cōsequenter ostendit Antichristi calliditatem. Sciādū em̄ ex pētōs, fortius hominē trahit amor q̄ timor ad bonū & ad malū. vñ amor voluntatis plus inclināt hominē ad malū, quā timor aduersitatis. Quos ergo Antichristus subiugare non poterit

Mat. 5.

110.

Aduentus Antichristi.

Potestas.

apoc. 20.

Homodicitur antichristus non tam reget se ratione.

2. The. 2.

Conspicere pro iudicio.

De psal. 2. cap. 1. Antichristi. Legislator.



rit terrore suae potestatis, subingabit blandimentis A voluptatis, donans diuitias, concedens voluptates & delicias: vnde legē faciet contrariam legi Christi. Christus enim legē dedit paupertatis voluntariae: ipse autem reuelatione dæmonū thesauros absconditos inueniet: & omnes sibi adherentes ditabit. Christus legē dedit munditiae: & ipse legem dabit voluptatis & luxuriae. Christus legē dedit humilitatis, & ipse dabit legem superbiae. Et hoc praeuidens psal. dicit. *Constitu domine legislatorem.* &c. i. constitues, quod dicit praevidens, non orando, vñ magister in gl. *Constitu domine legislatorem.* s. Antichristum super eos, idest in ruinā eorum. *Ut sciant gētes.* i. idololatres, qui Antichristo credent: *quoniam homines sunt.* i. tunc adueniente pœna, scient per experiētā se homines esse. i. veteres homines, veteri homini. i. peccantis seruentes. O quā digna trāsmutatio, vt qui Christū latore. n legis beatificantis noluerunt recipere, tāta cæcitate puniantur, vt latore legis perditionis recipiant. Hoc em̄ aperte Iudæis Christus prae dixit. Ego veni in nomine patris mei, & non accepistis me: sed alius veniet in nomine suo, illum recipietis. Ac si aperte Iudæis Christus dicat. *fm Archidiaconū.* Ideo veni in mundo legem dando Euāgelicā, vt per me glorificetur pater, & non accepistis me, creando. Sed Antichristus veniet in nomine non patris, sed in nomine suo: quia lege sua nō gloriam patris sed propriā quæret. Quia em̄ Iudæi noluerunt recipere verum latore legis Christum, ideo in pœnam peccati huius, recipient falsum latorem legis Antichristum: vt qui noluerunt credere veritati, mendacio credant.

Joan. 5.

Quia in dā noluerunt recipere legē Christi: recipient legem an tichristi.

112. i. 5. q. 1. il. la.

Antichristi persecutio.

Accedens iuge dñs i. Reg. 28

**Vt quid domine recessisti longe, despicis in opportunitatibus in tribulatione?**  
Hic consequenter crudelitas persecutionis Antichristi. Et duo facit. quia primo ad confortandū fideles ostendit, q̄ illa persecutio bonis erit utilis & fructuosa. Secūdo q̄ erit terribilis & venenosa, ibi. *Quoniam laudatur peccator.* Quā ad primum ostēdens, p̄ illa persecutio erit utilis. dicit. *Vt quid dñe recessisti, &c.* Vbi notandum q̄ talis tāta erit persecutio ecclesiae tempore Antichristi, vt videatur ecclesiam Deus deseruisse, & ab ipsa recessisse. quia em̄ illo tēpore omni potestate diaboli Antichristo tradita, licebit ei talia ac tanta miranda facere, vt Deus esse credatur. Et ideo ex hoc psal. quasi in vocē gementium per modum querelae Deo dicit. *Vt quid domine recessisti longe.* i. ab ecclesia tua. Longe em̄ a nobis recessisse videtur Deus, q̄ subuenire nobis differt. Isto modo Deum a se recessisse dicebat Saul: quia auxilium sibi non dabat. Air Saul. Philistaei pugnant aduersum me, & dñs recessit a me: & exaudire me non voluit. Sic & modo psal. praeuidens magnā ecclesiae tpe Antichristi persecutionem, per modum querelae quærit a Deo, quare ecclesiae suae subuenire sic tardat. *Vt quid domine recessisti longe.* Et statim subdit causam: quae sc̄ est nostra utilitas. d. *Despicis in opportunitatibus, in tribulatione.* Opportunitas enim pro vilitate accipitur. q. d. secundum glo. *Despicis in opportunitatibus in tribulatione.* idest oportune & vtiliter despicias tuos, & finis tribulari. Despicit, dicit secundum hoc quod videtur gementibus, dum auxilium differt: sed oportune & vtiliter illud facis. Et quae sit illa oportunitas vel utilitas talis recessus vel despectus, ostendit cum subdit.

**Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.**

Vbi nota quod aduersitas electis proficiunt: quia occasione illarum presentem vitam magis despiciunt, & ad Deum venite desiderant: ad amorem Dei accenduntur & purificantur. quod hic notans psal. dicit. *Dum superbit impius.* scilicet Antichristus contra ecclesiam, vel sanctos ipsos persequendo. *Incenditur tunc incenditur pauper.* s. desiderio tui aduentus? vel incenditur amore Dei: vel incenditur. idest purificatur. Fornax enim tribulationis, vt ait gl. Lignavitorum incinerat: & aurum virtutum purgat: vel malos comburit, & bonos purificat. Ex his liquet, quod mira providentia Dei operatur de malis. comparatione nanque peccatorum boni magno studio bonae spei accenduntur ad recte viuendum. Sic & per haereticos crescit & gratior est cognitio veritatis. Ita ergo talis superbia impiorum bonis proficit, quos incendit sed ipsis malis nocet, quos per culpam & pœnā comprehendit. Ideo de malis subditur. *Comprehenduntur in consiliis suis quibus cogitant.* idest in cogitationibus suis quibus cogitant comprehendere sanctos, ipsi comprehenduntur: quia malae cogitationes ipsis sunt vincula & reatus ad pœnam aeternam.

Aduersitas Insuper.

Incenditur tunc incenditur pauper.

114. De: pœn. dif. 1. illud re. vv.

**Quoniam laudatur peccator in desiderio animae suae: & iniquus benedicitur.**

Consequenter ostendit q̄ illa Antichristi persecutio erit terribilis & periculosa. Quod ostendit ex sex conditionibus. s. q̄ illa persecutio, Primo erit alliciens & fraudulosa. Secundo erit superba & ambitiosa: ibi. *Non est Deus in conspectu eius.* Tertio q̄ erit sacrilega & facinorosa: ibi. *Dixit enim in corde suo non mouebo.* Quarto q̄ erit deceptor, & insidiosa: ibi. *Seder in insidijs.* Quinto q̄ erit crudelis & furiosa: ibi. *Oculi eius in pauperem.* Sexto quod erit obscura & tenebrosa: ibi. *Dixit enim in corde suo oblitus est Deus.* Quātum ergo ad primum ostendit, q̄ illa persecutio erit alliciens & adulatoria. d. *Quoniam laudatur peccator.* &c. Magnum enim periculum est peccatori, dū in peccatis laudatur, quia tunc ad peccandum amplius incitatur. Ipse autem Antichristus operatione dæmonū in suis malitijs ab omnibus malis laudabitur: quinimo vt Deus reputabitur, & ideo ex hoc magis ad crudelitatem & peccatum contra bonos incitabitur. Vnde quantum malum sit adulari peccatoribus: ostendit magister in gl. d. Hec est magna ira Dei, vt desit correctio peccati, & ad sit adulatio. Adulantiū enim linguā, alligans animas in peccatis: delectat enim facere illa, in quibus non solum non inuenitur reprehensor, sed auditur laudator. Vnde quantum malum sit laudare peccatores, & eis adulari, ostendit Greg. d. Sunt namque nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt, augent quae increpare debuerunt. Hinc enim per prophetam dicitur. *Vt qui consunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub omni capite, & vniuersae aetatis.* Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt molliter quiescat. Quisquis ergo male agentibus adular, puluillum sub capite, vel cubito iacentis ponit: vt qui corripit ex culpa debuerat, in ea fultus

Greg. 18. moral. 5. 3. 1. Greg. 29. moral. 4. Exech. 13.

in ea fultus, laudibus, molliter quiescat, &c. Vel et potest intelligi de quolibet alio peccatore, quem tunc Antichristus laudabit, ipsum honoribus & diuitiis extollendo: vt amplius ipsum precipitet. q̄ autem talis adulario adularum ad peccandum magis prouocet, ostenditur cum subditur.

**115. Exacerbauit dominum peccator: secundum multitudinem irae suae non quæret.**

Exacerbare enim idem est q̄ uvas acerbas colligere, quae stupefaciunt dentes & irritant. Et sic exacerbare Deum, est ipsum peccando ad iram prouocare. quia ergo peccator laudatus amplius in peccato confirmatur. ideo per ipsum amplius Deus irritatur contra eū & prouocatur. Et hoc notans dicit. *Exacerbauit dominum peccator.* idest peccando fecit Deum acerbum & durum contra seipsum prouocando. Qualiter autem Antichristus Deum exacerbabit, & contra seipsum fecit acerbū, ostenditur cū subditur. *Secundum multitudinem irae suae non quæret.* i. Deus non quæret peccata Antichristi, vt illa hic puniat, sed illa reseruat in futuro grauius puniendā, & hoc secundum multitudinem irae suae. Vbi nota q̄ magna misericordia & dilectio dei ostenditur erga peccantē: q̄ statim peccata punit, & non reseruat illa in futuro seculo puniendā, propter quod dicitur. Etenim multo tempore non finire peccatores ex sententia agere, sed statim vltiones adhibere. magni bñficij est indicium, &c. Sic & per oppositum peccata hic impunita dimittere, vt grauius in futuro puniatur, est iudicium irae dñi. Sic ergo quia Deus non quæret peccatum Antichristi ad puniendū in futuro, erit signum irae dei contra ipsum. Vñ magister in gl. *secundum multitudinem irae suae non quæret.* Deus em̄ qui solet alios quætere & a malis reuocare, nō quæret eum, s. Antichristū, idest nō atteret ad peccata eius, vt hic vlciscatur illa, in futuro grauius puniturus. Et hoc secundum multitudinem irae suae. idest quia Deus multum est illis iratus, quos per fraudes & scelera ad diuitias & honores peruenire sinit. magna em̄ ira Dei est, q̄ peccantem non corripit, sed vagam licentiam in peccatū ruendi permittit. Vñ ad peccantē synagogam dicitur. *Recessit a te zelus meus, non visitabo super filias tuas & vxores, cum fornicatae fuerint.* Et iccirco a Deo humiliter postulemus, vt hic peccata puniat & non illa in futuro puniendā reseruet.

Exacerbare.

al. faciet.

Punias. 2. Mach. 6.

antichristi.

Exech. 6

**116. Non est Deus in conspectu eius: iniquitate sunt viae illius in omni tēpore.**

Hic consequenter ostendit, q̄ erit superba & ambitiosa Antichristi persecutio. vbi aduertendum q̄ superbia Antichristi in fine maior erit quam fuerit superbia diaboli. Diabolus em̄ superbiens voluit equari Deo, dicens illud Esa. 14. *Ascendā super altitudinem nubium & similis ero altissimo.* Sed Antichristus non se aequalem Deo faciet: se maiorem praedicabit esse Deo: & Deum nullius estimationis esse reputabit. Vñ de illo dicit apostolus. q̄ reuelabitur homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut collitur. Quae verba pertractans Greg. dicit. Nam cū de Antichristo dicitur, quod extollitur supra omne, quod dicitur Deus aut colitur, aperte monstratur, quod diabolus appetendo dudum Dei similitudinem quasi iuxta deum se erigere voluit, sed in superbia culpā crescendo, iam se supra omne quod dicitur

antichristi. Superbia antichristi. Esa. 14.

2. Thes. 2. diabolus. Aequa. lvi. Greg. 29. moral. 4.

A Deus aut colitur, se extollit. Hanc ergo eius superbiā nunc exprimens psal. dicit. *Non est Deus in conspectu eius.* quare s. seipsum solum esse Deū praedicabit. Et quantū erit ex hoc peccatum eius, ostendit. d. *Iniquitate sunt viae illius in omni tēpore.* s. viae illius. i. cogitationes, verba, consilia, & opera in omni tpe vitę suę erunt sordidae & male. Vel hoc quod dicit *in omni tēpore.* dicitur per comparationem omnium, qui fuerunt ante eum in aliquo tēpore, vt sit sensus, viae illius magis erunt inquinatae, quā fuerunt viae allicuius alterius in aliquo tēpore ante eum. Vnde qualiter non estimabit ipsum Deum esse in conspectu suo, subditur.

**Auferentur iudicia tua a facie eius: omnium inimicorum suorum dominabitur.**

Idest, quia iudicia Dei super te ventura non cogitabat: quia ex eo quod pœna differetur per aliqd tēpore, ideo putabit Deum non iudicaturum malos: & per consequens Deum putabit nō esse Deū: sed se solum esse Deum. Vbi notandum q̄ quicūq̄ putat Deo placere mala, non putat eum esse Deum: vel qui dicit eū omnibus peccantibus parcere. Idē nāque est Deo esse Deum, & esse iustam: quia iusticia in Deo Deus est. qui ergo negat Deū, esse iustū, negat esse Deum: eum vero negat iustū, qui putat ei mala placere, vel non punire. Quia igitur Antichristus putabit Deum non punire peccata, q̄ auferentur iudicia tua a facie eius. Ideo ex hoc sequitur: q̄ non est Deus in conspectu eius. Dixit insipientis in corde suo, nō est Deus. Sic ergo hoc quod dicitur. *Auferentur iudicia tua a facie eius,* est declaratiuum illius: non est Deus in conspectu eius. Quod autem sequitur. *omnium inimicorum suorum dānabitur,* est declaratiuum illius: inquinatae sunt viae illius in omni tēpore. *Hic enim cum dicitur omnium inimicorum suorum,* intelligitur, s. omnium inimicorum Dei, quorum omnium ipse dānabitur: quia omnes peccatores in malitia superabit, & excedet. *Et ideo inquinatae erunt viae illius in omni tēpore.* i. super omnes alios malos, qui fuerunt ante eum in aliquo tēpore. Vel ad litteram *omnium inimicorum suorum dānabitur* Antichristus, quia fm glo. dicitur quod Antichristus omnes teget superabit, vt solus regnet & sedeat in templo Dei extollēs se super omne, quod dicitur Deus. Sed qualiter ad hoc pertinet subditur.

**Dixit enim in corde suo: non mouebo a generatione in generationem sine malo.**

Hic consequenter ostendit, q̄ antichristi persecutio erit facinorosa & sacrilega, quia magicis artibus & diabolicis ad tū dominium perueniet, & per illas crederet regnū suum fore semper permāsurum. Et sic per ly. *sine malo* intellige sine malis artibus. Vnde sic exponit magister. *Dixit enim in corde suo.* i. dicit se crete apud se, quia se per malas artes regnaturū nō dicit alijs: sed ista dicit in corde suo. Et quid dicit. *Non mouebo a generatione in generationem sine malo.* idest fama mea non transibit de hac generatione ad aliam, & ad posteros sine malo. idest nisi malis artibus. Idest tale culmen & tam excelsum principatum coniequetur: de quo posteri tacere non possunt. Animus enim perditus & expertus bonarum artium & a iustitiae lumine alienus, malis artibus sibi additum semper molitur ad famam tam

antichristi. Magis.

ta diurnam, vt apud posteros et celebratur. Vel aliter putabit Antichristus, se de hac generatione mortali ad immortalitatem cum corpore transire, & hoc per suas magicas artes. Consimiliter enim & Simon ille magus se putauit cum sceleratis artibus caelum adopturum: & de humana generatione in diuinam magicis artibus transire. Consimiliter ergo iste in corde suo cogitans dicit. *Non mouebo a generatione in generationem sine malo.* i. nisi artibus malis mediantibus. Sed quia omnia ista caelata tenebit in corde, non ostendens alijs, quod talia per magicas artes faciat: sed praeferret quod virtute diuina. Ideo subditur.

Simo magus.

119. Cuius maledictione os plenum est, & amaritudine, & dolo: sub lingua eius labor & dolor.

Vbi aduertendum, quod illud quod tenetur infra os vel sub lingua manet occultum. Sic & cogitatio, quae alijs ad extra non manifestatur, esse in ore non extrahitur. Et ideo notans quod tales artes, quibus Deus maledicitur & blasphematur, tenebit occultas. Ideo dicit. *Cuius os plenum est maledictione.* i. maledictione & blasphemiam intra se absconditam tenebit. Insup addit. *Quod os eius plenum est amaritudine & dolo.* Dubius enim modis principaliter excogitabit omnes sibi subijcere, & per minas & tormenta, & per blandicias & dolo sitates. Primus modus significatur per amaritudinem, & secundus per dolo sitatem. Et sic os eius plenum erit maledictione: quia per artes diabolicas deum blasphemabit. *Amaritudine*, quia minis & tormentis. *Et dolo*, quia blanditijs & deceptionibus. Sequitur. *Et sub lingua eius labor & dolor*, quia scilicet omnis cogitatio eius erit de labore inferendo sanctis, & dolore corporeo, quia cogitabit qualiter sanctos sibi resistentes affligat & occidat. De isto enim alibi dicit. Iniquitatem meditatus est in cubili suo, assistit omni viae non bonae: malitiam autem non odit.

Antichristus.

Os.

Psalmus 35.

120. Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.

Hic consequenter ostendit, quod erit deceptor & insidiosus. Vbi notandum quod Antichristus tenebit modum oppositum Christo: nam Christus volens fidem catholicam toti mundo tradere, elegit apostolos pauperes ignobiles & indoctos. Antichristus ante amicos sibi faciet mundi potentes, nobiles, & doctos, quos diuitijs artibusque magicis per ipsum reperitis ditabit, vt per illos alios pauperes & impotentes tam minis quam dolo peruat: & cum talibus sua consilia & suos dolos contra sanctos habeat. & hoc est quod dicit. *Sedet in insidijs cum diuitibus in occultis*, quia per occultas insidias & dolo sitates, quas insimul excogitabunt, sanctos deducent ad mortem, & modus insidiarum erit iste, vt dicit glo. Nam altos & potentes huius seculi ditabit muneribus, & altis exaltabit honoribus: quorum falsam felicitatem ad alios decipiendum ostendit. *Et vt interficiat innocentem*, quod duobus modis exponitur, scilicet spiritualiter & corporaliter: spiritualiter vt scilicet de innocente faciat nocentem, Corporaliter autem vt si ei consentire nolint, interficiat corpus. Interficiatur enim quis spiritualiter, cum de bono fit malus: & resuscitatur, cum de malo fit bonus.

persecutio antichristi.

Insidias.

121. Oculi eius in pauperem respiciunt:

insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Consequenter hic ostendit quod eius persecutio erit crudelis & furiosa. Vbi notandum quod Antichristi persecutio erit crudelissima, ceteras omnes praeteritas excedens persecutiones. Et si quis dicat, quomodo erit crudelior persecutio omnibus praeteritis, cum sancti martyres iam omnia crudelia fuerint experti, quid crudelitatis poterit Antichristus facere, quod alias factum non fuerit? Respondeo. Sanctis martyribus omnia tormenta erant leuia, quia aperta miracula Christus per eos vel circa eos faciebat: quibus persecutores confundebantur, & ipsi martyres confortabantur. Tunc autem erit oppositum, quia persecutor crudeliter sanctos persequitur, & ipse miracula faciet: quibus ipse amplius admirabilis reddatur, & martyres quasi terrenti dubitare videantur. Et hanc sententiam ponit Grego. istum versum inducendo. d. Quae enim peccatorum genera non nouimus: quae peccatorum genera non iam vires martyrum exercuisse gaudemus. Alios namque improviso ictu immerfus in gulo gladius stravit: Alios crucis patibulum afflixit, in quo & mors prouocata repellitur, & repulsa prouocatur. Alios hirsutis ferra dentibus attriuit: Alios armato ferro insultans vngula sparfit: Alios beluina rabies mortibus detruncando comminuit: Alios ab inimicis viscerum per cutem pressa vis verberu rumpit: Alios effosa terra viuos operuit. Alios in altum demersos mors in praecipitium fregit. Alios in se proiectos aqua replendo absorbuit: Alios edax flamma ad cineres depasta consumpsit. Quid igitur est, quod in istis tormentis tunc atrocius crescat? Respondeo. Nisi hoc quod veritas dicit. Surgent pseudochristi & pseudoprophetae, & dabunt signa magna & prodigia: ita vt in errorem mittantur, si fieri poterit, etiam electi. Nunc enim fideles nostri mirantur, cum peruersa patiuntur: tunc autem Antichristus cum peruersa inferet, mira operabitur. per semis igitur quae erit illa humane mentis tentatio: quae & pius martyr, & corpus tormentis subijcet, & tamen ante eius oculos miracula tortor facit. Cuius tunc virtus non ab ipso fundo quatitur, quae is, qui flagris cruciatur, signis coruscet: quia ipse Antichristus & altus tunc erit veritatem prodigij, & durus crudelitate tormeti. Vnde per David dicitur. *Oculi eius in pauperem respiciunt, insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.* Ad apertam namque potentiam suffecisset, vt leo esset, etiam si insidias non fuisset. Rursus ad occultas veritatis suffecisset, ne insidias surriperet: etiam si leo non fuisset. Sed quia antiquus hostis per hunc tunc cunctis viribus effrenatur: saeuire per vtraque permittitur, vt contra electos in certamine & fraude & virtute laxetur per potentiam, sed fraude per signa. Recte ergo & leo & insidians dicitur. Insidians per miraculorum speciem: sed leo per singularem virtutem. haec Grego. bene etiam dicit psalmus. *Oculi eius in pauperem respiciunt.* Hic accipe pauperem pro humili & virtuoso, quia contra tales maxime intendit crudelitas Antichristi, & ad huius declarationem subdit.

122.

Insidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

Vt enim dicitur est duplici via persequetur bonos & pauperes, scilicet dolo & violentia. hos modos hic exprimit. d. Quo ad dolum & blandicias dicit, insidiatur vt rapiat

Antichristi.

Rapiat.

persecutio rapiat pauperem. insidias enim in abscondito fiunt. Quo vero ad violentiam addit, *rapiat pauperem.* scilicet conabitur, dum attrahit eum. scilicet per violentiam. attractis enim fit publica violentia: verum tali persecutione & si nocebit sanctorum corporibus, magis autem sibi ipsi nocebit: quia ex hoc in interitum cadet aeternum. Et hoc est quod subditur.

123. In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se: & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Quia per insidias suas & miracula sanctos humiliabit, quia quanto maiora signa faciet, tanto magis sancti humiliabuntur. i. contemnentur, & pro nihilo habebuntur. Sed sibi ipsi magis nocebit, quia inclinabit se, non voluntarie: sed diuina virtute deponetur de tanta sublimitate ad ima. *quia cadet cum dominatus fuerit pauperum.*

124. Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus: auertit faciem suam, ne videat in finem.

Hic consequenter ostendit quod illa persecutio erit obscura & tenebrosa: quae sicut ipse non credit deum curare de istis inferioribus, sic & alios ad tantam mentis caecitatem ducet, vt non credant Deum de terrenis curare. Existo enim textu habetur, quod antichristus erit illius opinionis, quod intellectus diuinus ista inferiora non curat: nec circa illa versatur. Et hic nota quod finis accipitur dupliciter, scilicet pro vltimo iudicio & fine mundi. Et sic finem accipit christus. d. Oportet haec primum fieri, sed nondum finis, & tunc est sensus. Quod Deus mala nostra non videbit in finem, scilicet illa iudicando. Accipitur etiam aliquid finis pro terra: eo quod terra finis est rerum, & vltimum elementum. Sic enim finis pro terra accipitur. In manu eius sunt omnes fines terrae, & tunc est sensus. *Auertit faciem suam, ne videat in finem.* i. in terram quae dicitur non videt nec considerat illa quae sunt in terra. In finem enim vt dicit glo. dicitur deum non videre, qui dicunt eum non curare humanas res, quae sunt in terra, & istius falsae opinionis erit Antichristus, quod Deus non videt illa quae sunt in terra, vnde tales dicunt illud Iob. 22. Nec nostra considerat, & circa cardines caeli perambulat. *Dixit enim in corde suo, oblitus est Deus, sui ad puniendum.* Hoc autem dicitur de suo oblitus est Deus, sui ad puniendum. Hoc autem dicitur de suo oblitus est Deus, sui ad puniendum. Hoc autem dicitur de suo oblitus est Deus, sui ad puniendum. Hoc autem dicitur de suo oblitus est Deus, sui ad puniendum.

Finis dupliciter dicitur.

Mat. 24.

Psalmus 94.

Iob. 22.

125. Exurge domine Deus: exaltet manus tua: ne obliuiscaris pauperum.

Hic consequenter ponitur ipsius Antichristi vitioriosa depositio & protractio: pro qua sancti assidue Deum orabunt. Et tria facit, quia ad hoc ponitur primo sanctorum deprecatio. Secundo Antichristi depositio: ibi. *Contere brachium.* Tertio gratiarum actio: ibi. *Dominus regnabit.* Quantum ergo ad primum, postulat Dei auxilium contra Antichristum. *Exurge domine, exaltet manus tua.* Dormite enim quasi videtur Deus, quod bonos a malis affligi permittit, & peccatores prosperari. Similiter & exurgere dicitur: quando bonos adiuuat & malos flagellat. & hoc petit psalmus nomine bonorum. d. *Exurge domine.* Precatur enim Dei iudicium, vt illa Antichristi persecutio, in qua tot mala sicut cito finiat. *Exurge ergo domine.* i. cito veni, & manifesta po-

Dormire Exurgere.

E

tentiam tuam, & exaltet manus tua, quia enim per manus operamur, ideo manus significat potentiam: & sic manus dei est potentia Dei. Manum suam misit ad fortia. Et haec manus tunc exaltatur non quidem in se, sed in nobis: quia per effectum ipsam altam videmus, quod malos bonis nocentes deprimat & sic summe nobis exaltata videbitur, quando filii perditionis Antichristum deponet. Sic & manum diuinae potentiae exaltari. i. manifestari postulabat Esa. d. Domine exaltet manus tua, & ignis hostes tuos deuoret. Vel per manum intellige ipsum Dei filium: per quem omnia Deus operatur: quae in depositione Antichristi summe exaltabitur: quia tunc ab omnibus cognoscetur solus verus Deus & dominus. Et cum ipso Antichristo omnia idola penitus conterentur iuxta prophetiam Esa. d. Exaltabitur dominus solus in die illa: quia domini exercituum super omnem superbium, scilicet Antichristum, & complices eius. Et eleuabitur dominus solus in die illa: & idola penitus conterentur. Hanc ergo exaltationem Christi contra Antichristum postulans dicit. *Exurge domine exaltet manus tua.* i. filius tuus contra Antichristum adiuuando electos tuos, ideo subdit. *Ne obliuiscaris pauperum* sicut putat Antichristus, & sui complices. d. Oblitus est Deus, auertit faciem suam, ne videat.

Manus Christi.

Prophetia.

Esa. 26.

Esa. 2.

126.

Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo, non requiret.

Hic consequenter ponitur Antichristi depositio. Vbi notandum, quod vt habetur in glo. Persecutio & dominium Antichristi modico tempore durabit, scilicet solum per tantum tempus, quantum fuit praedicatio Christi, scilicet per tres annos cum dimidio. Et illo tempore Enoch & Helias, qui viui translati fuerunt in paradysum. scilicet Enoch. Gen. 5. & Ecclesi. 64. Helias autem vt habetur. 4. Reg. 2. Redibunt ad praesens liandum contra Antichristum. vnde dicitur. *Ecce ego mittam vobis Heliam, antequam veniat dies domini magnus & terribilis: vt conuertat corda patrum ad filios, & filiorum ad patres.* Quia, scilicet praedicando, & legem exponendo, ostendent Christum verum esse dei filium. sicut patres antiqui Iudaeorum spe crediderunt illum esse futurum: sic & Iudaei, qui tunc temporis erunt, conuertentur ad fidem patrum, vt scilicet filij patrum, scilicet Iudaei, sic intelligat legem de Christo, sicut eorum patres, scilicet prophetae intellexerunt, vt Moyses, David, Esa. &c. Et similiter conuertet corda patrum ad filios, quia intelligentia patrum ad filios perducetur, dum illud quod senserunt patres, sentiant simul & filij: vt ostendit Augustinus. Et ideo, quia fides: incepit in Iudaeis, & postea venit ad gentes: qui in fine mundi ad Iudaeos reuertetur, id est missa incipit in parte dextera altaris: postea itur ad sinistram, deinde ad dexteram reuertitur. Vnde de tpe persecutionis Antichristi quantum durabit, & de istorum praedicatione contra ipsum dicitur, quod datum est templum dei gentibus, scilicet Antichristo, & complicitibus eius, & concubant illud mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, scilicet Enoch & Helia. Et praebuntur diebus mille ducentis sexaginta, scilicet tribus annis & sex mensibus. Et cum finierint testimonium suum, sicut tunc bestia, quae ascendit de abyssu, Antichristus, faciet aduersus eos bellum & occidet eos: & iacebunt corpora eorum in platea magnae ciuitatis, scilicet Hierusalem, vbi dominus eorum, scilicet Christus, crucifixus est. Et post occidetur Antichristus spiritu oris Christi. i. virtute spiritus sancti, quod a Christo praedicat: & hoc ministerio archageli Michael.

Antichristi.

Psalmus 24.

Enoch.

Helias.

Malac.

ultimo.

Aug. 22.

Psalmus 29.

Apoca. 11.

Notandum.

Psalmus dura.

lioniis An.

Antichristi.

vt. d.

vt d. gl. 2. The. 2. Occidetur autem, vt tradunt doctores in monte Oliueti stas in papilione & in folio suo, vbi Christus ascendit ad Caelos. Illo aut in terrefco, no statim veniet Christus: sed electis coedentur ad penitentiam quadraginta quinque Dies. Ad propositu ergo, prouidens psal. Antichristi finē & quam modico tpe durabit eius superbia, dicit, *propter quid irritauit impius Deum?* Et tria facit. qa primo ponit Antichristi increpationem. secundo bonorum saluationē: ibi. *Tibi derelictus est pauper.* & tertio Antichristi cum suis dānationem: ibi. *Contere brachium.* Quantum ergo ad primum increpans Antichristu, dicit: *propter quid irritauit impius. f. Antichristus Deum.* i. quid profuit ei tanta mala facere, & non considerare finem suum concupiscentia carnis, & sic orphanus dī ille, qui mundo caret. s. cui crucifixus est mundus, & qui carnē suam cum vitiis crucifixit & concupiscentiis, & talibus Deus finaliter adiutor erit. Ideo em voluntarius pauper omnia mundi relinquit, vt tu Deus tm spes eius sis & adiutor. Vel per pauperem & orphanum populu Iudaicum intellige, qui vere pauper est, qa vagabundus per mundu orphanus est: quia Christum patre negauit & matrem synagogā perdidit. Et hinc Deus in finem erit adiutor. quia ipsos per praedicationem Helia & Enoch conuertet ad fidem & saluabit. Tūc em vt dicitur de populo Iudaoru. Deus parcat pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.

127. **Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.**

*Hebr. 4.* Quasi d. falsum existimabit, qm tu Deus vides, qa oculis tuis omnia nuda sunt & aperta. Et quod Deus omnia videat, q Antichristus erga sanctos faciet, subdit. *Quoniam tu laborem & dolorem consideras, quem, s. laborem & dolorem ille sanctis inferet.* de quo dictum fuit superius sub lingua eius labor & dolor: Et ad quid istum laborē & dolorem consideras? certe, vt tradas eos, s. Antichristum & suos, laborem & dolorem sanctis inferentes: in manus tuas, s. iustitiae tuae. Et nota q sicut manus Dei est potesta te creatura singulorum. Manus tuae dñe fecerunt me, &c. Est cōseruatiua creatorū. In manu eius nos & sermones nostri. Est protectiua deuotorum. In manu forti educā vos de Agypto. Sic etiā est punitiua reproborum. ideo dicitur. Alleua manum tuam super gentes alienas: vt cognoscant potentia tuam. Et sic isto modo vltimo, tradi in manus Dei, est deū per suam iustitiā & potentia de peccatoribus vindictam sumere. Sic ergo Deus laborē & dolorē considerat, quem Antichristus cum suis cōplices bonis inferet, vt tradat eos in manus suas. s. vt eos puniat. Vel aliter, vbi notandum q videre aliqu accipitur pro sustinere vel permittere transire, & nō curare. D sic em dī Prouer. 25. Quae viderunt oculi tui, ne proferas. Et sic accipiendo, hic iste versus est expositiorius praecedentis. Et sunt verba Antichristi, Deo dicentis. Vides, s. peccata mea, & sustines, nec ea punis, & rōnem subdit. d. *Quoniam tu laborem & dolorē consideras.* Solent em homines, vt ait glo. interdum non sumere vindictā de iniurijs sibi illatis. quia timent laborare vel irasci. Sic impius iste antichristus de Deo putat, q non valeat Deus tot mala punire sine labore & ira. Sensus autē iste pronuntiationē requirit, in qua si erratū fuerit, obscurabitur. Sic enim dixit impius: non requireret Deus. rō. quia Deus laborē & dolorē considerat, vt tradat eos in manus suas. quasi laborare & irasci timeat, & ideo parcat eis: ne puniendo eos laboret, & turbetur ira: sic vt aliqu faciunt homines, dissimulando vindictam, ne irascantur. Et sic est sensus. Dixit antichristus. *Non requireret Deus.* s. mala, quae facio, & dixit. Quid tu o Deus *Vides.* i. sustines mala, & impunita dimittis. *quia tu laborem & dolorem consideras, quem s. sustinere te oportet, ad hoc, vt tradas eos in manus tuas.* i. qa times laborare & irasci, si punias eos. Et forte hoc co-

*Exo 13. Etcl 36.* *Manus Dei. Job 10. Sapie. 7.* *Videre.* *Prouer. 25.* *punitio.*

gitabit Antichristus: quia se Deū praedicabit, & expecto multos labores & dolores quos ipse patitur, alios puniendo: similiter cōsiderat, q accidat Deo. Et ex hoc apparet, quantum erit per diabolum deceptus, vt se dicat Deum & laborare & dolores pati.

**Tibi derelictus est pauper: orphanus tu eris adiutor.**

Hic consequenter ostēdit bonorum cōfortationem & protectionem. Vbi nota q nomine pauperis & orphani bonos fideles intelligit. Pauper em dī humilis Matt. 5. Beati pauperes spiritu. Orphanus vero carens patre & matre. Huius em vitā tempora, pater est mundus, mater vero concupiscentia carnis, & sic orphanus dī ille, qui mundo caret. s. cui crucifixus est mundus, & qui carnē suam cum vitiis crucifixit & concupiscentiis, & talibus Deus finaliter adiutor erit. Ideo em voluntarius pauper omnia mundi relinquit, vt tu Deus tm spes eius sis & adiutor. Vel per pauperem & orphanum populu Iudaicum intellige, qui vere pauper est, qa vagabundus per mundu orphanus est: quia Christum patre negauit & matrem synagogā perdidit. Et hinc Deus in finem erit adiutor. quia ipsos per praedicationem Helia & Enoch conuertet ad fidem & saluabit. Tūc em vt dicitur de populo Iudaoru. Deus parcat pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.

**Contere brachium peccatoris & maligni: quaretur peccatum illius & non inuenietur.**

Hic ostenditur quod sicut Deus in fine adiutor erit bonorum: sic erit damnator Antichristi & reproborum. Quid enim per brachium peccatoris intelligit nisi superbia & Antichristi potestas. de quo brachio. Iob. 8. 3. d. Brachium excelsum confringetur. quod exponens Greg. d. Quid nanque excelsum brachium dicitur, nisi superba Antichristi celsitudo: qua supra superbas mentes hominum factu gloriae secularis erigitur: ita vt homo peccator, & tō estimari homo despiciens Deum se super homines mentiatur. Quia vero huius superba potentia districte aduentu iudicis erit ferienda. sicut scriptum est. Quem dominus Iesus intesciet spiritu oris sui, ideo recte de ipso Antichristo dicitur. Et brachium excelsum confringetur. Similiter & nunc psal. prauidens illius brachij contractionem. d. *Contere brachium peccatoris & maligni.* vbi gl. *Contere brachium.* p. & m. i. potentiam illius pessim antichristi, qui peccator est in se, & malignus in aliis: vel peccator est violentia, & malignus fraude. Et qualiter sit conterenda subdit. *Quaretur peccatum illius &c.* id est quaretur peccatum illius per iudicium & punitionem. & ipse sic punitus peribit. & sic non inuenietur, sicut licet amplius in potestate sed in tormentis. Vel aliter peccatum Antichristi vile erit ad purgationem malorum, sicut peccata & persecutiones aliorum tyrannorum valuerunt ad purgationem iustorum: sicut dictum est supra: consummentur nequitia peccatorum & diriges iustum. Item, dū superbit impius intenditur pauper. *Quaretur ergo peccatum Antichristi,* scilicet an sit amplius necessarium, ad purgandum bonos sicut antea. *Et non inuenietur,* scilicet tunc esse necessarium: quia iam non erit locus illius peccato, omnibus iustis tunc purgatis: sicut plano ferro amplius lima non est opus.

Dominus

130 **Dominus regnabit in aeternum & in seculum saeculi: peribitis gentes de terra illius.**

Hic consequenter omnibus praedictis consideratis, ponitur gratiarum actio. Et diuiditur in partes tres. quae tribus agit gratias. scilicet primo de aeternitate felicitatis. Secundo de exauditione orationis: ibi *desiderium pauperum.* Tertio de praemiatione humilitatis: ibi *Iudicare pupillo & humili.* Quantum ad primum dicit Dominus regnabit &c. Vbi notandum q si cum opposita iuxta se posita magis elucescunt: sic & conformiter considerata damnatione reproborum, magis elucescit felicitas sanctorum. Et hinc est quod quamuis damnati videant beatos vsque ad diem iudicij, vt ipsorum poena magis crescat, & beati videant dānatos, vt eorū augeat gloria. Tamen deus puniens damnatos citra cōdignū: ne tm puniatur: non permittit damnatos post iudicium videre beatos. & praemias beatos vltra cōdignū, vt amplius prmiatur, faciet etiā post iudicium beatos semper videre damnatos: vt vidēdo poenas, quas euaserunt cognoscant quales gratias deo agere debent, vt dicit magister. Sic & nunc conformiter ex comparatione damnatorum ad praemiationem bonorum psal. vult ostēdere: q maius erit gaudij beatorū, & ex cōsequenti quantum gratias boni deo reddere dēt, dicēs pr mo quo ad bonos. *Dominus regnabit in aeternum & in saeculum saeculi.* scilicet supra bonos ipsos beatificando. Sic enim Mariae praedixerat angelus Regnabit in domo Iacob in aeternum. i. in beatis, qui dāmonem, vitia, supplantauerat & mundum. Et consequenter addit punitionem malorum. d. *Peribitis gentes de terra illius.* gentiliter viuentes. Gētes enim vocat non habentes Dei cultum & legem. *Peribitis inquit de terra illius.* Sed quare dicit terra illius, cum omnis terra sit Dei. Domini est terra & plenitudo eius. Ideo notanda qd triplex est terra. s. beatorum, viatorū, & damnatorū. Terra damnatorū dī inferi quia in medio terrae collocatur. Terra miserā & tenebrarum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. & ista est Dei punietis. Terra viatorū est terra vitae praesentis, nobis data ad viuendum. Qui operatur terrā suā, satiabit pambus. & ista est dei miserentis. Terra beatorum est terra caelivam caelum vel patriā beatorum terra dicitur propter stabilitatem durationis. Credo videre bona domini in terra viuentiū & Beati mittes, quoniam ipsi possidebunt terram. & ista est Dei praemiantis. Et singulariter dicitur terra Dei quia ibi, nemine discrepante, ab omnibus concernitur, videtur, amatur, & possidetur. Et de ista terra malis nunc dicit psal. *Peribitis gentes de terra illius.*

131 **Desiderium pauperum exaudiuit dominus: praeparationem cordis eorum audiuit auris tua.**

Hic consequenter gratias agit de exauditione orationis. Vbi nota q desiderium non est respectu praeteritorum proprie nec praesentium, sed solum futurorū. & est semper cū quadā auxietate & poena ex dilatione illius, quod desideratur. Sancti autem & martyres laborantes in malis huius saeculi desiderant diem iudicij cum magno seruore, quia tunc ab omnibus malis eruentur. Istam etiam diem desi-

derant, non solum existentes in purgatorio vt ab illis pennis eruantur, sed etiam exiitentes in paradiso, vt secundam stolam beatitudinis accipiant. & propter hoc ad deum pro vindicta malorū clamant. d. Quare non vindicas sanguinem nostrum: istud ergo desiderium exaudiuit dominus. quia sic facere decernit. Vel ibi accipitur praeteritum pro futuro. & hoc propter certitudinem futuri a Deo ordinati. Vel aliter notandum, quod desiderium est triplex. scilicet naturale, Iob. 35. Firmamentum desiderat nubes. Animale. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum &c. Rationale. vt cum quis desiderat virtutem & sapientiam. Cum praesens est, imitantur illam: & desiderant eam, cum se eduxerit. Si vir pauper & iustus istud triplex desiderium transcendit. Primo transcendit desiderium naturalis tendentiae desiderandum dissolutionem corporalis. d. illud. Phil. 1. Desiderium habens dissolui, & esse cum Christo. Secundo transcendit desiderium animalis concupiscentiae, desiderando spiritualem conuersationem. d. Spiritu ambulare, & desideria carnis non perficietis. Tertio transcendit desiderium rationalis appetitus, desiderando faciem Dei visionem. Anima mea desiderabit te in nocte, scilicet videre te. De quo. 1. Petri. In quem desiderant angeli prospicere. *Desiderium ergo pauperum exaudiuit dominus* ipsos educendo de mundo, ipsos spirituales faciendo, & ipsos in caelestibus beatificando. quia vt dicitur Prouer. 10. Desiderium suum iustus dabitur. Sed quia tale bonum desiderium iusti pauperes a seipsis non habent, sed a dei gratia praesentem & corda eorum praeparante, ideo illud desiderium vocat praeparationem. d. Praeparationem cordis eorum audiuit auris tua. Et hic accipitur audire pro exaudire: & auris pro misericordia. Sic accipitur audire, psal. 29. Audiuit dominus, & miserus est mihi deus: minus factus est adiutor meus. & auris pro misericordia. Auribus percipe lachrymas meas.

**Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.**

De praemiatione humilium. vbi notat magister in glo. quod aliud est iudicare pupillum, & aliud iudicare pupillo. Iudicat enim pupillum etiam, qui condemnat ipsum. sed iudicare pupillo, qui pro illo sententiam fert. & sic d. *Iudicare pupillo,* ostēdit quod sententia danda erit pro ipso. & sic exprimitur ipsius praemiatio. Et tunc scilicet in iudicio implebitur de pupillo quod scribitur. 2. Re. 18. Iudicauit pro te hodie dominus. Isto autem iudicio peracto, cessabit omnis tyrannus propter quod subdit. *vt non apponat vltra magnificare se homo super terram.* Vel inteligitur de Antichristo qui solum homo erit quantus mentiēdo dicat se Deum esse. Tunc enim omnia mala finientur super terrā. cum antichristus cū omnibus suis membris damnabitur. quia vt dicitur Iob. 3. ibi. Impij cessauerunt a tumultu. j. cessabunt.

**IN Domino confido: quomodo dicitis animae meae: transmigra in montem sicut passer.**  
In cog. tom. 1. c Titulus



Titulus istius psal. est *in finem psal. dauid.* Cuius pater expositio ex supradictis in titulis aliorum psal morum precedentium. De historia autem, supra quam iste psal. fundatur & de expositione literali, dic vt. N. 9. Quantum ad intellectum psal. notandū, q̄ in isto psalmo agit propheta de hereticis, qui sunt membra putrida mentientes se veros catholicos, & christū habere. Et sic alios conātūr ab yberibus sanctę matris ecclesię abdicere: & ad se illos ad ducere, affirmātes q̄ apud se sit Christus. Et quasi pie & studiose sunt admonentes, vt ad eos transeundo, trāsmigremus in Christum. Quibus in isto psal. respondet propheta, redarguens eos; & docens eis esse resistendū. Vnde psal. iste diuiditur in duas partes. Quia primo ponuntur bonorū & malorū merita & demerita. Secūdo vtrorumq; p̄mia & supplicia: ibi. *Dominus in templo, &c.* Prima in duas, quia p̄mō ponuntur bonorum merita. Secūdo malorum demerita: ibi *Quoniam ecce peccatores intenderūt arcum* Quantum ergo ad primum loquens in personā omnium bonorum dicit *In domino confido.* Vbi notandum q̄ volens exprimere breuī sermone omnes virtutes & merita iustorum, & fidelium, ait. *In domino confido.* quia confidentia in domino, omnes virtutes continet: quoniam ipsa est remissio peccatorum, operatio meritorum, fortitudo animorū, cognitio credendorū, superatio dæmoniorum, acquisitio p̄miorū. Primo nāq; cōfidentia in deo facit remissionē peccatorū. Matth. 9. *Cōfide filii remittūt tibi peccata tua.* Nec mirum quoniam cōfidentia in deo, fidem includit, quia cōponitur ex con, & fide: fides autē peccata purgat. Actū. 15. *Fide purificas corda corū.* ideo dicit apostolus. *In xpo habem⁹ fiduciā & accessū in cōfidentia p̄ finē eius.* Secūdo est actiua meritorū. Si enī peccatū sine dei grā purgari nō pōt, & ipsa grā omnia nra efficit merita: cōsequens est vt cōfidentia, quæ peccatū purgat etiā in nobis nra merita operatur. vnde Hierē. 17. *Benedictus vir, qui cōfidit in dño, & erit dominus fiducia eius: & erit qua si lignum, quod trāsp̄lātatur super aquas: nec aliqñ definet facere fructum.* Tertio causat fortitudinem animorū. quoniam cōfidentia in deo animā vnit deo: vnitus autē deo, stabilis est & fortis. ideo dī. *Confide in domino, & sta in loco tuo.* Locus autē noster, in quo stabiliter manere debemus, est cor nostrum a quo extrāuagādo per tēporalia nō de bemus exire: & in ipsos nos stabiles facit cōfidentia in dño. psal. 124. *Qui cōfidunt in dño, sicut mons sion nō cōmōuebitur in æternū.* Quarto facit veritatis cognitionem, Sap. 3. *Qui cōfidunt in dño, intelligent veritatem &c.* Quinto facit dæmoniorū superationē: vnde dicit de Machabeo. Machabeus autē cōfidebat semper cum omni spē auxilium sibi a deo affuturū qua confidentia ipse frustratus nō fuit. Nām vt ibidem sequitur, dñs per manū Hieremīe prophete gladium sibi porrexit, in quo aduersarios suos superauit. Sic enim per cōfidentiam ad aduersarios suos superandum nos suo extremo hortabatur xps d. *Confidite, ego vici mūdum.* Ista confidentia Susanna de suis hostibus iudicibus triumphauit. de qua Dani. 13. *Erat enim cor eius fiduciam habens in dño.* Ista virtute superantur pericula maris: vnde naufragantibus discipulis dixit iesus. *Confidite, ego sum, propter quod dicitur dan. 4. Nō est cōfultio confidentibus in te.* Sexto facit acquisitionem p̄miorum. Ad Heb. 6. *Confidimus autem de vobis, dilectissimi meliora & viciniora salutis.* Et ideo ad istam virtutem virtutē conseruandam nos hor-

tatur apostolus. d. *Nolite amittere cōfidentia vestrā que multam habet remunerationē.* Quia ergo sicut confidentia ceteras virtutes continet: ideo merita & virtutes iustorum breui verbo exprimes psal. d. *In domino confido.* Et quia confidens in domino, i deo reprimit omnia tentamenta hereticorum, vel aliorum malorum, ipsos reprehendēdo. d. *Quomodo dicit anima mea, &c.* Littera hic est duplex, quia aliqua litera habet montem, & alia montes. Si autem legatur in singulari, *trāsmigra in montem.* tunc per montem, Christus intelligitur, de qua sub montis nomīne dicitur. Et erit in nouissimis diebus p̄paratus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles, & fluēt ad eum omnes gentes, &c. Et tunc sunt verba hereticorum dicentū cuilibet fideli, *trāsmigra in montem sicut passer.* i. Christum, qui apud nos est: quasi ipsis dicens psal. *Quomodo monetis me trāstire ad vos, tāquam multi sint xpi.* quasi mirum est, q̄ si hoc fecero, ero sicut passer, scilicet instabilis, contra illud, quod p̄misi. d. *In domino confido.* Si autem legatur montes in plurali, tūc per montes intellige ipsos hereticos qui vere sunt montes. i. alti per superbiam, qui fideles a vera fide seducere volentes, dicunt: *trāsmigra in nos.* i. in societatem nostram. *Sicut passer,* quod dicitur adulando. i. quia tu sicut passer pennatus es virtutibus & p̄ceptis. ideo nobiscum, qui sumus alti debes habitare, sicut & passer in altis habitat. & tunc istos reprehēdens. d. *Quomodo dicitis anima mea hoc quasi. d. mirum est, cū christus, quē vos dicitis habere, nō alta querere, sed humilitatē docuerit.*

**Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum suum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro rectos corde.**

Hic consequēter ponit malorū demerita & peccata, scilicet hereticorum vel dæmoniorū, quorum malicia p̄cipue intēdit ad corrumpeudam & applicandam scripturam sacram ad suos errores, vel mala defendenda. Vnde nota q̄ per arcum scriptura sacra intelligitur: supra fuit declaratū super illo verbo psal. 7. *Nisi conuersi fueritis, gladium suū vibrabit, arcum suum tendit.* Hunc autem arcum intendent heretici, plicant & torquēt. Cum enim intenditur arcus vtraq; pars eius, scilicet lignum & chorda plicat: quia tam nouum testamentum quā vetus torquēt a vera intelligentia & ad suas hereses applicat. Sicut verbi gratia dicit scriptura. q̄ cū esset desponsata Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est habens in vtero. Ista scripturam plicat heretici: vt antidicomarite. vt. 24. q. 3. quidā heretici. d. *Quod ex hoc habetur q̄ Maria post natūm Christum, cum Ioseph. fuit carnaliter coniuncta.* Vnde sic plicando scripturam, arguebant. Cūq; etiā ante sit idem quod prius, est differentia temporis: sed prius tempus relatiue dicitur ad posterius. 4. Phys. ergo si prius, quam conuenirent, habuit in vtero, consequens est, quod postea conuenient. Sed nō aduerunt, quod hec dicitio ante exponitur affirmatiue & negatiue. Affirmatiue, quod illud dicitur ante, post quod aliud sequitur. Negatiue vero illud dicitur ante quod nihil tale p̄cessit. & sic intelligitur hic ly ante. Similiter & alij torquentes arcum scripturę dicunt, q̄ virgo Maria habuit plures filios p̄ter christum, quia dicitur Lucę. 1. q̄ pepērit filium suū primogenitum. primogenitus autem

confidentia. Spei.

Matth. 9.

Actū. 15. Ephe. 3.

Hierē. 17.

Eccle. 11.

psal. 124.

Sap. 3.

2. mac. 15.

Ioan. 16. Dan. 13.

Matth. 6.

Hab. 6.

Hab. 10.

Esai. 2.

134. de ps. di. 2. opponitur.

arcus dicitur sicut p̄miorū. psal. 7.

Matth. 1.

24. q. 3.

Esai. 1. Primogenitus.

psal. 63.

iustus Christus.

pilatus. Mat. 27. 22. centurio. Luca. 22. iudas. Mat. 27.

136.

Habitat Deus. Templum. Bonus. 1. Corin. 3.

Magister lib. 1. d. 1. 37.

autem quis non dicitur, nisi respectu sequentium. A soluitur vt prius. *Parauerunt sagittas suas in pharetra.* Pharetra dicitur cor, quod sagittas continet, sacuta & acerba consilia. *vt sagittent in oculis rectos corde.* f. fideles etiam simplici sensu scripturarum degentes. Sic enim dicitur psal. 63. *Intenderunt arcum re amaram vt sagittent in oculis immaculatum.* q̄a stales vt ibi dicit gl. gestant mel in ore, & aculeum in dorso. & dicit in oculis: quia heretici in planis & apertis scripturis simplices non possunt decipere, sed in occultis locis & obscuris, tunc sensum scripturę conantur peruertere, & hoc est q̄ subditur.

**135. Quoniam quem perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit?**

Idest sensum scripturę quem tu perfecisti, scripturas quas tu perfecte edisti, destruxerunt. vel sensum scripturę quem tu perfecisti, simpliciter in te p̄dicta in scripturis, destruxerunt. idest peruerterunt. *Iustus autem quid fecit.* Nomine enim iusti Christus intelligitur, quia est iustus iustificans alios, vnde non solum amici, sed etiam inimici & persecutores eius ipsum nomine iusti vocat. vt Pilatus dicit. *Matt. 27. Innocens ego sum a sanguine iusti huius.* vxor pilati. d. *Lucę. 22. Nihil tibi & iusto illi. Centurio qui ipsum crucifixus, dicit. Vere hie homo iustus erat.* Ipse iudas, qui eum tradidit. d. *Matt. 27. Peccauit tradens sanguinem iusti.* *Iustus ergo quis fecit.* idest Christus. quasi. d. isti sic peruerterentes scripturas, vt diuidant ecclesiam non bene attendunt quid iustus. i. Christus fecerit: quia faciunt oppositum: quia isti ecclesiam conātūr diuidere: sed Christus eam pace vniuit. f. Pacem relinquo vobis: pacē meam do vobis, Christus enim tantam pacem ecclesię exhibuit, vt etiam traditorem suum iudam mira patientia toleraret, & ad p̄dicandam regnū cœlorum cum alijs apostolis mitteret: & ei sicut ceteris eucharistiam daret: quem ante suum traditorē & diabolum nominauerat. cui omnia p̄dicta contulit, vt ostenderet dona Dei ad illos peruenire: qui fidem Christi accipiunt: etiam si talis sit, p̄ quē accipiunt, qualis iudas fuit. Isti autem heretici per oppositum faciunt, quia etiam fideles a fidelibus fidem sacrę scripturę accipientes, etiam peruertere conātūr. Non ergo considerant quid iustus. i. Christus fecit.

**136. Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo sedes eius,**

Hic consequenter ponit bonorum p̄mia & supplicia malorum. & primo ponit primum, & secundo secundum: ibi. *Pluet super peccatores.* Quantum ad primum nota quod tria bona dominus bonis tribuit, & secundum hoc ista pars diuiditur: quoniam Deus suos primo inhabitat: secundo illos gratificat, ibi. *Oculi eius in pauperem.* tertio ipsos purificat: ibi. *Dominus interrogat iustum.* Quantum ad primum ostendit quod dominus bonos inhabitat. d. *Dominus in templo sancto suo, &c.* Quilibet enim iustus templum Dei dicitur. teste apostolo. *Templum Dei sanctum est quod estis vos:* & spiritus Dei habitat in vobis. si quis autem violauerit templum Dei, disperdet illum Deus. quamuis enim vbique sit Deus: non tamen vbique habitat. habitat enim in illis, qui sunt templum eius cœlum. In malis autem non habitat licet sit in illis vt ostendit Magister. d. *In sanctis enim habitat Deus in quibus est per gratiam: non enim vbique est Deus,*

ibi habitat: sed vbique habitat, ibi est. In solis ergo bonis habitat, qui sunt templum eius & sedes eius. vnde per Esaiam dominus ait. *Cœlum mihi sedes est: terra autē scabellum pedū meorum.* Quia in electis, qui sunt cœlum habitat deus, & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperāt. Malos vero qui sunt terra, iudicij discretione calcant. vnde in libro sapien. dicitur. *Thronus sapientię anima iusti.* quia in iustis specialius est quam in aliis rebus: in quibus tamen omnibus est totus, *Quemadmodum* Augustinus ait. *Anima per omnes particulas corporis tota adest simul, nec minor in maiorib⁹, nec maior in minorib⁹, sed tñ in aliis intēsus in aliis remissus operatur:* cū in singulis particulis corporis tota essentialiter sit. Sic & deus, cum sit essentialiter in omnibus totus, in illis tamen plenius dicitur esse, quos inhabitat. idest in illis in quib⁹ ita est, vt faciat eos templum suum. Istud ergo est donum quod deus suis facit electis; q̄a scilicet illos inhabitat per gratiam. de quibus nunc psal. dicit. *Dominus in templo sancto suo, dominus in cœlo, &c.* Et alibi, dominus in cœlo sedes eius. Vocantur enim sancti non solum templum dei, sed etiam cœlum; quia in cœlestibus mente consistunt.

**Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebrę eius interrogant filios hominum.**

Hic ponit secundū donū quod suis dat electis, q̄a. eos gratificat. Vbi sciendū, q̄ p̄ oculos Dei intelligit misericordia & gratia dei: quibus suos electos respicit & sibi facit gratos. Sicut & respectus dei dī auxiliū dei: quia illū suis respicit oculis, quē suo auxilio sibi gratificat. Sicut de Petro legitur. *Respexit dñs Petrus; & ideo statim Petrus egressus foras, fleuit amare.* *Oculi ergo domini in pauperem respiciunt:* q̄a ipse pauperes spiritu sua adiuuādo gratia, facit sibi gratos, & ideo si aliquando aduersa suis pauperib⁹ infert; tamē hoc misericorditer facit, vt medicus, p̄mer qd̄ psal. d. *Oculi dñi super iustos: aures autē ei⁹ in preces eorū.* vbi gl. *Oculi dñi, i. respectus misericordię Dei sunt super iustos; etiā quādoq; vt medicus secat, & vrit: p̄r quod videtur nō respiciere: q̄a hoc facit vt sanet, & parcat in sempiternum.* & con simili modo nunc ait *Oculi eius in pauperem respiciunt: & palpebrę eius interrogant filios hominum.* Vbi nota q̄ palpebrę, quia illis clausis nihil videmus, illis vero apertis, videmus, significant diuina iudicia, quibus nos interrogat deus & probat: quę aliquando sunt nobis aperta, quandoque vero clausa & obscura. Vnde istum textum exponens Grego. d. *Tribus modis* interrogare nos conditor noster consuevit, cum aut flagelli discretione nos percutit: & quanta nobis insit vel desit patientia, ostendit. aut qñ quardā quę volumus p̄cipere, & nram nobis obedientiā vel inobediētā patefacit. aut qñ aliqua nobis occulta patefacit, & aliqua abscondit & mensurā nobis nre humilitatis innoscit. Et ponit exemplo. d. *flagello nanq; nos interrogat, cū mentem sibi bene per tranquillitatē subditā, a sibi obsequiis pulsat.* vnde & Iob laudatur atestatione indicis, & tamen iētibus caditur percussiois, vt eius patientia tanto verius claresceret, quanto inquisita durius fuisset. *P̄cipiēdo autē dura, dominus nos interrogat, sicut Abraham terrā suam iubetur egredi, & pergere quō nesciebat, in mōtem vnicū filii ducere, & quē ad cōsolationē senex acceperat, immolare.* Cui nimirum

Esai. 66.

Aug. in epiſtola ad Hier. de origine anime.

psal. 102.

Oculis Dei. Misericordia & gratia.

Luca. 21.

psal. 33.

palpebra, iudiciadei

Greg. 28. mar. ca. 7. interrogare Respon. dera.

nimirum ad interrogationem bene respondentem. Ad iustionem bene obediendi dicitur. Nunc cognoui quod timeas Deum: scire nanque Dei est, nostram obedientiam nos scire facere. Aperiendo quoque nobis quaedam atque claudendo, nos interrogat deus, sicut per psalm. dicitur. *Palpebra eius interrogant filios hominum.* Palpebris quippe apertis cernimus, clausis nihil videmus. Quid ergo per palpebras dei, nisi iudicia eius accipimus: quae iuxta aliquid clauduntur hominibus, & iuxta aliquid referantur, ut homines, qui scientiam nesciunt, sibi ipsi innotescant: quatenus dum quaedam intelligendo comprehendunt, quaedam vero cognoscere omnino non possunt eorum corda, sese lateenter inquirant, si illos diuina iudicia vel clausa non stimulat, vel aperta non inflant. Hac enim Paulus interrogatione probatus est, qui post ascensionem tertii caeli post supernae locutionis mysteria. d. Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobis sit. Apertis ergo palpebris dei interrogatus Paulus, recte respondit: quia superna secreta attigit: & tamen in humilitate cordis sublimiter stetit. Qui rursus cum secreta Dei iudicia de repulsione Iudaeorum, & gentium vocatione discerneret, atque ad eam peruenire non posset, quasi clausis palpebris Dei interrogatus est. Sed rectum illi responsum reddidit, qui deo se in ipsa sua ignorantia scienter inclinavit. d. O altitudo sapientiae & scientiae dei: quam incomprehensibilia sunt & c. Ecce enim absconditis mysteriis, quasi clausis palpebris interrogatus, recte respondit, qui secreti aditum pulsans, quia per cognitionem intronitti ad superiora non valuit, per confessionem ante ianuas humilis stetit: & quod intus comprehendere non potuit, foris remanendo laudavit. Ex quibus patet quod palpebrae Dei ideo nos interrogant, ut amplius nos sibi gratificent. Vel aliter, per palpebras Dei apertas intellige prospera: per clausas, aduersa: quibus suos Deus probat & interrogat: ut in prosperis sint humiles, & stabiles in aduersis: vt clausis palpebris non fatigentur, & apertis non insententur.

**338 Dominus interrogat iustum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.**

Hic ponit tertium beneficium, scilicet quod deus suos purificat. Dicitur enim statim est, dominus nos interrogat per aduersa & prospera, scilicet innitendo. Sed quia hoc commune est & bonis & malis quamuis differenter, ideo dicit. *Dominus interrogat iustum & impium.* Iustum purificando, quia iustus per patientiam aduersorum & per humilitatem habitam in prosperis purificatur, & Deo magis gratus redditur. Impius autem per impatientiam aduersorum & superbiam habitam in prosperis, magis inquinatur. Quae diuersitas non provenit ex parte interrogationis, sed ex parte diuersitatis responsionis, quia iustus in prosperis interrogatus, respondet humiliter, & malus superbe. Similiter iustus interrogatus vel pulsatus aduersis, responderet patienter, malus autem impatienter. Et quia superbia in prosperis & murmuratio in aduersis, est quaedam iniquitas a deo, & si iusti illis interrogationibus purgantur, iniusti tamen amplius sordis datur: ideo sequitur. *Qui autem diligit iniquitatem odit animam suam,* & sic malus sibi ipsi nocet non aliis. & attende secundum quod ait magister in glo. Nota quod ait. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.* non dicit qui facit. Iniquitas enim idem est quod

peccatum. unde Ioa. ait. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, nemo vero sine peccato viuit. Ille vero diligit iniquitatem, qui ex desiderio & affectu peccat. Ex quo apparet quod ista glo. vult ponere differentiam inter peccatum veniale, sine quo nullus viuit, & peccatum mortale: quod est ex electione & desiderio. Ex quo sequitur quod omne peccatum factum ex electione voluntarie, & a proposito est mortale.

**Pluet super peccatores laqueos: ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.**

Hic consequenter punit supplicia malorum. Vbi primo notandum quod per laqueos intelliguntur peccata, quae peccatis diabolus capit animas, sicut laqueis auceps capit aues. unde prouer. 29. Peccantem virum inuoluet laqueus. f. & 2. dicitur. Respiscat a laqueis diaboli, quibus captiuus tenentur peccata autem generaliter sunt tria, ad quae alia reducuntur. Avaritiae, & cupiditatis, luxuriae & voluptatis, superbiae & vanitatis. Peccatum avaritiae per ignem figuratur, quia sicut ignis lignis non fatiatur, sed magis accenditur, sic & avaritia non fatiatur pecunia, sed magis irritatur, unde prouer. 30. Ignis nunquam dicit sufficit. Et ecclesiast. 5. Avarus non replebitur pecunia. Sulphur vero res fetida & ignita significat peccatum luxuriae. I cuius signum super luxuriosos & fetidos homines pluit deus ignem cum sulphure. Gen. 19. quod declarans Grego. d. Sulphur fomentum ignis, quod tamen sic ignem nutrit, ut fetorem grauissimum exalet. quid itaque in sulphure nisi peccatum carnis accipimus, qui dum peruersis cogitationibus, quasi quibusdam fetoribus mentem replet, aeterna ei incendia preparat, & dum fetoris sui nebulam in mente reproba dilatat, contra eam flammis subsequenter, quasi fomenta subministrat? Na quia per sulphur fetor carnis accipitur, ipsa sacri eloquii historia testatur, qui contra Sodomam ignem & sulphur pluisse dominum narrat. Qui cum carnis eius scelera punire decreuisset, in ipsa qualitate ultioni: notauit maculam criminis, & c. unde de luxurioso dicit. Aspergatur in tabernaculo eius sulphur. Quid autem per spiritum procellae nisi superbia designatur? Nam proprie est sabita vis ventorum cum pluuia: & dicitur procella a percussione percussio, quae percutiat. Quid autem est superbia, nisi quidam ventus cum impetu alios percussit & despiciens, unde de superbis impijs dicit. Procella ruens in capite impiorum. *Pluet ergo dominus super peccatores.* & hoc in praesenti: *laqueos.* f. peccata, quibus illaqueantur. Quod quidem pluit dicitur, quia malos in peccatis permittit cadere: quia subtrahit ab eis auxilium gratiae suae, & in omne peccatum permittit cadere: quia in tria praedicta peccata, ad quae omnia alia reducuntur, avaritiae, & haec est ignis, luxuriae, & haec est superbia, & haec est spiritus procellae. Et quia omne peccatum est poena, id est, quod haec est pars calicis eorum in praesenti: sed in futuro aliam partem habebunt. Calicis, f. aeternam poenam ignis sulphuris & procellae, quae poena aeterna vere ipsi nominibus significatur. dicitur enim laqueus, quia quos semel capit, amplius non relaxat, dicitur ignis, quia ignis est ibi crucians: dicitur sulphur, propter fetorem, dicitur spiritus procellarum, propter varietatem poenarum. Sic igitur istius calicis, f. poenae malorum, una pars est in praesenti vita, alia pars in futura. Et hic est calix damnationis aeternae, de quo dicitur. Babylon ciuitas illa magna venit

venit in memoriam Dei, dare illi calicem irae eius. Babylon quae interpretatur confusio, significat confusam multitudinem damnatorum.

**Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit: aequitate vidit vultus eius.**

Hic ostendit, quare deus sic bonis dat praemia, & malis poenas. d. *Quoniam iustus dominus, & iustitias dilexit.* per iustitias intellige bonos: quia plures iustitias habent. Dei autem vnica sola est iustitia, quasi dicat. *Dominus iustus est.* ideo dilexit iustitias. f. bonos, eos praemian do. Etiam quia iustus est ideo aequitatem vidit vultus eius, malos puniendo. quia vt dicitur. psal. 33. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.

P S A L. X I.

**Aluum me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminutae sunt veritates a filiis hominum.**

Iste psal. talem habet titulum. *In finem psal. Dauid pro octaua.* & idem titulus habetur. psal. 6. Et hic pro octaua eodem modo exponitur sicut ibi, f. pro die iudicij. Sed in hoc istius tituli intentio differt ab illo, quia ibi Dauid loquitur in illo psal. 6. in persona peccatoris timentis octauam, f. diem iudicij, ne puniatur, ideo ibi diuinam postulabat misericordiam. Hic autem loquitur in persona viri perfecti operantis octauam iudicij, & orantis vt veniat: quia hic petit propheta iniquitatem mundi destrui, vt ad veritatem futurae promissionis perueniat. Et sic est sensus tituli iste. *In finem psal. Dauid.* f. psal. iste factus a Dauid dirigens nos in finem, f. Christum: est factus pro octaua. i. pro die iudicij, quem iustus desiderat, vt iniquitas mundi destruat, & veniat veritas promissionis beatitudinis aeternae. Intentio huius psal. est reuocare homines a falsitatibus saeculi ad eloquia Dei, in quibus nostra salus consistit. Item sciendum, quod iste psal. fundatur supra quandam historiam, quae habetur. 1. Reg. 23. Nam cum Dauid fugeret a facie Saulis persequentis eum, accidit quod Philistaei pugnarent contra vnam ciuitatem regis Saulis, quae dicebatur Ceila. Quod audiens Dauid, pietate motus descendit cum socijs eius ad liberandam ciuitatem illam, & pugnavit contra Philistaeos & obtinuit victoriam. Et ibidem in ciuitate illa cepit habitare cum suis. viri autem Ceilae ingrati contra Dauid statim tractauerunt tradere Dauid & viros eius in manibus Saulis: & nunciauerunt Sauli quod Dauid habitaret cum eis. Quo audito, Saul mandauit totum exercitum suum parari, vt ciuitatem illam circumdaret: & sic caperet Dauid. Dauid autem haec audiens consuluit dominum per Abiathar sacerdotem: qui respondit, quod viri Ceilae volebant eum tradere in manus regis: propter quod Dauid tunc fugit de ciuitate illa, & sic saluatus fuit de manibus Saul. Et in ista tali prodicione orans fecit istum psalm. Sic ergo duo faciam: quia primo concordabo liram psalm. cum historia. secundo exponam psalm. quo ad intellectum significatum. Et sic psal. iste diuiditur in partes tres. Quia primo Dauid ponit suam deuotam orationem. secundo explicat Ceilorum falsam prodicionem. ibi. *Vana locuti sunt.* tertio ponit Dei benignam exauditionem.

**A** ibi. *Propter misericordiam inopum, &c.* Dic vt. N. *Saluum me fac domine, &c.* Nunc accedo ad verum intellectum psalm. Diuiditur autem psal. iste in tres partes. Quia primo a malis mundi liberari postulat humiliter. secundo aduentum Christi liberantis praedicat vtiliter. ibi. *Propter misericordiam inopum.* tertio in fine cunctos iuste iudicari explicat veraciter. ibi. *Tu domine seruabis nos.* Circa primum duo facit. Quia primo ponit malorum mundi periculum. Secundo contra illa diuinum postulat suffragium. ibi. *Disperdat dominus.* Mala autem mundi in duobus consistunt. f. in carentia bonitatis, & iustitiae, & in abundantia falsitatis & malitiae, & sic primo explicat primum. secundo secundum. ibi. *Vana locuti sunt.* Quantum ergo ad primum explicans malum mundi statum ostendit, quod in mundo est carentia sanctitatis & omnis virtutis. d. *Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus.* Vbi nota, quod sanctus in scriptura quandoque accipitur pro Christo, quandoque vero pro quolibet homine iusto. Dicitur enim Christus sanctus, quia omnes sanctificans. Haec dicit sanctus, & verus, qui habet clauem David, &c. Et hunc esse sanctum etiam demones cognouerunt. unde exclamauit demon Christo. d. *Quid nobis & tibi Iesu nazarene venisti ante tempus torquere nos.* Dicitur etiam quilibet iustus sanctus. Et quia talis quilibet quoadiu est in praesenti vita, semper proficere potest. Ideo dicitur. *Qui sanctus est sanctificetur adhuc.* Et de vtroque insimul dicitur. *Sancti estote: quoniam ego sanctus sum.* Et de vtroque hic intelligitur. Et primo de sancto, qui est Christus: qui licet in seipso deficiere non possit: tamen nobis deficit, dum fidem eius non habemus. quia deficit illis, qui in ipsum non credunt: immo multi contra ipsum malignantur: quibus non sufficit, quod in ipsis deficiat sanctus, sed conantur fidem eius facere in alijs deficere. d. psal. *Quanta malignatus est inimicus in sancto.* Sic ergo quodcumque Christi fidem deseris verbis vel factis, tibi non in se deficit Christus, sicut sol non in se deficiens, tamen deficit caeco. unde quilibet peccator de Christo, qui est vita animae, dicere potest illud. *Defecit in dolore vita mea.* In dolore. f. peccati. Si autem accipiat sanctus pro homine iusto, etiam defecit sanctus: quia respectu malorum hominum pauci iusti reperiuntur. Quoniam vt dicitur. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum.* Et hoc est quod deplorabat propheta. d. *Perijt sanctus de terra: & rectus non est in hominibus: omnes in sanguine insidiantur.* Vir fratrem suum venatur ad mortem. Malum manuum suarum dicunt bonum. Princeps postulat. &c. Ex quibus verbis ostendit sanctum in omni statu & gradu defecisse. Et primo quo ad regulares & monachos. d. *Perijt sanctus de terra.* Terra enim propter stabilitatem significat religionem, quae stabilior & securior est mundo. Et vbi hodie est sanctitas vel regularis obseruantia: Secundo defecit quo ad clericos saeculares: qui notantur per homines: quia praeter ceteris ratione debent uti: quibus commissa est cura dominici gregis. de quibus dicit. *Rectus non est in hominibus: quia omnes declinauerunt ad auaritiam a propheta usque ad sacerdotem.* Tertio quo ad laicos, qui maxime deficiunt. f. sanguinem pauperum deuorando, quo ad tyrannos de quibus. d. *Omnes in sanguine insidiantur, innocentem sanguinem persequedo.* quo ad populares, qui stimulo inuidiae se inuicem persequuntur & lacerant. de quibus dicit. *In cog. tom. 1. e 3 Vir*

psal. 10.

err. c. 8.

3. Rom. 3.

Rom. 11.

al. sim. 10.

338

aduersitas iustus & malus.

Iniquitas

Joan. 8.

apoc. 16.

140.

16. q. 1. reuertimi. Iustitia.

psal. 33.

141. 21. q. 3. cu aliquis.

psal. 6.

1. reg. 23.

Laqueus. Peccati prouer. 29. 2. Thim. 2. Ignis. Auaritia.

prouer. 30. Ecclesiast. 5. Sulphur. Luxuria. Gen. 19. Greg. 14. moral. c. 10.

Gen. 19.

Job. 18. Procella. Superbia.

Hiera. 30.

pena aeterna.

Sanctus.

Apo. 3.

Mat. 8.

Apo. 3.

Leuit. 19.

Christus.

Deficere.

psal. 73.

psal. 30.

Insitus.

psal. 13.

Mich. 7.

Esai.

Vir fratrem suum venatur ad mortem, artes & mercantias falsificando, quo ad artifices & mercatores, de quibus dicit. Malum manuum suarum dicunt bonum iudicia vendendo, quo ad officiales & iudices, de quibus dicit. Principes postulant ut puta dicendo. Quid mihi vultis dare, & ego eum vobis tradam: quia hodie plures sententias dat pecunia, quam faciat iustitia. Merito ergo dicit psal. *Saluum me fac domine quoniam defecit sanctus*. quia in nullo statu amplius reperitur sanctitas. Quod bene praeviderat Esai. d. Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena iudicij. Iustitia habitavit in ea, nunc autem homicidiae, principes tui infideles socij farum, omnes diligunt munera: sequuntur retributiones: pupillo non iudicant: cauta viduae non ingreditur ad eos, &c. Propter quod de hominibus mundi sequitur psal. d. *Diminuta sunt veritates a filiis hominum*. Et nota quod dicit veritates in plurali: quia multiplex est veritas: quae hodie diminuta immo annihilata videtur. f. veritas doctrinae, quae spectat ad doctores. Magister scimus, quia verax es, &c. Veritas iustitiae, quae spectat ad iudices. In iudicio non acquiesces sententiae plurimorum, ut: vero devies. Veritas vitae, quae stat in operatione mandatorum. Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. Quae tamen omnes veritates hodie defecisse videtur. Sic enim praedictum fuit. Veritas corrui in plaris. Quid ergo mirum, si iustus homo tot malum di cernens, desiderat ultimum iudicium? d. *Saluum me fac domine, quoniam defecit sanctus, &c.*

142. Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde & corde locuti sunt.

Hic consequenter ostendit, in mundo esse abundantiam falsitatis & malitiae. Vbi sciendum quod quavis malum sit carere sanctitate: tamen peius est abundare prauitate, sicut quamuis bonum sit declinare a malo, tamen melius est facere bonum. Dicit igitur. *Vana locuti sunt, &c.* Vbi sciendum, quod vanitas siue vanus dicitur a venus. Et idem est vanus quod falsus, vacuus, inanis & irritus: eo quod veneri homines intenti veneri sunt tales. Et sic vana dicuntur falsa, lubrica & iutilia. Isti ergo vana locuti sunt, ad alios decipiendum, vel ad venera peragenda. Et nota quod dicit. *Locuti sunt in corde & corde*. In hoc notatur cor duplex & deceptorium, quia minus malum est, si quis vana loqueretur corde simplici, ut puta credens bene loqui, ideo notans dupliciter dicit. *Labia dolosa in corde & corde*. Et quibus? f. ad proximum suum. Et notat glo. Quod proximus dicitur tribus modis, f. Conditione primae natiuitatis, secundum quem modum omnis homo proximus alteri dicitur. Et sic dicitur. Exo. 20. Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Certum est enim, quod ibi accipitur proximus pro omni homine. Carnis coniunctione. Et sic dicitur. Proverbiorum quartodecimo. Proximo suo etiam pauper odiosus erit. Beneficij collatione, sicut de vulnerato dicitur Lu. 10. Quis tibi videtur illi fuisse proximus, qui incidit in latrones? Respondit ille. Qui fecit misericordiam in illo. Ad denotandum ergo quantum malum hodie regnat in mundo, quia non tenetur fides erga aliquem praedictum, dicit. quod vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum. Et vere hodie magis solito hoc docet experientia.

V. mitis quid est.  
Proxi- mus.  
Exo. 20.  
Prover. 24.  
Luca. 10.

Disperdat dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Hic consequenter contra praedicta mala diuinum postulat suffragium. Vbi aduerte quod non erat contra homines, sed contra vitia & dolos, ideo dicit. *Disperdat dominus*. Dicunt enim philosophi, & experientia docet, quod omnis virtus fortior est vniuersa quam dispersa. patet de virtute aquae infimul collectae: patet de virtute grauitatis in simul collectae in vnum corpus ad descendendum, & dispersae: quia citius collecta descendit. Rogans ergo ne tales mali nocere possint. d. *Disperdat dominus labia dolosa*. & non dicit, disperdat dominus dolosos. Sic etenim & psal. 58. orabat de talibus. d. Disperge illos in virtute tua, & depone eos protector meus domine. Hic enim contra duo vitia maxime orat: quae s. hominibus magis nocent. f. contra dolositatem & contra superbiam. Contra dolositatem dicit. *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa*. Dolosus enim dicitur a dolo. & est dolosus idem quod fraudulentus, maliciosus occultus, blandus sermonibus, callidus mente. Et nota quod differunt dolosus, insidiosus, & fraudulentus. Nam ut dicit Catholi. quod dolositas est in mente, insidia in loco vel telo, sed fraus circa fidem promissam, quae tamen omnia infimul hic notans psal. d. *Disperdat dominus vniuersa labia dolosa*. & per labia accipit omne illud in quo dolus potest esse. Sic enim orabat psal. d. Muta fiant labia dolosa, quae loquuntur aduersus iustum, &c. Consequenter orat contra vitium superbiae. d. *Et linguam magniloquam*. Lingua magniloqua est magna & grandia loquens, sicut sunt superbi hypocritae, & sapientes philosophi mundi, qui alios ornatu vel fastu verborum conantur decipere. Sic enim magniloquos pro superbis accipit scriptura. Sopho. 3. d. Auferam de medio tui magniloquos superbiae tuae. Hoc etiam consequenter exponit psal. quid sint magniloqui. d.

Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus: labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est?

Quia superbi & potestatem linguarum & alia a se & non a Deo se arbitrantur habere. d. *Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt*. f. & non a Deo. Vnde iactant se de potestate labiorum, quasi a Deo non sit. vnde dicunt. *Quis noster dominus est?* quasi. d. Quis est, cui subdamur. q. d. nullus.

Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus.

Hic ostensis malis, quae in isto mundo abundant, & inuocato Dei adiutorio, consequenter aduentum Christi nos a praedictis liberans ostendit. Et nota quod duplex ponit adiutorium. f. primum Christi incarnationem, secundum vero scripturarum consolationem. ibi. *Eloquia domini*. Quantum ergo ad primum. d. *Propter miseriam inopum, &c.* Differentia est inter inopes & pauperes s. Catholi. Quoniam ops opis idem est quod diues & opulentus. vnde componitur cum in quod est sine, & dicitur inops. i. sine diuitiis & facultatibus terrenis. Vnde inops dicitur proprie qui nihil habet, qui nec sibi sufficere potest

B

C

D

E

143. 6. q. 1. sum plurim.

psal. 58.

Dolosus, insidiosus, Fraudulentus.

psal. 30.

soph. 3.

11. q. 1. illud.

Lingua.

145. 12. q. 2. gloria e- piscopi.

Inops, Pauper.

Gentiles, Iudaei.

Dormire Dei, Exurgere.

2. cor. 6.

146. 26. q. 1. omni. Salutare. Lu. 2.

Christus.

Luca.

Eloquia montis.

Predicatio Christi, lex eius, & eloqui.

re potest, nec alijs elargiri. Pauper autem dicitur, qui licet alijs elargiri non possit, tamen sibi sufficit, & sic per inopes intellige gentiles, qui nec legem nec prophetas habuerunt: quibus ad cultum vnus veri Dei ducerentur, & sic nec alios ducere poterant. Pauperes autem erant Iudaei, qui licet haberent legem & prophetas, quibus ad vnus veri Dei cultum ducerentur: tamen hoc alijs elargiri non sufficiebant: quia secundum legem alias gentes abominabatur, nec conuersabatur alijs nationibus. Et hoc est quod dicit glo. Inopes recte gentiles dicuntur, qui nec legem nec prophetas habuerunt. Pauperes vero Iudaei sunt, qui quamuis legem & prophetas haberent illas tamen spiritualiter non intelligentes, mysteria alijs communicare non valebant. Volens ergo ostendere Deum, quod filij sui incarnatio remedium praestaret Iudaeis & gentilibus, ambos commemorans dicit. *Propter miseriam inopum, &c.* Ut enim alias dictum est, dormire dicitur Deus quando suis non subuenit, sed eos affligi permittit. Et sic per oppositum exurgere dicitur, quando suis succurrit, & eos defendit. Et quia maxime subuenit mundo per mysterium incarnationis, nunc ipsum praenuncians dicit. *Propter miseriam inopum, &c.* Nunc id est in tempore praedeterminato a Deo. De quo tempore dicit apostolus. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis, &c. Vnde quid facit sic exurgens: & qualiter auxilium nobis praestabit subdit. d.

Ponam in salutari: fiducialiter agam in eo. Salutare enim idem est, quod saluator, & sic significat Christum omnium saluatorem. iuxta illud. Nunc dimittis seruum tuum, &c. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et de hoc salutari. d. *Ponam in salutari*. i. in Christo. Sed quid ponet in ipso? suum adiutorium nobis dandum & nostram redemptionem. Et quod istud salutare sit nobis sufficiens adiutorium subdit. d. *Et fiducialiter agam in eo*. *Fiducialiter*. i. potenter: quia nihil Christo resistere poterit. Per hoc volens distinguere Christum ab alijs prophetis & scribis ante missis: quia istud salutare non docebit populum, sicut fecerunt alij prophetae, qui docebant legem: sed legem mutare vel terminare non poterant. Sed Deus in Christo fiducialiter agit: quia Christus docuit tanquam potestatem habens. f. addere legi: terminans legem, & legem nouam condens pro voluntate sua tanquam dominus legis. Et hoc est quod dicit. *Fiducialiter agam in eo*. quod. f. non feci in alijs, qui tantam docendi & agendi potestatem non habuerunt. Sic ergo Deus fiducialiter. i. potenter egit in Christo. Quia Christus docebat tanquam potestatem habens: quia legem perficere & commutare poterat: quod nemo alius potuit. Vt dicit Canon. 25. q. 1. Si ergo primam sedem.

147. Eloquia domini eloquia casta, argenteum igne examinatum, probatum terrae purgatum septuplum.

Hic consequenter ponit secundum adiutorium a Deo nobis datum. f. scripturarum consolationem. vnde de sacra scriptura quam salutare Christus debet praedicare ad nostram consolationem subdit. *Eloquia domini* &c. Vbi nota quod quamuis Christus multoties praedicaerit & multis in locis, tamen principalis eius praedicatio & eloquium fuit sermo ille, quem fecit in monte, dando euangelicam legem. Mart. 5. Videt Iesus turbas, &c. Et de illis eloquijs domini & sermone nunc ad literam. d. *Eloquia domini*. &c.

Vbi aduertendum quod eloquia domini praefata nobis dant adiutorium contra omnia mala praedicta. Nam ut dictum est, duplex malum in presenti vita abundat: scilicet carentia boni, & malorum abundantia. Sic per oppositum in eloquijs diuinis est carentia omni mali, & omni boni abundantia. Ibi enim est carentia omni mali. f. culpae: quod est triplex. f. voluptatis luxurie, superbiae, & auaritia. Vnde istorum omnium carentia ostendit, & primo mali luxuria. d. *Eloquia domini eloquia casta*. quia s. contra luxuriam, castitatem praedicant & munditiam. Beati mundo corde. &c. Vnde de munditia eloquiorum dicitur. Neptalim ceruus emissus, das eloquia pulchritudinis. Neptalim enim, qui interpretatur conuertens eos, significat Christum. Secundo excludunt malum superbiam: quia sunt *argenteum igne examinatum*. Argentum enim, quod est inter metalla sonororum, significat sonorositatem praedicationis. Ignis vero inflammans significat charitatem dilectionis, dicente domino. *Ignem veni mittere in terram*. *Eloquia ergo domini sunt argenteum igne examinatum*: quia charitatem & dilectionem ad proximum praedican, quae superbia excludit: propter quod in suo sermone praefato Christus dicebat. Diligite inimicos vestros, &c. vñ & psal. Ignitum eloquium tuum vehementer. Et de Ioseph dicit. Eloquijs domini inflammavit eum, &c. Tertio excludunt peccatum auaritia: quia sunt *argenteum purgatum terra*. Hic enim genitius terrae ponitur pro ablatiuo, more graecorum. vnde est sensus: purgatum terrae. i. separatum a terra: nihil terrenitatis habens vel docens. Sic enim in praefato sermone eloquium Christi purgatum erat a terra & a terrenis, quoniam dicebat. Nolite thesaurizare vobis in terra, &c. quia solum diuina docet amare. d. illud Iob. Ad deum ponam eloquium meum. Sic ergo eloquia domini sunt casta per castitatis continentiam contra luxuriam: sunt igne examinata per charitatis amicitiam contra luxuriam: sunt igne examinata per charitatis amicitiam contra superbiam, sunt probata terrae per paupertatem voluntaria contra auaritiam. Vnde ergo continent omni mali carentiam. Et ideo ut per eloquium domini timeamus aliquid ditorum vitiorum incurrere: orado Deo dicamus illud. Statue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Secundo principaliter in eloquijs domini est abundantia omni boni: quod notatur cum dicitur. *Quod est probatum septuplum*. Dicitur enim dictum eloquium Christi probatum septuplum, quia septem donis spiritus sancti ornatum, in quibus omnis virtus continetur, quae dona sunt septem. f. timor domini, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, & sapientia, quae omnia Christus in illo sermone praedicauit: & sic eloquijs suum septuplum probauit. i. septem illis virtutibus ornauit, ut ostendit Augu. primo li. de ser. domini in monte. d. Vñ mihi quod septiformis gratia spiritus sancti, de qua Esaias loquitur, his gradibus congruere: sed interest in ordine illa ponendi: quia Esaias incipit illa dona ab excellentiori, & terminat in timorem. Christus vero incipit timore & terminat ad sapientiam. vnde sequitur: illa dona concordans cum gradibus in isto sermone contentis. dicit. Timor domini congruit humilibus, de quibus hic dicitur. Beati pauperes spiritu. Pietas congruit mitibus: qui enim pie quaerit, honorat sanctam scripturam, & non reprehendit quod non intelligit: & propterea non resistit, quod est mitem esse. de quibus hic dicitur. Beati mites, & sermone nunc ad literam. d. *Eloquia domini*. &c.

Peccati luxuria.

Mat. 5.

Gen. 49.

Superbia.

Luca. 12.

Mat. 5.

psal. 118.

Deut. 32.

auaritia.

Mat. 6.

Iob. 5.

151.

psal. 118.



tunt in scripturis, quibus malis victi teneantur, quæ tamen bona & vtilia ignorantes appetierunt; & propterea lugent. de quibus hic dicitur. Beati qui lugent. Fortitudo congruit esurientibus & sitientibus, qui laborant esurientes & sitientes æterna gaudia, & desiderant se à terrenis auertere. de quibus hic dicitur. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam. Consiliū congruit misericordibus: hoc enim vnum remedium est de tantis malis euadendis, vt dimittamus sicut & nobis dimitti volumus. de quibus hic dicitur. Beati misericordes. Intellectus congruit mundis corde tãquam purgato oculo, quo cerni possit, quod corporis oculus nō vidit nec auris audiuit. de quibus hic dicitur. Beati mundo corde. Sapientia congruit pacificis, in quibus iam ordinata sunt omnia, nullusque motus aduersus rationem rebellis est: de quibus hic dicitur. Beati pacifici. Ex quibus omnibus apparet, qualiter eloquia dñi. scilicet quæ in monte tribulati, septem donis spiritus sancti sunt probata & ornata. Ideo de illo eloquio dicitur. *Quod est probatum septuplum.* Alia vero litera habet. *probatum centuplum:* quam credo vitio scriptorum corruptam. Et tuncly *centuplum* scaret pro præmio. iuxta illud. Centuplū accipietis, &c. & esset sensus. eloquium domini est probatum centuplum. i. donat centuplum: per quod æternum præmium intelligitur.

148. Tu domine seruabis nos, & custodies nos à generatione hac in æternum.

Hic vltimo concludit cunctos iuste iudicari. Et primo ostendit præmiationem bonorum. Secundo punitionem malorum. ibi. *In circuitu impij ambulat.* Quantum ad primum sciendum quod dñs aliter seruat, aliter custodit. Seruat. n. protegendo ne in peccatis labamur: sic enim pro suis orabat Christus. d. Rogo vt serues eos à malo scilicet non pena: quia illos mittebat sicut oues in medio luporum. Custodit autem quos ad æternam gloriam ducit. Custodit dominus animas sanctorum suorum. Loquens ergo Deo de præmiatione iustorum. d. *Tu domine serua nos.* i. deducendo nos ad gloriam. ideo. d. *A generatione in generationem.*

149. In circuitu impij ambulat: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Hic consequenter concludit punitionem malorum. Vbi nota quod per circuitum bona temporalia presentis vite significantur: quia per circuitum septem dierum veniunt. Et quia omnia temporalia sunt labore plena: ideo ambulare in circuitu significat temporalium laborem, quem habent mali pro suo præmio. Vñ istum passum exponens Grego. d. *In circuitu impij ambulat.* quia dum interiora non appetunt, in exteriorum labore fatigantur. *Secundum altitudinem tuam multiplicasti.* &c. Per filios hominum intellige iudeos natos ex hominibus ratione vten- tibus, vt supra psal. 4. Quos Deus multiplicauit sicut stellas cæli secundum promissionem factam Abrahæ. Quos Deus multiplicauit non solum numero sed multis beneficijs; quamuis rebelles Deo essent & ingrati: quia in circuitu ambulabant, i. so-

Serua: custodire.

Ioan. 17.

psal. 96.

149.

24. 9. 3. Hæretici.

Circuitus Temporalium.

Greg. 2. mor. c. 4.

Fili hominum.

psal. 4.

lum temporalia quærebant. & ideo si quis quærat, quare tantum eos Deus multiplicauit. Respondet psalm. dicens. Quod hoc non fecit Deus secundum ipsorum merita: sed secundum suam altitudinem, & magnificentiam, sicut altum alta facere solet.

PSAL. XII.

**V**squequo domine obliuisceris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me?

Titulus istius psalmi est. *In finem psal. David.* Qui titulus patet ex prædictis. De materia vero historia li, per quæ factus est psal. iste, dicunt doctores, quod iste psalmus factus est de quatuor regnis, quibus tribulati & afflicti fuerunt iudæi post mortem ipsius David. Quæ ipse præuidens in spiritu, pro ipsorum liberatione Deum exorabat. Primum fuit regnum Babyliorum, quod destruxit ciuitatem Hierusalem & templum, & captiuauit populum sub Nabuchodonosor rege. vt habetur 4. Regum. 25. Secundum fuit regnum Assyriorum, quod captiuauit regnum israel tempore Osæ prophætæ: vt habetur. 4. Reg. 18. Tertium fuit regnum Græcorum, per quod fuit positum idolum abominationis in templo, & populus occisus & compulsus ad idolatriam sub Antiocho rege: vt patet in libris Macchabæorum primo, secundo, & sexto capitulis. Quartum fuit regnum Romanorum, per quod fuit iterum templum destructum, & ciuitas, & populus occisus captiuatus & venundatus per Titum & Vespasianum imperatores. Et contra istas captiuitates iudæorum hic orat psal. Et eius oratio sic fuit exaudita. Quod à prima captiuitate fuerunt liberati per Cyrum, qui remisit captiuitatem dans eis licentiam ædificandi templum: vt patet. 1. Esdræ. 1. A secunda fuerunt liberati per Dariam regem: sub quo cõsumptum est templum secundum: vt habetur. 1. vsque ad Esdræ. 6. A tertia fuerunt liberati per Macchabæos: vt patet in libris Macchabæorum. A quarta nō debet liberari nisi in fine mudi per Christum, qui tunc in fine restituet regnū israel: ppter quod ipsum interrogabant apostoli. d. Dñe si in tpe hoc restitues regnum israel: Et de istis captiuitatibus & liberationibus dicitur. Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam. quod sic exponitur. quod licet scelera tua per quæ incurserunt tres primas captiuitates fuerint eis remissa, vt liberarentur, quartum tamen scelus, quod fuit Christi occisio, propter quod fuit in presentia captiuitate, non remittetur eis, scilicet quod ab ista captiuitate liberentur vsque ad finem mundi. Et secundum istas quatuor captiuitates David Deo facit quatuor quæstiones. Et primo de vltima captiuitate, quæ durabit vsque in finem dicit. *Vsquequo obliuisceris me domine?* & respondet. *in finem:* quia. scilicet illa captiuitas vsque in finem durabit. Secundò quærit de captiuitate Babylionica. d. *Vsquequo auertis faciem tuam à me?* Auerla enim videbatur facies Dei à populo suo, quando permisit Babyloneos destrare templum & ciuitatem & captiuare populū. Tertio quærit de captiuitate Assyriorum. d. *Quamdiu ponam consilia in anima mea, & dolorem in corde meo per diem?* i. per singulos dies. vides populū tuum sic affligi per Assyrios. Quarto quærit de captiuitate Græcorum. d. *Vsquequo*

150. De summa trinitate, & fide catholica. c. 1.

Regnum quadruplex.

Captiuitas iudeorum. 4. Re. 25. 4. reg. 18.

Nota de ratione captiuitatis. i. dicitur ad finem mudi di propter mortem Christi. Act. 1. Amos. 2.

*Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?* &c. f. Antiochus qui fuit per superbiam ita elatus, vt videre tur sibi quod haberet pelagum ad iter agendum, & terram ad nauigandum. Hic enim populum israel multum afflixit, & suppeditauit. quod præuidens David. d. *Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?* Consequenter factis quæstionibus auxilium Dei inuocat.

d. *Respice in me, & audi me domine Deus.* Illum enim respicit Deus, quem exaudit & liberat: & ab illo auertit faciem suam, quem permittit cadere. *Respice in me, & miserere mei.* d. imperium puero tuo, i. populo tuo. Aueristi faciem tuam à me, & factus sum conturbatus: Et in quo velis exaudiri, subdit. *Illumina oculos meos, ne vtiquam obdormiam in morte.* i. mortalis culpa, & per consequens gehennæ. i. fractus impatientia & desperatione sub tot aduersitatibus & tribulationibus. Et hoc est quod subdit. *Nequando dicat inimicus meus: præualui aduersus eum.* Gloriatur enim diabolus, quando aduersus aliquem præualerit: ipsum superando per culpam, vt ipsum trahat ad gehennam. *Qui tribulant me, exultabunt: si motus fuero.* Omnia enim illa regna ad hoc tribulabant iudæos, vt ipsos mouerent de terra sua. *Ego autem in misericordia tua speraui.* q. d. non in iustitia mea. Consequenter præuidens, quod vltima captiuitate solui per Christum in fine debet liberari. d. *Exultauit cor meum in salutari tuo.* i. in Christum. *Cantabo domino: qui bona tribuit mihi.* i. finaliter mihi tribuit bona gratiæ. & gloria. *Vsquequo domine,* &c. Totus iste psal. agit de desiderio sanctorum patrum, quo desiderabant filium Dei nostram humanitatem assumere, vt a peccatis & diabolo liberaret. vñ psal. loquens in persona sanctorum patrum duo facit. Quia primo ipsorum exprimit desiderium, secundo ad hoc adimplendum Dei petit adiutorium. ibi. *Respice in me.* Circa primum tria facit. Quia primo Christi quærit incarnationem. secundo suam ostendit afflictionem. ibi. *Quamdiu ponam consilia,* &c. tertio hostis ponit elationem. ibi. *Vsquequo exaltabitur.* Quantum ergo ad primum Christi quærit & desiderans aduentum. d. *Vsquequo domine obliuisceris me in finem.* Vbi notandum quod dupliciter hic nominat Christum. scilicet quia dicit Christum finem, & faciem Dei. Vocatur enim Christus finis, non quidem cõsumptionis, sed consummationis & perfectionis: quia in ipso est cõpleta omnis virtus & perfectio. In quantum enim Deus est, omnia perficit: sed in quantum hō, omni perfectione fuit perfectus, & sic erat principium à quo omnia, & finis in quem omnia. Ego sum a, & ω, principium & finis. Alpha enim est prima græcorū litera: & ω, vltima. Sic enim & apostolus finē dicit Christum. Finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti. Secundo Christus dicitur facies Dei: quia sicut per faciem cognoscitur homo, sic per Christū Dei cognitio est nobis manifestata. ipso. d. Pater manifestauit nomen tuum hominibus, &c. vnde de hac facie dicitur. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Vocatur enim Christus facies: quia sicut in facie solū omnis sensus continetur & in nulla alia parte corporis: quia facies per oculos videt, per aures audit, per nares odorat, per linguam gustat, & per tactum sentit: sic & Christus solus omnes sensus spirituales. i. dona gratiarum habuit. de quo dicit Grego Redemptor noster in carne veniens, operationes septiformis spiritus simul in se iunctas & manentes habuit. de quo dicitur. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: & requiescet super eum spiritus domini, spiritus sapientie

Respice in me. Exaudi me. psal. 129.

Christus. 2. ius.

Apost. 1. Rom 9. Facies Christi. Io. 17. psal. 88.

Greg. 19. mor. c. 30. Esai. 11.

tia & intellectus, spiritus cõsiliij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. de quo & Zach. ait. Super lapidē vnū septem oculi sunt. Nullus vero hominū operationes spiritus sancti omnes simul habuit nisi mediator Dei & hominū: alius nāque prophetiā, alius virtutes, alius scientiā, alius genera linguarū, alius interpretationem sermonum iuxta distributionē spiritus sancti accepit: ad habenda vero cuncta eiusdē spiritus munera, nemo pertingit. At vero cõditor noster, infirma nostra suscipiens, per diuinitatis suæ potentiam se similiter habere oēs spiritus sancti virtutes docuit. &c. Et sic non immerito per faciem quæ omnes sensus corporis continet figuratur. vñ merito de ipso dicitur. Facies tua plena gratiarum. Hanc faciem. i. Christum pro gratia impetranda postulabat sacerdos. d. Propter David seruum tuum nō auertas faciem Christi tui. Et vis videre quantum gratiosa sit ista facies, quæ Christus dicitur etiam antequam nasceretur, dicunt Hebræi: quod cum sacerdotes transferret arcam dñi &c. vide in illo versiculo. Propter David seruum tuum nō auer. fa. &c. Istam faciem. i. Christi incarnationē desiderabant antiqui. d. Ostēde nobis dñe faciem tuam & salui erimus. & Iob cõqueredo dicebat. Cur faciem tuam abscondis &c. De Christi ergo incarnatione ostēdens psal. sanctorū desiderium p modū quærelæ Deo dicit. *Vsquequo dñe,* &c. Et est sensus. Vsquequo dñe tardabis me ducere in finem. i. in Xpm incarnandum. Et idem sub alijs verbis repetit. d. *Vsquequo auertis faciem tuam à me?* non mihi ostendis Christum incarnatum? De ista Christi facie nota, quod ab ista facie manat radius omnis sapientiæ. Facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Manat fluuius ois gratiæ. Facies tua plena gratiarum. Manat salus omnium conualescentiæ. psal. Ostēde faciem tuam, & salui erimus. Gen. 32. Vidi dñm facie ad faciem, & salua. &c. Manat fructus omnis felicitatis & lætitiæ. Ostēde mihi faciem tuam. Rñdit. Ego ostendam tibi oēs bonum. Et tñ istis nō obstantibus, hæc facies fuit in passione deturpata per cõspuionem. Faciem meam cõspuere nō verentur. Expuerūt in facie eius. Velata per irrisionem. Ceperunt cõspuere in eū, & velare faciem eius. Percussa per flagellationē. Alapas dederūt in facie eius. Et omnia ista ad patientiam ducunt.

**Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?**

Hic cõsequenter ex dilatione incarnationis Christi suam ostendit anxietatem & dolorem. Vbi nota quod cõsiliū quandoque accipitur pro bona operatione, per quam aliquis alteri consulit bene operari. Sicut enim efficacius quis docetur exemplis quàm verbis, sic & cõsimiliter efficacius est cõsiliū sanctis operibus datum & exemplis, quàm solis verbis. Et hinc est, quod quilibet benefaciens suis operibus consulit proximo benefacere. Et ex hoc bona operatio, quæ per manus significatur, cõsiliū in scriptura dicitur. vnde procer. 31. de forti muliere dicitur. Operata est cõsiliū manū suarum. Et ideo quia præ omnibus alijs Christus suis operibus bonis & exemplis nobis benefacere consuluit, ipse cõsiliū nostrum dicitur. Sic enim de Christo dixit Gamaliel sub nomine cõsiliij. Si ex hominibus est hoc cõsiliū. i. Christus: dissoluetur: si vero ex Deo est, non poteritis illud dissoluere. Item notandum quod istud cõsiliū, quod est Christus, quæque habetur solum in mente per desiderium, quæque vero etiam extra per presentiam corporalem.

Zach. 3.

Hebr. 1. 6. psal. 130.

psal. 79. Iob. 13. Incarnatio.

Facies Christi. Apost. 1.

Hebr. 1. Gen. 32.

Exo. 33.

ob. 30. Mat. 26. Mar. 14.

151. de pe. d. 1. serpens.

Cõsiliū.

Christus.

Act. 1.

lem. Sancti ergo patres, qui Christum futurum esse sciebant, & ipsum presentialiter videre desiderabant, ipsum habebant intus in mente, sed non in exteriori presentia. Et quia desiderium ex dilatione rei desideratae affligit mentem: ideo ex tali ardore desiderio affligebantur: quia spes quae differtur affligit animam. Sic ergo psal. ostendens sanctorum desiderium de Christo incarnando, in persona ipsorum loquitur. d. *Quadiu ponam consilia in anima mea?* q. d. Quadiu habebam Christum incarnandum solum in mente per desiderium, & non per presentiam corporalem, affligat. Et sic ponam dolorem in corde meo per diem. i. per singulos dies. Et istum intellectum habet magister in glo. d. Magna anxietas est concupiscere & desiderare bonum, & diutius expectare, quia tunc crescit desiderium in dolorem: quia spes quae differtur, affligit animam. Et attende quod Christum vocat consilia in plurali propter pluralitatem sanctorum operum & exemplorum, quibus nobis con-

proph. 13.

152. sicut percussio.

Mat. 13. Inimicus diaboli.

psal. 114.

Respicere Dei.

Heb. 4. Job. 29. Exo. 14. Luca. 1.

psal. 85.

**Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus praevalui adversus eum.**

Hic ostendit incarnationis beneficium: quia. s. *Beatus per illam beatificamur.* Vbi notandum quod beatitudo est duplex. s. viae & patriae, & spei & rei. Et sic conformantur ad invicem: quia praemiis patriae correspondent merita viae. Praemia autem consistunt in tribus. s. in clara divinitatis cognitione. Haec est vita aeterna. &c. In certa aeternitatis duratione. In bunt iusti in vitam aeternam. In sancta voluntatis dilectione. Conformiter & merita viae consistunt. In cognitione credendorum, quam charitas perficit. quae omnia facit verbi incarnatio. Et ista pars dividitur in tres. Quia primo postulatur cognitio credendorum. Secundo stabilitas agendorum. ibi. *Qui tribulant me.* Tertio exultatio interiorum. *Exultabit cor meum.* Quantum ergo ad primum petit illuminari per fidem. d. *Illumina oculos meos.* s. interiores. vt s. *Christus perfecte credam quae sunt fidei: Christus enim est illa vera lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Qui de seipso. d. *Ego sum lux mundi.* &c. Sic enim Christus oriens ex alto venit illuminare his qui in tenebris & umbra mortis sedent. Nonne quasi totus mundus in tenebris positus erat, qui idola pro vero Deo colebat? Sed oculos hominum tunc illuminavit, quando ad dissipandum cultum idolorum, filium misit in carnem. Quod nunc postulat psal. d. *Illumina oculos meos.* Et ad quid subdit. *Ne unquam obdormiam in morte.* s. peccati: quia quilibet lumine fidei careret, spiritualiter mortuus iacet. Et ideo diabolus maxime conatur lumen fidei tollere, vt illo amoto, hominem ad libitum per errores ducere possit & praevaleat. Et hoc timens psal. d. *Nequando dicat inimicus meus praevalui adversus eum.* Dicit ergo *illumina oculos.* &c. s. cordis. ne in fidelitatis peccato claudantur. Oculi enim: vt dicit gl. obdormiunt in morte: quando lumine fidei sepulto, clauduntur.

153. q. 2. 72.

Beatus per illam beatificamur.

Christus perfecte credam quae sunt fidei.

154.

Perseverantia.

Magister li. 2. di. 6.

**Qui tribulant me, exultabunt, si mortuus fuero: ego autem in misericordia tua speravi.**

Hic consequenter querit stabilitatem perseverantiae scilicet ne cadat a virtute. Inter omnes virtutes, quas odit diabolus, est perseverantia in bono: quia sine perseverantia nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Et ideo ipsam quantum potest conatur dissipare: & de ipsius dissipatione gaudet. Et hoc est quod dicit. *Qui tribulant me.* s. diaboli & angeli eius, *exultabunt se motus fuero.* s. a bono proposito. Sed quis istum motum magis superat quam Christi incarnatio, qui diabolus sic ligavit, vt a bono proposito nos inuitos movere non possit? Et ideo subdit. d. *Ego autem in misericordia tua speravi.* Qualiter autem Christus incarnatus nobis dat stabilitatem: ne a proposito bono moveamur, ostendit magister. Quia diabolus victus a sanctis hominibus, amplius alium de eodem vitio superare non potest. Ideo Christus incarnatus ab ipso de tribus principalioribus peccatis voluit retari: vt de ipsis alium amplius tentare non posset: & sic debilitans hostem fortificat suos: & hoc est quod dicit psal.

psal. *Ego autem in misericordia tua speravi.* Si dicebam A motus est pes meus misericordia tua dñe adiuva-

855.

Salutare.

Luca. 2. Exultatio.

Latinitas.

psal. 2.

1. corint.

156. q. 2. c.

4. Re. 29.

Luca. 10.

**Exultabit cor meum in salutare tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini domini altissimi.**

Hic consequenter querit exultationem interiorum, qua s. gaudere desiderat de xpi incarnatione. Christus enim quia saluator noster est, ideo salutare dicitur. Viderunt oculi mei salutare tuum. Et in isto salutare, quod est Christus, omnis nostra leticia est ponenda. Exemplo gloriosae virginis, quae ait. Exultet spiritus meus in Deo. Sic & nunc conformiter psal. in hoc salutare exultat. d. *Exultabit cor meum in salutare tuo.* Sicut enim non potest homo duobus dominis servire: sic nemo potest in seculo exultare, & in Christo salutare: quia amicus huius mundi, inimicus Dei reputabitur. Multum enim inter se haec exultationes & gaudia differunt, suntque contraria, nec possunt simul esse. Sacerduli namque leticia est impunita nequitia, vagari in spectaculis, ebrietas, ingurgitatio, turpitudine fetere, & nihil mali pati. Sed salutaris exultatio est carnis domare, nequitiam impunitam non relinquere, tota mente iam Deum consurgere, mala pati, & mala non reddere. Primi letantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis. Secundi autem in dño, de quibus dicitur. Exultate iusti in domino, rectos decet collaudatio. Et quia talis exultatio etiam per signa exteriora demonstratur: ideo subdit. *Cantabo domino, qui bona tribuit mihi.* s. bona gratiae in presenti, & gloriae in futuro. *Et psallam nomini domini altissimi.* Et est sensus. Cantabo & psallam nomini tuo altissime. i. cum gaudio gratias agam corde & opere. Si ergo iste tantum desiderat Christum veterum, sic famulatur: quid faciendum nobis est, iam Christo incarnato & suscepto: vtique ei eidem famulandum est, secundum illud. Servite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Et istam exultationem facit charitas. quia vt dicitur. Charitas congaudet veritati. s. quae Christus est.

**Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.**

Titulus istius psal. est. *In finem psal. David.* Et patet expositio ex supradictis. Iste psal. historialiter exponitur de Nabuchodonosor rege Babylonis, qui blasphemavit Deum Israel verbo & facto, quando iussit incendi templum Dei per Nabuzardan: quod non fecisset, si Deum verum reputasset. Et sic in isto psal. etiam quo ad litteram David propheticus de futuro loquitur tanquam de presentio. Et secundum hoc iste psal. dicitur. &c. Dic vt. N. ¶ Dixit insipiens. &c. Iste psal. vult redarguere iudeorum insipientiam, quoniam vt in praecedenti psal. patuit, antiqui patres iudeorum cum magno desiderio & deuotione expectabant Christum in lege eis promissum, & ipsum videre: propter quod & Christus dicebat. Multi reges & prophetae voluerunt videre quae vos videtis, &c. Sed quando

Christus venit iudaei ipsum spreuerunt, & Deum esse negauerunt, sibi dicentes illud. Non de bono opere lapidamus te, sed de blasphemia: quia tu cum homo sis, teipsum Deum facis. Ideo propheta hic increpat insipientiam iudeorum & duritiam: quia Christo praesenti, quem ante optauerant, non crederunt: primo ipsum negauerunt. Et sic tota intentio psal. est confutare iudeos Christi contemptores. Et ad istum intellectum psal. iste diuiditur in partes tres. quia ponitur primo debita iudeorum increpatio. secundo adhibita iudeorum condemnatio. ibi. *Nonne scient omnes* tertio finalis iudeorum reuersio siue conuersio. ibi. *Quis dabit ex sion.* Quantum ad primum notandum, quod de multis malis hic iudei increpantur. s. quia erga Christum multipliciter mali fuerunt. Et ponitur primo ipsorum execrabilis stultitia. s. quia *dixit insipiens.* &c. secundo ipsorum abominabilis idololatria. *Quia corrupti sunt.* &c. tertio ipsorum ingrata resistentia. *Quia dominus de caelo prospexit.* quarto ipsorum aduersus & fetida fallacia. *Quia sepulchrum patens.* &c. quinto ipsorum crudelitas & persequens saeuitia. *Quia quoram os maledictionis.* sexto ex praedictis concluditur eorum condigna miseria. *Quia contritio & infelicitas.* Quantum ergo ad primum ponitur ipsius populi iudeorum execrabilis stultitia, vnde de illo proposito praemititur. d. *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* Non quod iudaei negarent Deum esse: cum scriptum sit. Notus in iudaea Deus. Et etiam ipso Christo dicebant. Nos ex fornicatione nati non sumus: vnum patrem habemus Deum. Sed negabant Christum, quem hominem videbant, esse Deum. Et sic dicit insipiens. s. iudeorum populus, *in corde suo non est Deus.* hic homo non est Deus. Sed hic dubium est, verum iudaei cognouerunt Christum esse verum Deum. Et videtur quod sic teste Christo de eis parabolice. d. Quod agricolae videntes filium patris familias dixerunt. Hic est haeres. venite occidamus eum, &c. Quod exponens Hiero. ait. Per hoc manifeste dominum probat iudeorum principes non per ignorantiam sed per inuidiam Dei filium crucifixisse. Intellexerunt enim illum esse, cui pater per prophetam. d. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Hereditas quippe filio sancta ecclesia data est: quam non moriens pater reliquit, sed ipse sua morte mirabiliter acquisiuit. Ad oppositum est Petrus apostolus. d. Iesum, quem vos interemistis, &c. nunc scio fratres, quod per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. &c. Item apostolus ait. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Respondet glo. super praedicto verbo. Si enim cognouissent, &c. d. Iudeorum quidam cognouerunt Christum, alij vero non cognouerunt. De ignorantibus dicit Petrus. Scio fratres quod per ignorantiam fecistis. Isti enim non cognouerunt illum esse, qui in lege promissus fuerat: Sed ipsum esse Deum vel Dei filium nescierunt. ideo de vtrisque sic accipi potest. Si cognouissent minores illum esse messiam, in lege promissum, vel maiores illum esse Deum vel Dei filium, nunquam dominum gloriae crucifixissent: non enim hoc facerent, si Deum esse scirent. Si enim damones Deum factum esse hominem non intellexerunt: quanto magis homines? Non igitur illum scierunt, aliter demones, & aliter principes. Sciebant enim illum esse, qui promissus erat in lege,

Ioan. 2. psal. 75. Ioan. 8.

Mat. 27.

Hiero.

psal. 2.

Actuum.

1. Corin.

2.

non in mysterium eius, quod filius Dei erat ab aeterno sciabant, nec sacramentum incarnationis passionis & redemptionis. Quod ergo in Euangelio clamant daemones. Quid nobis & tibi fili Dei summi? magis ex suspitione, quam ex cognitione dixisse credendi sunt. Et si dicas si ignorerent ipsum occiderunt: ergo mortaliter non peccauerunt. Rudeo quod istorum ignorantia non fuit inuincibilis sed voluntaria: a principio enim scierunt ipsum esse verum Dei filium ut pater per prophetiam quam allegauerunt Herodi. Et tu Bethleem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda: ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Sequitur. Et egressus eius a diebus aeternitatis, sed hoc Herodi dicere noluerunt, ne ab ipsius persecutione cessaret, timentes se per eum reprehendendos. Cognouerunt ergo esse verum Dei filium a principio: sed postea quando cepit praedicare, & eorum vitia corrigere, ipsi contra ipsum inuidia concitati fuerunt & ira. Et sic ipsorum cognitio per inuidiam fuit obnubilata, ut amplius non aduerterent ipsum esse Deum. Et per istum modum de illo populo saltem qui ad maiores hic dicit psal. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.

Mat. 2.

157. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum: non est usque ad vnum.

Hic consequenter reprehenditur ipsorum abominabilis idololatria. Vbi notandum quod sicut corruptio luxuriae vastat & perdit corpora, sic & idololatria corrumpit animas. Vnde & ipsa idololatria quadam spiritalis fornicatio dicitur. Reliquerunt Deum & fornicati sunt post Deos populorum terrae. Vnde dicit canon, quod fornicatio est duplex. scilicet carnis & idololatriae. Quia ergo iudei prouiderant ad idololatriam, ut patuit de Salomone, qui amore mulierum alienigenarum captus, templum idolis fabricauit: & sic de multis alijs: ut patet per totum librum Regum. Iodem hoc increpans psal. d. Corrupti sunt. scilicet per fornicationem idololatriae. Et abominabiles facti sunt in studiis suis. Per studia hic intellige ipsorum affectiones: quibus plus mundum quam Deum amabant. & ideo facilliter recedebant a Deo: & sic relicto Deo, abominabiles erant alijs nationibus. Vnde de iudeis ad litteram dicitur. Ipsi intrauerunt ad Belphegor, & abominabiles facti sunt sicut ea, quae dilexerunt. O Deus quot sunt hodie, quibus Christianitatis nomine idola colentes, abominabiles sunt effecti tam Deo quam hominibus. Quilibet enim illud colit, quod plus diligit & adoratur: ut puta. Superbus colit idolum mundanae potestatis, Auarus idolum pecuniae. Lubricus effigiem mulieris: & sic de alijs. Et de talibus dicit apostolus. Contententur verbis se nosse Deum: factis autem negant: cum sint abominati & incredibiles & ad omne opus bonum reprobi. & hoc est quod de talibus sequitur. Non est qui faciat bonum: non est usque ad vnum. Hoc autem quod hic dicitur in isto versu. Non est usque ad vnum. non habetur in hebreo nec in translatione Hiero. iuxta hebraicam veritatem: sed bene habetur in versiculo alio sequenti: fuit ergo hic appositum, nescio a quo. tamen sic exponitur. Non est qui faciat bonum. scilicet meritum: quamuis aliqua bona de genere etiam idololatriae faciant: sed quia sine fide bonum meritum nullus facere potest: quia fides maxime tendit in Christum, qui vnicus patris dicitur. Ideo sine isto vno. i. sine Christi fide nullus bonum facere potest.

ad Titum. 1. Negare Deum.

Non est ergo, qui faciat bonum: non est usque ad vnum. i. usque ad fidem vnium. Vel aliter. Quia omnes gentes erant idololatrae, excepto populo iudaorum: in quo semper aliqui fideles & boni fuerunt. Ideo de omnibus gentibus dicit. Non est qui faciat bonum: non est usque ad vnum. i. populum vnium iudaorum.

Dominus de caelo prospexit super filios hominum: ut videat, si est intelligens aut requirens Deum.

Hic tertio consequenter improbat ipsorum ingrata resistentia. Vbi nota quod per caelum intelligitur humana natura a verbo assumpta: per quem oculo suo misericordiae respexit super filios hominum. scilicet iudeos, qui homines. i. ratione vtentes patres habuerunt. Et de isto caelo dicitur. Dominus in caelo parauit sedem suam. i. in humanitate Christi in qua inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ad quid respexit super filios hominum? Certe ut videat si est intelligens aut requirens Deum. i. ut videri faciat: si quis intelligit corde Deum esse in homine: aut requirit Deum. scilicet sequendo eius mandata: Ad hoc enim venit filius Dei, ut crederetur verus Deus & verus homo: ut per talem fidem saluamur. Et tamen audi iudaorum ingrata resistentiam: quia sequitur.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum.

Declinauerunt scilicet a mandatis suis, illa contemnendo: quia non in Deum sed in terrenis rebus corda sua declinabant. Oculos suos statuerunt declinare in terram, vnde de ipsorum declinatione dicitur. Omnes in viam suam declinauerunt: vnusquisque ad auaritiam suam a summo usque ad nouissimum. Et quia sine obseruatione mandatorum Dei caetera sunt inutilia. Ideo quia omnes declinauerunt. scilicet a diuinis mandatis, ideo omnes inutiliter facti sunt, &c. ut prius. Et si dicas. Nonne in populo iudaorum aliqui erant non declinantes a mandatis Christi? Dico quod sic: sed quia tam pauci erant respectu malorum, ideo non ponuntur in numerum.

Sepulchrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labijs eorum.

Hic quarto consequenter increpatur ipsorum foetida & adulans fallacia. Hic primo notandum quod isti tres versus sequentes, usque ibi. Nonne sciens. non habentur in hebraeo: ideo non videntur facti a Dauid, sed ab alio additi. in cuius signum, infra vbi iste psal. repetitur. scilicet psal. 52. Dixit insipiens. isti tres versus non habentur. Et si dicas contra: quia isti tres versus recitantur ab apostolo contra iudeos: vbi dicit. Non est iustus quiquam. non est intelligens Deum. Omnes declinauerunt, &c. Sepulchrum patens, &c. usque ibi. Non est timor Dei ante oculos eorum. Dicitur quod apostolus istos tres versiculos confecit contra iudeos ex sententia multorum aliorum psal. Ipsos ergo inferendo huic psal. sicut textus communis habet, exponam. Notandum ergo, ut superius dictum est psal. 5. quod sicut

Matth. 9. Persecutio Iuda. Christi.

Ioan. 8.

Hier. 5. Ioan. 11.

psal. 51.

Aspis.

Mat. 22. Dent. 33.

161.

velocitas simplex.

Eccles. 7. Praeuerb. 29.

162. 3. q. 2. ac. c. uisat. 102.

Contritio, dicitur peccata contere. psal. 102.

sicut sepulchrum patens fetores emittit, quibus alios inficit: sic & guttur Iudaorum verba fetida & falsa contra Christum emittebat: ut alios contra Christum animarent & inficerent: ut puta cum Christo dicebat. Samaritanus es tu & daemonium habes. Hic est publicanorum & peccatorum amicus. Et sic contra Christum linguis suis dolose agebant. Vel aliter. Notandum quod iudei dupliciter Christum persequerentur, scilicet aperte & occulte. Aperte, scilicet per manifestas iniurias: ut quando aperte tulerunt lapides ut iacerent in eum. Et quantum ad hoc comparantur sepulchro patenti: quia patenter fetores suarum malarum voluntate emittebat. Et quantum ad hoc de ipsis dicitur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens. Occulte etiam ipsum persequerentur: ut puta. Quando collegerunt pontifices & Pharisaei consilium. d. quid facimus, &c. Et quantum ad hoc subditur: quod linguis suis dolose agebant: quia scilicet vnus verbis praetendebant, & oppositum gerebant in corde. Et de tali quolibet dicitur. Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolus. Ideo subdit. Venenum aspidum sub labijs eorum. Aspis enim aures claudit, ne vocem audiat incantantis: cuius venenum est mortiferum. Sic & isti aures cordis praecipua Christi audire nolebant: & sub labijs, id est occulte venenum mortiferum contra Christum, id est intentionem mortiferam habebant. Quod ideo dicitur, quia isti erga Christum quandoque mel gerebant in ore, sed venenum in corde: ut quando sibi dixerunt. Magister scimus, quia verax es. &c. Vnde de iudeis ad litteram dicitur. Fel Draconum vinum eorum, venenum aspidum, & insanabile.

161. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Hic quinto consequenter increpatur eorum crudelis saeuitia. Erant enim crudeles contra Christum duobus modis, scilicet verbis iniuriosis & factis ipsum persequendo. Et quantum ad verba iniuriosorum d. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Glo. id est opprobriis & blasphemis: ut puta quando existeret in cruce dicebant. Alios saluos fecit, &c. Et si filius Dei es, descende de cruce, &c. Quantum vero ad facta, quibus eum persequerentur: subdit. Veloces pedes eorum, &c. Per pedes intellige affectiones & vota eorum. quae omnia erant velocissima, id est prompta ad effusionem Christi sanguinis, & suorum fidelium. Ideo veloces, id est affecti. Et nota triplicem velocitatem malam, quae isti contra Christum veloces fuerunt, scilicet. Est velocitas turbationis & iracundiae. Ne sis velox ad irascendum: ira enim in sinu stulti requiescit. Velocitas locutionis indebitae. Vidisti hominem velocem ad loquendum: stultitia magis speranda est quam correctio. Velocitas persecutionis & saeuitiae, de qua hic dicitur. Quod veloces sunt pedes eorum ad effundendum sanguinem.

162. Contritio & infelicitas in viis eorum: & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Hic sexto consequenter ex predictis concluditur eorum condigna miseria. Vbi primo notandum, quod contritio vel conteri aliquando idem est quod poenitere: & sic dicitur. Qui sanat contritos corde. Et sic non accipitur hic. Quandoque vero idem est, quod infringi siue comminui: & sic dicebat Chri-

stus. Qui ceciderit super lapidem istum, confringetur: super quem vero ceciderit, conteret eum. Quod exponit Augustinus, de verbis domini de contritione poenae. Et sic accipitur hic contritio: quia taliter ipsi iudei in praesenti vita erant conterendi, ut amplius reedificari non possent propter eorum superbiam contra Christum. de quibus dicitur. Elevati sunt ad modicum & non subsistent: & sicut summitates spicarum conterentur. Per infelicitatem vero, quae directe opponitur sanctorum felicitati, aeternam damnationem accipe. Infelices supra modum animae suae. Dicens ergo. Contritio & infelicitas in viis eorum, vult dicere, quod viis eorum, id est, operibus correspondet contritio poenae temporalis & infelicitas aeternae damnationis. vnde contriti fuerunt temporaliter & dissipati per Titum & Vespasianum: sed infelices erunt per vltimum iudicium. Et causam tantae poenae subdit. Quia viam pacis non cognouerunt. id est, quia ipsum Christum noluerunt cognoscere, qui est via veritas & vita. Deinde subdit causam, quare non cognouerunt viam pacis. Quia non est timor Dei ante oculos eorum: Sine timore domini nullus potest iustificari. Et sine iustitia nullus viam pacis cognoscere potest. Quia non est pax impiis.

Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem mean, sicut escam panis.

Hic est secunda pars principalis: in qua ponitur iusta iudaorum condemnatio. Et duo facit: quia primo ponitur eorum poenitentia, secundo poenitentiae ratio. ibi. Dominum non inuocauerunt. Quantum ad primam sciendum, quod sicut culpa oculum mentis excacat, sic poena sequens ipsum aperit: ut dicit Grego. Ideo illi, qui noluerunt cognoscere Deum viuendo vitiose, ipsum cognoscerent in poenis iustum & vltorem. Et hoc est quod dicit. Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem? quasi dicat, imo cognoscent tunc Deum poenitentem, qui modo noluit eum cognoscere misericordem. Et statim peccatum omnium praedictorum refert ad maiores principes & praelatos. d. Qui deuorant plebem mean sicut escam panis. Maiores enim & praelati deuorant plebem duobus modis, scilicet subditis malis exemplis corrumendo, & ipsorum bona auferendo. Quantum ad primum dicit. Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem? quasi dicat, imo cognoscent, quia praelati & maiores tot mortibus sunt digni, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt. Quantum ad secundum dicit. Qui deuorant plebem, &c. Deuorant enim plebem dominicam, qui sumptus a subditis quaerunt. Sed debitum subditis cura officium non impendunt: quod ostendit Grego. super illo verbo Iob 31. Si comedi fructus eius fructus absque pecunia. d. Fructus terrae absque pecunia comedere est ex ecclesia sumptus accipere: sed eidem ecclesiae praedicationis officium non praebere. Vnde terrae fructus absque pecunia comedit, qui ecclesiastica comoda ad usum corporis percipit, sed exhortationis officium subditis non impendit. Et sequitur. Quid ad haec nos pastores dicimus, qui aduentum districti iudicis praecurrentes, officium quidem praconis suscipimus, sed alimenta ecclesiastica muti manducamus? exigimus quod nostro debetur corpori: sed non impendimus quod subditorum debetur cordi, &c. Illi ergo deuorant plebem, qui bona



plebis accipiunt: sed peccatum bonorum non solunt. Ex hoc soluitur questio illa diuulgata, vtrum subditi negligentia prelati decimas dare teneantur. Et non cogitant tales superiores illud quod scribitur. Decimas quas deuorant euomet: quia scilicet pro illis punietur aeternaliter.

164. **Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.**

Hic redditur ratio talis punitionis. Duplex enim est causa damnationis Iudaeorum. Prima amor mundanorum: secunda despectio supernorum ibi. *Quoniam dominus in generatione ista est.* Quantum ad primum, quod Iudaei plus temporalia amabant quam aeterna: & ideo plus timebant terrenis priuari, quam celestibus sed quia de terrenorum perditione non debemus timere, sed de caelestium. ideo *trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* scilicet habendus. Et hoc est quod ait glo. *Dominum non inuocauerunt:* non enim Deum vere inuocat, qui displicentia Deo amat. Isti autem terrena supra aeterna amabant: ideo trepidauerunt timore vbi non erat timor. Timuerunt enim perdere terrenum regnum, vbi non erat timendum. Et non tauerunt perdere caelum, vbi timendum erat.

165. **Quoniam dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis: quoniam dominus spes eius est.**

Hic ponitur ipsorum despectio supernorum. Isti enim despexerunt Christum pauperem & eius legem, ponentes magis spem in temporalibus quam in Christo & eius doctrina. Et hoc est quod dicit. *Quoniam dominus in generatione ista est.* supple, sed non in vobis, quia iusti non estis, quia despexistis iustum Christum. Ideo illi populo dicit, quod sequitur. *Consilium inopis confudistis.* id est Christi consilium recipere nolulistis, qui ad vos liberandos venerat. Et secundum glo. hoc admiratione debet legi. *Quoniam dominus spes eius est.* Consilium enim Christi pauperis erat, spem in Deo non in temporalibus ponere. Et hoc consilium isti confuderunt, spem in temporalibus magis quam in Deo ponentes. Vnde de illo Iudaeorum populo dicitur. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & preualuit in vanitate sua.

166. **Quis dabit ex Sion salutare Israel: cum auerterit dominus captiuitatem plebis suae, exultabit Iacob & letabitur Israel.**

Hic est tertia pars principalis, in qua ponitur Iudaeorum finalis ad Deum conuersio. In fine enim mundi Christus sua virtute conuertet populum Iudaeum ad veram suam fidem. Quod nullus alius propheta vel ex Iudaeis natus facere potest, quem tamen & eius consilium ipsi modo despiciunt. & hoc est quod dicit. *Quis dabit ex Sion salutare Israel.* id est, quis alius ex Sion, id est, ex Iudaeis procedens. *Dabit salutare Israel.* id est, saluabit finaliter Iudaeos. subaudi, nisi ille pauper Christus, cuius consilium confudistis: Qui cum conuerterit captiuitatem Israel: quia, scilicet modo Israelitae sub potestate diaboli captiui tenentur propter infidelitatem: sed cum in fine conuerterit eos ad fidem, tunc exultabit Iacob & letabitur Israel. Exultabit Iacob supplantator:

Iudaeorum conuersio.

A quia sicut illi fuerunt a diabolo supplantati: sic per fidem ipsum supplantabunt. *Letabitur Israel,* quia Deum facietenus postea videbunt. Sic enim adimpleretur quod dicitur. *Letetur Israel in eo, qui fecit eum.*

PSAL. XIII.

**D**omine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo.

Titulus istius psal. est. *Psalmus David.* Patet expositio ex praemissis superius multis. Iste psalmus, non est historialis, sed totaliter morum instructiuus. Vbi notandum quod ut habetur Deuter. 2. & pluribus aliis locis: promisit dominus filius Israel, quod si obseruarent praeccepta domini, & facerent quod rectum & iustum est & a malo declinarent, quod ipsi in pace habitarent terram promissionis: & nullus per circuitum eis noceret. Si autem facerent oppositum, quod eos expelleret de terra, & inimici ipsorum ipsos superarent. Verum quia maius est habitare in templo, & in sorte domini, quam sit habitare generaliter in terra: quia tempore maior reuerentia debetur, quam reliqua terra, quae templi habitatio maxime ad sacerdotes & electum pertinet. Ideo in hoc psalm. vult psal. ostendere quas condiciones clericum & sacerdotes debent habere, si digni in tabernaculo ecclesiae habitare volunt, & seruire Deo, per hoc volens ostendere quod isti maioris perfectionis esse debent, quam ceteri homines, sicut maioris sunt dignitatis. Et secundum hoc psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primo David circa praedicta mouet quaestionem, secundo ponit quaestionis solutionem. ibi. *Qui ingreditur sine macula.* tertio ex praedictis ponit intentam conclusionem. ibi. *Qui facit haec.* Dic vt. N. *Domine quis habitabit.* &c. Notandum quod duplex est ecclesia, scilicet militans & triumphans. Militans est in via, sed triumphans in patria. In praesenti autem ecclesia sunt semper mixti boni cum malis, & mali cum bonis. hoc ideo vt bonorum merita per malitiam crescunt malorum. vt ostendit Gregor. d. Abel esse reuinit, quem Cain malitia non exerceat. Sic & in tritura arae grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas prodeunt, & rosa, quae redolet, crescit cum spina, quae pungit. sic & bonis semper permixti sunt mali. Duos namque filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoque filios arca Noe continuit: sed duobus in humilitate persistentibus, vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraam filios habuit: sed vnus innocens, alter vero fratris persecutor fuit. Duos quoque filios Isaac habuit: vnus in humilitate seruatus, alter vero & priusquam nasceretur, reprobatus est. Duodecim Iacob filios genuit: sed ex his vnus per innocentiam venditus: ceteri vero per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta ecclesia sunt electi: sed ne improbari remanerent: vnus eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic namque iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace aurum palea cum igne sociatur: vt quo ardet palea, aurum purgetur. Et hinc est, quod in praesenti ecclesia propter corporalem cohabitationem malorum cum bonis, non possumus scire, qui vere sint de vnitate ecclesiae, & vera Christi membra. Vnde quidam

B Titulus istius psal. est. *Psalmus David.* Patet expositio ex praemissis superius multis. Iste psalmus, non est historialis, sed totaliter morum instructiuus. Vbi notandum quod ut habetur Deuter. 2. & pluribus aliis locis: promisit dominus filius Israel, quod si obseruarent praeccepta domini, & facerent quod rectum & iustum est & a malo declinarent, quod ipsi in pace habitarent terram promissionis: & nullus per circuitum eis noceret. Si autem facerent oppositum, quod eos expelleret de terra, & inimici ipsorum ipsos superarent. Verum quia maius est habitare in templo, & in sorte domini, quam sit habitare generaliter in terra: quia tempore maior reuerentia debetur, quam reliqua terra, quae templi habitatio maxime ad sacerdotes & electum pertinet. Ideo in hoc psalm. vult psal. ostendere quas condiciones clericum & sacerdotes debent habere, si digni in tabernaculo ecclesiae habitare volunt, & seruire Deo, per hoc volens ostendere quod isti maioris perfectionis esse debent, quam ceteri homines, sicut maioris sunt dignitatis. Et secundum hoc psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primo David circa praedicta mouet quaestionem, secundo ponit quaestionis solutionem. ibi. *Qui ingreditur sine macula.* tertio ex praedictis ponit intentam conclusionem. ibi. *Qui facit haec.* Dic vt. N. *Domine quis habitabit.* &c. Notandum quod duplex est ecclesia, scilicet militans & triumphans. Militans est in via, sed triumphans in patria. In praesenti autem ecclesia sunt semper mixti boni cum malis, & mali cum bonis. hoc ideo vt bonorum merita per malitiam crescunt malorum. vt ostendit Gregor. d. Abel esse reuinit, quem Cain malitia non exerceat. Sic & in tritura arae grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas prodeunt, & rosa, quae redolet, crescit cum spina, quae pungit. sic & bonis semper permixti sunt mali. Duos namque filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoque filios arca Noe continuit: sed duobus in humilitate persistentibus, vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraam filios habuit: sed vnus innocens, alter vero fratris persecutor fuit. Duos quoque filios Isaac habuit: vnus in humilitate seruatus, alter vero & priusquam nasceretur, reprobatus est. Duodecim Iacob filios genuit: sed ex his vnus per innocentiam venditus: ceteri vero per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta ecclesia sunt electi: sed ne improbari remanerent: vnus eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic namque iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace aurum palea cum igne sociatur: vt quo ardet palea, aurum purgetur. Et hinc est, quod in praesenti ecclesia propter corporalem cohabitationem malorum cum bonis, non possumus scire, qui vere sint de vnitate ecclesiae, & vera Christi membra. Vnde quidam

C Titulus istius psal. est. *Psalmus David.* Patet expositio ex praemissis superius multis. Iste psalmus, non est historialis, sed totaliter morum instructiuus. Vbi notandum quod ut habetur Deuter. 2. & pluribus aliis locis: promisit dominus filius Israel, quod si obseruarent praeccepta domini, & facerent quod rectum & iustum est & a malo declinarent, quod ipsi in pace habitarent terram promissionis: & nullus per circuitum eis noceret. Si autem facerent oppositum, quod eos expelleret de terra, & inimici ipsorum ipsos superarent. Verum quia maius est habitare in templo, & in sorte domini, quam sit habitare generaliter in terra: quia tempore maior reuerentia debetur, quam reliqua terra, quae templi habitatio maxime ad sacerdotes & electum pertinet. Ideo in hoc psalm. vult psal. ostendere quas condiciones clericum & sacerdotes debent habere, si digni in tabernaculo ecclesiae habitare volunt, & seruire Deo, per hoc volens ostendere quod isti maioris perfectionis esse debent, quam ceteri homines, sicut maioris sunt dignitatis. Et secundum hoc psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primo David circa praedicta mouet quaestionem, secundo ponit quaestionis solutionem. ibi. *Qui ingreditur sine macula.* tertio ex praedictis ponit intentam conclusionem. ibi. *Qui facit haec.* Dic vt. N. *Domine quis habitabit.* &c. Notandum quod duplex est ecclesia, scilicet militans & triumphans. Militans est in via, sed triumphans in patria. In praesenti autem ecclesia sunt semper mixti boni cum malis, & mali cum bonis. hoc ideo vt bonorum merita per malitiam crescunt malorum. vt ostendit Gregor. d. Abel esse reuinit, quem Cain malitia non exerceat. Sic & in tritura arae grana sub paleis premuntur: sic flores inter spinas prodeunt, & rosa, quae redolet, crescit cum spina, quae pungit. sic & bonis semper permixti sunt mali. Duos namque filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoque filios arca Noe continuit: sed duobus in humilitate persistentibus, vnus ad patris irrisionem ruit. Duos Abraam filios habuit: sed vnus innocens, alter vero fratris persecutor fuit. Duos quoque filios Isaac habuit: vnus in humilitate seruatus, alter vero & priusquam nasceretur, reprobatus est. Duodecim Iacob filios genuit: sed ex his vnus per innocentiam venditus: ceteri vero per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta ecclesia sunt electi: sed ne improbari remanerent: vnus eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic namque iusto peccator cum malitia iungitur, sicut in fornace aurum palea cum igne sociatur: vt quo ardet palea, aurum purgetur. Et hinc est, quod in praesenti ecclesia propter corporalem cohabitationem malorum cum bonis, non possumus scire, qui vere sint de vnitate ecclesiae, & vera Christi membra. Vnde quidam

Psal. 149

Deut. 12

Bonus. Malus. Gregor. 20. moral. c. 30.

Ecclesia.

dam iactant se esse de ecclesia, cum vere non sint. Ideo intentio huius psal. est talium praesumptionem reprimere: & quasi sacerdos ante altare stans, quaerit a Deo, qui sunt illi, qui in praesenti ecclesia digne Deo militent, & ad ecclesiam triumphalem pertineant in futurum. Cui a Deo datur responsum plenae diffinitionis: Quo clare ostenditur, qui & quales vere sint de praesenti ecclesia & in futura beatificandi. Et ad istam intentionem psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia in prima parte habere quaerit bonorum cognitionem. In secunda a Deo recipit bonorum descriptionem. ibi. *Qui ingreditur sine macula.* In tertia concludit bonorum stabilem fruitionem. ibi. *Qui facit haec.* Quantum ad primum a Deo quaerit. *Domine quis habitabit.* &c. vbi notandum quod per tabernaculum praesens ecclesia militans intelligitur: sed per montem ecclesia triumphans. Per tabernaculum ergo figuratur militans ecclesia: quamuis multa alia figurentur. Nam in scriptura tabernaculum mysticum reperitur multiplex. scilicet tabernaculum carnalitate maculate. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt, quia. scilicet seruientes tabernaculo sui corporis, ad altare Dei accedere non debent. Sinceritatis ordinata: quia etiam corpus hominis iusti tabernaculum dicitur, in quo anima eius habitat. vnde Petrus corpus suum tabernaculum esse dicit. Scio quod velox est depositio tabernaculi mei. Deitatis incarnata: nam Christus tabernaculum esse dicitur: de quo dicitur. In sole, id est, in gloriosa virgine posuit tabernaculum suum. Virginitatis fecundata: gloriosa virgo Maria: quae de se ipsa dicit. *Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Felicitatis vltimata, scilicet triumphantis ecclesiae. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, sequitur. Beati qui habitant in domo tua domine. Fidelitatis sociata, scilicet militans ecclesia. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis: & ipsi populus eius erunt, & ipse erit ipsorum Deus. Modo ad propositum. Tabernaculum quamuis multa significet, proprius tamen significat ecclesiam militantem. vnde hic ait glo. *Domine quis habitabit.* scilicet digne. *In tabernaculo tuo.* id est, in praesenti ecclesia: vbi contra diabolum dimicamus. Quia & si tabernaculum quandoque ponatur pro habitatione sempiterna: tamen proprium est belli & militanciam. Vnde milites dicuntur contubernales, tanquam simul habentes tabernacula. Et hic sensus adiunatur ex eo, quod alia litera & translatio habet. *Quis peregrinabitur in tabernaculo tuo.* Vnde ad hoc facit quod dicit Catholicus. scilicet quod tabernaculum dicitur a taberna, quae est domus, quae modicum durat, scilicet quousque res ibi vendantur. Et inde tabernaculum dicitur mansio, quae non est propria, sicut castra militum in expeditione, quia ea relinquunt. Confimiliter quia in praesenti ecclesia sumus tanquam milites pugnantes contra mundum, carnem, & diabolum. ideo ipsa dicitur esse tabernaculum, & non domus permanens: quia de ipsa transinigramus ad triumphatam. Et quia in isto tabernaculo nullus vere habitat nisi iustus: quia peccatores in ecclesia solo nomine sunt. ideo dicitur. Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Per montem autem figuratur caelestis patria. Vnde magister in glo. Per motem caelestis beatitudo figuratur, vbi est visio pacis & supereminetia charitatis: vbi nullus in agone contendit: sed quilibet in aeterna pace quiescit: in quo monte be-

Hab. 13.

1. Pet. 1. Tabernaculum. Psal. 18.

Eccles. 24.

Psal. 83.

Apo. 21.

Psal. 45.

Mous.

A neplacitum est Deo habitare: etenim dominus habitabit in finem. Ex praedictis apparet, quod intentio psal. est quaerere, quis vere est de ecclesia militante. d. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Et quis dignus erit quiescere in caelesti patria. d. *Quis requiescet in monte sancto tuo?*

**Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.**

Hic est secunda pars principalis, in qua ponit quaestionis responsionem. Vbi notandum, quod solum ille vere pertinet ad ecclesiam militantem, & per consequens ad triumphantem tendit, qui quatuor virtutibus cardinalibus adomatur, scilicet iustitia, prudentia, fortitudine, & temperantia. Vnde ad istam quaestionem dominus respondendo dicit sententialiter, quod ille habitat in tabernaculo, &c. qui praedictis virtutibus perficitur. Et secundo hoc haec pars quatuor habet partes. Quia primo hoc ostenditur de iustitia, secundo de prudentia. ibi. *Qui loquitur veritatem.* tertio de fortitudine, ibi. *Ad nihilum deductus.* quarto de temperantia, ibi. *Qui intrat in sinum proximo suo.* Quantum ergo ad virtutem iustitiae. d. *Qui ingreditur sine macula.* &c. Iustitia enim duas habet partes, scilicet declinare a malo & facere bonum. Et quantum ad primam partem. d. *Qui ingreditur sine macula.* Et quantum ad secundam partem. d. *Et operatur ad iustitiam.* Quantum ergo ad primam partem iustitiae. d. *Qui ingreditur sine macula.* Peccatum enim quaedam interior est macula, qua hominis interior facies maculatur. Et sic nota, quod macula peccati est multiplex, qua carere debemus, scilicet Macula temeritatis & superbiae: vnde de superbo Angelo dicitur. *Dedisti maculam in gloria tua.* Macula cupiditatis & auariciae. Bearus vir, qui inuentus est sine macula, qui post aurum non abiit. Macula carnalitate & luxuria: vnde de innocentibus dicitur. *Quod sine macula sunt ante thronum Dei.* Et quia ista macula maxime clerum dehonestat. ideo dicitur. 1. Macch. 4. quod Iudas elegit sacerdotes sine macula. Et quia ad ista tria vitia reducuntur cetera: ideo per maculam intellige omnia peccata, cum dicit. *Qui ingreditur sine macula.* quia volens esse vere de ecclesia Dei, omnem maculam peccati operis vel cordis pellere debet, vt ostendit Grego. super illo verbo Iob. Si iniquitatem, quae est in manu tua, abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo in iustitia, tunc eleuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis. d. *Quia peccatum aut sola cogitatione committitur, aut cogitatione simul & opere perpetratur.* Iniquitas ergo in manu est, culpa in opere: In iustitia vero in tabernaculo est, iniquitas in mente. Mens quippe nostra tabernaculum non incongrue dicitur, in qua apud nosmetipsos abscondimus, dum quod cogitamus, foris in opere non videtur. Prius autem a manu iniquitatem subtrahi, & post a tabernaculo admoneri in iustitia abscindi: quia quisquis iam praua opera a se exterius resecat: necesse est profecto, vt ad semetipsum rediens, solerter sese in mentis intentione discutiat: ne culpa, quam iam in actione non habet, adhuc in mente perduret. Quod enim vltimum est in constructione, primum est in corruptione. Quae duo si perfecte egerimus, ad Deum statim sine macula faciem leuamus. Interna quippe facies hominis mens est: in qua nimirum recognoscimus, vt ab auctore nostro diligamur: Quam faciem leuare, est in Deum In cog. tom. 1. f. 1 animam

In sinum. Macula.

Ecc. 47. Eccles. 31.

Apo. 14.

Grego. 10. moral. ca. 16.

Peccata.

Facies.

animam per sanctæ orationis studia attollere. Sed A eleuatam faciem macula inquinat: si mentem reatus sui conscientia accusat. Et infra cap. 17. Tunc ergo vere sine macula faciē leuamus, cum nec nos mala prohibita committimus, nec ea quæ in nobis à proximis commissa sunt, ex proprio zelo retinemus. Et hæc omnia breuiter tangens psal. d. *Qui in-greditur sine macula.* Sic enim cuiuslibet consilium Eccl. 3. Ne dederis maculam in gloria tua. Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi bonum faciamus, ideo subditur secunda pars iustitiæ. *Et operatur iustitiam.* Ad huius intelligentiam, notandum, quid proprie est iustitia, & quæ sit utilis. Iustitia enim à viris peritis sic diffinitur. Iustitia est cōstans & perpetua voluntas, ius suum vnicuique tribuens. Quæ diffinitio est bona, si bene intelligatur. nisi quia actus ponitur ibi pro habitu. omnis igitur virtus habitus est. Ponitur ergo voluntas ad ostendendū, quod actus iustitiæ debet esse voluntarius. Additur cōstans & perpetua, ad designandum habitus firmitatem, qui est de difficili mobilis. Et ista diffinitio est quasi eadem ei, quam ponit Philosophus. d. *Quod iustitia est habitus, secundum quem aliqui dicitur operari iustorum secundum electionem iusti.* Et ista iustitia multum est diligēda: quia multas virtutes continet: quoniam oppressa iustificat, obliqua rectificat, iurgia pacificat, bona dignificat, sancta multiplicat, in patria glorificat. Primo ergo iustitia oppressa iustificat. Ad hoc enim constituitur iudex, & portat gladium. 2. Cor. 6. Per arma iustitiæ. vnde. 2. rheto. Philosophus. d. quod homines putant illos iustos esse, qui non viuunt ab aliis, scilicet de rapina: imo opprimunt raptores. Exemplū Dionidæ piratæ ponit August. qui cum captus fuisset, & ductus ad Alexandrum, petiit ab eo Alexander: Cur mare infestas? Ille imperterritus respondit. Et quare tu opprimis mundum? Ego vocor latro: quia parua classe mare cōturbo. Tu verò, quia tanta acie totum mundum perturbas, vocaris imperator: me paupertas facit aliorū oppressorem & paucorum, sed te cupiditas multorum facit turbatorē. Miratus Alexander constantiam eius, dixit. Experiari an mutatio fortunæ te faciat meliorem. vnde ad hoc probandum, eum fecit militiæ asseribi: vt posset inde saluis legibus militare. Qui deinceps iustus effectus, malorum erat oppressor & iustorū defensor. Vnde de quolibet tali dicitur. Erit iustitia cingulum lumborum eius. Secūdo iustitia obliqua rectificat. vnde. 2. Rhetoricæ dicitur. Quod iustitia est virtus, per quam singuli habent quæ sua sunt. Et Antel. dicit, quod iustitia est reſtitutio voluntatis propter seipsam seruata. Exemplum de Traiano imperatore: qui cum ascendisset equum, vt iret ad bellum, quædam vidua ipsum interpellat, vt cōtra iustitiam sibi factum defendat. Qui respondit. Faciam cum rediero. Et illa. Si non redieris? Et ille. Successor meus faciet tibi. Et illa replicauit. Si successor tuus faciet, quid ad te, vel quid tibi proderit? Quod ille bene considerans, de equo descendit, & eidē fecit iustitiæ complementū. Ideo bene dicitur. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Ex hoc sequitur: quod defendens iustitiam propter lucrum, non est iustus, vt faciūt aduocati & procuratores: quia tales nō iustitiam, sed lucra diligunt: vt ostendit Gregorius. Tertio iustitia iurgia pacificat. Et ideo omnes diligūt iustos. vt dicitur. 2. Rheto. quia iurgia sedant & lites. Exemplum ponit Valerius li. 6. de Alexandro, Qui cum orta esset dissensio inter

Iustitia.

Philosophus. 5. ethicorū.

2. Cor. 6.

Alexander Pirata. Tyrannus. Rex.

Esai. 11.

Traianus.

Sapient. 1.

Grego. li. 9. Moral. 2. 14. Valerius. Alexander

ipsum & milites suos, elegerunt aliquos qui de hoc *Disfor-* cognoscere, & iuste condemnarent iniustum. *dia.* Quod cum illi in castrensi iudicio sententiam contra Alexandrum dedissent, Alexander gratum habuit, & iudicibus gratias egit: quia iustos esse probauit illos. Et hoc est quod in psal. dicitur. Iustitia & pax osculata sunt. Quarto iustitia bona dignificat. vnde Tullius. 1. Rheto. dicit, quod iustitia est habitus animi communi vtilitate seruata, vnicuique tribuens dignitatem. Et idem Tullius libro 1. de officiis dicit. Quod duo fuerunt præcepta Platonis, secundum iustitiam volentibus professe reipublicæ. Primum vt vtilitatem ciuium sic tuerentur, vt quæcunque agunt iudices ad iustitiam referant, oblitū commodorum suorum. Alterum præceptū, vt totum corpus rei publicæ curent: ne dum partē alteram tuerentur, alteram deserant. Et ad hoc facit scriptura dicens. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Quinto iustitia sancta multiplicat. Vnde Seneca in *Eccl. 30.* libro de quatuor virtutibus cardi. dicit. Quid est iustitia, nisi tacitæ naturæ conuentio in adiutoriū multorum adiuuenta? Vnde exempla multa ponuntur à doctoribus de illis, qui propter iustitiam ad multiplicationem reipublicæ, ita insudabant, quod de propria vtilitate nihil curabant. Vnde Augustinus narrat de Lucio Valerio, qui Consul moriens, adeo pauper fuit, vt de cōmuni sumptu traderetur sepultura. Et ideo dicitur. Si sequeris iustitiam, apprehendes illam, & indues illam quasi poderem honoris. Sexto iustitia in patria glorificat. Vnde Macrobius in principio somnij Scipionis ponit, quod pater Scipionis apparuit ei dicens. Iustitiam & pietatem cole: quæ iustitia cum sit magna hic in præsentia, maxima est in patria. Est enim via, qua itur ad cælum. Et ideo propter iustitiam multi appetebant mori: vt per iustitiam saluarentur: vt fuerunt omnes sancti. Et ideo dicit psal. Ego autē in iustitia apparebo in conspectu tuo. Ex quibus omnibus patet virtus iustitiæ, quam primo debet habere, volens vere de ecclesia Dei esse, vt dicit psal. hic, quod ille in tabernaculo ecclesiæ habitat, qui ingreditur sine macula & operatur iustitiam. Ideo dicitur. Iustitia & iudicium preparatio sedis tuæ.

Disfor-dia.

psal. 84. Tullius.

Eccl. 30. Seneca.

Augu. 15. de ciuita. Dei. Eccl. 27.

psal. 16.

psal. 88.

Hebr. 6.

1. Thes. 2.

Est se

Gal. 2.

psal. 118.

A. Reg. 20.

170.

Pro. 12. Pro. 16. 2. Esdra 3. Pro. 20.

171. 18. q. 7. h. c. di. nimis.

Malignus diabolus. psal. 5.

Iob 41.

Eccl. 1.

172.

Temperantia. Promissio adutui.

Est secundo veritas oris, quæ scilicet stat in verbo veritatis. Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. Et de hac veritate subdit, dicens. *Qui non egit dolum in lingua sua.* Dolus in lingua est, quando lingua cordi discordat, vt cū vnus dicitur, aliud habetur in pectore, contra quod psal. orabat. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis. Est tertio veritas operis, quando, scilicet, opera rationi concordant. Memento domine, quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto. Et de hac veritate, quæ stat in opere, sequitur.

**170. Nec fecit proximo suo malū, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.**

Qui enim proximo malum facit, non agit conformiter rationi, ideo veritate operis non habet. *Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos.* id est, temere vel libenter nō credidit criminari. Tales enim cōtra rationē naturæ faciūt, dū de aliis præsumunt, quod de seipsis alios præsumere nollēt. Et talis triplex veritas ab omnibus est seruanda propter multa. Primo, quia dat loquenti stabilitatē. Labiū veritatis firmissimū erit. Secundo dat penitenti securitatē, quia soluit peccati pretium. Veritate redimitur iniquitas. Tertio dat præstanti victoriam. Super omnia vincit veritas. Quarto dat principanti custodiam. Misericordia & veritas custodiunt regem.

**171. Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat.**

Hic consequenter ponit tertiam virtutem, quæ est fortitudo. Vbi nota, quod per malignū intelligitur nō solus diabolus, verum etiam quilibet alius homo malus. Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanent in iustis ante oculos tuos. Iste malignus magnam habet potestatem: vt de ipsius potestate dicatur. Non est potestas super terram, quæ cōparet ei. Et tamen hoc nō obstantē, quilibet bonus virtute fortitudinis ipsum superat & vineit. Et hoc est, quod de vera fortitudine dicit. *Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.* Sed quia hac tali virtute fortitudinis supra malignum nullus superbe debet eleuari, sed magis timori diuino subiici. Ideo subdit. *Timentes autem dominum glorificat.* quia vt habetur Eccl. 1. Timor domini gloria & gloriatio.

**172. Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam nō dedit vsuram: & munera super innocentem non accepit.**

Hic ponit quartā virtutē quæ est temperantia. Vbi nota q̄ temperantia large dicta nō solum ad victum pertinet, sed etiā ad promissā, ad mutuata & ad accepta, quæ hic notat. Primo quo ad temperantiam promissorū dicit. *Qui iurat proximo suo, & non decipit.* vnde hic iurare accipitur pro promittere, quæ promissio temperata debet esse, vt solū quis illa proximo promittat, quæ intēdit obseruare: vnde glo. Ille qui iurat proximo, nō nocet, sed subuenit. Ille ergo iurat proximo, qui aliqua firmiter sibi promittit. Et nō decipit, quia promissum reddit. Secūdo quo ad temperantiā accommodatorum dicit. *Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram.* Hoc ideo dicit q̄

mutuum gratum debet esse. Mutuū dare, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Etiam debet esse sine spe, vt sibi alias ab illo mutuetur. Si mutuum dederitis his, à quibus speratis accipere, quæ vobis gratia erit? Tertio quod ad temperantiam accipiendorum, dicit. *Et munera super innocentem non accepit.* Munera enim supra innocentem accipit, qui innocentis causam deprimit pro munere. Licitum est enim accipere munera. Nam & Christus munera recepit à Magis. Et quotidie pius oblationes à fidelibus recipit ecclesia, sed nō contra innocentes. Quod prohibetur Deut. 27. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animā sanguinis innocentis.

Luca 6. Luca 6.

Deut. 27.

173. Deut. 27. 1 omnis qui nō dicit.

174. 24 q. 1. qui us-gniat.

Ioan. 10. Titulus crucis.

Ioan. 11.

Ioan. 19.

**Qui facit hæc, non commouebitur in æternum.**

**PSAL. XV.**  
**Onserua me domine, quoniam speraui in te: dixi domino meo, Deus meus es tu: quoniam bonorum meorum non eges.**

Titulus huius psal. est. Tituli inscriptio ipsi Dauid. Hunc titulum Esdras spiritu prophetico præuidens futura accepit, non de veteri testamento, sed de nouo. Legitur enim quod crucifixo domino, Pilatus scripsit titulum & posuit super crucem eius, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Quem cum pontifices delere vellent, dicentes Pilato. Noli scribere rex Iudæorum, sed quia ipse dixit: rex sum Iudæorum. Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi. Ibi per Pilatum, non intelligentem quid diceret: Deo significante, quod regnum Christi per passionem eius humilitatem non infirmaretur, sed confirmaretur amplius. De quo regno hic agitur. De cuius confirmatione titulus Pilati immutatus, Pilato nesciente, intendebat. Sic & Cayphas, ipso tamen nesciente, quid diceret prophetis, quod Iesus moriturus erat pro Gente, quando dixit. Expediit vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Ideoque Esdras de inscriptione illius tituli scripti per Pilatum, quam futurā per spiritum sanctum præuidit, hunc Psal. intitulauit: ostendens quod in isto psal. agitur de regno Christi in illa inscriptione Pilati significato, d. *Tituli inscriptio ipsi Dauid.* Et est sensus. *Tituli inscriptio.* id est, victoria & regnum, quod tituli inscriptio notauit, attribuitur ipsi Dauid, vel conuenit ipsi Dauid. Non quidem illi Dauid carnali filio ipsius Isai, sed ipsi vero Dauid, id est Christo, qui est pulcher aspectu & manufortis secundum interpretationem nominis huius Dauid. De quo Dauid secundum hominem hic loquitur. Et nota, quod ille Christi titulus à quo iste psal. intitulatur, scilicet, Iesus Nazarenus rex Iudæorum, fuit scriptus in triplici lingua, scilicet, Græcè, Hebraicè, & Latinè. Tres enim erant in mundo tunc nationes maioris famæ & nominis, Hebræorum propter cultum vnius veri Dei, Græcorum propter scientiam mundi, Romani propter potentiam imperij. Et sic cæteræ nationes ad istas tres reducebantur. Ad ostendendum ergo quod Christus erat verus rex omnium cuiuscunque nationis essent: si veri Iudæi essent per fidem ipsum confitentem. Ideo titulus prædictus asserit ipsum fore regem Iudæorum in prædicta lingua, & aduer-te secundum Hieronymū super psal. 5. Eripe me Incog. tom. 1. f. 3. de ini

de inimicis, &c. quod triplex est titulus, scilicet memorialis, præconialis, & triumphalis. Titulus memorialis est, qui fit in alicuius rei memoriam, sicut est sculptura, vel scriptura facta super sepulchra mortuorum, vt scilicet, ipsorum memoria celebratur. Titulus præconialis est, qui scribitur in portis nobilitatis, vt domus Iulij, vel cognomina ciuitatis, vt ciuitas salis, vel Bononia pinguis, vel Bononia mater studiorum. Titulus triumphalis est, qui continet causam & ordinem triumphali alicuius & victoria. Et ideo, quia Christus in passione sua de diabolo triumphauit. Et iste titulus continet causam mortis Christi, quia, s. se Iudæorum regem dixerat secundum accusationem Iudæorum, ideo fuit crucifixus: & ideo iste titulus dicitur triumphalis. Intentio autem Psal. in isto psal. est omnes monere, vt nullus regno Christi, aut eius titulo contradicat. Ex prædictis patet, quod iste psal. quod etiam ad literam non intelligitur de Dauid, vt quidam dicunt, sed solum de Christo. Probatur. Nam Petrus Apostolus ad intelligendum scripturas per spiritum sanctum inspiratus, dixit hunc psal. ad literam intelligendum de Christo, & non de Dauid, ubi dicit, sic de Christo. *Quæ Deus suscitauit, solutus doloribus inferni, iuxta quod impossibile non erat.* Omnis enim creatura rationalis bonis alterius eget, vt Angeli bonis nostris pro ipsorum restauratione, homines principes egent subditis pro ipsorum seruitio, homines subditi indigent dominis pro ipsorum regimine, unde nullus est qui per seipsum solum viuere possit, etiam stante Dei influenza generali. Ille ergo rationis capax merito Deus dicitur, qui nullius alterius indiget bono. Ex hoc statim sequitur, quod sicut Deo nocere non possumus malis nostris, nec etiam bonis nostris possumus proficere sibi. Vnde Greg. istum versiculum pertractans super illo verbo Iob 22. *Quid ei prodest si iustus fueris, &c.* In omni quippe quod bene egimus, nosmetipsos non Deum iuamus: unde psal. ait: *Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Ipse enim vere nobis dominus qui & vtiq; Deus est, qui bono non indiget seruitutis, sed bonitate nobis cõsistit, quã recipit, vt oblata bonitas non ipsi, sed patri accipietibus & post reddentibus proficit. Nam ad iudicium dominus veniens, d. quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Mira hæc pietas loquitur ex suorum cõpassione membrorum. Et ipse nos per hoc, quod caput nostrum est, adiuvat: qui per bona nostra opera in suis membris adiuuatur. Et ideo dicit Iob 35. *Si peccaueris, quid ei nocebit? porro si iustus fueris, quid dabis ei? aut quid de manu tua recipiet? Homini enim quod similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.*

**S**anctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis.

Hic consequenter agit de Christi prædicatione, qua Christus mundo Deus demonstratur: ubi nota quod in Christo fuit voluntas moriendi pro nostra redemptione, resurgendi pro nostra spirituali resurrectione, ascensionis ad celos pro nostra glorificatione: quas voluntates suis prædicauit discipulis, d. Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis & tradetur eum Gentibus, &c. Et istas Christi voluntates mirificauit Deus pater sanctis qui sunt in terra eius. i. illis qui mente cõuersantur in caelis, & in terra viuentium, quæ terra Dei dicitur, quia ibi nostra glorificatur humanitas, & dicitur terra propter stabilitatem durationis. Talibus ergo sanctis mirificauit Deus Christi voluntates. i. miras ostendit, dum voluntates Christi prædicatas

ad cet, a diabolo fuit tētatus. In tētatione Deus illum cõseruauit, & liberauit a malis. Nō ergo orādo terrena petamus, quæ nō cõseruant, sed dissipāt mentem, sed vt gratiā suā Deus cõseruet in nobis dicētes, *Cõserua me domine, quod si fecerimus, tunc gratia hominē quasi pupillā cõseruabit.* Secūdo debet habere spem. Sicut enim spes infirmi habita in medico, ei sanitatē acquirit optatam, sic & spiritualiter spes in Deo habita, impetrat postulata. Et hanc nos in Deū habere docet Christus, dicēs: *Quoniam in te sperauit.* Licet enim in Christo nō fuerit spes, vt est virtus theologica, eo quod ab instanti suæ cõceptionis verē Deo fruebatur, & sic nō spem, sed rē possidebat. Tamen in Christo fuit spes gloriæ corporis, & immortalitatis ante suā resurrectionē: propter quod bene dicere Deo potest, *quoniam in te sperauit.* Sic & nos in Deū orādo sperare nos docet suo exēplo, d. Sperate in eo omnis cõgregatio populi, effundite corā illo corda vestra, &c. Tertio debet habere fidē. Postulet autem in fide nihil hæsitās. Et hæc nos Christus hic docet habere, d. *Dixi domino, Deus meus es tu.* Quia quilibet orās fide Deū credere debet omnium dominum. Et subdit rationē, quare credit Deū esse verū dominū. *Quoniam bonorum meorum non eges.* Omnis enim creatura rationalis bonis alterius eget, vt Angeli bonis nostris pro ipsorum restauratione, homines principes egent subditis pro ipsorum seruitio, homines subditi indigent dominis pro ipsorum regimine, unde nullus est qui per seipsum solum viuere possit, etiam stante Dei influenza generali. Ille ergo rationis capax merito Deus dicitur, qui nullius alterius indiget bono. Ex hoc statim sequitur, quod sicut Deo nocere non possumus malis nostris, nec etiam bonis nostris possumus proficere sibi. Vnde Greg. istum versiculum pertractans super illo verbo Iob 22. *Quid ei prodest si iustus fueris, &c.* In omni quippe quod bene egimus, nosmetipsos non Deum iuamus: unde psal. ait: *Dixi domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.* Ipse enim vere nobis dominus qui & vtiq; Deus est, qui bono non indiget seruitutis, sed bonitate nobis cõsistit, quã recipit, vt oblata bonitas non ipsi, sed patri accipietibus & post reddentibus proficit. Nam ad iudicium dominus veniens, d. quãdiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Mira hæc pietas loquitur ex suorum cõpassione membrorum. Et ipse nos per hoc, quod caput nostrum est, adiuvat: qui per bona nostra opera in suis membris adiuuatur. Et ideo dicit Iob 35. *Si peccaueris, quid ei nocebit? porro si iustus fueris, quid dabis ei? aut quid de manu tua recipiet? Homini enim quod similis tui est, nocebit impietas tua, & filium hominis adiuuabit iustitia tua.*

*Eccle. 33.*  
*Eccle. 29. Spes.*  
*Psal. 61.*  
*Iac. 1. Fidei.*  
*Deo nocere, proficere.*  
*Greg. 16. mor. c. 1.*  
*Iob 35.*  
*Mat. 20.*  
*Mat. 20.*

prædicatas hoies cõsiderantes ac obediētes, sunt de terrenis cõlestes, de filiis diaboli, filij Dei. Nōne mirificata fuerunt voluntates Christi in Apostolis quod exēplo voluntatis Christi, qui pro nobis voluit mori, ibat Apostoli gaudentes a conspectu cõsiliij, &c. Nōne in Petro quod mundum corde deserens solum cum Christo esse cupiebat. Dñe bonum est nos hic esse? Nonne in Paulo, quod voluntate Christi subito ex persecutore Christi factus est defensor. d. Dñe quid me vis facere? Et sic de aliis. Nonne in Gentibus, quado per Christi voluntatē deserentes idola ad Christum cõuersi fuerunt? Et quantum ad tales subdit mirum Christi voluntatis effectum. d.

**Multiplicatae sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.**

Per infirmitates. n. accipe peccata idololatriæ: quibus Gentes diuersis idolis seruiebant. vnde & in Hebræo hic habet. *Multiplicata sunt idola eorum: sed postea accelerauerunt.* quia. f. voluntate Christi per mundum prædicata, Gentes dimissis idolis, ad Christi fidem velociter cõcurrerunt. Iudæis in infirmitate sua pro maiori parte remanentibus, &c. Vel hoc etiam accipi potest de infirmitatibus corporalibus, & aduersitatibus, quæ multoties accelerare faciunt infirmum vel afflictum non solum ad medicum corporalem, sed etiam ad spirituale. i. ad verum Deum. vnde hic, d. gl. Vel de exteriori afflictione agit, quia sæpe aliqui ad Deum flagellantur, vt sanentur. Multi. n. sunt Dei prouisione salubriter afflictis, & postea mirabiliter ad Deum conuersi, & ad amorē Dei accensis, propter quod dicebat Apostolus. Virtus in infirmitate perficitur, libenter ergo gloriabor in infirmitatibus meis, vt in habitat in me virtus Christi.

**Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.**

Hic agit de Christi electione. qua. f. suos elegit, & in vnā fidē Ecclesiæ cõgregauit. Vbi notandum, quod ante Christum, quilibet secta tam Iudæorum quã Gentilium cõgregabatur sed sanguine animalium, quod in suis sacrificiis immolabatur. Sed Christo adueniente, cessauit animalium sanguis in cõgregationibus fidelium: quod non cõgregantur in vera Christi fide per sanguinem brutorum animalium, sed per fidem Christi sanguinis. & hoc est quod d. *Nō congregabo, &c.* vt sic cõstruatur. *Congregabo conuenticula eorum.* i. Gentilium & Iudæorum in vnā verā fidē, sed nō de sanguinibus. i. talē cõgregationē nō faciā de sanguinibus. i. per sanguinem brutorum animalium. Et sic hæc negatio, nō, refertur ad ly de sanguinibus, nō ad ly congregabo. Vel cõgregationē hic accipe pro finali iudicio in quo cõgregabuntur omnes gentes, tam boni, quam mali, & de illis faciet duo cõuenticula, vnū. f. bonorum ponet a dextris, aliud. f. malorum ponet a sinistris: primum præmiabit bonos, scdm donabit: sed nō de sanguinibus. i. nō præmiabit bonos de sanguinibus. i. propter sanguinem brutorum Deo oblatum, vt in antiqua lege, sed de operibus pietatis & miæ similiter nō dānabit malos de sanguinibus miæ neglectis, vnde subdit. *Nec memor ero nominum eorum per labia mea.* i. nominum ipsorum animalium vel sanguinum, quia labia Christi tunc nō dabunt sententiā bonorum vel malorum, noīando talia animalia vel sanguinem, sed solum opera miæ. Vel labia Christi sunt Apostoli & prædicatores, per quos non memoratur Dñs illa bruta animalia offerenda, vel ipsorum sanguinem, sed solum verā fidē & dilectionē per ipsas memoratur. i. ad nostri memoriā ducit.

**Dominus pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.**

Hic consequenter agit de Christi passione. Et primo ponit suā passionē. Scdm effectum suæ passionis: ibi. *Funes* Vbi primo notandum, quod per calicem in scriptura Christi passio intelligitur, vñ suā passionē noīe calicis notabat Christus. d. Pater trāteat a me calix iste. Sic & patri filiorum Zebedæi in persona filiorum dixit, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? vnde Hier. sup Mat. Calicem in scripturis passionē intelligimus, vt in ps. 115. Calicem salutatis accipiam. Et statim infert quod sit iste calix. d. Preciosa in conspectu Dñi mors scilicet eius. Sed forte quæris, quare calice significatur Christi passio? Rñdeo. Nā fm Catholicæ calix dicitur a calō, quod est lignum: & est calix quoddam generis poculorum, quod ex lignis fiebat: vel calix dicitur a caleo calices: quia solebat calidus & frigidus portione in calice misceri. Sic ergo quicquid accipitur calix pro vasculo ad bibendum: quicquid vero pro poculo in calice propinato. Quia igitur in vasculo ligneo crucis Christi potio calida & frigida simul fuit sibi propinata: quia dederunt ei bibere vinum myrrhatum, quod est calidum, & acerum quod est frigidum. ideo ipsa Christi passio calice significatur. Ut notandum quod hæditas Christi sunt fideles ad ipsius fidem cõuersi. Postula a me, & dabo tibi gētes hæreditatis. Et sic est sensus. *Dominus est pars. i. portio hæreditatis meæ. i. fidelium.* Et dicit pars quia alia est pars fidelium, alia dānatorum, vt. f. dicitur: pars quæ puenit ad fideles, quæ sunt hæditas mea est Dñs. quod. fm gl. Eligant tibi alii alia quibus fruatur: pars autem mei & scilicet meorum Deus est. Et si quærat, quod gētes sunt hæditas tua? Rñdet, Quia vigore calicis mei. i. pro morte & passionē meā istā hæditatē mihi acquisiui, & sic illa hæditas est calicis mei. i. pro calicem meæ passionis acquisita. Sequitur, *Tu es qui restitues hæditatē meā mihi.* Vbi sciendum quod hæditas quicquid accipit etiam per æterna gloria ad quā factus fuit hō. Bñdictus Deus qui regenerauit nos in hæditatē cõseruatā in caelis. Itā hæditatē perdidit humanum genus peccato: sed eisdem per Christi passionē est restituta: & sic Christus personā suorum fidelium in se assumens. d. *Tu es qui restitues hæditatē meā mihi.* i. fidelibus meis, vel secundum gl. Vel hæditate dicit gloriā immortalitatis quā in Adā perdidimus, quæ Christo in sua resurrectione restituta est & nobis in nostra resurrectione restituetur.

**Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæditas mea præclara est mihi.**

Hic consequenter notat effectus sui calicis vel passionis qui fuerunt tres. f. efficacia sapientiæ in principio, notitia experientiæ, ibi. *Benedicā Dominum.* constantia patientiæ, ibi. *Prouidebā Dominum.* Quārum ad efficaciam sapientiæ & illuminationis dicitur. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Vbi nota, quod per funes intelliguntur sortes & limites consignati, vnde in libro Iosue. Sortes portiones decem tribuum eis Iosue. cõsignatæ, frequenter funes vel funiculi dicuntur & sic partes aliquibus cõsignatæ funes dicuntur. Et quia Apostoli virtute Christi passionis fuerunt ad prædicandū illuminati: qui per sortes distinctas missi fuerunt per mundum, vt Petrus sortē habuit Italiæ: Mattheus Ethiopiam &c. ideo de ipsis funibus vel fortibus Apostolorum. d. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Quia forte ceciderunt in Apostolis, qui spiritu sancto illuminati, clari erant. Et ab istis Ecclesia, quæ est Christi hæditas, fuit in fide illuminata, & hoc

*Mat. 26.*  
*Mat. 20.*  
*Calix.*  
*Passio.*  
*Psal. 2.*  
*hæditas.*  
*1. Pet. 10.*  
*Funes.*



notans. d. *Etenim hereditas mea preclara est mihi. s. praedicatio Apostolorum est fide illuminata.*

**180** **Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsq; ad noctem increpauerunt me renes mei.**

*Hic ponitur alius effectus passionis qui est notitia experientiae: quia uis. n. Christus ante passionem omnem cognitionem haberet, tñ nō oīm habebat experientiam sed per suā passionē patientiae didicit experientiam sic. n. loquitur Apostolus. De Christo dedit ex his &c. Et de hoc Christus patri gratias agens. d. *Benedicā dñm qui tribuit mihi intellectum insuper. i. intellectū sup intellectū, cognitionē. s. experientia sup cognitionem notitiae. Et quomodo habuit talē intellectum experientiae subdit. Et usque ad noctem increpauerunt me renes mei. per noctem accipe mortem. Venit nox. in qua nemo potest operari: per renes accipe carnem: per increpare accipe erudire: & sic est sensus secundum gl. *Vsque ad noctem increpauerunt me renes mei. i. vsque ad noctē erudiuit me inferior pars mea. s. carnis assumptio, vt experiret tenebras mortalitatis, quas ante expertus non fueram.***

**181** **Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quonia a dextris est mihi ne commouear. Propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.**

*Hic ponitur alius effectus Christi passionis quae fuit constantia patientiae. Christus .n. ab instati lux coceptionis clare videbat Deum, & vnitus hypostaticē erat Deo. Impossibile est autē q; beatus habens Deum in conspectu suo semper, & vnitus Deo hypostaticē commoueat per impatientiam. Sic igitur Christus in passione constantia patientiae habuit quia Deū clare videbat. Et Deo erat vnitus hypostaticē. & hoc est qd. d. *Prouidebā Dominū in conspectu meo semper, quia semper Deo fruebatur. Et ideo a dextris est mihi ne commouear. i. dextera suae potētie me protegit, ne commouear per impatientiam. Et non solum in passione non fuit turbatus, immo etiā fuit summo gaudio repletus: & hoc est quod d. *Propter hoc dilatatum est cor meū. s. quia habeo Deum in conspectu meo semper, & quia ipse est a dextris meis: & nō solum in corde sed in verbis, qñ. s. vidit redēptionē humani generis cōpletā, dixit. Consummatū est. O cū quāta exultatione credis Christū illud verbum dixisse, qñ vidit finē intentū oīs suae peregrinationis, tentationis, praedicationis, oīs suae sanctae operationis aduenisse: & quantū ad hoc d. *Et exultabū lingua mea. Hae est. n. plena letitia, quae corde hilari percipitur & alacri sermone profertur. Et non solum cor & lingua exultabunt, sed etiā caro expectans gloriam resurrectionis, quod notans d. *Et caro mea requiescet. s. in sepulchro, in spe scilicet resurrectionis.*****

**192** **Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.**

*Hic cōsequēter agit de Christi resurrectione. In morte. n. Christi aīa separa fuit a corpore, qā aīa ad infernū descendit, sed scdm eius corpus māsit in sepulchro sicut & ceterorū ad tps. Sed nec aīa more aliorū diu in inferno māsit, nec scdm eius corpus in sepulchro fuit incineratū p corruptionē. Et hoc est qd Christus. d. *Iō letatum est cor meū, & exultauit**

*Christus. beatus.*

*Passio. carnis.*

*Ioan. 19*

*Christus. infirmus. 18 q. 7. hoc dicitur.*

**A** lingua mea. *Quonia non derelinques animam meam in inferno. i. in limbo scdm patrū, vbi aīa Christi fuit solū p nouē & triginta horas. sab hora nona feriae sextae, in qua spm emisit, vsq; ad diluculū die dñicae, qñ. s. p resurrectionē corpori fuit reunita. *Nec dabis sanctum tuum videre corruptionē. i. nō permittes corpus meū immaculatum, per corruptionem incinerari.**

**Notas mihi fecisti vias vitae, adimplebis me letitia cū vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.**

*Hic agit de Christi ascensione. Vbi nota, q; sicut via mortis est supbia, sic via vitae, q; ducit ad caelū est humilitas. Et hāc viā Christus p experientia didicit, qñ exinanituit semetipm factus obediēs vsq; ad mortē crucis: pp qd & Deus exaltauit illum. s. in coelū assumēdo, & hoc est quod d. *Notas mihi fecisti vias vitae. s. humilitatis p experientia: pp quā humilitatē adimplebis me letitia cū vultu tuo. s. ad caelū assumēdo ad dexterā tuā, vbi est omnis delectatio: & ideo subdit. *Delectationes in dextera tua vsque in finem. q. d. letitia & exultatio mihi erit sedendo ad dexteram tuam, dum humanis obtinuitibus substractus fuero. Et hoc vsque in finem, id est in aeternum.***

**PSAL. XVI.** **A**udi Domine iustitiam meam, intende deprecationem meam.

*Titulus istius ps est Oratio Dauid. Notādū q; pprie loquendo, ista oīo nō est pla. quia ps. d. a plalendo publice vel cū instrumento, quod p salterū d. f. ista autē oīo facta a Dauid, fuit in secreta facta ab ipso, & ps. pprie nō d. f. sed quodamō lar ge sumendo d. f. ps. f. itē notandū q; cū in titulo dicitur. *Oratio dauid. s. Dauid cū sit nomē indeclinabile pot esse casus grī & datiu: si sit casus genitiui tūc est sensus. ista oīo est ipsius Dauid. s. sicut auctoris quia ipsam fecit: si autē sit casus datiu, tūc est sensus. ista oīo est Dauid. i. ipi Dauid. s. Christo attributa: qm in isto psal. Christus orat fm hominē, ad iūcta sibi voce corporis sui qd est ecclesia. Orat autē hic Christus nō pro sua rñ salute. sed pro nostra necessitate. Christi. n. oratio est fidelū instructio. Vñ sicut Christus stendo Lazarū, nos charitatem proximi & compassionem docuit habere, persecutores fugiendo, nos docuit temeritatis audaciam declinare: ita orando nobis formam proposuit orandi. Est ergo sensus tituli. *Oratio Dauid. i. iste ps. vel oīo cōpetit psonae Christi, adiuncta sibi ecclesia, q; est corpus eius. Et fm istū sensum ps. iste diuiditur in tres ptes, qā Christus primo suā ofonem iustificat. Scdo suā postulationē explicat, sibi. *Ego clamaui. Ter tio oīs retribui iuste postulabat, sibi. *Exurge Domine. In prima ergo parte Christus suā ofonē iustificat. i. ostendit esse iustā. Vbi nota q; ad iustificationē ofonis multa requiruntur, q; hic ponunt secūdū q; ista ps diuidit. Nā oīo primo debet esse iusta ex postulatōis sanctimoniam. Scdo debet esse vera oīs duplicitate nescia, sibi. *Auribus percipe orationem meā. Tertio debet esse aequa diuinā voluntati cōsona, sibi *De vultu tuo. Quarto debet esse firma stabilitatis permanētia sibi, *Probaui cor meum. Quinto debet esse grata charitatis amicitia, sibi, *Per sic gressus meos. Primo ergo oīo debet esse iusta, & c. i. facta ab hoīe iusto scimus. n. q; peccatores Deus nō exaudit. ppter qd d. Prou. 15. *Lōge ab impiis dñs: & ofones iustorū exaudit. Hoc ostēdit Christus orās se hēc cū d. *Exaudi dñe iustitia meā. Vñ gl. iustitia. n. locū hēt apud Deū, q; penetrat***********

*Christus. beatus.*

*Passio. carnis.*

*Ioan. 19*

*Christus. infirmus. 18 q. 7. hoc dicitur.*

*180 de con. di. i. quando autem.*

*Oratio.*

*Ioan. 9. Prou. 15.*

*Questio. Oratio. Iustus.*

penetrat caelum. Sed hic est vnū dubium, vtrum aut iustus orare Deum debeat: & videtur q; nō: quia aut sua oratione petit a Deo qd Deus facer e disposuit, & tunc illa oratio est superflua. aut petit quae Deus non facere disposuit: & sic iniuste & contra Dei voluntatē petit. Ad oppositū vero est Plal. iste: in quo Christus iustus orans iustos docet orare. Respondeo q; sic. Vbi notandum q; vtr iustus orando nō intendit Dei ordinationē mutare, sed magis oratione instare, vt cōpleatur. Deus. n. sic ordinauit vt ea quae sunt nobis necessaria, tribueret median- tibus orationibus nostris. Igitur cū Deū oramus, non intendimus illum mutare, nec ad nos ipsam inclinare: sed magis nos ad Deum eleuare, & nostram voluntatē suo beneplacito cōformare. & hoc declarat Dionys. sub duobus exemplis. Primū est q; imaginatur vnā catenam a caelo in caelo pendētē vbi si manibus applicatis vellemus eam de caelo trahere ad terrā eam descenderē nō faceremus: sed nos per eam ad caelū magis ascenderemus. sic in proposito est de oratione. Scdm exemplum est. Si essemus in nauī existenti in aqua, & teneremus funes fortes extensos ab vna ripa ad aliam: si traheremus funes, non moueremus nec traheremus ripam ad nos: sed potius nos cum nauī traheremus ad ripam. Sic est cū oramus, nō trahimus Deum ad nostram voluntatem: sed magis nostram trahimus ad suam. Ex quibus patet, q; tota intentio orantis debet esse, vt suam voluntatem cōformet diuinā: nō vt Dei voluntatē ad suam inclinet. Impossibile est. n. orationibus quibuscūq; Dei voluntatē mutare: sententiā. n. Dei quae stat in signis exterioribus mutare possumus, sicut sententiā per Deū de morte Ezechiae datam. s. dispone domui tuae &c. Bene mutat orationibus suis Ezechias, sed non voluntatem: immo voluntas Dei ab aeterno fuit: quod vt sic orationibus sententiā illā mutaret. & hoc est quod dicitur Iob. 23. & nemo potest auertere cogitationes eius quod verbum opponens Grego. d. Sicut. n. Deus immutabilis est natura, ita est immutabilis cogitatione & voluntate: cogitationem quippe eius nullus auertit: quia nemo resistere oē cultis eius iudiciis p̄ualer. Nā & si fuerunt quidā qui orationibus suis eius cogitationē vel voluntatem auertisse viderentur: ita fuit interna eius cogitatio & voluntas, vt sententiā illius auertere deprecando potuissent, & ab ipso acciperent, quod agerent apud ipsum. Dicat ergo, & nemo potest auertere cogitationes eius: quia semel fixa diuina iudicia ne quaquā mutari possunt, vnde scriptū est. Pr̄ceptū posuit & nō p̄teribit. Orando ergo nos mutamur: quia nostra crescit iustitia, nō Deū mutamus. Dicat ergo Christus in nostrū exemplū. *Exaudi Domine iustitiam meam. exauditur. n. iustitia cū augetur. Et si Christi iustitia in seipso augeri non poterat: tñ augetur in nobis. *Intende deprecationem meam. Intendit. n. illū Deus: quē oculo suae misericordiae respiciens exaudit. vnde sic orans Psal. d. *Intende voci orationis meae: rex meus & Deus meus.***

*Dionys. de di. no. 63.*

*Notacom paratio. us.*

*Iob. 23. Greg. 16. mor. c. 18*

*psal. 148.*

*psal. 5.*

*185 de conse. di. 5. non mediocri- ter. Labia dolosa.*

*Mat. 15.*

rat cor autē eorū lōge est a me: sine causa autē con- sult me. i. tales erant frustra. Et q; in pcedenti versiculo postulabat suam deprecationem exaudit. d. *Intende deprecationem meam. nunc autē suā ofonē. quod ideo facit, qm differt deprecatio ab oratione: quia de precatō est de malis amouendis & cauendis: ofō vero de bonis impetrandis. Et quia prius extirpāda sunt vitia, & cōsequenter inferēde virtutes, ideo nō immerito deprecationem praemisit ofōni. Hic nota q; in scriptura multiplicia reperiuntur labia: quaedā bona & habenda, & quaedā mala & fugienda. Primo ergo sunt quaedā bona labia: & ista sunt multiplicia. s. labia discreta, cōtra verborū temeritatē. In labiis sapientis inuenitur sapientia. labia bona dēsta cōtra verborū superfluitatē. Disciplina labia tua cōseruent. labia honesta, cōtra verborū inhonestatē. Qui diligit cordis manditiā propter grām labiorū, habebit amicū regē. labia iusta, cōtra verborū iniquitatē. Exultabunt renes mei: cum locuta fuerunt testa labia mea. Sunt etiā alia labia mala & fugienda. Labia detrahentia, cōtra charitatē. Re moue a te os prauū: & labia detrahentia sint peul a te. Labia mendacia cōtra veritatē. Abominatio est Dño labia mendacia. labia cōtendentia, cōtra pacis vnitatē. Labia stulti immiscent se cōtumeliis: & os eius iurgia pronocat. Labia dolosa, cōtra pacis vnitatem. Et ista sunt, q; orationis exauditionem impediunt cōtra q; nūc orat Christus dicens. *Auribus percipe orationem meam, non in labiis dolosis.**

**De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant aequitatem.**

*Hic ostenditur q; oratio debet esse diuinā voluntati consona, s. vt illa solum petamus, quae diuinā voluntati conformantur. Et hoc sic ostendit Christus orans, vt iudicium suum. s. quo iudicatus fuit: procedat a voluntate diuina dicens. *De vultu tuo iudicium meum prodeat. Vultus enim voluntatē significat, quia sicut nos vultum principaliter respicimus quā cetera membra: sic & Deus vota nostra magis aspiciat quā facta: & sic vultus Dei est voluntas Dei: per quā aliquos respicit adiuuando. Psal. *Adiuuabit eam Deus vultu suo, & aliquos dānando. Psal. Vultus autē Dñi super facientes mala. Modo iudicium Christi. i. mors & passio fuit opus Dei, & opus Iudaeorū: & voluntas Dei & Iudaeorū. Volūtas fuit Dei, qui voluit ipsam pati pro salute nostra. Volūtas Iudaeorū, qui inuidia moti voluerunt ipsam mori. In quantū vero est voluntas Dei, Christus illi se conformauit: quia & voluntariē pro nobis est passus. ipso. d. *Nemo tollit animā meam a me: sed ego pono eam. In quantū vero fuit opus Iudaeorum fuit difformis diuinā voluntati & demeritorium. orat ergo Christus vt iudicium suum quo charitate pro nobis voluit pati sit conforme voluntati patris. d. *De vultu tuo iudicium meum prodeat. vt autem est opus Iudaeorum aequitate iudicetur. d. *Oculi tui videant aequitatem vnde gl. *De vultu tuo iudicium meum prodeat. id est, produisse videatur. i. vt in ipso voluntas mea tua conformetur. & non secundum dispositionem & voluntatem Iudaeorum ne. s. illis conformer. *Oculi tui videant aequitatem. vt. s. ex illo iudicio mihi qui sum cōformis remediū conferas saluationis. i. meis. Iudaei autem supplicium damnationis: quia sunt vultui tuo. id est voluntati difformes.********

**Probaui cor meū & visitasti nocte: gne me examinasti: & non est inuen-**

*186*

*Oratio. Vultus. Voluntas.*

*psal. 44. psal. 33. Passio Christi.*

*Ioan. 10.*

*187 de conse. di. 2. est in premisiss.*

ta in me iniquitas.

Oratio. Hic quarto ostendit, qd oratio debet esse pura syn-  
ceritatis innocetia. pp quod dicitur. Volo viros ora-  
re leuantes manus puras, &c. Nec mirum qm peccati  
immundicia phibet ofone exaudiri. Ela. 1. Cum  
multiplicaueris orationes vestras no exaudia: ma-  
nus. n. vestrae polluta sunt sanguine. vñ sicut impu-  
ritas oratis diffidentia dat impetrationis, sic & per  
oppositu mudicia cofidentia pstat exauditionis. qd  
ostendens Greg. d. Aspei fiducia mes ptinus fragitur:  
si inteta orationibus nec du deuicta culpa memoria  
mordetur. Diffidit naq; se posse accipere, qd ap-  
petit, qui rem imiscitur se adhuc nolle facere, quod  
diuinitus audivit. hinc per Io. dicitur si cor nostru  
no reprehendit nos fiducia habemus apud Deu quic-  
quid petierimus, ab eo accipim. Hinc Salomō ait.  
Qui auertit aurem suam ne audiat legē: oratio eius  
erit execrabilis. Cor quippe nos in petitione repre-  
hendit: cum resistere se pceptis eius que postula-  
mus, meminit. & oratio fit execrabilis, cum a cēsu-  
ra auertitur legis. quia dignum pfecto est: vt illius  
beneficiis sit quisq; extraneus cuius in sibi: bus no  
vult esse subiectus. Quia in re hoc est salubre reme-  
dium, vt cum se mens ex memoria reprehendit cul-  
pa, hoc prius in oratione defleat, quod errauit, qua  
tenus erroris macula sletibus tergitur, in petitiōe  
sua cordis facies ab auctore mūda videatur. Ex qui  
bus apparet propositum. s. quod oratio debet esse  
munda: sed quid magis muncat & purgat orantē,  
quām ignis tribulationis; qui mentē purgat, sicut  
metalla ignis fornacis: q si rubiginē repetit, ipsam  
cōsummit, si autē puritatē, ipsam cōseruat. Volens  
ergo Christus ostendere puritatē in oratione ne-  
cessaria esse: seipsum dicit ignē probatū & inuentū  
sine macula. d. probasti cor meū &c. vñ gl. pbasti cor  
meum &c. s. visitatione tribulationis & passionis: q  
nox dicitur & ignis, nox, quia tui bar: ignis, quia ex-  
urit. vñ subdit. *Igne me examinasti.* hoc dicit ad si-  
militudinem fornacis, quæ metalla purgat, &c.

188. Vt non loquatur os meum opera  
hominum: propter verba laborum  
tuorum ego custodiui vias duras.

Leo. Iste enim versus est quasi explicatiuus præce-  
denti: quia hic explicat quo igne fuerit ipse  
Christus examinatus. scilicet igne mortalitatis &  
passionis: qui per vias duras significatur. Vnde. d.  
ad. vers. 1. *Vt no loquatur os meū opera hominū.* q. d. Sic fuit pbatus  
& examinatus: vt nihil aliud loquar, nisi q ad lau-  
dem tuam Deus sunt, & gloriam: no autē quæ ad  
laudem operum hominum: quæ faciunt præter vo-  
luntatem tuam. i. nihil nisi bonum locutus sum. Et  
quia nolui loqui opera hominum. s. laudādo opera  
Scribarum & Phariseorum, quæ erant vitiosa: sed  
magis volui loqui & obseruare verba tua. ideo su-  
stinui vias duras: vt sit sensus. *Non loquatur os meū  
opera hominū,* ipsa laudando: sed potius volui sustine-  
re vias duras. i. mortalitatis & passionis. Vel secundū  
aliam literam. *Ego custodiui vias latronis.* i. quod latro  
merito sustinuit: ego immerito, & hoc totum susti-  
nui. *Propter verba laborum tuorum.* s. complenda. i. vt  
cōplentur verba laborum tuorum. i. quæ per Pro-  
phetas qui erant labia tua de mea passione pdidi-  
sti. Sic em loqbatur Iesus: qm in horto vt latro fuit  
captus. d. Tanquā ad latronē existis &c. Sequitur.  
Hoc autē torū factum est vt implerentur scriptu-  
ræ Prophetarum. quod ergo ibi. d. scripturæ Pro-

A phetarum: hic. d. verba laborum tuorum.

Perfice gressus meos in semitis tuis:  
vt non moucantur vestigia mea.

189  
de pe. dist  
2. si quis.  
Oratio. Charitas  
via.  
psal. 36.  
Semita.  
Esa. 2.  
Rom. 8.  
Hic cōsequenter quinto ostendit, qd oratio debet  
esse grata per charitatem: per gressus. n. quibus  
rendimus corporaliter virtutes accipe, quibus aia  
ad Deum graditur. de quibus Psal. 36. Apud dnm  
gressus hominis dirigetur. & viam eius volet. per se-  
mitam vero, q est via breuis, charitatem accipe: q  
velocius ceteris virtutibus ducit ad vitā. Ista sunt  
semite charitatis, quas Christus dedicabat. de quib-  
us Esa. 2. dicitur. Docebit nos vias suas, & ambula-  
bimus in semitis eius. volens ergo Christus ostend-  
ere orationem cum charitate debere fieri. in pso-  
na suorum patrem orat. d. *Perfice gressus meos in semi-  
tis tuis.* i. oēs virtutes meas & actiones in charitate  
perfice. vñc gl. *Ideo custodiui vias duras.* vt perficiatur  
charitas Ecclesie. q. s. vestigia mea sequs per chari-  
tatem ambulabat, no vias latas, q ducunt ad mortē  
sed charitatis semitas, q ducunt ad vitam. Et nota  
qd quāuis charitas dilatetur ad proximum: tamē vo-  
catur semita q est via stricta. qa multa arcta & aspe-  
ra charitatis amor ppter Deum & proximum ag-  
gredi facit. & quia gressus in charitate fundati sunt  
stabilem dicente Apostolo. Quis nos separabit a cha-  
rite Christi: tribulatio, an angustia, an fames, an gla-  
dius &c. & cōcludit certus sum. n. q neq; mors, ne-  
q; vita &c. neq; creatura alia poterit nos separare a  
charitate Christi. Ideo iste orās in charitate perfici  
suos gressus qrit: vt stabilis permanens a Deo sepa-  
rari nō possit. & hoc est quod subdit. *vt non mouean-  
tur vestigia mea.* vestigia. i. exēplū virtutū mearū: quæ  
in electis fixa pmanēt & pmanebant in æternum.

190.  
Vnde conse-  
dit. qm  
do autē.  
Ego clamaui, quoniam exaudisti  
me Deus: inclina aurem tuam mihi, &  
exaudi verba mea.

Hæc est secunda pars principalis, in qua Chri-  
stus postulationē suam explicat. n. ostendit in spe-  
ciali, quid orando a patre petat. & diuiditur in par-  
tes tres. Quia Christus primo patri grās agit de sua  
exauditione. Secūdo patris adiutoriū petit pro sua li-  
beratione: tibi. *Misericordia misit in tuas.* Tertio ho-  
stis malitiam ponit de sua persecutione: tibi. *Inimici  
mei animā meā circumdederunt.* Primo ergo patri gra-  
tias agit, quia exaudiuit eū. d. *Ego clamaui, quoniam  
exaudisti me.* Ois. n. Christi oratio fuit exaudita. vt o-  
stendit magister. ppter quod & ipse Christus patri  
orās. d. *Pater gratias ago tibi, qm audisti me, ego. n.  
sciebam qm semper me audis.* Dicat ergo Christus  
patri. *Ego clamaui, quoniam exaudisti me.* quia certissi-  
me me exaudiendū sciebā, & attende, quod hic ly  
quoniam pot referri ad ly *clamaui.* & tunc est sensus,  
quod causa clamoris fuit exaudito, vel pot referri  
ad ly *exaudisti me.* & tūc est sensus q cā exauditionis  
fuit oratio. Et vtroq; mō rerū est, qm Deus sua gra-  
tia puenit clamorē nostræ orationis, inspirādo vo-  
luntatē orādī: & sic antequā clamemus, nos exau-  
dit, inspirando voluntatē orādī. & tūc ly *quoniam* refer-  
tur ad ly *exaudisti,* Deus etiā ofone sua grā psequitur  
cōcedēdo postulata. & tū ly *quoniam* referat ly *clama-  
ui.* i. quia clamaui exaudisti me. Vñc sicut Chri-  
stus in omni oratione fuerat exauditus: ita pro mē-  
bris suis infuturū exaudiri postulat. d. *Inclina aurem  
tuam mihi & exaudi verba mea.* In hoc quod dicit  
inclina

Oratio  
Christi.  
Exaudi.  
rc.  
Iudith. 8  
Quisq;  
Ioan. 17.  
Luc. 21.  
Ioan. 8.  
Calix.  
passio  
Christi.  
Leo.  
D  
E  
inclina. ostendit qd oratē oportet humilē esse & bassū  
hoc. n. no inclinat aurē. vt audiat altū hominē, sed  
parū & bassū. per hoc ergo mystice denotatur.  
qd humilitas orationē facit exaudiri. Iudith. 8. humi-  
liū & mansuetorū tibi semper placuit deprecario.  
Sed hic est dubiū, vtrū omnis oratio Christi fuerit  
exaudita. videtur quōd non. Primo, quia Christus  
orauit pro suis Apostolis, vt seruarentur a malo. Et  
tamē multa mala & etiā mortem passi fuerūt. Item  
Christus rogauit patrem: vt calix suæ passionis tran-  
siret ab eo: quē tū potauit. Itē nō omnis oratio iu-  
storū exauditur: igitur nec omnis ofo Christi: pater  
cōsequētia. quā ois ofo iustorū est Christus, qa vnū  
sunt cū Christo. Ad oppositū est iste versus. *Ego cla-  
maui, quoniam exaudisti me.* Respōdeo. q ois Christi  
ofō fuit exaudita: patet quia cū oia nuda sint, & a-  
perta oculis eius, omnia videbat, quæ Deus: & sic  
sciebat omnia quæ Deo sunt placita, & quæ nō. cū  
ergo ofonibus suis nō discordaret volūtati patris  
ipio dicēte, quæ placita sunt ei, facio semper. sequit-  
ur q in oibus fuit exauditus. Nūc ad argumenta.  
Ad primū dicēdū qd patrē rogauit pro Apstls vt eos  
seruaret a malo culpæ, nō autē a malo pœnæ: & sic  
factū fuit. Ad fm dñi, qd Christus nō rogauit vt Pet-  
rus nō deficeret a fide: sed ne fides Petri deficeret,  
q nunquā defecit: etiā si ad tps Petr' ab ea defecit.  
Ad tertū quo dicitur, qd Christus rogauit, vt calix  
suæ passionis transiret ab eo: qd tñ nō obtinuit: dñs  
qd obtinuit, qd orauit. Vñc nota quōd ille passus  
Christi ofonis a doctoribus multipliciter exponit.  
Primo, quōd in Christo erat duplex affectus. s. car-  
nalis sensualitatis, & rōnalsi volūtatis: primo mor-  
tē fugiebat sicut ceteri hoīes, sed o iam desideraba-  
bat: & quia oratio magis pcedit ab affectione rō-  
nalsi, si sit deuotē regulata: iō Christi ofo fuit exau-  
dita. vñ dixit. Transeat a me calix iste: quo ad affe-  
ctiōnē carnis. Et quātū ad affectiōnē superiorē rō-  
nalsi subdit. Verū tamē, nō qd ego volo, sed qd tu. per  
hoc instrues nos: vt quātū possumus sine peccato  
mortē fugiamus: si autem nō possumus, humiliter  
nrām volūtātē subiciamus diuine. Vñ Leo pa. in  
sermone de passione. d. *Hæc vox trāseat a me &c.*  
Oēs fideles instruit, oēs cōformes accēdit, oēs mar-  
tyres coronat. Nā quis mūdi odia, quis tētationū  
turbines, quis postē psecutorū superare terrores,  
nisi Christus in omnibus & pro omnibus dceret.  
Transeat a me calix iste. verū tñ non qd ego volo:  
Discat hanc vocē oēs Ecclesie filij: vt cū aduersitas  
alicuius violentiæ tentationis incūbit: superato car-  
nis timore, formido fiduciā accipiat: & tolerantia  
subeat passionis. Secūdo sic. Transeat a me calix iste.  
Nō quidem, nō vt oia nō veniāt: sed vt nō diu du-  
rent. Tertio sic. Transeat a me &c. i. a meis. s. iudais  
calix iste. s. pētā illatæ passionis, vt. s. nō remaneāt  
in eo finaliter: sed p pœnitentiā finaliter deleat Ex  
quibus omnibus patet ipsum exauditum fuisse. Ad  
quartū autē quo dñs, quōd omnis ofo iustorū exaudi-  
tur. Rñdet. quōd cū omnis ofo iustorū sit iusta, ex-  
auditur a Deo dādo qd petit: vel melius quā peti-  
tur. vt qñ Paulus orauit. p ablatione stimuli carnis  
melius obtinuit quā peteret. s. cōseruationem græ.  
Ex isto dubitatur, an votum faciens, aliquid licitū  
a Deo postulatū si illud nō obtinet quod promisit  
adimplere teneatur. & videtur quōd sic. quia & si  
nō obtinet quod petit obtinet tñ aliquid melius.  
¶ Quia igitur in tota parte præcedenti actum est de  
Christi oratione: quia nos docet orare. Ideo p nrā  
exauditione noto quōd Christi ofo est. Scutum nrā

A defensionis, Nunciis nræ legationis. Redditus nræ  
subuentionis. Primo est scutum nræ defensionis,  
qm sicut scutum a telis aduersis ptegit, & sic ora-  
tio Christi ab insidijs diaboli nos defendit. vñ pa-  
trem pro suis orauit. d. Pater p eis rogo quos dedi-  
sti mihi: vt serues eos a malo. s. culpæ. Narrat histo-  
ria Britonum, quōd rex Arthus illustris depictā ha-  
buit infra scutum imaginem virginis in brachijs fi-  
lium baiulantem: ad hanc autem imaginem quos  
ties in belli pressura incipiebat fatigari, respiciebat  
ex cuius intuitu vires resumebat, & quasi potens  
efficiebatur. vñ illud scutum interius præscina vo-  
cabatur. Moraliter ad propositum isto modo scutu  
nræ orationis debet ordinari: vt infra habeat glo-  
riof: virginis imaginem. s. n. rectē imagine in in-  
teriori parte ipsa videbitur quasi scutum nostram  
ofonem assumere & suo p̄sentare filio. Nā quid-  
quid offert illa necessario est acceptum. vñ. d. Ber-  
super missus. certe frater quicquid offerre paras Ma-  
riæ cōmendare memento, vt ex eodem aluco ad lar-  
gitorem gratiæ gratia redeat quo influxit. Duo igitur  
sunt q orationē nostrā cōplere debent. s. Christi  
& Maria dicunt. n. Grāmatici quōd duæ sunt  
principales orationis partes. s. nomen & verbū. In-  
ter q differentia talis datur, quia nomen significat  
substantiā cum qualitate sine tpe, verbū autem  
significat personā agere vel pati cum tpe. de natura  
nominis est reddere suppositum verbo: & de natu-  
ra verbi est regere sibi suppositum nomen. Morali-  
ter ad hoc quod oratio nostra sit cōgrua necesse est  
quōd ex nomine & verbo cōponatur. verbū autē  
quōd orationē nostrā ingredi debet, est illud verbū  
qd caro factum est. Illud autē verbū nō solū  
personā significat: immo psona est & filius Dei. Signifi-  
cat autem cū tpe, quia nunc venit plenitudo tps:  
in quo misit Deus filium suum &c. Istud autem  
verbū actionem denotat: quia eius actione fact⁹  
est mundus significat etiā passionem: quia eius pas-  
sione redemptus est mundus. Sed nomen quod in  
nostra oratione debet poni, est nomen virginis Ma-  
riæ, Maria, ecce substantia, virgo, ecce qualitas, & hoc  
sine tempore: cuius rō est. vt dicitur. 4. phy. 11. Tem-  
pus est causa corruptionis: quia omnia q tempore  
mensurantur tunc sunt in tempore, & corrumpuntur.  
Vñ illæ virginēs, q post corruptū fuit natiuitatem  
significat substantiā cum tpe: sed ista virgo existens  
mater est effecta sine corruptione. fuit. n. semper  
virgo ante partum, in partu, & post partum. iō fuit  
sine tempore. Nunc ergo restat videre, qñ & quō  
hoc nomē huic verbo suppositum reddidit, & quō  
a verbo isto regit. Qñ. n. ipsa ab Angelo fuit saluta-  
ta statim reddidit suppositum verbo. quia verbū  
suppositum & humiliatum per incarnationem fuit  
& statim a verbo fuit recta. d. fiat secundum verbū  
tuum. Sed hic oritur dubium: nā secundum Grāma-  
ticos impossibile est, quod nomen sit suppositum  
verbi, & nō regatur a verbo. Maria autem semper  
verbo supposita fuit: tamen nō semper recta a ver-  
bo. nā Christus in sua passione hoc nomen per se  
nō rexit, sed eius regimen dedit Ioāni. d. Ecce ma-  
ter tua. Respōdeo, quōd quādo nomen stat in recto  
casu. s. in nomina tuo, tunc semper regitur a verbo  
qñ autem stat in obliquo, quia tunc qñq; stat abso-  
lutē nō semper regitur a verbo. Mō hoc nomē vir-  
go Maria, scilicet in morte filij totaliter fuit in casu  
obliquo absolute posita: quando. s. aia Christi abso-  
uebatur a carne, & corpus filij auferrebat a matre  
vñ dicebat illud Ef. Gnatio mea ablata est a me. sed  
in incar-

EXPOSITIO

72  
 1. in incarnatione verbi ipsa stetit in recto casu. Luc. A  
 1. Nomē virginis Maria. f. quia in passione Christi  
 hoc nomē nō stabat in recto, sed magis in abla-  
 tiuo: ideo nomē eius tunc non posuit Euangelista  
 sed dixit: stabat iuxta crucē Iesu mater eius &c. Vi-  
 des q̄ hic nomē Marię tacetur: ad denotandum q̄  
 hic, hoc nomē nō in recto, sed potius in obliquo &c.  
 ablato: & ideo nō necessario regebatur à verbo &c.

191  
 Mirifica misericordias tuas, qui  
 saluos facis sperantes in te.

Hic adiutorium Dei petit pro sua liberatione.  
 d. *Mirifica misericordias tuas.* Mirificare idē est quod  
 miranda facere. & quia omnia quantūcūque ma-  
 gna ex vsu vilescunt, & non mirantur: sicut quod  
 aqua virtute solis vertatur in vinum, & similia: no-  
 ua autem magis mirantur. & sic *mirificare misericor-*  
*dias* est per misericordiam aliqua noua & miranda  
 facere. & sic Christus petendo misericordias miri-  
 ficari petit à patre miraculorum potestātē, quibus  
 nouas misericordias conferat mundo: per quā à  
 suis persecutoribus liber existat. vnde glo. Mira  
 sunt, quā noua sunt, hęc sunt miracula, q̄ Christus  
 gessit in carne, mirantibus Iudæis. Et est sensus *mira-*  
*fica misericordias tuas.* id est p̄ me fac noua & mirāda  
 quā etiā mali mirentur, ne vilescant misericor-  
 dia tuę. Sic enim mirificauit misericordiam suam:  
 quando de quinque panibus quinque millia homi-  
 num saturauit. Sic mirificauit misericordiam suam:  
 quādo Iudæi duxerunt illū vsq; ad superciliū mō-  
 tis, vt præcipitarent eū. Iesus autem transiens per  
 medium illorū ibat. Sic etiā quando factō flagello  
 de funiculis omnes emētes & vendentes eiecit de  
 templo quod inter Christi mirāda mirabilius præ-  
 dicatur. vnde Hiero. super Matth. Multi pro maxi-  
 mo signorū mirantur Iesum Lazarum suscitasse,  
 cæcum ex vtero lumē recepisse, transfiguratum in  
 monte gloriā triumphantis ostendisse. verū inter  
 omnia signa miranda, quā fecit Iesus, hoc mihi vi-  
 detur mirabilius esse, q̄ vnus homo eo tēpore con-  
 temptibilis Scribis & Phariseis seruientibus con-  
 tra se per vnus flagelli verbera eorum lucra de-  
 struxisse. Siquidem ignis sidereus ex eius oculis ra-  
 diabat, & magna dignitatis in facie fulgebat: ex  
 quo ei resistere non audebant. Talem ergo potesta-  
 tem miraculorum à patre postulat Christus dicēs.  
*Mirifica misericordias tuas.* quia talia mira mirifica-  
 nit sanctum tuum pater. & quia per illa opera mi-  
 randa multis conuertebantur. ideo subdit. *Qui sal-*  
*uos facis sperantes in te.* Per talia enim mirifica opera  
 saluos fecit cæcum illuminatum magnam turbam  
 Iudæorum per Lazarum resuscitatum, infirmum  
 in piscina sanatum.

192  
 A resistentibus dexterę tuę custo-  
 di me, vt pupillam oculi.

Vbi notandum, q̄ in scriptura per dexteram mul-  
 ta intelliguntur. significat enim dextera, mūdi pro-  
 speritatem & ad istam non debemus declinare per  
 superbiam nec ad sinistra aduersitatis per impatiē-  
 tiam. Non declines ad dexterā neque ad sinistra:  
 auerte pedem tuū à malo. Carnis propinquitatem  
 & hanc debemus amputare. Si dextera tua scanda-  
 lizat te, absconde ea, & proice abs te. Eternā felici-  
 tatem, Statuet oues à dextris &c. Dextera sua reget  
 eos. Humanam bonitatem, quā debemus eligere.  
 Prouerb. 4. Vias quę à dextris sunt nouit Dñs id est

2. 9. 7. 16. 17.  
 Dextera. Vbi notandum, q̄ in scriptura per dexteram mul-  
 ta intelliguntur. significat enim dextera, mūdi pro-  
 speritatem & ad istam non debemus declinare per  
 superbiam nec ad sinistra aduersitatis per impatiē-  
 tiam. Non declines ad dexterā neque ad sinistra:  
 auerte pedem tuū à malo. Carnis propinquitatem  
 & hanc debemus amputare. Si dextera tua scanda-  
 lizat te, absconde ea, & proice abs te. Eternā felici-  
 tatem, Statuet oues à dextris &c. Dextera sua reget  
 eos. Humanam bonitatem, quā debemus eligere.  
 Prouerb. 4. Vias quę à dextris sunt nouit Dñs id est

approbat. peruersę autem sunt, quę à sinistris sunt.  
 Incarnatā deitatem, cui debemus obedire. Dextera  
 Dñi fecit virtutem, dextera Dñi exaltauit me, &c.  
 Ad propositum hic autem accipitur dextera Dei  
 pro ipso Christo. huic autem dextera Dei, scilicet  
 Christo Iudæi resisteb. ant. quia omnia, quę facie-  
 bat bona, interpretabantur in malū; vt de expulsio  
 ne dæmonū. d. In Belzebug principe dæmoniorū,  
 &c. quando ipsum sanante ægros dicebant contri-  
 rariū Deo. d. Non est hic homo à Deo, qui Sabbathum  
 non custodit. Quando ipsum docentem dice-  
 bant seductorem. Ioan. 9. Aliis dicentibus, quia bo-  
 nus est ipse dicebant non: sed seducit turbas. Et si  
 querās quomodo huic dextera aliquis mortalis  
 resistere potest, cū scriptum sit. Vt tui brachij  
 tui quis resistit: q. d. nullus. Responder Greg. Su-  
 per illo Iob. 9. Quis resistit illi & habebit pacem. d.  
 peruersa mens, vnde se contra auctore erigit, inde  
 se in semetipsam confunditur. Resistere autē Deo  
 dicimur, cū repugnare eius dispositionibus cona-  
 mur. neque enim nostra infirmitas incommutabili  
 eius sententię obuiat: sed tamen quod explere nō  
 valet tentat. Nam sepe humana infirmitas oculi  
 vim dispositionis agnoscat: & tamen hanc si mu-  
 tare valeat, appetit, cōtrarię fatigit: sed ipso se gla-  
 dio contradictionis frangit: ordini interno reniti-  
 tur, sed suis victa conatibus ligatur &c. Quia ergo  
 ipse Iudæi Christo resistebant, ab ipsīs petētes pro-  
 tēgi. d. *A resistentibus dextera tuę custodi me vt pupillam  
 oculi.* id est secundū humanitatē. Per pupillā enim  
 oculi Christi humanitas secundū glo. intelligitur  
 quia pupilla pars exigua est: & tamen per illa acies  
 luminis dirigitur, quo lux & tenebrę diuidantur.  
 sic per humanitatē Christi diuinitas discernens in-  
 ter bonos & malos. quia eos, qui fidē humanitatis  
 habent, in sorte bonorum, alios verō in consortio  
 malorū annuerat. hanc ergo pupillam Christum  
 à patre petit custodiri, & modū custodię subdit. d.

Sub vmbra alarū tuarū proteger me: 193.  
 à facie impiorū, qui me affligerunt.

Ala. n. Dei, quibus nos p̄tegit, sunt dua. scilicet f. m. &  
 charitas: quia per misericordiam remouet mala: sed  
 per charitatē bona largitur. vñ gl. Misericordia em̄  
 & charitas sunt ala: p̄is, quibus nos protegit. Alis  
 istis p̄tegit Christus, nō solū in se, sed magis  
 in suis, & à quibus subdit. *À facie impiorū qui me affli-*  
*xerunt.* i. à facie Iudæorū, qui me affligere disposue-  
 runt. Impius. n. diabolus qñ per semetipsum Chri-  
 stum tētando superare nō potuit, per mēbra sua. i.  
 impios ipsum affligere vsq; ad mortē pcurauit, qđ  
 p̄uidens Iob. dicit de Christo. Terra data est in ma-  
 nus impij. qđ ad p̄positū exponēs Greg. d. Quid. n.  
 terrę nomine nisi caro exprimitur: quis appella-  
 tione impij: nisi diabolus designatur: Huius impij  
 manus & mēbra fuerūt ii, qui in redēptoris nostri  
 morte grassati sunt. Terra itaq; in manus impij da-  
 ta est: quia antiquus hostis redēptoris mentē cor-  
 rumpere per se tētando nō valuit: sed eius carnē per  
 suos satellites ad tridū passionis permissus extin-  
 xit. Tribus etenim redēptorē nostrū tētationibus  
 pulsans corde tētare nō valuit: sed tñ sua mēbra ad  
 mortē carnis excitauit. Cūq; ei cohortē, atq; à pō-  
 rificibus & Phariseis ministros tradidit, nimirū iste  
 impius manus ad terrā tētēdit. Huius terrę iudices  
 sacerdotes & principes Pilatus, atq; illuxores fue-  
 rūt &c. Ab istis ergo Christus liberari postulat: nō  
 quidē ne affligatur & occidatur ab eis: ad hoc em̄  
 venerat

psal. 60.  
 venerat: sed ne per suam afflictionem & mortē sua  
 membra, id est apostoli ceterique fideles desperan-  
 do occidant à fide: sed magis in tabernaculo eccle-  
 się permanētes protegantur à Deo, vt sic voce mē-  
 brorum suorum dicat illud psal. Inhabitabo in taber-  
 naculo tuo in secula, protegar in velamento alarū  
 tuarum.

194.  
 Inimici mei animā meam circunde-  
 derunt, adipem suum concluserunt: os  
 eorum locutum est superbiam.

Hic cōsequenter hostis id est populi iudæorum  
 ponit maliciam. vñ tria specialia vicia iudæorū cō-  
 tra Christum hic describit. qm̄ ipsi Iudæi contra  
 Christum fuerunt primo superbi & cōtumaces. Se-  
 cundo avari & crudeles: i. *proiciētes me.* Tertio do-  
 losi & insidiantes: i. *Susceperunt me sicut leo.* Quantū  
 ergo ad primum eorum ostendit superbiam. d. *In-*  
*imici mei* &c. Vbi notādum q̄ per adipē significat su-  
 perbiā. quia sicut adepes & pinguedo ex ciborū cō-  
 surgit abundantia, sic ex abundantia diuitiarū cō-  
 surgit superbia. vñ de quolibet superbo diuite d. f.  
 viscera eius plena sunt adipe. i. interiora diuitis re-  
 plentur superbia. vt exponit Grego. Notans ergo  
 Christus iudæorum superbiā contra se increpāt. d. *In-*  
*imici mei.* i. iudæi *adipem suum concluserunt.* i. vitam  
 meam volentes tollere. *adipem suum concluserunt.* i. su-  
 perbia letitia & pingui sunt operi: postquam cupi-  
 ditas eorum de scelere est satiata. Quod ideo. d. q̄  
 capto Christo, letitiam pinguem intus conceptam  
 superbe extra ostentauerunt: vel à simili animalū,  
 quę ex adipe inflantur, & sunt lasciuia. Sic & isti  
*adipem suum concluserunt.* id est superbiam tenuerunt.  
 non quidem humiles sed inflati superbia. Et ideo  
 quia ad superbiā intus conclusam sequitur loque-  
 lā superbia: quia vnusquisque talia loquitur & di-  
 cit, qualis est intus, vt dicit Philosophus, & ex abū-  
 dantia cordis os loquitur. hic quod sequitur. *Os eo-*  
*rum locutum est superbiam.* vt puta qñ superbia infla-  
 ti, Christo dicebant. Aue rex iudæorum. Vah q̄ de-  
 struis templum Dei. Alios saluos fecit &c. Quando  
 em̄ viderunt Christum captum, tunc cogitauerunt  
 Christo præualuisse: & ideo amplius solito in verba  
 superbię prorumperūt. qm̄ vt ait Grego. Superbus  
 quisque quo in hac vita plus valet, eo sibi linguę  
 frena audacius relaxat, vt nullum de verbis suis me-  
 tuat, istos contumelias feriat, illos maledictionibus  
 iaculetur, nonnunquam vero in blasphemiam con-  
 tra conditorem rapitur. sicut de aliquibus per psal.  
 dicitur. Posuerunt in cælum os suum, & lingua eo-  
 rum transfuit super terram. Sic & modo iudæi cre-  
 dentes se Christo præualuisse, ore superbo contra  
 ipsum grandia loquebantur. Et hoc est quod de ip-  
 sis nunc dicit psal. *Os eorum locutum est superbiam.*

195.  
 Proiciētes me, nunc circundede-  
 runt me: oculos suos statuerūt declina-  
 re in terram.

Hic consequenter ostendit, illos contra Christū  
 fuisse auaros & crudeles. Vbi notandum q̄ funda-  
 mentum peccati Iudæorum, quo Christum perse-  
 quebantur ad mortē, fuit quia cor suum ad qua-  
 rritiam declinauerunt, & oculos suos statuerunt de-  
 clinare in terram, vt quando. d. Ecce totus mundus  
 abiit post eum. si dimittimus eum sic: veniet Ro-  
 mani & tollent &c. Hac ergo auaritia motis dicit  
 Christus. *Proiciētes me circūdedērunt me.* Proiecerūt  
 me canes multi: consilium malignantium ob-  
 sedit me. Per canes multos accipe iudæos, qui non  
 pro veritate, sed liuore odij concepti latrantes &  
 mordentes, vt canes latrantes dicebant. Tolle tolle,  
 crucifige eum: sed consilium malignantium Chri-  
 stum obsedit: qñ Collegerunt pontifices & phari-  
 sei consilium aduersus Iesum, vt seum morti tra-  
 derent, vt sit sensus. Proiciētes me circūdedērūt  
 me. i. volentes me proicere de vita ad mortem, cir-  
 cūdedērunt me &c. & hoc quare. Sequitur. *Ocu-*  
*los suos statuerunt declinare in terram.* id est ad avaritiā,  
 quę excæcauit eos, vt putarent eum impune occi-  
 dere: & ipsorum peccatum impunitum manere, qui  
 enim oculos ad terram declinat, cælum non videt,  
 & sic iudiciorum Dei recordari non vñ: sic omnis q̄  
 peccat, oculos declinat ad terram, quia qui iudicio-  
 rum Dei mente vellet recordari, nunquam pecca-  
 ret. Sic enim de illis malis iudicibus dicitur. Quod  
 auerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos  
 suos, vt non viderent cælum: neque recordarentur  
 iudiciorum iustorum.

Susceperunt me sicut leo paratus ad  
 prædam, & sicut catulus leonis habitās  
 in abditis.

Hic consequenter ostendit illos cōtra Christum  
 fuisse dolosos & insidiantes. Nomine autem leonis  
 diabolus propter suam ferocitatem intelligitur. p̄-  
 ter quod de ipso dicitur. Aduersarius vester diabo-  
 lus tanquā leo rugiens, circuit quærens quem deuo-  
 ret. Est etiā fraudulentus ipse leo. quia famescens se  
 in insidijs occultat, vt transeuntes rapiat. psal. In-  
 diatur quasi leo in spelunca sua. Istis duabus con-  
 ditionibus ipsi iudæi leoni cōparantur. quia & cō-  
 tra Christum crudeles & maliciosi. Vide ipsorū cru-  
 delitatem: quia non fuerunt contenti Christum inter-  
 ficere, nisi crudeliori morte ipsum occiderēt, s. mor-  
 te crucis. hoc ideo, vt eius famā magis deuulgarent,  
 ne aliquis crederet in eum. Vñ cum Pilatus diceret  
 eis. Accipite eum vos, & secundū legem vestram iu-  
 dicare eum, statim rñderunt. Nobis non licet inter-  
 ficere quēquā. quod sic ex ponit Christo. quia Iu-  
 dæi crudeles crucifigi eum cupiebāt: vt etiā genere  
 mortis eum amplius diffamarēt. ipsis autē per Ro-  
 manos ablata erat potestas, aliquem crucifigere. p̄-  
 ter summum opprobrium talis mortis, qua solū  
 proditores imperij & latrones occidebātur. Hac em̄  
 morte aliquē occidere solum licebat p̄sidi. licet Iu-  
 dæi alio genere mortis occidere possint reos, vt pa-  
 tuit de Stephano, quē lapidauerunt. Et ideo hac cru-  
 delitate leoni cōparantur Iudæi. idem de Iudæis di-  
 cit Christus. Facta est mihi hereditas mea quasi leo  
 in silua, s. crudelis. Fuerunt etiā contra Christū ma-  
 liciosi & insidiantes, quia ipsum falsē in multis ac-  
 cusauerunt dicentes. Hunc inuenimus subuertentē  
 gentem nostram, & prohibentē tributa dari cæsari:  
 quę falsā erant. vt ostendit Theophil. d. Vide insi-  
 dias leonis in falsis accusationibus: quę euidenter  
 veritati aduersantur. Non em̄ prohibuit dominus  
 tributum dari Cæsari: sed magis dari iussit. d. Reddi-  
 te quę sunt Cæsaris Cæsari. Nec etiā gentes subuer-  
 tebat. vt regnū aggredetur. quinimo volēte to-  
 In cog. tom. 1. g ta mul



1000.6.

ra multitudine eum regem facere,sciens fugit. vt A habetur.Ioan. 6. Fuerunt ergo Iudæi contra Chri- stum,vt leo & crudeles & inhiatates, & ista duo hic de ipsiſ Chriſtus notat.Dicens quo ad primū.*Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam*:vbi notatur cru- delitas,i.ſuſceperunt me auide & crudeliter, vel à Deo pater, cuius diſpoſitio erat vt morere,vel à Iu- da prædore:vel à Pilato iudice.Et hoc ſicut leo pa- ratus ad prædam: qui ſua crudelitate circuit quæ-rens quem deuoret.i.ſecundum gl.cõparandi erant leoni diabolo, quo auctore tanta crudelia faciunt. Et non tantum principes & maiores,ſed etiam ple-bei,& minores.ſ. qui erant *catali leonis*.i. filij diaboli. quibus dictum eſt. Vos ex patre diabolo eſtis. Quo- vero ad ſecundum dicit.*Habitans in abditiſ*: quia iſti inſidioſe cogitabant, quibus inſidiis circumueniret & perderet eum. Quibus omnibus conſideratis de populo iudaico:dicatur illud quod ſcribitur.Mac. 1.3. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis.

197

Exurge domine, præueni eum, & ſup- planta eum: eripe animam meam ab impio, phrameam tuam ab inimicis ma- nus tuae.

Hæc eſt tertia pars principalis: in qua omnibus à Deo iuſte retribui poſtulat. Et duo facit: quia primo petit malos puniri, ſecundo bonos præmiari: ibi. *Ego autem in inſtitia apparebo*. Quantum ad primam partem: tres poenas pro peccato commiſſo contra Chriſtū Iudæis in hoc mundo prædicat futuras. Prima eſt mentis excæcacio. Secunda à terra ipſorum expulſio: ibi. *Domine à paucis de terra diuide eos*. Tertia eſt filiorum maledictio: ibi. *Saturati ſunt filii*. Quan- tum igitur ad primum dicit. *Exurge domine* &c. Dor- mire enim videtur Deus quia ad modum dormi-entis ſe habet, qñ peccata impunita dimittit: vel quò- do ſuos permittit affligi. Et à tali ſomno excitari vi- detur: quòdo ſuos defendendo, malos puniit. Sic em̄ pſal. 43. ipſum Deum excitabat pſal. d. Exurge, quare obdormiunt dñe, &c. Conſimiliter hic petit Chri- ſtus Deum exurgere ad punitionem iudæorum. d. *Exurge domine præueni eum*. Et loquitur à ſimili duorū, qui currunt ad nocendum vnus alteri. Sic enim cur- rebat populus Iudæorum ad malum, vt Chriſtum crucifigeret, curtebat deus pater vt ipſum vindicer. vñ orat Chriſtus. d. *Exurge domine præueni eum*. i. citius ipſum excæcandò punias, quàm ipſe me perſequen- do crucifigat. Hoc ideo dicit: quia quilibet qui pec- cat prius ſeipſum lædit quàm alterum, immo magis ſeipſum lædit quàm alterum: quia ſibi ipſi primo mortem animę infert, alteri autē poſt corporis, & eſt ſenſus. *Præueni eum*. i. præueniens eum. ſ. populū iudaicum ipſum mente excæcando. Nā ante Chri- ſtum vt dictum eſt ſuperius: ibi. Dixit inſpiens in corde ſuo, nō eſt Deus: ipſum Chriſtum cognouerunt ſcribæ & phariſei eſſe verum meſſiā in lege p- miſſum. ſed poſtea ira contra Chriſtū excitati, excæ- cati fuerunt, & hoc eſt quod dicit apoſtolus. Si cõ- gnouiſſent, nunq̄ dñm gloriæ, crucifixiſſent. Et hoc ſignificans dicit. *præueni eum*. ipſum excæcando. Et ſupplantat eum. loquitur ad modum luētantium, quorū ſupplantans, ſupplantatum deiicit. Sic & iſte popu- lus fuit ſupplantatus & deceptus: quia tota intētio, qua Chriſtum occidit fuit, ne perderet gentē & lo- cum, & tamen propter Chriſti mortem & gentem perdidit & locum. q̄a per Titium & Veſpaſianum & magna pars fuit interfecta: & reliqua extra pa-

Dormire Dei. Exurge- re Dei.

pſal. 43.

Peccator nocere.

1. Corin. 2.

Supplan- tatio. Iudæi.

triam & locum captiuata & venundata. *Eripe ani- mam meam ab impio, phrameam tuam ab inimicis manus tuae*. Vbi aduertendum, q̄ Chriſtus dicitur manus Dei: dicitur & phramea Dei. Dicitur manus Dei quia p- verbum pater omnia fecit, & hanc manum in mun- dum mitti petebat alibi pſal. d. patri. Emitte manū tuam de alto, eripe me & libera me &c. Dicitur etiā phramea Dei quia per chriſtum: ſicut rex phrameā regna iniquitatis deleuit, & ab impiis ſeparat iu- ſtos: hic affectu ſ. in futuro loco. ſic ergo orat pſa. d. *Eripe animam meam ab impio*. i. vitam meam à popu- lo iudaico, ſ. per reſurrectionem. Quod aliis verbis explicat ſubdens phrameam tuam. i. animam meā quæ eſt phramea tua. *Eripe inquam illam ab inimicis manus tuae*. ſ. ab inimicis meis, qui ſum manus tua.

Domine à paucis de terra diuide eos 198  
Invita eorum: & de abſconditis tuis ad- impletus eſt venter eorum.

Hic ponit ſecundam poenā quæ eſt à propria ter- ra exulatio. Vbi notandum q̄ Romani qui expule- runt iudæos de ipſorum terra per orbem, pauci e- rant numero reſpectu ipſorum iudæorum. in tñ q̄ Dei virtute nunc videbatur cõtra iudæos impletū, quod alias pro illis dictum fuerat. ſ. quod vnus pet- ſequabatur mille: & duo fugarent decem millia. ſic tunc iudæis accidit in vindicta mortis Chriſti. Et hoc præuidens Chriſtus patri dicit. *Domine à paucis de terra diuide eos*. q. d. perde eos de terra quam inha- bitant, & diſperge eos per totum mundum. Et hoc in vita eorum. i. in vita iſta, quā ſolum vitam putant: q̄ de æterna vita deſperant, & rationem ſubdit. d. *De abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum*. Vbi nota q̄ ſicut Deus ſe abſcondit ab aliquibus: ita aliqui abſ- conduntur à Deo. Abſcondit em̄ ſe Deus à peccato- ribus. Abſcondam faciem meam ab eis & conſi. no. eorum. Sed à Deo abſconduntur peccata, quæ non videt, i. non approbat. Vnde peccatoribus propter peccatum. dicit. Amen dico vobis, nescio vos. Per ventrem autem accipe mentem, quia ſicut in ven- tre quæ exiſtunt ab oculis hominum abſconduntur: ſic quæ manent in mente. Dicit ergo. Quæ eſt cauſa quare iudæi de terra ſua expellantur? Reſpõ- det. quia *de abſconditis tuis*. i. de peccatis *adimpletus eſt venter eorum*. i. mens ipſorum.

199

Saturati ſunt filii: & dimiſerunt reli- quas ſuas paruulis ſuis.

Hic ponitur tertia poena iudæorum, quæ eſt fi- liorum maledictio. Iudæi enim inter alias nationes generationi filiorum intendebant, & hoc propter cultum Dei multiplicandum. vnde non ſolū abun- dabant in bonis temporalibus, ſed etiam in filiorū multiplicatione. & hoc eſt quod dicit. *Saturati ſunt filii*, ſ. quibus abundant. tamen ſequitur. *Dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis*. Reliquiæ enim peccā- torū dicuntur poenæ peccata ſequentes. Et iſti poe- nam peccati mortis Chriſti tranſmiſerunt ad po- ſteros. Quia cum Pilatus diceret. Innocens ego ſum à ſanguine iuſti huius. Reſpondens vniuerſus po- pulus dixit. Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros q. d. Nos totum peccatum effuſionis ſangui- nis iſtius, & eius vindictā ſuper nos & ſuper filios noſtros accipimus, & re libere abſoluimus. Sed ni- quid pro peccato. patris filius puniri debet, cum dominus dicat. Filius non portabit iniquitatem pa- tris, &c. Reſponſio. quod poena eſt duplex, ſ. tempo- ralis & æterna. Poena temporalis punitur filius pro patre,

198

al. pſal.

Abſconde re.

Dent. 33.

Mat. 25.

De pe. di. 3. quæque

Mat. 27.

Queſtio. Peccatū. Ezer. 18. Punio.

patre, ſubditi pro domino quandoque. ſed nun- quam æterna neque ſpirituali. i. q. 4. cum ergo. Sic igitur iſti dimiſerunt reliquias paruulis ſuis. q̄a ſ. pro peccato ipſorum puniti fuerunt filij: quando per Romanos omnes exterminati fuerunt. 2. 3. q. 4. hinc notandum. Alia litera habet. *Saturati ſunt porci na*. & tunc eſt ſenſus. *Saturati ſunt porci na*. i. immuni- dicia, quia porcus eſt animal immundiſſimum. Et eſt idem ſenſus cum priori.

Ego autem in iuſtitia apparebo in conſpectu tuo: ſatiabor cum apparue- rit gloria tua.

Hic conſequenter oſtendit bonos præmiari. vbi nota q̄ hæc verba de ſe Chriſtus dicit: ac etiam de electis ſuis. De ſe quidem: quia quāuis ab inſtiti cõ- ceptionis ſuæ fuerit vere beatus & Dei repletus gloria, quo ad animam: corpus tamē habebat mor- tale & paſſibile, quod per gloriā reſurrectionis glo- rioſum & immortalē reſurrexit. cuius meritū fuit iuſtitia paſſionis, per quam meruit gloriā. Et vo- catur Chriſti paſſio iuſtitia: quia per illam Deo ſa- tisfactū eſt pro peccato humanæ naturæ. Dicit ergo de ſe Chriſtus. *Ego autem in iuſtitia tua apparebo in conſpectu tuo*. i. propter iuſtitiā meā paſſionis, quā tuam dico: quia per eam tibi ſatisfactum eſt, appa- rebo. ſ. glorioſus corpore reſuſcitatus in conſpectu tuo. *satiabor cum apparuerit*. &c. Sed nunquid ante re- ſurrectionē Chriſtus ſatiatus? Dico q̄ ſic eo modo quo erat beatus: ſ. quo ad animam ſed gloriā im- mortalitatis adhuc expectabat, quā habita, fuit quo ad animam & quo ad corpus ſatiatus. Et hanc glo- riam dicit eſſe patris. quia à patre ſibi data. Si au- tem hic Chriſtus loquatur in perſona corporis ſui quod eſt eccleſia: tunc per iſta verba oſtendit præ- miationem finali omnium bonorum, qñ poſt diē iudicij omnes erunt glorioſi duplici ſtola induti. ſ. beatitudinis animæ & corporis. Sed quia in perſo- na electorum hic dicit Chriſtus, *satiabor cum appa- ruerit gloria tua*, occurrit dubium. Vtrum omnes ſan- cti æqualē habeant gloriā, per quā æqualiter ſunt ſatiati. Et arguitur quod ſic. primo quia Mat. 20. di- citur, q̄ omnes accepterunt ſingulos denarios, & q̄ dominus tantum dedit nouiſſimo ſicut primo. qd̄ exponit gl. de præmio beatitudinis. Item quia tam perfecta erit charitas in patria: quod quilibet tñ di- liget alium ſicut ſeipſum, & per conſequentes tantū gaudebit de beatitudine alterius, ſicut de ſua. quod ſi ſic: ergo omnes æqualiter gaudebunt & erunt æ- qualiter beati. Ad oppoſitum dicit Chriſtus. In do- mo patris mei manſiones multæ ſunt. Item quia p- mium correfpondet merito: ſed merita ſunt diſpa- ria. ergo & præmia. Rñſio. quod omnes erunt ſatia- ti: ſed non omnes æqualem habeant gloriā. q̄a maioris gloriæ capax erit vnus quàm alius. Notan- dum tñ quod beatitudo accipitur dupliciter, ſ. vel vt eſt ſatiatio effectiue vel formaliter. Primo modo eſt vna omnibus, quia vnus Deus eſt obiectum bea- titudinis omnium. Secundo modo beatitudo diuer- ſa eſt in diuerſis ſecundum maiorem vel minorem deum gratiam: quæ animam magis vel minus diſponit ad Deum participandū. ſic vno ſole illuminantur om- nes, quantum ſunt capaces luminis: ſed tamen ma- ius lumē ſolis participat vnus, alius vero minus ſe- cundum maiorem vel minorem oculorū diſpoſitio- nem. Per hoc rñdetur ad argumenta. Ad primū pa- ter de denario, quod ibi accipitur beatitudo p ob-

De conſe- di. ſ. ſum- num.

Chriſtus.

Queſtio. Beatitu- do.

Reſurre- ctio Chri- ſti.

Queſtio.

Mat. 20.

Ioan. 15.

iecto. Ad ſecundum dicitur. quod quilibet tñ alium & ſe diliget quantum habeat de charitate. & ſic ſe- cundum proportionem charitatis gaudebit de ſua beatitudine & alterius. Et ſic quia Petrus maiorem charitatem habet quàm Linus, plus de propria bea- titudine & de beatitudine Linus gaudebit, quàm ipſe Linus, &c.

**D**iligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.

Titulus iſtius pſal. eſt. *In finem puero domini David, qui locutus eſt domino verba cantici huius in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul*. Aliqui iſtum titulum & pſal. de David volūt exponere, ex eo quod legitur in lib. 1. Reg. quod ini- quus rex Saul perſecutus eſt David mitem & mā- ſuetum. quo mortuō David liberatus eſt: & in pace regnavit. Et pro hac liberatione videtur hunc pſal. cantalle domino. ſed iſta opinionem reprobat magiſter in gl. pro hoc quod in titulo dicitur in finem cantici. Finis nanque Chriſtus eſt. Canticum vero eſt exultatio de æternis habita. Melius ergo accipi- tur iſte pſal. de toto Chriſto. i. de capite & membris quem torum dominus eripuit de manu inimicorū ſuorum. i. de manu iudæorum & dæmonum in die reſurrectionis, & de manu Saul. i. mortis. Notādum eſt ergo quod per David q̄ manu fortis & aſpectu deſiderabilis. interpretatur, Chriſtus ſignificatur. Saul autē qui petiitio interpretatur, ſignificat mor- tem quam Deus non fecit: ſed homo peccans ipſam manibus & verbis appetiit & extorſit à Deo. p ſuo regediciente apoſtolo, Regnavit mors ab Adam. vñ ſicut Saul nō fuit rex electus à Deo: ſed permiſſus regnare ad tempus propter peccatum, ſic & mors. Sicut ergo David prius ſuſtinuit Saulem antequā regnaret in pace, ſic & Chriſtus prius ſuſtinuit mor- tem quā regnaret quietus, ſic & eius corpus quod eſt eccleſia. Eſt ergo ſenſus tituli iſte. *Verba canticus hu- ius quo loquutus eſt David domino in die qua eripuit eum dominus de manu inimicorum ſuorum, ſ. iudæorum: & de manu Saul. ſ. mortis. quæ ſ. in die reſurrectionis: cõ- ueniūt puero domini David. ſ. Chriſto. de quo dicitur.*

Puer natus eſt nobis, & p̄dicta verba nos dirigunt in finem. i. in ipſum Chriſtum. Iſte ergo pſal. totus eſt de Chriſto & de mēbris eius. Et ſic poteſt diuidi in partes decē ſm̄ quod de decem hic agit Chriſtus. Ponitur em̄ primo pro bñficiis receptis Chriſti gra- tiarum actio, in principio. Secūdo pro peccatis cõ- miſſis nobis poenarum circundatio: ibi. *Circundede- runt me dolores mortis*. Tertio pro nobis liberandis: mi- ra diuinitatis incarnatio: ibi. *In tribulatione mea inuo- caui dominum*. Quarto pro fidelibus informandis, clara veritatis p̄dicatio: ibi. *Et in tonitru de caelo domi- nus*. Quinto pro electis diſcernendis, eccleſiæ verita- tis congregatio: ibi. *Miſit de ſummo & accepit*. Sexto pro cunctis operationibus iuſta finalis retributio: ibi. *Et retribuet mihi dominus*. Septimo pro erroribus remouendis: lucis diuinæ inſpiratio: ibi. *Quoniam tu illuminas lucernam meam domine*. Octaſo pro aduerſis tolerandis: data mentis roboratio: ibi. *Deus qui præ- cinxit me virtute*. Nono de malis obſtinatis: Iudæorū Chriſto contradictio: ibi. *Eripiens me de contradictio- nibus*.

In cog. tom. 1. g 2

*notu.* Decimo pro omnibus acceptis bonis: laus & diuina commendatio: ibi. *Vini dominus & benedictus Deus.* Quatum ergo ad primu[m] Christus gratias agens Deo de beneficiis ab ipso receptis: tam pro se quam pro suis, Deo gratias agit. Et secundum tres theologicas virtutes, tria reddit Deo pro gratiaru[m] actione factum charitatis: qui est Deu[m] amare in principio, actum spei: qui est in Deum sperare: ibi. *Deus meus adiutor meus.* & actum fidei: qui est Deum inuocare: ibi. *Laudans inuocabo dominum.* Primo ergo Deo reddidit actum charitatis. d. *Diligam te domine, &c.* Quid enim Deo ex omnibus suis beneficiis valemus reddere: nisi amorem & dilectionem: nihil. Hic est actus est de omnibus sufficiens gratiarum actio. Diligam Deum: quoniam ipse prior dilexit nos. q. d. Sufficiens recompensatio Dei est ipsum diligere. Vis autem videre si Christus Deum patrem dilexit: nam praeceptum signu[m] dilectionis alicuius est conformitas voluntatum: ut quicquid vnus vult, alius velit: & quicquid vnus odit, odiat alter, & hoc est quod dicit Philosophus. Qualiter erunt amici neque complacentes ei[s]dem, neque co[m]gaudentes, neque contristati? Sed quae tanta conformitas voluntatis Christi ad patris voluntate[m] fuerit, patet si consideres, quod tota intentio Christi erat voluntatem patris facere. Deus citibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me. Et ideo dicebat Christus. Ut cognoscatis quia diligo patrem: sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Et nota quod Christus quatuor causas dilectionis adducit. primo quia Deus est fortitudo sua. secundo quia firmamentu[m]. tertio quia refugium. quarto quia liberator. Est enim Deus ipse Christo & membris eius fortitudo: quia viriliter aduersa facit superare. Fortitudo mea dominus. Firmamentum, quia constanter prospera facit nos amare. Firmamentum est dominus omnibus timentibus eum. Refugium, quia benignitate[m] tribulatos habet confortare. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus. *Liberator:* quia hostes habet debellare. psal. Liberato[m] meus de gentibus iracundis. Sed hic vnum insurgit dubium: quia Christus hic dicit se Deu[m] diligere: quia fortitudo eius, quia firmamentu[m], &c. Vtru[m] propter Dei beneficia Deum debeamus diligere? videtur quod non: quia Deus propter seipsum non propter aliud est diligendus, quia diligens aliquem propter vtile, magis vtile diligit quam illum, quia propter quod vnum quodque tale, & illud magis. Item, diligere autem propter virtutem est dilectio iusti. sed dilectio commodi de se vituperabilis est, propter quod dicit Arist. quod diligens alium propter vtile, sicut propter virtutem: accusandus est. nam talis peior est quam falsificator monet. probat quia deceptionem facit circa honorabilius. Ad oppositum vbi hic verba Christi. d. *Diligam te domine fortitudo mea.* & psal. Inclinaui cor meum ad faciend[um] iustitiam in aeternum. propter retributionem. Responso, quod dilectionis fundamentu[m] debet esse virtus dilecti, & non utilitas diligentis. propter quod dicit Arist. quod bonorum est solum diligere bonos. Dico ergo quod cum quis Deum vel aliquem diligit propter vtile, vel propter beneficia accepta. aut sic diligens diligit praecise ratione utilitatis & non bonitatis Dei, & tunc peccat: quia tunc plus diligit se quam Deum. aut diligit ratione utilitatis & etiam bonitatis & iustitiae Dei, & tunc aut plus manet utilitas quam bonitas Dei, & tunc plus se quam Deu[m] diligit & peccat. aut aequaliter: & sic aequaliter se & Deum diligit, & peccat. aut plus mouet bonitas Dei & consequenter utilitas, & sic plus Deum quam se di-

ligit, & sic licet. Si autem dicas: sed quid de dilectione hominum ad inuicem? Conformerter dico, quod rationabiliter plus debet amari bonum virtutis, & iusti quam bonum commodi, & sic dico conformiter ad praedicta. Sic ergo dupliciter diligendus est Deus: primo propter seipsum. secundario propter nos, & hoc est quod dicit Ber. in De diligendo Deum. Ob duplicem causam a nobis diligendus est Deus: primo propter semetipsum: quia nihil iustius. Et propter nos, quia nihil fructuosius diligi potest, & sic Christus Deu[m] diligebat. d. *Diligam te domine fortitudo, &c.* Et per hoc patet responso ad rationes.

**Deus meus adiutor meus, & sperabo in eum.**

Hic consequenter actus spei dirigit in Deu[m]. principalis tamen propter ipsum Deu[m]. secundo propter beneficiu[m]. ideo dicit. *Deus meus adiutor meus.* Hoc loquitur Christus magis in persona membrorum, quam ut alias dictum fuit, sperare in Christo non habebat qui rem tenebat: sed in nobis. Et ideo nota est quod tripliciter in Deum sperare debemus, scilicet sperare eius veniam, qua remittantur crimina. sperare eius gratiam, qua operentur merita. sperare eius gloriam, qua conferantur praemia. Primo speremus veniam. d. illud psal. In te domine speraui, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me. quia cum debite peccati a Deo speratur venia, statim peccatum remittitur. Nihil est enim quod peccatu[m] faciat irremissibile, nisi desperatio veniae. Vnde Iuda proditorem non tamen damnauit peccatum, quo Christu[m] prodidit, quantum de speratio veniae fecit interire: ut dicit Aug. in lib. de utilitate agenda[m] poenitentiae. Hae autem spes ut sit debita: debet esse semper cum timore iustitiae, ut sicut Deum sperat misericordem, sic etiam iustum credat iudicem. quod ostendit Greg. d. Nemo sit qui dicat, quia pius est dominus: ideo venialiter pecco. Et nemo qui cum peccauerit dicat: quia iustus est, de peccati remissione despero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur. sed perperare quisque timeat, quod si digne deflere possit, ignorat. ante culpam igitur iustitiam metuat: post culpam tamen de pietate praesumat. Et neque ita iustitiam metuat, ut nulla spei consolatione conualecat, neque ita confidat de misericordia, ut adhibere vulneribus suis digna poenitentiae negligat medicinam. Sed quem presumit sibi pie patere, semper cogitet etiam districte iudicare. sub pietate eius spes peccatoris gaudeat. sed sub distractione illius poenitentis correctio contremiscat. Et subdit. Spes igitur praesumptionis nostrae habeat etiam morsum timoris, ut ad corrigenda peccata & iustitia iudicantis terreat, quae ad spem veniae gratia pietatis inuitat, &c. Hanc ergo spem veniae habere nostrum quilibet dedit Deo. d. illud psal. In umbra alarum tuarum sperabo: donec transeat a me iniquitas. Secundo speremus gratiam, quia oculi domini super iustos, & in eis qui sperant super misericordia eius. psal. Ideo spera in domino, & fac bonitatem. quod ideo dicit. quia sperare sine meritis, non est spes, sed praesumptio. Tertio speremus gloriam, quia ut dicitur psal. Domine Deus virtutum: beatus homo qui sperat in te.

**Protector meus, & cornu salutis meae, & susceptor meus.**

Hic declarat quod statim dixerat. Deus meus adiutor meus, scilicet ostendit, quomodo Deus est adiutor. Adiuuit

Dilectio.

1. Ioh. 3.

Philosofus 9. Ethicor.

10. 4.

10. 14.

psal. 117.

psal. 24. psal. 43.

psal. 17. Quaestio.

Beneficiu[m].

Diligere.

Nota. Arist. 9. Ethicor.

psal. 118.

Arist. 2. ethicor.

Nota.

Bernardus.

202

Spes.

psal. 30.

Aug. in li. de util.

Greg. 33. mor. c. 15.

psal. 58.

psal. 33. psal. 36.

psal. 83.

203

203

Cornu. Potestas Beda.

Ecclesi. 48.

204

Rom. 10. Inuocare.

Iob. 2. 205. De pe. di. vltima in fine.

Ecclesi. 1. vltima.

Mortis dolor. Peccatu[m]. diabolus.

Adiuuit enim Deus Christum, quando ipsi Christo potestatem dedit & regnum quo suos rebelles haberet iudicare. haec enim Christi potestas regia per cornu significatur. Luca. 1. Exiit nobis cornu salutis in domo Dauid pueri sui. Quae verba exponens Beda super Lucam, dicit. Cornu autem salutis regnum saluatoris vocatur. Ossa siquidem omnia carne inuoluta sunt. Cornu vero carnem excedit. & ideo cornu salutis regnum Christi vocatur: quo scilicet mundus & gaudia mundi superantur. Ipse cornu Deus Christum adiuuit: quia potestatem contra diabolum dedit. Dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, scilicet diabolum: & exaltare cornu gentis suae. Dicit ergo Christus patri. *Protector meus:* & subdit quod, *quia cornu salutis mea* q. d. regiam etiam salutem a te habeo pater. Et per quem modum habet istam potestatem, subdit. *Et susceptor meus.* scilicet quia me suscepisti ad unionem hypostaticam: ideo es cornu salutis meae.

**Laudans inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero.**

Hic consequenter actum fidei dirigit in Deum. Vbi nota quod secundum apostolum, inuocare dominum est actus fidei. vnde ait. Omnis qui inuocauerit nomen domini, saluus erit. quomodo autem inuocabunt in quem non crediderunt: vnde ibidem ait gl. quod inuocare Deum non potest quis, nisi credat. ergo vere Deum inuocant, non modo credunt: sed etiam orant. Ut postquam alicuius animus crediderit, non desinat ad postulandum quod promissit. quia credere dat remissionem peccatoru[m]. Et ideo ut ostendat quod non est vera inuocatio sine fide, quomodo inuocabunt in quem non crediderunt? Ex quibus patet quod inuocare Deum a fide procedit. Et sic per actum fidei hic Christus in persona suorum membrorum Deo gratias agit, d. *Laudans.* scilicet Deum & gratias agens *Inuocabo dominum.* credendo & orando & ab inimicis meis saluus ero: non solum ab inimicis corporalibus sed a spiritualibus, scilicet daemonibus & vitiis. Quia omnis qui inuocauerit nomen domini saluus erit.

**Circumderunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.**

Hae est secunda pars vbi ponitur poenaru[m] circumdatio pro peccatis nostris, & maxime ante aduentum Christi. Vbi primo sciendum quod secundum gl. tanta est vnitas ecclesiae, scilicet capitis ad membra, id est Christi & ecclesiae: ut quasi sit vna persona caput, & corpus. & ideo vtrum vna voce caput cum membris licet ea quae dicuntur, ad diuersa referantur. Quaedam enim soli capiti conueniunt, quaedam vero capiti & membris. Item quae membris conueniunt, quaedam praeteritis, quaedam praesentibus, quaedam futuris. Et tamen in tanta diuersitate scriptura vna voce loquitur: & quasi vna persona videtur loqui. quod pro tanto dixit quia hic psal. cum incipiat loqui ex persona antiquorum patrum, postea de mysterio incarnationis Christi & consequenter de ecclesia per Christum collecta: tamen in omnibus istis vocem non mutat. sed in omnibus vna vox & vna persona loqui videtur. In persona ergo antiquorum patrum nunc loquens ait. *Circumderunt me dolores mortis.* Vbi nota quod per mortem diabolus intelligitur: quia mortis fuit adiuuentor. vnde Greg. d. Quid enim mortis nomine nisi maligni spiritus de-

signatur, qui inuentores mortis & perditionis extiterunt: sicut de ipsorum principe per Io. dicitur. Et nomen illi mors. apoca. 6. Dolores vero istius mortis sunt peccata quae deus procurat in nobis, quae dolores vocantur. quia causa doloris aeterni sunt. vbi de peccatis sub nomine doloris dicit. Vidi eos qui operantur iniquitatem & seminant dolores, stante Deo perisse. vbi Greg. Dolores autem seminant quae peragunt, metuit cum de eadem perisitate puniuntur. fructus quippe doloris. i. peccati est retributio damnationis. Volens ergo ostendere genus humanum quamuis peccatis per diabolum ante Christi premebatur aduentum. dicit. *Circumderunt me dolores mortis.* i. peccatum diaboli: Quod ideo dicit, quia ante Christi aduentum, vbique & quasi in omnibus regnabat diabolus, & rari erant iusti. quia nulla gens mundi Deum colebat nisi Iudaei, & inter illos pauci erant electi. Et quod dolores peccata intelligit, aperit consequenter. d. *Torrentes iniquitatis conturbauerunt me.* i. iniquitates abundantes & rapidae ut torrentes conturbauerunt me. Nonne sicut torrentes iniquitas conturbauit Dauid, quoniam in amore dei existens ad aspectum vnus mulierculae. s. Bersabe subito cecidit conturbatus: certe sic. propter quod de se dicit. Domine in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem. sequitur, Auertisti faciem tuam a me & factus sum conturbatus. Veru[m] quia peccatorum sunt duo genera. scilicet peccatu[m] actuale & originale. Peccatum autem originale est carentia iustitiae inesse debita cum quo nascimur. quia ut dicit apostolus, natura sumus filij irae. Et istud in nobis praecedit omnia alia peccata. & est quidam laqueus, quo ceteris peccatis inuoluimur. Ideo postquam praedixit abundantiam peccatorum actualium, nunc consequenter ostendit causam ipsorum. scilicet originale peccatum. d. *Dolores inferni circumderunt me.* scilicet actuale peccata, quae merentur infernu[m]: quae statim dixerat dolores mortis. Vbi si quaeras causam, quare dolores inferni circumderunt eum, statim respondet, quia praecipua laquei mortis. i. ipsa originalia peccata, quae animam ad mortem deducunt, tum quia mors est poena originalis peccati, quia per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. tum etiam quia mors spiritualis quae est poena damni. scilicet aeternaliter separari, est poena originalis, tum etiam quia peccatu[m] originale est causa aliorum peccatoru[m], quae sunt animae mors.

**In tribulatione mea inuocaui dominum, & ad Deum meum clamaui.**

Hic consequenter agitur ut Christi incarnatione facta pro nobis liberandis. Et quatu[m] ad hoc duo facit. Quia primo ponit sanctoru[m] deprecationem. Secundo Christi incarnationem, ibi. *Inclinauit caelos & descendit.* Circa primu[m] duo facit: quia primo ponit suam incarnationem deprecationem. Secundo incarnationis utilitatem: ibi. *Commota est & contremuit terra.* Et in prima parte primo ponit orationem. Secundo orationis exauditionem: ibi. *Et exaudiuit.* Quantum ad primu[m] dicit. *In tribulatione mea inuocaui dominum.* vbi nota quod oratio digne facta principaliter in corde consistit quam in ore. vnde Salomoni pro sapientia oras Deum dixit. Adij dominum, & deprecatus sum extortis praecordiis meis. i. ex profundo cordis mei, non ex summitate labiorum. De profundis clamaui ad te dñe, praecordia enim secundam Papiam sunt loca intima cordis, eo quod ibi sit principium motus & cogitationu[m]. vbi dicit Hieronymus de summo bono: Quid prodest strepitus labiorum, vbi cor est mutum? Si-

Greg. 10. mor. c. 2. Apoc. 6.

Iob. 4. 1. Greg. 35. mor. 15. b.

Torrentes iniquitas.

psal. 29.

Eph. 2.

De cons. di. 1. quae do.

Laqueus. Mors. Original. peccatu[m].

Rom. 5.

206

Oratio.

Sapi. 8.

psal. 129.

Hieronymus de summo bono.

cut enim vox sine modulatione est quasi vox porcorū. sic oratio sine deuotione est quasi mugitus boum. Oratio inquit est cordis: non labiorū. neque enim verba Deus attendit: sed cor aspicit orantis. vñ melius est cum silentio corde orare sine sono vocis exterioris, quam solum verbis sine mentis intentione. Ad propositum ergo isto modo hic orat genus humanum Christi petens incarnationē. sed corde, non labijs. d. *In tribulatione mea inuocavi dominum.* Inuocare em̄ idē est, q̄ intus. i. in corde Deū vocare. Et quia talis oratio cordialis, est quidam clamor spiritualis ad Deum, ideo subdit. *Et ad Deum meum clamavi.* vñ quilibet deuote orans magna mētis affectione clamat ad Deū. Hinc est quod tacente populo dixit dñs Moysi. Quid clamas ad me. Vñ de & Bern. ait. Spiritus est Deus, & vt in spiritu clamet necesse est q̄ quis ad eū desiderat puenire. vñ sicut Deus tanq̄ homo non respicit faciem sed magis cor intuetur, sic ad cordis potius clamorem quam vocis intendit. Hinc est q̄ Moyses foris tacens, intus dñm audiuit dicentem. Quid clamas ad me.

Exo. 14. Bernar. dus.

207 Et exaudiuit de tēplo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introibit in aures eius.

Hic consequenter ponitur orationis exauditio. Vbi notandum q̄ templum mystice sumptū est triplex. s. Templum iusti hominis, s. cōscientia iusti hominis. de quo dicitur. Tēplum sanctum Dei est qd̄ estis vos. s. quis autem violauerit templū Dei, disperdet illum Deus. Templū matris virginis. Dominus in templo sancto suo. Templū Christi corporis. Soluite templum hoc, &c. Hoc aut̄ d. de tēplo corporis sui. hic autem accipitur templum pro Christi corpore cum dicit. Exaudiuit me de tēplo sancto suo. vt sit sensus. Exaudiuit me de eo quod ipsum orabam quia petebam Christum incarnari qui est verū Dei templum, & de hoc templo me exaudiuit. Ita q̄ ly de templo non notat locum exaudientis sed magis rem postulatam. Et clamor meus introibit in aures eius. Quando enim diuina pietas nostras orationes exaudit: tunc in aures eius clamor orationis nostrae intrate dicitur. vnde nota, q̄ sicut Deus habet aures equitatis & iustitię, quibus ad vindictam oppressores aliorum audit. Vñ. Ecce merces operatorū, que fraudata est a nobis, clamat, & clamor ipsorum in aures dñi sabaoth introibit. Sic etiam cōsimiliter habet aures pietatis & clementię: quibus iustorū preces exaudit. Oculi domini super iustos, aures autem eius in preces eorum.

Templum 1. cor. 3. Christus.

psal. 10. 10. 2.

140. 5.

psal. 33.

208 Commota est & contremuit terra: fundamenta montiū conturbata sunt & commota sunt: quoniam iratus est eis.

Hic consequenter ponitur utilitas incarnationis. Vt enim auditores magis attentos faciat ad mysterium incarnationis audiendum pręmittit utilitatē ex dicta incarnatione habitam. Quę utilitas fuit duplex. s. maiorum culpę derelictio, & bonorum gratię collatio. & sic hęc pars in duas diuiditur: quia primo ponit primum. Secundo secundum, ibi. *Ascendit fumus in ira eius.* Quantum ad primum ostendit quod per Christi incarnationem fuit malorum culpę derelictio, d. *Commota est, &c.* Vbi aduertendum, q̄ tercio nomine peccatores intelliguntur. quia quamuis humanum genus de terra ante peccatum sit factū:

Terra peccator.

tamen solum propter peccatum in terram resolutur. Sic enim peccanti homini dictum est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec vertaris in terram, de qua assumptus es. Ista ergo terra per incarnationem Christi commota est & contremuit. vt cōmotio spectet ad contritionem interiorē, sed cōtremitio ad penitentiam exteriorē. Et sic cōmotata est terra interior per penitentia: & contremuit exterior, relinquendo peccata. Quia necesse est, vt ait glo. vt presentia iudicis terreat peccatores, & non solum plebei & minores, sed etiam alti & potentes per Christi incarnationem commoti sunt & conuersi. *Et fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt.* per montes accipe superbos & altos qui dicunt cum superbo diabolo. Sedebo in monte testamenti. Sed quid sunt fundamenta montium nisi diuitię, quę fundamenta sunt superbię? Ista fundamenta per Christi incarnationem sunt commota & turbata. quia primo docuit diuitias abiicere. d. Vade, vnde omnia quę habes & da pauperibus. Et hoc maxime adimpletum fuit tempore apostolorum. qñ s. & possessiones & substantias vendebat: & diuidebant illas omnibus prout cuique opus erat. Et si queras, quare taliter ista fundamenta sunt commota, vt credentes libere sua diuiderent. Rñdet. *Quonia iratus est eis.* i. quia per Christi incarnationem innouit mundo q̄ Deus iratus est eis. i. ipsis qui spē in diuitiis ponunt. Sic enim dicit Christus incarnatus. Nolite sperare in iniquitate: & rapinas nolite concupiscere, diuitię si affluant, nolite cor apponere.

Gen. 3.

Mons. Peccata. Diuitię. Esai. 14.

Mat. 19.

Act. 2.

psal. 61.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis a facie eius exarsit: carbones succēsi sunt ab eo.

Hic consequenter ostenditur p̄ Christi incarnationem bonorum collatio. Quia, s. per Christi incarnationem orationes nostrę ascendunt coram Deo, & igne charitatis animę peccatorum inflammantur. Et hoc est quod dicit. *Ascendit fumus in ira eius.* Per fumum intelligitur deuota lachrymosa oratio. Ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum. Quia cum cognouissent gentes iram diuini iudicij supra peccatores obstinatos incęperūt orare Deū, vt misericorditer ageret cum eis. *Ascendit ergo fumus in ira eius.* i. cognita ira diuini iudicij fumum orationem ad Deū miserunt pro sua liberatione, & statim exauditi fuerunt: quia ignis a facie eius exarsit. Quid enim per ignem nisi charitas, quę post ascensionem fumū statim exarsit: quia peccatores inflammavit, in tantū q̄ carbones succēsi sunt ab eo. Nōne carbo extinctus fuit Matthæus solum lucristēporalibus intentus, qui tñ per Christi incarnationē charitatis igne fuit accensus? sic & Magdalena, sic & mulier in adulterio inuenta. Carbones ergo sunt succēsi igne diuino, qñ charitate Dei peccatores accēsi ad Dei amorē fortiter ardebāt. Quod prædictū fuit Eze. 23. Domus earum igne succēdent, & auferam scēlus de terra. Quod ideo sic dicit, quia per Christi incarnationem ignis charitatis purgans vitia, ad Dei amorem hominum mentes accendit.

1. q. 4. h. mini.

Fumus. Oratio.

Eze. 23.

Inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pedibus eius.

Hic consequenter ponit Christi incarnationem. Circa quam ostendit q̄ in sua incarnatione in Christo tria fuerunt, s. dignitatis altitudo, in principio, sapientię

210 2. q. 7. 4. item.

plentię plenitudo: ibi. *Et ascendit super cherubim.* charitatis latitudo: ibi. *Et posuit tenebras latibulum suum.* Primo ergo in Christo incarnato, fuit dignitatis altitudo. quia sibi omnia subiecta fuerunt. s. cœlestia, terrestria, & inferna. Quod notans dicit. *Inclinauit cœlos, &c.* Vbi notandum, quid per cœlos, qd̄ per caliginem significatur. Per cœlos em̄ angelica natura beata intelligitur, teste Christo. d. Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. vbi per cœlum beatos angelos intelligit. per terram autem homines viatores, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob. Fabricatus est cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt. d. Per cœlos intelliguntur hi qui in cœlestibus vultu conditi angelici spiritus. vnde in oratione dominica dicere voce veritatis instruimur. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo & in terra. vt nimirum voluntas Dei sicut a superiori creatura agitur, ita in omnibus eū ab humana infirmitate seruetur. Quid autem per caliginem, nisi ipse diabolus, qui mentes hominum obnubilat intelligitur, qui mentes occupat peccatorum? Occupet cum caligo. Inclinauit ergo Deus in Christi incarnatione cœlos, quia beatos angelos Christi dignitatis subiecit. *Caligo fuit sub pedibus eius,* qd̄ diabolus ab eo fuit superatus. Et sic est sensus, iste *Descendit.* s. fili⁹ Dei ad nos per assumptionem humanitatis. *Et enim inclinauit cœlos,* i. humiliavit cœlestia. quia angelos humanę naturę Christi subiecit. *Et caligo sub pedibus eius.* i. diabolus qui hominum mentes obscurat, sub pedibus Christi est, quia domini potestate calcatur.

Cœlum. angelus. Mat. 6.

Greg. 27. c. 25. Iob. 37. Et hoc a libi ponit psal. d. du mine inclina cœlos in nos & descende. Iob. 3.

Caligo. diabolus.

211 Et ascendit super cherubim, & volauit, volauit super pennas ventorum.

Hic consequenter ostendit, q̄ in Christo fuit plenitudo sapientię. Vbi nota q̄ cherubim, secundum Greg. in humili. de angelis, d̄ plenitudo scientię, & illa summā angelorū agmina idcirco cherubim sunt vocata: quia tanto perfectiore scientiā sunt plena, quanto claritate Dei vicinijs cōtemplantur, vt secundum creaturę modū: eo omnia pleniū sciunt, quo vicinijs visioñē conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. Quid est ergo ascendere super cherubim, nisi scientiam omnium beatorum spirituum transcendere? Ipse ergo Christus ascendit super cherubim: quia excellentiorem scientiā & notitiam tam Dei quam creaturarum, ceteris angelicis spiritibus habuit. quoniam vt dicit Magister. Christus ab instanti suę cōceptionis habuit tantam gratiā, & scientiā plenitudinē, vt ei Deus pleniū conferre non potuerit. propter quod de ipso ait apostolus. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Vel etiam aliter. *Ascendit super cherubim.* quia mysteriū incarnationis eius & mortis, nullus intellectus creaturę attingere potest. Quis enim hoc arcanum attinere potest, q̄ verbum Dei caro factum est, q̄ Deus passus sit mortuus & sepultus? Certe nullus. *Et volauit, volauit super pennas ventorum.* quamuis enim istud sacramentū Christi incarnationis sit ineffabile, statim per totum mundū volauit. vñ ipso statim nato stella Magis in oriente volans ipsum prædicauit, angelus pastoribus annūciavit, miraculis multis etiā in ipsa hora natiuitatis in vrbe Romę innotuit. Ideo de ista incarnatione dicitur. *q̄ volauit su. pen. ven.* i. fama eius superauit velocitatem ventorū, quibus nihil velocius reperitur. Et bis dicit volauit: vbi geminatum verbum nimiam celeritatem significat.

212 Et posuit tenebras latibulum suum

in circuitu eius: tabernaculum eius tenebrosa aqua in nubibus aeris.

Hic consequenter ostendit, q̄ in Christo fuit charitatis latitudo. Vbi notandum q̄ p̄ tenebras significatur præsens vita mortalis, in qua ambulamus p̄ spem, videntes Deum non quidem sicuti est, sed per speculū in ænigmate. Et ideo tota præsens vita nox & tenebra dicitur, vñ ad istas tenebras charitate maxima venit filius Dei illuminandas. Illuminare his qui in tenebris, & vmbra mortis sederit. In istis tenebris vitę mortalis laquit virtus diuinitatis, vt puta, latuit diuinitas in carne, remissio peccatorum in baptismo. latet Christus in altari sub sacramēto panis, & vini. Et hoc est quod dicit. *Et posuit tenebras latibulum suum:* quia in istis velamentis latet virtus diuinitatis. Vel posuit tenebras latibulum suum. quia diuinitas carne velata, a nobis non clare per speculū, sed solum per fidem videtur. In istis tenebris Christus incarnatus habitauit. In tenebris strauit lectulū meū. i. habitationē meam. Et in istis tenebris latēs mirabilia operabatur. Cognoscuntur in tenebris mirabilia tua. Nonne hic est latitudo charitatis, q̄ propter nos lux diuina lateret in tenebris, vt ipsas nostras illuminaret tenebras? quia Iob. i. Lux in tenebris luceat. Vnde q̄ ad nostram utilitatē lateret in tenebris, subdit. *In circuitu eius tabernaculum eius.* Quia enim per tabernaculum hic intelligitur, nisi ecclesia vel congregatio fidelium, in qua Christus habitat p̄ gratiam, vt merito dicit ecclesia illud Iob. 29. Secretus Deus erat mecum in tabernaculo meo. Et vocatur ecclesia tabernaculum, quia in præsentia vita est in statu militię: quia Christo militat. Tabernaculum autem habitaculum est militantiū. Istud autem tabernaculū est in circuitu Christi, & Christus in medio eius stare d̄. quia omnibus æqualiter fauet: quia non est personarum acceptor Deus. sed in omni gēte qui operatur iustitiam, acceptus est illi. Et quamuis Christus sic sit in medio: nō t̄ si clare a nobis v̄, sed per scripturas: de quibus subdit. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* per nubes accipe prophetas, prædicatores, & doctores: qui a terrenis eluati in superioribus verbum Dei cōpluunt. per aquā vero scripturam sacram, quę tenebrosa d̄: quia sub signis, & ænigmatibus grandia Christi continet mysteria. vñ Greg. istum passum exponens, d. Per aquam sacra scriptura designatur. sapiente attestante, qui ait. Aqua sapientię salutaris potauit illum. Et hoc Dauid attestatur. d. *Tenebrosa aqua in nubibus aeris.* i. occulta scientia est in prophetis: qui ante aduentum dñi occultis sacramentis grandia Christi mysteria continebant. Nonne tenebrosa aqua erat in nubibus, id est obscura scriptura, quando Esaias prædicans Christi natiuitatem. d. Egredietur virga de radice Iesse, &c. Quando Hieremias mysterium crucis præsignabat. d. Mittamus lignum in panem eius, &c. Ex quibus omnibus Christi charitas denotatur.

Tenebra. Peccatū.

Luce. 1.

Latibulū.

Iob. 17.

psal. 77.

Io. 1.

Tabernaculum.

Ecclesia.

Actum. 10.

Aqua. scriptura. propheta.

Greg. 17. mor. c. 12. Ecclesi. 15.

Esai. 11. Hiere. 11.

Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt grando, & carbones ignis.

Vide hic & in alio Xpi charitatē. quia mysteriū suę incarnationis, nō solū Iudæis revelari voluit, sed et toti innotescere mundo. quia, s. apostolos suos per orbē

Apostolos orbē



orbē ad prædicandum misit. Et hoc est quod dicit. *Præ fulgore in conspectu eius.* i. ante fulgorem, qui erit in conspectu Christi, qñ. s. veniet in maiestate sua iudicare mundum: *nubes.* i. apostoli *transierunt.* s. à Iudæa ad Gentes. Quia s. apostoli per mundum dispersi, præbant tanq̄ nunciij annunciantes Christi futurū fulgorē & claritatem in iudicio. Et quid prædicat. s. per eos prædicabantur grando & carbones ignis. Duo em̄ præcipue prædicabant apostoli de futuro Christi aduentu. s. p̄nam tunc malis debitā, quæ p̄ grandinem, quæ fecit designatur. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorū. Prædicat etia & præmium tūc bonis debitū: quod p̄ carbones ignis designatur. Quia tūc carbones pri⁹ extincti. i. corpora mortuorum, accendentur per resurrectionē, & tunc erunt beati: *carbones ignis.* i. resuscitati igne charitatis accensi. De quibus prædictum est in isto psalm. Carbones, succensi sunt ab eo.

Et intonuit de cælo dominus, & altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis.

Hic consequenter ponitur clara veritatis prædicatio. & hoc pro fidelibus informandis. Vbi aduertendum q̄ quamuis tenebrosa esset aqua in nubib. scilicet in prophetis ante Christi aduentum qui mysteria Christi & ecclesiæ obscure & sub ymbra prædicabant: tamen adueniente Christo, illa tenebrosa & obscura sunt clara facta, quia aperte sunt prædicata supplicia malorū & bonorum præmia. Et quatuor hic facit. q̄a. primo ostendit Christi declarationem. Secundo gentium conuersionē: ibi. *Et misit sagittas.* Tertio prophetarum intellectiōem: ibi. *Et apparuerunt fontes aquarum.* Quarto de prædictis ponit gratiarū actionē: ibi. *Ab increpatione tua domine.* q̄tū ergo ad primū ostēdit qualiter Christus q̄ esset ver⁹ Deus mūdo fuit manifestatus. fuit em̄ manifestat⁹: & hoc à patre duobus, s. p̄ tonitruū, & p̄ vocem paternam. Per tonitruum enim: vt quādo Christus dicebat. Pater clarifica nomen tuum: & venit vox de cælo. d. Et clarificauit, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audiebat, dicebat tonitruū factū esse. Et quantū ad hoc dicit. *Et intonuit de cælo dominus.* Secundo Christus fuit manifestatus à patre per vocem, s. in baptismo, qñ vox de cælo facta est. Tu es filius meus dilectus, in te complacuit mihi. Similiter & in transfiguratione: qñ Christo transfiguratione, ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo bene cōplacui: ipsum audite. Et quantū ad hoc dicit. *Et altissimus dedit vocem suam.* Sed quid sequitur ex tali manifestatione, s. *grando & carbones ignis.* s. grando nō credentibus Christum verum dei filium & carbones ignis fidelibus suis. Exponitur grādo pro pena damnatorum, sed carbones ignis pro præmio beatorum, vt in præcedenti versiculo.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Hic ponitur fructus prædicationis apostolorū, qui est Gentium conuersio. Vbi nota q̄ sagittarum nomine, prædicatio verbi dei intelligitur. vñ Greg. dicit. Quid enim sagittas nisi verba prædicatorum accipimus: quæ semel ex voce bene viuentiū emissæ, audientium corda trāsfigunt? His sagittis sancta

ecclesia percussa fuerat, quæ dicebat. Vulnerata charitate ego sum. De his sagittis per psalmistā dicitur. Sagitta paruulorum facta sunt plagæ eorum. quia s. verba humilium penetrant animos audientium. Quid autem per fulgura accipimus, nisi miracula? vnde. Greg. istum passum pertrahens. d. Quid enim sentire fulgura, nisi miracula debemus, de quibus per psal. dicitur. Fulgura multiplicabis & conturbabis eos. per nubes ergo. i. per prædicatores suos Deus fulgurat, quia per prædicatores suos. i. insensibilitatis nostræ tenebras miraculis illustrat. Est ergo sensus iste. *Et misit sagittas suas & dissipauit eos.* quia s. per suos apostolos & prædicatores, misit verba prædicationum: per quæ gentes fuerunt dissipatæ. i. quo ad ritum gentilem, & ad fidem conuersæ. Sic enim dicebat superius. Increpasti gentes & perit impius, *fulgura multiplicauit.* s. miracula. & conturbauit eos. quia multi per miracula conturbati fuerunt. i. de peccatis contriti: vt per discursum actuum apostolorum patet.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Hic consequenter ostēdit, ex Christi incarnatione apertam esse scripturarum & prophetarum intelligentiam. Vbi primo notandum, quod per fontes aquarum intelligit sacram scripturā. quia aqua vitæ cōtinet. de quo fonte. d. Iesus Samaritana. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Sed per orbem terrarum intellige ecclesiā fidelium de toto orbe congregatam: ad quam colligendā missus fuit Christus. Et cum iterum introducit primogenitū in orbē terrarum: dicit. Et adorent eum, &c. Istius autem orbis fundamenta fuerunt antiqui propheta, quia omnia fidei & ecclesiæ mysteria in dictis prophetarum, q̄nis obscure, continebantur. Ideo fidelibus ecclesiæ dicit apostolus. Superedificati estis super fundamenta apostolorum, & prophetarum. Est ergo sensus iste, q̄ virtute incarnationis Christi apparuerunt fontes aquarum. i. veritas scripturarum: quæ prius in prophetis erat obscura, & ymbriticè dicta, apparuit declarata. Quod aliis verbis ostendit subdens. *Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.* i. prophetæ & dicta ipsorum: quæ sunt fundamenta orbis, s. ecclesiæ: reuelata sunt & per Christum & eius prædicatores manifestata. Sic enim dicitur. Et fundamenta eius reuelabo. Nonne fuerunt fundamenta orbis reuelata, quando Christus suis discipulis aperuit sensum, vt intelligerent scripturas? Et in huius ostensionē altaria & pallæ cooperiuntur, quadragesimali tēpo, quod præcedit Christi passionem, sed in die passionis eius reuelantur, ad denotandum q̄ in Christi passione, prophetarum dicta, quæ ante obscura videbantur, omnia sunt reuelata. vnde dicit apostolus. Nobis autem reuelauit Deus p̄ spiritum suum. Spiritus enim scrutatur omnia, etiam profundæ dei.

Ab increpatione tua domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Hic consequenter de prædictis ponit gratiarum actionem. Vbi nota quod per increpationem & inspirationem accipit Christi prædicationem: quia per suam prædicationem increpabat peccatores, & inspirabat vt timerent iram futurā. Hic ergo psal. in persona totius ecclesiæ cōuertit se ad ipsum Deū: cui cum gratiarum actione loquitur. d. O dñe hæc

hæc omnia facta sunt, ab increpatione tua. s. tui clamā A ris: nisi pœnitentiā egeritis, motiemini. *Et ab inspiratione spiritus iræ tuæ.* per quem te peccantibus iratū ostendisti. Quod ideo dicit. quia per Christi increpationem conuersi sunt peccatores & peccata perierunt in illis. psal. Ab increpatione vultus tui peribunt. Quid enim increpauit Christus nisi peccata? vnde & psal. 9. Increpasti gentes, & perit impius.

Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.

Hic agit cōsequenter de ecclesiā fidelitū per Christum congregata. Et quartuor facit. Quia ostendit primo q̄ ecclesiā per Christum cōgregatur. Secundo q̄ purificatur: ibi. *Eripuit me.* Tertio quod dilatatur: ibi. *Et eduxit me in latitudinem.* Quantum ad primum ostendit, qualiter ecclesiā per Christum fuit cōgregata, s. per sacramenta nouæ legis quorum præcipuum & ianua aliorum est baptismus: quod in aqua celebratur. p̄ quod quis de Christi ecclesiā efficitur. Et quantum ad hoc dicit Dauid in persona totius ecclesiæ. *Misit de summo & accepit me.* s. Deus pater misit filium suum de summo. i. de cælo, vel de maiestate diuinitatis, non tamē q̄ dimittēret cœlum, vel diuinitatis maiestatem. quia verbum Dicitum sit immensum, loco non continetur, sed omnia repleti. *Et assumpsit me.* s. in sponsam sibi. Sic em̄ promiserat agere Deus populo Gētili & Iudaico. Sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te in iudicio iustitiæ & misericordiam, & sponsabo te mihi in fidem. Cōsequenter modum ponit talis desponsationis. qui, s. fuit per aquā baptismi. d. *Assumpsit me de aquis multis.* i. de aquis baptismi. Quia. s. cum quis assumitur de aqua baptismi: statim membrum sponse Christi. i. ecclesiæ efficitur. Et sic est sensus hic psal. q̄ Deus p̄ aquas baptismi ecclesiā suam sibi desponsauit. Vel aliter, per aquas multas intellige populos multos: ex quibus Deus suam congregauit ecclesiā. Aquæ quas vidisti, gētes sunt. Dicit ergo ecclesiā de Christo. *Assumpsit me de aquis multis.* i. vocauit me de gentibus, & de multitudine populorum.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quonia confortati sunt super me.

Hic consequenter ostēdit q̄ ecclesiā per Christū purificatur, & à peccatis purgatur. Vbi notandū q̄ inimicus dicitur ab in & amicus. quia contrario modo se habet quā. Amicus amicus autē dicitur ab hamo q̄ est catena. s. charitatis & vnio. Et ideo quanto quis nos priuat catena charitatis & amore, maior dicitur inimicus. Cum igitur vitia nos maxime amore vero priuent & dissoluant à Deo, ideo per inimicus maxime intelliguntur. Vnde ait gl. *Eripuit me de inimicis meis fortissimis.* i. de vitiis quæ dicuntur inimici fortissimi, quia super omnes nocent. isti sunt inimici interiores, alij sunt inimici exteriores. s. homines, qui tamen non sunt fortes vt primi. quia isti odire & persequi possunt, sed mentem non possunt violenter superare. Ideo debiles inimici dicuntur: quia superare non possunt, nisi volentē. Sed cum eis cōsentitur, tunc confortantur & inualescunt. vnde Greg. d. Neque enim culpa ad opus p̄dire permittitur: si intus vbi nascitur, extinguitur. Si autem tentationi in corde nascenti non resistitur, hac eadē qua nutritur mora roboratur, & exiens foras in operibus vici vix præualeat: quia ipsam intus mēbrorum domi-

nā mentem captiuā tenet. Isti ergo inimici tā interior res quā exteriorēs ante Christi incarnationem, s. pra humanum genus dicuntur conforati, quia Deus q̄ est mentis fortitudo ignorabatur. Et de omnibus his ecclesiā suam eripuit dñs, peccata remittens, demones ligans: & homines, s. tyrannos & persecutores ecclesiæ conuertens ad fidem.

Præuenerunt me in die afflictionis meæ, & factus est dominus protector meus.

Hic consequenter ostendit q̄ ecclesiā à Deo defendatur. Vbi nota q̄ dies afflictionis vocatur tēpus primitiua ecclesiæ: quando ipsam persequerentur tam Iudæi quā Gētilēs, vt nomē & fidem Christi deleterent. sicut qñ Herodes rex misit manus, vt affligeret quosdam de ecclesiā. Quādo Nero occidit Petrum & Paulum. Athiopes Mattheum. Indi Bartholomæum, vñ tunc ecclesiā dicere poterat illud Iob. Possident me dies afflictionis. In die ergo afflictionis præuēta fuit ecclesiā. s. in principio antequā esset aucta & fortificata. vel præuenerunt. i. præualuerunt ad affligendā & perimendā vitam ecclesiæ temporālē. Et tunc ecclesiā orās dicebat illud Thren. 2. Vide domine afflictionem meam, quā erectus est inimicus. Sed tamen in tanta afflictione ecclesiā nō defecit: quoniam quanto magis affligebatur, tanto amplius Christi fides multiplicabatur. Quod fuit signum in filiis Israel, de quibus dicitur. q̄ quanto magis affligebantur, amplius crescebant & multiplicabantur. Sic fuit de primitiua ecclesiā, & huius causa fuit: quia Deus protegebat ecclesiā. propter quod subdit. *Et factus est dominus protector meus.* protexit enim ecclesiā quādo ipsam multiplicauit & inimicos & persecutores fecit defensores, & amicos. Et hoc est quod tunc orabat ecclesiā. d. Protege me à facie impiorum: qui me afflixerunt.

Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.

Hic cōsequenter ostendit, q̄ ecclesiā p̄ Christum dilatatur & crescit. Vt em̄ statim dictū est: ecclesiā per p̄secutiones, & aduersitates multiplicabatur. Et hoc nō solum numero: sed et merito p̄ aduersa dilatatur charitas: sicut per ignē aurum purificatur. vñ per sequitiā malorū, charitas iustorū magis excrescit. Et hoc est qd̄ dicit. In tribulatione dilatasti mihi. Quia dū crescit tribulatio carnis, mens p̄ charitatem dilatatur, iuxta illud psal. 93. Secundū multitudinē dolorū meorū in corde meo consolationes tuæ lætificauerūt animā meā. Vñ quia in p̄secutionibus ecclesiā nō succubuit, sed magis creuit. ideo Deo dicit psal. 9. Dilatasti gressus meos subtrus me: & nō sum infirmata vestigia mea. Et, saluū eā fecit. Vñ subdit. *Saluū me fecit, quoniam voluit me.* Et hic notatur mera Christi gratia. quia *Quoniam voluit me,* saluū me fecit: nō quia volui eū. Quia hic ait. psal. *Saluū me fecit: quoniam voluit me.* p̄ hoc ostendens, q̄ illi saluatur quos voluntas Dei vult saluare. Quæro utrū dei voluntas semper impleatur. Et arguo q̄ non: quærit dicitur. 1. Tim. 2. Vult omnes homines saluos fieri, &c. non tamen omnes saluatur. Secundo quia iudæos voluit Deus in fide ecclesiæ cōgregare, ipso d. Quoties volui cōgregare filios tuos, quæadmodū, &c. & noluit. Ad oppositū. quia volūtati eius nullus resistere potest. Et psal. voluntatem Dei efficacem esse ostēdit. d. *Saluū me fecit: quoniam voluit me.* Responso quod quamuis voluntas Dei sit eadem q̄ ipse Deus: & p̄ cōsequens

plurificari non possit: tamē fm quosdam respectus ad extra in scriptura dicitur esse multiplex. vñ psal. ait. Magna opera domini exquisita in omnes voluntates eius. Est enim voluntas signi, & voluntas beneplaciti. Dicitur enim voluntas signi, illa quæ homini per aliqua signa demonstratur, sicut præceptū, prohibitio, pmissio, &c. Dicitur voluntas beneplaciti illa sua voluntas æterna & omnipotens: cui nihil resistere potest. Et tunc pono duas conclusiones. Prima q̄ voluntas signi non semper impletur. patet quia multotiens eius præcepta & prohibitio nes violantur. Dico secundo quodd voluntas beneplaciti semper impletur, etiam per malam voluntatem hominis. vt ostendit Greg. per multa exempla. Ad primum argumentum dico vt in glibidem. Ad secundum vt in glibidem.

**Et retribuet mihi dominus secundū iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi.**

Hæc est sexta pars principalis in qua ponitur finalis omnium iusta retributio. Et duo facit. quia primo ostendit iustā retributionem bonorum. secundo malorum: ibi. *Et cum electo electus eris.* Circa primum duo facit. quia primo ostendit bonorū retributionem in presenti. Secundo in futuro: ibi. *Et retribuet mihi dominus.* Quantum ad primum nota q̄ bona opera retributione digna, duo debent habere. s. bonitatem iustitiæ, & stabilitatem perseverantiæ. Secundum ibi. *Et ero immaculatus.* Quantum ad primum dicit. *Et retribuet mihi dominus.* &c. Vbi notandum, q̄ hic accipit iustitia, prout est virtus vniuersalis stas pro omni merito. Omnia autē merita nostra à duabus causis procedunt. s. à diuina gratia, & à libero nostro arbitrio. Quia nec gratia sine voluntate, nec voluntas sine gratia apud Deum mereri potest, quo ad meritum vitæ æternæ. Et per consequens omnis iustitia. i. omnia merita & sunt Dei, inquantū. s. procedunt à diuina gratia, & sunt nostra, inquantū procedunt à nostra voluntate. vt diffuse ostendit magister. lib. 2. d. 17. Nō ergo p̄sumptioni est imputandū, si iste iustitiam, q̄ habet, dicit suam, loquens in p̄sonam mēbrorum corporis Christi. Dicit etiā ipsam esse Dei, q̄ dicit. *retribuet mihi.* Retribuere em idē est, quod iterum tribuere siue dare. per hoc em notat, q̄ prius Deus iustitiam dedit nobis, & postea iterum retribuit: q̄n̄ pro merito prioris ipsam iustitiā dilatat. Itē notandum q̄ duplex est iustitia, siue meritum. s. bonæ voluntatis, & bonæ operationis. Iustitiā voluntatis notat, cum dicit. *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam.* i. secundum bonā voluntatem: quod facit, q̄n̄ bona voluntas crescit p̄ gratiam. Iustitiā vero exteriorē notans dicit. *Et secundū puritatem manuum mearum.* &c. Notandū ergo q̄ ad p̄fectionē meritorū, vel iustitię nullus subito, sed p̄ incrementa tēporū, p̄ficit. sic q̄ virtutes in nobis paulatim crescunt dono Dei, donec ad p̄fectum deducantur. & istud crescere hic d̄r retribuere. Vñ hoc ostēdit Greg. ex verbis Christi dicētis. Terra vltro fructificat, primū herbā, deinde spicā, deinde plenū frumentū in spica. Ecce veritatis voce p̄ qualitates frugū, distincta sunt incrementa meritorū. Ait em primū herbā, deinde spicā &c. An nō herba tūc adhuc fuerat Petrus, cū ancillæ ab ore subito vnius flatu sermonis inflex⁹ est: iā qdē p̄ deuotionē viridis: sed adhuc p̄ infirmitatē tener. Plenū vero frumētū in spica inuētus est: q̄n̄ p̄ sequētibus principibus resistebat, dic. Obedire oportet Deo magis q̄ hominib⁹. Plenū

Greg. lib. 6. mor. c. 21. 2.2.2. 3. q. 3. scilicet differētia.

Meriti iustitiæ. Perseuerantia.

Nostrum.

Greg. 22. mor. c. 20. vltimus. Marc. 4. Crescere.

Astus. 5.

frumētum inuētus est, q̄n̄ in tritura p̄secutionis tot verbera ptulit: & nequāq̄ palearū more imminutus est, sed granū itegrū p̄mansit. Nemo ergo quæ licet proximi, cū adhuc herbā videt, de frumētō desperet. Ab herbarū gippe foliis q̄ huc illucque molliter defluunt, surgētia frugum grana solidantur. Et p̄ hoc in particularibus virtutibus demonstrari. Retribuitur em homini fm iustitiā fides accepta augeatur à Deo: plerūq; em in exordiis suis fides & nota & solida iā habetur: & tū adhuc de eius fiducia sub dubitationē trepidatur. pars nāq; ei⁹ prius accipitur, vt in nobis postmodū p̄fecta cōpleatur. Si em certo gradu in credētis mente nō p̄ficeret: regitū in euangelio pater sanādi pueri nō dixisset. Credo dñe adiuua incredulitatē meā. Ad hoc ergo ascendebat ad fidē q̄ iā perceperat, q̄ vno eodēq; tpe clamabat et se credere: & adhuc ex incredulitate dubitare. Hinc est et q̄ redēptori nostro à discipulis suis d̄r. Auge nobis fidē: vt q̄ iā accepta p̄ nūciū fuerat: quasi p̄ augmenta graduū ad p̄fectionē veniret. Et cōsimiliter de aliis virtutibus exp̄licam p̄r. Ad p̄positū, *retribuit Deus homini secundū iustitiam vel secundū puritatem manuum: q̄n̄ virtus per ipsam data homini crescit in ipso & augmentatur.* Sic em virtus meretur augeri: vt aucta mereatur p̄fici. vt dicit magister. d. 27. s. cūdi. Vñ causam talis retributionis adiungit, dicēs.

**Quia custodiui vias domini: nec im-**

**pie gessi à Deo meo:**  
Hic redditur rō talis retributionis & agmētationis iustitiæ. Sicut em diuturnitas peccati peccatum cōtinue aggravat. extra de cōsue. cū tanto. Sic & cōformiter diuturnitas seruatiōis iustitiæ, ipsam iustitiā augmentat. Vnde si q̄ratur quare retribuit tibi fm iustitiā tuā. R̄ndet. *quia custodiui vias domini.* i. p̄cepta quæ viæ vocantur. q̄ nos ducunt ad Deū iuxta illud psal. Viā mandatorū tuorū cucurri, nec impie gessi à Deo meo. Vbi nota quodd differt secundū Cathol. generis, à porto portas. quia gerim⁹ nostra, q̄ in nobis sunt, sed portamus extrinseca, q̄ nobis imposita sunt. Ille ergo impie gerit, q̄ bona intrinseca à Deo sibi data, impie tractat, vt q̄ voluntatē sibi à Deo datā: contra Deum erit, q̄ cognitionem à Deo adeptus, ad mundū solum aspiciat, qui gratiam sibi datā negligit. Et q̄a omnis talis est Deo ingratus, mortaliter peccat: & separatur à Deo. Econtra autem ille impie gerit, qui talia bona sibi data dirigit in Deū. Dicit ergo psal. in p̄sona membrorum corporis Christi. Ideo mihi retribuet &c. *quia custodiui vias domini.* s. eius p̄cepta, vel vias dñi de quibus in psal. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. vel vias dñi misericordia & veritas. vel vias domini q̄ sunt humilitas in p̄speris, & patiētia in aduersis. de quibus psal. Ego custodiui vias duras, nec impie gessi à Deo meo. supple quo à Deo recederē. Et aduerte q̄ ad custodiam viarum Dei maxime nos inducit assidua cōsideratio diuinorum iudiciorum. Qui em mēte considerat diuina iudicia. s. qualiter malos dānat & beatificat bonos, qualiter per aduersa bonos purgat, ne in futuro puniatur, per prospera hic malos p̄miat, vt in futuro dānetur: talis em nūq̄ à voluntate Dei d̄r detur. Et hoc est qd dicit hic psal. *Custodiui vias domini.* Et quare: q̄a semper iudicia Dei cōsideraui. vnde rō est. *Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo.* Et iō iustitias eius. i. mādāta eius, q̄ huminē iustificāt, nō repulsi à me. Cōsideratio. n. iudiciorū Dei diuinū timorē inducit in nobis. iuxta illud psal. A iudiciis. n. tuis timui. Timor autē dñi omne peccatū expellit. Sed forte. d. iudicia diuina sunt semper cogitanda.

Fides.

psal. 118. Gere. portare.

psal. 118. Gere. portare.

Præceptum.

psal. 24.

psal. 16.

iudicium. psal. 118. Eccle. 1.

Sed

Sed quod est magis occultum vel timendū: an dum bona bonis eueniunt, & mala malis: an dum bona malis, mala bonis occurrunt? Ad hoc r̄ndet Greg. q̄ magis ante oculos mentis debemus ponere. ne peccemus iudicia illa, quibus bonis bene, & malis male contingunt. vide sic ait. Cum valde occulta sint diuina iudicia. Cur in hac vita nonnunq̄ bonis male sit, & malis bene? Tunc occultiora sunt cum bonis hic bene est, & malis male. Nā cum bonis male est, & malis bene, hoc fortasse deprehenditur: quia & boni, si qua deliquerunt, hic mala recipiunt, vt ab æterna dānatione plenius liberentur. Et mali bona, quæ pro hac vita faciunt, hic inueniūt, vt ad bona in posterum tormenta petrahanantur. Vnde & ardent in inferno diuiti dicitur. Memento fili: quia recepisti bona in vita tua: & lazarus similiter mala. At cum bonis bene est: & malis male, incertū valde sit: vtrum bene iccirco bona accipiant: vt prouocati ad melius crescant: an iusto latentiū iudicio hic fuorum operum remunerationem recipiant: vt ap̄p̄m̄iis vitæ sequentis inanescent, & vtrum malos iccirco aduersa feriant: vt ab æternis suppliciis corrigentia defendant. an hic eorū p̄na incipiat vt q̄n̄q; cōplenda eos ad vltima gehennæ tormenta perducat. Quia ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis suæ caligine humana mens premitur. Sancti viri cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt: pauida suspitione turbantur. Timent enim hic laborum fuorum fructus percipiant. Timent etiā ne diuina iustitia latens in eis, vulnus aspiciat: & exterioribus eos muneribus cumulās, ab intimis repellat, &c. Quis em talia iudicia oculis suis p̄ponēdo ad peccādum labatur: Certe nullus. Recte ergo ostendēs hic psal. qualiter & quare custodiuit vias dñi, subdit. *quia omnia iudicia eius in conspectu meo.* &c. Et ideo iustitias eius non repulsi à me. Iustitias em dñi à se repellunt: qui sub sarcina eorū deficientes, reuertuntur ad vomitū. vel qui flagellatē carnis superati, dimittūt quod inceperant. Sed qui iudicia domini in corde suo meditantur: reuertuntur ad dominum, & à malo recedunt. Et hoc est quod dicitur. Reuertere ad dominum, & auertere ab iniustitia. Et quis sit modus subdit. d. Recognosce iustitias, & iudicia domini.

**Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.**

Hic consequenter ostendit q̄ opera nostra debent habere stabilitatē perseverantiæ. Quid enim currenti ad brauiū, si omnes alios p̄cedat: sed in finē deficiat? Ideo psal. in persona membrorum corporis Christi ostēdens perseverantiā in meritis esse necessariam: ait. *Et ero immaculatus.* &c. q. d. Dixi suppetiū q̄ de præterito: custodiui vias dñi: nunc autē dico, quod perseverabo. quia ero immaculatus cum dō: s. cum ipso Deo adhaerens sibi. *Et obseruabo me ab iniquitate mea.* Vbi nota q̄ iniquitas hic dicitur peccatum originale: quod est fomes & seminarium ceterorum malorum, & peccatorū si non resistatur ei. Ecce em in iniquitatibus cōceptus sum. &c. Isto nāq; vitio cuncta cogitatio hominis prona est ad malū. Ideo opus est homini magna & diligēs custodia: p̄ quam ab illa iniquitate vel concupiscentia se obseruet. Et obseruare em q̄n̄que idem est quod adimplere. Obserua vt custodias mandatum Dei tui. Quādoque idem est quod insidiari. Obseruabant scribæ & pharisæi: si sabbato curaret. Quādoque idem est quod vndique sibi cauere vel se ipsum ab hoste

Iniquitas Originalis peccati.

obserua. re. 3. reg. 2. Luca. 6. 2. psal. 25.

cauere. lanitores per portas singulas obseruabant. Et sic accipitur hic. *Obseruabo me &c.* quasi per portas singulas seruum obseruabo, ne peccatum originale ad actuale peccatum me perducatur.

**Et retribuet mihi dominus secundū iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.**

Hic consequenter ostendit iustam bonorum retributionem in futuro. vbi. s. pro meritis redduntur præmia. Superius enim loquutus est de retributione, quæ fit in presenti, q̄n̄. s. pro virtute virtus augeatur. Hic agit de futuro. vbi pro virtute præmiū datur. d. *Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.* Quod ideo dicit. Quia in conspectu oculorum hominis multotiens apperet iustitia: quæ nō est iustitia neque puritas, sicut est hypocritarum iustitia & puritas, & pro tali nō redditur in futuro præmiū sed supplicium. Sed illa vera est puritas & iustitia, quæ in conspectu Dei est puritas vel iustitia. Et isto modo ly *in conspectu eius* declarat iustitiam & puritatem. q. d. Illa sola est vera puritas & iustitia quæ in Dei conspectu est puritas & iustitia: nō quæ in conspectu hominum. Vel ly *in conspectu eius* potest de terminare ly *retribuet*. vt s. determinet quæ Deus iustis & puris retribuet: quæ bona illa. s. quæ sunt in conspectu eius, non quæ in conspectu hominum. quia quæ videntur ab hominibus, solū tēporalia sunt: & talia nō retribuet Deus bonis in futuro. sed illa quæ sunt in conspectu eius. s. Dei. s. bona æterna, quæ nō ab hominibus, sed à Deo videntur. Et ne reprehendatur, q̄a dicit sibi in futurum retribui fm iustitiam & puritatem suam: quia omnia bona nostra sunt Dei & non nostra. Ideo cōsequenter talibus respondēs, ostendit quodd iustitia puritas & alia bona spiritualia non solum sunt Dei, sed etiam nostra. Dei quidem, quia ab ipsius gratia procedunt, nostra autē, quia a nostra voluntate libera. Vnde nunc se conuertens ad Deum, dicit.

**Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris.**

Quasi dicat. Sanctitas, & est nostra, & tua nostra, quia a voluntate nostra tua, q̄a a gratia tua. Vnde tu Deus cum sancto sanctus eris: quia tu sanctus es, alios sanctificas. Et cū innocente innocens eris. q̄a tu q̄ es innocens: es cum innocēte sibi innocentia p̄stans. Sic em dicit dominus. Ego dñs qui sanctificabo vos. De retributione ergo præmiorum reddēda in futuro meritis. Et retribuet mihi dñs secundum iustitiā meam, &c. Vnde Greg. dicit. Quia in hac vita nobis est discretio operum: erit in alia p̄oculdubio dignitatum discretio. vt quo hic alium superat: illic alium retributione trāscendat. Sic enim dicit apostolus. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit in corpore, siue bonū siue malū.

**Et cum electo electus eris: & cū peruerso peruerteris.**

Hic cōsequenter ostēdit retributionē malorū. Et loquitur ipsi Deo. Deus enim cū electo est electus. quia ille q̄ eligit à Deo p̄ æternā p̄destinationē & gratiā: & ipse Deū sibi eligit. Eligit em De⁹ iustos p̄ suā gratiā & p̄destinationē. Elegit nos ante mūdi cōstitūto

Conspectus eius.

Nostrum.

Sanctitas.

Exo. 31.

Greg. 4. mor.

2. cor. 5.

227.

Electio.

Ephat. tūto

EXPOSITIO

34

tutione: vt effemus sancti & immaculati. Quod sic dicit secundum gl. Ne quis putet animas cum Deo fuisse æternas, & tunc aliquid meruisse: iuxta errorem illorum qui ante hæc visibilia dicunt fuisse animas: & ideo tunc fuisse electas. Sed hoc aperte ostendit salsum esse. d. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt effemus sancti. Et isti tales sic electi etiam eligant deum. s. pro suo dño & æterno præmio. sic enim dicitur. Elegi abiectionem esse in domo Dei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, sic & de Magdalena. Optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea in æternum. Veruntamen quia electio, qua nos eligit Deus, est causa quare nos consequenter eligimus Deum. ideo dicitur. Non vos me elegistis: sed ego elegi vos. Et hoc est quod hic dicit. *Et cum electio. s. à te: & tu electus eris* ab illo. Et consimiliter. *Et cum peruerso peruerteris.* Peruerter enim dicitur Deus cum peruerso: quando ipsum sinit peruertere: & consequenter pœnis punit æternis. Vbi nota glo. q. duplex est Dei iudicium. s. occultum, quod nunc agitur, & manifestum, quod erit in futuro. Et sic Deus dupliciter retribuit, & bonis & malis. Hic enim retribuit iustis, vt iustus iustificetur. i. vt eius iusticia crescat, malis autem, vt qui in sordibus est, sordescat adhuc. Et sic cum sancto sanctus est: & cū peruerso peruerterit. s. permissiue. Quod iusto iudicio Dei agitur. vt ostendit Greg. d. Nā q̄a omnipotēs Deus tempus ad pœnitentiā indulget: quod tñ humana malicia ad vsum suę iniquitatis intorquet: nimirum iusto iudicio augeri culpa permittitur, vt ad feriendum alius q̄nq̄e cumuletur. Hinc David ait. Appone iniquitatem super iniquitatem ipsorū, vt non intrent in iusticiam tuam. Hinc voce angeli ad Ioanem dicitur. Qui in sordibus est, sordescat adhuc. Si ergo Deus cum peruerso peruerter dicitur, quando peruersum ad maiora peccata cadere sinit: vt in illis punitione clarior sua iusticia demonstratur. Vel aliter exponitur iste versus: vt sint verba psalmistæ loquentis non Deo, sed congregationi electorum & reprobatorum. Et primo congregationi electorum dicat. *Cum sancto sanctus eris.* i. tu quilibet electus, cum Christo sancto eris sanctus, & cum innocēte innocens eris. Similiter & cū electo Christo eris electus, & cum peruerso. s. diabolo tu peruerteris. Et est argumentum à conuictu, quia ex cōuictu mores formantur. Sic & qui conuersatur in vijs diaboli peruersi, cum ipso peruerteritur. Sed ex forma meritorū sequitur forma præmiorum. Ideo de vtriusque. s. de sanctis & peruersis subdit. quid in futurum sunt recepturi. Quia boni recipiēt gloriā: peruersi autem gehennam. Quod denotat. d.

227. Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superbiorum humiliabis.

Et hoc quo ad bonos. Quantum vero ad malos subdit. *Et oculos superbiorum humiliabis.* Et hæc illa regula, quam multis ponit Christus. d. Omnis qui se humiliat, exaltabitur, & omnis qui se exaltat, humiliabitur. Quantū ergo ad primum dicit. *Quoniam tu populum humilem saluum facies.* Docet em̄ natura quod omnis in altū ascendere volens, primo ipsum oportet humiliari. vt ostēdit Isaac super illo verbo. Matt. 21. Ecce ascendimus Hierosolymam. d. Quisquis em̄ ascendere cupit: prius humiliari & descendere debet. Sic nempe aues vt se in altum suspendant, profundius omni corpore solo vbi resident se imprimunt.

psal. 83.

Luca. 10.

Ioan. 15.

Reproba. 210. peruersus.

retribuere. Bonus.

Greg. 15. mor. 1. 12.

Apo. 22.

Humilitas. Mat. 21.

Mat. 21.

Hominū quoque & ferarum eadem est ars naturæ siue natura artis, aut potius ars naturalis vt in sublimi salire cupientes, humiliter terræ quasi toto corpore subsidentes, incuruuntur. Arduum est quo ascendere molimur, arctum foramen q̄ penetrare conamur. ideo expeditos nos esse conuenit & subriles, &c. Et sic quātū ad hoc dicit. *Quoniam tu populum humilem saluum facies.* Quantum vero ad malos subdit. *Et oculos superbiorum humiliabis.* Vbi nota q̄ superbos maxime per oculos describit ex eo q̄ secundū Gre. Superbia principaliter per oculos manifestatur. vñ ait. Quantum per mēbrorum ministerium deprehēdi potest: prima superbiæ ostensio esse in oculis sollet. Hinc etenim scriptum est. *Et oculos superbiorum humiliabis.* Quod duobus modis intelligi potest. s. oculos superbiorum humiliabis. i. deposita superbia ad virtutem humilitatis pducas sic. n. lucia. d. Sponsum quē al. Cæsi. quasi leonem ferocem accepit. quasi agnum mansuetum ad te &c. Vel humiliabis depones per pœnæ afflictionem. sic. d. psal. Humilians autem peccatores vsque ad terram. Et sic accipitur hic.

Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: Deus meus illuminas tenebras meas.

Hæc est septima pars principalis, in qua ponitur veritatis illustratio pro terroribus remouendis. Et quatuor facit. quia primo suorū illuminationem petit. Secundo diaboli superationem ubi. *Quoniam in te eripiar.* Tertio mentis purificationem: ubi *Deus meus impolluta via eius.* Quarto ponit Dei recognitionem: ubi. *Quoniam quis Deus.* Primo ergo petit suorum illuminationem. Vbi notandum q̄ omnes prædestinati dicuntur esse mēbra Christi s̄m æternam prædestinationem: quamuis non omnes secundum præsentem iustitiam. Ex istis autem aliqui in præsentia Christi fuerunt illuminati, & charitate inflammati, vt sancti apostoli: aliqui non, sed postea erant illuminandi: de quibus dicebat Christus. Non pro eis tm̄ rogo: sed etiam pro his, qui per verbum eorum credituri sunt in me. Primos enim. i. apostolos lucernam vocat. quia illi lucebant p̄ doctrinam: & ardebant per charitatem. sicut de Ioanne Baptista dicitur. Ille erat lucerna ardens & lucens. sed secundos vocat tenebras suas, tenebras quidem: quia secundum præsentem iustitiā tenebris peccatorum obvoluit, s. suos: quia s̄m æternam Dei præscientiam electi sunt & prædestinati. Et hoc est. quod hic orat Christus. d. O dñe qui es Deus meus. *tu illuminas lucernam meam.* i. apostolos meos & alios primitiuos prædicatores. qui ideo lucerna dicuntur, quia in illis fuit lux & cognitio veritatis, qua illuminauerūt alios. Et quoniam tu illuminas lucernam meam. i. prædicatores: etiā te rogo, *illumina tenebras meas.* s. per eos prædicatores.

Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo transgrediar murum.

Hic Christus vt homo petit hostis superationē. Præuidebat em̄ se cū diabolo pugnaturū, & ab ipso tentandū. ideo orat patrem, vt patris virtute ipsum superet. d. *Quoniam in te eripiar &c.* q. d. ideo oro, qm̄ non à me, sed in te eripiar à tentatione diaboli, vbi dat nobis exemplum: vt in omni tentatione ad Dei adiutorium postulādū p̄ orationem recurramus: & statim ex gaudio mutar p̄sonā loquētis. q̄a in p̄sona suorū nunc loquitur. d. *Et in Deo meo transgrediar murum.* Murū. n. vocat obstaculū peccatorū: q̄ nos à Deo se-

Superbia. Greg. 16. mor. c. 11.

228. De pe. di. 1. aliter.

Prædestinatus. Tenebra.

Ioan. 17.

Ioan. 5.

229.

Murus.

Esā. 30.

230. 19. quæ. sio 2. dñe

Ioan. 14. Via. Christus.

psal. 76.

psal. 118

Hierei. 2

Ose 14

psal. 11.

Mat. 7.

131

Dens. Dominus. Christus.

Ioan. 17.

232. 1. q. 2. in present.

parat & disjungit: ne ad ipsum possimus accedere. A Sic. n. murum pro iniquitate accipit Propheta. d. Erit vobis iniquitas hic in muro excelso. Et nota q̄ non dicit dirimā murū: sed transgrediar murum. Quia dirimere penitus murum peccatorum non potest homo mortalis. sed gratia Dei transit murū. i. obstaculum peccatorum.

Deus meus impolluta via eius eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

Hic cōsequenter petit mētis purificationē. Vbi sciendū q̄ Christus cū sit via veritas & vita tñ dupliciē viā impollutā dñi habere. s. viā qua venit ad nos & viam qua vadimus ad eum. Via qua venit ad nos fuit gloriosa virgo Maria, q̄ impolluta dñi omni carens immundicia actuali vel originali. Et de hac dicitur. Deus in mari via tua. Quid. n. mare significat nisi Mariā: quia sicut mare sordes non retinet, sic & Maria ab omni sorde fuit aliena. Via aut qua vadimus ad eū, est mandatorum eius obseruatio: q̄ impolluta dñi. quia nihil cōtra mores continent eius præcepta: sed oēm detestantur immundiciam. Psal. 118. Viā mandatorum cucurri. Per hoc. n. petit mētis puritatem. q. d. Si via qua Christus ad nos venit, est impolluta, si via qua vadimus ad Deum est impolluta, sequitur q̄ oportet me esse impollutum, si ipsum ad me venire cupio: & me ad ipsum accedere. Vis ergo Christum ad te venire? Accede ad Mariam, quæ est via vitæ per quā ad nos venit. ipso d. Ecce ego do corā vobis viā vitæ. Vis tu ad Deum accedere? serua mādata: quæ sunt vitæ rectæ. Osee 14. Rectæ vitæ Dñi: iusti ambulant in eis. Et q̄ ista via præceptorū Dñi sit impolluta subdit. Eloquia Dñi igne examinata. q. d. Sicut aurum igne examinatum, tubigine caret: sic eloquia Domini. i. præcepta sunt munda. Sic. n. superius dictū fuit. Eloquia Dñi eloquia casta: igne examinata. Et si forte quis diceret, præcepta Dei sunt grauiā & difficilia: propter quod ipse ait. Arctā est via quæ ducit ad vitā, & iō timeo non posse per illā incedere. Stratim dubium remouet. d. Noli timere. quia protector est omnium sperantium in se. Illos. n. protegit: qui non in se ipsis, sed solū sperāt in illo. Et dicit oīm. quia nullus ab eius p̄tectione excipitur, nisi qui sperate in illo nō vult.

Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?

Hic consequenter ex p̄dictis in persona totius Ecclesiæ recognoscit Deum: vt merito oēs inducat ad obediendum diuinis præceptis. Vñ nota quod Christum vocat dñm & Deum vocat dñm. d. *Quoniam quis Deus præter Dominum?* q. d. nullus. Si ergo ipse verus est dñs: sibi merito obedire debemus in vita p̄senti Ps. 2. Seruite dño in timore. Secundo vocat ipsum Deum. d. *Aut quis Deus præter Deum nostrum?* quasi dicat. nullus. Si ergo verus Deus est: ab illo solo beatitudinem sperare debemus in futuro. Hæc est vita æterna: vt cognoscant te solum Deum, &c. Et vide magnam differentiam inter dñm & Deum. Nam Deus est nomen essentialē. Dñs autē nomen temporale. vt Deus semper fuit Deus: non autem semper fuit Dominus. quia Dominus relatiue refertur ad seruum: & ideo cum relatiua sint simul sicut Deus ab æterno seruū non habuit: ita nec Dominus fuit. Et ex hoc insurgit dubium. Quod nomen est maioris venerationis, an Deus, an Dominus.

Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

Hæc est octaua pars principalis in qua ponitur per Christum Ecclesiæ data fortitudo contra omnia nobis aduersantia. Et quia fortitudo contra hostes est duplex. s. ad resistendum, & ad inuadendum, Ideo hic primò ostendit per Christum datam fortitudinem ad resistendum. Secundo ad persequendū ibi. *Persequar inimicos meos.* Quantum ad primum nota quod multa nos sortes faciunt ad resistendum hostibus nostris: quæ hic ostendit Ecclesiæ à Christo collata. s. mentis innocentia in principio. operis constantia: ubi. *Qui docet manus meas.* aduersitatis tolerantia: ubi. *Et disciplina tua.* Quantum ergo ad primum dicit. *Deus qui præcinxit me, &c.* Vbi nota q̄ quamuis Grammatici differentiam faciant inter accingere & præcingere & succingere quia accingimur bellaturi. Ps. Accingere gladio tuo &c. Præcingimur ministraturi. Præcinget se & faciet illos discumbere: & transiens ministrabit illis. Succingimur ituri. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est: tonica succinxit se: & misit se in mare vt. veniret ad Iesum. Tamen sacra Scriptura indifferenter vnum accipit pro alio. Sed tamen cōmunius accipitur præcingere pro castitatis obseruantia. Vnde super illo verbo Luca. Sint lumbi vestri præcincti &c. ait Grag. Lumbos enim præcingimus cum luxuriam per carnis continentiam coarctamus, &c. Quid ergo significat aliquē præcinctum esse: nisi mundiciam carnis habere? Hæc enim virtus mirabiliter resistit hostibus nostris spiritualibus. Ecclesiæ ergo se fortem ostendens ad resistendum diabolo dicit *Deus qui præcinxit me virtute.* s. castitatis & munditiæ: & quod de virtute castitatis loquatur subdit. *Et posui immaculatam viam meam.* Et nota q̄ præcingi debemus quadruplici zona. i. triplici virtute, per triplicem zonam in Scriptura significata. Prima est zona aurea, quæ præcingit pectus. Et ista est munditia mentalis puritatis. De qua dicitur Apoc. 1. Quod Ioannes vidit similem filio hominis vestitum podere & præcinctum ad mamillas zona aurea. Secunda est zona lineæ: quæ præcingit ventrē. Hæc est temperantia contra superfluas commestationes. de qua dicitur Ioan. 13. Quod Iesus surgit à cœna: & cum accepisset linteam præcinxit se &c. vide temperantiam: quia surgit à cœna. Tertia est zona pellicea quæ præcingit lumbos. Et hæc est memoria nostræ mortalitatis, quæ ponitur ad lumbos contra noxias carnis delectationes. Et hæc præcinctus erat Elias. 3. Regum. & Ioannes Baptista habebat zonam pelliceā circa lumbos suos. Quarta est zona funea. & hæc præcingit renēs. Et hæc est pœnitentia rigida: asperitatis. de qua dicitur. Præcingit fune renes eorum. Ista ergo multiplici virtute Deus suos fideles præcingit: dum puritatem carnis & mentis contra hostis verfutias tribuit. Et nota quod merito ista puritas siue castitas hic virtus dicitur. Quia dicit. Præcinxit me virtute. quia sine illa nulla alia virtus existit. vt ostendit Greg. d. Nulla enim bona sunt cetera: si occulti iudicis oculis testimonio non approbantur castitatis. Omnes quippe virtutes in conspectu conditoris vicaria ope se subleuant, & quia vna virtus sine alia vel nulla est omnino, vel minima: nisi vicissim sua coniunctione fulciantur. Si enim vel castitatem humilitas deseret vel humilitatem castitas relinquet: apud amatorem humilitatis & munditiæ prodesse quid prodest vel super

præcingere. Accingere.

Psal. 44. Luca. 12. Ioan. 21

Luca. 12. Grego. in homil.

Zona.

Apo. 1.

Ioan. 13.

3. Reg. Mat. 3.

Iob. 12.

Castitas. Virtus. Greg. 21. mor. c. 3.



superba castitas vel humilitas inquinata? Sic ergo A  
Ecclesia dicat de Christo: *præcinxit me virtute. s. casti-  
tas: & rationem subdit. quia posuit immaculatam  
viam meam. vnde de Ecclesia dicitur. Christus dile-  
xit Ecclesiam & tradidit semetipsum pro illa, vt  
sanctificaret eam: vt sit sancta & immaculata.*

**234**  
*De p. di.  
o. quærit.*  
**Qui perfecit pedes meos tanquam  
ceruorū: & super excelsa statuens me.**

Hic ostenditur in quo vera virtus consistat mū-  
dicia. s. in abdicatione temporalium, & superno-  
rum amore. Vbi notandum q̄ secundum natu-  
rales, ceruus cum sit agilis naturæ despicens bassā  
sive valles semper tēdit ad superiora: & omnia im-  
pedientia ascēsum suum, facilliter saltando trāsgre-  
ditur. Et ideo Psal. nunc volens ostendere in quo ve-  
ra mundicia nostra consistit: similitudinem cerni  
adducit. d. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum.*  
vbi per pedes intellige mentis affectiones quibus  
totus homo interior gestatur. Vnde istum passum  
exponit glo. d. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruo-  
rum. i. amorem meum quo vado ad eum, tanquam  
ceruorum. i. ad transcendenda spinosa & vmbrosa impli-  
camenta sæculi. Et super excelsa statuit me. s. in cœlesti-  
bus fixit cordis mei intentionem. In primo ergo  
nota despectionem terrenorum. In secundo vero  
amorem supernorum. Ad istum intellectum hunc  
versiculū exponit Greg. d. *Qui perfecit pedes meos tan-  
quam ceruorum. &c.* Ceruus enim cum montium iu-  
ga cōscendit: quæcūq; se aspera obiciunt, quæcūq;  
sentibus illigata dato saltu trāsgreditur, & absque  
ylo cursus sui obstaculo in sublimia eleuatur. Ita  
etiam electorum mentes, quæcūq; sibi in hoc  
mundo obfistere atque obuiare conspiciunt contē-  
plationis saltu transcendunt, & more ceruorum de  
spectis terrenorum sentibus, in superna se euehūt,  
dicentes cum Psal. *Qui perfecit pedes meos tāquam cer-  
uorum. & super excelsa statuens me.**

*Cervus  
Iustin.*

**234**  
**Qui docet manus meas ad pra-  
lium: & posuisti vt arcum areum bra-  
chia mea.**

Hic ponit secundum quod nos facit fortes con-  
tra mundum & diabolum. quod est constantia  
mentis. Vbi notandum quod in presenti vi-  
ta semper sumus in continuo bello cum carne, mū-  
do, & diabolo. quia mundus allicit, caro inficit: sed  
diabolus decipit. Sed contra istos hostes pugnare  
docemur: dum singulis ipsorum iaculis virtutibus  
oppositiuis armamur. vt ostendit Greg. d. Sancti. n.  
vbi, quia contra multiformem aduersarium se pu-  
gnare considerant: semetipsos in certamine multi-  
pliciter armant. Habent enim contra famem diui-  
ni verbi pabulum, contra belli gladium, continen-  
tiæ scutum, cōtra flagellum linguæ, protectionē pā-  
tientia, cōtra exterioris calamitatis damna interni  
amoris adiutorium. Vnde miro modo agitur vt  
quo eos hostis callidus numerosius tentat eo cir-  
cumpecti Dei milites virtutibus ditiores fiant. Si  
autem vis videre modum quo nos docet cōtra spi-  
rituales hostes pugnare: hoc figuratim ponitur  
Ind. 7. vbi dicitur. Quod cū Gedeon princeps popu-  
li Iudaeorum à Madianis opprimeretur, & eis velleret  
resistere: decem millia viros congregauit. Cui dixit.  
Dominus, Multus est populus, nec tradetur Madia  
in manu eius: ne forte gloriatur. Israel & dicat.  
Meis viribus liberatus sum. præcepit ergo domi-  
nus vt milites ad pugna ducendos sic probaret. s. vt

*Greg. 26  
mar. c. 10.*

*Bellum  
Diabolus*

*Greg. 11. 7  
mor. c. 19.*

*Eudic. 7.  
Gedeon.*

*2. Re. 20*

oēs ad aqua potandum duceret, & illos qui flexis  
genibus aquam biberent. s. ponendo os ad aquam,  
repudiaret. Illos autē qui genua flectere non dedi-  
gnarentur, sed manu aquam ad os proiectā bibe-  
rent: illos eligeret. Sic ergo factū est, q̄ de decē mi-  
libus solū trecenti inuenci fuerunt, qui aquā manu  
& lingua biberent: & hos elegit ad pugnam, quos  
sic armavit. Nam quilibet eorum habebat lagenam  
vacuam in manu, & lumen intra lagenā abscondi-  
tam & in alia manu tubā. Et dixit eis. Quod vide-  
ritis me facere: & vos facite. Cū autē appropia-  
quarent ad castra Madian, omnes simul lagenas fre-  
gerunt & tubis infouerunt: & lampadibus lucē-  
tibus taliter hostes subito teruerunt: q̄ omnes  
sunt in fugam conuersi. Ad propositum Gedeon si-  
gnificat Christum. Nam vt ait Greg. istam figuram  
exponendo lib. 3. o. morum. c. 3. 2. Gedeon interpre-  
tatur circuncisus in vtero. Et Dominus noster quā-  
uis per maiestatis potentiam omnia complectatur  
tamen per dispensationis gratiam intra vterū vir-  
ginis venit. Quis est ergo iste circuncisus in vtero:  
nisi omnipotens Deus: qui sua dispēlatione nos re-  
dimens: diuinitate cuncta complectens, & humani-  
tatem intra vterum virginis sumens: in quo vtero  
& incarnatus fuit & clausus nō fuit: qui quamuis  
in vtero esset per humanitatem: per diuinitatem tamen  
extra vterū existens, omnia complectitur & circun-  
dat. Quid autem Madianitæ figurant, nisi hostes a-  
nimarū. s. dæmones & vitia. Nam Madia interpreta-  
tur iniquus aut contradiens. Quid aqua qua suos  
milites probat Christus, nisi pœnitētia designatur,  
quæ animas lauat. Vel scriptura sacra intelligitur.  
Quā aquā aliqui solo ore bibunt: & manū appone-  
re nolunt: qui multa. s. de pœnitentia, vel de præ-  
ceptis diuinis loquuntur: sed nihil manibus tangunt  
quia dicunt. n. & nō faciunt. Quinimo tales ad istā  
aquā genua flectere videntur: si eorū verba attēdas  
sed ad faciendum quod dicunt, manū apponere nō  
sunt. Et omnes tales tanquā indigni milites & inha-  
biles Christus recusat. Sed illos qui cum manu pri-  
mo aquā accipiunt: deinde lingua ipsam lambunt:  
i. qui aquā pœnitentiæ vel scripturæ primo operi-  
bus adimplent, & postea lingua bibunt qui. s. ipsam  
aliis prædicant: exemplo Christi, qui cœpit facere  
& docere. Act. 1. Istos inquit tales vt idoneos mili-  
tes ad pugnandū eligit Christus. Sed attende tales  
milites, vt hostes superent, quibus armis muniri  
debent. audi quod sequitur. Debent portare lague-  
nas vacuas. Lagenam enim vas terreum est & fragile  
& significat corpora nostra q̄ de terra sunt & fra-  
gilia, quæ lagenæ debent esse vacuæ per ieiunium,  
s. & abstinentiā ciborū. sed intus lampades debent  
habere. s. virtutibus, quibus mens illuminatur abū  
dare. Debent & tubas habere in manibus. i. oratio-  
nem ad Deū cum manibus & operibus mundis. Isti  
ergo milites sic armati dum appropinquant hosti-  
bus. s. tentantur à diabolo, carne vel mundo. Lage-  
nas debent frangere. i. de corporibus non curare.  
quinimo si expedit: ante permittere corpora inter-  
rimere quā illis consentire. debent etiā tunc lumen  
quod intus latebat, ostēdere. i. per suā constantiam  
aliis exēpla dare virtutū. sed ne confidant in seipsis  
dæmones superare, sed in Deo, tunc tubis clangere  
debent. i. in oratione clamare ad Deū. Et statim ho-  
stes cōfusi recedēt & superari. Sic, n. dicitur. Ceci-  
nit tuba & recesserunt. Hæc est ergo doctrina præ-  
handi, quā nos habere docuit Christus. vñ in perso-  
na Ecclesiæ nunc dicit Psal. *Qui docet manus meas ad  
prælium.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*Aliter ha-  
betur in  
originali.  
Grego.*

*prælium.* Sed quia oīa ista sine perseueratiā præmiū A  
non merentur. ideo subiungit. d. *Et posuit vt arcum  
areum brachia mea.* Per arcū n. hic diuina præcepta  
significatur. Et sic arcū tenet in manu, qui diuina  
præcepta in opere seruat. vñ Greg. Per arcum sacra  
scriptura significat. Ipsa est. n. arc: de quo ad corda  
hominū: sicut ferientes sagittæ, sic terrentes sentē-  
tiæ veniūt. vñ rectē de sacra scriptura per Ps. d. Ar-  
cū suū tetēdit & parauit illū & in eo parauit vasa  
mortis &c. Arcū ergo tenet in manu: q̄ diuina elo-  
quā q̄ corde cognoscit ope pficit. Sed iste arcus & eius  
debet esse: per æs. n. cōstantia & fortitudo significa-  
tur. Et hoc notans hic Ecclesia dicit. *Et posuit vt ar-  
cum areum brachia mea. i. dedit mihi cōstantiā perse-  
uerantiæ in operatione diuinorū mandatorum. Et  
hoc est quod hic dicit glo. Et posuit vt arcum areum  
brachia mea. i. dedit mihi infatigabile intentionem  
meorum bonorum operum. Et hoc prædixerat Iob  
dicens. Arcus in manu mea instaurabitur. i. per cō-  
stantiam fortificabitur.*

**Et dedisti mihi protectionem salu-  
tis: & dextera tua suscepit me.**

Sed ne quis talē cōstantiā in operibus virtuosus  
à seipso habere credat, sed à Deo, nunc se Ecclesia  
vertit ad Deū. d. *Et dedisti mihi portionem salutis. i. pro-  
texitisti me ad salutē, quia prædicta nō sufficiunt, nec  
possunt permanere nisi adit Dei protectio: qua in  
iuam curam, & custodiam nos recipiat. Et hoc est  
quod dicit. Dedit mihi protectionem salutis.* Sed quali-  
ter: quia dextera tua. i. filius tuus Dñs Iesus Christus  
suscepit me. s. in suā gratiā, quod aliis verbis notans  
Psal. dicit. Dextera Dñi fecit virtutē: dextera Dñi  
exaltauit me. Vbi gl. Dextera Dñi. i. Christus qui est  
dextera patris, exaltauit me. magna virtus est exal-  
tare humilē, deificare hominē mortale, præbere de  
infirmitate perfectionē, de subiectione gloriam, de  
passione victoriam. pro terrenis dare cœlum. Et  
quia omnia nobis hic dextera Domini facit. ideo  
veraciter dicit Ecclesia. *dextera tua suscepit me.* Et hoc  
est quod alibi Christo dicebat. Adhæsit anima mea  
post te: me suscepit dextera tua.

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

*Dextera  
Christus.  
Iob. 17.*

ter notandum q̄ Deus aduersa immittit multoties  
& disciplinas vt corrigat: & manifestet filios legiti-  
mos & spurios. Dicit magister de proprietatibus re-  
rum li. 10. & habet hoc à Macrobio libro suo pri-  
mo de lapidibus. Quod est quidam lapis dictus ada-  
mas, vel magnes, cuius sunt tres species. Quia qui-  
dam est pellucidi coloris ad modum chrystalli: ma-  
gnus ad modum anellana: cuius durities omne fer-  
rum & ignem contemnit. & de isto dicitur q̄ nullo  
modo frangitur nisi sanguine hircino, cuius propi-  
etas inter alias est. Quod si capiti mulieris  
dormientis superponatur, scire poterit mari-  
tus: si sit casta vel adultera: quia si casta fuerit,  
vi lapidis cogitur in dormiendo vt virum suum  
subito amplexetur. Si vero adultera, quasi  
cum quodam impetu à marito resilit: & tan-  
quam tanti lapidis indigna: de lecto cadit. Morali-  
ter anima nostra sponsa est Christi per fidem. Spō-  
sabo te mihi in fide. Volens igitur Deus experiri. i.  
nos expertos facere, quæ sit vera sponsa: & quæ sit  
vera sponsa: & quæ sit adultera. suppedit magnetē  
capiti eius. i. disciplinam aduersitatis, quæ per ma-  
gnetem figuratur, quia est lapis durus & rigidus, sic  
& disciplina. Et quid accidit: nā casta & vera Chri-  
sti sponsa: per hoc ad Deum magis conuertitur &  
ipsum per ampliorem charitatem amplexatur. Si  
autem adultera sit, & non vera sponsa: tunc à Deo  
auertitur & de lecto. s. charitatis cadit: per impati-  
entiam & murmuratiōē contra Deum. Et ideo istam  
disciplinam aduersitatis si veri filij Dei sumus: in  
pace sustinere debemus. Eccl. 4. 1. Disciplinā in pace  
conseruate filij. Et hoc est quod nunc dicit Psal.  
*Et disciplina tua correxit me in sinem.* Quandoque etiā  
accipitur disciplina pro doctrina. & tunc dicitur di-  
sciplina à disco discis: quia doctrina. s. sacra scriptu-  
ræ nos discere facit. Et isto etiam modo aduersitas  
dicitur disciplina: quia pœna aduersitatis oculos  
mentis aperit, quos clauferat culpa. Qui diligit di-  
sciplinam diligit scientiā. & quantum ad hoc subdit,  
*Et disciplina tua ipsa me docebit.* Et aduerte q̄ disci-  
plina aduersitatis non solum corrigit & docet: vt  
in isto versiculo dicitur: sed etiam patientis dilatat  
charitatē: & firmitatē roborat. ppter qd̄ subditur.

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

*Nota.  
Mulier.  
Castitas.*

238 Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar, donec deficiant.

Ex prædictis sex versiculis apparet fortitudo nobis per Christum collata ad resistendum. Nunc autem consequenter ponit fortitudinem ad persequendum, quæ maior est: & duo facit: quia primo ponit hostium persecutionem: secundo ipsorum delectionem: ubi Et inimicos meos dedisti mihi dorsum. Quantum ad primum notandum: quod quamuis multiplices habeamus inimicos, tamē maximi inimici nostri sunt intrinseci & domestici nobis, scilicet motus carnales. Et de istis loquitur. Persequar inimicos meos. motus carnales qui sunt inimici: quia inimici hominis domestici eius. Persequar ergo inimicos meos. motus carnales: contrarium eius quod suggerunt faciendū: ut puta illi suggerunt mundi vanitatem: & ego persequar illos per humilitatem. illi cupiditatem, & ego paupertatem, illi voluptatē, & ego charitatem. & sic comprehendam illos, non illi comprehendunt me. Sic enim prædictū fuit. Persequimini inimicos vestros: & illi corruent corā vobis, & non conuertar donec deficiant à rebellionē. Vel si vis intelligere de inimicis temporalibus, inimici Christi fuerunt tyranni & persecutores Ecclesiarum: quos tunc persequitur Christus: quando de inimicis facit amicos: quia deformauit quod prius erant & facit quod non erant. Sic enim persecutus est Mathæum, quem de Publicano apostolorum fecit. sic Paulū, quem de persecutore fecit defensorem, sic & Cornelium: quem de gentili fecit fidelem &c. & de talibus subdit. Non conuertar donec deficiant. scilicet inimici. Et nota quod ista propositio est indefinita, & non vniuersalis, & ideo vera est etiam si non omnes conuertit. Et hæc aliis verbis replicat. d.

239 Confringa illos, nec poterunt stare. Scilicet mihi resistere: qui imo. Cadit subtus pedes. Quod si ad motus carnis referantur, tunc cadunt subtus pedes: quando scilicet recte voluntati subiciuntur. Si autem de inimicis persecutoribus, tunc ceciderunt sub pedibus Christi, quando eius imperio subiugati fuerunt iuxta illud Psal. Ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Et quia hoc à se facere nulla creatura potest, ideo Christus omnia prædicta patri attribuit. d.

240 Et præcinxisti me virtute ad bellū. Expone ut ibi. Dominus qui præcinxisti me virtute. Et supplantasti insurgentes in me subtus me. Si de moribus carnalibus hoc intelligas: tunc hic Christus loquitur in persona membrorum suorum: quia Christus in se non habuit motus carnis spiritui repugnantes. Si autē de hostibus persecutoribus: tunc expone ut prædictum est in præcedenti versiculo.

241 Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

Hic consequenter ponit inimicorum delectionem, postquam posuit suam persecutionem. Hic enim non loquitur de inimicis, quos sibi per fidem subiecit: sed de obstinatis Iudæis & persecutoribus. Ista littera exponitur, ut per hoc ostendat Christus se superasse suos persecutores: & illos in fugam conuersus, & tunc est sensus. Inimicos meos dedisti dorsum mihi dorsum, id est, ipsi fugiendo verterunt ad me

dorsum, quod impletum fuit: quando in vindicta mortis Christi, Iudæi hinc inde fugati, dorsum fugiendo vertebant ad templum, de quibus Ezech. Et ecce. Quod erant dorsa habentes contra templum Domini. Et hoc est quod sequitur, & odientes me disperdidisti.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominū: nec exaudiuit eos.

Vbi nota, quod conuerti ad Dominum solum timore pœnæ, & non amore iustitiæ, non est meritum: sed peccatum. Sic etiam clamans ad Dominum solum timore pœnæ exaudiri non meretur. Sic enim de Antiocho dicitur. Quod cum templum Dei maledixisset & graui infirmitate tactus fuisset à Deo, cepit seipsum cognoscere, & timore pœnæ, quam patiebatur, omnipotentem Deum inuocare, & tamen exauditus non fuit, vnde ibidem dicitur. Orabat Dominum à quo non est misericordiam consequutus. Ita in proposito de Iudæis dicitur. quod clamauerunt nec erat qui saluos faceret ad Dominum: nec exaudiuit eos. vnde & si scribatur Ioc. 2. Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. verum est de illis qui debite inuocant illum.

Et comminuum eos, ut puluerem ante faciem venti: ut lutum platearum delebo eos.

Hoc enim de Iudæis ad litteram fuit adimpletū. Quoniam sicut puluis nulla soliditate stabilitur: sed à vento vndequaque dispergitur, sic & Iudæi in vindicta Christi passionis sunt per orbem dispersi. Quod ideo se fecisse Christus dicit, quia hoc fecit per Romanos. Qui enim aliquid per alium facit, hoc per seipsum fecisse videtur. ut de populo Iudæo dicatur illud Psal. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, quem proicit ventus à facie terræ. Et ut lutum platearum delebo eos. quod ideo dicit quia sicut lutum platearum à diuersis gentibus conculcatur: & sic citius deficit & deletur. Sic & ipsi Iudæi in vindictam mortis Christi hoc à diuersis mundi gentibus conculcati, à terra sua penitus alieni sunt effecti, sic enim ad litteram de populo Iudæorum dicitur. Ad gentem fallacem mittam eum. s. exercitum Romanoſum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia & diripiat prædā, & ponat illum in conculcationem quasi lutam platearū.

Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

Hæc est nona principalis pars Psal. in qua ponitur Iudæorum Christo rebellis contradictio. Et ponitur primo Iudæorum contradictio, secundo gentium uocationi. Populus quem non cognoui, tertio Iudæorum exprobratio: ubi. Filij alieni. Quantum ad primum dicit. Eripies me, &c. Et nota quod non dicit de contradictione populi in singulari, sed in plurali dicit de contradictionibus, qui Iudæorum populus multipliciter Christo contradicebat, scilicet, Contradictione temeritatis & superbiæ. Contradictione pœnalitatis & miseræ. Contradictione infidelitatis & fallaciæ. Primo contradictione temeritatis & superbiæ, quia scilicet subditis suis dominis & superioribus rebellantes contradicunt. Sic enim Cain contradixit Deo, & Chore Moyſi Domino suo, de quibus ait Iudas in epistola sua. Ve illis, qui via Cain abierunt & in contradictione Chore.

Chore. Sic & Iudæi Christo contradicebant negantes ipsum regem & Dominum suum, d. Non habemus regem nisi Cæsarem, & non solum Christo in persona propria: sed etiam suis contradicebant nunciis & variis. s. Apostolis vnde Act. 13. Videntes Iudæi Gentes, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur blasphemantes. In hoc enim isti non aduertebant dictum Philosophi, d.

Philos. in re. Quod non est licitum contradicere diis aut parentibus nec doctori: Christus autē erat Deus Pater & doctor ipſorum. Secundo est contradictio pœnalitatis: quia scilicet alteri contradicitur, non solum nõ obediendo, sed etiam flagella inferendo & pœnas, & sic Iudæi Christo contradicebant, sic enim de ipſo Simeon prædixerat. Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicetur. Quod enim maius contradictionis signum contra aliquē potest esse, quam ipsum iniuste persequēdo, ad mortem ducere? Vnde secundum Basī. Signum huius contradictionis fuit ipsa crux dominica. In quo signo quando Christus positus fuit, ab omnibus sibi contradicebatur & in omnibus: ut puta quia contradicebant suæ dignitati regiæ, suæ potentie, suæ misericordie. Et per hanc contradictionem ducimur ad patientiam d. Apostolo. Recogitate eum qui talem sustinuit aduersus semetipsum à peccatoribus contradictionem ut non fatigemini animis vestris deficientes. Tertio est contradictio infidelitatis. Sic enim Iudæi infideles Christo contradicebant, id est, fidei Christi. De Christi fide, d. illud. Act. 13. De secta hac notum est nobis, quod ubique sibi contradicitur. Et ab istis contradictionibus se eripi postulat Christus, dicens Patri. Eripies me de contradictionibus populi. A quibus per resurrectionem fuit liberatus, vnde, d. Vni Dominus qui eruit me de omni angustia. Et quia per talem contradictionem ipsi Christum occiderunt: & suos Apostolos à se expulerunt, ideo fide Christi Gentibus prædicata & ab eis recepta, Christus caput Gentium fuit factus: quia eius fide receperunt, & hoc est quod d. Eripies me de contradictionibus populi. scilicet, per resurrectionem: & per consequens Constitues me in caput Gentium. Ecclesia enim collecta est ex Gentibus: & Christus caput est Ecclesie: ergo & caput Gentium, & hoc est quod ait Apostolus. Ipse est caput Ecclesie, qui est primogenitus ex mortuis.

Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Hic consequenter ponitur Gentium per obedientiam Christo subiectio. Dicebantur enim gentes populus à Deo non cognitus, eo quod non fuerat à Deo per legem & Prophetas visitatus, nec etiam corporali presentia Christi visitatus: qui tamen populus audita Christi prædicatione per Apostolos, per mundum dispersos statim fidem recepit & obediens Deo fuit. Et hic notat Ricardus istū versum exponendo. d. Non esset magnæ admirationis si populus à Deo cognitus seruiret illi: cum verò incognitus illi seruiat & in auditu auris obediat, magna laudi ascribendum est. Quidam itaque sunt qui à Deo cognoscuntur: & Deum cognoscunt. Quidam itaque sunt qui à Deo cognoscuntur. Cognoscere Dei est felicitate facere. Cognoscere hominis est de percepta felicitate Deo agere gratias, & tales sunt Angeli omnes & beati. Quidam sunt qui nec cognoscuntur nec cognoscunt, sicut pauperes

245 14. q. 5. qui habent...

244 1. q. 4. Cognoscere. Seruire. Obediunt.

necessarii: quos nec rerum temporalium copia ditat nec beatificat seruitus diuina. Quidam autē à Deo cognoscuntur: sed Deum non cognoscunt, sicut diuites huius sæculi, qui acceptis opibus affluunt: sed carnalibus desideris pressi, nunquam ad cælestia cor suspendunt. Quidam vero Deum cognoscunt: sed non cognoscuntur à Deo, sicut pauperes voluntarii: quos nec tribulatio, nec angustia, nec alia quæcunque pericula possunt separare à charitate Christi. In quorum persona dicitur in Psal. Deus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? Nunquid incogniti videntur à Deo, qui orant ut respiciantur. Verum tamen licet habeantur quasi ignoti, licet videantur derelicti, ipsi tamen Deum cognoscunt, vnde ex persona cognoscentium statim subinfertur. Deus meus clamabo per diem &c. De his ergo dicit vox diuina. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. ac si aperte Angelis suis dicat. Quid mirum si vos mihi seruitis, quos felices facio: quando illi mihi seruiunt, quos in sua paupertate relinquo? Et quid mirum si vos mihi obeditis, qui faciem meam videtis: cum & illi audiant qui me non vident? Et ista omnia applicari possunt contra diuites huius sæculi & potentes: qui Deo existunt de beneficiis ab eo receptis ingrati, non enim tales aduertunt quod dicitur Deut. 17. Qui superberit, nolens obedire sacerdotis imperio, & decreto iudicis morietur.

Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis.

Hic consequenter ponitur Iudæorum exprobratio. Et hoc respectu Gentium, q. d. Christus. Ecce quod de Gentibus dictum est: populus quem non cognoui seruiuit mihi. Sed quid dicam de populo meo Iudæorum, quem cognoui? certe quod ipsi facti sunt filij alieni, quod ipsi mentiti sunt mihi, quod ipsi inueterati sunt: quod ipsi claudicauerunt. Primo enim Iudæi qui primo erant filij Dei per singularem protectionem, cultum & deuotionem per infidelitatem facti sunt filij alieni. s. à me: quia facti sunt diaboli, quibus dicitur. Vos ex parte diabolo estis. Prius enim Iudæi dicebantur filij Dei pro prærogatiua patris, sicut de ipsis per Moysen dictum est Pharaoni. Dimitte primogenitum meum Israel: sed per peccata facti sunt filij alieni, vnde de ipsis dicitur. Ve Genti peccatrici, filiis alienis, populo pleno peccatis, & isti mentiti sunt Deo, quia scilicet contra mentem dixerunt: quando falsa testimonia contra Christum proferebant, ut eum morti traderent. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa, &c. Et ideo de ipsis Christus dicit. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Sed aduertant tales, quod mentiri Deo potest homo: sed Deum decipere non potest. Tertio isti sunt inueterati, scilicet veterem hominem, scilicet Adam sunt imitati, qui Dei contempsit imperium, ut placeret vxori, sic & isti nouum hominem Christum resutantes, & carnalitatem solum sequentes sunt inueterati peccatis Psal. Inueteraui inter omnes inimicos meos. Isti etiam claudicauerunt, scilicet per infidelitatem, qui enim Deo vel sacræ scripturæ in parte vult credere, & non in alia parte talis claudicat infidelitatis vicio. Sic & populus Iudæorum claudicat, qui per testamentum vetus recipiens, nouo testamento contradicit. Claudicat etiam in antiquo testamento, quia quod ex ipſo faciendum cognoscit, hoc opere facere contradicit.

246 de par. di. 4. finis. Iudæus. Etilius. Alienus. Iom. 8. Efit. 1. Luce 22 Psal. 25 de con. di. 3. Psal. 6. claudicauerunt.

Greg. 16. mor. c. 21.

vnde Greg. iustum textum adducens, d. Iudaicus A populus habens oculos claudus fuit: quia legē quidem sciendo tenuit: sed in ea gressum bonæ operationis non tetendit. Si enim Iudaicus populus à bono opere minime claudicasset: nequaquam voce Domini Psal. dixisset, Filij alieni mentiti sunt mihi &c. & claudicauerunt a semitis suis. Qui nimirum Iudæorum populus idcirco claudus nominatur, quia sanum gressum in operatione, non habuit, quippeq; utroque pede uti noluit, dum vnum testamentum recepit & aliud spreuit. Vnde isti populo ad literā dicebat Helias, Vsq; quo claudicatis in duas partes: si Dominus est Deus sequimini eum &c. Sic & mortaliter quilibet peccator claudicat. Quod declarans Ricardus istum versiculum exponēs. d. Ad imaginem & similitudinem suam creauit Deus hominem magnum, scilicet & rectum, sicut de Domino scriptum est. Magnus Dominus noster, & magna virtus eius, &c. & alibi, quoniam rectus Dominus Deus noster. Est itaque anima magna, quia capax æternorum. Est recta quo ad appetitū supernorum, quæ vero non sapit, quæ sursum sunt: sed quæ super terram, claudicans est. Nec tamen ex hoc magna esse desinit, manens scilicet æternitatis capax. Neque enim illius aliquando non capax erit etiam si nunquam caperet, vt sit quomodo scriptum est. Verumtamen in imagine pertransit homo: immo quasi claudicans pede. Nam per magnitudinē qua capere Deum potest, etiā perditā rectitudinē claudicat pede factus filius alienus. Et de tali reor esse dictum. Filij alieni mentiti sunt mihi, &c. Pulchrè appellati sunt filij alieni. nam filij sunt propter reuerentiam magnitudinem: sed propter amissam rectitudinem alieni. Non enim dixisset claudicauerunt, sed corruerunt, si ex toto magnitudinē amississent. Istos ergo tales claudos ad penitentiam vocat Dominus, d. Cæcos & claudos introduc huc.

3. Reg. 18. Peccator. Claudere

Luc. 14.

247 Viuit Dominus: & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus salutis meæ.

Hæc est decima & vltima pars principalis Psal. In qua pro acceptis beneficiis ponitur diuina laus & commendatio. Vnde hic loquitur Ecclesia Deo gratias agens, Et duo facit, quia primo beneficia Dei sibi facta commemorat, secundo pro ipsius Deū glorificat, ibi. Propterea confitebor tibi. Circa primum tria beneficia in speciali hic enumerat Ecclesia sibi facta, scilicet quia Deus Ecclesiam suam primo iustificat, secundo magnificat: ibi. Deus qui das vindictas. tertio ipsam ab inimicis liberat: ibi. Et ab insurgentibus. Quantum ad primum, d. Viuit Dominus, &c. Vbi sciendum quod licet Deus sit via, veritas & vita per essentiam in seipso, non tamen omnibus est vita, sicut nec veritas nec via. Nam illis solum est via, qui per ipsum incedunt eius mandata sequentes. Psal. Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam, illis autem qui non Christum sed diabolum imitantur non est Deus via: sed diabolus de quibus in Psal. In quantitate sunt viæ illius in omni tempore. Sic & illis solum est veritas: qui eius veritatem faciunt. Et conformiter illis solum est vita quos per suam gratiam & fidem iustificat, sic enim dicit Apostolus. Viuo ego iam non ego: viuit autē in me Christus quod iam nunc viuo in carne in fide viuo filij Dei, & sic illis Christus viuit: quos per fidem & gratiam iustificat. Cùm ergo Ecclesiam per fidem & gratiam iustificet, sequitur q; suæ Ecclesiæ viuit, & hoc est quod dicit, Viuit Dominus. f.

Vita Deus. Via. Veritas. Psal. 142.

Psal. 9.

Gal. 2.

mihi. Vnde gl. Viuit Dominus quia præfens est in corde meo firma fide mihi viuus. Sic enim dicitur. Rom. 7. Iustus ex fide viuus. Et quia viuus signa vitæ debet ostendere: signa autem vitæ spiritualis est Deum benedicere & magnificare, ideo iste in persona Ecclesiæ in vocem vitæ prorupens ait, Benedictus Deus meus. i. à me benedicitur & laudatur: & exaltatur: ipse enim in seipso exaltari non potest: sed exaltatur in nobis. Exaltatur inquit Deus salutis meæ. f. qui dāt mihi salutem in excelsis: non in terris. i. cœlestem non temporalem, q. d. Non terreno more de Deo salutis meæ sentiam: sed in excelso de illo sperabo. hæc est salus animarum, nō corporum. 1. Pet. 1. Pet. 1. Reportantes finem fidei vestre salutem animarum vestrarum.

Rom. 7.

Deus qui das vindictas mihi: & subdis populos meos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

Hic ostendit quomodo Deus Ecclesiam suam magnificat. Vide nouū genus vindictæ, quo Deus vindicat Ecclesiam, nam homines vindicando iniurias, iniuriantes puniunt & exterminant, Christus autem vindicans Ecclesiam iniuriantes Ecclesiæ filios facit & subditos. Et hoc est quod dicit hic Ecclesia. Deus qui das vindictas mihi. i. vindicas me de hostibus meis. Sed qualiter subdit, Subdis populos meos sub me. f. qui mihi erant rebelles obediētes mihi facti & fideles. Pia vindicta est dūm rebellis subditur. Et quia quando rebelles Ecclesiæ & persecutores fidem Christi receperunt, & Ecclesiæ facti sunt subiecti: tunc Ecclesia ab inimicis est liberata, quia amplius inimici non remanserunt. ideo, d. Subdis populos meos sub me. & sequitur. Liberator meus de inimicis meis iracundis. Nonne inimici iracundi & crudeles contra Ecclesiam quandoque fuerunt Romani, qui modo Ecclesiæ subditi primā Ecclesiæ sedē habēt & sic de aliis. Ex quibus apparet quā vtile sit nobis vindictā non facere: sed vindictam iniuriarū relinquere Deo, qui inimicos & subditos facere nouit. vnde, Mihi vindicta & ego retribuā dicit Dñs. Et nota q; diuersimode vindicat Deus secundū diuersitatem personarum: quoniam vindicta Dei est aliis iustissima propter offensam supernæ maiestatis, & ista est acceptabilis bonis. Psal. Latrabit iustus cūm viderit vindictam. Quinimo clamant sancti. Vindica sanguinem nostrum. &c. Asperrima propter maliciam humanæ voluntatis, & sic est terribilis malis. Vindicta omnis impij ignis & vermis. Potentissima propter superbiam mundare potestatis, & sic erit in euasibilis. Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superbiorum: & sceptrum iniquorum contribulet. Dulcissima in reductione reprobiorum, & sic est desiderabilis iniuriatis, quia scilicet persecutores facit amicos & subditos. Quid enim magis potes lucrari de vindicta inimici: nisi quam quod fiat amicus? Et de ista vindicta hic loquitur Ecclesia, d. Christo. Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos &c.

Vindicta

Rom 12. Vindicta

Psal. 17.

Ecl. 17.

Ecl. 35.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: viro iniquo eripies me.

Hic ostenditur quod Deus Ecclesiam suam ab inimicis liberat. Quæ n. maior potest esse liberatio tibi ab inimico tuo, quā te super inimicū tuum constituere: & ipsum tibi subdere? Et hoc hic notans dicit. Et ab insurgentibus, &c. Quod duobus modis exponitur.

249 dep. di. 4. quamquam.

Exaltare Ecclesia. Job 28.

Greg. 18. mor. c. 22.

Psal. 143.

Esa. 60.

Psal. 9.

250.

Psal. 88. Confessio. Laudare. Conuersio. Peccator.

exponitur. Primo de bonis ad fidem conuersis: qui primo cōtra ecclesiā insurrexerant, vt fuit Apostolus: qui tamen postea Christi ecclesiā exaltauit, & amplificauit ac defensusit. Et ita mundi principes, qui primo persecutores ecclesiæ fuerāt, postmodū ad fidem Christi conuersi ipsam exaltauerūt, quod bene prædictum fuerat de ipsis gentilibus Job 28. Ad silicem extendit manū suam, subuertit à radicibus montes, quod ad propositum exponēs Greg. d. Manū quippe suam ad silicem Christus extendit: quia ad duriciam gentium brachium suæ prædicationis misit, vt scilicet ab illis exaltaretur, qui prius erant inimici. Quid enim hoc loco, montes, nisi potentes huius sæculi accipimus: qui terrena substantia in altum tument. De quibus psal. dicit. Tange montes & fumigabunt. Sed mōtes à radicibus sunt euersi: quia prædicante sancta ecclesia, summæ huius sæculi potestates in adoratū omnipotentis Dei ab intima cogitatione deciderunt. Sicigitur ecclesia exaltatur hodie ab his, qui prius insurgebant in eam. Vnde de hoc dominus prædixit Ecclesiæ suæ. Venient ad te curui filij eorum, qui humiliauerunt te: & adorabunt vestigia pedum tuorū, qui de trahabant tibi. Vel secundo exponitur de malis obstinatis. Certum enim est, quod quāto fortior est pugna, tanto gloriosior est victoria. Et sic persecutio & rabies malorū cōtra ecclesiam pugnantēs, ipsam exaltat: quia ipsam per victoriā reddunt gloriosiorē. Quia quanto amplius hostes insurgunt in irā: tātō amplius exaltatur ille, qui perterrita tribulationem. Sic enim per Christi passionē exaltata fuit ecclesia. Sic per martyrum mortes fuit coronata. Vnde quanto plures persecutiones sustinebat, plus ipsa augmentabat ur & crescebat: vnde & ecclesia dicit. Quis exaltas me de portis mortis. id est, per mortē & persecutionem quā fideles ab insurgentibus sustinent: tu me exaltas, sic & nunc ait. Ab insurgentibus in me exaltabis me. Sequitur ad istum sensum. A viro iniquo eripies me. Quia ecclesia sic exaltata, à viris fuit liberata: quia de ipsa non habuerunt intentū: sed totū oppositum euenit: quia illi cogitabant insurgendo Christi fidem & ecclesiam supprimere: & certe per illos licet contra voluntatē eorum magis fuit exaltata: & sic ab intentione eorum liberata, sic enim dicit superius. Eripies me de contradictionibus populū: constitues me in caput gentium.

A redempti sunt periti. Vidisti heri hominem voragine ebrietatis fuisse: hodie autē sobrietatis ornamentum: heri crimen luxuria, hodie ornamentum temperantiæ: heri blasphemator Dei: hodie Dei laudatorem: heri seruum creatura, hodie cultorem creatoris. Et hæc sunt mirabilia Dei, quæ confiteri debemus domino, vt quilibet nostrum dicat illud Psal. 108. Confitebor domino nimis in ore meo, id est, valde in medio multorum laudabo eum, sic & nūc dicit. Propterea confitebor tibi in nationibus. Et aduertē quod domino confiteri debemus: non solū in prosperis, sed multo fortius in aduersis. Confitebor tibi domine quoniam iratus es mihi. Sed quidam deo peruersi sunt: quod & si in prosperitatibus Deum laudant: tamen in aduersis blasphemāt. de quibus ait, Greg. Sciendū vero est quod tunc mali diuina iustitiæ rectitudine cōfiterentur, & Deum laudant: cū se ad gaudium incolumitatis subleuāt, & alios flagella castigant, cum se prospiciunt rerum prosperitate perfrui, & aliorum rerum aduersitate fatigari, quod sibi prospera suppetunt deberi suis meritis credunt, cōque colligunt, quod Deus iniuste nō iudicat, quo quasi iustos nulla aduersitas contristat. Sed si eorum vitā quamlibet breuiter vis supernæ correctionis attigerit: pulsati protinus, consiliū diuini examinis increpant: quod paulo ante incolumes admirādo proferebant. Iustumque esse iudiciū quod suis moribus aduersatur, negant, cum diuina equitate disputant, ad insultationis verba profluūt: & correpti quia deliquerint grauius deliquūt. Vnde bene per psal. contra cōfessionem peccatoris dicitur. Confitebitur tibi cum benefeceris ei. Despecta quippe est vox confessionis: quā format iucunditas prosperitatis. Sola autē cōfessio habet magni ponderis meritum: quā à veritatis rectitudine nequaquā separat vis doloris: quā vsq; ad iudiciū vocis exacuit aduersitas testis cordis. Et de istis duobus modis cōfessionis, scilicet de prosperis & aduersis dicitur psal. Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis, &c. vbi glossa. Sicut per psalterium quod sonat à superiori significatur prosperitas: sic per citharā, quæ ab inferiori sonū reddit, significatur aduersitas. Ille ergo Deo confitetur in psalterio: qui Deū laudat in prosperis: sed ille cōfitebitur in cithara, qui Deum laudat in aduersis. Sic ergo nunc Deum laudat primo de aduersis ecclesiæ: quæ passa est à gentibus. d. Propterea confitebor tibi in nationibus. & consequenter de prosperis quæ recepit à Deo liberante, d. Et psalmum dicam nomini tuo.

Psal. 108

Esa. 12.

Greg. lib. 8. c. 25. Peccator. Laudare. Confessio. Aduersitas.

Psal. 48.

Psal. 42.

Magnificans salutes regis eius, & faciēs misericordiam Christo suo Dauid: & femini eius vsque in seculum.

Hic psal. concludit gratiarum actionem ostendens causam huius d. Ideo confitebor tibi. quia scilicet tu es magnificans salutes regis eius. id est, regis Ecclesiæ qui est Christus, id est admirabilis facis virtutes & salutes, quas Christus rex, suis filiis concedit, vtputa quia per aduersitates ipsos purificas: per prosperitates ipsos exaltas. Et faciens misericordiam cum Christo suo Dauid. id est, cū Christo filio Dauid, vtputa quia humanitatem Christi ex Dauid conceptam ad suam vnitatem personalem assumpsit: quod summa fuit misericordia. Et sic etiam facies femini eius, id est, illis quos Christus per Euangelium & fidem genuit, scilicet fidelibus.



Et hoc vsque in seculum, id est, sine fine.

PSALM. XVIIII.

252. Ali enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum.

Titulus psal. istius est. In sinem psal. David. Expositus est superius multoties. Dicunt Hebraei, quod iste psal. factus est à David, pro gratia actione legis datæ populo Dei per manum Moysi: quod fuit magnū Dei beneficiū. Sed hoc stare non potest: quia Apostolus Paulus de lege sufficienter edoctus, & spiritu sancto plenè edoctus, literā istius psal. allegat dictā de publicatione euāgelij per Apostolos & discipulos Christi per orbē publicata. vnde ad Ro. 10. cōcludit. Ergo fides ex auditu: auditus autē per verbū Christi. Et subdit de Apostolis. Sed nunquid non audierūtq. d. sic. quod probat per literā huius psal. d. Et quidē in omnē terrā exiit sonus eorū: & in fines orbis terrę verba eorū. Et secūdam istū intellectum procedā in isto psal. & sic iste psal. diuiditur in tres partes, quia primo ponitur legis euāgelicę publicatio, secūdo eiusdē publicationis cōditor. ibi. Lex domini immaculata, tertio eiusdē legis debita observatio: ibi. Desiderabilia super aurum. Prima in duas, quia primo ponitur legis euāgelicę publicatio, secūdo Christi per legē publicati incarnationis: ibi. In sole posuit tabernaculū. Prima in tres: quia primo ponit Apostolorū descriptionē siue euāgelistarum, secūdo prædicationis moderatiōem: ibi. Dies diei, tertio prædicationis publicationē: ibi. In omnem terram. Quantū ergo ad primū sciendū, quod prædicatoris auctoritas siue sanctitas credibilia facit verba ipsius magis. Nam secūdū Arist. tria sunt quę faciūt verba alicuius esse credibilia: quāuis non demonstratiuè loquatur, scilicet prudētia, bonitas, & beneuolētia. Cuius ratio est secundum ipsum: quia propter opposita istorū alicui dicredimus, quantūcūque verè loquatur, scilicet propter imprudētiā, vtrūque quādo eū reputamus ignorantē: aut propter malitiā, quia quāuis bene dicat, nō tamē est amicus veritatis & iustitię: aut propter defectū beneuolentię, quia quāuis in calū licet sit prudens, & virtuosus: si tamē nō sit amicus, nō reputamus eū velle, quod nobis expediat. Sed quando ista tria, scilicet prudētia, virtus & amicitia cōcurrūt in aliquo, credimus dictis eius. Ad propositū ergo omnia ista tria fuerūt in Apostolis, & per cōsequens idonei fuerūt ad legē Christi prædicandā per orbē: & ipsam facere omnibus credibilē. Et hoc est quod hoc prudens psal. Apostolos describens prædicta omnia habere, ipsos breui sermone describens ait. Celi enarrant gloriā Dei. Vbi notandū, quod cælū inter alias cōditiones tres habet: quę dictas virtutes prædicatoribus necessarias significat. Quoniā cælū habet in suo aspectu luminositatē: & sic significat virtutē veritatis & prudentię. In suo situ sublimitatē: & sic significat virtutem sanctitatis & iustitię. In suo fructu viuacitatem: & sic significat virtutē charitatis & amicitię. Primo cælum in suo aspectu habet luminositatem. Omnia enim luminaria mundū perlustrātia in cælo sunt posita. Eccles. 24. Ego feci vt in calis oriretur lumen indeficiens. Et sic cælum significat virtutem veritatis & prudentię, quia sicut corporaliter cælum illuminat mundū, sic spiritualiter hominem interiorem illuminat scientia. Sed qui fuerunt magis illuminati: quā ipsi Apostoli qui per spiritū

Prædicatoris

Prædicatoris

Nota

Calum Prædicatoris

Eccles. 24.

A sanctum & ore Christi immediate fuerunt edocti? Quia cum sedisset, accesserūt ad eum discipuli eius, & aperiens os suū docebat eos. Et ideo recte cæli dicuntur. Vnde Apostoli dicuntur illud cælū: quod dominus per scientiam inhabitat. Dominus in cælo sedes eius, & secūdo cælū habet in suo situ sublimitatē: & sic significat virtutem sanctitatis. Naturali enim ordine quanto aliqua creatura est nobilior, tanto sublimior est. Et ideo quia cælū nobilior corpus est igne, altius situatur & ignis aere, & aer aqua, & aqua terra. Ideo Proverb. 20. Cælū sursum, & terra deorsum. Et per hoc significat virtutē sanctitatis: quę homines à terrenis eleuat, & facit cælestes. Sed qui fuerunt mentē & sanctitate magis eleuati, quā ipsi Apostoli, qui propter Christū omnia terrena despexerunt, & solū Christū imitabantur? Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te. Vnde & dicebant. Nostra conuersatio in cælis est. Tertio cælū in suo fructu habet viuacitatē. Cælorum enim influenza omnibus inferioribus vitā tribuit & cōseruat: ac etiam omnia illa quibus nostra vita nutritur generat. Si enim pluuia de cælo nō descenderet patet quod omnia in terra viua deficerent. Et ideo dicitur: Dominus aperit thesaurū suū optimū cælū: vt tribuat pluuia terrę tuę in tempore suo. Et quantum ad hoc significat virtutē charitatis & amicitię, quę sola animę nostrę & operibus eius vitā spiritualem tribuit: & qua remota, omnia viua moriuntur: teste Apostolo. Si tradidero corpus meū, ita vt ardeā: charitatē autē nō habeam, &c. Sed qui charitatis amicitia, plus quā Apostoli habuerūt: qui pro salute animarū se ipsos morti tradebāt lætātes? Ibāt Apostoli gaudētes, &c. Isti ergo Apostoli virtute charitatis roborati sunt illi cæli, de quibus dictū est. Verbo domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Isti sunt ergo cæli, qui propter tres prædictas virtutes dicta sua faciētes credibilia apti fuerūt legē prædicare euāgelicā: de quibus nunc dicitur. Celi enarrant gloriam Dei. & Job. Spiritus eius ornauit cælos: quod de Apostolis exponit Greg. introducēs præsentē versiculū. d. Quos cælos hic accipimus nisi sanctos Apostolos? De quibus scriptū est. Celi enarrant gloriam Dei. quos tūc spiritus sanctus ornauit, quādo repleuit. Quod Luca referēte didicimus, qui ait: Factus est repete de cælo sonus, &c. & repleti sunt omnes spiritu sancto, &c. De istis ergo cælis dicit, Celi enarrant gloriam Dei. id est exponūt gloriā Christi, in qua est patri æqualis, & quod Deus est vnus cū patre: quod Christus gratis peccata dimittit, & quod patrem suum glorificauit super terram. Ecce isti mūdo narrabant gloriam Dei: sed mali narrauerunt vt eis absconderent laqueos. Isti narrabant gloriam legis: mali narrauerunt fabulationes: sed non vt lex tua. Et de eisdem Apostolis subditur. Et opera eius annunciat firmamentum. Ipsi enim Apostoli dicti sunt firmamentum: quia quamuis ante aduentum spiritus sancti pauidi essent & timidi: tamen post aduentum spiritus sancti, ita sunt firmati vt non verba, non verbera, sed etiam nec ipsam mortem timerent. Vbi nota, quod firmamentum dicitur illud cælum in quo stellę sunt fixę: quod quidem dicitur firmamentum quantum ad loci extensionem quę ad se totum, sed quo ad partes semper est mobile: quia mouetur semper in viginti quatuor horis: mouetur ab eodem puncto ad eundem. Sic & Apostoli cælum dicuntur: quia firmi quo ad fidem: sed semper mobiles quo ad mundi visitationem & prædicationem fuerunt.

Matt. 5.

Psal. 10.

Proverb. 20.

Matt. 19.

Colos. 3.

Deut. 28.

1. Cor. 13.

Actū 5.

Psal. 32.

Job 29.

Greg. 17.

mor. 16.

Actū 2.

fuerunt. De quibus nunc dicit. Et opera manuum eius annunciat firmamentum. Opera manū eius, ait glossa, id est facta virtutum domini: quę secundum hominem egit. vt natiuitatem, passionem, mortem, resurrectionem & huiusmodi. Et sic vide quod primo notando dicuntur cæli qui sunt alti: quia alta annuuciabant. In secundo autem dicuntur firmamentum: quia annuuciabant illa quę magnā mentis firmitatem requirunt, scilicet passionē & mortem. Non enim passi sunt Apostoli: quia prædicauerunt verbum in principio apud patrem. sed quia annuuciauerunt eundem Dei filium hominem factum, passum, & mortuum. vnde Apostolus, Prædicamus dominum Iesum Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia. Vel aliter. Celi enarrant gloriam Dei, &c. Quia cæli nouam stellam miserunt ortum summi regis nunciantem: quę magos ad præsepe duxit.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam,

Hic consequenter declarat ipsorum Apostolorum publicationem eruditionem & moderatiōem. scilicet qualiter & quibus legem Euāgelicam publicauerunt. Vbi sciendū quod dies significat homines noui testamenti fide lucidos & in statu gratię existentes. Nox autē significat antiquos testamenti veteris. Ratio, quia mysteria diuinitatis obūbrata in antiquo testamento tractabantur: in nouo autem clare & apertè sunt reuelata. Et sic diem & noctē accipit Apostolus, d. Nox præcessit: dies autē appropinquauit. Et sic in istis verbis vult dare differentiam inter prophetas antiqui testamenti: & Apostolos noui testamenti, d. Quod dies eructat verbum Dei. id est verbum Dei incarnatum clare per Apostolos prædicatur fidelibus. Sed antiqui Prophetę, qui nox erant ratione obscuritatis dictorū suorū: ipsi populo obscurè indicabant scientiā, scilicet illi prædicabant scientiam verbi incarnandi: ostendendo ipsum esse incarnandum. Sed Apostoli eructant ipsum verbum. id est ad plenum ipsum verbū proferunt & declarant. Sic enim in persona Apostolorum & Euāgelistarum psal. dicebat. Eructauit cor meum verbum bonū. Si autem vis scire quid nos vere faciat dies ad percipiendā verbi Dei mysteria per Apostolos prædicata: attende primos dies & opera facta in ipsis. Nota igitur quod in principio creationis mundi septē dies nominantur: in quibus dispositio mūdi producit. Et per opera in illis facta: occultè nobis demonstratur, quomodo quis verbi dies efficiatur: & ad percipiendū mysteria verbi incarnati apertus. Vnde Gen. 1. ponuntur septē dies in quibus mundus fuit creatus: per quorum opera septē dona spiritus sancti denotatur: quę nos diem esse faciunt. In prima ergo die Deus tria fecit. scilicet cælū terrā & lucē. Gen. 1. In principio creauit Deus cælum & terram: & dixit fiat lux, &c. & factū est vespere & mane dies vnus. Iste primus dies significat primum donum spiritus sancti, scilicet timorem: quod spiritus sanctus in nobis format cælum, terram & lucem, ad denotandum quod timor domini animā diem facit: quia ipsam pulchrificat: quia facit cælum, animā humiliat: quia facit terrā, animam illuminat: quia facit lucem. Cælum enim quod fordes non recipit sed semper purum permanet, puritatē significat animę. tunc ergo timor facit animam cælum, quando animā purgando à vitiiis facit celestē. Quia timor domini expellit pecca-

253. 14. 4. 5. r. d. g. e. s.

Dies.

Nox.

Rom. 13.

Psal. 44.

Genes. 1.

Op. septē dierum.

Prima dies.

Calum.

Timor.

Eccles. 1.

tum. Terra quę infirmior est elementis cæteris, significat humilitatē: quā timor domini generat: Timore domini prostrati sunt. Lux autē, quā mediante cognoscitur omnia: significat cognitionem, quā quis suā miseriam & fragilitatē cognoscit: quā cognitionem generat timor domini. Sapiētia & disciplina timor domini. Hęc est ergo prima hora diei spiritualis. scilicet timor domini. propter quod dicitur Prover. 14. Quod timor domini est fons vitę, id est principiu vitę spiritualis. In secūda die fecit Deus firmamentū diuidēs aquas superiores ab inferioribus Gen. 1. Fecit Deus firmamentū: & diuisit aquas, quę erant sub firmamento, ab his, quę erant supra firmamentū: & factū est vespere & mane dies secūdus. Iste secūdus dies est donū fortitudinis: quia spiritus sanctus inter aquas nos firmamentū facit. Aqua enim fluida in scriptura significat aduersitates mūdi iuxta illud psal. Saluū me fac Deus, quoniā intrauerūt aquę vsq. ad animā meā. Et istę sunt duplices, scilicet superiores, significātes aduersitates, quę à Deo causantur, & immittuntur. Et inferiores significātes aduersitates, quę à mūdo causantur & diabolo. Sed spiritus sanctus in secūda die, scilicet secūdo dono spiritus sancti facit firmamentū in medio aquarū: quia per donū fortitudinis nos facit patietes & cōstantes ad omnia aduersa toleranda. Quod in Petro fuit figuratū, qui ante spiritus sancti missionem aduersa tolerare nō poterat. Ideo ne quid mali pateretur, Christū negauit: sed post missionē spiritus sancti firmamentū factus fuit ad omnia cōstāter tolerāda. Petrus replet⁹ spiritus sancto dixit, &c. Sequitur. Vidētes autē cōstantiā Petri, &c. In tertia die fecit terrā germinare herbā & arbores. Protulit terra herbā virentē, lignūq. faciēs fructum, & factū est vespere & mane dies tertius. Iste tertius dies significat tertiu donū spiritus sancti, id est donū pietatis. quo spiritus sanctus in nobis format herbā virentē, & arbores fructu feras: quia terrā nostrā humanitatis bonis operibus facit abūdarē. Quia sine speciali gratia spiritus sancti ad nullum opus meritoriu sufficimus: sed ipsa habita, ad omnia bona sufficimus, vt ostēdit magister. Et hoc singulariter facit spiritus sanctus per donum pietatis: per quod homo aliis compatiendo regnū meretur eternū. 1. Tim. 4. Pietas ad omnia valet, promissionē habēs vitę futurę & quę nūc est. In quarta die fecit Deus solē & lunā: solē vt præflet diei: & lunā vt præflet nocti, & significat quartū donum spiritus sancti, scilicet sciētiā: quo spiritus sanctus in nobis generat solē, scilicet scientiā supernorū, & lunā, scilicet scientiā terrenorū, scilicet cognitionē beneficiorū diuinorū & nostrorū peccatorū, gaudiorū celestiu, & penarū infernalium: vnde 1. Cor. 12. Per spiritū sanctū datur sermo sciētię. In quinta die Deus fecit ex aqua pisces & aues. Ista dies significat quintum donū spiritus sancti, scilicet donū consilij, quo in nobis generatur lachrymarū abūdatia, & contēplatio supernorū. Piscis enim qui in aqua summe delectatur, & qui sine aqua viuere nō potest, significat personā quę ex cōsideratione peccatorū suorum se cōtinuè lachrymis lauat & irrigatur: iuxta illud psal. Fugerunt mihi lachrymę meę panes, &c. Aues vero quę superius se elenāt, significāt contēplatiuos, qui spretis terrenis solū in creatoris cōtēplatione delectantur. Et ista duo in nobis generat spiritus sanct⁹ per donū cōsiliij: quo nobis cōsiliū, vt spretis carnalib⁹, solū celestia sapiam⁹, dicte apostolo, Quę sursum sunt sapite: quę sursum sunt querite:

Iosue, 11.

Eccles. 1.

Prover. 14.

Secūda dies.

fortitudo.

Aqua.

Psal. 68.

Aduersi-

tas.

Actū 4.

Tertia dies.

Terra.

Genes. 1.

Magister

1. 2. di. 25

1. Tim. 4.

Quarta dies.

Sol.

Luna.

Scientia.

1. Cor. 12

Quinta dies.

Donum consilij.

Psal. 41.

Ams.

*Galat. 5.* **quærite: nō quæ super terrâ. Secūdu spiritū ambulate, & desideria carnis nō perficietis.** ¶ In sexta die fecit hominem, in quo intelligitur donum intellectus, quo spiritus sanctus nos facit homines, id est, rationales & intellectuales. quoniā per hominem recitudo rationis intelligitur. Quælibet enim res denominatur à parte sua potiori: cum autem potior pars hominis sit ratio: sequitur quod homo à ratione debet nominari. Spiritus ergo sanctus per donum intellectus nos facit homines: quando sua gratia nos facit rationabiliter viuere & nō bestialiter, vt homines, & non vt bestia, scilicet quando ratio dominatur sensualitati & spiritus carni. Et econtra: ille bestialiter viuuit, in quo caro spiritui dominatur, & sensualitas rationi. Et hoc solum in nobis facit spiritus sanctus sua gratia: dicere Apostolo, Debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. si enim secundum carnem vixeritis moriemini. si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. ¶ In septima die Deus requieuit: quia his omnibus peractis, per donum sapientiæ Deus quietat hominem, & pacem mentis plenè possidet. Quia sicut scientia cognitionem Dei tribuit: ita sapientia mentem cum Deo plenè pacificat. Ex quibus omnibus per opera septem dierum patet, quis verè dies dici possit: qui scilicet septem donis spiritus sancti prædatur, & talibus dicitur. *1. Thes. 5.* Filij lucis estis & filij diei. Et istis talibus reuelantur arcana noui testamenti, scilicet verbi diuinitas, & cum patre æternitas. De quo nunc dicitur. *Dies diei eruditur verbum.* id est, Apostoli & Euāgelistæ qui dies erant: per lucem sapientiæ crucebant, id est plenè verbum proferebant illis qui sunt dies, id est septem donis spiritus sancti prædatur. *Et nox nobis indicat scientiam.* id est huius verba scientiam obscurè indicabant antiqui patres nocti, id est populo Iudæorum, qui nox dicebatur, quia Christus verus sol iustitiæ illis nondum erat ortus, vnde illa antiquus populus quasi in nocte Christi notitiam habuit. Vnde & dicebat illud *Iob 4.* Ad me dictum est verbum absconditum. Sed nobis vt in die clare manifestatum est verbum: quando scilicet verbum caro factum est, &c. & vidimus gloriam eius, &c. Vel aliter secundum glo. Per diem accipe Christi diuinitatem: sed per noctem carnis eius mortalitatem. Illis ergo qui erant spirituales & illuminati vt dies Apostoli prædicabant Christi diuinitatem: sed carnalibus & infirmis prædicabatur noctem, id est Christi passionem & mortalitatem: per hoc insinuans quod non omnibus omnia debent prædicari, sed perfectis perfectiora, infirmis autem humiliora. Et hanc prædicationis discretionem notabat Paulus. d. Nihil indicaui me scire inter vos; nisi Christum, & hunc crucifixum. Sapientiam autem Dei loquimur inter perfectos.

**254. Non sunt loquelæ, neque sermones; quorum non audiantur voces eorum.**

Hic consequenter ponitur prædicationis Euāgelicæ publicatio. Iste enim textus duobus modis exponitur: primo vt ly *loquela & sermones* referantur ad Apostolos. Vbi sciendum quod tria sunt genera dicendi & loquendi, scilicet humile, quod rudibus competit; & altum, quod Philosophis & sapientibus mundi; & mediocre, quod communibus, scilicet aequaliter literatis; sed non ad plenū. Apostoli autem per spiritum sanctum sic erant edocti: quod

*Locutio.*

**A** omni genere locutionis loquebantur: quia Philosophis alto, cum simplicibus basso, cum mediocribus mediocri sermone loquebantur. Et tunc est sensus. *Non sunt loquelæ neque sermones.* id est non sunt aliqua genera loquendi vel sermocinandi: quo genere non fuerint audire voces Apostolorum, quia sicut decebat ecclesiam Dei de toto orbe congregari, sic etiam ex omni statu hominum colligi debebat. Secundo, potest exponi, vt ly *loquela* referatur ad auditores. Vbi sciendum quod genera linguarum sunt varia; & omnibus linguis in omnibus nationibus Apostoli prædicauerunt. Et tunc est sensus: quod non est aliqua natio, cuiuscunque linguæ in mundo, ad quam non perueniret Apostolorum prædicatione. Omnibus enim linguis primos doctores loqui fecit spiritus sanctus, qui omnes gentes in vnum erat congregaturus. Et sic vnus homo tunc omnibus linguis loquebatur. sic & modo vnus homo, scilicet totus Christus, caput & corpus omnibus linguis loquitur: quia ex omnibus linguis vna & sancta conlata ecclesia. Sed hic vnus cadit dubium. Vtrum diuersitas linguarum, qua Euāgelium omnibus gentibus per Apostolos fuit prædicatum: esset ex parte audientium, vel prædicantium. Et dicunt aliqui, quod ex parte audientium: quia quamuis Apostoli solum linguam vnam, scilicet Hebraicam loquerentur; tamen illam omnis natio vt propriam intelligebat. Sicut enim per vnam eandemque literam diuersa diuersa intelligunt, vt per o, nos intelligimus medium; & Græci finem, & geometra figuram circulem. Sic per eandem vocem Apostolorum diuersæ nationes proprium idioma intelligebant. Consimiliter enim quando scribæ adduxerunt ad Christum mulierem in adulterio deprehensam: & Christus inclinans digito scribebat in terra: dicitur quod quasdam literas faciebat: per quas quilibet illorum peccata sua cognoscebat: propter quod confusi, vnus post vnum exibat. Alij dicunt quod non omnes linguas scierunt: sed solum illas ipsos spiritus sanctus in die Pentecostes edocuit: ad cuius linguæ nationes erant prædicaturi. vtpote Petrus sciuit linguam Latinam, Ioannes Græcam, &c. Alij dicunt quod quilibet Apostolorum omnia sciuit linguarum genera. Sed qualitercunque fuerit communius teneatur, quod miraculum linguarum erat ex parte prædicantium non auditorum, quia scilicet ad omnem nationem fuerunt missi omnia genera prædicare linguarum. Et hoc est quod sequitur.

*Questio.*

*Apostol. Lingua.*

**In omnem terram exiit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.**

Hic ly *omnis terra* accipitur pro singulis generibus nationum vel linguarum: non pro singulis generum: quia ad omnes nationes se extendit ipsorum prædicatione. Sic ergo intelligitur. *In omnem terram exiit sonus eorum.* id est fama ipsorum Apostolorum: etiam sine ipsorum præsentia. *Et in fines orbis terræ verba eorum.* id est in angulis mundi exiit fama prædicationis eorum. non quod ipsi præsentialiter fuerint in omni terra, & in omnibus finibus terrarum.

**In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.**

Hic

Hic consequenter ponitur Christi incarnatio, quæ in lege prædicta fuerat. Et diuiditur in tres partes, quia primo ponitur Christi incarnatio, secundo Christi peregrinatio & conuersatio. ibi. *Exultauit vt gigas.* tertio Christi ad patrem regressio & ascensio. ibi. *Et occursum eius.* Quantum ad primum ait. *In sole, &c.* Vbi notandum primo quod nomine solis intelligitur virgo Maria in scriptura sacra propter multa, scilicet propter puritatem virginalem incorruptionis. Quoniam sicut sol integritate seruata ex se emittit radium: sic virgo Maria virginitate non violata, suum genuit radium, scilicet Iesum Christum. Et ista similitudo ponitur Eccles. 2. 6. Sicut sol oritur mundo in altissimis Dei: sic mulieris bonæ species, &c. propter potestatem singularis dominationis. Nam sol singularem potestatem habet supra dæmones. Quoniam ipsi dæmones orto nobis sole non possunt cõtra nos tantum sœuire sicut de nocte faciunt, propter quod dicitur. *Ortus est sol, & congregati sunt:* & in cubilibus suis collocabuntur. Et in Hymno dicitur. Hoc excitatus lucifer, soluit polum caligine: omnisque terrorum chorus viam nocendi deserit. Sic & virgo Maria omnes sua potestate fugat dæmones quos sua potestate terret & fugat. vnde de ipsa dicitur. quod est pulchra vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata, propter claritatem suæ informationis: quoniam sicut sol omnia illuminat quantum est ex se, sic & gloriosa virgo suis exemplis omnes informat. Eccles. 4. 2. Sol illuminans per omnia respexit. Item notandum quod tabernaculum significat Christi corpus & humanitatem. Quoniam tabernaculum dicitur militarium: & verbum in homine habitauit, vt hic militaret contra dæmones. vnde hic ait glo. Per tabernaculum accipe Christi corpus: in quo verbum venit æreas expugnare potestates. Et tunc est clarus sensus. *In sole posuit tabernaculum suum:* quia scilicet corpus suum in gloriosa virgine collocauit: quando de ipsa spiritus sancti virtute carnem assumpsit. Et sequitur de eius natiuitate. *Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.* id est de virginali vtero. vbi Deus humanæ naturæ vt sponsus copulatus est. Quia ergo dictum est superius, quod cæli enarrant gloriam Dei. Hic psal. ostendens quid prædicarent: dicit quod ipsi hoc prædicabant quod Dei filius in sole posuit tabernaculum suum, &c. Quædo enim istam sponsam, scilicet humanam naturam copulauit: tunc per tabernaculum sui corporis nobiscum habitauit. Vidi Hierusalem sicut sponsam ornatam viro suo: & audiui vocem dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & ipsi erunt populus eius: & ipse Deus eorum erit. Vel iste versus aliter potest exponi: retenta significatione tabernaculi pro corpore & humanitate Christi: sed permutata significatione solis. Vbi sciendum quod secundum Grego. Sol in scriptura multa significat, scilicet veritatis manifestationem. sic enim diuina voce per Nathan dicitur ad David. Tu fecisti hoc in abscondito, ego autem faciam verbum hoc in conspectu

*Sol. Maria.*

*Ecl. 2. 6.*

*psal. 103.*

*Canti. 6.*

*Ecl. 4. 2.*

*Tabernaculum.*

*Corpus Christi.*

*Osce 2.*

*Apoc. 21.*

*Grego. 34.*

*Isor. c. 6.*

*2. Reg. 12.*

*Sol.*

**A** omnis Israel & in conspectu solis. Quid enim per conspectum solis nisi cognitionem in sinuat manifestat visionis. Rursum per solem sapientium intellectus accipitur: vnde per Salomonem dicitur. Sapientis vt sol permanet: stultus vt luna mutatur. Rursum per solem aduersitatis persecutio demonstratur, sicut in euāgelio veritas dicit. quod nata sine radicibus semina, orto sole, aruerunt: quia scilicet verba vitæ in corde terrenorum hominum temporali momento virentia, superueniente persecutionis ardore siccantur. Sic igitur istis modis accipiendo solem: Christus in sole posuit tabernaculum sui corporis. Primo in sole manifestationis veritatis: quia ipso nato statim in publico positum fuit hoc sacramentum: quia per Angelos pastoribus cum magna claritate fuit reuelatum: Magis per stellam: Romanis & orbi vniuerso per multa miracula. Item tabernaculum suum in sole sapientiæ posuit: quia animam Christi omni sapientia prædatur: vt tantam sapientiam habuerit, vt ei Deus plenius conferre non potuerit. Item in sole persecutionis tabernaculum sui corporis posuit: quia labores nostros & miseras ac persecutiones vsque ad mortem crucis sustinuit, propter quas miseras & passiones eius tabernaculum per triduum mortis fuit dissolutum. iuxta illud quod Sap. 2. dicitur. Sicut nebula dissoluetur, quæ fatigata est à radiis solis, scilicet persecutionis. Et de omnibus istis hic loquitur psal. d. *In sole posuit tabernaculum suum.*

*Ecl. 17.*

*Matt. 13.*

*Sapient. 2.*

**Exultauit vt gigas ad currendam viam: à summo cælo egressio eius.**

Hic consequenter ponitur Christi in mundo conuersatio. vbi notandum, labores vitæ presentis vt sint nobis meritorij, debemus tolerare cum cordis lætitia & cum stabilitatis constantia. Primo enim cum cordis lætitia: quia coacta seruituta Deo non placent, ideo de Apostolis dicitur. Ibant Apostoli gaudentes, &c. De stabilitate autem patientiæ, & perseverantiæ dicitur. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus, &c. cui resistite fortes, &c. Et ista duo habuit Christus in conuersatione huius vitæ mortalis. Primo quia illa gauderet sustinuit & voluntariè, & quantum ad hoc. d. *Exultauit ad currendam viam.* quia scilicet ipse non necessitate sed voluntate labores nostros suscepit: nos autem necessitate: vt ostendit magister lib. 3. Vnde de Christo dicitur. Exultauit Iesus in spiritu sancto. Et ad quid: scilicet ad currendam viam huius mortalitatis: non ad habitandam: quia scilicet amore nō stetit in via mundi, vt mundi vana diligeret. Secundo, Iesus mala & aduersa mundi sustinuit constanter & patienter: quod notatur cum dicitur. *Quod exultauit vt gigas,* id est, sicut fortissimus & omnes homines imperturbabili virtute transcendens: quod per gigantem significatur, vnde propter fortitudinem constantiæ de Iuda Macchabæo dicitur. Quod induit se lorica sicut gigas. Nos igitur exemplo Christi viam huius vitæ alacriter constanterque curramus: non hic mente consistentes, sed per puritatem ad æternum regnum properantes. Ad hoc notat Valerius. quod Darius rex adiutoribus eius dignitatis assumptis pactum cum præclari operis consortibus fecit: vt equis indentes solis ortu cursum in quendam locum dirigerent: isque regno potiretur, cuius equus locum prius

*257.*

*Aduersus.*

*Laber.*

*Exultatio.*

*Patientia.*

*Christus.*

*Act. 5.*

*1. Pet. 5.*

*Magister.*

*li. 3. di. 25.*

*Luca 10.*

*Macch.*

*Castitas.*

*Castitas.*

*Castitas.*

*Castitas.*

*Castitas.*

*Castitas.*

prius attigisset. Cæterum cum maximè mercedis competitoribus fortunæ beneficium expectātib: solus ipse exoptatæ rei prosperum effectū assecutus est hac cautela: quia genitalibus equi sui nariibus equi appositis: equus suus terrore perterritus ante omnes alios præcurrit: & sic ille regnū habuit. Sic moraliter. Qui ad propositum vitæ brauiū velociter exemplo Christi vult currere: equi sui, id est suæ carnis abscindat genitalia: se propter Dei regnum spiritualiter castrando: & illa nariibus equi apponat: vt scilicet persequendo luxuriæ fetorem ipsam facilius delectetur. Et tunc talis dicere poterit cum Christo illud psal. Sine iniquitate cucurri & direxi. Hæc autem non fecit Christus vt Deus: sed vt homo factus. quod notans dicit. *A summo calore egressio eius.* scilicet ab æqualitate patris egrediens per carnis assumptionem. Non quidem egrediens: quod æqualitatem patris perderet: sed ideo dicitur egressus, quia quod prius non habebat assumpsit, scilicet nostram mortalitatem. De isto egressu prædictum fuerat, Michee, 1. Egredietur dominus de loco sancto suo & descendet, &c.

psal. 58.

258. Et occurfus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Hic consequenter agitur de Christi ad patrem regressione & ascensione, sicut enim verbum Dei ab æqualitate patris descendit in mundum nostrā humanitatem assumendo: sic & ipse Christus homo ad summum est reuersus per ascensionem, id est ad patris æqualitatem. Et hoc est quod ipse Christus de se dicit. Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Quid autem per talem ascensum nobis contulerit: subdit dicens. *Nec est qui se abscondat à calore eius.* Christus enim postquam ascendit ad patrem, spiritum sanctum in specie ignis misit Apostolis: qui totum mundum calore spiritus sancti inflammauerunt. Quoniam vt dictum fuit superius: In omnem terrā exiuit sonus eorum, &c. Ita quod nulla fuit natio in qua spiritus sancti calor non fuerit dilatatus: etiam si non omnes fuerint inflammati ipse tamen calor spiritus sancti omnibus fuit presentatus. Si-  
cut sol quantum est ex se omnes illuminat: quamuis non omnes illuminentur. & hoc est ex ipsorum defectu non solis. Sic & si non omnes calefiant per gratiam spiritus sancti non est defectus caloris: sed ipsorum. In quorum figura legitur de David. Quod David cum operiretur vestibus non calefiebat. Et quare calefieri non poterat David Stephanus tres rationes adducit. Primo quia erat antiquitus ætare. Secundo quia in bellis multum sanguinem perdidit. Tertio, quia ex quo vidit Angelum domini cadentem populum, pauore vehementi contabuit. Sic moraliter ista tria multos impediunt: ne calore charitatis spiritus sancti calefiant. Primum est antiquitas temporis. Quid enim est spiritualiter antiquari nisi antiquioribus peccatis implicari. Antiquiora enim & prima peccata quæ fuerunt sunt duo, scilicet inuidia & superbia. Inuidia enim primum peccatum dicitur. Inuidia diaboli mors introiit in orbem terrarū. Similiter & superbia fuit prius. Inuitio omnis peccati superbia. Et sic inuidia & superbia dicuntur prima & antiquiora peccata. & istis implicatus calefieri non potest. vnde de istis dicitur. Non sunt prunæ vt calefiant nec fo-

Ascensio Christi.

Ioan. 16.

Spiritus sanctus calor.

Frigiditas David. 3. Reg. 1.

Sapient. 2.

Eccles. 4. Esa. 47.

Acus vt sedeant ad eum. Secundum est egenorū proximorum incompassio: quod notatur: quia David multum sanguinem fuderat. Tantorum enim sanguinem sudimus, quot fame mori permittimus: subuenire valentes. Tertium est iustitiæ diuinae sine misericordia nimia consideratio: quæ ad desperationem perducit. Et hoc notatur in eo quod David vidit Angelum cadentem populum: & ex hoc contabuit. Sed quibus vias suas volens custodire, id est voluntates & opera iusto igne spiritus sancti calefit & accenditur. Dixi custodiam vias meas vt non delinquam, &c. Sequitur. Cocaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. Et de talibus hic dicitur. *Non est qui se abscondat à calore eius.*

**Lex domini immaculata, conuertens animas: testimonium domini fidele, sapientiam præstans paruulis.**

Hic consequenter ponitur legis Euangelicæ commendatio. Commendatur autem à tribus, scilicet à puritate, quæ nos purificat. ibi. *Lex domini immaculata.* secundo à claritate, quæ nos illuminat. ibi. *Iustitia domini rectæ.* tertio ab humilitate quæ nos humiliat. ibi. *Timor domini sanctus.* Quantum ad primum. d. *Lex domini immaculata.* Alia litera habet. *Lex domini irreprehensibilis.* Quod ideo dicitur, quod solum sancta docet & munda. Beati mundo corde. Antiqua enim lex immunditiam carnis mundabat: hæc autem mentis. Hanc munditiam confert lex Euangelica: quia sermo Christi animam purificat. Vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis. Et quia lex domini est immaculata: ideo animas à peccatis conuertit, propter quod sequitur. *Conuertens animas.* Sic enim per legem euangelicam Petrus animas ad Deum conuertebat. d. *Pœnitentini igitur & conuertimini: vt deleantur peccata vestra.* Lex enim domini conuertit animas: quia sua distinctione peccata corrigens ad Christi gratiam mittit: etiam conuertit animas: quia est testimonium fidele. Quod ideo dicitur, quia quod Christus in lege promittit perficit. sic etenim alibi dicitur. Fidelis est Deus, qui vocauit nos & faciet. Etiam lex domini conuertit animas: quia ipsas illuminat. quia sapientiam præstans paruulis. id est humilibus. Absconditi hæc à sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Tunc enim sapientia nobis præstat: quando nos peccata nostra cognoscere facit vt detestentur, & bona superna vt desiderentur: Sic enim suis Apostolis Christus promissit dicens. Dabo vobis os & sapientiam.

**Iustitiæ domini rectæ, latificantes corda: præceptum domini lucidum, illuminans oculos.**

Hic consequenter commendatur lex Christi ab æquitate & claritate. Vbi primo notandum quod cum omnis iustitia sit recta: quinimo idem est iustitia & rectitudo quia omnis iustus est moribus rectus: & omnis rectus est iustus. Ad quid ergo inculcat verba dicens. *Iustitia domini rectæ.* Respondeo quod quamuis omnis iustitia in se sit recta: non tamen omnibus est recta. Iustitia ergo illi solum dicitur recta: qui facit quod præcipit iustitia: & illi dicitur obliqua: qui eius iussa non perficit. Christus autem fecit omnia, quæ per legem Euangelicā docuit facere.

259.

Math. 5.

Ioan. 15.

Act. 3.

1. Thes. 5.

Matt. 11.

Luce 21.

260. de pe. di. 2. vnctio.

Iustitia, rectitudo.

Act. 17.

Rom. 3. Lex. Amor. Timor.

Math. 5.

Luce 2.

Ioan. 8. Illuminare. Homo.

Ioan. 1.

Arist. 16. de animalibus.

psal. 12.

Timor.

facere. Ideo sibi rectæ dicebantur. Dicuntur etiam rectæ. Ille enim solus rectus dicitur, qui bonum facit amore, non timore pœnæ. Et in hoc differt lex noua ab antiqua quia illa data fuit cum terrore, & ideo iustificare vel rectos facere non poterat: propter quod dicebat Apostolus. Ex operibus legis nō iustificatur omnis caro. Lex autem Christi fuit data cum amore: vnde in datione legis nō terrores: sed solum præmia Christus promissit dicens. Beati pauperes, &c. Et ideo quia terror conturbat, & præmium latificat. Hinc est, quod lex Christi promittens præmia, corda latificat. Quod hoc notans dicit. *Latificantes corda.* vbi glo. *Latificantes corda.* scilicet spe præmij non terrentes timore pœnæ, vt vetus testamentum faciebat. Et non solum sic lex euangelica est recta, sed etiam lucida, quia quæ antiqua lex dicebat sub figuris & vmbaticis, lex noua dixit apertè & clarè, quado scilicet Christus ore proprio promulgans legem nouam docuit Apostolos. Ad hoc enim venerat vt oculos cæcos peccatis per veram fidem & doctrinam illuminaret. Visitauit nos oriens ex alto: illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Vnde Ioan. Ego sum lux mundi: qui sequitur me, &c. Et nota quod lex Euangelica nō principaliter illuminat oculos corporis, quia illi non sunt perceptiui cœlestium sacramentorum: sed magis oculos mentis, propter quod de ista luce dicitur, quod illud illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Vbi sciendum, quod homo ex duobus constituitur, scilicet ex corpore & anima, & sic duplex habet oculos. Primam autem partem, scilicet corpus non habemus de foris, sed à mundo isto, scilicet à parentibus, qui sunt in isto mundo. Aliam autem partem, scilicet animam non habemus à mundo, sed de foris: vt dicit Aristot. quia scilicet ipsam immediatè habemus à Deo per creationem. Et ideo quia animam nō habemus à mundo, sed à Deo per creationem: ideo quando creatur & vnitur corpori, tunc dicitur in mundum venire: quia de foris ducitur. Corpus autem quia datur à mundo, & non de foris, ideo in mundum venire nō dicitur. Volens ergo offendere Euangelista secundum quam partem homo illuminatur, ab Euangelica lege dicit, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, quasi dicat, quod homo illuminatur non secundum corpus quod habemus à mundo, sed secundum animam, quam de foris habemus. Sic enim superius orabat psalm. Christi lege illuminari cupiens: cum dicebat. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam, &c.

sed includit. Timorem autem initialem perfecta charitas foras mittit. Sed timorem mundanum & seruilem non solum perfecta charitas foras mittit, sed etiam imperfecta. De timore ergo filiali hic dicitur. *Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi.* Sed nunquid iste timor filialis fuit in Christo? Videtur quod sic, quia habuit omnia dona spiritus sancti. Ad oppositum, quia ab initio fuit beatus, & non timuit offendere Deum. Respondeo, quod iste timor duos habet effectus: vnum simpliciter perfectum, quia facit Deum reuereri. Alium non simpliciter perfectum, quia facit timere casum vel offensam Dei, qui effectus imperfectionem habet annexam. Dico ergo, quod iste timor quantum ad effectum imperfectum, nō fuit in Christo nec in beatis erit: sed bene quantum ad effectum simpliciter perfectum. Et hoc dicit Magister libro 3. distinc. 3. d. Sciendū itaque est, quod spiritus timoris erit in futuro, sicut & alia dona spiritus sancti, sed nō habebit omnem illum effectum quem modo habet. Faciet enim tunc nos reuereri Deum, non timere separari à Deo, vel ipso carere. Fuit ergo & in Christo timor ille, sed iuxta illum vsum quem habebit in futuro sanctis. Non enim timuit Christus separari vel offendere Deum, sed eum præ omnibus reueritus est.

Questio. Christus. Esa. 11.

**Desiderabilia super aurum & lapidem preciosum multum: & dulciora super mel & fauum.**

Hic consequenter tertio principaliter ostendit qualiter lex Euangelica est merito obseruanda. Et tria facit, vt nos ad eius obseruationem inducat. Quia primo ponit eius dignitatem. Secundo eius utilitatem. ibi. *Etenim seruus tuus, &c.* Tertio suam per hoc remoueri petit cæcitatē. ibi. *Delicta quis intelligit.* Quantum ad primum ostendens legis Christi dignitatem, dicit. *Desiderabilia, &c.* Vbi notandum, quod tria maximè in hoc mundo videntur desiderabilia, vel vt melius dicam, desiderata ab hominibus mundi, quibus tamen omnibus præferenda est lex Euangelica, scilicet diuitiæ temporales, & hæc significantur per aurum, potentie mundiales, & hæc significantur per lapidem preciosum, & deliciae vel voluptates carnales, & hæc significantur per mel, quod est dulce. De auro diuitiarum dicitur. Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, nec sperat in pecuniæ thesauris, quis est hic & laudabimus eum? Quod ideo dicit, quod pauci sunt tales. De lapide vero potentiarum vel dignitatum dicitur Eccles. 27. Qui in altū mittit lapidē, super caput eius cadet. Quod ideo dicit, quia maior potentia maiorem casum generat & ruinam. De melle vero voluptatum dicitur. Fauus distillās labia meretricis, sed nouissima illius amara quasi absinthium. Volens ergo psalmista præferre omnibus temporalibus quæ possunt desiderari, legem Euangelicam, dicit, quod in ipsa contenta sunt desiderabilia super aurum, quo ad diuitias, super lapidem pretiosum: quo ad dignitates & potentias, & super mel & fauum: quo ad voluptates & delicias. Et isto modo de ista sapientia nouæ legis dicitur, Proverbiorum 3. quod melior est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, &c. Et omnia quæ desiderantur huic comparari non valent.

Aurum. Diuitia. Potentia. Delicia. Eccles. 31.

Eccles. 27.

Prover. 5.

Lex enim euangelica.

Prover. 3.



263. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodia illis retributio multa.

Hic consequenter ponit huius legis utilitatem: quia scilicet in obseruatione illius magna est retributio. Vnde Gregorius dicit. Sacri eloquij mandata si modo hic perperentur in opere: postmodum coronam victoriæ exhibent in retributione. Quod hic notans dicit: In custodiendis illis retributio multa. Et ideo seruus tuus custodit ea. Hoc ideo dicit quia consideratione præmij vim laboris minuens ad obseruationem legis facilius nostras mentes inclinât. Et nota quodd duplex retributio custodientibus legis Christi mandata debetur, scilicet in præsentibus, & in futuro. In præsentibus enim, quia in eo, quod custodiuntur non tantum in re extra posita, sed etiam in ipsis dum custodiuntur in hac vita, quia in ipsis est gaudium, quia per semetipsa placent & delectant facientem. Et ideo non ait, præ custodiendis illis, sed in custodiendis illis. Quia non tantum pro illis in futuro debetur præmium, sed etiam hic in corâ custodia magnum est gaudium, vt ait glo. quia seruire Deo regnare est. Habent etiam retributionem in futuro & etiam duplicem, vt ostendit Gregorius. Duplicia enim in futuro erunt præmia, quia finito labore præsentis seculi non solum animarum gaudium, sed etiam beatitudo retribuitur corporum, &c. vide ibi. Et ista Psal. art. edens dicebat. Inclinaui cor meum ad faciendas iustitias tuas in æternum propter retributionem.

264. Delicta quis intelligit? ab oculis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo.

Hic consequenter postquam ostendit se voluntarium ad obseruationem mandatorum Christi, orat remoueri impedimentum, quod scilicet est peccatum. Vbi notandum quodd quædam sunt peccata, quæ ab intrinseco procedunt, vt peccata, quæ quis propria malitia absque tentatione exteriori committit, vel interiori tentatione propulsatus, vt tentatus à propria carne, & ista dicuntur propria peccata & intrinseca. Alia sunt ab extrinseco introducta, sicut quæ fiunt per tentationes exteriores, vtputa dæmonis, vel mudi, vel quæ per sensus corporales animam inuadunt, & ista dicuntur aliena. Vel aliter. Quædam sunt peccata quæ quis committit, & illa dicuntur propria. Alia sunt peccata quæ alij committunt ex negligentia principis vel malo principis exemplo: quæ tamen principi imputantur, & ista dicuntur aliena. Item quia si quis malum exemplum præterdat aliis, quo multi peccare possunt vel occasionem peccandi assumere: quamuis nesciat quot suo exemplo peccabunt, sibi tamen omnia illa peccata imputantur, quæ alij suo malo exemplo committunt. Quia tot moribus sunt digni prælati, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Ad propositum ergo quia Dauid erat prælatus, quia rex, & suo adulterio multis malum dederat exemplum, imò omnibus. Et ideo nesciens quot suo malo exemplo peccassent, di. Delicta quis intelligit? id est quis malè agens quomodo potest cognoscere, quot suo corruptum exemplo? quasi dicat, nullus. Ideo orans subdit. Ab oculis meis munda me. scilicet à peccatis

quæ proprio motu commisi, & ab alienis, quæ scilicet commisi prouocatus ab aliquo, munda me. Vel, ab oculis meis, id est, à peccatis quæ ego commisi, quæ dicuntur occulta: quia principalius stant in voluntate quam nullus exterior cognoscere potest. Et ab alienis. scilicet, quæ alij meo exemplo commiserunt. A meis, inquit, munda me. scilicet tollendo de corde malam voluntatem, sed ab alienis parce. scilicet, non permittas tentationes mihi dominari.

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.

Vbi nota, quodd omnis faciens peccatum, seruus est peccati, & peccatum semper dominatur illi qui peccat. Ex quo sequitur: quodd ille cui peccatû non dominatur, est sine peccato & immaculatus. Et hoc est quod ait, Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Per delictum maximum accipe superbiam, quia nō est maius delictum, quam à Deo apostatate, quod est initium superbiæ hominis. Est enim superbia vltimum vitium redeuntibus ad Deum, & primum recedentibus. Et secundum istum sensum ly mei est casus genitiui & numeri singularis. Potest secundò esse numeri pluralis & nominatiui casus, & tunc est sensus. Si mei, scilicet sensus corporales. non fuerint dominati, id est, supra rationem, quod scilicet fit quando ratio subiicitur carni, & sensualitas spiritui dominatur, tunc nunquid immaculatus ero? Cogitabat enim propheta, quodd oculi sui fuerant supra rationem dominati, quando visa Bersabe, concepiuit & commisit adulterium.

Eterunt vt complacent eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

Vbi nota, quodd oratio est duplex, scilicet mentalis & vocalis, quarum nulla Deo placet quæ maculato corde procedit vel superbo. Sed illas respicit & exaudiuit quæ immaculata mente procedunt. Et hoc est quod dicit. Si ero immaculatus. Tunc tibi placebunt eloquia cordis mei. Et hoc quo ad orationes vocales. Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. scilicet erit, & hoc quo ad orationes mentales. Illud enim libenter aliquis respicit quod est sibi placitum, & illud in conspectu suo ponit. Sic enim dicitur Gene. 3. Respexit dominus ad Abel, &c.

Domine adiutor meus, & redemptor meus.

Videns enim, quodd per seipsum à peccatis liberari non potest, sed solum adiutorio diuino munitus: ideo se conuertens ad Deum dicit. Domine adiutor meus. scilicet contra hostes tam intrinsecos quæ extrinsecos. Et redemptor meus. quia non solū inuadit eam: sed etiam post lapsum reparas. Adiutor ergo quia facis præcauere futura, sed redemptor, quia remisit commissa virtute tuæ passionis & sanguinis. Non enim auro vel argento redempti estis, &c. Ab illo ergo loco, Delicta quis intelligit? omnia dicit vt ostendat quodd nullus nisi mundus Dei

Dei sacramenta pertractare dignè potest: iuxta illud psal. Peccatori autem dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, &c.

268. Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.

Titulus istius psal. est. Ad victoriam Psal. Dauid. Pro cuius expositione sciendum, quodd ait, Rabbi Sal. Iste psal. fuit factus à Dauid, quando milites sui iurauerunt dicentes. Non egredieris nobiscum ad prælium: ne extingatur lucerna in Israel. Vbi notandum quodd cum Philistæi iniussent prælium contra Israel, descendit Dauid cum suis viris & pugnabat contra Philistæos: & ibi Dauid fuit in magno periculo mortis: nisi ipsum iuisset Abisai filius Saruæ qui defendit regem Dauid, & Philistæum qui nitebatur occidere Dauid, interfecit. Videntes igitur viri Dauid periculum in quo fuerant, quia si rex fuisset interfectus, totus exercitus succubuisset. ordinauerunt inter se, ne rex Dauid amplius ad pugnam cū ipsis iret, sed domi remaneret: vnde ibidem dicitur. Tunc iurauerunt viri Dauid dicentes. Iam non egredieris nobiscum in bellum, ne extingatur lucerna in Israel. Cogitabant enim quodd rex plus poterat eos orationibus manens domi iurare, quam pugnando manibus. Sicut Moyses obsecrans, fortius dimicabat contra Amalech precibus, quam exercitus armis instructus ab eo missus: vt habetur Exodi 17. Vnde ibidem dicitur. Cumq; eleuaret manus Moyses, scilicet deuote orando, vincebat Israel. Si autem paululum remisisset, superabat Amalech. In sequenti ergo bello contra Philistæos in Gob Dauid remansit domi & exercitum suum misit ad pugnam. Et tunc orado pro victoria sui exercitus istum psalmum fecit, & verba sua exercitui suo dirigit dicit. Exaudiat te dominus, &c. Ex prædictis apparet sensus tituli qui est, ad victoriam psal. Dauid. id est, iste psalmus, factus est à Dauid ad victoriam. scilicet pro exercitu suo impetrandum. Et hoc est quod dicit. Exaudiat te dominus in die tribulationis, &c. vt. N. Intentio autem Psalmistæ in hoc psal. est agere de Christo, quasi de sacerdote immolaturò & rege pugnaturò. Et sub figura optandi hic prædicat quæ de Christo sunt futura ante passionem suam, scilicet tempore suæ tribulationis: & post resurrectionem suam, scilicet tempore suæ exultationis. Et psal. iste diuiditur in duas partes. Quia propheta orando prædicat primo aduersa suæ passionis. Secundo prospera suæ resurrectionis, ibi. Tribuat tibi secundum cor tuum. Prima vero pars diuiditur in tres. Quia primo passionis Christi ponit efficaciam: secundo per Christi passionem sanctificandam dicit Ecclesiam, ibi. Mitrat tibi auxilium de sancto. tertio passionis Christi nobis postulat memoriam, ibi. Memor sit omnis sacrificij tui. Quatum ergo ad primum sub modo optatio prædicat efficaciam Christi passionis, quæ est quodd virtute eius omnis Christi oratio & Ecclesiæ fuit exaudita & defensata. d. Exaudiat te dominus in die tribulationis. scilicet exaudiet te dominus in die tribulationis. Vbi nota, quodd Christus tempore suæ passionis. orauit tripliciter, scilicet pro se, pro suis discipulis, & pro suis inimicis. Orauit pro se. d. Pater venit hora: cla-

rifica filium tuum. Sed quid prætendebat ista Christi oratio: cum ipse filius esset sempiterna claritas patris, quæ nec diminuta fuit in forma humana: nec augeti potest in diuina? Ad hoc respondet. August. super Ioannē. Apud homines minor erat claritas Christi, quando in sola Iudæa Deus erat notus. Quia vero per Euangelium Christi factum est vt pater innotesceret gentibus, partem clarificat filius: & filium pater. Dicit ergo, Pater clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te. Quasi in passione Christus positus dicat patri: Pater resuscita me, vt toto orbi innotescas per me. Secundo orauit pro suis Apostolis. d. Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: vt sint vnum sicut nos vnus sumus. Et exauditus fuit, quia vt habetur Actuum 3. Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna, &c. Vnum quidem per charitatis vnitatem. Tertio, orauit pro inimicis: quando cruci affixus ait ad patrem: Pater dimitte illis quia nesciunt quid faciunt. Et pro ipsis gratiam impetrauit: vnde Beda. Non est putandum hoc Christum frustra orasse, sed in illis hoc fuisse implerum, qui post eius passionem crediderunt in eum. Ista ergo omnia præuidens psal. ait. Exaudiat te, &c. psal. In die tribulationis meæ clamaui ad te: quoniam exaudisti me. Sequitur. Protegat te nomen Dei Iacob. Vbi nota, quodd nomen Dei Iacob non accipitur pro ipso nomine Dei, sed pro significato nominis, scilicet pro ipso Deo quem Iacob colebat. Protegat ergo te. id est, vindique te defendat in passione. Et ponit hic verbum optatum pro futuro indicatiui, vt sit sensus, protegat. id est, proteget. Sic enim se exauditum insinuat Christus. d. Protexisti me à conuentu malignantium, & à multitudine operatum iniquitatis.

Mitrat tibi auxilium de sancto, & de Sion tueatur te.

Hic consequenter ostendit, quodd per Christi passionem sanctificata est ecclesia. Vbi notandum, quodd Ecclesia est corpus Christi mysticum, id est fidelium multitudo. De quo dicit Apostolus. Vos autem estis corpus Christi & membrum de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia: primum Apostolos: secundo Prophetas: tertio doctores, &c. Sequitur. Nunquid in corpore ecclesiæ omnes sunt Apostoli? nunquid omnes Prophetæ? nunquid omnes doctores? &c. quasi dicat, non. Cū igitur ecclesia sit corpus Christi, tunc Deus Christus auxilium mittit, cum eius corpus sanctificat, quod est ecclesia. Quod hic faciendum præuidit psalmista d. Mitrat tibi auxilium de sancto. vbi glo. Id est auxilietur tibi, scilicet faciens tibi sanctificatum corpus, scilicet ecclesiam, vt scilicet in aduersitatibus nō deficiat, sed proficiat magis. Sic enim ipsi Christo se auxiliaturum Deus promiserat, scilicet ipsi corpori suo. d. psal. 88. Manus enim mea auxiliabitur ei. Sequitur. Nihil proficiet inimicus in eò, &c. Sed qualiter ecclesiam suam Deus custodit & sibi auxilium mittit: subditur. Et de Sion tueatur te. Sion namque speculatio interpretatur, & significat contemplationem qua ecclesia mente conuersatur in cælestibus, per quam contemplationem tuetur & fortificatur. Quis enim contemplando æterna præmia mala timeret terrena? certe nullus: vt ostendit Grego. d. Mala præsentis vitæ tanto durius animus gligit. Cumque non vult considerare præmia que Incog. com. l. i 2 restant:



aduentum erecti sunt.

277. Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te.

Hic P sal. totam spem suam ad Christum dirigit. d. Domine saluum fac, &c. Sicut enim in capite cetera membra laeduntur, sic saluo capite cetera membra conualescunt. Cum igitur rex noster Christus sit caput totius Ecclesiae, ipso a morte per resurrectionem saluato, & nos per ipsam saluamur. Et exaudi nos in die qua inuocauerimus te. Quid est inuocare Deum in die, & quid in nocte. In nocte enim inuocat Deum qui Christum mortuum resuscitatum non credit. In die autem inuocat, qui ipsum a morte credit surrexisse, ut hic dicit glo. Et sic omnis tali fide munitus, qui inuocauerit nomen domini saluus erit.

Ier. 2.

PSALM. XX.

278. Domine in virtute tua letabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

Titulus psal. iste est. In finem psal. David. Patet ex dictis quod istum psal. tam Hebraei quam catholici de Christo dictum ad literam affirmant. Intentio psal. est vt Christum verum regem & verum credamus Deum & hominem esse. Diuiditur autem iste psal. in tres partes. Quia primo ponit Christi meritum: secundo Christi praemium. ibi. Quoniam praenuisti, tertio Christi imperium, & hoc in subiectione inimicorum. ibi. Inueniatur manus tua. Circa primum duo facit. Quia primo ponit meritum incarnationis: secundo meritum passionis. Desiderium animae eius. &c. Quantum ad primum sciendum quod Christus secundum quod homo in primo instanti suae incarnationis habuit omnia ad meritum necessaria, scilicet libertatem arbitrii & gratiam summam, qua voluntas eius tota in Deum dirigebatur. Et ideo in primo instanti habuit summum meritum: sic quod in merito proficere sibi non potuit: sed solum nobis: vnde quantum ad hoc dicit Magister. Non solum meruit Christus quando patri obediens crucem subiit, sed etiam ab ipsa conceptione, ex quo homo factus est per charitatem & iustitiam & alias virtutes: in quarum plenitudine fuit secundum hominem conditus, sibi tantum meruit quantum post per martyrii tolerantiam. Tanta enim plenitudo spiritualium charismatum in eo fuit, quod in eis proficere non potuit. Et ideo melior ipsius anima fieri non potuit quam ab initio suae conditionis extitit: quia proficere in meritis non valuit. Et quia signum virtuosus habitus est delectabiliter secundum habitum operari: ideo Christus ex habitu summae charitatis, quem habuit in incarnatione, delectabatur, omnia non sibi, sed diuino verbo, cui erat vnitus, attribuens. Quod prauidens P sal. de ipso patri dicit. Domine in virtute tua letabitur rex. Per virtutem Dei accipe verbum patris, per quod omnia facta sunt. Vnde de verbo Dei quod etiam vox quandoque dicitur, habetur psal. 28. Vox domini in virtute. Per regem autem Christum intellige, qui scilicet habet in vestimento & in semore suo scriptum: rex regum & dominus dominantium. Est ergo iste sensus: O domine, scilicet Deus pater. Rex, scilicet

Christus. eius. &c. Meritum.

Magister. lib. 3. di. 18.

Verbum. Ioan. 1. Psal. 28.

A homo Christus letabitur in virtute tua, id est in verbo tuo. In eo, scilicet quod verbum caro factum est. Quod recte verbum dicitur virtus tua, quia tibi coomnipotens. Ecce ergo meritum incarnationis, quia de se homo Christus non praesumpsit, sed omnia verbo tribuit. Et super salutare tuum exultabit vehementer, id est in dispositione tua, qua disposuisti per ipsum genus humanum saluare. Ecce ergo meritum Christi humilitatis, quia omnia non sibi, sed verbo attribuit, cui erat vnitus. Et salutem humani generis per ipsum sciendam gaudenter acceptat. Et de ista Christi exultatione qua paruuli & humiles a Deo per ipsum erat saluandi, dicitur Luc. 10. In illa hora exultauit Iesus in spiritu sancto & dixit: Confiteor tibi domine pater caeli & terrae, quoniam abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.

Mat. 11.

Desiderium animae eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum.

Hic consequenter agit de merito passionis. Vbi sciendum, quod desiderium Christi proprie dicitur eius passio, quia summè pro nobis pati desiderabat: vnde. Desiderio desiderauit hoc Pascha manducare vobiscum, &c. Quod ideo sic dicit secundum Chryso. quia post illud pascha crux imminabat: quam pro salute nostra euenire quam plurimum cupiebat. Et attende quod non sine causa dicit psal. de Christi passione. Desiderium animae eius tribuisti ei. Quoniam tempore suae passionis daemones multipliciter ipsam impedire conabatur: vnde & propter hoc vxotem Pilati visionibus terruit vt marito suggereret ne Christum traderet morti: vt ait Grego. Ecce cōcertatio inter Christum & diabolum, quia diabolus ne Christus moreretur, satagebat. Christus autem pro humano genere mortem desiderabat. Quia ergo cassata voluntate diaboli, desiderium Christi Deus adimpleuit: igitur tunc suum desiderium Christo dedit. Et hoc aliis verbis confirmans dicit. Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. id est, voluntate per labia Christi expressa & prolata. Voluntatem enim mortis Christus habebat, quia pro nobis venerat pati. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et hanc voluntatem suam labiis suis multoties expressit, maximè in hortu, quando patri orans dicebat. Non quod ego volo: sed quod tu vis. Quia etsi voluntas naturalis mortem fugiebat, voluntas tamen rationalis mortem desiderabat. Vel per voluntatem labiorum Christi accipe omnem eius voluntatem quam suis verbis expressit, quae omnis fuit impleta. Quod paruit quando verbis daemones fugabat, infirmos sanabat: mortuos suscitabat, peccata remittebat. Quoniam vt dicitur Rom. 9. Quis resistet voluntati eius? quasi dicat, nullus.

Desiderium. Passio. Christi. Luc. 22.

Chryso. 3. super. Mat.

Greg.

Luc. 19.

Quoniam praenuisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.

Hic consequenter ponit Christi praemium & dona quae recepit a Deo, & sunt multa secundum quae pars

280. De pe di. 1. alij eod. tra.

pars ista diuiditur. Quod ostendit psal. quod quinque dona specialiter Deo Christo contulit, scilicet primo puritatis sanctitatem. ibi. Quoniam praenuisti: secundo resurrectionis claritatem. ibi. Vitam petiit a te. tertio ascensionis dignitatem. ibi. Magna est gloria eius. quarto iudicandi potestatem. ibi. Quoniam dabis eum in benedictionem. quinto aeternitatis firmitatem. ibi. Quoniam respicit in Domino. Primo ergo ponit, d. Quoniam praenuisti eum, &c. Vbi sciendum quod: vt ait Magister, duplex est gratia Dei in nobis, scilicet, praenuens & subsequens, siue operans & cooperans. Operans enim vel praenuens gratia praeparabat hominis voluntatem & praenuit vt velit bonum. Sed gratia subsequens vel cooperans adiuuat, ne frustra velit. Operans ergo gratia est quae praenuit voluntatem bonam, vt sit bona, bonaque efficaciter velit. Cooperans vero gratia iam voluntatem bonam sequitur adiuuando. Hanc autem duplicem gratiam habuit Christus, scilicet gratiam praenuentem, quia Deus eum praenuit ne peccatum originale contraheret: quod ipse non per viam seminalem, sed solum virtute Spiritus sancti ipsum in virginis formam vteroque ex quo peccatum postea sibi obesse non potest. Gratiam vero cooperantem habuit, scilicet gratiam gratum facientem, quia vt dicit Magister. Tantam gratiae plenitudinem habuit quod ei Deus plenius conferre non potuit. Primum ergo gratiam praenuentem hic notans P sal. de Christo dicit. Quoniam praenuisti eum in benedictionibus dulcedinis. vbi glo. Benedictionem dicit immunitatem peccati, quia Christus donatus est in conceptione vt postea ei peccatum non obesser. Quae dicitur benedictio dulcedinis: quia totum ex dulcedine diuinae gratiae fuit. Cui ergo alij amaritudine peccati. Ad praenuentem, tu o Deus Pater praenuisti eum, scilicet Christum regem immunitate peccati, quae ex gratia est. Et illi sic praenuit immunitate primi peccati, felicitatis peccati consequenter non nocuit, & hanc gratiam praenuentem sibi collatam dicit Christus. Deus meus misericordia eius praenuit me. Posuisti in capite eius coronam, &c. Hic consequenter ostendit P sal. Christum habuisse donum cooperantis & subsequens gratiae. Per coronam enim praeciosi lapidis virtutum copiam accipe, quia sicut corona circumdat caput, sic virtutes caput mentis ambiunt. Et ideo de timore Domini, qui virtutum omnium est fundamentum, dicitur Eccl. 1. Timor Domini corona exultationis. Vnde notandum est quod Christus multiplici corona fuit coronatus, scilicet corona carnea in eius incarnatione, corona lapidea in eius conseruatione, corona spinea in eius passione, corona aurea in eius ascensione. Primo corona carnea in eius incarnatione, quando scilicet Dei verbum ad modum coronae nostrae carnem sibi circumdedit. Et ista corona ipsum coronauit gloriosa mater sua. Egre dimini filiae Sion & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua in die desponsationis illius. Vnde Bernard. dicta verba exponens super Cant. dicit. Egre dimini filiae Sion, id est, animae saeculares debiles & delicatae, filiae & non filij, in quibus nihil est fortitudinis, nihil verilis animi. Egre dimini ergo de sensu carnis ad intellectum mentis, de seruitute carnalis concupiscentiae ad libertatem spiritualis intelligentiae. Egre dimini ergo & videte regem Salomonem, scilicet Christum in diademate

Magister. lib. 2. di. 26.

Genia. Christi.

Magister. lib. 3. di. 13.

Benedictio.

Psal. 58.

Corona.

Cant. 3.

quo coronauit eum mater sua. Corona, scilicet, humanitatis nostrae, corona paupertatis, corona pietatis & clementiae. Siquidem & coronatus fuit Christus a nouerca sua, scilicet, synagoga, corona scilicet spinea: coronandus est a familia sua corona iustitiae. Sed eum coronauit pater corona gloriae, dicens Patri P sal. Gloria & honore coronasti eum, &c. Secundo fuit coronatus corona spinea in eius passione. Coronam de spinis posuerunt super caput eius. Quae corona nobis efficacis patientiae praestat exemplum. Vnde Chryso. praedicta verba exponens ait. Quae nobis erit de relicto cura: si iniurias ab aliquo patiamur postquam rex noster Christus corona spinea est coronatus? Etenim quod fiebat in Christum vltimus contumeliae terminus erat, nec erat particula tantum sed totum corpus eius patiebatur iniurias. Caput per spineam coronam, arundinem & collaphos. Facies, quia expuebatur. Genae, quia a lapidibus cedebantur, totumque corpus flagellis vulnerabatur. Ista ergo fuit patientiae corona: quae gloriae meretur coronam. Vnde cuiuslibet nostrum ait Dominus. Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitam. Tertio corona aurea in sua resurrectione vel ascensione. Eccl. 45. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis gloriae & honoris & opus fortitudinis omni desiderio oculorum ornata. Vnde nota quod gloria aeterna Christi merito per coronam figuratur, quae est figura sphaerica, quae finem non habet. Haec corona dicitur aurea propter charitatem visionis: quia aurum inter cetera metalla amplioris est resurgentiae, vt ait Greg. super illo verbo Iob. Sternet sibi aurum quasi luttum. Haec corona aurea dicitur super mitram eius; ad denotandum duplicem Christi dignitatem, quoniam Christus fuit rex & pontifex summus. Corona enim significat dignitatem regiam, sed mitra pontificalem. Item haec corona fuit expressa signo sanctitatis, quae expressio sanctitatis multis signis apparuit in eius gloriosa resurrectione, ascensione & Spiritus sancti missione. Haec corona desiderio oculorum dicitur ornata, quia ex gloria Christi nostra pender: quia in ipso noster corporalis oculus beatificabitur: ipso patri dicente, Haec est vita aeterna, vt cognoscatis, &c. Et istam coronam gloriae auream meruit Iesus per suam passionem, dicente Apostolo. Videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatum, &c. Quarto corona lapidea: de qua nunc dicitur. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Quid enim per lapides praeciosos quibus fundamenta ciuitatis Hierusalem, id est, Ecclesiae sunt constructa nisi ipsos accipimus Apostolos? qui Christum praedicantem quasi coronam circumdabant, vnde hic ait glo. Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Quia in principio sermonis eius & praedicationis ambierunt eum lapides praeciosi, id est, Apostoli duodecim: a quibus principium praedicationis fieret. Isti sunt illi duodecim lapides praeciosi, qui erant in rationali iudicij sculpti duodecim nominibus filiorum Israel: quos summus sacerdos ingressurus tabernaculum gestabat in pectore. Quia doctor Ecclesiasticus vitam sanctorum praecedentium debet inspicere atque doctrinam, & haec cuncta in secreto pectoris colligere, & executione operis prodere. Coronam vero dicitur quia doceret Christum Apostolorum circuitus: quae corona ambiebat. Et de hoc dicitur Eccl. 50. Circa illum corona fratrum. Et Apoc. 13.

Psal. 8.

Mat. 17. Chryso.

Apoc. 2.

Greg. 34. mor. c. 7.

Ioan. 17.

Hebr. 7.

Apoc. 21. Apostolus.

Eccl. 50. Apo. 12.



In capite eius corona stellarum duodecim.

281

Vitam petiit a te, & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

Vita.

Hic consequenter ostendit secundum donum Christi, scilicet quod habuit resurrectionis claritatem. Per vitam enim spiritualiter dictam intellige vitam per resurrectionem factam immortalem. Quoniam presens vita ante resurrectionem mors potius dicenda est, quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quam quedam prolixitas mortis? ut ait Greg. Et sic illa sola proprie vita dicitur quae morte non terminatur, scilicet, quae per resurrectionem acquiritur. Pater igitur Christo vitam dedit: quando per resurrectionem ipsum ad immortalem vitam perduxit. Vnde hic ait glo. Vitam petiit a te id est resurrectionem, d. Pater venit hora: clarifica filium tuum. Et quod de im mortali via intelligat: subdit. Longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi. Quod dicit ad differentiam dierum vitae praesentis: qui non sunt longi sed breues. Breues dies hominis sunt. Sed dies futurae vitae longitudinem habere dicuntur, quia sine carent. Longitudo dierum in dextera illius. Per dexteram accipe vitam immortalem.

Greg.

Job. 14.

Prover. 3

282

Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam & magnum decorem imponens super eum.

Passio Christi. Vult. 2.

Hic consequenter ponit tertium donum, scilicet ascensionis dignitatem. Vbi notandum quod Christi passio fuit meritum suae glorificationis, teste Apostolo. Factus obediens Patri usque ad mortem, propter quod & Deus exaltauit illum, &c. Quamuis enim a principio suae incarnationis ipse habuit gloriam, tamen quia gloria eius usque ad resurrectionem mundo manifesta non erat: sed in resurrectione fuit manifestata: ideo in resurrectione gloriae de accepisse. Tunc enim res dicitur fieri, quoniam innocens: quia si veniret occulte non venisse diceretur. Sic licet Christus gloriosus fuerit a principio, tamen gloriam accepisse in resurrectione dicitur, quia tunc gloria eius innotuit mundo. Vnde & tunc primo dixit. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Item nota quod hic per ly salutari intelligitur ipsa Christi resurrectio: quia per ipsam fuit Christus a morte & a potestate Iudaeorum saluatus. Et hoc salutari resurrectionis petebat Christus Patri dicens. Redde mihi letitiam salutari tui id est, in resurrectio. Magna est gloria eius in salutari tuo id est, in resurrectione, qua tu Deus pater Christum suscitasti, magna apparuit gloria Christi. Sed adhuc maior erit in ascensione: ubi super omnes Angelos ad dexteram Patris collocabitur. Et hoc est quod subditur. Gloriam & magnum decorem impones super eum id est, in caelo ad dexteram tuam ipsum collocabis per ascensionem, in qua singulariter decorem a patre Christus recepit. Vbi nota quod secundum Grammaticos a decet deriuatur hoc decus decoris media genitui correpta, & est idem quod honor. A decet etiam deriuatur hic decor

Resurrectio Christi. Glor. Christi. Matt. 21. Salutare.

Psal. 56.

A decoris, co. producta, & est idem quod venustas & pulchritudo. Super Christum ergo gloria cum decore in ascensione posita fuit: quia tunc gloria Christi ab omnibus Angelis fuit honorata & venusta siue pulchra confessa. Et quod istum decorem gloriae per resurrectionem habuerit dicitur Iob. 40. ipse Christo. Circunda tibi decorem in sublimi erigere. Decorem sibi Christus circumdauit: quia sanctorum Angelorum choros, quos condidit in usum sui decoris assumpsit, vt de ipso post Ascensionem dicitur illud Psal. 92. Dominus regnauit, decorem indutus est, &c.

Iob. 40.

Psal. 92.

B Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo

283 de con. di. 4. placuit

Hic consequenter ponit quartum donum Christo collarum, scilicet iudicandi potestatem. Vbi nota quo ad iudicariam potestatem duo spectant, scilicet peccata punire & praemiare merita, secundum Philosophum 5. Ethicorum. quoniam itur ad iudicem sicut ad iustum: quia iudex est quoddam iustum viuum, quod iustitiam exequitur, vnicuique dando secundum merita sua. Principalior autem inter duas partes est praemiare bonos: quoniam hanc partem iustitia per se intendit. Punire autem malos non intendit iustitia, nisi ad finem praemiationis bonorum, scilicet vt boni tantum possint viuere timore malorum sublato. Quia ergo quilibet virtus a suo principali actu denominari debet, hinc est quod iudicandi auctoritas principalis a praemiatione bonorum denominatur. In vltimo ergo iudicio quia Christus malis maledicet dicens. Dicedite a me maledicti, &c. Et bonis benedicet, d. Venite benedicti patris mei, &c. Ideo per benedictionem intelligitur Christi iudicaria potestas, qua bonis in iudicio benedicet. Et hanc potestatem notans P. al. de filio, patri dicit. Quoniam dabis eum in benedictionem. &c. id est, facies eum iudicem, vt benedictionem vltimam bonis conferat, d. Venite benedicti patris mei, &c. In illo autem iudicio omnes tam boni quam mali, iudicem Christum videbunt: quia visio bonos laetificabit: sed malos turbabit: ipsorum conscientia hoc faciente, vt sub exemplo iudicis vitae praesentis ostendit Greg. d. Nam cum duo ad iudicium pergunt, alius innocentiae sibi conscius, & alius culpae, ante prolatam sententiam adhuc tacentem iudicem vtrique conspiciunt. Et cum culpae debitor grauem contra se iram hoc ipsum iudicis silentium suspicatur: quam iram sibi non denunciat perturbatio iudicis, sed recordatio prauitatis. Quia est, adhuc eum foris reu sententia iudicis non clamat: intus tamen grauius conscientia accusat. At contra iustitiae amicis iustitiae vultu conspicit: sed intus de testimonio bonae conscientiae hilarescit, &c. Sic in iudicio vltimo erit. Quia sicut mali videndo iudicem Christum turbabuntur: sic & boni laetificabunt. Et hoc est quod dicit. Quoniam dabis eum. scilicet Christum, in benedictionem in seculum seculi. scilicet, ad dandum populo iusto benedictionem aeternam. Et sic laetificabis eum. scilicet populum iustum in gaudio cum vultu tuo. quia, scilicet iniustus apparebit iratus: iustus autem tranquillus & laetabundus.

Iudicare etio Bened. Philo. 5. Ethicoru

Iudicium vltimum. Locus. Malus. Videre. Greg. 32. mor. c. 6.

D

laetabundus. Propter quod dicitur Proverb. 16. In hilaritate vultus regis vita.

284 Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia altissimi non commouebitur.

de ps. di. suspens.

Hic consequenter ponit quintum Christi donum scilicet aeternitatis firmitatem. Vbi nota quod inter alias virtutes spes animum non solum in aduersis fortificat, sed etiam in Deum animum firmat, d. In te Domine speraui, non confundar in aeternum. Qualiter autem spes fuerit in Christo, notandum quod spes aliquando stat pro expectatione, quandoque pro confidentia. Pro expectatione sic est virtus Theologica: qua aeterna expectantur praemia. Et sic dicit Magister, quod spes solum est de rebus futuris & ad Deum pertinentibus. Et tunc secundum Grammaticos dicitur spes quasi pes, quia sicut quasi pes progrediendi vterius & ad futura bona perueniendi, sic & desperatio dicitur quasi sine pede, quia desperans non habet pedes quibus ad aeternam vitam se proficisci credat. Et isto modo de spe loquitur Apostolus. Manent autem tria haec spes, fides, &c. Et isto modo rex noster Christus non sperauit in Domino, quia in primo instanti suae creationis, fuit in termino & beatus. Quandoque vero accipitur pro confidentia. & sic sperare in aliquo idem est quod confidentiam habere in illo: vt mundani sperant in diuitiis. Sperauit in multitudine diuitiarum suarum, &c. Sed boni solum in Deo non in se non in temporalibus confident, sic etiam dicitur Psal. 61. Sperate in eo omnis congregatio populi, &c. Et istam spem Christus vt homo habuit: quia totam suam virtutem vt vere humilis Deo attribuebat, non sibi. Et ideo dicebat. Tu Domine singulariter in spe constituisti me. Ad propositum ergo ostendens Psal. causam quare Christus & in se & in suo corpore habet aeternitatis beatitudinis firmitatem: hic dicit quod causa est quia non in se sperauit scilicet vel confidit, sed in Deo, d. Quoniam rex sperat in Domino, & in misericordia altissimi, & hic est punctus. Et ideo in aeternum non commouebitur. s. a beatitudine, sed stabilis erit. Sic enim dicebat Psal. 124. Qui confidunt in Domino, sequitur. In aeternum non commouebitur.

Psal. 30. spes. Christus.

Magister li. 3. di. 26

1. Cor. 13. Psal. 51.

Psal. 63.

Psal. 4.

Psal. 124.

285

D Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Hic consequenter ponit Christi imperium in subiectione & punitione inimicorum. Et diuiditur in partes quatuor. Quia primo ponit malorum poenam infernalem. secundo ipsorum ostendit culpam criminalem, ibi. Quoniam declinauerunt in mala. tertio ipsorum ostendit poenam temporalem, ibi. Quoniam pones eos dorsum. quarto ipsi concludit gloriam triumphalem, ibi. Exaltare domine. Prima pars diuiditur in tres. Vbi sciendum quod mali in inferno duplici poena puniuntur. s. poena sensus, & poena damni. Primo ergo ponit Christi potestatem iudicandi. Secundo malorum poenam sensus, ibi. Pones eos vt elib animum ignis. Tertio ipsorum poenam damni, ibi. Fructum eorum de terra perdes. Quantum ad primum

ostendens Christi potestatem iudicandi malos: qui scilicet nullus euadere potest, dicit. Inueniatur, &c. Vbi notandum quod poenitentiae tempus est vsque ad vltimum articulum vitae praesentis, de poeni. dist. 7. Nemo. & libro. 4. di. 20. Et in toto isto tempore per poenitentiam a nobis Deus potest per gratiam & veniam inueniri. Sed post hanc vitam nullus per poenitentiam Deum potest inuenire: sed sine poenitentia decedentes a Deo per poenam inueniuntur, quia tanta est manus eius potestas sine dextera quod nullus ipsam euadere potest, vt ostendit Greg. in hac vita expectat Deus peccatores, vt conuertantur, & per poenitentiam inueniant ipsum: quos si non conuertantur, fortius damnat, vt ostendit Greg. Et hoc est quod dicitur Esa. 55. Querite Dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est. quasi dicat. In vita praesenti prope est poenitentia: sed non in futuro. Et hoc intelligit praesens versus. Cuius prima pars accipitur de vita praesenti, & secunda pars de futura, vnde de vita praesenti dicit. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis. Per manum accipe ipsum Dei filium: quia per ipsum sicut per manum pater omnia fecit. Cuius incarnationem sub nomine manus Psal. petebat alibi, d. Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me. Est ergo sensus. Praesens tempus poenitentiae ideo est ordinatum vt inueniatur manus tua. id est, vt inueniri possit filius tuus per poenitentiam, omnibus, id est, ab omnibus inimicis tuis. scilicet, ab omnibus peccatoribus. Quoniam vt dicitur Sap. 6. Facile inuenitur ab omnibus qui quaerunt illum, scilicet in praesenti vita. Et consequenter de futura vita dicit. Et dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Per dexteram accipe virtutem Christi & potestatem bonorum praemiationum, & punitionum malorum. Est enim dextera Christi quandoque potentia praemiativa bonorum. Exo. 15. Dextera Domini fecit virtutem: dextera Domini exaltauit me. Quandoque vero punitiva malorum. Dextera tua Domine percussit inimicum. Accipiendo ergo dexteram pro potentia Christi malorum punitiva dicit. Et dextera tua inueniat, scilicet in futuro. Omnes qui te oderunt. scilicet, omnes illos puniendo qui in praesenti per poenitentiam te inuenire noluerunt. Si autem accipias dexteram pro potentia praemiativa: tunc est sensus quod omnes Christi inimicos, qui scilicet eum per poenitentiam inuenierunt, ipse in futuro dextera sua inueniet eos, ipsos scilicet beatificando, & in iudicio ad dexteram suam collocando, sic enim dicitur Sap. 5. Dextera sua teget eos, & brachio sancto suo defendet illos.

D Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.

Hic consequenter ponit malorum poenam sensus, vbi sciendum quod mali in inferno duplicem poenam sensus habent, scilicet interiore & exteriori. Nam interius habent vemen conscientiae qui comburit mentem, sed exterius habent ignem gehennae quo cruciabantur in corpore. Poena interior per clibanum figuratur, sed exterior per deuorationem ignis. Vnde ista verba ad propositum exponens Greg. Sciendum verum est quod omnes reprobi quia in anima simul & corpore peccauerunt: ideo i futuro in anima pariter & corpore cruciatur. Vbi & per Psal. d. Pones

286 23. q. 4. quid faciat.

Greg. 15 mor. c. 14.

Psal. 20.

**P**ones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui. Dominus in ira sua conturbabit eos; & deuorabit eos ignis. Clibanus namque intrinsecus ardet. Is vero, qui ab igne deuoratur: ab exteriori incipit parte concremari. Ut ergo sacra eloquia ardere interius & exterius reprobos denuncient, eos & ab igne deuorari, & sicut clibanum poni testantur: ut per ignem crucientur in corpore, & per dolorem ardeant in mente. **¶** Vel secundum glo. Clibanus ignis significat poenam quam hic peccantes habent ex remortu conscientia, sed ignis deuoratio, poenam ignis quam patientur in futuro, vnde sic exponitur, *Pones eos in clibanum ignis*. i. ardentes intus in conscientia impietatis suae. Et hoc in tempore vultus tui id est, in tempore manifestationis tuae, quando scilicet peccatori peccatum suum fit intus manifestum. Deinde de de poena futura, d. *Dominus in ira sua*. &c. id est, post in sequenti iudicio, vbi Dominus malis irasci videbitur. *Conturbabit eos* quando scilicet dicit. *Ite maledicti*, &c. Et mox *deuorabit eos ignis* scilicet, infernalis vbi erit fletus & stridor dentium. Et vide ordinem damnationis, quia prius ardet in conscientia, postea conturbati ita Dei, deuorabuntur igne aeterno, vnde & Propheta ait. *A prima porta erit clamor, & a secunda vlulatus*. Quasi enim duae portae sunt visus & auditus. Prima ergo porta, quae est visus erit clamor, cum scilicet viderint inopij omnia mala sua propriis conscientis eos accusantibus: quasi dicente conscientia. *Ecce homo, & omnia opera eius cum eo*. A secunda vero porta, id est, ab auditu erit vlulatus, id est dolor vehemens. cum scilicet in vltimo hanc sententiam damnationis auerint. *Ite maledicti in ignem aeternum, &c.*

Clibanus

Soph. 1

187

**F**ructum eorum de terra perdes: & semen eorum a filiis hominum.

Hic consequenter ponitur malorum poena damni. Poena namque damni dicitur carentia visionis beatifica, qua etiam mali cruciabantur, poena vero sensus dicitur ignis combustio. De hac ergo poena damni dicit. *Fructum eorum de terra perdes*. Hic per terram accipe caelestem patriam, quae propter stabilitatem terrae comparatur. De qua Psal. *Credo videre bona Domini in terra viuientium*. Per fructum vero opera in terra intellige. Quamuis enim mali quandoque multa bona opera faciant tamen ex eis mercedem non recipiunt in terra viuientium. Et hoc est quod dicit. *Fructum eorum de terra perdes*. i. opera eorum non reperientur in terra caelesti remunerata. *Et semen eorum a filiis hominum*. id est, illos etiam quos suis exemplis seduxerunt perdes a filiis hominum, id est, non deputabis inter haeredes regni. Per semen enim scriptura intelligit imitatores. Dan. 1. Semen Chanaan & non Iuda. Sed forte quares. Et ecce duas malorum poenas posuit, scilicet, primo poenam sensus, d. *Pones eos ut clibanum, &c.* & consequenter poenam damni, dicit, *Fructum eorum, &c.* Sed quae istarum maior est poena? Audi Chrysostrum, super Martheum, super illo verbo. *Omnis arbor quae non facit fructum bonum, &c.* Si quis diligenter inuestigabit: duae poenae sunt, excindi & comburi. Qui enim comburitur, & a regno excinditur omnino: quae poena difficilior est. Multi enim gehennam solum abhorrent, ego autem casum illius gloriae multo ma-

Dan. 13

Psal. 26

Dan. 13

Quaestio

Pana

Chryso

**A** iorem poenam dico gehenna. Quod enim paruulum vel magnum malum non susceperet pater, ut videret & potiretur dilecto filio? Hoc itaque in gloria illa putemus: non enim aliquis filius ita suauis est patri ut illorum bonorum requies & a corpore dissolui, & esse cum Christo. Intolerabilis quidem poena est gehenna: sed si quis decem milia gehennas ponat: nihil tale dicit quale est: a beata illa gloria excindi, & odio haberi a Christi.

**Q**uoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia, quae non poterunt stabilire.

Postquam posita est poena malorum, ne Christus ipsos puniendo videatur iniustus, hic ponitur ipsorum culpa. Maxima autem Iudaeorum culpa pro qua aeternaliter ac temporaliter fuerunt puniti fuit: quia mala in Christum declinabant. Vnde nota quod mala sunt duplicia: scilicet, corporis & animae. Corporis ut infirmitas, poena, passio, & mors. Mala autem animae sunt quae maculant animam: ut vitia & peccata. Et ista propria mala dicuntur. Infirmitas autem aegritudo vel mors propria sub nomine mali non continentur: ut habetur 1. q. 1. cauenda. Et ista duo malorum genera Iudaei declinabant in Christum, scilicet, quando ipsum persequebantur, flagellabant, crucifixerunt & occiderunt. Cogitabant enim quod si Christus viveret ipsi a Romanis persecuti, flagellati & occisi fuissent, Sed ne ista mala paterentur, ista mala declinauerunt in Christum, ipsum persequendo, flagellando, & occidendo, propter quod dicebant. *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic: venient &c.* Et ideo ne ista eis acciderent: eum occidere deliberauerunt. d. *Expediit ut vnus homo moriatur pro populo, &c.* Sed nunquid ipsorum consilium fuit stabilitum, & adimpletum? certe non: quia per Christi mortem non euaserunt persecutionem & occisionem in eos factam a Romanis. immo mors Christi fuit causa huius. Et hoc est quod dicit. *Quoniam declinauerunt in te mala*. id est, sua mala quae timebant, reuertuntur in te. Et sic cogitauerunt consilia, quae non poterunt stabilire. Si autem accipiatur de malo culpa: etiam sic mala declinauerunt in Christum: quando scilicet peccata sua in Christo imponebant, ut quando sibi dicebant. *Deum non habes, &c.* Consulentes per istas tales infamationes nomen & fidem Christi delere: sed talia consilia non poterunt stabilire: quia scilicet contrarium consilij ipsorum euenit, quia quanto plus peccata Christo imponebant, tanto amplius Christi fama per eius patientiam clarior reddebatur. vnde merito Iudaeis poterat dicere. *Vos cogitastis de me malum, & Deus illud vertit in bonum*. Quoniam declinauerunt in me iniquitates, in ira molesti erant mihi.

**Q**uoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis praeparabis vultum eorum.

Consequenter hic ponitur ipsorum poena temporalis

288  
23. q. qui secundum

Mala. Christum. Iudaei.

Ioan. 11.

Ioan. 8.

Gen. 50  
Psal. 54

282  
6 q. 1. quiescit.

**A** qua omnibus exaltatus in sede maiestatis suae apparebit in iudicio. de qua Esa. 2. *Exaltabitur Dominus solus in die illa*. Hic moraliter potes notare, quod cantus est multiplex, ut in digitis canere. **¶** Vbi nota quod notabilior poena Iudaeorum est Christi morte est ipsorum fuga: quia vsq; hodie sunt per mundum dispersi & fugitiui. Quia dum exercitus Romanus per Titum & Vespasianum ipsos inuaderet: illi statim hostibus non resistentes, dorsa verterunt, accipere fugam cupientes. Qui enim fugit persequentem, sibi dorsum vertit. Hanc ergo poenam praenunciens Psal. de Iudaeis dicit. *Quoniam pones eos dorsum*. scilicet, vertentes hostibus suis. Quod ideo eis accidit: quia ipsi faciem auerterunt a Christo, qui est verum Dei templum & sibi dorsum verterunt eius mandata spernendo. Erant dorsa habentes contra templum. Vnde merito tunc exercitus Romanorum de Iudaeis poterat dicere illud Psal. *Inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me, &c.* Sed quia quauis Iudaei sic a Christo fuerint auersi, dorsa verterentes, & ipsum nolentes per faciem videre, scilicet cognoscere, tamen in fine mundi Iudaei reuertentur ad Christum, & ad fidem eius. Et sic cognitionem quam Prophetae de Christo praedixerunt habebunt reliquiae Iudaeorum, id est, reliqui ex Iudaeis, qui in fine inuenietur. Et hoc est quod dicit. *In reliquiis tuis praeparabis vultum eorum*. Per vultum accipe cognitionem. De vultu tuo iudicium meum prodeat. de secreto cognitionis, & scientiae tuae.

Iudaeorum poena. Titus.

Dorsum

Exch. 8  
Psal. 17.

Psal. 16.

290  
15. q. 1. reuertimini

Exaltatio  
Cruis.

Ioan. 19.

Phil. 2.

Psal. 36.

Psal. 107.

**E**xaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

Hic consequenter ponit Christi gloriam triumphantem. Iudaei enim Christum cogitabant persequendo deprimeret & ipsum occidendo fidem eius delere: sed totum oppositum euenit, quia per crucis exaltationem per totum orbem adoratur & eius fides dilatur. Quia ante exaltationem crucis solum in Iudaea notus erat Deus, sed per crucis mysterium colitur vbique, ipso dicente. Ergo si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum, id est, ex omni genere hominum conuertam ad fidem. Et hoc praenunciens Psal. Christo dicit. *Exaltare Domine in virtute tua*. Sed quae fuit virtus per quam fuit exaltatus? nonne humilitas? Per hanc enim virtutem exaltatus fuit in cruce & per fidem in toto orbe. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, &c. Et quod propter illam crucis exaltationem per fidem in cordibus hominum fuerit exaltatus, ideo subditur. *Cantabimus & psallemus virtutes tuas*. scilicet nos corde & opere fidem tuam cantantes. *Psallemus virtutes tuas*. id est, nota faciemus mirabilia tua. Istum textum exponit glossa, non de exaltatione crucis sed resurrectionis: quia sicut Christus fuit depressus per mortem: sic exaltatus fuit per resurrectionem: quia tunc possessionem hereditatis Gentium accepit sibi a principio de iure debitam. Sic enim dicitur Psal. 36. *Expecta Dominum, &c.* Et exaltabit te ut hereditate capias terram, &c. Alij hoc exponunt de exaltatione Ascensionis: per quam Spiritum sanctum Apostolis misit, per quem mirabilia Dei per totum orbem praedicaerunt. De qua Psal. *Exaltare super omnes caelos Deus: & super omnem terram gloria tua*. Alij exponunt de exaltatione,

qua omnibus exaltatus in sede maiestatis suae apparebit in iudicio. de qua Esa. 2. *Exaltabitur Dominus solus in die illa*. Hic moraliter potes notare, quod cantus est multiplex, ut in digitis canere.

Esa. 2.



**E**us Deus meus respice in me: quare me dereliquisti longe a salute mea verba delictorum meorum.

Hic Psal. talem habet titulum, *In finem Psal. David pro susceptione suae pro cerua matutina*. Ad euentiam istius tituli, notandum quod iste Psal. ad litteram exponitur de Christo. Sic quod Psal. spiritu prophetico assumptus prauidens quae circa Christum erant futura in persona Christi loquitur Deo Patri. *Deus Deus meus, &c.* Et hoc probatur multipliciter. Primo per verba Christi, qui in Cruce positus principium istius Psal. patri protulit dicens. *Deus Deus meus quare me dereliquisti?* Per hoc ostendens quod iste Psal. ad litteram de ipso fuit factus. Itaque patet ex eorundem Euangelistarum dicunt litteram istius Psal. de Christo dictam, nam Mat. 27. dicitur & Ioan. 19. quod acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes vnicuique militi partem & tunicam. Erat autem tunica incosutilis, &c. Dixerunt ergo adinuicem. *Non scindamus eam sed sortiamur, &c.* Ut scriptura impleteret, scilicet, istius Psal. d. *Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem, &c.* Item ex alio, nam Apostolus Paulus partem istius psal. & per consequens totum allegat de Christo, dicens de credentibus in Christo. *Non confunditur fratres eos vocare, scilicet Christus, dicens in psal. Narrabo nomen tuum fratribus meis*. Item propter hoc quidam qui istum psal. dixit exponendum ad litteram de David posito in persecutione Saulis & non de Christo, fuit condemnatus in concilio Toletano. Exponendo ergo istum psalmum de Christo pro intellectu tituli notandum quod *susceptio matutina*. hic accipitur pro Christi resurrectione, quae mane facta est cum tenebrae adhuc essent, quando humana natura in gloriam suscepta est. Et hoc dicitur a simili solis, qui paulatim ascendendo assumitur do nec vbique clarescat. Sic Christus de passione ad resurrectionem, inde in caelum ad dexteram patris ascendit. Vnde missio in Apostolos Spiritus sancto, mundum fidei radiis illustrauit. Et notandum quod iste titulus agit de resurrectione Christi, de qua tamen non agit psal. sed de passione. Ideo sciendum quod quicumque loquitur de resurrectione Christi, etiam agit de passione, posteriora enim praesupponit priora. Cum ergo resurrectio Christi mortem eius necessarium praesupponat agens, de resurrectione, consequenter de passione agit, sicut cum de aliquo dicitur quod est manumissus, statim ex hoc intelligitur, quod fuit seruus. Quia autem alij habent in titulo *pro cerua matutina*. quod tamen idem est. Cerua enim intelligitur humana Christi natura, quae ad modum ceruae agilis lutum & spinas peccatorum transiit, & mane in altum est assumpta per gloriam resurrectionis. Quia sicut cerua de nocte latitat in cubili suo, a quo mane proflit apparet in manifesto. Sic Christi humanitas in triduo mortis latuit quasi in cubili. corpore in sepulchro, sed anima

Mat. 27.  
Ioan. 19.

Hebr. 2.  
Psal. 21.

Resurrectio Christi

Cerua.

anima in limbo. Mane autem tertia die resurgens apparuit Magdalene & aliis discipulis in manifesto. Consuetudo namque est scripturæ nomina diuersarum rerum secundum earum proprietates sanctis assignare. Sic enim Gen. 69. dicitur. Neptalim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis. Est ergo sensus tituli iste. Psal. iste in finem scilicet nos dirigens, qui finis est Christus, est *ipsius David*, effectiue qui agit de *susceptione matutina*. i. de resurrectione facta mane, vel de *serua matutina*, quod idem est. Sic ergo intelligendo iste Psal. de duobus principaliter agit. s. primo de Christi passione, secundo de Christi resurrectione. ibi. *Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me.* Quantum ad primam partem circa Christi passionem tria ponit. s. primo ostendit qualiter à Iudæis fuit derisus, ibi. *Ego autem sum uermis.* tertio qualiter per passionem fuit flagellatus & afflicus, ibi. *Quoniam tu es qui extraxisti me.* Quantum ad primum sciendum, quod tanta est unio Ecclesiæ capitis. s. quod est Christus, & corporis, quod est fidelium unio quod illa quæ non conueniunt propriè capiti sed corpori caput sua reputat. sicut ipse ait, *Quod unum ex minimis meis fecistis, &c.* Sic & multoties ipsum caput causam corporis agens loquitur non pro se, sed pro suis. Et sic in proposito Christus hic assumit causam generis humani & ipsam patri offert. Et diuiditur in partes tres. Quia Christus pro nobis primo Patri proponit questionem. Secundo patri porrigit orationem. ibi. *Deus meus clamabo.* Tertio patris concludit exauditionem ibi. *In te sperauerunt patres nostri.* Quantum ergo ad primum causam nostram patri proponendū dicit. *Deus Deus meus, &c.* Vbi primo notandum hoc quod hic dicitur. *Respice in me.* non habetur in Hebræo, neque in translatione Hieronymi iuxta Hebraicam veritatem. sed à septuaginta interpretibus fuit appositum, qui magis sentium quam uerba imitabantur. Et hinc est quod quando Christus in cruce ista uerba protulit, illud uerbum omisit, d. *Deus Deus meus,* quare me dereliquisti? Et non dixit. *Respice in me.* Item notandum quod ut dicitur à multis, Christus in cruce alta uoce hunc Psal. incepit, & postmodum submissa uoce proseguutus est totum Psal. & alios nouem sequentes. s. usque ad Psal. 30. In te Domine speraui: quando autem fuit ad illum locum. In manus tuas, &c. Tunc illum uersiculum alta uoce protulit, & sic spiritum emisit, propter quod isti decem Psal. uocantur Psalms passionales, id est à Christo in sua passione dicti, & sunt magnæ deuotionis, qui in passionibus & aduersitatibus debite dicti, magnam habent uirtutem. Sed forte, d. fuit ne Christus uerè derelictus à patre, cum esset uerbum patris? Ad hoc multæ sunt opiniones. Prima est opinio, d. quod in morte Christi diuinitas à Christo fuit separata. Et hoc probant auctoritate Ambrosij, quam opinionem cura ratione ponit magister, d. de illis. Adducunt. n. auctoritatis testimonium. Ambrosius enim tractans de Christi derelictione quæ in cruce clamans uoce magna dicit. *Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me?* ait, Clamat homo separationem diuinitatis moriturus. Nam cum diuinitas à morte libera sit: utique mors ibi esse non poterat, nisi uita discederet, quia uita diuinitas est. Hic uidetur tradi quod diuinitas separata sit in morte ab homine: quæ nisi discessisset homo ille mori non posset, quod illi ad carnem referunt: quam dicunt à Deo separatam. Isti opinioni respondit magister arguens contra eam. d. Quibus respondemus illam separationem sic esse

Caput ec  
clesiæ.  
Corpus  
ecclesiæ.  
Mat. 23

Psal. 30.

Declaratio  
Christus.  
Questio.

mag. l. 3.  
dist. 21.  
Ambrosius.

accipiendam: sicut intelligitur derelictio, qua illis uerbis significatur. *Ut quid me dereliquisti.* Quia igitur Christus derelictus est à patre, cum in cruce se derelictum clamabat à patre, non recesserat Deus ab homine, ita quod soluta esset unio Dei & hominis, alioquin fuit quoddam tempus, quando Christus adhuc homo uiuus erat & non Deus, quia adhuc uiuus se derelictum clamabat, & non derelinquendum, sed quis hoc dicit? Secunda opinio est, quod Christus illa uerba dixit: ut se uerum hominem ostenderet, qui mortem naturaliter refutaret, unde Beda super Marcū. d. Hoc uerbum Christi dicentis patri. *Ut quid dereliquisti me?* corporaliter uocis erat proprium, quia solet secundum naturam corpus nullatenus uelle à coniuncta sibi uita fraudari, & sic hic saluator corporis naturam ostendens loquitur ut homo. Tertia opinio est Theoph. quod hic Christus loquabatur in persona populi Iudaici: de quo erat secundum carnem natus, qui propter peccata sua intantum erat derelictus à Deo ut permitteret eum tantum peccatum committere quod suum filium crucifigeret unigenitum, unde sic ait Theoph. Hoc de Iudæis dixit: quasi ipse secundum carnem Iudæus existens. Ac si patri diceret, ut quid Hebraicum populum dereliquisti, ut tuum crucifigeret filium: Quarta opinio est, quod loquebatur in persona totius generis humani propter peccatum à Deo derelicti, quasi Patri. d. Ut quid dereliquisti genus humanum propter peccatum, nam ex illa derelictione ut eos redimam modo me talia oportet sustinere, unde Orig. Videns Christus peccata hominum pro quibus patiebatur ait. *Ut quid me dereliquisti?* Et istam opinionem ponit hic Magister in glo. d. Quando Christus Patri dicit: *ut quid dereliquisti me?* cum Deus esset cum eo, non enim dereliquerat illi Deus cum esset uerbum Dei, sed Deus pro nobis hoc dicit, quia in eo sumus unum ut membra, & sumus corpus eius, corpus enim Christi Ecclesia: pro qua hoc d. Quinta opinio est Magistri. Quod ideo Christus in cruce se à Patre derelictum clamauit, quia in potestate perfectum positus erat: nec Patri uirtus eum defendebat, unde sic ait ibi Magister. Fatemur Deum quod dammodo in morte illum hominem deseruisse, qui potestate perfectum eum exposuit ad tempus non suam potestatem exercendo istum defendit, ut non moreretur. Separauit se diuinitas, quia subtraxit protectionem: sed non soluit unionem. Separauit se foris, ut non adesset ad defensionem: sed non intus defuit ad unionem. Si ibi non cohibuisset potentiam, sed exercuisset, non moreretur Christus. Mortuus igitur est Christus diuinitate recedente, id est effectum potentie defendendo non exhibente. Et hæc opinio communior est. Et ad istum sensum facit litera sequens. *Longè à salute mea.* quasi d. In hoc me dereliquisti: quia longè est à salute mea, s. corporali, quia me manibus Iudæorum exponis ut tolerem mortem. Et sic hic est punctus. Sequitur uerba delictorum meorum. Duo. n. uerba dixit. s. *quare me dereliquisti: & longè à salute mea.* Ista duo uerba fuerunt, non uerba iustitiæ, sed uerba delictorum. q. d. respondendo dicte interrogationi. Ideo me dereliquisti: & longè es à salute mea. Ista sunt uerba delictorum. s. est hoc facis propter peccata eorum, scilicet humani generis, & ueritatem corporis & capitis, quia delicta nostra sua dicit, uel etiam quia ipsa in corpore suo portauit, unde. 2. Pet. 2. peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis, ut peccatis mortui iustitiæ uiuamus &c.

Beda.

Nota.

Theoph.

Origenes.

mag. l. 3.  
dist. 21.

1. Pet. 2.

Deus

292 Deus meus clamabo per Diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi.

Oratio Christi.

Hebræ. 5. Questio.

magister lib. 3. dist. 17. Ioan. 11.

exaudire.

timor Christi. Mort. Questio.

Vbi nota quod Christus tempore suæ passionis orauit ad patrem de nocte, & de die. In nocte enim orauit patrem in hortu: ut calix passionis trāsiret ab eo. In die autem quando existens in cruce circa horam nonam clamans dixit, *hely hely, &c.* In hoc enim quod patri per modum quæresele derelictum dicebat: orabat ut ipsum saluaret à morte: ut haberet ex dictis apostoli. d. Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad Deum qui posset illum à morte saluare facere. Sed hic est dubium, cum omnis Christi oratio fuerit exaudita, ut dicit Magister. Ipso etiam Christo d. Io. 11. Pater ergo sciebam quod semper me audis. Quomodo ergo hic dicit Christus. *Clamabo & non exaudies.* Respondeo quod duplex fuit Christi oratio, s. quedam ex uoluntate deliberata procedens, & talis semper fuit exaudita, quedam uero per modum affectionis & sensitiue partis, & ista non semper fuit exaudita, quia ipsam sententiam naturaliter mortem abhorrentem rationi subdebat. d. Non mea uoluntas, sed tua fiat. Vel aliter secundum magistrum in glo. Hic loquitur Christus in persona corporis sui, quod est ecclesia, quæ non semper exaudita ad uotum, sed ad utilitatem, sicut nec infirmus à medico. Unde sicut dicit Magister, hoc de corpore suo dicit Christus, qui corporis sui, i. ecclesiæ hic gerebat per sonam, sicut & alibi: cum dicit. *Transseat à me calix iste.* pro nobis loquitur. Nisi forte putetur timore mortis suæ illud dixisse. Sed non uerè timebat dominus pati, tertia die resurrecturus: cum Paulus desideraret dissolui, & esse cum Christo. Non enim fortior miles quam imperator. Sufficit enim seruo, ut sit sicut dominus eius. Miles ergo coronatus gaudeat mori, & dominus coronatus timet mortem. sed infirmitatem nostram representans pro suis infirmis, qui timent mori, hoc dixit. illorum enim uox erat. sic hic, uox membrorum est non capitis. *Clamabo per diem & non exaudies* quia multi clamant in tribulatione. & non exaudiuntur ad uoluntatem: sed ad salutem. Sicut medicus non ad uoluntatem ægri agit, sed ad sanitatem. Sed nunquid Christus uere timuit mori, cum prædicta glo. oppositum uideatur uelle? Respondeo quod Christus ex necessitate conditionis mortem non timuit: quia necessitate non subiacuit illi defectui: quia sine uicio & peccato erat: tñ uerum timorem mortis habuit: & si non necessitate, tamen uoluntate miserationis illos defectus assumpsit pro nobis. Et hoc quod non fuit exauditus ad utilitatem fuit: propter quod subditur. *Et non ad insipientiam mihi.* quasi dicat. Hoc quod non sum exauditus, non contingit mihi ad insipientiam: sed apparuit magna uirtus, & sapientia eius. Quia s. alia Dei sapientia in hoc fuit mundo manifestata: quia mors Christi fuit conuenientissimus modus redemptionis humanæ, ut sic, s. homo peccatam solueret quod debebat, & Deus redimeret qui poterat. Et per istum modum, s. redemptionis per passionem, ipse Christus, ut dicit apostolus, factus est nobis sapientia à Deo, sanctificatio, & redemptio. Si autem hic Christus loquatur in persona membrorum, hoc quod clamantes non exaudiuntur ut perunt, non est eis ad insipientiam, sed magis ad utilitatem. Sicut quod infirmus non exaudiatur à medico: non imputatur infipientiæ infirmi: sed ad utilitatem, q. d. Et si non exaudit ad uoluntatem: tamen exaudiuit ad utili-

tatem. Tu autem in sancto habitas, laus Israel.

293

Sanctus. Habitare Deus.

Hic ostendit quod Deus siue clamatem audiat, siue non, tamen semper bene facit, & si hoc à nobis non intelligatur. *Tu autem in sancto habitas.* i. in sancti tate semper manes: & omnia sanctè & ordinatè facis: etiam si nobis ignorantibus aliter esse uideatur: q. d. Et si aliquando sanctos non audis clamantes ad te ut Paulum: tu hoc ad sanctitatem ipsorum disponis. Et si aliquando malos ad eorum damnationem audis, ut fecisti concedens dæmoni tentare Iob, tu hoc ad tuorum sanctitatem disponis: quia tu scilicet in sancto habitas, id est, cum sanctè disponis. Tu dico qui es *laus Israel*, q. d. In hoc laudaris ab illis qui te uident & cognoscunt. Nam Israel uidet Deum interpretatur, quia illi qui sunt Israel, qui scilicet bonitatem tuam agnoscunt, in omnibus his te laudant. Et sic es laus eorum dum ab illis laudaris: & in omnibus illis es laudabilis. Sicut enim Deus in illis habitat: quia tu in sancto habitas. sic & illi in Deo habitantes ipsum laudant. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

psal. 83.

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt & liberaisti eos.

294

Oratio. Exaudire.

Hic consequenter ponit Dei exauditionem: ostendens quod omnes deuote clamantes exaudit, & si non ad uotum, tamen ad utilitatem. probat per exemplum. d. *In te sperauerunt patres nostri,* antiqui, & liberaisti eos. Ut patres nostros in Ægypto ad te uociferantes audisti, & liberaisti eos de seruitute Pharaonis. Tres pueros in te sperantes liberaisti de camino ignis ardentis. Danielem iustum in te sperantem liberaisti de lacu leonum. Sufannam in te sperantem liberaisti de falsa criminatione & à sententia mortis. q. d. Si ergo patres nostros in te sperantes liberaisti, unde est quod nos Christianos modo clamantes non audis? q. d. Sciant omnes Christiani Christum inuocantes: quod sicut antiquos patres exaudiuit: ita & modo omnes in ipsum sperantes exaudit, & si non ad uotum, tamen ad utilitatem. Et hoc idem aliis uerbis replicando confirmat, dicens.

Euo. 14. Dan. 3. Dan. 14. Dan. 13.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

295

Clamare.

Unde hic uult arguere per locum à minori q. d. Omnia ueteris testamenti erant in figura nouæ legis data per Christum. Si ergo antiquos patres qui figuram Christianorum gerebant, sic affectuose clamantes audiebas, & sperantes in te liberabas, de quo minus uidetur quam de nobis, sicut minus est figura quæ ueritas, quanto magis hos clamantes, & sperantes in te exaudiendo liberabis? unde de suis fidelibus dicit Christus. Quoniam in me sperabit, & ego liberabo eum, cum ipso sum in tribulatione eripiam eum, &c. ubi glo. q. d. Christus. Et si in me sperantem, & clamantem ad uotum non audio, tamen iam sum cum ipso in tribulatione: non ergo timendum est in tribulatione, & si non eripieris quando uis, non ideo putes te desereri. Eripuit tres pueros de igne: sed qui illos eripuit, nunquid martyres deseruit absit. sed tres pueros liberauit corporaliter, ut confundantur infideles: sed martyres liberauit spiritaliter, ut imitentur fideles.

Incog. tom. 1. k Ego



296 Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Hic consequenter ostendit qualiter Christus à Iudeis fuit derisus. Et tria facit: quia primo ostendit derisionis grauitatem. secundo deridentium quãtitatem: ibi. Omnes videntes me. tertio derisionis qualitatem: ibi. Sperauit in domino. ¶ Quantum ad primũ sciendum q̃ tanto derisio alicuius est maiori quanto maior est dignitas eius, & etiã quanto validiori modo deridetur. Et sic Christus volens ostendere grauitatem sue derisionis, primo ponit suam dignitatem. secundo suam abiectiõnem: ibi. Opprobrium hominum. Ponens ergo suam dignitatem, de se dicit Christus. Ego autem sum vermis, & non homo. Hic enim Christus modo in propria persona loquitur. Vbi notandum q̃ vermis tres habet conditiones, quibus triplicem Christi significat dignitatem. Primo nãq; vermis sine commixtione sexuum nascitur. Et in hoc significat dignitatem generationis Christi, qui sine virili semine natus est de vergine. Secundo vermis est esca, qua hamo capitur piscis. Et in hoc significat dignitatem Christi passionis: qua diabolus fuit captus, vt ostendit Greg. d. Quis nesciat quod in hamo esca vel vermis ostenditur: & aculeus occultatur. Vermis, & esca prouocat, vt aculeus pungat. Dominus itaque noster ad humani generalis redẽptionem veniens, velut quẽdam de se in necem diaboli hamum fecit. assumpsit enim corpus, vt in eo diabolus escam suã carnis appeteret mortem; quã mortem dum in illo iniuste appetiit, nos quos quasi iuste tenebat, amisit, &c. Et quia dulcedinem vidit in carne, & aculeu diuinitatis non aspexit, ideo diabolus deceptus fuit. propter quod dicitur Iob. 24. Dulcedo illius vermis. Tertio vermis cum tangitur, mollis est, & tener: sed cum tangit durus existit. sic & Christus cum tangit. i. offenditur, mollis est, quia in presenti semper remittere paratus est, sed cum tangit ipse in futuro durus est puniendus, vt nullo modo amplius placari possit. Ex quibus apparet q̃ vermis nomine Christus significatur. vnde de ipso dicitur. Noli timere vermis Iacob. vnde ait glo. hic. Excellentiam suam hic notat Christus cũ dicit. Ego autem sum vermis, quia sine virili semine natus sum de virgine, vt essem vltra homines in homine. vnde subdit. Et non homo, s. tantum, quia etiam Deus sum. ideo cum dixisset sum vermis, addidit & non vt distinctionem notaret. qm̃ quis est homo, & non vermis: sicut quilibet per concubitu generatus: aliquis autem homo & vermis. sicut Adam qui de semine viri non fuit. ideo fuit vermis, sed homo tantum: Christus autẽ vermis est, & homo, sed non homo tantum, quia etiam erat verbũ patris æternum. Et tamen non obstante tanta dignitate, à Iudeis fuit derisus, & vilipensus. vnde subdit. Opprobrium hominum, & abiectio plebis, s. factus sum. Fuit enim Christus opprobrium hominum factus in sputis colaphis, & spinis. psal. 108. Ego factus sum opprobriũ illis, viderunt me & mouerunt capita sua. Et nõ solum fuit opprobrium hominum: sed etiam abiectio plebis, & quãquã plebs Barrabũ elegit, & ipsum christum abiectum. Ecce ergo quanta fuerit grauitas derisionis Christi, q̃ Christus ideo narrat, vt vel sic supbia hominis Deũ humilem imitetur, vt hic dicit Magister in gl. vnde Christus merito dicit. Factus sum in derisum tota die: omnes sublañabant me.

Omnes videntes me deriserunt me: locuti sunt labiis, & mouerunt caput.

Hic consequenter ponitur deridentium Christi quantitas. Quia scilicet omnes videntes me, &c. vt exponatur omnes, s. mali. Quia certũ est q̃ multi iusti Christo compatiabantur nec illum deridebant. vel accipe omnes, pro generibus singulorum, somnes tã de maioribus quã de minoribus: tam de sacerdotibus quã de popularibus. vnde. 23. Deridebant eũ principes, cum eis locuti sunt labiis, quia prætereũtes blasphemabant eum. Matth. 27. Et mouerunt capita, s. minantes, quia blasphemabant eum mouentes capita, sua & d. Vah qui destruis templum Dei &c. Matth. 27. Vnde hic notat Chrysostrõmus ad Iudeos crudelitatem, quia non fuerunt contenti Christum crucifigere, sed etiam cum ipsum denudassent, & crucifixissent, vltra procedũt. quia in cruce nudum videntes affixum exprobrabant ei, d. Vah qui destruis templum Dei. Vah enim est interiectio: quã aliquando denotat gaudium. vnde de equo dicitur. Vbi audierit buccinam, dicit vah. Quãdoque vero significat derisionem sicut hic. vnde Remigius dicit, quod vah est interiectio insultantis siue irridentis.

Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum.

Hic ponit consequenter derisionis qualitatem. Hic enim ostenditur quid deridendo Christum dicebant, s. sperauit in domino, &c. Ista enim verba Christo ironice improperebant. q. d. Ipse se dicebat sperare in domino. Eripiat eum s. de manibus nostris: saluum faciat eum, &c. quasi, ex hoc arguentes Christũ fuisse fallacem, quia omnis qui verẽ sperat in domino: dominus iuuat & liberat eum de manibus inimicorum. Ergo quia iustum nõ liberat de manibus nostris, signum est q̃ ipse non sperat in domino, vt dicebat, quoniam vt scribitur Daniel. 13. Saluat sperantes in se. Ad litteram enim talia verba insultãtes Christo in cruce exsistenti dicebant principes sacerdotum illudentes eum scribis, & senioribus. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult. quã omnia formaliter præuidens Psal. d. quod ipsi dicunt, Sperauit in domino, eripiat eum, saluum faciat eum; quoniam vult eum. Et ly quoniam stat pro si: quoniam vult eum. i. si vult eum saluum facere. Per hoc ergo probare conabantur: quod Christus iustus nõ erat nec verẽ in Deũ sperauerat: quia si verẽ sperasset, Deus ipsum liberaret, iuxta illud psal. Quomã in me sperauit, & ego liberabo eum, &c. Sed hoc non valet: quia ista liberatio sperantium in se, non intelligitur de liberatione corpotali, sed magis de spiritali, & æterna. Nonne Abel iustus fuit, & sperauit in domino, tamen à fratre suo fuit occisus? Nonne Esaias, & tamen fuit secatus? Nonne Hieremias, & tamẽ fuit lapidatus? & sic de aliis. Vnde istud ipsorum argumentum deridens Chrysostrõmus dicit. O insensati Iudei nunquid propheta quos occidistis, iusti erant, & in domino sperabant, & tamen ipsos Deus à periculis non eripuit? Si, autem illorum glorie non obfuit, quod eis pericula induxistis: multo magis in isto non oportebat vos scandalizari, quoniam per ea quã nobis prædixerat, hanc vestram semper mouebat suspicionem.

Quoniam

299 Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris in te proiectus sum ex vtero.

Hic consequenter ostendit qualiter per suã passionem Christus afflictus fuit & passus. Et duo facit. quia primo describit naturam secundum quam passus est. Secundo ostendit modum per quem est ad primum notandum q̃ Christus passus est secundum humanitatem assumptam, non secundum diuinitatẽ. Et ideo de natura humana sua Christus ostendit tria, s. primo suam dignitatem, secundum suam fidelitatem, ibi. De ventre, tertio suam necessitatem: ibi. Quoniam tribulatio proxima est. Primo ergo ostendens dignitatem nature suã patientis, dicit. Quoniam tu es qui extraxisti me. q. d. In hoc Iudei me persequebantur, quia homo factus sum tua operatione. Nam in verbum, quod in principio est Deus apud patrem, talia nõ diceret. Verbum enim illud per quod facta sunt omnia, per se non est extraxit me de ventre, nisi quia verbum caro factum est. Secundum ergo naturam humanam per quã extraxit sum de ventre: tu es spes mea, & non secundum diuinitatẽ, quia diuinitas nulla sperare potest, cui omnia præsto sunt, Christus autem secundum humanitatem spem habebat, etsi non glorificationis quo ad animam, tũ resurrectionis corporis, & immortalitatis. Et quod intelligat de humanitate subdit. d. Ab vberibus matris meã, in te proiectus sum ex vtero. i. fm̃ illam partem qua suxi vbera matris meã: in te proiectus sum ex vtero, vt tu solus mihi esses spes. Potes etiam hic notare: q̃ per ista verba Christus comendat duo, s. matris integritatem, & suam cum verbo hypostaticam vnitatem. Vbi nota, q̃ aliqua sunt quẽ Deus facit se solo, sicut est animã creatio, aliqua facit, sed mediante creatura, vt quoddam vinum nascatur in vite. Vnde q̃ homo nascatur de muliere: est opus nature, quia illud Deus facit mediãte natura, q̃ autem quis nascatur de vergine: non est opus nature, sed solius diuinitatis potentia. Ad ostendendum ergo quod nõ modo naturali Christus natus est: sed supra naturã, quia saluo virginitalis sigillo: hoc fuit natiuitatis soli Deo attribuit. d. Quoniam tu es. s. solus qui extraxisti me de vtero matris meã. secundo commendat suam hypostaticam vnitatem. d. In te proiectus sum ex vtero. i. tibi hypostaticẽ vnitãtẽ conceptionis principio. Sic enim & alibi dicit Christus patri. Suscepisti me de vtero matris meã.

De ventre matris meã Deus meus es tu: ne discesseris à me.

Hic consequenter ponit Christus suã humanitatis fidelitatem. Vbi notandum q̃ omnis peccans falsum Deum colit, & illud quod prædiligit Deo, sibi Deum constituit. sicut de gulosis dicit apostolus. Quorũ Deus venter est. Qui ergo nihil Deo prædiligit, sed omnia pp̃ Deũ: ille verum Deum solũ constituit, & fidelitatẽ seruauit Deo. Volens ergo Christus ostendere fidelitatẽ etiam ab initio Deo seruasse dicit. De ventre matris meã Deus meus es tu. i. Deum meũ te cognoui, & vt verum Deũ dilexi, quod ideo dixit, quia anima Christi in primo instanti suã creationis plena fuit omni scientia, qua Deum cognouit, & omni virtute, qua Deo debitũ exhibuit obsequium, vt dicit Magister. Et nota q̃ tanta fuit vnio nature humane ad verbũ, q̃ inseparabilis fuit. Sic q̃ humanã natura

tura Christi q̃ verbum semel assumpsit, nunquã dimisit. Assumpsit em̃ corpus & animã, & sic corpus & anima Christi verbo consequenter semper fuerunt, & erunt vnita. quia quamuis in triduo mortis separata fuerit anima à corpore, tamen anima mansit diuinitati vnita, & corpus similiter, vt ostendit Magister. Et hanc talẽ vnionem hic notãt Christus air. ne discedas à me. i. non discedes à me. Et hic loquitur Christus homo ipsi verbo: ostendens quod non separabitur ab eo. Tamen notandum q̃ ex ista tali vnione suspenserunt aliqui occasionem erroris. d. q̃ Christus in triduo mortis fuit verus homo, licet anima à corpore fuerit separata, quia ambo, s. corpus & anima in tertio, s. in verbo erant vnita. Sed hoc est falsum, quia nunquam potest quis dici homo: nisi ex coniunctione anime ad corpus tanquã formã ad materiam.

Quoniam tribulatio proxima est, & non est qui adiuuet.

Hic consequenter ponit Christus suam necessitatem, quam ostendit ex duobus. Primo ratione passionis imminetis. ideo dicit. Quoniam tribulatio proxima est. Secundo ratione adiutorij deficientis. ideo dicit. Et non est qui adiuuet, s. præter te, quia nullus à periculo psecutionis potest aliquẽ liberare: nisi Deus adiuuet illum. Vel absolute potest intelligi, vt Christus de passione sua & morte dicat. Et non est qui adiuuet, s. me de manibus inimicorum liberando. Quia certum est q̃ neque Deus neq; aliquis angelus vel homo ipsum sic de manibus persecutorum liberauit, vt mortem sibi inferret. Quinimo, & pater ipsum in manibus Iudeorum exposuit occidendũ, licet post mortem à Deo adiutus fuerit per resurrectionem. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quinimo, & ipsemet Christus seipsum tradidit in mortem. vnde Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationẽ, & hostiam Deo. Benẽ ergo absolute dicit Christus. Et nõ est qui adiuuet, quia à nullo fuit adiutus quin mortem sustineret.

Circumdede runt me vituli multi, tauri pingues obfederunt me.

Hic consequenter ostendit modum Christi passionis. Circa quam tria ponuntur, s. primo Iudeorũ dolositas. secundo passionis Christi vtilitas, ibi. Sicut aqua effusus sum. Tertio Iudeorum crudelitas, ibi. Quoniam circumdede runt me canes multi. Dolositatem autem in duobus ostendit, s. in ipsorum dolosis consulationibus, & in peruersis detractionibus, ibi. Apperuerunt super me. Quantum ad primũ dicit. Circumdede runt me vituli multi. Et nota hic q̃ futura ponit sub verbis præteritis, propter certitudinem futurorum quã Christus habebat. Et est sensus. circumdede runt. i. circumdabant, & obfederunt. i. obfident. Circumdede runt enim Iudei Christum dolosis consiliis, & conspirationibus, vt ipsum deciperent. Vnde ad litteram volentes eum in sermone capere, dolose consilio circumdede runt eum. Io. 10. vbi dicitur. Circumdede runt eum Iudei & dixerunt ei. Quousque animam nostram tollis? tu es Christus: dic nobis palã. Circumdede runt etiam eum gladiis, & fustibus: quando, s. in horro ipsum capere voluerunt. Ecclesi. 5. 1. Circumdede runt me vndique & non erat qui adiuuaret. Circumdede runt eum existentem in cruce: quã ipsum felle & aceto potauerũt. Threnorum. 3. Circumdede rit me felle & labore. Dicat ergo Christus. Incog. tom. 1. k 2 Circum

**Vitulus.** **Iudeus.** Circumderunt me vituli multi, &c. Et notat Iudeos vocat vitulos & tauros. Vitulus enim lasciu animal est. & in vno proposito no manens semper discurrit. Sic & Iudaei in fide promissa Deo non stabiles, ad idololatriam proni discurrerant. Vnde & statim post exitu de Aegypto beneficiorum Dei oblitum, vitulum coflatilem adorauerunt. psal. Et fecerunt vitulum in oreb: & adorauerunt sculptile, & mutauerunt gloria suam, &c. Taurus autem est animal indomabile & superbū, vt ait Greg. Sic & Iudaei indomita ceruice & superbi semper Deo resisterunt, propter quod eis dicebat Stephanus. Dura ceruice, & incircuncisi corde, quem propheta non sunt persequuti patres vestri? vnde superbis Iudaeis d. Non te extollas in cogitatione anime: tur in vase tarus. Sic ergo de Iudaeis sub nomine vitulorū & taurotum nunc dicit Christus. *Circumderunt me, &c.*

**303 Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.**

Hic consequenter ostendit Iudaeorum dolositatē in diuersis detractionibus & oblocutionibus. Obloquebantur em de Christo vt titulum haberent ad ipsum capiendum, & occasionem ad ipsum occidendum. Primo namq; aperuerunt os suum ad ipsum capiendum. Io. 7. Principes & Pharisei querebant apprehendere Iesum, & miserunt ministr os, vt apprehenderent eū. Sic & Iudas aperuit os suū ad Christum capiendum qū dixit. *Quē oscularus fuero, ipse est, tenete eum.* Et illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et hoc notās Christus dicit. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens.* Sic em Iudei erant contra Christum, vt dicitur psal. 103. Sicut canis leonem rugientes vt rapiant, & querebant a Deo escam sibi, quia illi querebant rapere Iesum escam a Deo mundo pparatā, sed sibi ad damnationem. Secundo obloquebantur de Christo, vt ipsum morti traderent, vt Caiphās qū dixit. Expedi vt vnus homo moriatur pro populo. Et Iudei clamantes. Tolle crucifige eum. Et huc hic notans Christus dicit. *Aperuerunt super me os suum, sicut leo rugiens.* tunc em leo rugit, qū aliquem fame oppressus ad deuorandum querit. Tanquā leo rugiens querens quem deuoret. Et ad istum sensum exponit glo. hic. d. *Aperuerunt super me os suum:* ipsi dico Iudaei quasi leo rapiens in comprehensione mea. Et rugiens qū, dicebant, crucifige eum. Fni enim quasi leonis rapina, quando apprehensus sum, fuit quasi rugitus leonis, quando clamabant. d. Tolle, crucifige eum. vnde merito de populo Iudaeorum conqueritur Christus. d. *Os tuum abundauit malicia. sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, &c.*

**304 Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.**

Hic consequenter ponitur vtilitas Christi passionis: quae est triplex, s. quia purgationem facit peccatorum, secundo, quia placationem facit superiorū, ibi. *Factum est cor meum.* tertio quia formam praebet meritorum, ibi. *Arui tanquam testa.* Primo ergo Christi passio purgationem facit peccatorum, quod notans dicit, *sicut aqua effusus sum.* Vbi notandum est q; aqua effunditur ad multa: vel multos effectus habet effusio aquae, s. quia abluit, irrigat, & lapsum facit pedibus. Ita effusio Christo per passionem, abluta sunt sordes viciorum. Et ad germinandum irrigatae sunt virtutibus mentes. Et etiam quasi per accidens elapsi sunt persecutores, quia propter pecca-

tum mortis Christi exterius, & interius puniti sunt Iudaei. *Et dispersa sunt omnia ossa mea.* Per ossa em quae in corpore sunt partes solidiores, intellige solidiores partes corporis ecclesiae quae fuerunt apostoli, & ista ossa in Christi passione fuerunt custodita. Si ergo me queritis, finite hos abire. sed postea virtute Christi passionis per totum orbem fuerūt dispersa ad Christi fidem praedicandam. Vnde de istis ossibus Christi dicitur. *Ossa ipsius post mortem visitata sunt, & prophetauerunt quia apostoli fuerunt visitati in missione spiritus sancti, & postea per mundū dispersi praedicando prophetauerunt.* Vel aliter iste versus & magis literaliter intelligitur. Vbi sciendū q; inter omnes liquores aqua perfecte effunditur, nam de aliis liquoribus cum effunduntur: in vase tamen remanet sapor & odor. de aqua autem non. & per hoc significatur q; Iudaei sic vitam Christi intēdebant effundere per mortem, & annihilare, vt de ipso nulla remaneret memoria. Et ideo intentionē illorum notans Christus hic dicit. *Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea.* discipuli mei: qui ceteris robustiores esse debebant, tempore passionis me reliquentes, fuit dispersi. Sic enim praedixerat eis Christus. Venit hora vt dispergamini, & me solum relinquantis.

**Factum est cor meum tanquā cera liquefscens, in medio ventris mei.**

Hic consequenter ostendit q; Christi passio fuit placatiua superiorum. Vbi nota quod sacramenta antiqua & vetus testamentū durauit vsque ad Christi passionem, propter quod dicit Magister, q; omnia sacramenta fluxerunt de latere Christi dormitis in cruce. libro. 4. dist. 2. Sacramenta autem antiqua erant dura & magna asperitatis, vt patet in circuncisione, sed noua sunt magna placabilitatis, & sic per Christi passionem duntia sacramentorū in molliciem est versa, sicut cera dura ad ignem posita vertitur in mollicie. Et hoc hic notans Christus ait. *Factum est cor meum, &c.* Per cor Christi accipit doctrinam Euangelicam vt sacramenta, a quibus sicut a corde vita procedit. Hiero. 2. 4. Dabo eis cor, vt sciant me. Per ventrem autem intellige ipsum corpus ecclesiae in cuius medio stat corpus Christi, s. sacramenta nouae legis, vt sic fit sensus, per passionem Christi in medio ventris, scilicet ecclesiae, factum est cor Christi molle. i. sacramenta sicut cera liquefscens.

**Arui tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhaesit faucibus meis, & in puluerem mortis deduxisti me.**

Hic consequenter ostenditur quod Christi passio formam praebet meritorum. Vbi primo notandum quod a torreo res. quod est assare vel desiccare: dicitur tostus: testa. tum. i. assatum vel desiccatum, & ab hoc dicitur testa. ta: quasi tosta. & dicitur testa omne vas vt olla vel vrecus ex tera decoctum, quia licet primo terra sit mollis, tamē postea calore ignis torretur & desiccatur. Et sic per similitudinem ille homo testa dici potest, qui euacuato humore sanguinis manet exsiccatus, & virtute naturali euacuatus. Et hinc est qd cum quis de diuitiis ad paupertatem, de fortitudine ad debilitatem, vel de pinguedine ad macie veniat, inter vasa testea computatur. vnde Thre. 4. Filij Sion incliti & amici auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea; opus manū figuli? Quod si sic est, quis iter omnes homines magis

gis testae comparari potest, quā Christus in sua passione. quia humor existens in corpore Christi fuit exhaustus per sudorem sanguinis. de quo Lu. 22. & per extractionem sanguinis in flagellatione & coronatione, manuum & pedum contusione & lateris apertione. In cuius signum post sanguinem exiuit aqua de corpore eius. Et hoc notans Christus ait. *Arui tanquam testa virtus mea.* Et quia ad amissionem humoris naturalis, & sanguinis sequitur resolutio vitae, ideo per talem desiccationē corpus Christi fuit ad mortem deductum, quod notans ait. *Et in puluerem mortis deduxisti me.* s. ad mortem per quam corpora in puluerem reaignunt. Sed in omnibus tactis afflictionibus, quae sit forma merendi nobis ostendit Christus ostendens, quod in his omnibus semper patiens, & tacēs fuit. vnde dicit. *Adhaesit lingua mea faucibus meis,* quasi dicat, Non reddidi maledictum, pro maledicto, sed semper silui & tacēs fui. Sic enim de Christo dicitur. Qui cum malediceretur, non maledicebat: cum patere, non comminabatur, & Matt. 27. Qui cum accusaretur a principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit: ita vt miraretur praeses. Sic enim de ipso praedixerat Esa. Sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tonante se obmutescet, & non aperiet os suum. Hoc ergo notans Christus ait. *Arui tanquam testa virtus mea, & in puluerem mortis deduxisti me.* Et in his omnibus semper humilis tacui & patiens fui. *Quia adhaesit lingua mea faucibus meis.*

**307 Quoniam circumderunt me canes multi: consilium malignantium obsedit me.**

Hic consequenter circa passionem Christi ostendit Iudaeorum crudelitatem, quae crudelitas ex multis apparet. primo in maligna ipsorum consulatione. secundo in crudeli Christi vulneratione: ibi. *Foderunt manus meas.* tertio in vestimentorum Christi diuisione, ibi. *Ipsi vero considerauerunt.* Quantum ergo ad primum ostendens ipsorum crudelitatem in suis cogitationibus, & consiliis, d. *Quoniam circumderunt me, &c.* q. d. Vnde hoc quod arui tanquam testa virtus mea, &c. Ex hoc fuit: quoniam circumderunt me, &c. Vbi notandum q; ideo hic Iudaeos canes nominat, quia sicut canes detibus mordent, & lacerant, sic isti Christum detractionibus mordendo eius famam lacerabant. de quibus dicitur. Videte canes, videte malos operarios. Isti Christum circumderunt suis detractionibus, & consulationibus. De qua circundatione dicitur. Circumderunt me sicut apes & exarserunt sicut ignis in spinis. Et non incongrue Iudaei Christum circundantes in passione, vocantur hic canes propter ipso rum crudelem rabiē, & vocantur apes propter ipsorum frustratam intentionem. Vbi nota q; apes mel in fauis operantur, sed aliis no sibi. Ita & Iudaei nescientes salutem humani generis, fecerunt in ipsa domini passione non quidē sibi, sed nobis. Sicut apes dum mel sibi putat reponere, aliis illud faciunt. Vel ex alio apes vocatur, quia sicut apes dum alios pungere volunt seipsas euiscerant, sic Iudaei occidendo Christum seipsos peremerunt. Et istam talem circundationem notans Christus d. Sermonibus odij circumderunt me, & expugnaverunt me gratis. Et consequenter apertius eorum maliciam insinuat. d. *Consilium malignantium obsedit me.* quod scilicet tunc fuit: quando vt habetur Matt. 27. Mane

autem facto consilium fecerunt omnes principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent.

**Foderunt manus meas, & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea.**

Hic consequenter ponitur crudelis facta à Iudaeis Christi vulneratio. Et nota q; quamuis Iudaei non posuerunt Christum in cruce, nec ipsum vulnerauerunt in manibus & pedibus, tamen eis totū imputatur, quia totum importuna ipsorū postulatione est factum. Et videte hic clarum de Christo historiam. Vnde hic non videtur psal. prophetiam de futuro texere, sed magis, vt Euangelista historiam de Christo praeteritam enarrare. d. *Foderunt manus meas & pedes meos.* Quae omnia in Euangelio facta leguntur. Sed attēde quod hic ait. *Foderunt manus meas, &c.* & non dicit vulnerauerunt aut transfixerunt, quia sicut terra fossa facit fructum, sic Christus vulneratus fructum vitae dedit, vt ait glo. Et attende q; non facit mentionem vulneris lateris; quia in pedibus, & manibus cofossus fuit adhuc viuens: in latere autem cum iam expirasset. Cum ergo hic per ista vulnera velit psal. nobis ostendere Christi patientiam, quae solum habetur in vita, ideo narrat solum vulnera vitae non mortis. sequitur. *Et dinumerauerunt omnia ossa mea.* i. dinumerare potuerunt. Vbi sciendū vt ait Magister. N. q; quando aliquis affigebatur cruci: prius accipiebatur mensura corporis sui à manu in manum secundum latitudinem. Et à spatulis vsque ad pedes secundum longitudinem, vt in ligno crucis herent foramina per quae clauī possent transire facilius. Et sic de Christo factum fuit, quando autem vna manus fuit affixa humores concurrerūt ad locum illum: qui naturaliter currunt ad locum laesum. Et sic fuerunt nerui retracti versus illā partem. Et ideo ad hoc q; alia manus reduceretur ad locum foraminis in ligno facti: oportebat eam trahi violenter cum chordis. Et idem intelligendū est de pedibus propter lesionem factam in partibus superioribus: propter quod ex tali violenta corporis extensione aperiebantur ossium iuncturae, quia Christus nudus fuit crucifixus. Et sic ad litteram poterāt eius ossa dinumerari, quod Christus notans dicit. *Dinumerauerunt omnia ossa mea.* i. dinumerare potuerunt. Et quamuis ad litteram ista sic de Christo intelligantur, possunt tamen mysticē exponi, vt fossio manuum innuat, quod operibus eius non crediderunt. fossio pedum quod eius affectiones renuerūt. dinumeratio ossium quod apostolos eius ne in maiorem numerum excreverent querebant extingere, vt pauci essent & numerabiles.

**Ipsi vero considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.**

Hic consequenter ponitur Christi derisio in vestimentorum partitione. Et primo praemittit ipsorum Iudaeorum obstinationem. d. *Ipsi vero, &c.* Vbi nota q; peccatum ex mera malicia perpetratum, grauius est quam ex inconsideratione vel ignorantia. ipsi vero Iudaei ex obstinata voluntate & plenā habita deliberatione, haec Christo faciebant. Et hoc est quod Christus ipsi dicit. *Ipsi vero considerauerunt, Incog. tom. 1. k 3 scilicet*

considera  
tio  
Sapient 2.

psal. 36.  
Diuifio.

Joan. 19.

onica  
Christi.

Theophil

3 10  
2. q. 7. e-  
stos.

Resurre-  
ctio Chri-  
sti.

malis, quæ faciebant, & quod iniuste agebant. vñ A  
& ad litteram dicebant illud quod habetur Sap. 2.  
Circumueniamus iustum: quia contrarius est operi-  
bus nostris, & impropert nobis peccata legis. gra-  
uis est nobis ad videndum: quia dissimilis est aliis vi-  
ta illius, &c. Hæc enim omnia considerauerunt Iu-  
dæi, & ideo Christum persequebantur, quod notās  
dicit. *Ipsi vero considerauerunt.* vnde psal. Considerat  
peccator iustum, & querit mortificare eum. *Et in-  
spexerunt in me.* scilicet abominabiliter viderunt, me talia per-  
ferentem. Cum tamen naturaliter homines à re cru-  
deli solent oculos auertere. Ex quibus apparet quā  
obstinati erant isti, quia non casu aliquid faciebant:  
sed ex deliberata malicia. Sequitur, *diuiserunt sibi ve-  
stimenta mea,* &c. Iudæi em hoc per se non fecerunt,  
sed milites præsidis, vt dicit Ioannes. Quatuor em  
fuerunt milites, quibus executio condemnationis  
Christi fuit commissa. Et sic de Christi vestimentis  
quatuor partes fecerunt, sic q̄ vnusquisque militū  
habuit partem suam. vnde sic dicit Ioan. 19. Milites  
ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimen-  
ta sua, & fecerunt quatuor partes vniciuique militi  
partem. Et nota q̄ inter Christi vestimenta erat tuni-  
ca inconsutilis. Ista enim tunica erat reticulata,  
facta in modum retis. Et ita erat inconsuta acta,  
& erat desuper contexta per totum, quod in super-  
humerali ab vna manica in alia panno desuper cō-  
futa erat, vt fortior esset. Sicut in pelliceis in super-  
humerali confuitur lata corrigia corij ad robur ip-  
sorum pelliceorum. Et ideo quia illa tunica reticula-  
ta erat, diuidi non poterat vt alia Christi vestimen-  
ta, quin tota destrueretur, propter quod non diui-  
ferunt: sed fortes miserunt cuius esse deberet. Et de  
hac tunica sequitur. *Et super vestem meam miserunt sor-  
tem.* Aduertendum tamen q̄ talem vestimentorum  
Christi diuisionem non fecerunt milites ex auari-  
tia, sed magis ad procuracionem Iudæorum ex de-  
risione: quia credendum est illa vestimenta Christi  
parui fuisse valoris, maxime consideratis diuisori-  
bus, quia milites erant. Et ad istum intellectum lo-  
quitur Theophilus. d. Foritan em vestimenta Chri-  
sti milites diuiserunt, quia indigebant. sed verisimi-  
lius magis ad opprobriū Christi hæcegebant. *Quid*  
em sciolium inueniebatur in vestibus Christi: Delu-  
dentes igitur hæc agebāt. Nā vbi primi principes  
subsannabant Christū qd dicere oportet de vulgo?

**Tu autē domine ne elongaueris au-  
xilium tuum à me: ad defensionem  
meam conspice.**

Hic consequenter ponitur secunda pars princi-  
palis. vbi agitur de Christi resurrectione. Et diuidi-  
tur in partes tres. quia ponitur primo resurrectio-  
nis postulatio. secundo resurrectionis diuulgatio,  
ibi. *Narrabo nomen tuum* tertio resurrectionis vtilitas  
sue fructificatio, ibi. *Apud te laus.* Prima pars diuidi-  
tur in tres partes, quia ponitur primo resurrectio-  
nis postulatio. secundo per resurrectionem ecclesie de-  
fensio, ibi. *Erue à phramea*: tertio p̄ resurrectionē  
diaboli subiugatio, ibi. *Salua me de ore leonis.* Ponitur  
ergo primo resurrectio-  
nis postulatio. Vnde Christus patri orās dicit. *Tu autem do-  
mine ne elongaueris auxilium tuū à me.* Sciebat em Chri-  
stus quod generalis omnium resurrectio erit in fine  
mundi. Sua autem resurrectio sicut ipse ab aliis dif-  
ferebat in sanctitate, & personali dignitate, sic ab al-  
iorum resurrectione differre debebat, vt si statim  
post corporalem mortem resurgeret, & non cu-

aliis resurgere expectaret. Sic enim scriptum est de  
ipso. Non dabis sanctam tuam videre corruptio-  
nem. Ideo pro hoc patrem exorat. d. *Tu autem domine  
ne elongaueris auxilium tuum à me.* scilicet in commu-  
ne omnium resurrectionem secundum glossam. Sed  
statim resuscita me. quod & factum est quia tertia  
die resurrexit. Et subdit idem aliis verbis replicans  
& d. *Ad defensionem meam conspice.* defendendo cor-  
pus meum ab incineratione. Sed hic oritur dubiū,  
quare Christus resurrectionem suam sic accelera-  
re voluit, nostram autem vsque in finem sæculi dif-  
ferre? Respondeo primo: quod suam resurrectionē  
accelerare voluit, primo vt discipulorum fidem re-  
pararet perditam. secundo vtp̄ spiritualis resurrectio-  
nis formam nobis demonstraret debitam, s. vt cito  
resurgeremus à peccato. tertio vt corporalis resur-  
rectionis fidem nobis condonaret congruam. Per  
hoc enim quod Christus surrexit qui est caput nos-  
trum, & nos qui sumus eius membra credimus re-  
surrecturos. Nostrā autem resurrectionem vsque in  
finem differre voluit propter tria, s. propter merito-  
rum nostrorum multiplicationem: resurrectio em  
futura est vnus articulus fidei. Si autem euidenter  
quilibet mortuus statim resurgeret: nō esset meritū  
ipsam credere: nunc autē quia non videtur, est me-  
ritorium, qm̄ vt ait Grego. in homil. Fides nō habet  
meritum, cui humana ratio præbet experimentum.  
Secundo propter suffragiorum multorum exhibi-  
tionem. Multa enim bona opera dimitterentur, si  
mortui statim resurgerent. quia maior pars tã Mis-  
sarum, orationum, & elemosinarum, quæ sūt ho-  
die: sicut pro animabus defunctorum, quorum tūc  
nullum fieret, quia si statim resurgeret, aut ad vitā,  
aut ad mortem, aut ad pœnam, aut ad gloriā resur-  
gerent. In inferno autem nulla est redemptio: in cœ-  
lo autem nulla indigentia. Et sic si resurrectio om-  
nium statim fieret, hominum deuotio perderetur,  
& multi pauperes fame perirent, propter quod scri-  
bitur. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis  
exorare, vt à peccatis saluantur. Tertio, hæreticorū  
extirpationē. Nā si mortui statim resurgerent: non  
desuissent hæretici dicētes: quod resurrectio homi-  
nis est naturalis, sicut & natiuitas. Et q̄ sicut cor-  
pora cœlestia conferunt ad natiuitatē, q̄ sol & ho-  
mo generat hominem: ita & ad resurrectionem. Et  
q̄ sicut natiuitas nostra non est virtute natiuitatis  
Christi. sic nec resurrectio nostra esset virtute resur-  
rectionis Christi. Omnes ergo istos errores extirpa-  
re volens Deus, nostram resurrectionem vsque in  
finem distulit, sed Christus suam resurrectionē ac-  
celerauerit patri. d. *Tu autem domine ne elongaueris au-  
xilium tuum à me.*

**Erue à phramea Deus animam meā;  
& de manu canis vnicam meam.**

Hic consequenter ostenditur quod per Christi  
resurrectionem ecclesia defensatur. Vbi sciendum, q̄  
prima pars istius versus spectat ad sententiā præce-  
dentis versiculi, sed secunda pars ad propositū no-  
stræ diuisionis: q̄ quantum ergo ad primam partem  
sciendum: q̄ hic per phrameā mors intelligitur: eo  
quod à ferrum dicitur hæc phramea phramea: s. gla-  
dius longus ex vtraq; parte acutus: quo facilliter al-  
teri mors irrogatur, & antiquitus tali gladio male-  
fici occidebantur. Sic ergo phramea qnq; pro mor-  
te accipitur. psal. Effunde phrameam & conclu-  
s qui me persequitur. Sic ergo iux-  
ta versiculū hic orat Christus resuscita-  
tari

Ecclesia  
dicitur  
vna.

Cypri. 2. 4.

Greg. in  
hom.

312

Lea.  
1. pet. 5.

unicornis

Cornu  
diaboli.

Eze. 3. 2.

tari statim post mortem d. patri. *Erue à phramea.* i. à A  
morte animam meam, quod fit per resurrectionē.  
Sequitur secūda pars, & *de manu canis vnicam meam.*  
Vbi per canes accipit Iudæorum populum, vt supra  
dixit. Quoniam circūderunt me canes multi. Sed  
p̄ vnicam intelligitur ipsa ecclesia fidelium. Quæ so-  
la vnica est & multiplicari non potest. de qua Can.  
6. dicitur. Vna est colūba mea: p̄fecta mea, &c. Quā-  
uis em ecclesia in suis mēbris dilatetur, in se tñ sem  
per vnica manet. sicut & vna est ecclesie fides. quod  
declarat Cyprianus episcopus, & habetur. 2. 4. q. 1.  
loquitur dñs, d. Ecclesia vna est: quæ multitudine la-  
tius incremento fecunditas extēditur. Quomodo  
radij multi sunt, sed vnū lumen. Et rami arboris  
multi sunt, sed robur vnū tenaciter radice funda-  
tum. Et qn̄ de fonte vno riuū plurimi de fluunt, &  
numerositas licet diffusa videatur, exundātis copia  
largitate: vnitas tñ seruatur in origine. Auellē radiū  
solis à corpore diuisionē vnitas nō capit. Ab arbore  
frange ramū, fructus germinare non poterit. Afon-  
te præcidē riuum, præcisus arefcit. Sic ecclesia dñi lu-  
ce p̄fusa: per totum orbem radios suos porrigit: vnū  
tñ lumen est quod vbiq; diffunditur: nec vnitas cor-  
poris separatur. Ramos suos per vniversam terram  
extendit, profluentis largiter riuos latius patit: v-  
num tñ caput est & origo vna, vna mater fecundi-  
tatis copia. Adulterari non pōt sponfa Christi, in-  
corrupta est, & pudica, vnam domum nouit: vnus  
cubiculi sanctitātē casto pudore custodiuit. Sic ergo  
p̄ vnicam intellige ecclesiam: quam virtute suæ re-  
surrectionis de manu Iudæorum erui & defendi o-  
rat Christus. d. *Erue de manu canis.* s. populi Iudæici: *v-  
nicam meam.* i. ecclesiam. ac si dicat secundū glossam.  
Liberā caput & corpus, per animam caput, s. Chri-  
stus, sed per vnicam corpus quod est ecclesia intel-  
ligitur: quod cum sit vnū respicit diuersitatem. Et  
ideo pro vtroque congrue orat coniunctim.

**Salua me de ore leonis, & à cornibus  
vnicornium humilitatem meam.**

Hic consequenter ostēditur, q̄ per resurrectionē  
Christi diabolus subiugatur. Vbi aduertendum q̄ p̄  
leonem ratione suæ ferocitatis intelligitur ipse dia-  
bolus. Aduersarius vester diabolus tanq̄ leo rugiēs  
&c. Et consimiliter p̄ Vnicornium, intellige ipsū  
diabolum. Nā vt dicit gl. Vnicornis est animal sup-  
bissimum: quod dñi mori ex indignatione: si præter  
suā voluntatē teneatur. Quod etiā habet vnū cor-  
nu in fronte quatuor pedum: ita acutum, & validum,  
vt quicquid ille percussit: aut ventilet aut perforat.  
Sic nimirū est diabolus, qui est superbissimus. Iob.  
40. Ipse est rex super omnes filios superbiæ. Hic etiā  
diabolus vnū cornu gestat in fronte, s. cupiditatē  
auariciæ, quā suadet in aperto. Cornu em intus est  
vacuum aptum ad recipiendū, sed in sua substantia  
carnem nō habet. Sic & auaricia in se vacua, quia a-  
uarus nunq̄ satiatur. ideo semp̄ est apta ad recipi-  
dum, sed carnem nō habet, quia aliis compati nes-  
cit. Et hic est quod ipsi diabolo dicitur. Leoni gen-  
erium assimilatus es & draconi qui est in mari, & ve-  
tilabas cornu, & conturbabas aquas pedibus tuis.  
quod ideo sic dicit, quia ipse diabolus didus est leo  
propter ferocitatem: draco propter crudelitatem.  
habitāt in mari pœnæ infernalis. Hic cornu. s. tenta-  
tione auariciæ ventilat & conturbat aquam. Quid  
enim per aquam quæ fluit & resluit, nisi humanum  
gen<sup>9</sup> designatur: quod quidem diabolus cornu au-  
ariciæ pturbat. quia hodie cupiditati diuitiarū quasi

nullus resistit. Vnde de diabolo dicitur. Cornua rhi  
nocerotis. i. vnicornis cornua illius. Sic ergo per leo-  
nem, & vnicornium significatur diabolus. Volens  
ergo Christus q̄ per suam resurrectionem diabolus  
subiugatur, per modum orationis prædicit quod fu-  
turum erat. d. *Salua me ex ore leonis.* i. saluabis meos  
de ore diaboli. *Et à cornibus vnicornium humilitatem meā.*  
i. à tentationibus auariciæ, & cupiditatis diabolica  
saluabis humiles. Sic enim superando diabolū post  
Christi resurrectionem saluati fuerunt à cornibus  
auariciæ infideles: de quibus dicitur actuum. 4.  
Quod multitudinis credentium erat cor vnū, &  
anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat  
aliquid dicebat sibi proprium, sed omnia illis erant  
communia, &c.

**Narrabo nomen tuū fratribus meis:  
in medio ecclesie laudabo te.**

Hic consequenter ponitur resurrectionis Chri-  
sti diuulgatio. Et diuiditur in partes tres. Quia pri-  
mo ponit resurrectionis diuulgationem. Secundo  
ex consequenti inducit ad gratiarum actionem, ibi.  
*Qui timetis dominum.* Tertio ostēdit suam à patre fa-  
ctam exauditionem, ibi. *Timent eum.* Ponens ergo re-  
surrectionis diuulgationem dicit. *Narrabo nomen  
tuum fratribus meis.* Hic enim per nomen domini in-  
telligit virtutem & famam dei patris: iuxta illud psal.  
Admirabile est nomen tuum in vniversa terra, s. fa-  
ma & virtus tua: quæ per Christi resurrectionem  
multo fortius per orbem fuit diuulgata. Hanc narra-  
uit Christus fratribus suis. i. discipulis, vt quando in  
die resurrectionis dum essent discipuli in vnū con-  
gregati, stetit Iesus in medio eorum, & dixit. Pax vo-  
bis, & ostendit eis manus & latus, & sic multis aliis  
vicibus. Sic enim se facturum promiserat. d. Venite  
& audite omnes qui timetis dominum, & narrabo  
quanta fecit anima mea. Ipsi vero apostoli p̄ Chri-  
stum informati ipsam resurrectionem Christi cotā  
omni populo prædicabant, quia vt habetur act. 4.  
Virtute magna reddebāt apostoli testimonium re-  
surrectionis Iesu Christi domini nostri. Et hoc est  
quod subdit. *In medio ecclesie laudabo te.* i. faciā te lau-  
dari per apostolos aliosq; credentes, qui in die pen-  
teco. recepta gratia spiritus sancti, loquebantur va-  
riis linguis magnalia Dei.

**Qui timetis dominum, laudate eum:  
vniuersum semen Iacob glorificate eum.**

Hic consequenter de tanto beneficio nos indu-  
cit ad gratiarum actionem. Vbi sciendum quod hic  
non loquitur de timore mundano vel seruilī, quia  
illo non Deus laudatur, sed magis contemnitur, sed  
de filiali timore quo offensa principaliter & non  
pœna timetur. Sic enim omnis qui timet Deum,  
eo ipso laudet eum, & si non verbis: tamen fa-  
ctis. Quia ergo solum timentes Deum filialiter tan-  
rum resurrectionis Christi beneficium participant:  
ideo ipsi soli ad gratiarum actionem excitantur cū  
dicitur. *Qui timetis dominum, laudate eum, vniuersum se-  
men Iacob glorificate eum.* Semen Iacob, dicuntur imita-  
tores Iacob. sicut semen malorum dicuntur imita-  
tores peccatorum. Semen Chanaan, & non Iuda,  
&c. Iacob autem supplantator interpretatur. Illi  
ergo semen sunt Iacob: qui mundum supplantant.  
i. ipsam despiciendo pedibus calcant, & tales Deū  
glorificant. Glorificare enim est aliquē honorando  
eius



eius laudes vbique predicare. Sic enim iustis hominibus dicit apostolus. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.

1. cor. 5. 315

Timeat eum omne semen Israel, quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis.

Oratio. humilitas Exaudire

Hic ostendit suam orationem exauditam a patre. Vbi aduerte, qd inter alia que faciunt orationem exaudiri, est humilitas. in cuius signum petentes elemosynam, quantum possunt se abiecos, & viles prate dunt, vt facilius exaudiantur. propter quod dicitur Iudith. 9. Superbi ab initio non placuerunt tibi, sed humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Et ideo hic Christus per humilitate se exauditam ostendit: nos ad humilitatem inducens. d. Timeat eum omne semen Israel, Israel neque videns Deum interpretatur. Et sic semen Israel vocatur omnes qui per fidem resurrectionis Christi renouati sunt spiritualiter ad Dei visionem. Et statim subdit causam, quare scilicet debet a nobis timeri filialiter, & humiliter reuereri dicens. Quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis. Hic nomine pauperis seipsum insinuat Christus, qui in paupertate natus est: conuersatus & mortuus. quia nudus crucifixus & in alieno sepulchro sepultus. Vel per pauperem intelligit seipsum humilem, iuxta suum modum loquendi. Beati pauperes spiritu, &c. Vel per pauperem secundum glo. intelligere potes quemlibet alium humilem: de se non presumentem: nec de pompis mundi tumulentem. Sic enim dicitur. Desiderium pauperum exaudiuit dominus. Et consequenter dictum generaliter ad seipsum applicat. d.

Xudib. 9.

pauper Christi.

Matt. 5.

psal. 9.

316 Nec auertit faciem suam a me, & cum clamarem ad eum exaudiuit me.

Quasi dicat quia sui pauper, i. humilis: ideo me exaudiuit, me resuscitando. Omnis enim Christi oratio fuit exaudita. quia Christus in omni oratione sua procedente ex voluntate deliberata, fuit exauditus, quia in nullo voluntati pater nater discrepabat. Sed hic est dubium, quia in principio huius psal. dicit Christus. Deus clamabo per diem & non exaudies. Hic autem dicit se exauditum. Solutio, vide ibi in principio huius psal.

Quaestio.

317 Apud tela mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timetium tuum.

Hic consequenter ostenditur resurrectionis utilitas, que multiplex fuit. scilicet charitatis Christi exhibitio. Secundo ad fidem gentium conuersio, ibi. Reminiscetur & conuertentur ad dominum. Tertio regis Christi sublimatio: ibi. Quoniam domini est regnum. Quantum ad primum sciendum, qd Christus iam resuscitatus ex magna charitate, suis promisit discipulis dicens. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Quod quidem non de presentia corporali intelligitur, sed de presentia sacramentali, quia per sacramentum eucharistie, vsq; ad mundi finem nobiscum manebit. propter quod istud sacramentum dicitur sacramentum charitatis, tum, quia charitatem Christi nobis ostendit, tum, quia nos ad charitatem Dei & amorem pre ceteris sacramentis nos inducit. Et istud sacramentum in ecclesia sua reliquendum hic Christus promittit, dicens patri. Apud te laus mea in ecclesia magna. q. d. Laudem meam non quero, sed patris. Apud Deum enim laudem suam ponit qui de seipso non presumat sed

Euchari- stia. Ecclesia magna.

de Deo. Et hac Christi laus apud patrem posita cognoscitur in ecclesia magna. i. in ecclesia catholica per totum orbem diffusa. qua vocat magnam: ad confusionem aliquorum hereticorum, qui dicunt ecclesiam catholicam non vbique diffusam, sed solum in aliqua gente, vel in aliqua mundi parte contineri. Sicut Donatista, qui dicunt ecclesiam catholicam solum in Africa esse, & Iudei solum in Iudaea, quos confutans Christus ecclesiam suam dicit esse magnam, quia vbique dilatata. Sic & alibi dicitur. Confitebor tibi in ecclesia magna. Et consequenter ostendit quomodo hac laus est in ecclesia magna. scilicet per sacramentum corporis sui. d. nobis. Vota mea reddam in conspectu timetium tuum. Quae enim fuerunt Christi vota quae obtulit patri, nisi corpus & sanguinem suum, quae pro nobis in cruce obtulit patri, ipso teste. Ca. licem salutaris accipiam, &c. Vota mea domino reddam coram omni populo eius. Quod ideo dicit, quia seipsum obtulit patri non in secreto, sed coram omnibus eleuatus in cruce. Hac autem vota Christus reddidit: quoniam panis & vinum in corpus suum & sanguinem conuersum nobis restituit. dicitur enim reddi quando promissum adimpletur. hoc autem suis promiserat Christus. d. Ego autem vobiscum sum, &c. Vnde glo. dicit. Vota mea. i. sacrificium corporis, & sanguinis, quod Christus obtulit Deo: hoc reddit in conspectu timetium tuum, quia solum tales cognoscunt se per ista vota posse saluari, quia solum tales istud sacramentum sumunt ad salutem: de quibus substituit.

psa. 34.

Votum Christi.

psal. 115.

Reddere.

318 Edent pauperes, & saturabuntur, & laudabunt dominum, qui requirunt eum: uiuent corda eorum in seculum seculi.

318

De conse. di. 2. Christi.

ius.

Per pauperes intellige humiles, & huius seculi contemptores. Beati pauperes spiritu. Et tales edent, & saturabuntur, quia per hoc sacramentum perueniunt ad saturitatem resurrectionis aeternae. vbi totus homo interior & exterior saturatur, quia ibi voluntas repletur dilectionis charitate, intellectus cogitationis claritate, memoria certitudinis firmitate psal. 116. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Et quia in illa satietatis gloria, omnes exultantes Deum laudant agendo gratias: ideo subdit. Et laudabunt dominum qui requirunt eum. scilicet qui humiliter istud sacramentum requirunt: ex hoc in gloria saturati laudabunt dominum. Et uiuent corda eorum in seculum seculi. Christo. d. Si quis manducauerit ex hoc pane: uiuet in aeternum.

Matt. 5.

psal. 116.

Eucharistia.

saturitas.

Io. 6.

319 Reminiscetur & conuertentur ad dominum vniversi fines terrae.

319

de panis.

dis. 1. nullus.

Hic consequenter ponitur ad fidem Christi gentium conuersio. Vbi nota qd charitas Christi predicata gentibus, qua pro nobis mortem tolerauit, maxime gentes ad Christi amorem traxit & fide. propter quod dicebat apostolus. Nos autem predicamus Christum crucifixum: Iudaeis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. ipsis autem vocatis Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Et ideo quia hoc sacramentum fit in commemorationem dominice passionis, Christo d. Hoc est corpus meum, &c. hoc facite in meam commemorationem. Sequitur qd virtute istius sacramenti, quia memoria inducit digne passionis, gentes sunt ad Christum conuersae. Et ideo statim cum dixit. Edent pauperes, &c. subdit. Reminiscetur: scilicet per hoc passionis Christi. Et sic conuertentur ad dominum omnes fines terrae. i. aliq; de omnibus

1. cor. 1.

1. cor. 11.

passio Christi.

Eucharistia.

ius.

omnibus finibus & partibus terrae, vt ly omne vel vniversi, sicut pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Et hoc aliis verbis confirmans dicit, Et adorabunt in conspectu eius vniversae familiae gentium.

320

10. 4.

Adoratio.

Magister.

lib. 3. d. 5.

Vna adoratio.

et c.

Hoc videtur tenere.

Vna adoratio.

et bene.

in conspectu.

in fine ipse.

dist.

per verba.

Damaſceni & Augustini.

ibi ad dicitur.

propter rationem hic dicitur de vnitate.

Idest aliqui de omnibus familiis & de omnibus gentibus. Et quia vera adoratio non stat in actibus exterioribus principaliter, sed in mente & conscientia, veri adoratores adorant patrem in spiritu & veritate. ideo dicit. Et adorabunt in conspectu eius. i. in conscientia suis. Et hoc intelligitur de adoratione latræ: quae est seruitus siue cultus soli Deo debitus. quod si tota spes in illo ponitur, quod adoratur, & sic non debent adorari imagines, non crux Christi, nec etiam Christi humanitas: sed solus Deus. Ad cuius euidentiam notandum, qd adoratio est duplex, quaedam per accidens. Et adoratio per se duplex est: quaedam proprie, quaedam aliter. Adoratio proprie se est illa, qua sola trinitas vnus & verus Deus debet adorari, & talis dicitur adoratio vel cultus latræ. Adoratio autem per se, sed propter aliud: est illa qua humanitas Christi verbo vnita adoratur, non propter se: sed propter verbum, cui manet vnita. Vnde Magister. lib. 3. dist. 9. dicit. Humanitatem Christi vna adoratione cum verbo esse adorandam: non propter se, sed propter illum cuius scabellum est cui est vnita. Nec ipsa humanitas sola, vel nuda, sed cum verbo cui est vnita. Nec propter se: sed propter illud est adoranda. Nec qui facit hoc reus idololatriæ iudicari potest. cui nec soli creaturae: nec propter ipsam, sed creatori cui humanitate, & in humanitate sua seruit. Isto etiam modo quilibet Deo vnitus per gratiam & gloriam possit adorari. sic enim adoramus beatam Mariam & sanctos, sed excellentius Christi humanitatem, sicut excellentiori modo Deo manet vnita qua ceteri sancti. Adoratio autem per accidens fit quinque modis. scilicet significatione, imitatione, continentia, pertractatione, & condescensione. Adoratione per accidens significatione adorantur sacramenta, quia sunt signa inuisibilis gratiae, & verba sacrae scripturae, quia nobis Deum representant. Et aduerte quod talis adoratio per accidens debetur signo, qualis per se debetur significato. Vnde quia Deus adoratione latræ per se adoratur: ideo signa vel verba significata Deum adoratione latræ per accidens adorantur. Et sic quia sancti adoratione dulcia, ideo signa sanctos significantia, adorantur adoratione dulcia per accidens, vt nomina sanctorum. Adoratione imitationis vel similitudinis per accidens, adorantur imagines eadem adoratione, qua illa quorum sunt imagines, adorantur per se. Adoratione per accidens continentia debuit adorari columba: quae super Christum descendit, quae spiritum sanctum continebat: similiter & species sacramenti altaris ratione continentia. Adoratione pertractationis per accidens, debet adorari crux dominica, in qua fuit Christus pertractatus, & etiam beata virgo in quantum Christum pertractauit. Adoratione autem condescensionis per accidens adorantur sanctorum cadauera vel corpora mortuorum. Et sciendum qd idem potest adorari vna adoratione per se & alia per accidens, sicut beata virgo in quantum est Deo vnita per gratiam, & gloriam adoratur per se, licet non propter se. in quantum autem Christum pertractauit, adoratur per accidens vt dictum est. Ex quibus apparet quod solum Deum adoramus per se, & propter se: imagines autem sanctorum non adoramus per se, sed per accidens.

Ipse autem sanctos adoramus per se, sed non propter se, sed propter Deum cui sunt vniti per gloria, & gratiam. Ad propositum ergo cum dicit. Et adorabunt in conspectu eius vniversae familiae gentium loquitur de adoratione per se & propter se, quae est adoratio latræ.

Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium.

321

Hic consequenter ponitur regis Christi sublimitas ac ipsius regni dilatatio. Et ponitur primo regni Christi dilatatio. Secundo huius dilatationis redditio ratio, ibi. Et anima mea illis viuet. Tertio Christianorum ponitur commendatio, ibi. Annuntiabitur domino. Primo ergo ponitur regni Christi dilatatio. Nam Iudaei Christum regem negauerunt, dicentes Pilato. Non habemus regem nisi Caesarem. Pilatus autem Gentilis, Christum regem confitebatur verbis. d. Iudaeis exprobrando. Regem vestrum crucifigam, & scriptis, quia scriptis titulum Pilatus & posuit super crucem eius. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. Et sic solum ipsum Iudeorum regem ferebatur. Sed hic psal. clarus prauidens Christi regnum: ostendit ipsum etiam regem esse: non solum Iudeorum, sed etiam Gentium. d. Quoniam domini est regnum. i. ipsius Christi qui est dominus dominantium, & psal. 67. Qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. Domini ergo est regnum. scilicet Iudeorum, quia ad ipsum etiam carnali successione regnum Iudeorum peruenerat quia de stirpe regia recta linea natus, vt ostendit Matt. c. 1. Et tamen non solum habet regnum Iudeorum, sed etiam sic dilatatur quod omnium gentium regna sibi subiciuntur. Et hoc est quod subdit. Et ipse dominabitur gentium. Procius declaratione subdit. d.

Regnum Christi.

Lo. 19.

Apoc. 19.

psal. 67.

Matt.

322 Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terrae: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terra.

322

De panis.

dis. 3. quoniam.

quam.

Per pingues terrae intelligit reges & principes mundi Gentiles: qui ad fidem Christi conuersi sacramentum eucharistiae in memoriam Christi passionis deuote manducant. Sed quia nullus digne Christi corpus sumere potest sacramentaliter: nisi prius ipsum spiritualiter sumat, quia qui indignè manducat, iudicium sibi manducat & bibit, ideo deuotionem principum mundi ostendens, dicit. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrae. Omnis enim, qui adorat corpus Christi, ipsum spiritualiter recipit. Sic ergo manducauerunt sacramentaliter recipiendo, sed adorauerunt spiritualiter recipiendo. Et ipsorum deuotionem explicans, ait. In conspectu eius cadent. scilicet ipsum adorando se prosternentes ad terram, sicut de Magis legitur. Et prosternentes, adorauerunt eum. Et hoc magis explicat alia littera quae in Hebraeo sic habetur. Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terrae. & curuabunt genua. Curuare autem genua alicui proprium signum est adorationis latræ quae soli Deo debetur. sic enim dicebat apostolus. Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi. Verum quia genua non potest digne adorando curuare nisi humilis: ideo ad talem adorationem oportet primo per humilitatem descendere. Est ergo sensus.

Eucharistiam manducare.

Matt. 2.

Gen. 3.

Eph. 3.

Manducare.

Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terra, in conspectu eius cadent in terram omnes qui descendent, per humilitatem. ita quod ly cadunt referatur ad ly in terra. descendunt referatur ad humilitatem.

223 Et anima mea illi uiuet, & semē meū seruiet ipsi.

Hic redditur ratio dilatationis regni Christi. Vbi sciendum qd Christus meruit regnum suū dilatari merito suae passionis, & mortis. d. apostolo. qd factus est obediens vsque ad mortem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu flectatur omne genu. Hanc ergo causam ostendens Christus, dicit. Et anima mea illi uiuet, q. d. Quae est causa quare in cōspectu eius cadent omnes, & ipsum adorando. Respondet, quia anima illi uiuet. ille enim solum Deo uiuit qui seipsum ppter Deū mortificat, iuxta dictum apostoli. d. Viuo ego iam non ego, uiuit autem in me Christus, &c. In eo igitur Christus uiuebat Deo, quia propter Deum patri obediendo se ipsum mortificauit crucem mortis pro nobis tolerando. Et istum sensum magis exprimit littera, quae hic habetur in Hebraeo: quae sic dicit. Et anima eius non uiuet. s. sibi ipsi, sed Deo p obediētiā crucis. Et quia Christus per suam mortē, & resurrectionem multos Deo filios spirituales genuit & generandos reliquit, ideo de illis dicit. Et semen meum seruiet ipsi. i. fideles qui sunt Christi semē.

224 Annuntiabitur domino generatio uentura, & annuntiabunt caeli iustitiā eius, populo, qui nascetur, quem fecit dominus.

Hic ponitur Christianorum commendatio, q. s. hic ostenditur quomodo semē Christi. i. fideles generantur. quia. s. per praedicationem uerbi Dei & fidei. Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c. Generatur ergo qd in Christo per fidem: fidem autem habemus ex auditu: auditum autem per praedicationem. Et sic praedicatione uerbi Dei semē. i. filios Christo generat, quem procellum notat Apostolus. d. Quomodo autem credet ei, quem non audierunt? Quomodo autem audient sine praedicante? Et hoc est quod de generatione, vel de filiis, spiritualibus Dei noui testamenti dicit. Annuntiabitur domino generatio uentura. Est constructio talis. Annuntiabitur. i. praedicabitur fides Christi, & per talem annuntiationem generatio uentura. i. noui testamenti domino conuertetur. i. generatio noui testamenti quae ex aqua & spiritu sancto generatur per praedicationem, conuertetur domino. Vel aliter. Annuntiabitur domino generatio uentura. i. Angeli custodes animarum, annuntiant domino generatio nem uenturam. i. praeces generationis uenturae, s. fidelium annuntiant domino. non quidem p instruendo domino, sed vt uoluntatem Dei in praecibus nostris cognoscant, & nobis quandoque referant. Et quid mirum si taliter generationem futurā noui testamenti angeli Deo annuntiant. quia etiam & hoc in antiquo testamento generationi praeteritae fecisse leguntur. Sic enim angelus Raphael dixit Thobie. Cum orabas cum lachrymis: ego orationē tuam tuli coram domino. Et quantum ad primum sensum ostendit qui annuntiant, s. fidē Christi, vt generatio conuertatur dño d. Et annuntiabunt caeli iusticiam eius. caeli. i. apostoli vel Euāgelistae, & san-

Viuere. anima.

Gala. 2.

generatio spiritus illis 1o. 2.

Rom. 10.

Angelus. Oratio.

Thobie. 3. 2.

cti doctores annuntiabunt mundo iusticiam eius. i. ipsum Christum qui est iusticia Dei. Factus est nobis sapientia à Deo & iustitia. Vel annuntiabunt caeli iusticiam eius. i. legem Euāgelicam, quae nihil iniustum, sed omnia continet iusta. Et quibus ista iusticia sit nuncianda, subdit. d. Populo qui nascetur, quem fecit dominus. Ecce populum Christianum dicit nasciturum de futuro, quem tamen à Deo factum dicit de praeterito. Ideo notandū qd duplex est factio, quae Deus populum Christianum facit. vna est naturalis, quae ipsum facit de nihilo producendo, sicut quā quis generatur, vel mundo nascitur. alia est qua nos facit spirituales per regenerationem ex aqua, & spiritu sancto, quae fit per baptismum, & istā primā p supponit, quia nullus potest regenerari: nisi primo fuerit generatus. Dicit ergo populo qui nascetur, s. per regenerationem spiritualem, quem fecit dominus, s. ante per generationem naturalem, quia qui primo nos fecit vt essemus, secundo nos fecit vt iusti essemus. Et nota qd iste ps. de Christi passione, à Christi passione incipit, sed in magna spe Christianorum terminatur, vt quisque sciat se ex passione Christi saluari.

PSAL. XXII.

Domine regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocauit.

Titulus istius ps. est: ps. d. David. De materia istius psalmi, notandum qd fundatur huius littere supra historiam quae habetur. i. Regum. 22. vbi habetur. qd cum Saul persequeretur Dauid, ipse Dauid fugit in speluncā Odollam. Quod dum audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum: omnes qui erāt in angustiis constituti & oppressi aere alieno. Et factus est eorum princeps. Fueruntque cum eo quadringenti viri, cum quibus omnibus fugit de regno Saulis ad regem Moab, qui. serat gentilis. & idololatra. Sed quia homines qui erant cum Dauid, erant fugitiui, & aere alieno oppressi. i. debitis obligati, ideo propter penuriam erant ad idololatriam dispositi, antequam reuerti uellent ad propria. Ne ergo Dauid & viri qui erant cum eo idololatrarent manentes cum rege Moab, qui erat idololatra, Gaad propheta de mandato domini dixit ipsi Dauid, qd ibi non remaneret, sed iret in terrā Iudae, unde sequitur, quod inde profectus est Dauid, & venit in terram Iudae in salum Areth. s. confidens de prouisione diuina. Et dicit rab. Sa. quod diuina uirtute factus est locus ille abundans fructibus, animalibus, & irriguis fontibus. Et tunc Dauid uidens se per Dei gratiam cū suis in loco ubi & pascuoso positum, Deo gratias agens, fecit istum psalmum dicens. Dominus regit me, &c. Dicit vt N. ¶ Quantum uero ad significatum historiae, dicit Magister in glo. quod hic Dauid spiritu prophetico tactus, uidit reditum populi de captiuitate Babylonica sub Zerobabel, & Iesu magno sacerdote, vt habetur Nec. 1. Qui reditus de captiuitate, figurabat reditum fidelis populi de captiuitate huius saeculi ad ecclesiam catholicam. De quo reditu scilicet Gentilium ad fidem hic intendit agere Psalm. unde in isto psalm. loquitur ecclesia de genibus congregata: ostendens gratias à Deo sibi factas. Et sic secundum numerum gratiarum, psalm. iste diuiditur. Et sic secundum quod iste psalm. nouem uersus continet

325 De cons. dist. 2. in calice.

1. Reg. 22.

1. Reg. 22.

Neem. 1.

iste psalmus nouem gratias enumerat. Prima est legis Euāgelicae salutaris praedicatione: ibi. Dominus regit me. Secunda est aquae baptismalis spiritualis reuolutio: ibi. Super aquam refectionis. Tertia est perfectioris uitae pfectorum erogatio: ibi. Deduxit me. Quarta est mundi aduersorum uigoralis superatio: ibi. Nam si ambulauero. Quinta est filiorum delinquentium paternalis castigatio: ibi. Virga tua. Sexta est Christi corporis internalis recreatio: ibi. Parasiti in conspectu meo. Septima est Christi sanguinis integralis inebriatio: ibi. Impingasti in oleo. Octaua est finalis perseverantiae perfecta confirmatio: ibi. Et misericordia tua subsequetur me. Nona est aeternalis felicitatis gloriosa inhabitatio: ibi. Et vt inhabitem in domo domini. Prima ergo gratia facta ecclesiae suae, est praedicatione legis Euāgelicae. Verbum nāque Dei est cibus nostrae mentis, & refectione. iuxta illud Matt. 4. Non in solo pane uiuit homo: sed in omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Quod exponēs Rabanus dicit. Duplicem nāque naturā habet homo. s. corporalem, & spirituale. Unde sicut corpus humanum sine terreno cibo non uiuit: ita & anima uiuere non potest sine uerbo Dei. Si quis ergo non uelcitur uerbo Dei, iste spiritualiter non uiuit. cibus ergo non est uerbum Dei. pastor noster est ipse Christus doctor, & magister. locus uero pascuae, & refectionis, est sacra scriptura. de quibus ait. Dominus regit me. i. Christus qui est pastor noster. Ioan. 10. Qui nos regit, dum uerbo sacrae scripturae nos reficit. Ex te enim exiit dux qui regat populum meum Israel. Et quā sufficiens ter uerbo suo nos regat: ostendit. d. Et nihil mihi deerit. quia in loco pascuae ibi me collocauit. Quid em̄ est locus spiritualis pascuae, nisi sacra scriptura, quae contra omnem penuriam animā pascit, & contra omnem spirituale infirmitatem adhibet medicinam? Unde in pascuis sacrae scripturae quanta sit efficacitas uerbi diuini vt nulli auditori aliquid deficiat, ostēdit Goufredus super illo uerbo. Beati qui audiunt uerbum Dei, &c. In pascuis sacrae scripturae uerbum Dei omnia factum est omnibus, vt nulli audienti uerbum Dei aliquid deficere possit. d. psal. Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuae. &c. Nam si mortuus es peccato: cum audieris uocē filii Dei uiues, Christo dicente, Qui audierint uerbum uel uocem filii Dei: uiuent. Si cor tuum induratum est: ipse emitter uerbum suum, & liquefaciet illud. Si tepidus es, & iam euomi formides, non discedas à pascuis scripturae & uerbum Dei inflammat te, quia ignitum eloquium eius uehementer. Si tenebris ignorantiae grauaris, diligēter audias quid loquatur in te dominus Deus tuus, & erit uerbum domini lucerna pedibus tuis, & lumē semitis tuis. Ac forte tanto amplius quanto clarius, etiam peccata minuta illuminatus agnosces. Si immundus es, uerbum Dei te purificabit. Audi Christū apostolis dicentē. Iam uos mundi estis propter uerbum meum. Si consistant aduersum te castra: & praelium tentationis insurgat: accipe gladium spiritus, quod est uerbum Dei, & in eo facile triumphabis. Et si vt est consueto certaminis, cōtingent te aliquo uel uulnerari, audi scripturam dicentem. Misit uerbum suum, & sanauit eos. Quod bene nouit Centurio. d. Christo, Dic uerbum tuū, & sanabitur puer meus. Et si titubas confidere in uerbo Dei clama. d. Mei autem penē moti sunt pedes, & in uerbo Dei confirmaberis, vt experimento discas: uerbo domini caeli firmati sunt, vt sic in pascuis scripturarum positus pastorem Christum agnoscas. d. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. Cuius

Matt. 4. uerbum Dei cibus.

Ioan. 10. Matt. 2.

scriptura sacra. pascua.

Goufredus. Luc. 11.

Ioan. 5.

psal. 118.

Ioan. 15.

psal. 119. Matt. 8. Lex noua psal. 72.

ratio est. quia in loco pascuae scripturarum me collocauit. Sic enim ait Christus. Per me si quis introierit saluabitur, & pascua inueniet. Haec est ergo prima gratia facta ecclesiae, s. uerbi Dei praedicatione, sine qua non credidissent gentes. d. apostolo. Quomodo credent ei, quem non audierunt: Dicat ergo ecclesia. in loco pascuae ibi me collocauit, quia locus pascuae scripturarum ablatus est à Iudaeis & datus gentibus quia intellectum scripturarum perdidit Iudaei sua malitia, & gentes conuersae, illum acceperunt. d. Christo Iudaeis. Auferetur à uobis regnū Dei. s. intellectus scripturarum, & dabitur genti, &c.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Hic ponitur secunda gratia ecclesiae facta, s. aquae baptismalis spiritualis regeneratio. Primo em̄ uerbum Dei praedicatum est gentibus. Secundo ex auditu uerbi Dei baptismum receperunt: dicēte Christo Matt. ult. Ite docete omnes gētes. sequitur baptizantes eos, &c. Vbi nota qd aqua baptismi dicitur aqua refectionis. Reficere enim idem est quod iterū facere. Deus enim primo creauit hominem rectum & sine peccato, & ipse seipsum factū destruxit peccando, Deus fecit hominem rectum, & ipse se multis immisit quāstionibus. Illud ergo per quod homo ad primum in quo factus fuerat reducit, uocatur hominis refectionem. Cum igitur per aquam baptismi homo ad primum innocentiae statum reducat, hinc est qd aqua baptismalis aqua refectionis dicitur. Et hoc est quod hic dicit ecclesia. Super aquam refectionis educauit me. i. per aquam baptismi eduxit me. s. de statu culpae ad statū gratiae. Educere nāq; cōponit ab e, & duco ducis, & sic educere, est extra ducere. Educauit ergo me super aquam refectionis. i. eduxit me de gentilitate ad fidē. Et hoc est qd subdit. Animam meam conuertit. s. ab idololatria ad uerū Dei cultū. Ista est aqua purgatiua, de qua Eze. 36. Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Sed circa istā aquam refectionis insurgit dubiū. s. quare per aquam uoluit Deus hominem lapsum reficere potius quā in alio elemento. Ad hoc respondet Magister. Adducens maxime duas rationes. Prima propter conformitatem, quia sicut aqua abluit sordes corporis. ita baptismus sordes mentis. Secunda propter communitatem. quia aqua communior est apud omnes ceteris liquoribus, vt ergo nullum à baptismo excusaret inopia, vt si fieret in uino, lacte uel oleo, ideo reficere hominem uoluit per aquam, quia communis est omni patrie & omnibus personis tam pauperibus quā diuitibus. Sed quia aqua multiplex reperitur. Ideo queritur qualis aqua ad baptismum apta sit materia. Ad hoc dicunt doctores qd aqua baptismi debet esse aqua simplex, non alterata à sua specie. Vbi notandum quod aqua alteratur aliquādo solum in accidentibus non in sua specie, vt cum de calida sit frigida: uel e contrario. uel de dulci amara, vt cum aqua fluuij intrat mare: uel e contrario de amara dulcis, & talis alteratio non impedit aquam esse debitam materiam baptismi. Alia est alteratio quae fit circa substantiam, quod fit quandoque per putrefactionem, uel digestionem, vt cum aqua putrefacta in terra per digestionem in uite efficitur uinum. quandoque per alterius liquoris admixtionē, vt cum modica aquae multum uinum miscetur. Et quia tales mutationes variant aquae speciem, ideo non remanet aqua debita baptismi materia. Ad hoc

1o. 10.

Rom. 4.

Matt. 21.

Aqua baptismi.

Refectio.

Eze. 7.

Eze. 36. Aqua uis.

Quaestio. Magister lib. 4. dist. 3.

Quaestio.

hoc

hoc autem clarius videndum quæ sit debita aqua A refectionis, sciendum quod multipliciter variatur aqua s. per alterationem, per generationem, per corruptionem, per mixtionem, per digestionem, per resolutionem. Alteratio solum variat aquam in accidentibus, ut cum sit de frigida calida, &c. & talis mutatio non variat speciem aquæ. Generatio autem, ut cum ex aere generatur aqua: vel ex aqua generatur aer. sic quod semper generatio unius est corruptio alterius, & tunc potest baptizari in aqua genita. Si autem ex aqua generetur aer: in aere ex aqua genito baptizari non potest. Mixtio autem ut cum ex duobus unum tertium generatur: ut ex aqua & farina generatur panis, & non remanet aqua nec farina. ideo in tali mixtione, baptizari non potest. Digestio autem ut cum aqua per digestionem in vinum convertitur, ibi variatur species: non ibi non est debita aqua baptismi. Resolutio autem ut cum aqua resoluitur in terram, vel sanguis in aquam, & alij liquores effusi resoluntur in aquam. tunc si terminus in quem sit aqua, in ipso baptizari potest. Si autem aqua sit terminus a quo, in termino resolutionis baptizari non potest. quia species aquæ variatur. Ex prædictis apparet aliquorum dubiorum solutio. Primum est utrum in tinctoria vel in claustris possit baptizari, & videtur per prædicta quod sic: quia ibi non est variatio nisi secundum qualitates, quia aqua alba facta est nigra: talis autem variatio non mutat speciem aquæ. Ille casus realiter accidit Parisiis dum ibi legerem, &c. Rursum quod non. quia in tinctoria est variatio mixtionis, quia ad tinctoriam faciendam multa miscentur cum aqua, ex quibus resultat tertium per compositionem. Secundum utrum in sputo. Respondeo quod non. quia ibi est mutatio per digestionem quæ variat speciem. Similiter de aqua roseacea, vel vitis. Tertium utrum in lexiuio. Dicunt quidam quod non: quia ibi est digestio aquæ per cineres, sicut digeritur aqua per vitem virtute solis, & in vinum convertitur. Sanctus doctor dicit quod sic. quia sicut aqua transiens per venas sulphureas non variat speciem: quin sit debita baptismi materia, sic nec transiens per cineres. Ego autem considerans de hoc inter doctores controuersiam: dico quod tutius est in lexiuio non baptizare. Et si quis sic baptizatus fuerit: sub conditione rebaptizari debet: secundum regulam iuris li. 6. In dubiis certior via tenenda est. Ex prædictis omnibus apparet quæ sit debita aqua refectionis, s. baptismi. quia s. aqua simplex in specie sua non variata. Hæc est ergo aqua refectionis: quia lapsos nos reficit, est aqua educationis: quia nos de morte educit ad vitam. est aqua conuersionis, quia de gentilitate baptizatos conuertit ad fidem. de qua saluator ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, &c.

Questio.

Nota bene.

Questio.

Questio.

Regula iuris.

10. 3.

327. 2. q. 7. res. 1.

Semita.

Charitas.

per has semitas iustitiæ deduxit Deus ecclesiam, re- Greg. 27. mor. c. 24  
liquos in via mundi lata vagari permittens. Vnde  
pla via, sed semita stricta, in qua quisque studiosè  
astringitur, quia sub præceptorum custodia sollici-  
te coangustatur. An non quasi quædam angustia est  
itineris in hoc quidem mundo viuere, sed de huius  
mundi concupiscentia nihil habere, aliena non ap-  
petere, propria non tenere, laudes mundi despiciere,  
& pro Deo opprobria amare, gloriam fugere, despe-  
ctum sequi: adulantes dispiciere, despicientes hono-  
rare, mala nocentium ex corde dimittere, & erga eos  
dilectionis gratiam immobilem in corde retinere?  
Quæ videlicet omnia semitæ sunt, sed magnæ, quia  
quanto in præsentia vita pro ipsa viuendi custodia an-  
gustæ sunt, tanto amplius in æterna retributione di-  
latantur. Et hæc omnia fideles libenter sustinent, pro-  
pter honorem nominis Dei. Sic enim de apostolis  
dicitur, quod ibant gaudentes, &c. quoniam digni  
habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quod  
bene hic notans psal. dicit. *Deduxit me super semitas ius-  
titie propter nomen suum.* Per has ergo semitas iustitiæ  
ecclesiam suam Christus deducit sibi. d. *Viam sapien-  
tiæ, monstrabo tibi, ducam te per semitas equitatis.*  
Quod ideo dicit, quia maior sapientia est per semi-  
tam arctam ad æternam dirigendam, quam per la-  
tam viam ad mortem. Vnde prou. 12. *In semita ius-  
titie vita.*

**Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quonia tu mecum es.**

Hæc est quarta gratia ecclesiæ facta per Christum, s. constanter superare omnes mundi aduersitates. Vbi notandum quod per vmbram simpliciter præ-  
sens vita designatur, sed per vmbram mortis vitæ  
præsentis miseria, & maior patet. quia si-  
cut umbra habet apparentiam, & non existentiam,  
& sic præsens vita licet aliquid apparet: modicum  
tamen habet existentiam. Et sicut etiam videmus quod  
vmbræ secum non compatitur solem, sed sol semper  
proiecit vmbram ex altera parte corporis, sic est  
de temporali vita præsentia, & de vero sole iustitiæ  
Christo. Quoniam qui habet ante oculos suas mē-  
tis Christum solē, vmbram vitæ præsentis retro se  
habet, & e contrario, quod quod dorsum vertit ad Christum,  
vmbram præsentis vitæ ante oculos suos habet pro amore.  
Et ideo sicut decipitur quod veram rem pro vmbrâ dimit-  
tit, sic quod veram vitam pro præsentia negligit. Vnde de dilecto-  
re præsentis vitæ dicitur. Quod apprehendit vmbram,  
& persequitur ventum. Et sicut quanto amplius sol  
declinat, umbra longior, & maior causatur, sic quā-  
to magis per peccatum sol Christus nobis occidit:  
tanto vita præsens nobis maior apparet, & econtra-  
rio: quanto sol eleuatur, tanto umbra breuior cau-  
satur. sic quanto in nobis per amorē eleuatur Chri-  
stus, tanto ista vita minor, & quasi nihilum repura-  
tur. Quod bene considerans Hieremias, d. in perso-  
na peccatorum. Ve nobis quia declinauit dies, quia  
longiores factæ sunt vmbræ. Si ergo umbra signifi-  
cat vitam præsentem, consequens est ut umbra mor-  
tis significet miseria, pœnas ac etiam mortem vitæ  
præsentis. vnde de pœnis, & miseriis istius vitæ sub  
nomine vmbræ mortis, dicitur. Humiliauit nos in lo-  
co afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Vnde  
Gregori⁹ super illo verbo Lucæ. 1. Illuminare his  
qui in tenebris, & umbra mortis sedent. dicit per  
vmbram

Act. 5.

prou. 4.

prou. 12.

328. 5. q. 5. non omni.

Umbra mortis.

Sol.

Vita præsens.

Ecl. 34.

Hiere. 6.

psal. 43.

Luc. 1.

vmbram enim mortis mors carnis accipitur, quia A  
sicut vera mors est qua anima separatur a Deo, ita  
vmbræ mortis est qua caro separatur ab anima. Ad  
propositum ergo Ecclesiæ cognoscens se per Chri-  
stum fortificatam ad omnia mala vitæ præsentis  
pro fide constanter toleranda, dicit. *Nam & si ambu-  
lauero in medio vmbræ mortis.* id est, inter omnia mala  
præsentis vitæ: etiam & vsque ad mortem. *non timebo mala.*  
scilicet pati: quoniam tu mecum es in corde sci-  
licet per fidem, ut scilicet post vmbram mortis ego  
tecum sum per speciem. Vel dicat *quoniam tu mecum es.*  
scilicet per doctrinam ad hoc me confortans, vnde  
de ipse Christus suis d. *Nolite timere eos qui occi-  
dunt corpus.* Quod exponens Chrysostomus dicit.  
Nolite timere &c. quoniam corpus & si ab impiis  
occisum non fuerit propter Deum, a seipso post  
modicum morietur propter naturam. Ergo occisi  
secundum corpus ab impiis, nihil perditis nisi  
modicum dilationem, ut corpus quod post modicum  
fuerat moriturum, ante modicum moriatur. Si ergo  
& gratis post modicum morituri sumus, nulla  
Dei causa proposita, quare non ante modicum in  
causa Dei cum gloria morimur, ut fiat voluntariū  
quod futurum est necessarium, ut offeramus pro  
munere, quod reddituri sumus pro debito?

Matt. 10. Chrysostomus super Mat. thess. Mors corporalis.

329

Correptio prosperitas aduersitas virga.

Pr. 13. Greg. 21. mor. c. 4.

Bonus. Malus. Præsens. aduersitas.

**Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.**

Hæc est quinta gratia ecclesiæ facta, s. delin-  
quentium paternalis correctio. Deliquentes enim  
filios Deus hic paternaliter corrigit, ne in futurum  
puniat. Sed reprobos hic temporaliter reficit, ut in  
æternum puniat. Quia sicut apud Deum nullū bonum  
irremuneratum manet, sic & nullum malum  
manet impunitum. Et sicut flagellatio Dei qua nos  
hic corrigit consolationem nobis debet inferre: quia  
nobis signum est dilectionis Dei, sic & successus  
prosperitatis mœstus, quia signum est reprobatio-  
nis. Et hoc est quod dicitur prou. 13. *Qui percutit vir-  
gam, odit filium suum.* Quod bene notans Grego. d.  
Nunc etenim flagellatur iustus, & verbere discipli-  
nae corrigitur, quia ad æternam hereditatis patrimo-  
nium ordinatur. In suis autem voluptatibus relaxa-  
tur iniustus, quia isto ei tempore temporalia bona sup-  
petunt, cui denegantur æterna. Iniustus ad debitam  
mortem currens, effrenatis voluptatibus vitur,  
quia & vituli qui mactandi sunt in liberis partibus  
relinquuntur. At contra iustus ad delectationis tran-  
sitorie iucunditate restringitur: quia nimirum ad la-  
boris usum ut vitulus vitæ deputatus sub iugo reti-  
netur. Negantur electis in hac vita bona terrena,  
quia & agris quibus viuendi spes est, nequaquam  
a medico cuncta quæ appetunt conceduntur. Dan-  
tur autem reprobis bona, quæ in hac vita appetunt  
quia & desperatis agris omne quod desiderant non  
negatur. Perpendant ergo iusti, quæ sint mala, quæ  
iniquis permanent, & nequaquam eorum felicitati  
inuideant. Quid est quod de ipsorum gaudio admiren-  
tur, quando & ipsi iusti per iter asperum ad salutis  
patriam redeunt, Et iniusti quasi per amœna prata  
ad fontem tendunt? Ex quibus omnibus patet:  
quod prospera malis causa debent esse mœstia: &  
aduersa bonis consolationis & letitiæ. Quæ omnia  
attendens Ecclesia letatur cum virga à Deo  
corrigitur, d. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata  
sunt.* Vbi per virgam intelligit correctionem leuem  
& afflictionem, ut puta quæ fit in rebus temporalibus,  
per baculum autem grauiorem & durio-  
rem,

vt puta quæ fit in corpore. Sic enim percussit Deus  
corpus ut animam sanet. Et hoc est quod dicitur Psa. 138.  
8. *Si dereliquerint legem meam & in iudiciis meis  
non ambulauerint, visitabo in virga iniquitates eor-  
um: & in verberibus peccata eorum, misericordiam  
autem meam non dispergam ab eo.*

**Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos, qui tribulant me.**

Hic ponitur sexta gratia ecclesiæ facta, s. corpo-  
ris Christi consecratio, vbi per mensam accipit cō-  
munionem corporis Christi. Postquam enim Chri-  
stus consecrauit corpus suum in cœna, cōmunicauitque  
discipulos de isto Sacramento sub mensa  
nomine dixit eis. *Ego dispono vobis regnum, ut edatis  
& bibatis super mensam meam in regno meo, id  
est, in Ecclesia militante, tunc enim instituit istius  
Sacramenti usum. De hac mensa corporis Christi  
dicitur: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit co-  
lumnas septem, immolauit victimas suas & propo-  
suit mensam. Tunc enim sapientia ædificauit sibi  
domum, quando verbū Dei quod est sapientia Patris,  
Ecclesiam suam congregauit ex Gentibus; excidit co-  
lumnas septem, quoniam ipsam septem donis Spiritus sancti  
roboraui, immolauit victimas quoniam seipsum pro no-  
bis in cruce moriens obtulit Patri, proposuit men-  
sam, quoniam in mensa altaris corpus suū consecrandum  
nobis reliquit, ut merito sibi ex hoc gratias Eccle-  
sia dicat. *Parasti in conspectu meo mensam.* Et de hac me-  
sa ad literam dicit Apostolus. Non potestis calicem  
Domini bibere & calicem demoniorum, non potestis  
mensam Domini participare esse, & mensam demoniorum.  
Sed ad quid valeat talis mensa corporis Christi, sub-  
dit, d. *Aduersus omnes qui tribulant me.* s. aduersus dae-  
mones, vnde sicut indignè sumētibz corpus Chri-  
sti magis nocere potest diabolus, in cuius figurâ de  
Iuda dicitur, quod post cōmunionem introiit in eum  
Sathanas. s. ad ipsum magis possidendum. Sic si di-  
gnè sumatur, fugat demones & nos aduersus eos  
facit fortiores. Vnde Petrus Dam. super illo verbo  
Christi. *Qui manducat carnem meam, &c.* quod corpus  
Christi etiā ore carnis suscipere perutile est. Terretur.  
n. aduersarius noster diabolus cum Christiani labia  
Christi videri cruore rubentia. Agnoscit. n. profecto  
suæ perditionis iudiciū, & diuinæ victoriæ  
quæ captiuatus est & obtutus non tolerat instrumē-  
tum. Ad hoc tū plenius intelligendū notandum quod  
ad hanc mensam Christi corporis diuersimodè ac-  
cedit diuersi & sumunt Sacramentū. s. quidā sacra-  
mentaliter: sed non spiritualiter, & istis nocet, qui-  
dam autē sacramentaliter & spiritualiter & istis vitā  
tribuit, & proficit aduersus omnes tribulantes.*

**Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrias quā præclarus est.**

Hic est septima pars in qua ponitur septima gra-  
tia facta ecclesiæ, s. sanguinis Christi salutaris inebriatio.  
Hic glo. mouet dubium, d. Quare Psa. calicem sanguinis  
Christi ecclesiæ concessum, aliam gratiam à mensa Christi.  
i. à carne corporis Christi ponit distinctam: cum tamen  
nec caro sine sanguine, nec sanguis sine carne possit esse  
vel sumi, nec ibi sunt duo sacramenta caro & sanguis.  
s. vnum Sacramentum? Respondet, quia nec caro est san-  
guis: nec sanguis caro, tamen nec panis in carnem con-  
uertitur, & vinum in sanguinem, & non e contrario  
quia non panis in sanguinem, nec vinum in carnem, &  
vtrumque sub diuersis speciebus sumitur, ideo me  
Incog. tom. 1. I Ad

330. de con. di. 2. Christi.

Mensa. Eucharistia.

Luc. 22.

Prou. 9.

1. Cor. 10.

Demon.

Ioan. 6.

Eucharistia sumpta.

331

Questio. Calix. Sanguis Christi.



sam & sanguinem distinguit velut diuersas gratias. A  
 Ad ista autem intelligendum, est sciendum q̄ in cō  
 seccratione corporis vel sanguinis aliquid ibi effici-  
 tur virtute bonorum principaliter: aliquid autem  
 ratione concomitantur &c. Hoc ergo prēmisse  
 sciendum, q̄ per caput anima nostra significatur.  
 quia sicut in corpore caput est principalior pars, sic  
 in toto homine anima. Sic. n. caput pro anima acci-  
 pit scriptura d. Qui abscondit frumenta, maledice-  
 tur in populis. Benedictio autem Domini super caput  
 vendentium. i. super animam. Per oleū autem  
 quod supernatur omnibus liquoribus gratia Spiritu-  
 sancti accipitur qua mēs fidelium inungitur. Et  
 quia ipsa gratia Christus prae omnibus fuit vnctus.  
 ideo de ipso dicitur. Vnxit te Deus tuus oleo  
 laetitiae prae consorribus tuis. Quia ergo calix san-  
 guinis Christi dignē sumentes omnibus virtuti-  
 bus inebriat & impinguat: ideo hanc virtutem Ec-  
 clesia sibi datam ostendit d. *Inpinguisti in oleo caput  
 meū.* animam meam omni gratia dilatasti. Et quae  
 est ratio? quia calix meus inebrians est. quia sicut mens  
 ebrii absorbetur a vino, sic & mens deuota absor-  
 betur à gratia per Christi sanguinem data. Tamen  
 est differentia, quia ebrietas corporalis obscurat in-  
 tellectum, ebrietas autem gratiae magis illuminat,  
 quod notans dicit. *Quoniam praeclarus est.* i. multam  
 clarus. Vnde istum textum exponit Ambrosius li.  
 de Sacramentis, & habetur de conse. di. 2. in calice  
 d. *Calix meus inebrians quam praeclarus est.* Quotiescun-  
 que calicem Domini bibis, remissionem peccatorū  
 accipis, & inebriaris spiritu, non carne. Vnde Apo-  
 stolus ait. Nolite inebriari vino, in quo est luxuria,  
 sed implemini Spiritu sancto. Hae est praeclara  
 ebrietas quae sobrietatem spiritus operatur.

332 Et misericordia tua subsequetur me  
 omnibus diebus vitae meae.

Hae est octaua gratia Ecclesiae data. s. finalis per  
 fenerantia. Ecclesia enim Dei licet multas pres-  
 furas patiat, nunquam tamen à fide deficiet,  
 quia fides eius quae gratia praeueniens operatur,  
 gratia subsequens cōfirmat. Et hoc est qd̄ orat Ecce-  
 sia d. Misericordia tua nos praeueniat & sequatur.  
 praeuenit enim inspirando, subsequitur adiunādo.

333 Et vt inhabitem in domo Domini, D  
 in longitudine dierum.

Hae est nona gratia ad quam. s. omnes prae-  
 terite terminantur, vt. s. Ecclesia in caelesti domo faeli-  
 citer habitet in aeternum. Vbi nota q̄ domus Dei  
 est multiplex. s. exterior, interior, inferior, & supe-  
 rior. Domus inferior est mundana machina, quae  
 est domus omniū creaturarū: & quasi consistoriū  
 in quo omnia disponuntur sapienter. Baruch. 3. O  
 Israël quam magna est Domus Dei, &c. Domus  
 exterior est Ecclesia, quae est quasi otatoriū, in quo  
 Deus colitur reuerenter. Domus mea domus ora-  
 tionis vocabitur. Domus interior est conscientia,  
 quae est quasi dormitorium, in quo iusti requiescāt  
 suauiter. Intrans in domum meam requiescam. Do-  
 mus superior est aeterna gloria, quae est quasi refe-  
 ctorium, in quo boni reficiantur faeliciter. Reple-  
 bitur in bonis domus tua. Et de ista domo gloriae  
 hic loquitur Psal. d. in persona Ecclesiae, q̄ omnes  
 praedicans gratias, ideo Deus Ecclesiae suae fecit, vt  
 inhabitem in domo Domini, scilicet in gloria. omnibus  
 diebus vitae meae.

334

Omini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.

Huius Psal. titulus est. *Psalmus David in prima sabbathi.* Vbi notandum est quod Hebraei propter dignitatem sabbathi, omnes alios dies septimanae sabbathum appellant: sed differenter. Quonia dies sabbathi simpliciter appellantur sabbathum. Prima autem dies sequens sabbathum vocatur prima sabbathi. s. dies dominicus. Secunda dies post sabbathum, dicitur secunda sabbathi. s. dies lunae, & sic dicit de aliis sequentibus. Sic enim & Gentiles dies appellant à nominibus planetarum dicentes, dies Lunae ab ipsa Luna, dies Martis ab ipso Marte, & sic de aliis, quem modum etiam nos tenemus ex Gentibus ad fidem conuersis. Prima ergo Sabbathi est dies dominicus, in quo mundus primo conditus fuit, quando scilicet in principio fecit Deus caelum & terram & diuisit lucem à tenebris &c. Factumque est vespere & mane dies vnus, scilicet dies dominicus. Insuper & in eodem die Christus depositis mortalitatis tenebris clarificatus resurrexit. Et homo deposita peccatorum caligine restitutus est luci graue per Christi resurrectionem. De hac ergo clarificatione Christi & hominis reparatione in prima sabbathi facta agit iste Psal. factus est à Dauid in prima sabbathi, id est, pro Christi resurrectione spirituali, quae perpetrata fuit in prima sabbathi, id est, in die resurrectionis. Et quamuis ista sit intentio Psalmistae, vt ostendatur, tamen hanc intentionem suam fundat supra quamdam historiam quae habetur. 3. regum. 8. scilicet, quod cum per Salomonem perfectum esset templum cum omnibus suis ornamentis, conuenit ad regem Salomonē vniuersus Israel. Et portauerunt sacerdotes arcam federis in templum, & posuerunt eam in sancta sanctorum. Verum, vt dicunt doctores Iudaeorum & maxime Ra. Salomon, Quando sacerdotes praecedente rege, & omnibus senioribus populi, voluerunt arcam Domini inferre infra templum, statim portae templi se clauserunt. Et tunc sacerdotes orantes inceperunt canere psal. s. Memento Domine David, quem psal. prius David fecerat spiritu prophético, hoc praeuidens, scilicet qualiter portae templi se clauderent & quomodo aperirentur, cantantes ergo illum psal. ante portas clausas, quando fuerunt in illo versiculo. Propter David seruum tuū non auertas faciem Christi tui, id est, Salomonis regis inuncti, statim portae seipsas aperuerunt. Consumuliter & David eadem causa fecit istū psal. praeuidens praedicta. Et istum etiam psal. sacerdotes canebant. Sic quod vna pars canebat psal. praedictum Memento, & alia pars canebat istum psal. Domini est terra. Et sic accidit, quod quando canētes Memento Domine David peruenerunt ad illū versum, Propter David seruum tuum, &c. tunc insimul alia pars cantas psal. Domini est terra, peruenit ad illum versum. Attolite portas &c. Et tunc ad cantum illorum duorum versiculorum portae templi aperta fuerunt. Sic igitur istos duos Psal. fecit David praeuidens clausuram portarum templi, vt istorum virtute aperirentur. Nec obstat quod isti duo

psal. simul facti à Dauid sint tantum in psalterio distant. Quia sicut dicit Hieronymus in prologo huius libri psal. fuerunt in hoc libro positi, non secundum ordinem quo fuerunt facti, sed secundum ordinem quo fuerunt reperi. Contingit autem in aliquibus quia illi psal. qui primo fuerunt facti, fuerunt de vltimis reperi, sicut patet de psal. 14. 3. f. Benedictus Dominus Deus meus, quem secundum Hieronymum fecit Dauid pro victoria habita contra Goliath Philistaeum, & sic fuit primus factus à Dauid: & tamen ponitur quasi in vltimo. Econtra de psal. 2. s. Domine quid multiplicati sunt, quem fecit fugiendo à facie Absalon filij sui, & sic factus fuit quasi circa finem ipsius Dauid: & tamen ponitur quasi in principio. Sic in proposito licet isti duo psal. insimul vel quasi fuerunt facti, tamen distanter sunt multum situati, quia distanter fuerunt reperi. Ex praedictis ergo apparet materia psal. & intentio illius. Vnde primo tractabo litteram psal. & consequenter intentionē litterae. Littera. n. psal. est de introductione arcae in templū Salomonis. Et psal. diuiditur in partes duas &c. vt N. ¶ Quantū vero ad intellectū Psalmistae. Est. n. intentio Psalmistae hic agere de Christi clarificatione. s. per quā fundata est catholica Ecclesia. Et sic psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primo catholice Ecclesiae cōmendat dignitatem. Secūdo membrorū Ecclesiae demonstrat qualitatem: ibi. *Quis ascendet.* Tertio infideles ad Ecclesiae prouocat vnitatem, ibi. *Attolite portas.* Prima diuiditur in duas, quia primo ostendit Ecclesiae dignitatem. Secundo eius potestatem, ibi. *Quia ipse super maria.* Quantum ad primum ostendit Ecclesiae dignitatem: & hoc ratione Domini per quem gubernetur & regitur. Regnum enim à rege nobili nobilitatem recipit, sicut ab ignobili dissipatur. Sic enim dicitur Eccl. 10. Vae terra cuius rex puer est, cuius principes mane comedunt. Beata autem terra cuius nobilis est. Si igitur ex nobilitate regentis terra nobilis dicitur, quanta erit Ecclesiae dignitas quae per ipsum Deum immediatē regitur, possidetur & gubernatur? Et hoc est quod dicit. *Domini est terra.* Per terram hic intelligit Ecclesiam. Tum propter stabilitatem durationis. Eccl. 1. Generatio praeterit & generatio aduenit, terra autem in aeternum stat. Quod ideo dicit, quia licet generationes variae sibi succedant in Ecclesia, ipsa tamen nunquam deficiet. Tum propter humilitatem subiectionis, quia sicut terra aliis elementis subiicitur, sic Ecclesia multis aduersitatibus subiicitur praeuitur, caelum sursum & terra deorsum: qd̄ ideo dicit, quia terra Ecclesiae subiicitur superioribus virtutibus & caelestibus quibus defenatur. Tum propter fertilitatem fructificationis, quia solum infra terram Ecclesiae quis fructum boni operis & meriti producere potest, quia ipsa sola Dei gratiam & benignitatem recipit. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Et hac ratione Greg. dicit terram significare Ecclesiam, exponens illud Iob. Greg. li. 26. Appendit terram super nihilum d. Quid enim terra nomine nisi sancta Ecclesia designatur? Quae dum verba praedicationis suscipit fructum boni operis reddit. De qua per Moysen dicitur. Audiat terra verba ex ore meo: expectetur sicut pluuia eloquium meum. Et quid per nihilum nisi Gentiles populi designantur? de quibus per Prophetā dicitur. Omnes gentes velut nihilum, & inane reputatae sunt. In eo ergo nihilo terra suspenditur, quia corda Gentilium ad fidem deducta repleta sunt

charitate Dei, quae prius repleta fuerant corpore diaboli. Ecclesia ergo est illa terra bona in qua semē cecidit, & attulit fructum trigefimum sexagesimum & centesimum, de qua nunc dicit psal. *Domini est terra.* sequitur, & plenitudo eius. Plenitudo Ecclesiae dicitur gratia Dei sine qua anima dicitur inanis & vacua, quam plenitudinem primo habuit caput Ecclesiae Christus, de cuius plenitudine omnia Ecclesiae membra participant. Vidimus eum plenum gratiae, de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam, &c. Dicit ergo quod *Domini est terra & plenitudo eius.* gratia vt nullus sibi aliquam gratiam attribuat, sed omnē à Deo recognoscat. sequitur, *Orbis terrarum.* hoc dicit ad denotandum Ecclesiae latitudinē. Quia non solum congregata est de vna mundi gente: sicut antea solum erat in Iudaea, scilicet de toto orbe est congregata virtute Christi passionis, ipso dicente. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum, id est, de omni generatione mundi, quia sic per fidem totum orbem terrarum, id est de omni parte orbis populos Deus Christo subiecit, vt ostendit Apostolus d. Non enim Angelis subiecit Deus orbem terrarum, sed Christo. *Orbis ergo terrarum & vniuersi qui habitant in eo.* i. de omnibus generationibus orbis terrarum sunt Domini, quia de Ecclesia sua quos per suam gratiam gubernat & regit.

Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina praeparauit eum.

Vbi notat Ecclesiae potestatem quae superat omnia aduersa & mundi potestates. Vbi nota quod per mare intelliguntur mundi aduersa: Per flumina vero mundi potentes. *Super maria* ergo Christus fundauit orbem. i. Ecclesiam suam, quia per persecutiones infidelium Ecclesia fundata creuit, vt per Christi passionem & Apostolorum. Et quanto maior erat persecutio: tanto amplius crescebat Ecclesia. Vnde Greg. dicit. Quid enim maris nomine nisi in bonorum necem seruens mundi huius amaritudo signatur? Per flumina vero huius mundi potentes accipe, vt ait glo. quia sicut flumina in mare resluunt, ita potentes & cupidi labuntur in saeculū quos tamen sua potestate superat Ecclesia, quae Dei gratia victis saecularibus potestatibus ad recipiendam mortem pro Christo paratur. Sic ergo orbem terra. i. Ecclesiam suam Deus supra mare fundauit, quia per persecutiones & aduersa ipsam dilatauit. *Et praeparauit super flumina.* quia ipsam potentior potestatibus saeculi demonstrauit. Vñ Greg. ait. Per psal. namque dicitur. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus, quia contra Ecclesiam vel electorum vitam ad persecutionis vndas mundus mirabiliter se extulit, sed has Dominus virtute praedicatorum mirabiliter strauit. Ministros enim suos, id est, Ecclesiae plus ostendit posse per praedicationes & miracula, quam potestates terrena possent per iram.

Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?

Hic consequenter ostendit membrorum Ecclesiae qualitatem, scilicet quales sunt illi qui verē in bra sunt Ecclesiae. Et primo de hoc facit interrogationem. Secundo super hoc dat responsonem, ibi. *Innocens manibus &c.* Primo ergo per modum quaestionis

Euehari-  
Fia conse-  
cratio.  
Caput.  
Anima.  
prou. 11.  
Oleum.  
Gloria.  
Psal. 44.  
Ambr. li.  
de Sacra-  
mentis. de  
consecra-  
tione. dist.  
2.  
Epist. 5.  
Gratia.  
Perseue-  
rantia.  
Domus  
Dei  
Baru. 3.  
Matt. 21.  
84. 8.  
Psal. 64.



334  
Sabbathi dies.  
resurre-  
ctio Chri-  
sti.  
3. Reg. 8.  
Templum  
Porta.  
Arca Lo-  
mini.  
Psal. 131.  
Eccle. 10  
Terra.  
Eccle. 1.  
Prou. 25  
Psal. 84  
Greg. li.  
17. mor.  
c. 11.  
Iud. 26.  
Deut. 36.  
Esai. 40.

A  
A  
B  
C  
D  
E  
Hierony-  
mus.  
Psal. 143  
Psal. 1.  
Iob. 1.  
Iob. 1. 2.  
Iob. 1. 2.  
Heb. 2.  
Ecclesia  
Mar.  
Aduersi-  
tas.  
Flumen.  
Grego. 9.  
mor. c. 5.  
Psal. 92.  
Grego. 9.  
mor. c. 5.  
Psal. 92.  
De pan-  
diti. 1. con-  
nis.  
Innocens manibus &c.  
Incog. tom. 1. 1 2 fionis

stionis interrogat, d. *Quis ascendet in montem Domini.* A  
 &c. Vbi per montem Domini, intellige Christum.  
 De quo dicitur Esa. 2. Venite ascendamus ad mon-  
 tem Domini, & docebit nos vias suas, &c. quod ad  
 litteram de Christo intelligitur, qui docuit nos le-  
 gem Euāgelicam in mōte. Locus verē sanctus Do-  
 mini dicitur Ecclesia, quā est domus Domini. Mat.  
 21. Domus orationis vocabitur. Vnde sicut templū  
 fundatum erat in monte Sion, sic Ecclesia Christi  
 fundata est supra ipsum Christum, dicente Apōsto  
 1. Cor. 3. lo. 1. Cor. 3. Fundamentum aliud nemo ponere po-  
 test, præter illud quod positum est, qui est Christus  
 Iesus. Mons ergo Christus est super quem locus  
 Domini. i. Ecclesia fundatur. Et hoc quærit psal. d.  
*Quis ascendet in montē Domini.* i. quis digne membrū  
 montis. i. Christi fieri potest, vt sit verē de corpore  
 Domini? Aut quis digne stabit in loco sancto eius,  
 quod idem est, i. quis digne erit computari de cor-  
 pore Ecclesiæ? Sed forte dices. Cūm per montem  
 Christus intelligatur, qui est fundamentum Eccle-  
 siæ, fundamentum autē semper in imo positum est,  
 vnde ad ipsum tota structura descendit, & non as-  
 cendit, quomodo ergo hic quærit psal. d. *Quis ascen-*  
*det in montem.* scilicet in fundamenta, cūm congruē-  
 tius dicere videretur, d. quis descendet? Ad hoc re-  
 sponder Magister in glo. 1. Cor. 3. d. Sciendum quo-  
 que est quod sicut fundamentum corporalis fabri-  
 cæ est in imo, ita spiritualis est in summo. Ideoque  
 sicut pondus parietum tendit ad ima, ita & spiritua-  
 lis ædificatio tendit ad summa, vbi suum est funda-  
 mentum. Nam ponderum duo sunt genera, quorū  
 alia petunt ima vt lapis super aquam positus, alia  
 petunt summa vt ignis & oleum. Semper enim i-  
 gnis superiora petit, & etiam oleum super aquam  
 fustum non se patitur supponi. Sic Ecclesia in imo  
 posita tendit sursum ad cælum vbi est fundamen-  
 tum eius quod est Christus sedens ad dexteram Pa-  
 tris. Quod notans hic psal. dicit. *Quis ascendet in*  
*montem Domini, &c.*

337 Innocens manibus & mundo cor-  
 de, qui non accepit in vano animam  
 suā: nec iuravit in dolo proximo suo.  
 Hic quæstioni dat responsionem. Et tria facit,  
 quia ad hoc quod quis sit in numero Ecclesiæ, vel  
 ascendat in montem Domini, aliquibus debet ca-  
 rere, & aliqua debet habere. Et circa hoc tria facit.  
 Quia primo ostendit vitia quibus debet carere. Se-  
 cundo gratiam quam debet habere, ibi. *Hic accipiet.*  
 Tertio modum quem debet tenere, ibi. *Hæc est gene-*  
*ratio.* Quantum ad primum numerat vitia quibus  
 quis debet carere, q. a. f. debet carere peccato operis  
 quod notās d. *Innocens manibus.* i. purus in operibus  
 quia per manus opera intelliguntur. Debet carere  
 peccato cordis, qd notās dicit. *Et mundo corde.* i. mū-  
 dus in cogitationibus. Et si quæras quomodo possu-  
 mus seruare cordis mundiciam, declarat, d. quod  
 ille seruat cordis mundiciam: *Qui non accepit in vano*  
*animam suam.* i. qui rebus vanis transitoriis & non  
 permanentibus non deputauit animam suam. ille  
 qui amorem animæ in temporalibus nō ponit, sed  
 sciens animam esse immortalem, solum æterna de-  
 siderat & non vana. Debet tertio carere peccato  
 oris, quod notans dicit. *Nec iuravit in dolo proximo*  
*suo.* In dolo enim secundum gl. iuratur, qui aliter quā  
 facturus est promittit: cum periurium sit nequiter  
 decipere credentem, vel ille qui verbis suis vnum

tempora-  
lis.

Vanum.

Dolus.

præterdit proximo & aliud gerit in corde, vt si quis  
 à te mutuo petat pecuniam quam tu habes, & tu  
 sibi dicas non habeo, & in corde subintelligas quā  
 tibi velim prestare, quia semper iuramentum Deus  
 ira accipit, sicut ille cui iuratur intelligit: & non si-  
 cut illum tu vis intelligere. Sed quia omnia ista sen-  
 tentialiter declarata fuerunt superius, ibi. *Qui in-*  
*greditur sine macula &c.* ideo pertransio.

Hic accipiet benedictionem à Do-  
 mino, & misericordiam à Deo saluta-  
 ri suo.

Sed quia non sufficit abstinere à malo nisi etiā  
 bonum fiat, ideo etiam ad hoc quod quis sit de Ec-  
 lesia Christi, requiritur gratia gratum faciens, quæ  
 per benedictionem significatur & misericordiam,  
 iuxta illud Psal. 66. Deus miseretur nostri & bene-  
 dicat nobis. Vbi secundum glo. Deus nostri misere-  
 tur, peccata dimittēdo, & nobis benedicit gratiam  
 infundendo. De quolibet ergo vt sit de numero Ec-  
 lesiæ dicitur: quod non solum mundus à peccato  
 debet esse, sed etiam Dei gratia decoratus. Quod  
 hic notans dicit, quod hic scilicet qui ascendit in  
 montem Domini &c. & erit de numero Ecclesiæ,  
 primo, accipiet benedictionem à Domino. i. gratiam &  
 misericordiam à Deo, qua scilicet, peccata condo-  
 nantur. Et aduerte, quod quādoque benedictio præ-  
 cedit gratiam, quādoque e conuerso in scriptura,  
 quia in eodem instanti sit culpæ remissio & gratiæ  
 infusio, & sic vnum non præcedit aliud nec subse-  
 quitur. Sed quia illa duo simul scriptura vel lingua  
 nominare non valet, ideo ad denotandum qd vnum  
 aliud non præcedit, scriptura non semper præmit-  
 tit benedictionem: sed quādoque misericordiam,  
 vt ibi. Deus miseretur nostri &c. nec etiam sem-  
 per præmittit misericordiam, sed aliquando bene-  
 dictionem: vt hic. *Hic accipiet benedictionem à Do-*  
*mino, &c.*

Hæc est generatio, quærentium eū,  
 quærentium faciem Dei Iacob.

Hic ponit modum quem debet tenere qui de  
 Christi ecclesia vult esse, quia scilicet debet in Chri-  
 stum per aquam & spiritum sanctum regenerari,  
 quasi respondens tacitæ quæstioni. Quia si quis  
 quærat, qui sunt illi qui ascendunt in montem Do-  
 mini, & qui benedictionem accipiunt à Domino.  
 Responder, d. quod tales non sunt pauci: sed est ge-  
 neratio. s. multitudo per Baptismum renata, sine  
 qua regeneratione nullus est ecclesiæ Christi mem-  
 brum, dicente Christo. Nisi quis renatus fuerit ex  
 aqua & Spiritu sancto non potest introire in regnū  
 Dei, vbi per regnū Dei intelligitur ecclesia. Verū  
 quia nullus inuitus in Christum regenerari potest  
 imo talem regenerationem per se ipsum querere  
 debet si sit adultus, si autem paruulus per aliū ideo  
 dicitur, quod ista generatio est quærentium faciem Dei  
 Iacob. Quid enim facies Dei dicitur, nisi noticia Dei.  
 quia facie cognoscitur quis. Ex viso cognoscitur  
 vir, & ab occurſu faciei cognoscitur sensatus, facie  
 ergo Dei quærit habere. Et quia hic cognoscitur  
 Deus à nobis per fidem, ideo querere faciem Dei,  
 est querere eius fidem, qua cognoscatur à no-  
 bis, quā baptizandi & regenerandi primo querere  
 debent psal. 104. Quærite Dominum & confirma-  
 mini

Ioan. 3.  
Querere.  
Facies.  
Cognitio  
Dei.

Eccel. 19.

mini, quærite faciem eius semper. Sed aduerte qd  
 dicit, *quærentium faciem Dei Iacob.* quia Gētibus quæ-  
 rentium Deum per baptismum & fidem Deus fa-  
 cit sicut fecit ipsi Iacob, quem propter eius fide-  
 litatem Deus antiquiori præposuit: scilicet, Esau,  
 cuius primogenita hæreditauit. Conſimiliter acci-  
 dit & populū Christiano posterius nato, cui dat  
 Deus primatum à Iudæis sublatum. i. ipsum Chri-  
 stum, sicut Iudæis Christus dicebat. Auferetur à vo-  
 bis regnū Dei, & dabitur Genti &c.

Attollite portas, principes vestras:  
 & eleuamini portæ æternales, & introi-  
 bit rex gloriæ.

Hic ad vnitatem ecclesiæ omnes etiam infideles  
 inuitat. Vbi notandum quid nomine principū. Se-  
 cundo quid nomine portarum intelligitur. Nōmi-  
 ne ergo principum, omnes heretici vel etiam infi-  
 deles intelliguntur. Vt ostendit Gregor. d. Qui alij  
 principes hoc loco possunt intelligi nisi hereticæ  
 prauitatis auctores: de quibus per psal. dicitur Effu-  
 sa est contentio super principes eorum, & errare fe-  
 cit eos in inuio & non in via. Ipsi enim dum dispen-  
 sationem Domini peruersè interpretari non me-  
 tuunt, profecto plebes subditas non in eam viam  
 quæ Christus est, sed in inuim trahunt &c. Simi-  
 liter & nomine principum hic accipie omnes infi-  
 deles, socij furum. Item notandum qd anima nostra  
 duplices habet portas, scilicet portas suas, & por-  
 tas Dei. Portæ nostræ sunt illæ quas à nobis habē-  
 mus, per quas ad animam nostram potest esse adi-  
 tus, & quia à nobis nihil habemus nisi peccata, qui-  
 bus diabolus ad animam nostram habet introitū,  
 ideo ipsa vitia dicuntur portæ nostræ. Portæ autem  
 Dei dicuntur illæ, quas non à nobis habemus sed à  
 Deo, per quas ad animam nostram potest esse adi-  
 tus, & sic virtutes quas non à nobis sed à Deo ha-  
 bemus, portæ æternales dicuntur, quibus Deus ad  
 animam nostram ingreditur. Primæ dicuntur por-  
 tæ mortis, sed secundæ dicuntur portæ vitæ, de qui-  
 bus vide superius, ibi. Qui exaltas me de portis  
 mortis. Psal. ergo infideles & hereticos ad vnitatē  
 ecclesiæ prouocans, dicit. *Attollite portas principes ve-*  
*stras.* i. vos principes mali & heretici, *attollite.* i. aufer-  
 te ab animabus vestris portas vestras. s. peccata, qui-  
 bus diabolus ad animas intrat, quibus diabolus sit  
 locus in cordibus hominum. Et illis remotis, *eleua-*  
*mini portæ æternales.* i. exaltamini vos virtutes quæ  
 portæ æternales estis in cordibus hominum. Et sic  
 introibit rex gloriæ. s. Christus ad corda vestra. Quo. s.  
 facto, eritis ecclesiæ membra. Et qd per regem glo-  
 riæ intelligat Christum ideo subdit,

341 Quis est iste rex gloriæ? Dominus for-  
 tis & potens Dominus potēs in prælio.

Hanc interrogationem facit psal. non propter  
 suam ignorantiam, sed ad conuincendam magis  
 Iudæorum perfidiam, vt excellentiā Christi magis  
 commendat d. *Quis est iste rex gloriæ* qui. s. ad corda  
 vestra intrare debet: Et responder ipsum regem de-  
 scribens d. qd est *Dominus fortis & potens, &c. Domi-*  
*mus.* s. omnium per creationem, fortis per gubernationem,  
 potens per passionem, *Dominus potens in prælio,*  
 per diaboli subugationem. Quasi d. Iudæis. Et si  
 vos à Iudæi regem Christum cum gladiis, fustibus  
 & armis cepistis, si ipsum crucifixistis & duxistis ad  
 mortem: non ipsum in pugna vos superasse pute-  
 tis, quia non plus in ipsum potuistis, nisi quantum

341

Rex Chri-  
stus.

A ipse pro nobis vos posse voluit, & se sponte vobis  
 summisit. Vnde & ipse Pilato dixit. Non haberes in  
 me potestatem vllam, nisi tibi datum esset desuper? Ioan. 19.  
 scilicet à me qui sum desuper.

Attollite portas principes vestras:  
 & eleuamini portæ æternales: & introi-  
 bit rex gloriæ.

Prædictam. n. exhortationē replicat vt magis  
 auditores reddat attentos. vnde exponitur vt prius  
 Et responder determinando breuiter d.

Quis est iste rex gloriæ? Dominus  
 virtutum ipse est rex gloriæ.

Hic virtutes, cūm dicitur *rex virtutum* accipiuntur  
 multipliciter. s. pro agminibus Angelorum. Be-  
 nedicite Dño omnes virtutes eius &c. Et sic *Dom-*  
*inus virtutum.* i. omnium Angelorum. Itē pro donis gra-  
 tiarum. 2. Cor. 12. Nam virtus in infirmitate perfici-  
 tur. Et sic dicitur *Dominus virtutum.* i. omnium gra-  
 tiarū. quia omnis gratia nobis ab ipso datur. Ioan.  
 1. De plenitudine eius accipimus vniuersi gratiam  
 pro gratia. Item pro potestatibus dñorum temporalium.  
 Facultates & virtutes exaltant cor. Et sic  
*Dominus virtutum.* i. Dñs omnium temporalium dñorū  
 & virtutum. Et ista est proprior expositio, propter  
 quod vbi nos habemus *Dominus virtutum*, in He-  
 bræo habetur *Dominus sabaoth* quod interpretatur  
 Dominus exercituum vel militiarum. Dñs ergo vir-  
 tutum mundi subiicitur sibi. Vnde 1. Paralip. 29. dicitur.  
 Tu Dñe est regnum, tu es super omnes prin-  
 cipes, tu dominaris omnium, in manu tua omnis  
 virtus & potestas.

PSAL. XXI I I.  
 De te Domine leuau i-  
 mam meam: Deus meus  
 in te confido, non erube-  
 scam.

Itē psal. talem habet titulū. *In finem Psal. David.*  
 Patet ex præmissis aliorū psalmodum titulis. Ad in-  
 telligendū autē materiā istius psal. sciendū qd David  
 fecit istū ps. persecutus à Saule, petens à Deo in quē  
 cōfidebat ab illa persecutione liberari, p qua perse-  
 cutione etiā multos alios psal. fecit. Sed in ista tali  
 oratione intellectū altiore habebat. Propheta. n.  
 vnū historicē proferebāt, sed in suis verbis alia alio-  
 ra significabant. Notandum est ergo, qd in isto psal.  
 David loquitur in persona ecclesiæ in hoc sæculo  
 grauius afflicta. Vnde hic ecclesia loquitur quasi  
 quidam poenitus grauius flagellatus, qui his præ-  
 ponitur in exemplo ne murmurent in aduersis,  
 qui in se expertus est iustitiā Dei & misericordiam,  
 Vnde per misericordiā in hoc psal. alijs blanditur,  
 vt confidant in Domino. Sed per iustitiā alios terret,  
 vt Deum offendere timeant. Vnde tota intētio  
 psal. est hic monere nos in aduersis non formidare  
 non murmurare, sed ad Deum respicere & in Do-  
 mino confidere. Et sic exponendo psal. in quolibet  
 versu, dicam primo secundum litterā, secundo se-  
 cundum significationem. Quo præmissis accedo ad  
 psal. diuisionem. Iste. n. psal. est quædā oratio, quæ  
 oratio in quatuor partes diuiditur secundū qd hic  
 psal. à Deo quatuor postulat. s. primo postulat mē-  
 tis illuminationem; ne decipiatur. Secundo obsta-  
 culi remotiōnem: ne impediatur, ibi. *Reminiscere mi-*  
*Incog. tom. 1. 1 3 se*

Psal. 102

Virtutes.

2. Cor. 12

Ioan. 1.

Eccel. 40.

1. Par. 29

344

De panis  
dicit. 10. in  
domo.

*seruationum tuarum.* Tertio termini degustatione: ut reficiatur, ibi. *Quis est homo qui timet Dominum.* Quarto à premissis liberationem, ne perturbetur, ibi. *Oculus meus semper ad Dominum.* Quantum ergo ad primam partem ut dignè orando exaudiatur, tria fecit. Quia primo mentem suam ad Deum eleuat. Secundo necessitatem suam Deo explicat, ibi. *Neque irideant.* Tertio per ipsum Deum doceri postulat, tibi. *Vias tuas Domine.* Quantum ergo ad primum sciendum, quod oratio secundum Damasc. est quidam ascensus mentis in Deum, sic quod omnis orans ad Deum primo eleuat mentem, ut scilicet oculum suæ mentis ad diuinam & cœlestia postulanda habeat & non terrena vel vana. Vnde solum ille verè & dignè orat qui sola vera & sancta orando postulat. In cuius figuram Dñs oraturus ascendit in montem. Iesus dimissa turba ascendit in montem solus orare. Quæ verba ad propositum exponens Beda, dicit. Ideo oraturus Iesus in montem ascendit: ut nos orare doceret. Nō. n. omnis orans ascendit, sed solū qui bene orat. Ille autē solū bene orat, qui superna querit orādo. Qui pro vero diuitiis, aut pro honore huius sæculi, aut pro inimici morte obsecrat, hic in infimis iacens viles ad Deū preces emittit. Conformiter ergo & Psal. hic orare cupiens, primo à terrenis se suspendens, ad Deum mentem eleuat d. *Ad te Domine leuavi animam meam.* quasi dicat secundum gl. *Ad te Domine leuavi animam meam.* de terrenis spirituali desiderio æterna non temporalia querens. Sic etenim & psal. dicebat. *Ad te leuavi oculos meos, qui habitas in cœlis.* Verum quia non sufficit orando eleuare mentē, nisi confidentiā impetrationis quis nō in suis meritis, sed in solo Deo ponat, ideo subdit. *Deus meus in te confido non erubescā.* Sicut enim infirmus confidens in medico citius sanitatem impetrat, sic & conformiter orans confidens in Domino, facilius impetrat postulata, propter quod dicitur. *Nolite amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem.* Ideo hic nota quod ex hac tali in Deum confidentia multa proueniunt nobis. s. omnia quæ in oratione sunt postulanda. s. Remissio peccatorum, infusio meritum, sortitudo animarum, cognitio credendorū, superatio dæmoniorum, acquisitio præmiorum. Primo confidentia facit remissionem peccatorum. Confide fili remittuntur tibi peccata. Nec mirum, quoniam confidentia in Deo, fidem includit, fides autem purgat peccata. Actum 15. Fide purificans corda eorum, propter quod ait Apostolus. In Christo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius. Secundo facit infusionem meritum. Si enim peccatum sine Dei gratia purgari non potest: & ipsa gratia omnium meritorū est causa, consequens est quod confidentia quæ per gratiā peccata purgat: etiam in nobis operetur & merita. Vnde Hiero. 17. dicitur. *Benedictus vir qui cōfidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius, & erit quasi lignum &c. quod aliquando non desinet facere fructum.* Tertio facit fortitudinem animarum. Ratio quoniam confidentiā in Deo vnit animam Deo: vnitus autem stabilis est. Ideo dicitur. *Confide in Domino & sta in loco tuo.* Locus enim noster in quo stabiliter manere debemus est cor nostrum, à quo extrahendo per temporalia non debemus exire. In isto autē loco nos stabiliter facere debet confidentia in Deo, dicente psal. 124. *Qui confidunt in Domino sicut mōs Sion non commouebitur, &c. Quarto dat veritatis cognitionem Qui cōfidit in Do-*

Oratio. Damasc.

Matt. 14.

Psal. 122

Heb. 10. Confidētia

Matt. 9.

Act. 15. Epho. 3.

Hiero. 17.

Eccle. 11.

Psal. 124. Sap. 3.

mino, intelligunt veritatem. Quinto facit dæmonium superationem. Vnde de Machabæo dicitur. Machabæus autem confidebat semper cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum, quia confidentia ipse frustratus non fuit, nam ut ibidē sequitur, Dominus per manum Hiero. Prophetæ gladiū sibi porrexit in quo aduersarios superauit. Vnde ad hanc confidentiam nos inducens Christus dicit Confidite, ego vici mundum. Sexto facit acquisitionem æternorum. Hæc est ciuitas gloriosa, habitans in confidentia. i. quæ per confidentiam habitatur & acquiritur. Si ergo confidere in Deo peccata purgat & sic omnia merita operatur: sequitur quod de nullo confidens in Domino erubescere debet. Et hoc est quod dicit. *Deus meus in te confido non erubescam.* Vbi nota quod erubescere est quoddam signū extrinsecum interioris verecundiæ. Quia verecundia causat ruborem in facie, sed timor causat pallorem. Cuius causam assignat Boetius super prædicationem Aristoteli. d. quod homo cum verecundatur ex aliquo delicto, sanguis quasi amicus naturæ tendit ad exteriora quasi cooperire volens delictum, & sic per talem verecundiam homo erubescit. i. rubicundus efficitur. Cū verò quis pro aliquo facto timet: cū timor sit in corde, sanguis fugit ad interiora. s. ad cor ad ipsum confortandum, & sic exterius homo fit pallidus. Et sic pallor est signum timoris, & erubescencia signum verecundiæ. Petit ergo hic Psal. in persona ecclesiæ, ne erubescat. i. ne aliquod peccatum committat, per quod verecundetur interiorius, & exterius erubescat. Et hoc est petendū ante peccatum, si tamē quis in peccatum incidat, statim ex hoc erubescere debet. Confundimini & erubescite super viis vestris, domus Israel, quia qui hic de commissis peccatis erubescere nolunt, erubescunt in futurum. Erubescant impij, & deducantur in infernum, &c.

**Neque irideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.**

Hic consequenter necessitatem suam Deo explicat ipse Dauid secundam litteram, quia Saul & cōplices eius sibi iritabantur & quærebant eius confusionem: contra quod orat d. *Neque irideant me inimici mei.* s. me tenendo & morte turpi affligendo. Sed quantum ad intellectum propheticū, psal. hic in persona ecclesiæ orat contra inimicos spirituales & inuisibiles, ne sibi præualeant d. *Neque irideant me, &c.* Vbi nota quod rideo rides componitur cum in mutato. n. in r. & fit irideo, des, quod idem est quod alium decipere. Inimici autem nostri spirituales nunquam prævalent nobis suis tentationibus nisi nos iridendo vel decipiendo quia cum nobis inimicus diabolus præualere appetit, vitia sub specie virtutum nobis proponit, ut diffusè ostendit Gregor. d. Ecce quidam contentus rebus propriis, nullis mundi huius occupationibus vult implicari. Ad hunc antiquus hostis adueniens: ut intentionē bonæ deuotionis subruat, quasi vtilitatis consilium subministrat d. Et si illa quæ habes tibi sufficiant, sed deficient quid acturus es? quæris vnde prouidere debes filiis. Sollicitudo enim prouida est parare quod deest. Quod etiam sine culpa fieri potest. Alius autē decreuit, nō solū terrena commoda nō querere, sed etiā oibus quæ possidet renūciare ut liberius Deo vacare possit. Huius cor antiquus hostis

1. Mac. 15.

Ioa. 16. Sopho. 2.

erubescere.

verecundia.

Exe. 36.

Psal. 30.

Irridere. Deceptio. dæmonis.

Tentatio Greg. li. 32. c. 29. Aliter habetur in originali Gregorii

hostis insidians, callida suggestione alloquitur. d. Vnde tanta temeritas vnde tanta in te surrexit audacia, ut credere audeas, quod omnia relinquendo subsistas? An non plerique terrena patrimonium non deserunt, & tamen ex his per misericordiæ opera æterna bona mercantur. Hæc blandiens suggerit, scilicet seorsū in eisdem rebus ante oculos retinentis mortiferas delectationes apponit, quatenus seductum cor ad blanda exteriora attrahat, & intima perfectionis vota peruertat. Alius relictis iam omnibus, etiam propriam voluntatem frangens, se sub alterius regimine subiicit: ut quæ sibi agenda sunt, ex alieno arbitrio obseruet. Hunc antiquus hostis tanto melius alloquitur, quāto ipsum ab excellentiori loco deicere conatur. Moxque virulenta suggestione blandiens, dicit: O quāta per te ipsum bona agere poteris, si nequaquam te alterius arbitrio subdas. Cur profectum tuum sub studio meliorationis imminuis? Qui ergo tibi plenè ad bene viuendum sufficit: cur alienum supra te iudicium requiris? Hæc blandiens, seorsum in voluntatibus eius superbiæ causas parat, &c. Ex quibus omnibus apparet, quod diabolus nos tentādo ut præualeat, semper irridet, id est, decipere conatur. Et à talibus irrisionibus ecclesia se custodiri hic orat. d. *Neque irideant me inimici mei.* Sciens quod dicitur Iob 12. Qui irridetur ab amico suo, id est, diabolo, qui se fingit anicum, inuocat dominum & exauditur. Et orationem suam exauditam ostendit subdens. *Etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.* Vbi nota, quod sustineo componitur ex sursum & teneo tenes. inde sustinere idem est, quod sursum tenere. Illi ergo sustinent dominum: qui in tentationibus, vel aduersitatibus positi, ipsum omnibus rebus præponendo diligunt & confidunt in ipso. sic enim dicitur Psal. 129. Propter legem tuā sustinui te domine. Vel aliter, sustinere idem est, quod patienter pati & expectare. Certamē passionum sustinuitis, id est, patienter portastis. Et tales non confunduntur. Vbi notandum, quod secundum, quod ait Bern. super illo verbo Matt. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c. Triplex est confusio, scilicet confusio in vitiis, confusio pro vitiis, & confusio contra vitiis. Confusio in vitiis est quando homo pessimis passionibus dissipatus, non ratione regitur, sed vitiatorum tumultu confusè agitatur. Confusio pro vitiis est quando quis in vitiis comprehensus, & conuictus criminis alicuius confunditur & punitur. Confusio contra vitia est, quando quis poenitēs & confitens abhorret quæ commisit, & salubri confusione purgat. Hic ergo loquitur de confusione, quæ est in vitiis & pro vitiis, quia sic sustinentes dominū, nō confunduntur à diabolo per peccatum. In te domine speraui, non confundar in æternum. Sed tali confusione confunduntur peccatores, diabolo adherentes, propter quod sequitur.

**546. Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.**

Superuacue agunt, qui sine intento frustrantur. Et ideo quia omnes peccates finaliter sine frustrantur principaliter intento, scilicet quiete & delectatione, ideo superuacue dicuntur agere. Et nota quod quamuis omnia peccata confundant animā, tamen maximè sunt tria, scilicet, Superbia, auaritia, luxuria. Primo confunduntur iniqua agentes per superbiam. Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatem fecerūt. Vnde Chrysostomus exponens illud

*Lucæ 22. Reges Gentium dominantur eorum, dicit. Fructum humilitatis posuit Deus primatū cœlestem, & in primatu terrestri, scilicet in superbia fructum posuit confusionem cœlestem, ut quicumque desiderat primatum cœlestem, humilitatē terrestrem sequatur. Quicumque autem desiderat primatum in terra, inueniet confusionem in cœlo, ut iam inter Christi seruos non sit. Quoniam non qui maior fuerit in honore, ille iustior est. Sed qui iustior fuerit, ille est maior. Conuersatio enim melior est desideranda, ut euadatur confusio, non dignior gradus. Secundo confundit auaritia. Gloria in confusione eorum qui terrena sapiunt, id est, secundum glō. Gloria quā habet auari in rebus terrenis, perducet eos ad confusionem æternam. Tertio confundit luxuria. Sic enim luxuriosa Holofernis voluntas erga Iudith ipsum confudit cū toto exercitu Assyriorum. Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabuchodonosor. Sic igitur peccata diuersa peccatorē confundunt, quia ut ait Gaudfredus super illo verbo, 1. Cor. 5. Expurgate vetus fermentum. Verus offensā nouum quandoque talionem, nouū ingerit quādoque vetus plaga dolorem, vetus culpa nouam gignit confusionem. Quæ omnia nunc confirmans Psal. dicit: *Confundantur omnes iniqua agentes, &c.* Et sic verbum optatum accipitur pro verbo futuro indicatiui, ut sit sensus: *Confundantur* id est, confundentur. Vel aliter, hic accipi potest confusio cōtra vitia: quādo quis, scilicet, confunditur de peccatis commissis agēdo poenitentiam. Ut sit sensus. *Confundantur omnes iniqua agentes, &c.* id est, displiceat eis peccatū ipsorū, & poeniteāt. Cū enim quis mente considerat mala quæ fecit, nō immeritō confunditur & erubescit in eis. Et ideo ad hoc Deus peccata sua hominibus ostēdit & manifestat multotiens, ut inde cōfusi poeniteāt. Vnde Hiero. 31 dicitur: *Postquā conuertisti me, egi poenitentiam, & postquam ostēdisti mihi, percussit femur meū & confusus sum.* Et ad istā confusione poenitentiæ nos inducit Sapiēs, d. Nō confundaris pro anima tua dicere verū. Est enim confusio adducēs peccatū, & est confusio adducēs gratiā & gloriā. Et istam confusionem poenitentiæ omnibus peccatoribus optrās Psal. dicit: *Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.**

**Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.**

Hic consequenter Psal. per Deum doceri postulat. Vbi notandum, quod alia sunt viæ domini, & aliud semitæ eius. Nam via est iter latū, semita autem dicitur iter strictum: via omnibus est cōmunis, sed semita paucioribus. Et sic per viā domini intellige præcepta eius, quæ omnibus sunt cōmunia, ad quæ seruanda omnes obligantur, de qua via dicitur Psal. *Viam mandatorū tuorum, &c.* Per semitas vero eius magis arctas, ad quæ non omnes obligantur, intellige cōsilia domini, sicut est castitas, paupertas, obedientia & huiusmodi, ad quæ solum voto quis obligatur: de quibus dicitur Iob 37. *Nunquid nosti semitas nubium magnas & perfectas, id est, consilia quæ nubes, id est, Apostoli obseruabāt. Et attēde, quod petit iste demonstrari sibi vias Dei. Quod idea facit, quia multoties quis præcepta Dei custodit, & tamen quo ipsis tendat ignorat. Vnde Gregor. super illo verbo Iob 3. *Viro cuius abscondita est via, dicit: Via enim suo viro abscondita est, quia & iam in qua sit vitæ qualitate considerat: adhuc tamen ad quem finem tendit, ignorat: Et si iam superna appetit**

Auaritia. Phil. 3.

Luxuria. Iudith 14.

1. Cor. 5.

Hiero. 31

Eccle. 4.

357

Semita.

Præcepta Psal. 118.

Confilia. Iob 37.

Grego. 5.

mor. 4. 3.

Iob 3. abscondita. Ignorantia.



appetit, & hæc plenis desideriis quærit, adhuc si in eisdem desideriis permaneat nescit. Peccata quippe deferentes, ad iustitiam tendimus, & vnde venimus novimus, sed quo perveniamus, ignoramus. Quid hesternæ die fumus, scimus: sed quid contingat crastina die nos esse nescimus. Via ergo sua viro abscondita est, quia sic pedem ponit operis, ut tamen prævidere nequeat exitum cõsummationis. Viam ergo præceptorum Dei Psal. sibi demonstrari postulat, ut intelligat quod per illam pergat. *d. Vias tuas domine demonstra mihi.* quia illas per se nullus cognoscere potest. Prouer. 20. Quis autem hominũ potest intelligere viam suam? Si autem sic est de via, scilicet mandatorũ, hoc multo fortius est de semitis cõsiliõrum, quia magis sunt arctæ & difficiles. Vnde quadoque quis eligit semitã paupertatis in qua post necessitate pressus appetit diuitias, quis castitatem vouit, postea tentatione tactus grauius ruit. Similiter de aliis. Vnde ait Gregor. vbi supra. Sæpe enim fit, ut opus nostrũ causa sit dånationis, q̄ profectus putatur esse virtutis. Sæpe vnde placari iudex creditur, inde ad irascendum validius instigatur, Salomone attestante qui ait. Est via quæ videretur homini recta, nouissima autem eius ducit ad mortẽ. Propter quod de semitis istis dicitur Job 6. Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorũ. Quod exponens Greg. d. Sunt nonnulli qui vitiiis tota intèriõne obuiare desiderant, sed irruẽte tentationis articulo, in deliberationis proposito nõ perdurãt. Alius nãque prauo ausu superbiæ inflatus cũ magna esse præmia humilitatis cõsiderat, aduersus semetipsum se erigit, superbiã deponit, exhibere se quibuslibet cõtumelias humilem promittit. Sed cũ repẽtẽ hunc vnius verbi iniuria pulsauerit, ad consuetam protinus elationis redit. Alius auaritia æstuans, augendis facultatibus anhelat. Is cũ præterire omnia velociter cõspicit: nam nil appetere decernitur, & adepta tantũmodo sub moderationis freno possidere. Sed cum repente viderit quæ placeat in ambitione protinus mens anhelat, & visa quærit habere. Alius luxuria tenetur, dum autẽ quãta sit castitatis munditia cõspicit, restringere voluptatẽ deliberat, sed obiecta oculis eius specie cũ subita tentatione cõcutitur, protinus à pristina dispositione dissipatur, &c. Et sequitur. Inuolutæ ergo sunt semitæ gressuum eorũ: quia recta quidẽ deliberat, sed ad cõsuetã malã facilius redeunt: volunt quippe esse humiles, sed sine defectu: volũt esse pauperes, sed sine defectu: volũt esse casti, sed sine maceratione corporis: esse patientes, sed sine cõtumelias volunt. Et ideo ne sic in istis semitis victutũ Psal. inuoluatur, has se doceri per Deum desiderat. *d. Et semitas tuas edoce me.* Sed quia nec vias præceptorum, nec semitas consiliorum quis dignè perambulare potest, nisi illa prius cognoscat, ideo de illis à Deo edoceri postulat, d. consequentet,

Prouer. 20

Gregor.

Prouer. 14

Job 6. Greg. lib. 7. mor. c. 14. Tont. tit. diaboli.

Propositiõ bonum.

aliter habetur in originali. Gregor. 14.

34.

**Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & resustinui tota die.**

Duo enim petit: in veritate dirigi, quod ad bene viuendum pertinet: edoceri, quod ad verã scientiam spectat. In quibus duobus est verã hominis perfectio, & sine quibus quis saluari non potest adultus: vnde subdit: *quia tu es saluator meus.* quasi dicat: Tu es saluator, ideo me dirigere debes & docere, quia sine istis saluari non possum. *Et resustinui tota die.* Vbi aduerte quod hic duo ponit commenda-

Abel. scilicet tu es saluator meus & te sustinui. Duo enim sunt res secundum Cassiodorũ, quæ nos bonos faciunt, scilicet vt Deum saluatorem credamus, & patienter retributionem eius expectemus. Vide versum 2495.

**Reminiscere miserationum tuarum domine, & misericordiarum tuarum quæ à sæculo sunt.**

Hic consequenter Psal. postulat obstaculi remotionem ne impediatur. Impediunt autem nos peccata nostra & fragilitas naturæ nostræ, sed adiuuamur Dei bonitate & misericordia. Et diuiditur in tres partes. Quia primo Dei misericordiam postulat, vt sui misereatur. Secundo suam fragilitatem explicat, vt adiuetur: ibi. *Secundum misericordiam tuam memoro.* Tertio se exauditum prædicat: vt ceteri confortentur: ibi. *Dulcis & rectus dominus.* Quantum ad primum sciendum, quod iste diuinam misericordiam postulat, quo ad duo, scilicet primo vt sui recordetur ad miserendum: secundo vt sui obliuiscatur ad puniendum: ibi. *Delicta iuuentutis meæ.* Quantum ad primum sciendum, quod quamuis obliuio, nec recordatio propriè cadat in Deo, quia semper scit quæ æternaliter nouit, & omnia quæ nunc scit æternaliter sciuerit, aliter mutabilis esset, quia de sciente efficeretur nesciens: vel de nesciente sciens, tamen quodammodo iuxta humanũ morem, illius rei obliuisci dicitur, cuius effectum nõ ostendit aperte, & illius recordari cuius effectum ostendit. Et sic dicitur obliuisci iustitia, quando malos non punit, & recordari, quando ipsos punit, sic & misericordiam obliuisci dicitur, quando miseras nostras nõ tollit, & recordari, quado subuenit miseris. Quod ostendens Greg. ait, per Prophetam dominus ad Israhel, d. Recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam. Et rursum per spõsã cõparationem loquẽs ait: Et si illa oblita fuerit tui, ego tamẽ nõ obliuiscar tui. Sed quis nesciat, quia Dei memoria, nec obliuione rũpitur, nec recordat: one sarcitur: sed cũ aliqua defrens prætermittit, more hominũ obliuisci dicitur, & cũ post longum tempus quæ voluerit visitaui, nostræ mutabilitatis cõsuetudine recordatus vocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius vim dissipat obliuio, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter concordat? Nulla nãque nisi præterita, aut absentia recordantur. Quomodo ergo Deus præteritorum reminiscitur, cum ipsa quæ in semetipsis prætereunt eius nutui semper præsentia existant? Aut quando absentiu recordatur: dum omne quod est, per hoc illi præsto est, quod in ipso est? Quod si ei præsto non esset, omnino non esset: nam nõ existẽtia videndo creat, existẽtia videndo continet. Quicquid ergo creator non videt, essẽtia subsistẽdi caret. Consimili ergo modo nunc loquens Psal. petit recordari Deum suarum misericordiarum. d. *Reminiscere miserationum tuarũ domine & misericordiarum tuarum.* &c. Et nota differentia inter misericordiam & miserationẽ, quia misericordia propriè est actus interior miserãtis, sed miserao est actus exterior magis in misero. Hæ autẽ misericordie & miserationes domini à sæculo sunt. id est ab initio, quasi dicat, Deo, nõquã enim sine misericordia fuisti: nec homini peccãti tua miserao defuit. Primo enim homini peccanti miserus es, quando ipsum peccantem increpasti vt seipsum cognosceret. Similiter & ipsi Cain primo homicidæ, quem ideo increpasti, d. *Quid fecisti?* Ecce vox sanguinis fratris tui Abel

Obliuio Dei. Recordatio.

Greg. 32. Mor. c. 5. Hiero. 2. Es. 49.

Abel, &c. vt peccatum suum cognoscens poeniteret. Sic & ipsi Noe quẽ tua misericordia à diluuiõ saluasti, &c. quasi ergo dicat psal. O domine ne in me fallat quod ab initio sæculi inceptum est. *Reminiscere miserationum tuarum domine, &c.*

**350. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.**

Hic cõsequenter petit, vt Deus sui obliuiscatur ad puniendũ. Vbi notãdum quod propriè loquendo differunt delictũ & peccatũ, quoniã vt dicit Augustinus in quæstionibus Leuitici, & habetur, lib. 2. di. 4. 2. Delictum est declinare à bono, peccatum est autem facere malũ, & sic delictũ est peccatũ omisiois, sed peccatũ propriè est peccatum cõmissionis. Aliud est enim declinare à bono, & aliud facere malum, peccatũ est ergo perpetratio mali, sed delictum est derelictio boni, quod & ipsum nomẽ ostendit. Quid enim aliud sonat delictũ, nisi derelictio? In differenter tamẽ peccatũ nomine delicti & delicti accipitur nomine peccati accipitur. Sic ergo hic accipitur delictũ pro omni peccato scienter cõmissio. Itẽ notãdum, quod hic iuuentus non accipitur pro ætate, sed pro passione quæ dominatur maxime in iuuenibus. Et sic peccata iuuentutis dicuntur illa quæ non sunt ex certa malitia, sed ex passione prædominate, vt si quis turbatus excedat modum correctionis, si colericus citò irascatur, si sanguineus facilius delectationibus tagatur, ista dicuntur delicta iuuentutis, quia facta ex passionibus, quæ maxime in iuẽtute dominantur. Per ignorantias autem intelligit peccata ex ignorantia cõmissa, quia multoties quis peccat, se nesciente, vel nõ credente peccare, saltem quo ad aliqua circumstantia peccatũ aggrauatẽ: vt cũ quis cõmittit adulteriũ ignoranter, quia nescit illã esse vxorã, cũ qua coit. Sic etiã Jacob cognouit Liã nõ suã, quã suam esse credebat. Sic ergo hic psal. duo genera peccatorum hic sibi quærit dimitti, ne Deus pro illis puniat ipsum, scilicet peccata facta ex passione. d. *Delicta iuuentutis meæ, & facta ex ignorãtia.* d. *Et ignorantias meas ne memineris.* id est, ne referes ad æternã vltionem. Sed forte d.

Delictum Peccatum

Iuuentus.

Ignorãtia

Quæstio.

351.

**Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam domine.**

Hic cõsequenter suã explicat fragilitatem vt adiuetur. Non enim hic psal. allegat Deo merita sua, sed magis fragilitatẽ. d. *Memento mei tu.* quasi dicat: Tu cuius opus est misereri, & peccata dimittere memento mei, quia fragilis naturæ sum: nõ quidẽ propter meritũ meum, sed secundũ misericordiam tuã qua me dignatus es creare ad imaginẽ & similitudinem tuã, nõ dico vt sis memor mei secundum iram tuã, qua sum dignus, sed secundũ misericordiam tuã, qua peccãdo me indignum feci. *Et propter bonitatem tuam.* Vbi notat glo. differentia inter bonitãtẽ & misericordiam, quia misericordia propriè est erga miseros, bonitas autem erga quoslibet. Et per istũ modũ bonitas Dei est erga beatos quos gratis beatificat, & non misericordia, quia miseri non

Bonitas. Misericordia.

sunt. Dicitur igitur Deus bonitãtẽ habere, quia super omnes iustos & iniustos suã bonitatem diffundit, propter quod dicitur: *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Quod ideo dicitur, quia bonitãtẽ suã à seipso Deus habet, sine qua nihil bonũ esse potest. Allegat ergo iste, nõ sua merita, sed Dei misericordiam & bonitatem, quasi dicat: De natura boni est quod sit sui ipsius diffusiuum. Et ideo bonitati tuæ infinitã cõdecẽs est, vt se diffundat erga poenitẽtes remittendo culpam, & gratiam cõferendo. Et nota hic quod Deus solus dicitur bonus multipliciter. Primo essentiali perfectione, quia nullũ bonum sibi accidit. Dominus Deus omniũ creator, qui solus es rex bonus, solus præstans, solus iustus & omnipotens & æternus, & Luca 18. *Nemo bonus, nisi solus Deus.* Secundo vniuersali cõprehensione, quia nullũ bonum ei deficit. Ego ostendã tibi omne bonũ. Tertio generali effusione, quia omne bonũ ab ipso effluit. Aperiente te manũ tuã, omnia implebũtur bonitate. Quarto finali consummatione, quia omnia bona in ipsum tendũt. Bonus est dominus sperãtibũ in eum, animã quærenti illũ: & Sap. 12. *O quã bonus & suavis est domine spiritus tuus in nobis, &c.*

Luca 18.

Bonus Deus. Mach. 1.

Luc. 18.

Exo. 33.

Psal. 103.

Thre. 2. Sap. 12.

**Dulcis & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.**

Hic consequenter se exauditum prædicat, vt ceteri confortentur. Vbi nota, quod iste, vt ex prædictis patet, quatuor à Deo postulauerat, scilicet mētis illuminationem. d. *Vias tuas domine demonstra mihi.* secundo operum directionem. d. *Dirige me in veritate tua.* tertio Dei miserationem. d. *Reminiscere miserationum, &c.* quarto peccatorum remissionem. d. *Propter nomen tuum.* Et in omnibus istis ostendit se fore exauditum. In primo, ibi. *Dulcis, &c.* In secundo: ibi. *Diriget mansuetos.* In tertio: ibi. *Vniuersa via domini.* In quarto: ibi. *Propter nomen tuum.* Primo ergo ostendit, quod Deus sua lege nostras illuminat mentes. d. *Dulcis & rectus dominus, &c.* Dulcis enim dicitur dominus ratione misericordiam, qua peccata dimittit. Et rectus, ratione iustitiæ, quia etiam peccata impunita non dimittit. Dulcis ratione misericordiam: rectus ratione iustitiæ. Dulcis, quia priora peccata dimittit: sed rectus, quia ne amplius peccetur præcipit. Et hoc est quod subdit. *Legem dabit delinquentibus in via.* scilicet vitæ præsentis, quæ lex est, quod peccata priora dimittit per dulcedinem misericordiam, & vltiora prohibet per rectitudinem iustitiæ. Vnde paralytico sanato iuxta piscinã dixit. *Ecce iam sanus factus es, & hoc per dulcedinem misericordiam.* lam noli peccare, ne deterius tibi contingat, & hoc exigit rectitudo iustitiæ. Istam consimilem legem dedit mulieri in adulterio deprehensa. d. *Ego te non condemnabo, vade & amplius noli peccare.* Dulcis ergo & rectus est dominus: quia perfecta lex non esset illa, quæ per dulcedinem commissa peccata dimitteret, nisi etiam per rectitudinẽ iustitiæ prohiberet futura. Vnde ista verba exponens Bernardus, ait: *Dulcis & rectus dominus, &c.* quia dulcis est dominus, dat occasionem recuperandæ salutis, non tamen absque disciplina legis, quia rectus. *Dulcis est:* quia peccata non patitur. *rectus:* quia punire non obliuiscitur.

Bonus Deus. Mach. 1.

Luc. 18.

Exo. 33.

Psal. 103.

Thre. 2. Sap. 12.

Dulcis Deus. Rectus Deus.

Ioan. 5.

Ioan. 8.

Bernardus.

**Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.**

Hic cõsequenter ostendit q̄ Deus nostros actus & opera

opera dirigit. Vbi nota: quod dirigit opera alicuius, est ipsa ad debitum sine perducere. sic dirigit via alicuius, est ipsam per recta via ad terminu debitu perducere. Finis autē debitus omniu operum nostroru est ipse Deus, in quem omnia, vt in finem tendit: vel tendere debet. Et sic dirigit opera nostra est ipsa ad aternu pramiu acceprare, quod alibi petebat Psal. d. Opus manuu nostrarum dirige. **¶** Itē nota, quod secundū Cassiodorum super illud Psal. Audiāt māfueti & lætentur, Māfuetos dicimus, quasi manu asfuetos, id est, patientes & mites, qui alienas iniquitates tolerāt, nec aliqū grauari præsūmūt. Istos ergo tales māfuetos in iudicio dirigit dominus, quia ipsoru opera ad aternu pramiu in vltimo iudicio acceprabit, & sic exponit glo. d. Māfuetos, scilicet qui Deo nō restitunt, sed eius voluntatē sequuntur. *Diriget in iudicio vltimo, quia ipsos non perturbabit, sed pramiabit aternaliter. Quod ideo sic dicit, quia nō est volātis neque currentis, sed Dei miserentis, vt scilicet in iudicio dirigantur: ideo dicitur: Cor hominis disponit viam suā, sed domini est dirigere gressus eius. Et quasi idem aliis verbis replicat. d. Docebit mites vias suas. id est praecepta sua, per quā peruenire possint ad gloriam. Vbi nota, quod aliud est docere Dei, & aliud docere hominis, quia docere hominis, solū per vocem exteriorem ad aures peruenit corporis, sed docere Dei aures penetrat mētis, vt dicit Gregorius: Et sic illos Deus docet vias suas, quibus obseruationem suoru praeceptorū inspirat. Talia autē reuelat humilibus & non superbis, Christo patri d. Abscondisti haec a sapiētibus, & reuelasti ea paruulis. Vnde & Greg. d. Prædicator verba auribus dare potest, corda vtro aptare nō potest, & nisi per internam gratiā solus omnipotēs Deus prædicatiū verbis ad corda audientiū inuisibiliter auditū præstet: incassum prædicatio aure audientis percipitur, quæ peruenire ad intima sordo corde prohibetur, &c. Ex quibus patet, quod solus Deus, & non hominē docet interior, quod nunc benē notans Psal. d. Docebit mites vias suas.*

**Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.**

Hic ostendit, quod Deus omnibus suā exhibet misericordiā, Vbi notandū, quod iste versus est declaratiuus præcedētis, statim enim dixerat. Docebat mites vias suas. Hic autē explicat quas vias. d. quod omnes viæ domini sint misericordiā & veritas. quasi dicat, secundū glo. Et si quasi infinitæ sint viæ domini, in his tamen duabus includūtur. Quorū vnum exhibet donādo peccata, alterū iudicando mērita. Misericordiā enim dimittit peccata, veritas iudicat mērita. Et sic vniuersæ viæ domini sunt duo aduentus filij Dei, vnus miserātis, alter iudicantis. In illis duobus aduentibus misericordiā & veritatē manifestē nobis exhibet, in primo misericordiā, in secūdo veritatē, quæ duo tamen in omni opere domini simul sunt, et si nō manifestē nobis appareāt. Et sic dominus omnibus exhibet misericordiā & veritatē, & sic hīc veritas accipitur pro iustitia. Ad hoc tamen magis intelligendum est notandum, quod licet in aliquibus operibus Dei magis elucefcatur misericordiā quā iustitia, vt in præmiatione beatorum, tamen ibi etiā est iustitia, in quātum Deus ordinauit pro talibus operibus meritoriis reddere aternum pramiu, propter quod dicebat Apосто-

*Dirige- se.*  
*Psal. 89.*  
*Manfuetos.*  
*Rom 9. Prouerb. 16.*  
*Grego.*  
*Matt. 11. Greg. lib. 29. mor. 6. c. 1. 6.*  
*354.*  
*22. Qu. 2. sane.*  
*Misericordia, Veritas, Iustitia, 72.*

lus. Bonū certamē certam, cursum cōsummanū, fidē fernaui, ideo reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi, &c. Illa tamen præmiatio est opus misericordiæ, quia illos præmiat gratiosē vltra condignum. Et similiter licet in aliquibus operibus plus reluceat iustitia, quā misericordiā, vt in punitione malorum & dānatione, tamen ibi est misericordiā, quia ipsos punit citra condignū, quia tāta est offensa, quātus est ille qui offenditur. Et ideo quodlibet mortale peccatum, de rigore iustitiæ meretur pœnam infinitā intensiūē & extensiūē, si esset possibile. Sed cōtra hoc arguūt aliqui, scilicet quod misericordiā & veritas nō sint in omni opere Dei: primo auctoritate Iacobi, d. Iudiciū sine misericordiā fiet illi qui nō fecit misericordiā. Itē Augustinus super psalmū 100. dicit: Misericordiā Dei est in præsentī, sed iudiciū erit in futuro. Ad ista respondetur. Ad primū, quod dicitur Iacobi intelligitur quod iudiciū dānationis fiet illi qui nō fecit misericordiā sine misericordiā, scilicet liberatē & saluātē, qui tamē in aliqua pœnæ alleuatiōe misericordiā Dei sentiet. Ad secundū dicitur, quod misericordiā hic & iudiciū in futuro, nō negatur quin in futuro sit misericordiā effectus, & in electis qui per misericordiā ab omni miseria liberabuntur, & in reprobis qui minus quā meruerint cruciabuntur. Sed hic nō sine causa dicitur fieri misericordiā & iudiciū in futuro, quia hīc multis modis miseretur Deus, quibus non miseretur tunc, vocat enim nunc peccatores & iustificat, quod tunc nō faciet. Et tunc reddens singulis secundum merita manifeste iudicabit, qui nūc occultē iudicat. Sed quia nō omnes hoc intelligūt, scilicet qualiter in omni opere Dei sit misericordiā & iustitia: ideo declarat consequenter, qui sunt illi quibus hæc sunt nota. d. *Requirentibus testamentum eius & testimonia eius.* Per testamentum eius intellige eius passionem & mortē, per quā hæreditas aeterna nobis promissa est reddita. Et de hoc testamento ait: Hic est calix sanguinis mei noui testamenti. Per testimonia vero eius intellige dicta Prophetarū & Euangelistarum: de quibus dicebat Christus: Scrutamini scripturas, & illæ sunt quæ testimoniū perhibent de me. Qui enim requirunt, id est mente cōsiderant passionem Christi, cognoscunt quod illud fuit opus misericordiæ, vt innocens pro peccatoribus moreretur, & opus iustitiæ, vt pro peccato tantum bonum solueretur, quantum malum fuerat peccatum. Etiam hoc declarant dicta scripturarū, quæ promittūt per misericordiā vitā credentibus, per iustitiam vero incredulis mortem aeternam.

**Propter nomen tuum domine propiciaberis peccato meo: multum est enim.**

Hic consequenter ostendit, quod per Christum habemus remissionem peccatorum. Vbi sciendum quod principale Christi nomen est Iesus, qui saluator interpretatur: Christus autem est nomē magis officij quā personæ: vnde Mariæ dixit Angelus: Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluū faciet populum suum a peccatis eorum. Itē nota, quod propicius dicitur a prope, & est idem propicius, quod benignus, misericors, mitis, placatus. Et hinc dicitur propicius, aris, tuis sum, id est esse vel fieri propicius, & sic propiciari est placari, placatur autem nobis Deus, quando cōmissa nobis peccata dimittit: dicit ergo Psal. *Domine propiciaberis peccato meo.* id est, dimittes mihi peccatum meum. Et quod

*2. Ti. 4.*  
*Iacobi. 2.*  
*Psalm. 100.*  
*Testam. um. Passio Christi. Mat. 26.*  
*Ioan. 5.*  
*Luca 1.*  
*Propicius*

quod hoc Deus facere debeat, duas adducit rationes. Prima est gloria sui nominis, quia Iesus vocatur. Ille enim honorē nomini suo tribuit, qui rē sui nominis imitatur, sicut ille nomē Christiani honorat, qui Christū imitatur: ille verē homo dicitur, qui ratione vtitur. Ille autē qui nomē alicuius virtutis habet: & nō rem nominis: suū nomē inhonorat. Cū ergo Christi nomē sit Iesus quod idē est quod saluator, ad gloriā sui nominis spectat saluate à peccatis credētēs in eū. Et hæc rationē tangēs Psal. d. propter nomē tuū domine propiciaberis peccato meo. Cōsimiliter orabat Psal. d. Propicius esto peccatis nostris, propter nomē tuū domine. Aliā rationē assignat, quæ est proprii peccati cognitio & cōfessio: cū enim dicatur Psal. Sacrificiū Deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatū Deus non despicies, sequitur quod mihi debes propiciari, quia peccatum meū ego cognosco: nō abscondō, nō excuso, sed ipsum cōfiteor. d. Quod peccatū meū multū est, id est graue. Cōsimiliter & ille publicanus ratione cōfessionis sibi Deū propiciari postulabat. d. Deus propicius esto mihi peccatori, cōfiteor enim peccatū dū se peccatorē fateor. Quæ verba exponēs Augustinus de verbis domini dicit. Ignoscit Deus peccatū: quod homo cognoscit. Ecce hic publicanus de longinquo stat, Deo appropinquare nō audens, & tamē eū dominus de prope atēdebat. Excelsus enim dominus & humilia respicit, nec oculos ad cælum leuabat vt respiceret. Tremebat cōscientia: percutiebat pectus suū, pœnas de seipso exigebat: propterea dominus sibi cōfiteenti parcebat. Hæc enim à Psal. didicit, qui orās. d. *Propter nomē tuū domine propiciaberis peccato meo, multū est enim.* Si ergo tu cōtritus cōfitearis, Dominus propiciabitur omnibus iniquitatibus tuis, & saluabit omnes infirmitates tuas.

**Quis est homo? qui timet dominū: legem statuit ei in via, quam elegit.**

Hæc est tertia pars principalis Psal. vbi petit Dei degustationem vt reficiatur. Et diuiditur in partes tres. Quia primo ad hoc cōsequendū ostēdit meritum: secūdo apponit præmiū: ibi. *Anima eius in bonis demorabitur.* tertio promittit ad hoc adiutoriū: ibi. *Firmamentū est dominus.* Quātū ergo ad primum ostendēs, quo merito homo ad degustationē felicitatis aeternæ perueniat: de hoc primo querit. d. *Quis est homo?* quali dicat, *Quis est ille, qui dignus est hæreditate aeternæ?* & hic est punctus *Quis est homo?* & statim sibi ipsi respōdet. d. *Qui timet dominū.* quasi dicat: Ille dignus est qui timet dominū, quod intelligitur de timore filiali, quo offensa Dei principalis quā pœna timetur. Iste enim timor, ideo nos dignos facit hæreditate aeternā, quia mentē purificat prauitatē expellēdo, mentē fortificat timentes confortando, mentē sanctificat charitatē inspirādo. Primo purificat, quia vt ait Cassiodor. super Psalmū secundū. Sicut incauta securitas culpas admittit, sic timor domini semper delicta excludit, ideo Eccles. 1. Timor domini expellit peccatū, & qui sine timore est, non poterit iustificari. Secundo fortificat, quia vt ait Augustinus super Psalmum secundū. Timor domini præfens securitatē generat sempiternā. Timor ergo qui super omnes est, & nullum hominem formidabis: vnde Eccles. 34. Qui timent Deum, nihil formidabūt. Tertio sanctificat, quia scilicet legē nobis charitatis donat, qui vt ait Cassiodor. super Psal. Noueris te, scilicet conuentiam tuam discutiendo, vt Deum timens. Noueris Deum: vt ipsum

*Nomen. Iesu.*  
*Psalm. 78.*  
*Psalm. 50.*  
*Parcere. Ignoscere. Peccatū. Luca 18. Augusti.*  
*Psalm. 102.*  
*356.*  
*Timor.*  
*Eccles. 1.*  
*Eccles. 34.*  
*Cassiodorus.*

anima tua diligat, quia lex Dei incipitur à timore, & in charitatē terminatur. Quoniā initiū sapientiæ timor domini, & plenitudo legis est charitas. Quē admōdū enim ex notitia tui venit in te timor Dei, sic ex notitia Dei venit in te amor Dei, & hoc est quod dicitur. Qui timent Deū præparabunt corda sua, & in cōspectu illius sanctificabūt animas suas, quod fuit lex charitatis, de qua nūc dicitur: *Quis est homo? qui timet dominū: legē, scilicet, charitatis statuet ei. In via quā elegit.* scilicet, vt ipse ambulet in via quā ipse Deus elegit, quæ est via humilitatis, quia humilitatē præ omnibus aliis viis elegit, & amat dñs ac docet omnib⁹. d. Discite à me, quia mitis sum, &c.

**Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.**

Hic consequenter apponit præmiū debitū his, qui Deū timēt. Hūc locū exponūt aliqui de premio terreno, scilicet de possessione terræ Israel, vel terrę promissionis, quā populus ille Iudæorū possedit & inhabitauit, quādiu debitē Deū timuit, & Deo seruiuit, & ex ea fuit expulsus quādo timorē Dei deserēs declinauit ad idololatriā: vt habetur, 4. Regū. in multis locis. Sed melius exponitur de premio cœlesti & spirituali, quoniā præmiū est finis meriti, & per cōsequens præmiū est melius merito, quia finis est melior his quæ sunt ad finē, opera autē meritoria meliora sunt quā bona terrena. Et ideo non possunt habere rationem finis respectu meriti. Et ideo quādo cūque in scriptura aliqua bona promittuntur pro operibus meritoriis pro premio, ibi accipiūtur bona spiritualia, & nō terrena. Sic ergo iste versus est intelligēdus de bonis aeternis & de hereditate cœlesti cū dicit: *Anima eius in bonis demorabitur, &c.* Sciendū est ergo, quod merito timoris domini duplex correspondet præmiū & stola duplex, scilicet animæ & corporis. Primā stolā habent animæ Deum timentes post dissolutionem corporis saltem paracta pœnitentia purgatorij si aliqua sit peragenda. Secundam autem stolam, scilicet corpus, non habebunt corpora, nisi post vniuersalem resurrectionem. De prima ergo stola d. *Anima eius in bonis demorabitur.* scilicet post dissolutionē à corpore, in bonis, scilicet felicitatis aeternæ, quia animæ beatæ etiā ante resurrectionem felicitatē Deo fruuntur corporibus in sepulchris manentibus. De secunda autem stola sudit. *Et semen eius hæreditabit terram.* Vbi nota, quod homo duabus naturis constat, scilicet anima & corpore. Corpus enim seminatur, quia ex femine per commixtionem sexuum producit & generatur, & sic seminatum radicitur, nutritur, & roboratur, quousque in formam corporis perueniant humani, ipso autem sic formato, anima non seminatur, sed à Deo immediatē per creationem educitur, & corpori iam formato infunditur à Deo, propter quod dicit Aristot. quod anima humana aduenit ab extra. Ad propositum ergo, quid per semen hominis intelligitur, nisi corpus humanum quod ex femine humano producit & generatur, non autem anima? De hoc ergo semine, scilicet de corpore humano, hoc dicit. *Et semen eius hæreditabit terram:* quia post vniuersalem resurrectionem corpus humanum reunitum animæ beatæ, etiam cum ipsa anima hæreditatem possidebit aeternam, quæ per terram ratione suæ stabilitatis intelligitur. Credo videre bona domini in terra viuentium. Quia tunc homo timens hic dominum secūdam stolā, scilicet glorificati corporis accipiet. Firmam

*Eccles. 2.*  
*Mat. 11.*  
*357.*  
*4. Regū. Premiu. Meritū.*  
*Homo. Senien. Corpus. Anima.*  
*Philosophus 16. de animalibus.*  
*Psalm. 26.*

358. Firmamentum est dominus timen- tibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

Hic ne quis desperet a timore domini cadere per tentationes varias, promittit adiutorium. d. Firmamentum est dominus, &c. Quia si dubitando dicas: timere est infirmorum & debiliu: quomodo autem infirmus & debilis timendo perseuerare poterit? Respondet, quia dominus est fortitudo timentium eum, quia sicut timor mundi dat diffidentiam, sic timor Dei stabilem facit hominem ne deficiat tentationibus vel aduersis, propter quod dicitur. In timore domini fiducia est fortitudinis, quod ostendens Grego. ait. In via Dei a timore incipitur, vt ad fortitudinem perueniatur. Nam sicut in via seculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit, & sicut in via seculi timor debilitat: ita in via Dei timor fortitudinem gignit. Salomone attestante qui ait. In timore domini fiducia fortitudinis. Timori quippe domini inesse fiducia fortitudinis dicitur, quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despiciit: quanto se auctori rerum temporalium veracius per formidinem subdit. Quae in timore domini constituta, non inuenit extra quod metuat, quia dum recto metu conditori omnium iungitur, potestate quadam super omnia subleuatur. Et hoc idem hic ponit psal. d. Firmamentu est dominus timentibus eum. Sed ad quid timentes eum confirmat: ad hoc scilicet vt perseuerando hereditatem consequatur caelestem, & hoc est quod subdit. Et testamētum ipsius manifestetur illis.

Vbi nota, quod testamentum quandoque accipitur pro voluntate ipsius testatoris, quandoque pro ipsa re in testamento promissa. Testamentum pro promissione accipit Apostolus, d. Vbi testamentum est, mors necessarium est, vt intercedat testatoris, quia scilicet promissio vel voluntas testatoris non habet efficaciam, nisi per mortem testatoris. Testamentum autem pro re testata accipitur. Eccles. 4. 5. Statuit illi testamentum aeternum, scilicet hereditate aeternam. Et isto modo accipitur hic. Et testamentum ipsius manifestetur illis. Quid enim testatus est Christus suis, nisi seipsum pro hereditate perpetua? Testamentum ergo ipsius manifestabitur timētibus eum, quia talibus Christus seipsum clarè manifestabit in gloria. Qui diligit me diligetur a patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

359. Oculi mei semper ad dominum: quonia ipse euellit de laqueo pedes meos. Hac est quarta pars in qua psal. quarit a prefuris liberationem. Et diuiditur in partes tres. Quia primo Psal exponit suam deuotionem: secundo ostendit suam passionem: terti. Quia tertio petit Dei miserationem: ubi. Vide humilitatem. Quantu ergo ad primum sciendum quod sicut corpus oculos corporales habet, quibus corporalia videt, sic & anima oculos habet spirituales, scilicet cordis, qui solum spiritualia, scilicet ipsum Deum cernere debent, de quibus dicitur. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis, & de quibus dicitur, Eccles. 2. Oculi sapientis in capite eius. Quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat: cuius membrum perfectè se esse pefat. Istos ergo oculos quisque ad Deum semper debet habere, sicut ad ducem & magistrum, sicut ad regem & dominum. Non ad terrena, quae laqueu peccatoru pe-

360. Respicere in me, & miserere mei. Quasi dicat, quia oculi mei sunt ad te, ergo & tu respice in me & miserere mei. Quid enim est respicere Dei nisi misereri, & peccatores ad penitentiam reuocare: vnde Gregorius dicit, Quid enim est respicere Dei, nisi ab iniquitate in melius commutare: conuertit namque illum dominus respicit Deus, vnde scriptu est. Conuersus dominus respexit Petru, & recordatus est, &c. & fleuit amarus: & Beda super Matth. ait. Respicere namque Dei est misereri, quia non solum cum agitur penitentia, vt uetiam, vt agatur, respectus diuinae misericordiae nobis est necessarius. Consimiliter & nunc Psal. respectu diuinae misericordiae postulat. d. Respicere in me, & miserere mei. Et adhuc aliam causam addit. d. Quia unicus & pauper sum ego. Vnicus est ille qui animo non est duplex, scilicet non per plura distractus, sed vnicu finem Deu solū intendens. Et pauper, scilicet spiritu superbiae caris: ideo enim vt dicit glo. se vnicu & pauperem dicit, quia vnicus filius plus amatur, & pauperi plus compatitur.

361. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis erue me. Hic consequenter vt magis prouocet misericordiam Dei, suam ostendit passionem & necessitatem. Vbi aduerte, quod per tribulationes intelliguntur tentationes diabolicæ, quae animam impugnando fortiter tribulant, in qua tribulatione necesse est Deu inuocare: vnde Deut. 4. dicitur, Si toto corde quesieris dominum in tribulatione animae tuae, inuenies eum. Per necessitates vero intellige mundi aduersitates temporales, quae necessitates dicuntur, quia sine illis nullus vnquam iustus permansit, & sic sunt necessariae, vt iusti efficiamur: vt ait, Greg. Sic enim necessitas pro aduersitate accipitur. Eccles. 6. Est amicus socius mens, & non permanebit in die necessitatis. Suas ergo miseras tam interiores per tribulationes significatas, quae exteriores per necessitates insinuat Deo d. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. quo ad primum. De necessitatibus meis erue me. quo ad secundu.

362. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea. Hic consequenter petit diuinam miserationem. Et diuiditur in partes quinqs, secundu quod quinque a Deo postulat, scilicet postulat primo peccatoru remissionem: secundo inimicoru conuersionem: terti. Respicere inimicos, tertio virtutu conseruationem: ubi. Custodi animam meam. quarto conuersoru societatem: ubi. Innocentes & relli. quinto electoru felicitatem: ubi. Libera Deus Israel. Quatu ad primum nota, quod humilitas orationem facit exaudiri, & penitentia peccata remitti: ideo vt peccata sibi dimittantur: primo oras suam ostendit humilitatem.

ratem. d. Vide humilitatem meam, id est, approba, & gratia habere. Quid enim tam nos gratos facit esse ante oculos Dei, sicut humilitas? Vnde sicut quanto quis pretiosior est in oculis suis: tanto magis vilior est in conspectu Dei, ita e conuerso quanto quis humilior est apud se & vilior: tanto in conspectu Dei pretiosior est: vnde Greg. d. Sciendu magnopere est, quod tanto vnacqueque anima fit pretiosior ante oculos Dei, quanto prae amore veritatis despectior fuerit ante oculos suos. Hinc ad Saul dicitur. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis: caput te constitui in tribus Israel: ac si aperte diceret. Magnus mihi fuisti, quia despectus tibi, sed nunc quia magnus eo tibi factus es mihi despectus: vnde & per Prophetam dicitur. Vae qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis ipis prudentes. Tanto ergo fit quisque vilior Deo, quanto pretiosior sibi, & tanto pretiosior Deo: quanto propter Deu vilior sibi, & tanto humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Consimiliter & nunc Psal. ratione humilitatis se a Deo per misericordiam videri postulat. d. Vide humilitatem meam. sequitur: Et laborem meum. quid enim per laborem nisi dolor penitentiae intelligitur? Laborauit in gemitu meo, &c. Et quia per penitentiam laborem peccata dimittuntur: ideo subdit. Et dimitte vniuersa delicta mea. Cum iratus fueris misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittes.

363. Respicere inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me. Hic consequenter postulat inimicoru conuersionem: vt enim supra, ubi. Respicere in me, &c. dictu est. Respicere Dei est idem quod misereri. Orat ergo iste quod Deus suos inimicos, scilicet, Ecclesiae respiciat oculi misericordiam: ipsos conuertendo. Quod enim respicere Dei homines ipsos ad penitentiam conuertit: dicitur Iob 33. Respiciet homines & dicent: peccati & verè deliqui, sic & hic. Respicere inimicos meos. id est, conuertere illos. Quoniam multiplicati sunt. Sed non solum foris infideles, sed etiam intus in Ecclesia non defunt falsi fratres. Et tot hominum perdicionem non potest iustus considerare sine dolore. Ideo pro eis rogat, a quibus habetur odio: vnde subdit. Et odio iniquo oderunt me. Sic enim docuit Christus orare. d. Benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persecutoribus & calumiantibus vos. Nota hic quod triplex est odii, scilicet odii perfectu, odii grati, odii iniquum. Odii perfectu est, quo vitia non natura habentur odio, de quo Psal. Perfecto odio oderunt illos: ubi glo. id est: Odi iniquitates illorum, non naturam. Hoc est enim perfectu odio odisse: vt nec propter vitia homines oderis: nec propter homines vitia diligas. Signum est ergo te perfecto odio aliquo odire, quando cupis vitia ipsius non esse, illu & fieri virtuosum. Odium autem grati, id est gratis habitū est, quo sine motiuo aliquis habetur odio. Oderunt me & patrem meum, sed vt impleatur fermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis: ubi Aug. super Ioan. ait: Gratias odit, qui nullu ex odio comodo querit, vel incommodum fugit. Odium autem iniquum est odire se diligentem, & de isto odio dicitur. Et odio iniquo oderunt me. quasi dicat: Ego diligo eos, quia pro ipsis oro. d. Respicere inimicos meos: ipi autem odio iniquo oderunt me diligentem illos.

364. Custodi animam meam, & erue me: non erubescam quonia speravi in te. Hic consequenter petit virtutu suarum conseruationem. Hic enim virtutibus multis erat ornatus, quia proximu diligebat pro ipso orando, & Deu in ipsum sperando. Timebat autem ne multitudo tentationu & iniuriaru eum a talibus declinare faceret. Vt enim dicitur vulgarij, nihil tantu comodo uet hominem, sicut despectus sibi factus studiose. Magnus autem despectus est, persequi studiose ab illis quos quis diligit. Et magna perfectionis est talis diligendo sustinere, propter quod dicitur. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, scilicet, aperte maledixisset mihi, &c. Et ideo in hoc se periculo videns, diuinu petit adiutoriū. d. Custodi animam meam. scilicet ipsam seruando in virtutibus quas habet, ne declinet exploru odio. Et erue me. scilicet a tali periculo. Non erubescam. scilicet non sim dignus erubescencia, quod scilicet foret si virtutes perderem, quas habeo. Et merito hoc facere debes, & rationem assignat. Quonia speravi in te. quasi dicat: Tu promissisti adiuuare sperantes in te. d. In me speravit, & ego liberabo eu.

Innocentes & rellti adhererunt mihi: quia sustinui te. Hic consequenter petit conuersorum societatem. Credendu est enim quod virtute orationis istius multu gentium postea fuerunt ad fidem conuersi. Cu enim Christus dixerit. Omnia quaecunque orates petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. Et istius fuerit sancta & Deo placens, credendum est, quod illoru conuersionem pro quibus orabat impetrauit. Et de istis in persona Ecclesiae nunc loquitur. d. Innocentes & relli. Quia scilicet tales conuersi ad Deum & effecti innocentes, dimissis peccatis & rellti exercitati in virtutibus adherent Ecclesiae per fidem. Et est sensus. Innocentes & rellti. isti pro quibus oro efficiuntur, & sic adhererunt. id est, adhererunt mihi per fidem, & talis adherentia vitæ spiritualis tribuit. Sicut arbor adheret terræ a qua trahit humorem, a quo viuunt, & si ab eius adherentia remouetur: statim eius vigor deficit. Sic quilibet homo Deo & Ecclesiae per fidem adherere debet, quae vitæ spiritualis tribuit, a qua si recedat statim spiritualiter mortificatur: vnde dicitur: Vos qui adheretis domino Deo vestro, viuistis vniuersi. Dicat ergo Ecclesia. Innocentes & relli adhererunt mihi, scilicet ad fidem sunt conuersi, & rationem subdit. Quonia sustinui te. Sustinere enim idem est quod expectare, sustinet autem Ecclesia Deum, id est expectat vsque in die iudicij, vt interim omnes praordinati conuertantur ad Deu. Sic enim ecclesia Deo dicit: Propter legem tuam sustinui te domine.

366. Libera Deus Israel ex omnibus tribulationibus suis. Hic enim Israel est casus accusatiui. Vbi nota, quod Israel interpretatur videns Deum. Hic nō nomine Israel intelliguntur omnes qui sunt praordinati ad Deum videndu aeternaliter. Et istoru omniu beatificationem postulat, quia solū in patria ab omni tribulatione & miseria liberamur. Quod bene figuratur Iob 5. ubi dicitur: In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malū. Per sex enim tribulationes intellige omnes miseras & aduersitates praesentis vitæ quibus, scilicet liberamur, id est, liberari mereamur, vt in futurū ab omni malo existamus liberi: vnde dicta verba exponit Greg. d. Quid enim senario numero, quem septimus sequitur, nisi praesentis vitæ operatio discursusque signatur. Incog. tom. 1.

367. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. Vbi aduerte, quod per tribulationes intelliguntur tentationes diabolicæ, quae animam impugnando fortiter tribulant, in qua tribulatione necesse est Deu inuocare: vnde Deut. 4. dicitur, Si toto corde quesieris dominum in tribulatione animae tuae, inuenies eum. Per necessitates vero intellige mundi aduersitates temporales, quae necessitates dicuntur, quia sine illis nullus vnquam iustus permansit, & sic sunt necessariae, vt iusti efficiamur: vt ait, Greg. Sic enim necessitas pro aduersitate accipitur. Eccles. 6. Est amicus socius mens, & non permanebit in die necessitatis. Suas ergo miseras tam interiores per tribulationes significatas, quae exteriores per necessitates insinuat Deo d. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. quo ad primum. De necessitatibus meis erue me. quo ad secundu.

368. Custodi animam meam, & erue me: non erubescam quonia speravi in te. Hic consequenter petit virtutu suarum conseruationem. Hic enim virtutibus multis erat ornatus, quia proximu diligebat pro ipso orando, & Deu in ipsum sperando. Timebat autem ne multitudo tentationu & iniuriaru eum a talibus declinare faceret. Vt enim dicitur vulgarij, nihil tantu comodo uet hominem, sicut despectus sibi factus studiose. Magnus autem despectus est, persequi studiose ab illis quos quis diligit. Et magna perfectionis est talis diligendo sustinere, propter quod dicitur. Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is qui oderat me, scilicet, aperte maledixisset mihi, &c. Et ideo in hoc se periculo videns, diuinu petit adiutoriū. d. Custodi animam meam. scilicet ipsam seruando in virtutibus quas habet, ne declinet exploru odio. Et erue me. scilicet a tali periculo. Non erubescam. scilicet non sim dignus erubescencia, quod scilicet foret si virtutes perderem, quas habeo. Et merito hoc facere debes, & rationem assignat. Quonia speravi in te. quasi dicat: Tu promissisti adiuuare sperantes in te. d. In me speravit, & ego liberabo eu.

369. Oculi mei semper ad dominum: quonia ipse euellit de laqueo pedes meos. Hic est quarta pars in qua psal. quarit a prefuris liberationem. Et diuiditur in partes tres. Quia primo Psal exponit suam deuotionem: secundo ostendit suam passionem: terti. Quia tertio petit Dei miserationem: ubi. Vide humilitatem. Quantu ergo ad primum sciendum quod sicut corpus oculos corporales habet, quibus corporalia videt, sic & anima oculos habet spirituales, scilicet cordis, qui solum spiritualia, scilicet ipsum Deum cernere debent, de quibus dicitur. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis, & de quibus dicitur, Eccles. 2. Oculi sapientis in capite eius. Quia videlicet sapiens quisque illum tota intentione considerat: cuius membrum perfectè se esse pefat. Istos ergo oculos quisque ad Deum semper debet habere, sicut ad ducem & magistrum, sicut ad regem & dominum. Non ad terrena, quae laqueu peccatoru pe-

370. Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis. Hic ne quis desperet a timore domini cadere per tentationes varias, promittit adiutorium. d. Firmamentum est dominus, &c. Quia si dubitando dicas: timere est infirmorum & debiliu: quomodo autem infirmus & debilis timendo perseuerare poterit? Respondet, quia dominus est fortitudo timentium eum, quia sicut timor mundi dat diffidentiam, sic timor Dei stabilem facit hominem ne deficiat tentationibus vel aduersis, propter quod dicitur. In timore domini fiducia est fortitudinis, quod ostendens Grego. ait. In via Dei a timore incipitur, vt ad fortitudinem perueniatur. Nam sicut in via seculi audacia fortitudinem, ita in via Dei audacia debilitatem parit, & sicut in via seculi timor debilitat: ita in via Dei timor fortitudinem gignit. Salomone attestante qui ait. In timore domini fiducia fortitudinis. Timori quippe domini inesse fiducia fortitudinis dicitur, quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despiciit: quanto se auctori rerum temporalium veracius per formidinem subdit. Quae in timore domini constituta, non inuenit extra quod metuat, quia dum recto metu conditori omnium iungitur, potestate quadam super omnia subleuatur. Et hoc idem hic ponit psal. d. Firmamentu est dominus timentibus eum. Sed ad quid timentes eum confirmat: ad hoc scilicet vt perseuerando hereditatem consequatur caelestem, & hoc est quod subdit. Et testamētum ipsius manifestetur illis.

371. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis erue me. Hic consequenter vt magis prouocet misericordiam Dei, suam ostendit passionem & necessitatem. Vbi aduerte, quod per tribulationes intelliguntur tentationes diabolicæ, quae animam impugnando fortiter tribulant, in qua tribulatione necesse est Deu inuocare: vnde Deut. 4. dicitur, Si toto corde quesieris dominum in tribulatione animae tuae, inuenies eum. Per necessitates vero intellige mundi aduersitates temporales, quae necessitates dicuntur, quia sine illis nullus vnquam iustus permansit, & sic sunt necessariae, vt iusti efficiamur: vt ait, Greg. Sic enim necessitas pro aduersitate accipitur. Eccles. 6. Est amicus socius mens, & non permanebit in die necessitatis. Suas ergo miseras tam interiores per tribulationes significatas, quae exteriores per necessitates insinuat Deo d. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt. quo ad primum. De necessitatibus meis erue me. quo ad secundu.

372. Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea. Hic consequenter petit diuinam miserationem. Et diuiditur in partes quinqs, secundu quod quinque a Deo postulat, scilicet postulat primo peccatoru remissionem: secundo inimicoru conuersionem: terti. Respicere inimicos, tertio virtutu conseruationem: ubi. Custodi animam meam. quarto conuersoru societatem: ubi. Innocentes & relli. quinto electoru felicitatem: ubi. Libera Deus Israel. Quatu ad primum nota, quod humilitas orationem facit exaudiri, & penitentia peccata remitti: ideo vt peccata sibi dimittantur: primo oras suam ostendit humilitatem.



tur Sexto quippe die omnia perficiens hominē cōdidit, & septimo die dominus requieuit, qui scilicet septimus vesperam nō habet, quia subsequente requiem nullus iam terminus claudit, perfectus ergo omnibus requies sequitur, quia post bona presentis vitæ opera retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaque tribulationibus nos dominus liberat, ne nos in septima malum tangat, quia per paternæ pietatis eruditionem, presentis vitæ labore nos atterit, sed in aduētū iudicij ab omni nos liberat malo. Hanc ergo liberationem postulat Psal. d. *Liberatus Israel ex omnibus tribulationibus suis*: id est, per tribulationes quas hic fideles patiūtur, tu sic eos per patientiam dirige, vt æternaliter liberari mereatur. Sic enim Deo dicitur. Tu virga eum percussis, & animam eius de inferno liberas.

PSALM. XXV.

**I**udica me domine, quoniam ego in innocētia mea ingressus sum: & in domino sperans, non infirmabor.

Titulus est Psal. *Dauid Psal.* iste fundatur supra historiam quæ habetur, 2. Reg. 2. quod post mortē Saulis Dauid qui erat fugitiuus, & iā inunctus præcepto Dei per Samuelē in regē, cōsuluit dominū, an deberet ascendere ad vnā de ciuitatibus Iuda, & sibi respondit Deus q̄ sic, & q̄ ascenderet in Hebron ad possessionē sui regni habendā. Ascendit ergo Dauid cū vxoribus suis, & aliis confociis suis omnibus. Et tūc venerunt ad eū viri de tribu Iuda, & ibi vixerūt Dauid in regē, vt regnaret supra domū Iuda. Sic ergo sola tribus Iuda sequebatur Dauid. Reliquæ autem tribus sequebatur Ithobeth filii Saulis. Et tūc Dauid fecit istū psal. orās, vt status suus prosperaretur in regno sibi à Deo dato, vt scilicet regnaret nō solū supra tribū Iuda, sed etiā super omnes duodecim tribus: vt sibi à Deo fuerat promissum, & q̄ viri iniqui sibi nocere nō possent. Et ad hoc primo applicabo literā Psal. Secundo exponā Psalmū quo ad intelledū Psal. ¶ *Quantū ad primū Psal.* iste diuiditur in partes duas: quia in prima parte Dauid petit prosperitatē in statu regni: secūdo in cultu Dei: ibi *Lauabo inter innocentes.* Quantū ergo ad primū primo petit Dauid à Deo prosperari in regno, & quātū ad hoc orās dicit. *Iudica me.* id est iudica causam regni pro me, &c. vt. N. ¶ *Quantū vero ad intelledū literæ sciendū,* quod hic Psal. loquitur in persona viri perfecti, qui vt vitet vitia societate malorū vitare conatur, sciens quod scribitur: Psal. 17. Cum electo electus eris, & cū peruerso peruerteris, & sic orat vt à malis separetur. Et quantū ad istū intellectum Psal. iste diuiditur in duas partes: quia primo petit hic à malis segregari, ne cū illis vitiis inquina- tur: secundo in iudicio ne cū illis æternis pœnis deputetur: ibi. *Nec perdas cū impius Deus.* Prima diuiditur in duas: quia primo petit à malis segregari, secundo petit suam innocentiā declarari: ibi. *Proba me domine.* Vbi nota, q̄ iudiciū est duplex, scilicet discretionis, quo scilicet boni discernuntur à malis merito, & si nō semper loco, & iudiciū discussionis, quādo scilicet pro meritis dātur præmia, & supplicia pro culpis. Hic ergo loquitur de iudicio discretionis, vt sit sensus. *Iudica me domine, &c.* Id est, discerne, vel secerne me à malis qui simul mecum modo sunt in

367. De pecc. di. 2. vt co. innocerit

2. Reg. 2.

Psal. 17.

Iudicium duplex.

in Ecclesia, ne simul cū eis eam in ignē æternū. Sic ergo petit à malis separari, nō quidē tam loco quā vita & merito. Sicut enim in inferno mali loco sunt sine bonis, & in paradiso boni sine malis, sic in loco medio qui est præsens vita, eodem loco mixti sunt boni cū malis: vbi malitia prauorum bonis proficit ad meritum, & bonorū virtus malis cedit ad culpā, quod notans Greg. ait: Nullus perfectus est, qui inter proximorum mala patiens non est. Qui enim æquanimiter aliena mala non tolerat, ipse sibi per impatientiā testis est, quia à boni plenitudine lōge distat. Abel quippe esse renuit, quem Cain malitia nō exercet, sic in triturā areæ grana sub paleis premuntur, sic flores inter spinas prodeūt, & rosa quæ redoleret crescit cum spina, quæ pungit. Duos nāque filios habuit primus homo, sed vnus electus, alter reprobus fuit. Tres quoq; filios arca Noe cōtinuit, sed duobus in humilitate persistentibus, vnus ad irrisionem patris ruit. Duos Abrahā filios habuit, sed vnus innocēs, alius vero persecutor fratris fuit. Duos quoque Isaac filios habuit, vnus in humilitate seruatus, alius vero etiam priusquam nasceretur reprobatus est. Duodecim filios Iacob genuit. Sed vnus ex his per innocentiam venditus, ceteri vero per malitiam venditores fratris fuerunt. Duodecim quoque Apostoli in sancta ecclesia sunt electi, sed ne improbi remaneret: vnus eis admixtus est, qui eos persequens probaret. Sic nāque iusto peccator cum malitia iungitur. Sicut in fornace auro palea cum igne fociat, vt quo ardet palea purgetur aurū. Hic ergo veraciter boni sunt, qui in bonitate persistere etiā inter malos possunt. Sic ergo hic cōsimiliter quærit Psal. vt si in præsentī cū malis loco sit fociat: tamen ab eis iudicetur, id est, merito secernatur. d. *Iudica me domine.* id est, secerne & diuide me à malis, ne scilicet ipsis similis efficiar. Cōsimiliter orabat etiā Psal. d. *Iudica me Deus,* & Psal. 42. *discerne causam meam, ab homine iniquo, &c.* Et rationem subdit. d. *Quoniam ego in innocētia mea ingressus sum.* Hoc ideo dicit, quia sicut perseuerantia in peccato maioris peccati est causa, sic perseuerantia in merito cōfirmationem in bono promeretur, & hanc causam iste allegat. d. *Quoniam in innocētia mea ingressus sum.* hoc est, innocentiā per te mihi datā custodiui. Et aduerte quōd dicit, *Innocētia mea:* quia duplex est innocētia, scilicet Angelorū quæ nullā culpam admittit, & hominū quæ sine culpa saltem veniali esse nō potest de lege cōmuni. Sed forte dices: Nonne hoc est verbū præsumptionis seipsum, Laudare orādo de innocētia commendare, licet faciebat ille Phariseus. d. *Deus gratias ago tibi, &c.* Respōdeo, q̄ hoc dicere nō est elatio, sed ne sit ingratus boni sibi collati cōfessio. Sic enim dicebat apostolus. Bonū certamen certauimus: cursum cōsummaui, fidē seruauimus, &c. Vnde quod hoc nō dicat ex superbia, sed magis Deo gratias agens subdit. *Et in domino sperans non infirmabor.* id est, nō timebo inter peccatores ad malū declinare. Vnde & alia litera habet. *Et in domino sperans, non mouebor.* quasi dicat: Et si inter peccatores sim localiter: tamen cū eis mēte non mouebor. Sic enim Loth inter peccatores manēs iustus permāsit. Sic Thobias incautiuitate positus viā veritatis non deseruit. Ex hoc enim Paulus Philippēs cōmendat, d. In medio nationis prauæ & peruersæ inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sic & Ioannes Episcopus Pergami commendat. d. Scio vbi habitas: vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.

Proba

Bonus. Malus. Nota. boni. mixtura. boni. bonorum. in presentia vita. Greg. 20 mor. c. 30

Innocētia

Laudare seipsum. Luca 18.

2. Ti. 4.

Gen. 19. Thob. 1. Philp. 2.

apoc. 2.

368. Proba me domine, & tenta me: vt renes meos & cor meum.

Hic consequenter petit suā innocentiam declarari, & duo facit. Quia primo suā innocentiam explicari postulat: secundo ipsam declarat: ibi. *Quoniam misericordia tua, &c.* Quærunt aliqui vtrū virtuosus suas virtutes aliis velle debeat manifestari. Et videtur, q̄ nō, Christo, d. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hominibus, vt videamini ab eis, &c. Ad oppositum, ait Christus. Luceat lux vestra corā hominibus vt videat opera vestra bona & glorificent patrē vestrū, &c. Ad hoc responderet glo. Matt. 5. Prohibet Deus opera bona facere coram hominibus adhuc finē, vt videamur ab eis & laudemur: præcipit autē vt videant proximi opera nostra bona, & Deus glorificetur. Sic ergo ad propositum iste petit à Deo vt sua innocētia manifestetur, vt ex hoc alij capientes exemplū ad bonū attrahantur. Hoc autē postulat. d. Deo. *Proba me domine, & tenta me.* Omnis enim probatio Dei vel tentatio ad hoc ordinatur vt aliquid incognitū manifestetur. Sic enim Deus tentauit & probauit Abrahā, vt immolaret filium suum, vt prōptitudo obediētiæ Abrahæ, quæ mūdo incognita erat, mūdo manifestaretur, propter quod post Deum dixit. Nunc cognoui quod timeas Deū, id est, alios cognoscere feci. Cōsimiliter ergo iste petit probari à Deo, & tentari, vt per hoc sua virtus ad Dei laudē aliis manifestetur. Et attēdo q̄ hic notat Magister, omnes delectationes vanas, vel carnales tentat, sed aliter & aliter. Tentat enim Deus vt erudiat, & vt probet, id est, vt probatum sibi & aliis hominibus ostendat. Tentat homo, vt discat, quod nescit. Tentat diabolus, vt seducat. Sed qualiter iste tentari & probari à Deo postulet subdit. *vt renes meos & cor meum.* Per renes enim secundū glo. in quibus delectationes venereæ vigent, quæ sunt potiores, omnes delectationes vanas, vel carnales intellige. Per cor vero ex quo omnis mala cogitatio egreditur, intellige omnes cogitationes illicitas, dicente Christo. De corde exeūt cogitationes malæ, furta, homicidia, adulteria, &c. Cōtra ergo ista petit à Deo medicinam tribulationis, & aduersitatis sibi dari, ne quis patiedo mur. muret. d. *Vt renes meos & cor meū.* id est, adhibe purgatoriū medicinale tribulationis delectationibus meis, ne quid mali delectet me. Et cogitationibus meis, ne quid mali cogitem.

368. 22. q. 2. propheta. ut. Virtus. Laudare seipsum. Matt. 5. Quæstio.

Matt. 5.

Probat Deus.

Hinc nascitur q̄stio, vtrū scite quis potest tentari.

Math. 5.

369. de pecc. di. 1. quia di. unitas.

Peccatū. Iustitia Dei. Misericordia Dei. Greg. 33. mor. c. 15.

cōfidat de misericordia, vt adhibere vulneribus suis digna pœnitentiā negligat medicinā, sed quæ præsumit sibi piē parcere, semper cogitet & districte iudicare, &c. Istum autem modum ad declinandū à peccatis Psal. se dicit tenuisse, cū dicit. *Quoniam misericordia tua ante oculos meos est.* scilicet, quasi dicat. Et si quādoque peccauero, semper corde attēdo, misericordiam tuam ne desperem veniam. Et complacuit in veritate tua, scilicet in iustitia tua, quasi dicat. Cōplacet mihi cōsiderare iustitiam tuam, quia peccata punis, ne in peccatū cadā. Et sic in eodē misericordia & veritas sibi obuiauerunt, vt dicitur Psal. 84.

Non sedi cum con cilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Hic consequenter ostendit peccata quæ principalis studuit declinare. Vbi notandū, quod cupiditas radix & fundamentū est omnis peccati, dicente Apostolo. Qui volunt diuites fieri incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem: radix enim omnium malorum est cupiditas. Vnde Chrysost. in sermone de proditione Iudæ ait: O dementia imo cupiditas proditoris, cuncta enim mala cupiditas procurauit. Cupiditas nāque animas captas retinet, & omnibus modis aligans cōstringit, rerū obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Hac Iudas captus cupiditatis insania cōuersationis, mensæ, discipularis, admonitionis, & persuasionis oblitus est cupiditate ductus, vt traderet Christū. Et nota, q̄ cupiditas nō solū vt hic accipitur est inordinatus amor diuitiarum, sed etiā omnis inordinatus amor alicuius vanitatis. Et sic cupiditas est honorem plus debito querere, delectationem carnis, refectiōē corporis, &c. Istud est ergo illud vitium quod hic Psal. specialiter vitare studuit, tanquā omnium aliorū fundamentū. Aliud est vitium quod est directius contra Deum, scilicet peccatū infidelitatis & idololatriæ. Et ideo duo facit. Quia à se excludit cupiditatē. Secundo idololatriam & infidelitatē: ibi. *Odiui ecclesiam, &c.* Quantum ad primum sciendum quod vanitatis nomine omnia tēporalia intelligūt, quia sunt vana & instabilia & nos intento sine priuātur, Eccles. 1. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. *Consiliū ergo vanitatis.* dicitur cōsultatio, operatio, vel deceptio cupiditatis, quibus ista tēporalia ambiunt & inquirunt. Aurum & argentum super vtrūque consilium beneplacitum, facultates & virtus exaltant cor. Sedere vt ait glo. est consentire cum his qui ibi sedent. Quod si præsens es & hoc nō feceris: ibi nō sedisti. Si vero absens es & cōsensisti, sedisti ibi corde quāuis nō corpore. Dicit ergo. *Non sedi cum concilio vanitatis.* id est, corde nō cōsensisti, vel cor meū non apposui illis qui proudent beati fieri in trāstōris: ac si diceret, tractatū cupidorum vitium, facta ipsorū nō amaui, quia illa omnis iniquitatis sunt causa. Et hoc est quod subdit. *Et cū iniqua gerentibus non introibo.* Et nota, quod secūdū grāmaticos aliud est gerere, aliud portare. Nam gerimus quæ in nobis sunt, sed portamus exteriora. Iniqua ergo ille gerit qui intus in conscientia tenet iniquitatē. Est ergo sensus. *Et cum iniqua gerentibus non introibo.* id est, conscientiam operis eorum non habeo acceptam.

Odiui ecclesiam malignantium: & cum impiis non fedebō.

Hic consequenter à se excludit peccatum idololatriæ. Incog. tom. 1. m 2 latia

Psal. 84.

24. q. 3. cū quib.

Auaritia. Cupiditas. Iudas. 1. Tim. 6.

Chrysost.

Vanitas. Tēporalia.

Eccles. 1.

Ecc. 40.

latriæ. Vbi nota, quod ecclesia idem est quod cōuocatio siue cōgregatio. Et quia cōuocantur & cōgretur tam mali quā boni, ideo est ecclesia duplex, scilicet bonorū & fidelium, & malorum & hereticorum, vel infidelium. Item notat hic glō. differentiā inter vanos, malignantes, & impios. Nam vani dicuntur illi qui de caducis rebus & trāsitōis laborant: de quibus in præcedenti versiculo dictum est. Impij autem dicuntur infideles & heretici: quia pietas idem est quod cultus Dei. Impij autem sine pietate, id est sine Dei cultu dicuntur. Malignantes autem sunt qui proximis mala agunt. De cōgregatione ergo & cōuocatione istorum malignorum & impiorum, scilicet infidelium & hereticorū. d. *Odiui Ecclesiam malignantium.* quia non sufficit declinare malum nisi odio habeatur: *Et cum impiis non sedebam.* id est cum impiis & infidelibus non habebam consensum. Vel quia secundum Greg. Sedere idem est quod requiescere: ideo cum impiis sedet, qui cū illis pacem & requiem habet. Et sic nō sedere est cum illis pacē nō habere, sed illos persequi vt veritas fidei omnibus elucescat. Sic enim nō cōsensisse infidelibus, & idololatriis pro nō sedisse Hierē. dicebat. Non sedi in cōsilio idolatriā, id est, idololatriantū.

Sedere. Gregor.

17. i. 15

bonum.

Psal. 50.

Psal. 6.

Lauare peccatū.

Altare cor.

Psal. 83.

Altare multiplex.

2. Paral. 4. Num. 4.

2. Paral. 4. Num. 4.

2. Paral. 4. Num. 4.

2. Paral. 4. Num. 4.

2. Paral. 4. Num. 4.

A charitatis amicitiam. Altare virtutum per virtutis abundantiam. Primo ergo cor nostrū debet esse altare terreum per humilitatem dicente domino. Altare de terra facietis mihi, &c. Terra enim quæ inter omnia elementa gradum tenet infimū, & omnibus se cōculcandā præbet pedibus, virtutē significat humilitatis, quæ quis aliis se inferiorem cōsiderans & viliores præbet cōculcandum. Et sic ille altare de terra facit domino, qui se inter ceteros humilem, & abiectū reputat. Vnde Bruno exponēs prædicta verba. Altare de terra facietis mihi, ait: Altare de terra est humilis homo, qui est de terrā creatus, & ideo dicit dominus. Altare de terra facietis mihi, id est, vos ipsos de terrā cōsiderate formatos, & in vobis terrā humilitatē seruare. Secundo debet esse altare ligneū per castitatem: vnde Moysi præcipitur. Facies altare ad adolendū thymiam de lignis Serchim, quæ ligna sunt incorruptibilia, nec ab igne possunt cōburi, & sic castitatem significant carnis & cordis, quæ nullo libidinis igne crematur, vt ait Beda exponēs verba prædicta. Tercio sit altare æneum per pietatem. Æs enim licet in se sit metallum durissimum, vigore tamē ignis funditur totaliter & liquefit. Sic & cor nostrū solidū per constantiam in bono debet esse, & liquefieri per ignem charitatis & cōpassionis ad proximū. Et de isto altari aeneo dicitur: Fecit Salomō altare æneum viginti cubitorū longitudinis, & viginti cubitorū latitudinis, & decem cubitorū altitudinis. Istud altare est cor nostrum quod æneū debet esse per stabilitatē, fusibile per pietatem, cuius longitudo est vitæ duratio, cuius latitudo Dei & proximi dilectio, cuius altitudo supernorū cōtemplatio. Habeat ergo longitudo viginti cubitos, vt toto vitæ suæ tempore decem præcepta decalogi seruet duplicatē, id est opere & voluntate. Similiter eius latitudo quæ in obseruatione matorum cōtinetur: Christo dicente. Si diligitis me mādāta mea seruare. Sed eius altitudo sit decem cubitorum, vt totus homo interior & exterior eleuetur in Deum secundum quinq; sensus interiores & secundum alios quinque exteriores. Quarto sit altare lapideum per perseverantiā stabilitatē: de quo Ios. 7. Edificauit Iosue altare domino de lapidibus impolitis. Vbi notandum, quod nihil ita cor nostrum facit instabile sicut appetitus laudis & gloriæ vanæ: & sic per oppositum abiectio gloriæ vanæ & hypocrisis altare cordis nostri stabile esse facit. Quid autem per lapides sectos & politos nisi exterioris gloriæ & laudis designatur appetitus: Et sic per oppositū per lapides infectos & impolitos abiectio omnis hypocrisis & vanæ gloriæ denotatur. Vnde Stephanus exponens verba prædicta. Altare est mens hominis, quod de lapidibus impolitis construendū est. Lapidēs enim non poliuntur nisi pro exteriori apparentia: hinc est quod lapides qui in fundamentis ponuntur, nō poliuntur: sed solum illi qui videri possunt. Ille ergo cor suum altare construit de sectis lapidibus & politis, qui ideo opera bona facit vt videatur & vt fauorem acquirat humanum. Nos ergo de lapidibus nō sectis, nec politis cor nostrum domino faciamus altare, vt nostra opera bona sint lapidea per virtutem constantiā, sint imposita per omnis hypocrisis & vanæ gloriæ abiectionem. Quinto sit altare aureum per charitatem & dilectionem. Fecit Salomō altare aureum. Quid enim per aurum nisi virtus designatur charitatis? Vnde Num. 4. dicitur. Altare aureū inuolauit hyacinthino vestimento. Per hyacinthum enim

Exod. 19.

Exod. 30.

Beda.

2. Paral. 4.

Ios. 7.

Iosue 8. Cor.

37. 4.

24. 9. 1.

Domus Dei.

Mat. 21.

Psal. 92.

Psal. 6.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

enim calorē cæl estē ipsa spiritualis & cœlestis affectio significatur. Altare ergo aureū hyacinthino vestimento tegitur, cū tota dilectio nostri cordis & amor refertur ad Deum. Sexto sit altare virtutū, vt scilicet in altari nostri cordis odorem sanctarū virtutum domino offeramus, quia solum talia altaria Deo esse dicuntur. Altaria tua domine virtutū. Istud ergo altare cordis nostri est illud altare ad literam, quod multis virtutibus circūdare debemus: de quo nunc ait Psal. *Et circūdabo altare tuum domine.*

373. Et audiam vocē laudis tuæ: & enarrarem vniuersa mirabilia tua.

Hic consequenter ponit secundā virtutē, quam debet habere quilibet perfectus, scilicet doctrinā, quia bonum & veritatē quā nouit alios debet docere. Sic enim præcepit dominus suis Apostolis, d. Docete omnes gentes seruare omnia quacunque mandauit vobis. Quod ideo requiritur, quia sicut quilibet proximū teneret diligere, sic & bona quæ nouit ipsam docere. De illis bonis dico, quæ spectant ad fidē & animarū salutē. Sed qualiter hoc sit faciendū hic ostenditur. Quia primo quilibet debet audire & addiscere antequā alios præsumat docere. Et hoc est quod dicitur in Cano. di. 36. qui ecclesiasticis. Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos & interrogās & postea prædicare cœpit, quia prius quisq; debet discere, & postea prædicationis officiū vsurpare. Hinc etiā dominus prius Apostolos docuit, postea ipsos ad prædicandem misit. Et istū ordinē hic ostēdit Psal. Qui prius vult audire laudes & mirabilia Dei, postea illa enarrare & docere, dicens: *Vt audiam vocē laudis tuæ, quo ad primum. Et enarrē vniuersa mirabilia tua, quo ad secundum.* Et vide quā bene antequā iste audiat vt addiscat, vel alius prædicet, præmittit cordis mūditiā. d. Lauabo inter innocētēs, &c. Postea audire verbū Dei & illud prædicare consequenter adiungit dicens. *Vt audiam, &c.* Hoc ideo, quia in maleuolā animam nō introibit sapiētia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Dicat ergo Psal. primo *Audiam vocem laudis tuæ* id est, discam quomodo te laudem: nō me. Ille autē intelligit qualiter laudandus est Deus, qui bonum suū non sibi, sed Deo tribuit.

Psal. 83.

Mat. 28. 19.

Docere. Addiscere. 1. 2. 3.

Prædicare. 1. 2.

Sapient. 1.

37. 4.

24. 9. 1.

Domus Dei.

Mat. 21.

Psal. 92.

Psal. 6.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

2. Paral. 4.

4. Num. 4.

malis separari, ne cum illis demergatur in peius. Et diuiditur in tres partes. Quia primo petit dictā separationem. Secundo ostendit malorum iustam damnationem: *In quorum manibus.* Tertio ostēdit iustam suam liberationem: *ibi. Ego autem in innocentia.* Quantum ad primum petit à malis in futurum separari, ne simul damnetur cum illis. d. *Ne perdas cum impiis Deus animam meam.* quasi dicat: Et si corpore pateris in præsentī simul esse bonos & malos, hoc rogo ne patiaris in futuro, id est, non patieris. Et aduerte quia quamuis non solum impij & viri sanguinum in iudicio damnabuntur, sed etiam superbi, auari, luxuriosi, &c. tamen solū nominat impios & viros sanguinum. Quia iste spiritu prophético eleuatus iam præuidebat quod in iudicio contra danandos sola impietas erga proximum & crudelitas allegabitur à Christo, cum dicit damnandis. *Esuriui, & non dedistis mihi māducare, &c.* Pietas enim nō solum in scriptura accipitur pro cultu diuino, sed etiā pro misericordia impendenda proximo. Et sic impius pro crudeli erga proximum accipitur. Dum superbit impius incēditur pauper. Et tales crudeles non miseres proximo etiam dicuntur viri sanguinum. Quia vt vulgariter dicitur: Occidit hominem, qui ipsam non pauit dum potuit. Et habetur di. 86. in singulis. propter quod hic ait glō. quod impij & viri sanguinum hic illi accipiuntur, qui contra charitatis mandata agunt, proximo nō miseres. Item nota quod hic animā & vitā pro eodē accipit, quia ipse homo anima viuūt.

Dicitur. Dicitur. Impius. Homicidium.

Mat. 25.

Psal. 9.

Dicit. 86.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Hic ostendit iniquorum iustam damnationem. Vbi nota, quod quamuis propriē loquendo iniquitas à peccato differat, quia peccatum est genus ad omne vitium: iniquitas autem nō nisi de graui peccato dicitur, vt dicit Grego. Ipso loquendi vsu plus est iniquitas quā peccatū. Vnde omnis homo liberē se peccatorem fateatur. Iniquum vero nōnunquā dici erubescit. Tamen saepe pro eodem accipitur peccatū & iniquitas. Sic enim dicitur. Omnis qui facit peccatum & iniquitatem facit, quia etiā peccatū est iniquitas. Hic ergo accipitur iniquitas pro maioribus peccatis quando dicit. In quorū manibus iniquitates sunt. id est, quorum opera sunt iniqua. Vnde & radice, quasi omnis iniquitatis ostendit cum subdit. d. *Dextera eorum repleta est muneribus.* Vbi notandum, quod nomine dextera hic accipitur interior intentio: sic & per sinistram sensualitas exterior. Dextera ergo eorum dicitur repleta muneribus, quia tales totam suam rationem ad munera applicant accipiendā & non ad spiritualia. Et dicit muneribus in plurali, quia multiplex est munus, scilicet à manu, ab ore, & ab obsequio: vt dicit textus, 1. q. 1. sunt nonnulli. Vnde dicit hic glō. Dextera eorum repleta est muneribus, quia si quid boni agunt, pro muneribus faciunt pecuniæ, vel laudis humanæ, vel timoris, quo timent offendere diuitem. Quia rationem, quæ eis data est ad obtinendam salutem æternam, conuertunt ad accipiendā huius seculi dona: propter quod dicitur. Sed forte dices. Nunquid iustitiam pro muneribus defendens peccat? Ad hoc audi Grego. d. Nam plerunque nonnulli terrena munera appetunt & iustitiam defendunt, seque innocentes æstimant, & Incog. tom. 1. m 3 esse

Iniquitas. Peccatū. Greg. lib. 11. Psal. 22.

1. 3.

Dextera.

Munus.

Deut. 16.

Iustitia. Adhuc. 1. 2.

Munus. Greg. li. 9. mor. c. 19.

1. 3.

1. 3.

1. 3.

1. 3.

1. 3.

esse defensores rectitudinis exultant: quibus si spes muneris subtrahitur, a defensione protinus iustitiæ cessatur, & tamen defensores iustitiæ se cogitant, seque asserunt rectos, qui nequaquam rectitudinē, sed munera querunt. Contra quos bene per Moysen dicitur: Iustē quod iustū est exequere. Iustē quippe quod iustam est exequitur, qui ad defensionem iustitiæ non virtutis amore, sed amore præmij excitatur. Iniustē quod iustū est exequitur, qui ad defensionem ipsam, quam prædicat iustitiā venundare minimē veretur. Iustē ergo iustum exequi est in asseritionem iustitiæ ipsam iustitiā querere, &c. Sed quid dicatur hodie de iudicibus & principibus audi Esaiam dicentem: Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequantur retributiones, &c.

Deut. 1. 6.

Esaiē 1.

377. x. 7. 3. qua. ecie.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Hic consequenter ostendit suam iustam liberationem. Ille enim loquitur, ut dictum est in persona ecclesiæ, quæ maculam non habet neq; rugam. Ideo suam, id est, ecclesiæ innocentiam & puritatē, qua scilicet merito à malis debet separari prætendens, d. Ego autem in innocentia mea ingressus sum. quasi dicat. Illa muneribus ditati sunt, ego autem econtra in innocentia mea ingressus sum, id est, diuitiis innocentia & spiritualibus thesauris sum ditatus. Ideo, redime me, & miserere mei. Præuidit ille pretium Christi sanguinis, quo mundus erat redimendus. Ideo rogat, dicens: Redime me. id est, valeat mihi ad perfectionem liberationis pretium tantū sanguinis. Et miserere mei, quia magna misericordia fuit sparsus Christi sanguis in redemptionem nostram. Sed forte dices. Si iste est innocens & sine peccato, quomodo querit redimi per Christi sanguinem, qui solum effusus est in remissionem peccatorum? Respōdeo, quod omnes natura nascimur filij iræ, sed per fidem Christi & virtutem eius passionis mundamur à peccatis, & redimimur à peenis, quia ipse peccata nostra in corpore suo portauit super signum crucis. Vnde à principio mundi vsque ad finem sine fide Christi nullus à peccato liberatur. Vnde ait Augusti. & recitatur à Magistro lib. 3. di. 2. Omnes iusti, siue ante incarnationem Christi, siue post nec vixerunt, scilicet spiritualiter, neque viuunt, nisi ex fide incarnationis Iesu Christi, profecto quia scriptum est. Non est aliud nomē sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri. Ex illo ergo tempore valet ad saluandum genus humanū, ex quo in Adam vitium est. Sic iste suam innocentiam à Christo recognoscens, d. Redime me, &c. Loquens per verbum præsentis temporis & non præteriti vel futuri, quia semper iusti à peccatis per Christum purgantur & redimuntur à peenis. Sic etiam per verbum præsentis temporis de Christo dixit Ioānes baptista: Ecce qui tollit peccata mundi. Quod exponens Theophilus, d. Non dixit Ioānes, qui tulit de præterito, neque qui tollet de futuro, sed de præteriti qui tollit, quasi hoc semper faciente Iesu, &c. Vnde suam innocentiam per Christum habitam subsequenter declarat dicens,

Redemptio. Fides Christi. Quæstio.

Ephes. 1.

Magist. lib. 3. di. 2.

Act. 4.

Præsentis tempus.

Ioan. 1. Theophil.

378.

Pes meus stetit in via recta: in ecclesiis benedicam te domine. Quid enim pedes significant nisi affectiones

animæ & voluntates, quibus anima graditur bene vel male: Si pes tuus scandalizat te, erue eum, &c. Pes, quod de affectione animæ intelligitur. Quid autem est via recta, scilicet quæ breuior & facilior ad vitam dirigit, nisi charitas? De qua ait Apostolus: Excellentiorē viam vobis demonstrō. Vocatur enim charitas via recta & ceteris excellentior, quia nulla virtus sine ipsa proficit ad salutem, ipsa autem per se sufficiens est. Quid est ergo pes meus stetit in via recta, nisi voluntas mea & affectio stetit in charitate & dilectione? quæ scilicet via recta dicitur, quia omnia opera dirigit in Deum. Vnde de istis viis charitatis dicitur: Iustum dedaxit dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et in hoc ostendit se Deum diligere. Deinde de dilectione proximi subdit. In ecclesiis benedicam te domine. Dicit autem pluraliter in ecclesiis, quia quamuis vna sit ecclesia, quia vnum Christi corpus & vna fides, tamen plures sunt ecclesiæ particulares, vt plura corporis membra: sicut dicimus ecclesiam Romanam omnis alia ecclesia debet imitari. In hoc ergo ostendit dilectionē proximi. d. In ecclesiis benedicam te domine. Quid enim est benedicere dominum, nisi sic viuere, vt exemplo boni operis ceteri ad Dei laudem inducatur: vnde glo. hic dicit. In ecclesiis benedicam te domine. hic dilectioni dei adiunge dilectionem proximi. Quia non occultabo eis quos vocasti benedictionem & gratiam tuam: vt per me benedicaris ab illis, qui meo exemplo & doctrina informantur ad benedicendum. Benedicere enim Deum in ecclesiis est sic viuere vt suo exemplo per mores aliorū Deus benedicatur. Qui enim benedicit Deo lingua & non factis, non vere benedicit. Sic enim dicitur. In ecclesiis benedicite Deo domino.

Mat. 18. Pes.

1. Cor. 12. Via recta. Charitas.

Sap. 10.

Ecclesi.

Benedicere.

P. al. 67.

PSALM. XXVI.



Ominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo?

379. psal. 67. 2. y. 7. 1. 1. 1. 1. 1.

Hic Psalmus talem habet titulū. In finem Psal. David priusquam iniretur. Pro cuius intellectu sciendum, quod David ter fuit inunctus in regem. Primo à Samuele in Bethlehem, cum adhuc esset in domo patris. Ex qua vnctione habuit ius regni, sed non possessionem. Et ex illa vnctione habuit spiritum propheticum, & directus est in eum spiritus domini. Secundo fuit inunctus in regem in Ebron, quando scilicet mortuo Saule, venit in Ebron, & super tribum Iuda solum incepit regnare. Ibsoseth autē filius Saulis regnavit super vndecim tribus: & hoc duravit septem annis & sex mensibus, vt habetur, 2. Reg. 2. Deinde vero interfecto Ibsoseth à Rechab & Banaa, congregatus fuit omnis Israel, & venerit ad David in Ebron, & ibi vnixerūt David in regem super omnes duodecim tribus. Et post ascendit in Hierusalem, & regnavit in pace, vt habetur, 2. Reg. 5. Ad propositum ergo quando titulus dicit, In finem Psal. David priusquam iniretur. hoc intelligitur de ista tertia vnctione, quæ fuit generalis, in qua possessionem totius regni accepit. Quia antequam ista tertia vice esset vnctus, hunc psal. fecit se disponens deuotē ad istam vnctionem recipendam post quā regnavit in pace. Sed quia hæc omnia in figura cōtingebant illis, quia omnia figurabant Christum & eius membra, ideo sciendum, quod olim duo genera personarū inungebantur, quod huc vsque hodie seruat. Reges & sacerdotes. In quibus significabatur

D

2. Reg. 4. Vnctio David.

E

batur vnus Christus, qui est verus rex verusq; sacerdos. Rex quia nos regit & ducit. Sacerdos quia pro nobis interpellat & sacrificij Deo pro nobis obtulit nō vtriq; aliud quā seipsum. Nos autē quia sumus Christi membra, ideo vnū sumus in Christo. Vnde & dicimur Christi. i. Christiani quia per ipsum oēs vnigimur, quia de plenitudine eius omnes accepimus gratiā pro gratia. Vnde sicut David tribus vicibus fuit inunctus, sic cōformiter & nos vnigimur. Primo. n. David fuit vnctus in signū regni ipsius futuri, sic & nos in signū regni æterni percipiēdi primo vnigimur in baptismo, & in alijs sacramentis. Et sicut David post primā vnctionē multos hostes habuit, sic & nos post baptismalē gratiā multos hic patimur hostes. Secundo vnigimur particulariter in reges, qñ post mortē anima beatificatur. Sed tertio erit vnctio generalis gratiæ, quando in fine simul anima cū corpore beatificabitur. Quia tūc in reges vnigemur, cū duplici stola. sc. aīe & corporis. Est ergo sensus tituli iste. In finem Psal. Davidis. i. iste psal. dirigens nos in finē futuræ cōsummationis attribuitur ipsi David. sc. cuilibet fideli, agens de hoc qd priusquam iniretur. secundo. i. ante solā beatitudinis Intentio autē tota est monere fideles ne quis post primā vnctionē torpeat, sed ad secundā diligenter se pareat. His præmissis primo dicā sensum litterę. Et consequenter significatū per litterā. Quantum ad primum sciendū qd vt dicunt Hebræi: & est valde verisimile, quando Deus promouet aliquē ad aliquā dignitatem, dat sibi gratiā per quam conuenienter illam assequi possit. Et hoc nisi promotus apponat sibi obicem. Et ideo David promotus ad regnum, ad illam actionem se preparauit deuotē, & hunc psal. fecit. Et diuiditur in partes fm quod David tria à Deo petit necessaria ad debite exequendū regis dignitatis officiū. Primū est cōtra aduersarios fortitudo & cōstantia. Sedm est quo ad Dei cultū deuotio & reuerentia ibi. Vnam peti à Domino. Tertiu est in bonis operibus cōtinuatio & perseveratio ibi. Adiuuor meus esto, &c. vt N. Quantum ad intellectū significatū per litterā, notandū qd sicut David tribus vicibus fuit vnctus, ita & quilibet verus fidelis & Christianus tribus vicibus per Dei gratiā inungitur. In Baptismo, i. beatificatione animæ, & in beatificatione refuscitatio corporis. Et secundo hoc psal. diuiditur in duas partes. Quia primo agit de prima vnctione, quæ fit in baptismo. Secundo de secunda quæ fit in beatitudine siue in cælo, secunda ibi. Credo videre bona Domini. Prima in duas, quia primo agit de multis gratiis, quæ in prima vnctione conferuntur. Secundo de multis aduersis, quæ illa consequuntur ibi. Exaudi Domine vocem meam qua clamauī. Prima in duas, quia primo ostendit virtutes quæ dantur in baptismo, secundo ostendit effectum virtutum ibi. Dum appropiam, &c. Quantum ad primum sciendum quod in sacramēto baptismi infunditur fides charitas & spes, & si non quo ad actum, tamen quo ad habitum. Cū sine illis virtutibus nullus saluari possit, quomodo saluaretur paruuli baptizati, si nō daretur eis dictę virtutes in baptismo? Et hæc determinatio ecclesiæ habetur scilicet in clementinis cap. 1. vbi Dominus papa tractatis duabus opinionibus de efficacia baptismi concludens dicit. Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Christi, quæ per baptismum applicatur pariter ab omnibus baptizatis secundum opinionem quæ dicit tam paruulis quàm adultis conferri in baptismo informan-

Christus Rex sacerdos.

Nota tr. vnctio: David.

Vnctio Christi. nus fidelis.

Baptismus.

tem gratiam & virtutes tanquam probabiliorem & dictis Sanctorum, & Modernorum Theologorum magis consonam & concordem: sacro approbante concilio duximus eligendam. Ad propositū ergo cū per fidem & alias virtutes illuminetur anima, sequitur quod in prima vnctione baptismali Deus dans animæ fidem & virtutes ipsam illuminat. Et hoc est quod psal. in persona noui Christi militis prima vnctione. i. baptismali inunctus gratia d. Dominus illuminatio mea. quasi d. Non ego mihi sum lux sed Christus, qui per suam gratiam illuminat omnem hominem venientem in hunc modum. Quod ideo dicit, quia peccatū mentem excæcat. Excæcauit eos malitia eorum: & naturam ad bonum exequendum debilitat. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Cū ergo ista prima inunctio tollat peccatum, sequitur quod animam illuminat & fortificat. Quæ duo notans psal. d. Dominus illuminatio mea, quo ad primum. Et salus mea, quo ad secundum. Et hoc cōtra infirmitatem naturæ, vt scilicet iam possim resistere peccato. Quoniam vt dicitur psal. 36. Salus autem iustorum à Domino est, & protector eorum in tempore tribulationis. Ex quo sequitur quod nullum hominem debes timere. Et ideo interrogatiue subdit. Quem timebo? id est, nullum timebo hominē, Quia nullus potest contra Dominum. Quia ergo hic agit de efficacia primæ vnctionis, notandum quod vt doctores dicunt, baptismus multas habet efficacias: quas his paucis verbis psal. comprehendit d. Dominus illuminatio mea, &c. Prima est quia culpam tollit originale. de consec. dist. 4. firmissime. Et extra: de baptismo & eius effectu, Maiores. Secundo omnem culpam delet actuale, de consec. dist. 4. regenerante. Vbi dicitur quod carne contrahitur tantummodo peccatum originale, sed regenerante Spiritu sancto, etiam omnium voluntarium fit remissio peccatorum. Tertio tollit omnem peccatam peccato debitam. de pe. di. 7. hoc autem qualiter, & li. 4. di. 4. Quarto aperit ianuam cœlestem, vnde si baptizatus mox decederet, continuo ad patriam euolaret. Extra de presbytero non baptizato. cap. debitum. Quinto somitem extenuat, licet concupiscentiam non euacuet. de consec. dist. 4. ca. 2. Sexto dispensat cum contrahente in secundo vel tertio gradu. li. 4. de diuortio. c. gaudeamus. Et ibi allegatur ratio, quia baptismus ideo institutus est non vt soluat coniugia, sed vt peccata deleat. Circa prædicta sunt aliqua dubia. Primum vtrum sit bonum, baptismum vsque ad finem vitæ differre, quia cum baptismus tollat omnem culpam & peccatā: talis sine aliqua purgatorij peccata transfret ad cœlum, & sic utilitas magna foret sacramentum differre. Respondēdo quod laudabile est, quod quam citius cōmode fieri potest baptizetur infans. Ratio primo propter mortis periculum, quia cum sint fragilis naturæ cito & faciliter moriuntur, secundo propter infestationes demonum, qui non habent tantam potestatem super baptizatos. Secunda est. postō qd quis velit baptizari, quem sacerdos non vult baptizari nisi sibi certo dato precio, nunquid tali licet in eo casu pro baptismo aliquid dare, & emere baptismum. Responso. Ioan. in summa, d. quod in tali casu à tali licet aquam emere pro baptismum faciendo, etiā si aqua cōsecrata est, sed non licet dare pecuniā pro baptismum faciedo nec pro se si talis sit adultus: quia in tali casu sufficit baptismus flammis, nec etiā p paruulo, quia nō sunt faciēda mala vt

Illuminatio.

Sap. 2.

Thron. 1.

Timor. Nota. hio bene effiacia vni.

Baptis. mus.

depe. di. 7.

Quæstio. Dilataio baptismi.

Quæstio. Baptis. in summa. ma li 3. ii. 24. p. 20.



eueniant bona. Et subdit. q. secundum Alexand. in tali casu potest redimere vexationem sui iuris, si baptizandus sit adultus: etiam pro paruulo, quem vult baptizare. Sed Thomas dicit q. primum melius est. Tertia dubitatio est, posito q. nullus potest regenerari nisi sit generatus, aliquis nascens est in periculo, apparet extra ventrem matris secundum aliquam partem, si de periculo timetur, nunquid potest baptizari illa pars quae apparet extra matris uterum, vt totus dicatur baptizatus? Respondeo q. sic, quia quaecunque pars corporis eius appareat, ipsa est animata anima rationali & humana, cum ipsa sit in corpore & tota in qualibet parte corporis. Et per consequens quacunque parte baptizata, baptizatum est animal humanum: & per consequens homo, & non alius homo quam ille puer: igitur ille puer esset baptizatus. Sed pone casum: apparet aliqua pars extra, baptizans credit q. sit masculus, & baptizans cum imponit sibi nomē Petrus, postea totus exit & est femina, nunquid verē est baptizatus? Respondeo q. talis baptizans aut erat intentionis baptizandi masculus sic q. nullo modo femina, aut baptizandi illum factū siue masculus esset siue femina, primo modo non est baptizatus, secundo modo sic. Consimilis casus est de volente conseruare decē hostias & ante se habet vndecim. Vnde dicunt doctores q. in tali casu debent imponi nomina cōmunia tam masculis quam feminis, vt Bonagratia, Bonauentura, & similia, &c.

**Domini protector vitæ meæ: à quo trepidabo?**

Hic consequenter hoc aliis verbis confirmat d. *Domini protector, &c.* q. d. *Quē debeo timere: certe nullus, quia Dominus protector vitæ meæ.* i. dans mihi vitam virtutū in baptismo, quē etiā protegit, i. cōseruat nisi ponā obicē. Ideo non ait Dñs dator vitæ meæ, quia hoc posuit in primo versiculo: sed *Domini protector.* i. cōseruator. Et ideo *à quo trepidabo?* interrogatiue ponitur. i. quē vel quid trepidabo. q. d. nec aliquid nec aliqū, quia ad omnipotentē Deū pertineo, qui me illuminat, saluat & protegit, ideo nullum timeo præter ipsum. dicit ergo. *Domini protector vitæ meæ.* i. cōseruator. Quid. n. valeret aut quomodo subsisteret vita gratiæ data in baptismo, nisi ab ipso Deo dante cōseruaretur? certe nihil. Nā vt dicit Greg. super illo verbo Iob. 23. Ipse solus est. Nūquid nō sunt Angeli & homines, cœli & terra, &c. Et certe scriptū est, creauit vt essent oīa. Cū ergo in rerū natura tā multa sunt, cur beati viri voce dicitur, Ipse. n. solus est? Sed aliud est esse, aliud principaliter esse, aliud mutabiliter esse, aliud immutabiliter esse. Sunt. n. oīa, sed principaliter non sunt, quia in semetipsis minime subsistunt: ni gubernantis manu teneantur, esse nequaquā possunt. Et infra Cuncta quippe ex nihilo facta sunt, eorūque essentia rursus ad nihilū tenderet, nisi ea auctor oīm re giminis manu retineret, &c. Sic ergo & de vita virtutū quomodo à Deo in baptismo data subsisteret nisi ab ipso Deo conseruaretur? Et hoc est quod notans Psal. d. *Domini protector vitæ meæ, &c.*

**Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas.**

Hic cōsequenter ostēdit quantū effectū habeat virtus à Deo in baptismo infusa. Et diuiditur in tres partes secundū q. tres habet effectus. Quoniā primo aduersitatis expellit timorē, secundo felici-

Rom. 3.  
Questio.  
Questio.  
Greg. 16.  
mor. c. 18  
Gen. 1.  
Ejse.  
Conseruatio Dei  
81  
6. q. 1.  
Iunian.

tatis infundit amorē, ibi. *Vnam peti à Domino.* tertio aternitatis cōcedit honorē, ibi. *In petra exaltauit me.* Aduersitas. Quantū ad primū notandū q. aduersa sunt multiplicia. i. corporis fidei & temporalū rerū. Et omnium istorū gratia in baptismo collata expellit timorē, i. hareticorū, ibi. *Qui tribulant me.* Timorē mundi, ibi. *Si consistant aduersum me castra.* Primo ergo virtus in baptismo data. i. si secundū illā viuamus expellit timorē corporis, quod notans dicit. *Dum appropiant super me nocentes.* &c. Nocentes. n. & inimici tēporalis. corpus possunt occidere. aīam autē lædere non possunt. Sed qd timēda sunt dāna corporis vbi salus aīæ cōsistit: certe minime, quia corpus datū est in seruitiū aīæ vt ipsi subdatur, & non econtrario. Et hoc est quod dicit. *Dum appropiant super me nocentes.* & mali. Ad hoc solū appropinquāt, vt edant carnes meas: quia. i. aīæ & virtutibus eius nocere non possunt. Sic enim & Christus docebat, di. Nolite timere eos qui occidunt corpus animam autē non possunt occidere, sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennam.

**Qui tribulant me inimici mei ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.**

Hic ostendit quod expellit timorē fidei. i. hareticorum impugnantium fidem. Haretici enim in primitiua ecclesia multum ipsam tribulauerunt, & ipsam destruere conabantur, quia fidem catholicam, in qua vnitur ecclesia, destruere conabantur, vtputa Ariani vnitatem essentiae negabant in Deo. Sabelliani negabant trinitatem personarum. Euthyches negabant verbum veram hominis carnem assumpsisse: & sic de aliis. Et sic diuersis haretibus ecclesia tribulabatur, vnde ecclesia Smyrnae dicitur Apo. 2. Scio tribulationem tuam, quia blasphemaris ab his qui dicunt se iudaos esse & non sunt, & isti sunt haretici. Sed tamen ecclesia per gratiam Chr. sibi datam, hanc hareticorum aduersitatem superauit & vicit, quia haretici prostrati sunt & defecerunt, fides ecclesiae manet. Et hoc notans dicit. *Qui tribulant me inimici mei.* i. haretici, infirmati sunt & ceciderunt: quia. i. veritate fidei conuicti sunt & exterminati. Vel in bonum potest accipi. *Ipsi infirmati sunt & ceciderunt:* vt intelligatur, ipsi infirmati sunt in eo. i. quod male defendebant, vt me ad fidem conuerti meliora credant. Et sic ceciderunt, quia colla sua iugo fidei submiserunt. Sic enim de istis inimicis. i. hareticis prædixerat psal. in persona ecclesiae dicens. Persequat inimicos meos, & comprehendam illos. i. per prædicationem fidei, non conuertat donec deficiant. i. ab erroribus suis, confringam illos nec poterunt stare: cadent subter pedes meos.

**Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.**

Hic ostendit consequenter quod gratia in baptismo data excludit timorem contra aduersitates mundi tam visibiles quam inuisibiles. De visibilibus enim aduersitatibus illatis ab hominibus mūdi dicit. *Si consistant aduersum me castra.* Castra enim dicuntur congregatio militum contra hostes ad alios inuadendum & expugnandum. Et sic per castra intellige inimicos homines nos per aduersa persequentes vt nostra bona tollant vel honores. Istis irritatus fuit Moyses & Aarō. ps. 105. Irritauerunt Moysen in castris Aarō sanctum Domini, Sed talia

382  
de ps. di.  
i. homin. diorum.  
Hareticus.  
24. q. 3.  
quidam autem.  
psal. 17.  
13. q. 3.  
Maximianus.  
ni.  
Castrum  
psal. 105.

alia castra gratia Dei facit nos non timere. Et hoc est quod subdit. *Non timebit cor meum.* nec mirum, quia per gratiam baptismalem Dominus est nobiscum. Si ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.

**Si exurgat aduersum me praelium: in hoc ego sperabo.**

Hic consequenter ostendit quod gratia excludit timorem bellorum spiritualium. i. demonum & vitiorum. Quod clare figuratum fuit in Iuda Macchabeo. de quo dicitur. Quod Iudas succinxit se arma bellica in praeliis, & protegebat castra toradio suo. Vbi nota quod per Iudam Macchabeum recte figuratur quilibet fidelis gratia baptismali perunctus, qui fidem confitetur, quam in baptismo recepit, vnde & Iudas confitens interpretatur. Hic variis praeliis vitiorum à demonibus propulsatur, quoniam vt apparet ex discursu libri Macchabeorum, Iudas septem sustinuit praelia famosa & deuicit, quae clare significant bella septem vitiorū, quibus aduersum nos insurgunt demones, in quibus tamen fuit victoriosus. Nam illa praelia significant praelium primum turbationis & iracundiae. Secundum liuoris & inuidiae. Tertium cupiditatis & auaritia. Quartum torpositatis & accidia. Quintum carnalitatis & luxuria. Sextum gulositatis & gastrimargiae. Septimum elationis & superbia. Primum praelium quod habuit Iudas contra se fuit Apollonij ducis Samariae. Congregauit Apollonius gentes ad bellandum contra Israel & cognouit Iudas & exiuit obuiam illi, & occidit illum, & gladium Apollonij abstulit, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Per hoc enim significatur praelium iracundiae. Apollonius enim interpretatur admirabilis. Et quae res magis admirabilis est quam sit iracundia per quam iratus miranda facit & monstruosa, quae hominem manente humana figura corporis intus in crudelē bestiam conuertit? Huius Apollonij gladius est lingua hominis irati mordax & acuta. Lingua eorum gladius acutus. Sed iste proprio gladio occiditur, quia lingua propterea condemnatur. Ex verbis tuis condemnaberis. Isto gladio bellum iracundiae superat, qui patienter verba sustinet iracundi. Melior est vir patiens viro forti. Et de tali qui patientia bellum iracundiae superat dicitur Effudit sanguinem belli in pace. Secundum praelium contra Iudam fuit Seron. de quo dicitur, quod ait Seron. Faciam mihi nomē & glorificabor in regno & debellabo Iudam. Et tamē sequitur quod contritus est Seron, & exercitus eius in conspectu Iudae. Per hoc significatur bellum liuoris & inuidiae. Seron enim interpretatur cantans tristitiam, & significat inuidū qui sicut de alieno bono tristatur, sic de malorum miseria lætatur & cantat. Interpretatur etiam Seron carbo murmurantium, quia inuidi semper à tergo & post murmurando praeliantur & proditorie de quibus dicitur. Intellexit Iob bellum ex aduerso & post tergum contra se fieri victoriam. Tertium bellum contra Iudam fuit Gorgias: de quo dixit Iudas. Melius est nos mori in bello, quam videre mala gentis nostrae: & sequitur, quomodo in illo bello fugatus est Gorgias. Et hoc significat praelium torpositatis & accidia, quoniā Gorgias interpretatur diuidens luctum vel praesidio luctantium. Et significat otiosos, qui quietem quaerentes in praesenti à luctu & labore spirituali

psal. 22.  
384  
1. Mac. 3.  
Timor.  
Praelium.  
Bellum multiplex  
1. Mac. 3.  
Ira.  
psal. 56.  
Mat. 12.  
Prou. 16.  
1. Reg. 2.  
Inuidia.  
1. Mac. 3.  
1. Par. 19  
accidia  
1. Mac. 3.

se auertunt. Scientes quod diabolus illos bellando pulsare negligit quos quieto possideri iure. Tales enim quamuis diabolo resistere possent, viso tamē labore belli ad aduersarium se subiiciendo conuertunt, de quibus psal. Filij Effrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli. Quartum bellum fuit Lissias, de quo dicitur. Congregauit Lissias exercitum vt debellaret Iudam, & sequitur quomodo à Iuda in praelio fuit superatus. Et significat bellum carnalinaris & luxuria. Lissias enim generans interpretatur, significat peccatum luxuria: quod circa partem generatiuam versatur, & tales decipiuntur: quia huius praelij mala non aduertunt. De quibus dicitur q. in magno viucentes bello tor & tam magna mala pacem appellant, & quod de bello luxuriae intelligat, subdit de illis dicēs, Neque vitam neque nuptias mundas custodiunt, &c. Quintum fuit bellum filiorum Esau, de quo dicitur. Debellabat Iudas filios Esau in Idumaea. Esau enim qui pro edulio lentis primogenita vendidit bellum significat gula. Et quia peccatum gulae communitur hominem ad inopiam ducit, ideo de tali bellatore dicitur. Vir bellator deficiēs per inopiam. Sextum fuit bellum Timothei, de quo dicitur. Vidit Iudas quod inceperat bellum, &c. sequitur. Et cognouerunt castra Timothei q. Iudas Macchabeus esset & fugerunt à facie eius. Et significat praelium auaritia, nam Timotheus qui beneficus interpretatur: significat auaros per oppositum, sicut piscina dicitur à piscibus, quia piscibus careat, sic per oppositum auarus dicitur beneficus, quia nulli beneficit, contra quos ait Iudas. Non concupiscatis spolia, quia bellum contra nos est. Septimum fuit bellum Nicanoris. Commiserunt praelium & contrita sunt castra Nicanoris. & cecidit ipse primus in praelio. Et significat bellum superbia. Nicanor enim qui interpretatur stans lucerna significat superbos, qui supra ceteros stare volunt & lucentes apparere. Vnde de bello superbiorum potest dici illud. Induebant se gloria, & stolis belli. Ecce ergo quot bella demonum ac vitiorum nos infestant, quae omnia figuratiue superauit Iudas: quae omnia per Dei gratiam superare possumus, quod bene notans hic Psal. dicit. *Si exurgat aduersum me praelium in hoc ego sperabo.* i. in dono gratiae mihi in baptismo collato.

**Vnam peti à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.**

Hic consequenter ostendit quod gratia in baptismo collata felicitatis concedit vel infundit amorem. Vbi notandum q. gloria aeterna recte per vñū significatur: tum propter obiectū felicitatis, quod est vnus Deus. Erit rex vnus omnibus imperans. Tum propter gloriam, quae successione temporum non variatur: sed tota in praesenti aternitatis consistit. Melior est dies vna in atriis tuis super millia, iestis. Tum propter perfectionem Charitatis, quae ibi omnes beati sunt vniti. Qui adhæret Deo vnus spiritus est cum eo. Et ideo de ciuitate superna in qua omnibus clare lucet Sol iustitiae, qui est Christus, dicitur, Ciuitas solis vocabitur vna: quia ibi nulla discordia: ibi nulla diuisio voluntatum. Et de hac vna ciuitate dicit. *Vnam peti à Domino.* scilicet non gloria temporalem, nō diuitias: & huiusmodi quae vñū dici non possunt: quia ex se diuisione & discordia generant & cōseruant. Et de ista vna gloria vel ciui

385  
de con. oī.  
5. nō me.  
diocritor.  
Exe. 17.  
Vnum.  
Gloria cō.  
iustis.  
psal. 83.  
1. Cor. 6.  
Ejse. 19.

vel ciuitate cœlesti subdit. *Hanc requiram*, s. bonis operibus ad illam me disponendo. Et ad quid? *ut in habitem in domo Domini* i. in cœlesti patria. *Omnibus diebus vitæ meæ*. i. omnibus diebus, quibus anima viuet: quæ scilicet æternaliter viuet, quia immortalis. Vel per vnam intellige fidem catholicam: quæ est vna in omnibus fidelibus tam veteris quàm noui testamenti, vt ostendit Gregor. *Hæc est illa virtus, quam primo quærit baptizandus, cui primo proponitur, quid quæris ab ecclesia? qui respondet, fidem.* Et de hac dicitur. *Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma.* Dicit ergo quilibet fidelis. *Vnam, fidem catholicam petii a Domino.* s. in baptismo. *Et hanc requiram ut in habitem in domo Domini*, &c. i. in ecclesia catholica quæ est domus Domini. i. Timo. 3. *Domus Dei est ecclesia.* Et hoc idem aliis verbis explicat dicens.

Fides Gregor.

Ephe. 4.

1. Tim. 3.

**386** *Vt videam voluntatem Domini: & visitem templum eius.*

*Voluntas.* n. Dñi solū propriè videtur in patria. Vbi nota qd Dñi voluntas quamuis in se sit vna, tamen apud nos dicitur multiplex. s. voluntas signi voluntas beneplaciti. *Voluntas signi*, vt sunt præcepta eius. Et hæc non est efficax, quia multoties præcepit Abraham immolare filium suum, quem volebat immolari, sed hoc ideo præcepit, vt eius obedientia mundo manifestaretur. Et etiam multoties aliqua præcepit, quæ nostra voluntas rebellis non perficit, sicut patet de præceptis eius. *Voluntas autem beneplaciti est efficax & omnipotens*, sic enim omnia quæ vult fieri fiunt, & nihil sibi resistere potest. iuxta illud psal. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra.* Ad propositum ergo, quamuis enim in præsentī voluntas signi sit multis manifesta, non tamē voluntas beneplaciti, quia illa determinata est de omnibus etiam futuris. Et ideo sicut nescimus euentum futurorum, sic etiam nescimus Dei voluntatem. Beati autem in patria clare videntur diuinam essentiam in ipsa clare vtident diuinam voluntatem: & quid Deū efficax fieri velit & quid non. Et hoc desiderans psal. d. *quod vnam petiit a Domino*, &c. Ad quid? *ut videam voluntatem Domini*. & ideo dicitur psal. 102. *Voluntas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas.* Israel namque videns Deum interpretatur, & significat comprehensores beatos. Si autem per ly vnam, fides intelligatur quando dicit *Vnam petiit a Domino*, &c. tunc sic exponitur. *Vt videam voluntatem Domini*, vt per fidem intelligam Domini voluntatem. i. eius præcepta, quæ solus ille videt propriè qui illa perficit & implet. *Et visitem templum eius.* Quantum ad primum sensum templum Domini propriè est corpus Christi, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, de quo templo ait Iesus. *Soluite templum hoc, & c.* Hoc autem dicebat de templo corporis sui. *Visitabitur autē templum hoc*, quando corporeis oculis post resurrectionem videbitur. Et sic videre voluntatem Domini spectat ad stolam animæ, sed visitare templum ad stolam corporis pertinet. Quantum verò ad secundam expositionem est sensus. *Vt visitem templum eius*. i. vt per fidem faciam templum Domini, qui nō requiescit nisi super humilē & quietum. Sic enim iustus fidelibus dicit Apostolus. *Templum sanctum Dei est quod estis vos, & spiritus Dei habitat in vobis.* Et ne prædicta postulans præsumptuosus videatur, assignat consequenter rationem, quare

Voluntas Deum dicitur pice.

psal. 102.

Templum Col. 1. Ioan. 12.

1. Cor. 3.

ista sperando postuler, d. **387** *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.*

Vbi notandum quòd per tabernaculum hic idem significatur quod per templum. s. humanitas Christi, quæ Dei tabernaculum & habitatio erat, de qua dicitur. *In sole posuit tabernaculum suum.* Absconditum verò tabernaculi est diuinitas quæ in Christi humanitate latebat, vt ait Apostolus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Absconduntur autem hæc à nobis. s. tam humanitas Christi quàm diuinitas per fidē. Quia antiqui patres illa per fidem credebant quæ nō videbant, quia fides est de non visis. Et sic dicimur in illis abscondi, quia illa absconduntur à nobis. Sic enim dicebat Paulus. *Loquimur Dei sapientiam in mysterio quæ abscondita est.* Ista autem abscondio fidei non durat nisi per tempus vitæ presentis, quia in futuro euacuabitur fides, quia videbimus eum sicuti est. Sic ergo reddens rationem quare vnam petiit, vt videat voluntatem Dei, d. *Quoniam abscondit me in tabernaculo suo*. i. dedit mihi fidem humanitatis Christi. Et etiam *protexit me in abscondito tabernaculi*. quia dedit mihi fidem diuinitatis eius, & hoc in die malorum. s. in tempore vitæ presentis, in quo mala regnant tam culpæ quàm penæ. Si ergo per fidem saluamur dicente Apostolo. *Gratia salui facti estis per fidem.* Quid mirum si vnam petiit, &c. cum mihi iam in Baptismo dederit fidem?

Tabernaculum. psal. 118. Absconditum. Colo. 2.

Fides.

1. Cor. 2.

Ephe. 2.

388 2. 4. 9. 1. loquitur.

**388** *In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.*

Hic consequenter ostendit quòd gratia baptismalis concedit felicitatis honorem. Vbi nota qd nomine petra: Christus intelligitur, dicente Apostolo. *Petra autem erat Christus.* Exaltatur ergo in petra, quando in Christo beatificamur, quoniam in ipso est diuinitas, in cuius visione beatificatur anima. Et in ipso est humanitas verbo vnita hypostaticè, per quam corpus nostrum beatificatur, iuxta dictum Christi. *Hæc est vita æterna, &c.* Sic ergo in petra exaltantur, qui per Christum beatificati hæreditatem capiunt cœlestem. *Expecta Domini & exaltabit te*: vt hæreditate capias terram. Et nota quòd loquens in persona ecclesiæ, quæ nondū beatificata est, sed beatificari expectat, dicit de præterito & non de futuro. *In petra exaltauit me.* Quod facit propter certitudinem, quam ecclesia habet futuræ beatitudinis certam se reddit. Beati autem in patria quia confirmati sunt in gratia, amplius peccare non possunt, quia aliter non essent securi de sua beatitudine, & si non essent beati. Et hoc notans dicit. *Et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.* Quid enim inimicorum nomine nisi demones significantur & vitia: de quibus psal. 116. *Inimici mei animam meam circumdederunt.* Quid autē per caput nisi mens nostra intelligitur. Possidet sapientiā & dabit capiti tuo augmenta gratiarum. Caput ergo nostrū super inimicos nostros exaltatur quando mēs nostra per gratiā confirmata, suis inimicis altior illis subici non potest. Quinimo omnes demones & vitia beatis subiiciuntur, quia

1. Cor. 10. Petra. Christus beatitudinis.

Exaltare Ioan. 17.

psal. 116.

Inimicus. Demon.

Prou. 4.

quia ponitur scabellum pedum beatorū psal. 106. **A** Ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Vnde & quilibet beatus Deo gratias agens dicit. *Inimicos meos dedisti mihi dorsum.* Omnibus ergo gratis prædictis in vnctione baptismali collatis, sic enumeratis consequenter ad gratiarum actionem insurgit d.

**389** *Circuiui & immolauī in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psallam dicam Domino.*

Vbi primo notandum quòd hostia vociferationis dicitur sacramentum corporis Christi, qui solus hostia sufficiens pro nostra redemptione fuit. Vnde Gregorius dicit. *Qualis hostia pro absoluedis hominibus offerri poterat Deo? Neque enim iustum fuit vt pro rationali homine brutorum animalium victimæ caderentur.* Ergo si bruta animalia pro rationali homine dignæ victimæ non fuerunt: requirendus erat homo qui pro hominibus offerri debuisset, vt pro rationali peccante rationalis hostia mactaretur. Sed quia homo sine peccato inueniri non poterat, & oblata pro nobis hostia, quæ nos à peccato mundare potuisset, si ipsa peccati contagio non careret. Inquinata quippe inquinatos inundare non potuisset. Ergo vt rationalis esset hostia, homo fuerat offerendus, vt verò à peccatis mundaret hominem, homo esset sine peccato. Sed quis esset homo sine peccato, si ex peccati commixtione descenderet? ideo venit propter nos in vero virginis filius Dei, qui pro nobis factus est homo. Sumpta est ab illo natura, non culpa, fecit pro nobis sacrificium, corpus suum exhibuit pro peccatoribus sine peccato hostiam: quæ & humanitate mori, & iustitia mundare potuisset. Vocatur autem ista hostia vociferationis. Nam vociferor, aris, idem est quod *vocem feram. i. fortè emittere.* Christus autem quando pro nobis seipsum obtulit hostiam Deo, clamans voce magna emisit spiritum. Pro beneficiis autem à Deo receptis nihil ei pro gratiarum actione dignius hac hostia offerre valeamus. Quid retribuam Dño pro omnibus quæ retribuit mihi? calicē salutaris accipiam, &c. Tibi sacrificabo hostiā laudis. Et hoc est quod hic dicit psal. *Circuiui*. s. omnia beneficia prædicta & mente considerauī. Et ideo pro gratiarum actione *immolauī in tabernaculo eius*. s. in ecclesia *hostiam vociferationis*. Sec qualiter debeat immolari ostendit d. *Cantabo & psallam dicam Domino.* Vt enim superius fuit dictum. *Cantare est corde & voce latari.* Psallere vero. i. psalterium tangere decem chordarum: est manibus & operibus obseruari Dei præcepta. Est est sensus. *Corde labor in Domino, & opere, & verbis gloriam Dei prædicabo*, sic enim omnibus præcipitur. *Regna terræ cantate Domino, psallite, &c.*

Greg. 17. not. c. 15. Hostia. Eucharistia. Christus. Reliquio.

Mat. 21.

psal. 115.

Cantare. psallere.

psal. 67.

**390** *Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te, miserere mei, & exaudi me.*

Positis gratis quæ nobis in prima vnctione scilicet baptismi conferuntur, consequenter ponit multa aduersa quæ illam vnctionem sequuntur. Nō enim milites suos Deus imbelles esse permittit. Et duo facit. Quia primo cōtra illa aduersa adiutoriū Dei postulat. Secundo quæ sint illa aduersa explicat, ibi. *Quonia pater meus es tu.* Quantum ad primum quatuor facit. Quia primo suam format orationem secundo suam præterit deuotionem, ibi. *Tibi dixit cor meum.* tertio Dei petit dilectionem, ibi. *Ne auertas faciem tuam.* quarto Dei implorat miserationem, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primum suam format orationem dicens. *Exaudi Domine vocem meā*. s. qua clamaui ad te. Vbi notandum quòd vox qua clamamus ad Deum, propriè non est vox corporis, sed desiderium mentis. vt ostendit Gregor. d. *Vera quippe postulatio nō in oris est vocibus sed in cogitationibus cordis.* Valentiores namque voces apud secretissimas aures Dei nō faciūt verba nostra sed desideria. *Æternam etenim vitam si ore petimus, non tamen corde desideramus, clamantes tamen.* Si vero desideramus ex corde etiam cum ore conticescimus, tacentes clamamus. Hinc est qd in heremo populus vocibus pestreperit & Moyses a strepitu verborum tacet, & tamen silens aure diuinæ pietatis auditur, cui dicitur. *Quid clamas ad me?* &c. Sic ergo vox qua clamamus ad Deum orando, est cordis desiderium non sonitus verborum. Et de hac dicit. *Exaudi Domine vocem meam qua clamaui ad te.* s. orando. Et idem aliis verbis repetit d. *Miserere mei & exaudi me.* Vbi nota quòd animus multoties ex gaudio voces multiplicat similiter ex pressura, ex gaudio quippe. Sic enim & psal. crebrò repetit hoc quod exultans se exauditum esse cognouit d. *Exaudiuit Dominus vocem fletus mei Dominus orationem meam suscepit.* Ex pressura, vt psal. 108. *Fiant filij eius orphanī, & vox eius vidua.* Sic in proposito psal. tactus lætitia propter vnam, quā postularat, & corde fauciatus propter pressuras quas sustinebat voces duplicat nunc d. *Exaudi Domine vocem meam, miserere mei & exaudi me.*

**391** *Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.*

Hic suam pretendit deuotionem. Vbi sciendum quòd sicut duplex est homo, scilicet interior & exterior, sic duplex est facies hominis, scilicet corporalis & exterior: & spiritualis & interior quæ est anima, de prima dicitur. *Filiæ tibi sunt, conserua corpus earum, non ostendas eis faciem hilarem.* De secunda dicitur. *Si iniquitatem abstuleris à te, tunc leuare poteris faciem tuam absque macula.* Et de ista facie cordis hic loquitur d. *Tibi dixit cor meum exquisiuit te facies mea.* Aliqui enim orando loquuntur non Deo sed hominibus, facie sui cordis non Deū sed homines quærūt, vt hypocritæ, qui stant in angulis platearum orantes, vt videantur ab hominibus. Alij autem loquuntur Deo, & facie cordis solum Deū quærunt orando. Quibus dicitur. *Tu autem cū oraueris, intra in cubiculum tuū & clauso hostio, &c.* & tales deuotè orant. Et hanc deuotionem hic de se ostendens psal. dicit Deo. *Tibi dixit cor meum*. i. tibi corde sum loquutus orando: nō hominibus quorū nō quæro gratiā, sed tuam, quibus placere nō desidero: sed tibi, quia te solū quæro. ideo subdit. *Exquisiuit te facies mea.* nō aliud extra te. Et quæ bonū nō proficit nisi perseuerantia cōtinuetur. ideo subdit. *Faciem tuam Domine requiram.* i. huic inquisitioni perseueranter instabo, quia scribitur Matth. 10. *Non qui inceperit sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.*

Vox Christi.

Oratio. Clamor. desiderium. Gregor. 22. mor. 18.

Exod. 14.

psal. 6.

391

Facies hominis. Ecc. 7.

100. 11.

Oratio.

Mat. 9.

Mat. 10.

Ne auer

392 Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Apoc. 3. Heb. 12. Dilectio Dei. Aduersus. 115.

Hic consequenter petit Dei dilectionem. Vbi sciendum quodd signum dilectionis Dei erga aliquem est quando hic ipsum flagellat & corrigit. Ego quos amo hos corrigo & castigo, & ad Hebr. 12. Flagellat autem Deus omnem filium quem recipit. Et Pro. 13. Qui parcat virgæ, odit filium. Sed quamuis talis correctio ex dilectione procedat, tamen effectus iræ secundum nostrum modum præterdit. Sicut pater ex dilectione corrigens filium se illi præterdit iratum, dum illum verberat. Sic igitur declinat Deus iram suam à nobis in præsentem, quando nos de peccatis nostris non corrigit, sed ad libitum nos vagari permittit, tunc enim parcens non parcat. Si autem nos corrigit, tunc nos diligit: quia tunc non parcens parcat, non parcat, cessando à correctione, sed parcat peccata corrigendo & dimittendo. Item notandum quodd per Dei faciem Dei designatur dilectio, quia suos saluat electos, psal. 79. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Sic igitur Deus in simulum nos diligit dum peccata dimittit & emendat, iram ostendit, dum peccata punit. Et ista duo simul hic psal. postulat, & primo dilectionem Dei dicens. Ne auertas faciem tuam à me. s. me reprobando. psal. 87. Quare faciem tuam auertis, &c. Et consequenter petit secundum d. Et ne declines in ira à seruo tuo. i. quando es in ira. s. corrigendo, ne declines iram illam correctionis à seruo tuo. Vel aliter ista secunda pars exponitur. Vbi notandum quod ab aliquibus declinat Deus scilicet non in ira, & ab aliquibus declinat in ira. Declinat sed non in ira, quando à peccatis faciem auertit, vt ea deleat, non ab ipso peccante vt eum perdat. Declinat autem in ira quando ipsi peccanti indulget. Et hanc secundam declinationem timens psal. d. Ne declines in ira à seruo tuo.

Psal. 79. Facies Dei.

Dilectio Dei.

Declinatio Dei.

393 Adiutor meus esto Domine, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus.

Desperatio. Presumptio.

Peccator. Perseuerantia.

Hic consequenter diuinum petit adiutorium, & miserationem. Vbi sciendum quodd sicut quandiu sumus in via de nullo quantuncumque magno peccatore est desperandum, quia tempus penitentiae est vsque ad vltimum articulum vite. Sic nec quantuncumque sit sanctus & in statu gratiæ debet esse sine timore, quia sicut quilibet peccator potest conuertit, sic & quilibet iustus peruerti potest. Et ideo psal. quamuis se videret in via salutis esse; quia soli Deo loquebatur, solam Deum quærebat, tamen de casu formidans Dei adiutorium petit, di. Adiutor meus esto, &c. q. d. Et si iam sum in via salutis per te positus; tamen quia per me ipsum sine te perseuerare non possum, ideo adiutor meus esto ne derelinquas me. Quid enim proficeret peregrinanti si ponatur in via recta eundi ad terminum, si necessaria itinere remouerentur ab eo? Sic orat iste. Nam me in via posuisti, sed aberrabo si me derelinquas, voluntatem liberam mihi dedisti, sed sine te nihil potest conatus meus. Ideo subdit, Ne despicias me Deus salutaris meus. q. d. Tu es Deus qui me creasti, tu es salutaris meus qui scilicet sanas plagam peccati. Quid igitur mihi proficiet quodd me creasti, vel quia ne redemisti si me contempnas? q. d. nihil, ideo oro. Ne despicias me Deus salutaris meus. Quid est enim despiciere Dei

nisi mentem derelinquere? Omnipotes enim Deus humanum animum tunc despicit quando ipsum sibi ipsi relinquit. Non enim humanam mentem debellando despicit, sed recedendo: quia ad perditionem suam sufficit sibi ipsa dimissa. Vnde per Salomonem dicitur. Considera opera Dei, quodd nemo possit corrigere, quem ille despexerit.

Ex. 6.

Quonia pater meus & mater mea dereliquerunt me: Deus autem assumpsit me.

394 13 q. 1. 11. lnd perque.

Hic consequenter explicat quæ sunt illa mala, & aduersa quæ in præsentem patimur. Et circa hoc tria facit. Quia primo exprimit datorem malorum & illatorem. Secundo contra hoc postulat redemptorem, ibi. Legem pone. Tertio redemptoris ponit orationem, ibi. Ne tradideris. Quantum ad primum sciendum quodd totius culpæ & penæ generis humani causa fuit originale peccatum per primos nostros parentes Adam & Eua commissum. Deus enim creauit hominem rectum, qui in iustitia originali sibi scilicet data ab origine permanere poterat pro se & tota posteritate sua, quæ iustitia animam faciebat Deo subditam, & carnem animam, in qua si permãsserit fuisset in gratia confirmatus cum tota posteritate sua. Et sine morte cum omnibus suis posteris translatus fuisset ad gloriam in certate. Ipse autem in peccando perdidit iustitiam originale, quam pro se & tota posteritate accepit. Vnde ipso rebellante Deo & eius præcepto, statim in ipso & tota posteritate sua caro spiritui cepit rebellare, quia dignum est vt qui suum spernit superiorem & ipse à suo spernatur inferiori. Et sic peccatum originale transmisiit ad posteros. Sicut si in iustitia originali permãsserit, ipsam ad suos trasimississet posteros. Et hoc peccatum originale fomes est omnis peccati concupiscentiæ, peccatum autem est causa omnis aduersitatis & penæ tam temporalis quam spiritualis & æternæ, quia si nullum fuisset peccatum nulla pena fuisset. Et sic primum peccatum primorum parentum, quod transmittitur ad posteros, causa est omnis aduersitatis & penæ. Exprimens ergo causam miseriarum omnium, & peccatorum dicit, quodd fuerunt primi parentes qui nos dereliquerunt. s. in peccatum originale cadere, dum scilicet ipsi originale iustitiam quam etiam pro nobis acceperant non seruauerunt, quod exprimit d. Pater meus & mater mea dereliquerunt me. s. Adam & Eua peccando me dereliquerunt, quia iustitiam quam pro me acceperant, perdidit. Sicut per exemplum. Si rex militi donet castrum pro se & posteritate sua, miles autem efficiatur proditor regis, nonne dignè non solum priuatur pro se & tota posteritate castro, quinimo etiam perpetuo damnatur exilio. Sic cõformiter in proposito dicit. Quonia pater meus & mater mea dereliquerunt me. s. huic miseria me exposuerunt peccando. Et quid sequitur? Quia dicitur quodd sequitur. Et Dominus assumpsit me. i. propter peccatum commissum vt nos ab illo redimeret. Disposuit me. i. hominè ad uitatem hypostatice assumere psal. 17. Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. Et si quaras, si peccatum non fuisset nunquid verbum assumpsisset hominè? Aliàs dixi quod sic, sed non mortalem & passibilem. Prouidebat ergo psal. quod verbum debebat

In iustitia originalis

Originale peccatum

psal. 17. Quæstio.

debebat hominem assumere: vnde ardentem istam assumptionem videre desiderabat, & feruenti desiderio ipsam fieri postulabat, vnde sequitur quod orans dicebat,

Legem pone mihi Domine in via tua, & dirige me in semita recta propter inimicos meos.

395 de conf. di. 4. nec quæstio.

Hic ergo consequenter postulat redemptorem. Quid enim proprie dicitur via nisi Christus; qui de seipso ait. Ego sum via veritas & vita. est enim via, qua ad patrem pergimus, ipso dicente Ioan. Nemo venit ad patrem nisi per me. Et per hanc viam edoceri desiderat d. Legem pone mihi Domine in via. i. emitte Christum in quo legem habeamus euangelicam quæ contra omnes defectus præbet medicinam, quo ad præcepta. Hic etiã via semita dicitur quia arcta est quo ad consilium. Nonne arduum videtur inimicos diligere, persecutoribus benefacere? quæ tamen omnia docet Christus obseruare, & ideo semita dicitur, & non solū via, ipso di. Arcta est via, quæ ducit ad vitam, &c. Et quare hoc sic instanter postulat subdens, ostendit dicens. Propter inimicos meos. qui. s. infideli non cessant. Sed forte dices. Quæ est ista lex, quam expectat sic per Christum sibi dari & quæ directio? Respondeo quod ex illa de qua supra dixi, ibi: Dulcis & rectus Dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via, s. lex iustitiæ & misericordiæ, quæ commissa peccata dimittit: & amplius nõ peccare præcipit. Similiter est illa directio de qua ibidè subdit. Diriget mansuetos in iudicio, s. acceptatio operum nostrorum ad gloriam, vide ibi.

Ioan. 14. Via dicitur Christus.

Semita dicitur Christus.

Mat. 7.

Lex Dei.

psal. 24.

Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

396 de con. di. 4. si in sacramentis

Hic postquã postulat redemptorem, consequenter agit de redemptoris oratione, hucusque enim loquutus in persona corporis ecclesiæ, nunc autem loquitur in persona capitis. s. Christi. Vbi notandum quod principalis intentio tam damonũ quam ludæorum contra Christum erat sibi penas corporales, & opprobria inferre, ac etiam mortem, vt ipsum ad desperationem inducerent: vt per hoc in mundo difamato nomen eius, & fidè delerent, vnde principalis quærebant animam perdere: sed accessorie corpus interficere. Et istorum duorum accessorium obtinuerunt: quia eius corpus percusserunt flagellauerunt, & crucifixerunt. Sed primum & principale obtinere non potuerunt, quia nec ipsum ad peccatum traxerunt, nec eius fidè annullauerunt, propter quod & Christus de ipsis dicebat psal. 62. Ipsi vero inuanũ. i. frustra quæsierunt animam meam. Quæ omnia præuidens psal. spiritu prophetico eleuatus in persona Christi orans d. Ne tradideris me in animas tribulantium me. q. d. Non oro, ne tradas me in manus. s. in animas. i. in voluntates eorum vt eis consentiam, etsi carnes meas dabis in manu eorũ, non tamen rogo permittas voluntates eorũ impleri de me. Deoret caro carnem, terra terram, sed anima sibi seruetur illæsa. Et si terra detur in manibus eorum rogo ne anima in animas eorum detur. Et de hoc dicitur. Terra data est in manus impij. Quod exponens Gregorius dicit. Quid enim nomine terræ nisi caro exprimitur? Quis appellacione impij nisi diabolus designatur? Huius

Desperatio. Christus Inuans.

Job. 9. Greg. 11. mor. 2. Terra corporis Christi.

impij manus fuerunt, qui in redemptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaque data est in manus impij, quia antiquus hostis redemptoris mentem corrumpere per se tentando non valuit, sed eius carnem per suos satellites ad triduum permittit extinxit, & dispensatione supernæ pietatis nesciens ex hac ipsa permissione seruiuit. Et cõsequenter ostendit falsitatem inimicorũ. s. qualiter cum decipere moliebantur, dicens. Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. s. de me falsa dicentes: vt moueant me & reuerent à te. Sic. n. ad literam de Christo scribitur. Principes sacerdotũ & seniores & omne conciliũ quærebant falsum testimoniũ contra Iesum vt eum morti traderent. Sed tamen non præualuerunt, quia mentita est iniquitas sibi. quia. s. non habuerunt de me quod iniquitas eorũ eis promittebat. Et sic ad damnationem eorum mentita est iniquitas sibi. Quia omne peccatum in suum redit auctorem.

Credo videre bona Domini, in terra viuentium.

Hæc est vltima pars psal. in qua postquã egit de prima vnctione. s. baptismali, nunc agit de alia. s. gloria. Præuidebat enim psal. regnũ ætorũ non quiete sed labore & penitentia mereri, quod in capite Christo præuidit, qui. s. multa mala prius passus est & post glorificatus, ipso dicente. Oportuit Christũ pati, & ita intrare in gloriam suam. Propter quod & de Christo dixerat ad litteram psal. 109. De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput. Quia. s. de fluxu nostræ mortalitatis, & de transitoria & turbulenta passione bibit nascendo & moriendo. Et hoc in via vite præsentis, propterea exaltauit caput, quia per hoc quod humiliatus est vsque ad mortem, Deus exaltauit illum & dedit illi nomen, &c. A consimili & iste ex pœnis, quas hic patiuntur propter Christum fideles, vitam æternam præstolatur. Et hinc est quodd omnibus miseris vite præsentis superius enumeratis, ex illis ad spem gloriæ æternæ confugit, in persona omnium fidelium dicens. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et ad consimilem crudelitatem alios prouocat d.

Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum: & sustine Dominum.

Quasi dicat. Sicut ego certus sum de illa beatitudine, ita tu quicumque vnctus es, expecta Dominum secure, quia non fallit omnipotens. Qui enim promisit, certus est, verus promisit qui mentiri nõ potest. Sed interim viriliter age. i. tolera fortiter aduersa, & tribulationes, & mundi flagella. Et confortetur cor tuum. s. in prædictis malis, quia aduersa mundi signũ sunt salutis æternæ. Et sic sistite Dominum, id est. super omnia tene Dominum, ipsum omnibus prædiligendo. Sic & se facere alibi confitetur psal. 129. Psal. dicens. Sustinuit anima mea in Domino.

De te Domine clamabo: Deus meus ne fileas à me, nequando taceas à me: & afsimilabor descendentibus in lacum.

Iste psal. ralem habet. titulum. Psalmus huius David Incog. tom. 1. n uid

Mat. 27.

397

Luce. 24. Gloria Labor.

398 6. q. 1. sunt pluri mi.

Expectatur.

299 6. q. 1. s. omnia.



David.

Notandum quod quando in titulis Psalmorum ponitur David, ly David diuersimode & varie accipitur, quia quandoque significat caput ecclesie: quod est Christus, quandoque ipsum corpus, sicut ecclesiam, quandoque vero utrumque simul, totum Christum. Quandoque autem in titulo additur huic vel ipsi sicut hic, ibi ly David significat Christum. Est ergo tituli sensus. Psalmus iste attribuitur huic David, sicut Christo, qui loquitur in hoc psal. agens de Christi passione & resurrectione. Et monet Christum in hoc psalmo aduersa tolerare, quicunque volunt cum ipso Christo regnare. Quantum vero ad fundamentum psal. notandum quod iste psal. fundatur supra quandam historiam quae habetur, 2. Reg. 19. Quod cum Absalon filius David insurrexisset contra patrem, & regnum patris sibi usurpauerat, quod Deus permisit ad puniendum peccata David adulterij & homicidij. David fugit de Hierusalem timore filij. Et ascendebat cliuum oliuarum nudis pedibus incedens & flens cooperto capite. Tunc Sadoch & Abiathar sacerdotes sequuti sunt eum portantes arcam Dei volentes esse cum David & ipsum comitari. Et ascendit Abiathar ad consulendum Dominum, quid agere deberent ante arcam Domini vnde responsa habere consueuerant, & tunc nullum habuit responsum. Ex quo David tunc cogitauit sibi Deum nondum fore placatum, propter quod David iussit arcam reportari in ciuitatem ad locum suum, reputans se indignum illam in sua comitiua secum habere. Quo facto David ascendit summitatem montis oliuarum, vnde ciuitas & tabernaculum clare videbantur. Et ex illo loco orauit ad Dominum versa facie ad ciuitatem, & ad locum sanctum, sicut nunc fideles a loco vnde potest videri ecclesia alicuius sancti versa facie ad ecclesiam orant. Et tunc fecit istum psal. orans Deum pro sua liberatione ab ista persecutione. Et tunc intellexit se exauditum ab eo sic quod filius non praualeret aduersus eum, sed ipse cum victoria & pace ad ciuitatem rediret, & in pace suam regnum possideret.

2. Reg. 19.

Oratio.

Clamor Christi. Oratio Christi.

Quia primo ponitur ipsius David deuota oratio. Secundo ipsius deuota exauditio ibi. *Benedixit Dominus*, &c. vt N. Quatum vero ad intellectum psal. iste psal. est quadam oratio, quam Christus fecit tempore suae passionis, & diuiditur in duas partes. Quia Christus primo ponit suam orationem. Secundo gratias agit de sua exauditione ibi. *Benedixit Dominus*. Prima pars diuiditur in partes duas. quia orando primo Dei gratiam postulat. secundo futuram Dei iustitiam explicat ibi. *Ne simul tradas me*. Prima in duas. Quia primo suam petit resurrectionem, secundo ecclesiae aedificationem ibi. *Exaudi Domine vocem*. Quantum ad primum orationem suam praemittit Christus seipsum nobis praebens in exemplum patri, d. *Ad te Domine clamaui*. i. ego homo clamabo ad te corde orando. Vbi notandum quod multis vicibus ac multipliciter Christus clamauit.

Clamauit in campo, turbis seminans. Clamauit in templo, legem predicans. Clamauit in loco, mortuos suscitans. Clamauit in corde, intus generans. Clamauit in cruce, mortem tollens. Clamauit ad patrem, Deum inuocans. Primo clamauit in campo, &c. Luc. 8. Cum turba

plurima conuenirent & de de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem. Exiit qui seminat seminans, &c. sequitur. Et hoc dicens clamabat. Qui habet aures audiendi audiatur. Ideo enim clamabat, vt ostenderet quae dicebat mystica esse & intento corde meditando. Vnde praedicta verba exponens Beda dicit. Quoties haec additio. Qui habet aures audiendi audiatur vel in Euangelio vel Apocalypsi Ioannis interponitur, mysticum esse quod dicitur, quarendum quoque a nobis attentius ostenditur. secundo clamauit in templo, &c. In die magno festiuitatis stabat Iesus & clamabat dicens. Si quis sitit veniat ad me & bibat, & flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Hoc autem dicebat de Spiritu sancto. Clamabat septimo die festiuitatis & non aliis intermediis praedicando, secundum Chrysostomum. Quia festiuitas per septem dies agebatur. Prima autem dies & vltima celeberrimae erant secundum legem. Medij autem dies secundum voluptatem magis consumebantur. Ideo istis diebus praedicando non clamabat, ne quae decebantur deperiret, eis vacantibus voluptatibus. In hoc suos praedicatorum instruens, vt aptum tempus obseruet quando sermonem debeant proficere, spiritualia enim erant quae dicebantur. Tertio clamauit in loco mortis, suscitans. Ipsi scilicet Lazarum mortuum, quem cum quadriduanum suscitare vellet, voce magna clamans ipsum reuocauit ad vitam. Iesus voce magna clamauit. Lazare veni foras. Et statim prodiiit, &c. qui fuerat mortuus. Ideo enim tunc clamauit secundum Theophilum, vt aliquorum errorem destrueret, d. Altius enim tunc clamauit Christus, vt Gentilium ora refrenet, fabulantium in tumulis esse animas defunctorum. Nam quasi foras manentem eam aduocat per clamorem. Quarto clamauit in corde, &c. Clamat enim Christus in cordibus nostris, dum per suam gratiam nos filios Dei facit adoptiuos. Gal. 4. Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra, clamantem abba pater. Quod exponens Magister dicit in glo. Misit Deus Spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater. i. qui fecit nos clamare, quod nunquam praesumeremus, nisi ipse nos doceret. Sed quid est clamare abba, i. pater? Abba enim Hebraeum est idipsum significans quod pater. Et hanc consuetudinem in pluribus locis scriptura seruat: vt Hebraeum verbum cum sua interpretatione ponat. Duo namque sunt verba, quae posuit scilicet abba & pater, vt posterius interpreter primum: nam hoc est abba quod pater. Quinto clamauit in cruce mortem tolerans, quando scilicet in cruce positus, vt habetur Mat. 27. circa horam nonam clamauit voce magna dicens. Hely hely lamazabathani. Ideo enim tunc sic se derelictum clamauit, vt omnibus notum faceret, non propter se, sed propter nos talia passum fuisse. Vnde praedicta verba exponens Origenes ait. Non autem aeternis humano more saluatorem clamando ista dixisse propter calamitatem, quae ipsum opprimebat in cruce. Si enim ita accepisset non audies clamorem magnae vocis eius quae ostendit aliquid magnum esse absconditum. Sexto clamauit ad patrem Deum inuocans. Et clamans voce magna Iesus ait: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hoc dicens expirauit, quod ideo fecit vt ostenderet quod liberè moriebatur non coactè. Vnde Theophilus ait, Clamans Christus alta voce expirat, quia inerat ei potestas ponendi animam suam, & eam resu-

B

C

D

E

Chrysost.

Ioan. 11.

Gala. 4.

Mat. 27.

Origenes.

Luca. 23.

Theophil.

men

mendi. tunc enim clamans spiritum patri commendat orans, & si anima separabatur a carne, verbum tamen ab ipso non separabatur. Consimiliter enim illum clamasse hic ostendit propheta d. *Ad te Domine clamabo Domine Deus meus: ne flectas a me*, id est ne discedas a me. i. secundum glo. Ne vnitatem verbi tui separes, ab eo quod homo sum. *Nequando taceas a me*. hoc secundum glo. non est in textu, sed superadditum fuit a septuaginta interpretibus ad maiorem expressionem. Et quare Christus hoc postulat statim subdit. *Et assimilabor descendentibus in lacum*. q. d. Si vnitatem tuam a me separaueris assimilabor aliis hominibus qui descendunt in infernum, qui nec alios nec seipso ab inferno possunt liberare. Quod ideo dicit, quia si diuinitas fuisset separata mors Christi non fuisset sufficiens precium pro redemptione generis humani, sicut nec mors aliorum hominum. Et ex hoc apparet, quod sic orando suam petit resurrectionem: virtute enim vnitatis verbi ad naturam humanam statim resurrexit. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.

psal. 15.

400 de con di. 4. 1. 1. 1. 1.

Oratio Christi multiplicit.

Christus orans ad templum.

Luc. 22.

Exaudi Domine vocem deprecationis meae dum pro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.

Hic consequenter petit ecclesiae suae aedificationem. Vbi notandum quod Christus orauit in horto in nocte suae passionis, & in cruce. In horto orauit pro se: & in cruce pro nobis. De prima oratione dicit. *Exaudi vocem deprecationis meae*: quia dicebat. Pater si possibile est transeat a me calix iste, &c. verum tamen non quod ego volo, sed quod tu vis. In cruce autem orauit pro nobis, expansis manibus in ligno ad recipiendum & amplectendum fideles dicens. Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Et quantum ad hoc dicit. *Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum*. scilicet ad construendum & ecclesiam aedificandam. Virtute enim illius orationis multos conuertit ad fidem, qui primitiuam ecclesiam siue templum fundauerunt. Dicit ergo Christus secundum glo. *Exaudi Domine, etc. Dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum*. id est quia extollo vel expando manus meas, quod ad litteram Christus fecit in cruce. Et hoc non pro mea culpa sed ad construendum templum sanctum tuum. i. vt ecclesiam constituam. Ad hoc etiam denotandum quod tunc Christus orabat moriendo pro constructione ecclesiae & templi Dei, tunc etiam moriendo expansis manibus corporalibus etiam oculis templum respiciebat in monte Caluariae crucifixus: vnde templum videri poterat. Secundum enim more Iudaeorum, quibus praeceptum est, vt vbi cunq; fuerint, ad illam partem orarent vbi scirent esse Hierusalem & Dei templum. Quod & Christus fecit legem implens, quia crucifixus faciem vertebat ad Hierusalem, vnde & templum videbat, ad significandum quod ecclesiam catholicam per illud templum figuratam tunc moriens aedificabat. Et notandum quod hic Christus orat generaliter pro omnibus fidelibus dicens. *Dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum*. Raro autem legimus orasse pro aliquo in singulari. Nam et si Petro dixit, Luc. 22. Ego rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, illa tamen oratio fuit generalis scilicet pro fide Petri, quae est fides vniuersalis ecclesiae. Ecclesia tamen in dubio orationes facit pro singularibus personis: multoties ac etiam generaliter orat pro multis. Et ideo hic oritur dubium. Vtrum orationes specialiter pro aliquo factae, aequae profint omnibus eiusdem meriti? Vel, vtrum oratio pro aliquibus facta generaliter aequae cuilibet eorum proficit ac si pro vno illorum solum esset facta? Ad hoc respondet sanctus doctor libro 4. distinct. 45. quaest. 4. Quod valor orationum vel suffragiorum potest pensari ex duobus. Vno modo ex virtute charitatis, quae facit omnia communia. Et secundum hoc plus valet ei, qui est in maiori charitate, licet pro ipso specialiter non fiat. Cuius ratio est: quia quilibet qui est in purgatorio ratione charitatis habet quandam congratulationem & delectationem de bono alteri us & maiorem secundum quod est in maiori charitate. Alio modo suffragia vel orationes valent ex hoc quod per intentionem orantis alteri applicantur per modum satisfactionis pro debitis. Et sic dicit quod magis valent ei, pro quo specialiter fiunt, immo sic illi soli valent. Sed contra istam opinionem sunt multi doctores, & maxime Praepositus, qui ponit quod suffragia pro vno facta vel orationes non magis profint ei pro quo fiunt quam aliis, sed profint vnicuique secundum quod magis digni sunt. Quia charitas omnia facit esse communia, diuidens singulis prout sunt capaces. Et ponit exemplum de candela quae accenditur pro aliquo diuite, cum quo sunt alij serui vel pauperes, quae non magis illum illuminat, quam alios, qui cum eo sunt, quinimo quilibet participat illius candelae lumine magis & minus secundum quod magis dispositus est ad receptionem luminis, id est secundum quod habet oculos clariores vel debiliores. Similiter ponit exemplum de lectione, quam non magis percipit ille pro quo legitur, quam alij qui simul cum eo audiunt, sed illi magis qui sunt intellectu capaciores, quam alij pro illo legatur & non pro aliis. Similiter potest poni exemplum de societate aliquorum mercatorum, quia lucrum ab vno illorum factum non plus proficit illi quam aliis, sed vnicuique illorum de societate magis & minus, secundum quod plus & minus habent in societate. Cum ergo charitas sit fundamentum omnium meriti & omnis societatis spiritualis, quia totum corpus ecclesiae charitate ligatur & in vna societate copulatur, consequens est quod lucrum ecclesiae & omnia merita a quocunq; fiat distribuuntur singulis secundum capitale maius vel minus, quod habent in tali societate, quod est charitas. Istam opinionem tenet Dominus Hostiensis in summa titulo de poeni. §. Quibus mortuis suffragia profint. Et probat. Quia aequum & sanctum est, quod si quis pro amico specialiter possit facere insolidum & cum hoc nihil sibi obest neque deperit si etiam singulis aliis valeat insolidum, quod tunc singulis aequaliter valeat. Sed hoc est in suffragiis spiritualibus, eo quod charitas omnia communia facit in charitate existentibus. Ad hoc etiam est auctoritas Hieronymi, quae habetur de consec. distinct. 5. non medio critere. Vbi dicitur. Melior est septem psalmorum decantatio cum cordis puritate, & hilaritate quam totius psalterii modulatio cum anxietate cordis ac maestitia. Et subditur ad propositum. Cum igitur pro centum animabus psalmus vel missa dicitur, non minus quam si pro vnoquoque illorum diceretur, accipitur, &c. Et ista opinionem credo veriorum, scilicet quod tantum

Oratio de but esse generalis.

Declar sanctus.

Suffragia. Missa va lor.

Hieronymus.

valet oratio vel missa dicta pro mille immo pro omnibus in charitate existentibus cuilibet illorum ac si pro vno solo diceretur. Et hoc in telligo quantum ex parte operis operationi quantum ex parte operantis. Hanc etiam opinionem tenet Dominus Guido in expositio exponens predictum capitulum non mediocriter. Sed ex predictis statim insurgit alia dubitatio. Quia si missa vel oratio dicta pro mille tantum, cuilibet illorum valet, ac si pro vno solo diceretur, vel si ita valet ei pro quo non celebratur, sicut illi pro quo celebratur, secundum quod est in charitate magis vel minus, ut ponit dicta opinio, quare igitur ecclesia instituit specialia suffragia, & orationes speciales, & non solum communes? Ad hoc est duplex responsio. Vna propositiui dicentis, quod hoc ideo ecclesia fecit ad excitandas deuotiones fidelium, qui promptiores sunt ad faciendum suffragia specialia quam generalia, & pro amicis & parentibus, quam pro extraneis & ignotis. Alia est responsio Hostiensis: ubi supra dicit quod ad hoc est duplex ratio. Vna ex parte viuorum, alia ex parte mortuorum. Ratio ex parte viuorum est, ne scilicet tu filius vel haeres damneris: quia tu specialia suffragia pro tuis facere multiplici ratione obligaris. Primo scilicet lege naturae, tu tamen velles quod pro te parentes & amici specialia suffragia facerent in subsidium tui: non obstante quod aliis tantum valerent sicut pro te: igitur & similiter pro illis facere debes, haec enim est lex naturae. dist. 1. c. 2. 1. ca. 2. Secundo lege scripturae dicentis. Reddite ergo omnibus debita. ad Ro. 13. Tertio lege amicitiae. Iob. 19. Misere mei, misere mei salte vos amici mei. Quarto lege iustitiae, quia nos quasi nihil habemus nisi a mortuis praedecessoribus nostris, igitur illis specialiter obligamur. Illis enim specialiter obligamur, a quibus specialiter beneficia recipimus, libro 3. de testamentis, cum in officijs. Causa autem ex parte mortuorum est, quia per haec specialia beneficia illi, pro quibus specialiter fiunt honorantur ab his qui cum eis in solidum participant. Sicut patet de candelae accensa pro diuine, tamen ille diues ex hoc ab aliis honoratur. Et ista talis opinio multum attrahere debet omnes ad orationem & suffragia peragenda. Quis enim si haberet amicum in carcere pro decem libris sine quibus liberari non posset, & ipsi solutus omnes alij liberarentur: non libentius deberet illas persolvere, quanto pluribus benefacit amicum suum liberando? Predicta pro tanto dixi, quia ut docet scriptura Christus suas orationes communius faciebat generales, sicut hic patet dicens. Exaudi Domine vocem deprecationis meae dum oro ad te, &c.

dist. 1. c. 2. Rom. 13. Iob. 19.

401 **Ne simul tradas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.**

Hic consequenter futuram Dei iustitiam explicat, maxime circa suos persecutores & inimicos. Et duo facit. Quia Christus primo explicat ipsorum vitam. Secundo ipsorum supplicia, ibi. *Da illis secundum opera illorum.* Dupliciter enim peccauerunt Iudaei contra Christum, scilicet operibus malis, & cogitationibus falsis. Secundum ibi. *Qui loquantur pacem.* Quantum ad primum sciendum quod quibus omnibus hominibus statutum sit propter primum peccatum semel mori, ut dicit Apostolus ad

Hebr. 9. Tamen differenter moriuntur boni & mali. Quia boni moriuntur corpore non anima. Mali autem moriuntur in corpore & anima, quia ipsorum anima supplicii punitur aeternis: anima autem iustorum vita fruuntur aeterna. Ideo hoc hic Christus praedicat in persona omnium iustorum dicens. *Ne simul tradas me cum peccatoribus.* Non simul trades me cum peccatoribus in mortem: quia scilicet illi moriuntur propter peccatum, ego autem sine peccato: illi moriuntur in corpore & anima, ego autem solo corpore. Et vide quod de Iudaeis duo dicit. Primum quod sunt peccatores, secundum quod operantur iniquitatem. Vbi nota quod quamuis omne peccatum sit iniquitas & e contrario. largo modo loquendi tamen proprie loquendo peccatum dicit culpam leuiorem, sed iniquitas grauiorem. Hinc est quod omnis homo se peccatorem libere fatetur. Iniquum vero dici erubescit. Iudaei ergo contra Christum erant peccatores, quia eius famam lacerabant dicentes. *Daemonium habes.* Sed iniqui, quia ipsi mortem intendebant. De primo psal. 10. Ecce peccatores intenderunt arcum suum, parauerunt sagittas suas, &c. i. verba detractoria. De secundo psal. 118. Iniqui persequuti sunt me, adiuna me, &c. Sed hic cadit vnum dubium quia hic Christus petit a patre. *Ne simul tradas me cum peccatoribus, &c.* In mortem, utrum Christus sine persecutione fuisset mortuus, ut puta senio ex naturali dispositione? Et videtur quod non, quia necessitas moriendi inest nobis ex peccato, Christus autem peccatum non habuit. Item Christus voluntate mortuus est: ergo non necessitate, vnde Esa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit. Ad oppositum est Augustinus d. q. Christus fuisset mortuus tenio si uolenter non fuisset occisus. Respondeo quod questio duplicem habet intellectum. Primum, utrum Christus potuit assumere naturam humanam immortalem? & tunc dico quod sic, quia potuit assumere naturam gloriosam suae gloriosam. Alius sensus est, utrum secundum naturam, quam assumpsit necessitate fuisset mortuus? & tunc dico quod sic, sed illam necessitate assumpsit uoluntarie sicut & alios defectus nostros. Et per hoc patet ad argumenta.

402 **Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.**

Hic consequenter explicat ipsorum peccatum magis in speciali. Iudaei Christo adulabantur uerbis, sed corde prosequabantur ipsum ad mortem: uel puta quod ipsum capere uolentes in sermone, sibi dixerunt. Magister scimus quia uerax es, &c. *Loquebantur ergo cum proximo suo.* i. cum Christo pacem, qui uere proximus erat Iudaeis: & hoc carne: quia ex eis natus. Et opere per impensam misericordiam. Quia non pertransiuit Christus uides Iudaeos vulneratos peccatis, sicut sacerdos & leuita, sed ut uere proximus eis appropinquauit, ut misericordiam faceret eis. Ipsi autem corde elongabantur ab eo, propter quod subdit. *Mala autem in cordibus eorum:* propter quod de ipsis ad literam Christus dicebat. Hic populus labijs me honorat, cor autem eorum &c.

403 **Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuestionum ipsorum.**

Hic consequenter ponit ipsorum supplicia, & duo facit. Quia primo praedicat ipsorum punitionem: secundo adducit punitionis rationem, ibi. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Vbi notandum quod opus Iudaeorum fuit Christi mors & persecutio. Similiter etiam fuit opus Dei, unde ait Magister. Passio Christi & opus Iudaeorum dicitur, quia ex actibus eorum prouenit. Et etiam opus Dei, quia Deo auctore & uolente fuit, Christo dicente. Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Et si queras, nunquid ergo bonum fuit opus Iudaeorum. Respondeo quod hoc dupliciter potest intelligi. Primo quod fuit bonum ratione effectus, & sic dico quod sic, quia Christi mors causa fuit nostrae salutis. Vel ipsam mortem potes attendere, ratione causae & uoluntatis ipsorum, & sic non sunt operati bonum sed malum: quia actio eorum non fuit bona sed mala. Et quod iste uersus dupliciter exponitur. scilicet praedictiue, & sic hic praedicat quod postuenit, quia sicut Christo mortem intulerunt, ita ipsi postmodum per Romanos fuerunt occisi in corpore & aeterno igne cruciatur. Potest etiam intelligi optatiue, ut scilicet Christus optet illorum punitionem, quia iustitia Dei exigit malos puniri, cui quilibet complacere debet. Et hoc idem alijs uerbis confirmat d.

404 **Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.**

Idest secundum uoluntatem operum ipsorum, quia & si opera eorum alijs proficiant, ipsi tamen uoluntate mala hoc fecerunt. Sed hic est vnum dubium, quomodo Christus qui erat uere beatus operabat damnationem Iudaeorum? Et similiter si boni & sancti uelint & gaudeant de poenis damnatorum? Respondeo quod sancti in patria clare uidentes essentia Dei uidebunt aperte eius uoluntatem, cui totaliter se conformabunt, & sic uisa poena damnatorum, eis non compatierent sed magis eorum accresceret gaudium uere. Laetabitur iustus cum uiderit uindictam, &c. Vnde ait Magister, cum sancti malos in tormentis uideant, nonne aliqua compassione erga eos mouentur? nonne eos de tormentis liberari cupiunt? Respondet, recole illud Euang. quod diuini Abraham respondit. Inter vos & nos chaos magnum firmatum est, ut hi qui uolunt hinc ad vos transire non possint, neque hic inde transire. Quid est illud chaos inter bonos & malos nisi hinc iustitia, inde iniquitas quae nullatenus sociari uolunt? A deo enim sancti Dei iustitiae additi sunt, ut nulla compassione ad reprobos transire ualeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde uolunt aliqui transire & non possunt. Non quia uelint & non possunt, sed quia etiam si uellent, non possent eos iuuare. Et ita apud animam iustorum non obfuscat beatitudinem inspecta poena reproborum, quia ubi iam compassio miseriae non erit, diminuere beatitudinis laetitiam non ualebit. Et licet iustis sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen gloriam uident poenas malorum, quas per Dei gratiam euaserunt, &c.

405 **Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos, & non aedificabis eos.**

Hic consequenter ponit causam damnationis

ipsorum & rationem. Vbi nota quod radix & fundamentum omnium peccatorum est ignorantia, quia omne peccatum praesupponit ignorantiam intellectus, ut ostendit Philo. 3. Ethic. dicens quod omnis malus est ignorans, cuius ratio est. Quia peccatum stat in uoluntate, quia sola uoluntate peccatur, uoluntas autem non fertur in incognitum, sic ergo actus intellectus praecedit actum uoluntatis. Obiectum autem uoluntatis est bonum vel apparens bonum, ita quod uoluntas nihil uult nisi sub ratione boni, peccat ergo uoluntas, quando malum uult, non autem uult malum, nisi quia intellectus decipitur offerens quod est malum ipsi uoluntati sub ratione boni. Verbi gratia, intellectus sic arguit. Omne bonum est uolendum: sed omnis delectatio est uolenda. Hoc autem sic praesentato uoluntati per intellectum uoluntas uult delectationes, puta uereas & sic peccat. Sed ignorantia praecessit in intellectu, quia intellectus orauit in secunda propositio ne dicens: quod omnis delectatio est bona, & consimiliter de quolibet alio peccato. Est ergo ignorantia causa omnis peccati, quia in omni peccato intellectus ostendit aliqui uoluntati sub ratione boni, quod rationem boni non habet. Modo ad propositum, quae fuit causa peccati & damnationis Iudaeorum? certe ignorantia. Quoniam non intellexerunt opera Domini. Inter quae praecipuum opus fuit incarnatio uerbi, & alia uirtutum opera quae Christus homo faciebat. Si enim bene considerassent scripturas & opera Christi, ipsum Christum utique cognouissent. Dicit ergo de Iudaeis, quod merito sunt damnandi. Quoniam non intellexerunt opera Domini. id est opera Christi uisibilia, quae usque ad ipsum oculos peruenerunt, ex quibus Christum esse uerum Deum poterant cognoscere. Et ideo in opera manuum eius destrues illos. Opera enim manuum Dei sunt iustae uisiones quas facit peccatorum, etiam quandoque peccatores sicut multoties in antiquo testamento per manus regum infidelium puniebantur peccata Iudaeorum. Sic & peccatum mortis Christi puniuit per manus Romanorum, quae puniuit dicitur opus manuum Dei, quia Deo ordinante fuit facta. Et de ista opinione dicit hic. *Et in opera manuum eius scilicet Dei, destrues illos & non aedificabis eos.* Hoc enim dicit ad differentiam aliarum punitionum antiquitus factarum, quia Deus saepe puniuit peccatores Iudaeorum ipsos captiuando: sed postea ipsos reducendo: sed non sic de destructione ipsorum & captiuitate propter peccatum Christi mortis, quia per illam sic sunt destructi & captiuati: quod amplius non sunt edificandi uel operandi, nisi in finem mundi: quod per tam modicum spacium temporis erit, quod pro nihilo computatur. Dicit ergo Psalmi. *Destrues illos & non aedificabis eos.* i. ut alias solebas post captiuitatem eos reuocare, sed de hac captiuitate non reuertentur. Aliquando enim res destruitur, ut in melius reparatur. Sic enim Deus destruxit Paulum ipsum excruciendo ut clariore oculos sibi faceret, secundum illud Hieremiae. 1. *Misi te ut destruas & diuisperdas, aedifices & plates, sed non sic quia destrues eos, non ad horam, sed usque in finem saeculi.*

406 **Benedictus Dominus, quoniam ex audiuit uocem deprecationis meae.**

Hae est secunda pars principalis ubi Christus gratias agit de sua exauditione. Vbi duo facit, primo ostendit se exaudium de seipso, secundo de se in cog. tom. 1. n. 3. deli

407 **Magister i. 3. di. 10. Quae. 10.**

408 **Beati gaudium de poenis damnatorum.**

409 **Est 51. Augu. 2. li. de baptismo parouulum.**

410 **Psal. 57. Magister li. 4. dist. 50.**

411 **Chor.**

412 **Adulatio Iudaeorum. Mar. 22.**

413 **Mat. 18.**

414 **303 23. q. 4. quid sit. c. 1.**

415 **Passio Christi opus fuit & Iudaeorum.**

416 **Intel.**

Peccati ignorantia. Voluntas Philo. 3. Ethic.

Opera manuum Dei. Punio. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

Operatio manuum Dei. Destruere. Iudaeis.

deli populo ibi. *Dominus fortitudo plebis.* Prima in duas, quia primo generaliter se ostendit exauditum, secundo in quo specialiter, ibi. *Et resloruit.* Quantū ad primum sciendum q̄ non solum omnis Christi oratio exaudita fuit à Deo, sed etiam omnis oratio iustorum fidelium exauditur, sed differenter, quia omnis Christi oratio exauditur non solum quo ad utilitatem: sed etiam quo ad votum, quia anima Christi cum esset plena scientia, cognoscebat omnia quę Deus, & sic videbat omnem voluntatē Dei. Cum etiam esset plena gratia, summē suam voluntatem conformabat diuinę, & sic omnia quę volebat Christus, & quę petebat cōformia Deo erāt. Et sic semper exaudiebat, non solum quo ad utilitatem, sed quo ad votum. Oratio autem aliorum fidelium, licet semper exaudiatur quo ad utilitatē, nō tamen semper quo ad votum, quia multoties iusti non plane cognoscentes diuinam voluntatem, credunt aliquid vtile quod foret damnosum, & talia postulando non exaudiuntur quo ad votum, sed quo ad utilitatem, quia Deus tunc eos non exaudiendo, melius illis facit quam petant. sicut patet de Paulo Apostolo qui ter Dominum rogauit, vt ab eo discederet stimulus carnis, nec impetrare potuit, quia vtilius sibi fuit illo non carere quem acceperat ad custodiam humilitatis. Hoc notās Christus simpliciter dicit. *Benedictus Dominus, quoniam exaudivit vocem deprecationis meę.* id est exaudivit votum orationis meę. Et hoc idem aliis verbis confirmat d.

**470** *22 q 2. gloria.* **Dominus adiutor meus & protector meus, & in ipso speravi cor meū, & adiutus sum.**

Et nota q̄ aliud est protegere, & aliud adiuuare. Quia adiuuare est rē in suo statu conservare ne decidat. Sed protegere est rem magis ad perfectiorē ducere statu. Et sic adiuuatur quis, cum in adversitate patientiam servat, & æquanimitē tolerat, sed protegitur cum ad melius perficitur. Sic ergo Dñs fuit adiutor Christi in passione, ipsum per patientiā præservando. Fuit eius protector, post mortē ipsum resuscitando. Vnde in passione dicebat illud psal. 26. *Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus. De resurrectione autem dicebat ibidē. Dominus protector vitę meę à quo trepidabo?* &c. Dicat ergo Christus. *Dominus adiutor meus, i. mei tāta patientis, & protector meus, i. rnei ad immortalitatem resurgentis. In ipso speravi cor meum & adiutus sum.*

**468** *refloruit caro mea.* **Et resloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.**

Hic specialiter ostēdit, in quo fuit à Deo exauditus, Superius. n. in principio psalmi huius oratio suam orationē postulabat dicens. *Ad te Dñe clama bo Deus meus ne sileas à me, nequādo taceas à me & assimilabor descendētibus in lacum.* Hic ergo quantum ad hoc se exauditū ostendit dicens. *Et resloruit caro mea.* Vbi notandū quod Christi caro floruit & resloruit. Floruit. s. in conceptione. Sed resloruit in resurrectione. Floruit in conceptione immunitate peccati, quia florē innocentie quę quidā peccando perdidit, Christus recuperavit. Quia sine vitio & peccato cōceptus: & de Spiritu sancto natus. Et hac ratione Christus in sua cōceptione & natiuitate rati cōparatur. Esa. 11. *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascēdet, & requie-*

*refloruit caro Christi. Inceptione Christi. Resurrexerit Christus. Esa. 11.*

scet super eum spiritus Domini, &c. Sed iste flos cāpi & lilii conualliu, in morte deperisse videtur: quia omnis eius pulchritudo periit. Intantū vt propheta de ipso dicat. Esa. 53. *Vidimus eum & non erat ei aspectus, & desiderauimus eum despectū & nouissimum virorum, &c.* Resloruit autē caro Christi quādo p̄ resurrectionē immortalis & gloriosa surrexit. Et hoc est quod hic dicit Christus. *Et resloruit.* i. resurrexit caro mea, propter quod de seipso in resurrectione ait Christus. Canti. 2. *Ego flos cāpi & lilium conualliu. Sed quia resurrectio Christi causa est nostrę redemptionis. Ideo pro ipsa gratias multas Deo debemus agere. Et hoc est quod subdit. Et ex voluntate mea confitebor ei.* i. confitebor ei mei in quibus ego sum: & hoc non timoris necessitate, sed libera voluntate. Bona. n. que nos facimus, verbum incarnatum facit in nobis, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Et Esa. 26. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine. Et sic gratias quas Deo agimus pro Christi resurrectione, Christus se agere dicit. Et ex omni ergo volūrate mea confitebor illi, scilicet gratias agendo.*

**Dominus fortitudo plebis suę: & protector saluationum Christi sui est.**

Hic cōsequenter ostēdit se esse exauditū de fidelī populo. Et atende quod nō dicit Dñs fortitudo nobiliū est: sed plebis suę. Nā plebs dicitur à polis quod est pluralitas. Et quia plures sunt ignobiles quā nobiles. Ideo plebs dicitur tantū collectio ignobiliū, & non nobiliū. Quia ergo Christus elegit pauperes ignobiles. Ideo suos fideles plebeios vocat dicens. *Dominus fortitudo plebis suę.* q. d. Dñs plebeios suos. i. electos per Christū fortificabit in pugna cōtra diaboli. Et sic fortitudo nostra, nō est nostra: sed Dei. Non ergo fortē se reputet plebs, vt suā præsumat cōstituire iustitiā, sed se iustitię Dei subiiciat: nō cōfidat de sua fortitudine cōtra diaboli, sed de Dei fortitudine præsumat. Sic. n. dicitur psal. 117. *Fortitudo mea & laus mea Dñs, & factus est mihi in salutē. Et nō solum in præsentī nos defendit, sed etiā in futuro nos protegit: quia suos facit immortalē. Et hoc est quod subdit. Et protector saluationum Christi sui est.* i. illos quos Christus saluat, Deus illos immortalitate preget, quia egoficut sū resuscitatus, quia resloruit caro mea, sic & illi resurgēt. Sic. n. dñ Zac. 12. *Proteget Dñs habitatores Hierusalē. Hierusalē enim interpretatur visio pacis, & significat vidētes Deū in patria p̄ Christū saluatos. Et hoc erit virtute orationis Christi hoc à patre postulātis: vñ subdit,*

**Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuę: & rege eos & extolle illos vsque in æternum.**

Hic. n. rogat Christus pro suis, vt. s. saluentur à patre in præsentī & in futuro. In præsentī saluentur à vitiiis & peccatis, & virtutibus dīctur. In futuro autē vt glorificētur. Quantū ad saluationē à peccatis ait. *Saluum fac populum tuum Domine.* s. ipsam à peccatis præservādo, quę dico populū tuū, qui meus est, quia omnia meā tua sunt, & omnia tua meā sunt. Luc. 15. *Et vide progressum fidelīū: primo enim incepit fides in pauperibus & plebeis quos Christus elegit, deinde per illos ceteros tam plebeios quam nobiles adduxit ad fidē. Ideo de primitiua ecclesia quę forrter certauit pro fide martyria sustinēdo dixit superius. Dominus fortitudo plebis suę. Sed de ecclesia post modū multiplicata nūc orat dicens.*

*Esa. 53.*

*Canti. 2.*

*Esa. 26.*

*409*

*fortitudo plebis.*

*psal. 117.*

*Zach. 12.*

*410 de cond. 2. literatur.*

*Luo. 15.*

*Saluum*

**Saluum fac populum tuum Domine.** Vt enim dictum est. Plebs est congregatio solū ignobiliū. Populus autē dicitur à polis quod est ciuitas. Vnde quia ciuitas cōtinet tam nobiles quā ignobiles, ideo populus est collectio, tam nobiliū quā ignobiliū. Et sic hic notat profectū ecclesię, quia de plebe peruenit ad populum. Dicit ergo *saluum fac populum tuū Domine.* notat plebeios & nobiles. Sic enim & Psal. 35. dicitur: *Homines & iumēta saluabis Domine, quem admodum multiplicasti misericordiā tuā Deus. Per homines intellige nobiles, sed per iumēta plebeios.* Quantū vero ad collationē virtutum, d. *Et benedixit hereditati tuę.* id est virtutibus orna hereditatē tuā, & numero, quia est mea, quia tu dixisti mihi. Dabo tibi Gētes hereditatem tuā. Sic enim dicitur Eccl. 11. *Benedictio domini super caput iusti festinat, & in honore veloci processus illius fru. &c. scilicet ad augendū virtutes: quod vero ad glorificationem in futuro dicit. Et rege eos & extolle illos vsque in æternum.* id est, hinc tolle eos in æternū: id est in æternam vitam. In vita enim beata, vt dicitur Esa. 49. *Miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarū potabis eos.* Hic oritur dubium. Nam in præcedēti versiculo, Christus se saluare suos ostendit: dicens de patre, quod protector saluationū Christi sui est. Hic autē rogat patre vt eos saluet. Ideo notandū quod opera diuina sunt duplicia, scilicet intrinseca & extrinseca, intrinseca vt generare, sperare, &c. extrinseca vt creare, saluare, &c. Prima sunt in trinitate diuina, quia sic pater generat, quod filius non generat, sed extrinseca sunt indiuisa, quia omnia quę operatur pater, operatur filius & spiritus sanctus: vt ostendit

Magister libro 3. distinctione 5.

PSALM. XXVIII.

**Afferte domino filij Dei: afferte domino filios arietū.**

Psalmus iste talem habet titulum. *Psalmus David in consummatione tabernaculi.* Pro cuius intellectu notandū quod vt habetur Regū 4. *Tempore Heli sacerdotis, filij Israel pugnantes contra Philistæos afflicti fuerūt, & duo filij Heli mortui, multiq̄ de populo Dei interficēti.* Sed etiam arca Dei quam habebat in castris capta fuit à Philistæis, & ab eis portata in Azotum: quam posuerunt in phano suo iuxta idolum suum Dagon. In crastino autem inuenerunt idolum Dagon ante arcam domini prostratum in terra, & exierunt illud in loco suo. Et similiter in crastino tertio inuenerūt eum prostratum in terra abscisso capite & manibus. Et aggrauata est manus domini super Azotos, & percussit eos infirmitate dysenteria, scilicet vulnere intestinorum, quę in parte exibant. Et tunc fecit Deus ebullire mures de terra, qui corodebāt intestina ipsorū. Quod videntes Azoti, habito consilio circumdixerunt arcam domini per omnes prouincias Philistinorum, & sic consimilis plaga omnibus fiebat. Hac igitur plaga percussū Philistæi, quia arcam domini captam tenebant, & compulsi tandem remisertunt arcam domini in terrā Israel, atque pro plaga ipsorum sananda, vt placaret Deum Israel, miserunt cū arca quinque mures aureos, & quinque anos aureos iuxta numerum quinque prouinciarū Philistinorum, dātes gloriā Deo Israel. Et fuit arca tūc posita Cariathiarim in domo Aminadab. Et benedixit Deus Ami-

*411. 1. q. 1. sunt nonnulli.*

*1. Reg. 4.*

*Arca domini.*

*Dagon idolum.*

Aminadab propter arcam domini, quā in domo habebat. Trāfacto itaq; multo tēpore mortuo Saul, & filio eius Isboseth, cū Dauid regnaret in pace, tulit Dauid arcam domini in Hierusalē, & fecit ei tabernaculum in domo sua, vbi collocauit eam, & cū gaudio & magno populo adducta fuit arca domini in tabernaculū, quod ei parauerat Dauid, & immolauit victimas multas & holocausta. Et tunc Dauid fecit istū Psalmū ad inuitādum omnes vt immolarēt victimas & holocausta Deo cum laudibus. Ex quibus apparet expositio tituli, q̄ istū Psalmū fecit Dauid cōsummato tabernaculo, quādo scilicet introduxit arcam in tabernaculo sibi parato. Et sic inducuntur omnes fideles ad cultū Dei. Et sic primo dicā literam: secūdo sensum & intellectu literę. Quantū ad literā Psal. iste diuiditur in duas partes, quia primo inuitat omnes ad deuotē Deo offerendū: secūdo ad deuotē Deū colendū: ibi. *Vox domini, etc.* dic vt N. Quantū vero ad intellectu prophetę, hic monet propheta omnes fideles vt seiplos offerāt Deo deuotē, vt sic quilibet seipsum templū Dei faciat. Et secūdū hoc iste Psal. diuiditur in tres partes, quia de ecclesia vel Dei tēplo tria ostēdit, primo quibus modis edificatur: secūdo quibus donis prædotatur: ibi. *Vox domini.* tertio quibus muris conseruatur: ibi. *Dominus diluuium inhabitare facit & sedebit, etc.* Quantū ad primū notandū, q̄ quilibet se Deo templū facit & sacrificiū, quādo seipsum in seipso, id est in corde & voluntate offert totaliter Deo: scilicet seipsum & sua. Et primo monet vt offeramus nos Deo. Secūdo vt offeramus nostrarū. *Afferte domino gloriam & honorem.* Primo ergo monet nos ipsos offerre Deo. d. *Afferte domino filij Dei.* id est afferte vos ipsos domino in fide & bonis operibus. Vbi notandum, q̄ Apostoli & primitiui fundatores ecclesię, qui nos per euangeliū genuerūt, arietes nuncupantur, quia velut arietes duces erāt gregū acq̄uisitōdes diligētī custodia, qui velut arietes duob' cornibus, id est, vtriusq; testamētī auctoritatibus præualuerunt in defensione sui gregis cōtra hæreticos & infideles. Ad istos arietes, scilicet Apostolos deueniūt omnes, qui de infidelitate cōuertuntur ad fidem. In cuius figurā dicitur. Exo. 15. *q. filij Israel exēcutes de Agypto venerūt in Helim, vbi erāt duodecim fontes & septuaginta palmæ. Helim enim interpretatur arietes: hi sunt Apostoli fidelīū gregū duces: ibi sunt duodecim fontes, quia duodecim sunt principales Apostoli præelecti à domino, à quibus emanat aqua viua salutaris sapientię. Hi secū habēt septuaginta palmas, id est, septuaginta duos discipulos cū eis à Christo ad prædicādum missos, qui palmam victorię Christi toti mūdo nūtiarunt. Dicit ergo. *Afferte domino filios arietum.* id est, vos ipsos, qui estis filij Apostolorū. Si autē quaras, quomodo me ipsum offerre debeo Deo? Audi Paulū ad Rom. 12. *Dicentem: Obsecro vos per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuētem, Deo placentē, rationale obsequium vestrū. Quę verba exponens Petrus Rauenas dicit: ait Apostolus: Obsecro vos per misericordiā Dei, &c. Mira pietas, quę vt largiatur exorat. Hac nāque Apostolus nō humana petens, sed diuina conferens: sic precatur. Obsecro vos per misericordiā Dei, &c. Medicus cū austerā remedia recipere persuadet ægros, agit precibus: nō cōpellit imperio, sciens infirmitatis nō voluntatis esse q̄ salutaria respuit quotiens profutura repellit infirmus. Et filium pater non potestate, sed amore ad rigorem pertrahit disciplinā: vt exhibeatis**

*Arietes dicuntur Apostoli.*

*Duodecim Apo. stoli.*

*Exo. 15.*

*offerre nos debemus Deo. Rom. 12.*

*Petrus Rauenas.*



exhibeatis, inquit corpora vestra. Sic autē rogando Apostolus omnes homines, ad fastigiū sacerdotale inuitat. Exhibeatis inquit corpora vestra hostiā uiuentē. O inauditū Christiani pōtificatus officium, quando ipse homo sibi ipsi est hostia atq; sacerdos: mirū planē sacrificiū, vbi corpus sine corpore offertur, sine sanguine sanguis. Sed hoc sacrificiū Christi sacrificij descendit ex forma, qui corpus suū pro vita sæculi vitaliter immolauit: & verē corpus suū fecit hostiā uiuā, qui uiuit occisus. Hinc martyres morte nascuntur, sine inchoat, & lucēt in cœlis, qui in ferris putabantur extincti. Et tu igitur velut sacerdos induere sanctitatis stola, præcingere balteo castitatis. Sit in velamento capitis tui Christus. Crux in frōtis tuae munimine perseueret. Pectori tuo appone diuinæ legis sacramentum. In odore thymiamatis sit deuota oratio. Accipe gladium spiritus. Altare cor tuū pone. Et sic corpus tuū immola Deo hostiā uiuam. Deus fidē tuā, nō mortē quærit, & totū nō sanguinem sicut, placatur voluntate nō necē. Sic igitur fiet corpus tuū hostia uiua: si nullo peccati iaculo fuerit fauciatur. Non enim potest mori qui vitali gladio meretur occidi, &c. Et hæc est victima, ad quā nos immolandā hortatur Psalmista. *Afferre domino filij Dei.* Et quid: subdit. *Afferre domino filios arretum.* id est, vos ipsos filios Apostolorum. Quod est uoluptos immaculatos seruate. Sic enim præcipitur Leuitici 2. Omnis oblatio quæ offertur domino erit absq; fermento. Per fermentū intellige peccatū.

*1. Cor. 5. 1. Cor. 5.* Non in fermento malitiæ & nequitia.

**412. Afferte domino gloriā & honorem: afferte domino gloriam nomini eius: adorare dominū in atrio sancto eius.**

Hic cōsequēter monet ut nostra Deo offeramus, scilicet uerba & opera, quibus Christus glorificatur, id est gloriosus ostenditur. Et est sensus. *Afferre domino gloriam & honorem.* scilicet ut per opera uestra & doctrinā Deus glorificetur. Et hoc est quod subdit. *Afferre gloriam nomini eius.* ut scilicet nomen eius per vos gloriose innotescat per orbē. Vel sic distingue. *Afferre domino gloriam:* id est, Christum, ut ipsum patri credatis æqualē. *Et honorē.* ut de bonis ab ipso nobis collatis sibi gratiā referantur. *Afferre gloriam nomini eius.* ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū, & infernotū. Et si quæras de loco in quo tāta Deo debes offerre. Respondet dicens. *Adorate dominum in atrio sancto eius.* Alia litera habet. *In aula sancta eius:* & cadē est sentētia. Et ideo nota qd atriū istud in quo Deū adorare debemus est multiplex: scilicet atrium congregationis baptismalis quod militās dicitur ecclesia. Atriū pœnitentiæ salutaris, quo nostra purgantur scelera. Atriū religionis claustralis, quo cōseruari debet regula. Primum est atriū ecclesiæ militātis. Atrium enim dicitur ampla domus & spaciōsa: & sic significat ecclesiā militantem amplā & spaciōsam baptisate in Christi fide cōgregatam. In isto atrio Deū debemus benedicere. *Psalm. 132.* Psal. 132. Ecce nūc benedicite dominū omnes serui domini: qui statis in domo domini, in atriis domus Dei nostri. In isto atrio peccata nostra confitendo debemus deponere. Introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis cōfitemini illi. In isto debemus Christi fidem prædicare. Sta in atrio domus domini, & loqueris ad eos uniuersos sermones meos, quos ego mandauero tibi. Sed hen reuerendi domini, qualiter hodie atriū istud desertum iacet, & in solitudinē uersum uidetur? Quod figuraliter ha-

*Bonorum gloria Deo daretur.*  
*Atrium multiplex.*  
*Ecclesiā.*  
*Psalm. 132.*  
*Psalm. 99.*  
*Hier. 26.*  
*Nota.*

betur, 1. Macchabarū, 4. vbi dicitur. Viderūt sanctificationē desertā, altare prophanatū, portas exustas, & in atriis uirgulta nata sicut in saltu, vel in mōribus, & pastophoriā diruta. Vbi attēdite huius atrij ecclesiæ statū hodiernū, propter schisma desolatū, quo ad multa. Primo uide sanctificationē desertā, quia fides qua sanctificatur ecclesia, hodie manet deserta, quia in nomine Apostolici diuisa manet per schisma ut duo se dicāt Apostolicos, & illorum quilibet aliū dānat. Vide altare prophanatū, quia altaria unius partis excōmunicatur ab alia, & ecōuerso. Vide portas exustas, scilicet prælatos p quos alij intrare debēt, exustos cupiditate auaritia, quæ istius schismatis fuit radix & fundamētū. Vide uirgulta in atriis orta, scilicet schismatis & aliarū hæresum multarū, quæ ppter principale schisma pululāt in ecclesia ut uirgulta. In tantū qd in isto atrio ecclesiæ cōsilia cōtra Iesum tractantur. Congregati sunt principes sacerdotū & seniores populi in atriu principis sacerdotū, & cōsiliū fecerūt ut Iesum dolo tenerēt & occiderēt. Nōne iterū occidit Christus, quando eius gratia & ecclesiastica beneficia pretio dātur indignis. Cum tamen nossemus Psalmista nūc de isto atrio ecclesiæ dicat. *Adorate dominum in atrio sancto eius.* Secundū est atriu pœnitentiæ salutaris. De quo Mat. 26. Petrus sedebat foris in atrio. Et respexit dominus Petrum, & recordatus est Petrus uerbi Iesu. Priusquā gallus cāter ter me negabis. Et egressus foras fleuit amarē. Tertiū est atriu religionis. Religio enim per atriu figuratur propter multas, quæ ibi, ut in atrio fiunt. Hic est uirtus castitatis & mūditiæ, quā ingrediētes solēnter profitentur. Ezech. 4. 4. Cum ingredientur portas atrij interioris, uestibus lineis induentur, quibus significatur castitas. Hic est uirtus asperitatis & abstinētiæ. Ezechiel. 4. 4. Intrans in atriu ut ministrēt mihi, offerent pro peccato suo. Et uide quod offerēs hic ponitur, sed nulla oblatio nominatur. Ad denotandū, quod quādo religiosus intrat religionis atriu, nullam aliam hostiam Deo offerre debet nisi seipsum. Hic debet esse uirtus charitatis & amicitia. Lucae 22. Accenso igne in medio atrij erat Petrus in medio eorum. Ignis enim charitatis semper uuit & congregat. Et de quolibet istorū intelligitur quod hic dicitur. *Adorate dominum in atrio sancto eius.* scilicet in ecclesia in statu pœnitentiæ & religionis.

**Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: dominus super aquas multas.**

Hic consequenter ponit quibus donis ecclesia prædotatur. Christus enim septem maximis donis prædotauit ecclesiam suā: scilicet septē sacramentis, quæ sunt, baptismus, confirmatio, eucharistia, pœnitentia, unctio, ordo, & matrimonium. De quibus omnibus hic agitur per ordinem. Et si dicas ad quid ualēt ista sacrameta, & quare sunt septē & nō plura? Respondēdo qd secundū Magistrū. lib. 4. distinc. 1. Sacramēta à Christo sunt instituta, & pro remedio cōtra defectus nostros nobis data. In nobis autem sunt septē defectus, contra quolibet illorū unū. Est appropriatum sacramentum. Quoniam omnis defectus noster, aut est pœnæ, aut culpæ. Sic culpæ triplex est, scilicet culpæ originalis, cōtra quā est baptismus, culpæ criminalis, cōtra quā est pœnitentia, & culpæ uenialis, cōtra quā est extrema unctio. Defectus autē pœnæ est quadruplex, scilicet impotentia ad bonū exequendū, cōtra quē est confirmatio.

Ignorātia ad uerū exequendū, cōtra quē est ordo. Negligētia ad Deū diligendū, cōtra quē est Eucharistia. Cōcupiscentia ad uoluntatē exequendū, contra quē est matrimonium. ¶ Vel aliter de numero sacramentorū, quia sacramenta sunt quædā remedia spiritualis uitæ tradita sub signis sensibilibus. Et ideo cōuenienter secundū similitudinē uitæ corporalis distinguuntur. Est autē in uita corporali ordo duplex, scilicet propagatores & ordinatores uitæ corporalis in aliis, & qui propagātur & ordinantur secundū corporalē uitā. Uita autem corporali tria sunt necessaria per se, & quartū per accidens: oportet enim primo, quod res per generationē aliquam uitā accipiat, secundū quod per augmentū ad debitā quāritatem, & robur perueniat: tertiū exigitur ad cōseruationem uitæ & eius augmentū, nutrimentū necessariū. Et hæc quidē sunt per se uita corporalis necessaria, quia sine eis esse nō potest. Verum quia cōuenit aliquod impedimentū, circa corporalē uitā, ex quo res uiua infirmatur: ideo per accidens necessariū est quartū, scilicet sanatio rei uiuentis aegrotāus. Sic igitur in spirituali uita primū est spiritualis generatio per baptismū, secundū spirituale augmentū perducēs ad robur perfectū per sacramentū cōfirmationis: tertiū spirituale nutrimentum per Eucharistia sacramentū: quartū autē est spiritualis sanatio quæ fit in anima tantum per pœnitentiæ sacramentū, uel ex anima deriuatur ad corpus, cū opus fuerit per extremā unctiōnem, & hoc pertinet ad eos, qui uita spirituali propagantur & cōseruantur. Propagatores autē & ordinatores uitæ corporalis attēduntur secundū duo, scilicet secundum ordinē naturalē, quo ad parētē pertinet, & secundum regimē politicū, per quod uita hominis pacifica cōseruatur, & hoc pertinet ad reges & ad principes: sic est de uita spirituali. Sunt enim quidā propagatores & cōseruatores spiritualis uitæ secundū ministerium spirituale tantum, ad quod pertinet ordinis sacramētū & secundū spirituale & corporalē simul quæ fit per sacramētū matrimonij, quō uir & mulier cōueniunt ad prolē generandū, & educandū ad cultū diuinū. Et de istis omnib' hic agit & breuiter psal. Primo enim agit de baptismali generatione cū aquæ efficaciam: ibi. *Vox domini super aquas.* Secūdo de spirituali cōfirmatione in frontis eminētia: ibi. *Vox domini in uirtute.* Tertio de pœnitentiāli expiatione ex cordis pœnitentiā: ibi. *Vox domini cōfringentis cedros.* Quarto de extrema unctiōne moriētibus necessaria: ibi. *Et cōmimet eos tanquā cōc.* Quinto de salutari cōsecratione ex panis existētia: ibi. *Et dilectus quemadmodū filius.* Sexto de cōiugali copulatione cū iusta cōtinentiā: ibi. *Vox domini intercedentis flammā.* Septimo de clericocū ordinatione prouida sapiētia: ibi. *Vox domini preparantis ceruos.* Primo ergo agit de sacramēto baptismi, quod in aqua celebratur. d. *Vox domini super aquas.* Vbi sciendū, qd aqua baptismatis accepit uirtutē lauandū animas à peccatis in baptismo Christi ex tactu suę mūdissimę carnis. In quo Christi baptismo tres apparuerūt personæ. pater in uoce. d. Hic est filius meus dilectus: filius in carne, sed spiritus sanctus in specie colūbæ. Quæ tres personæ hic notantur: primo pater in uoce. Et quantū ad hoc dicitur. *Vox domini.* scilicet, patris super aquas: quia dum Christus esset baptizatus, uox patris audita est. Hic est filius meus dilectus, &c. Apparuit filius in carne, qui baptizatus nos sua uoce docebat. d. Decet nos implere omnem iustitiā. O quā mirabiliter ista uox intonuit, & exēplū humili-

*Intonuit Christus.*

tatis toti præbuit mūdo. Vnde ait Remigius. Intonuit de cœlo dominus, & altissimus dedit uocē suā, quā in baptismo ait Christus. Decet nos implere omnem iustitiā, ut omnes superbi addiscāt humilitatis exēplū, ut nō dedignētur baptizari ab humilib' mēbris meis: dū me uiderint Deū maiestatis à te Ioāne seruo meo baptizatū. Et quantū ad hoc de persona filij dicitur. *Deus maiestatis intonuit.* Apparuit etiā spiritus sanctus in specie colūbæ, quā uidit spiritū Dei descendētē sicut colūba & manentē sup se. Et hoc ad denotandū qd gratia spiritus sancti attribuitur, quæ per aquas baptismi baptizatis cōfertur. Ideo in colūbæ specie apparuit: unde Chryso. super Mat. Ideo spiritus in Christi baptismo specie colūbæ suscepit, quoniam præ omnib' animalibus hæc est cultrix charitatis. Omnes enim species iustitiæ quas habet serui Dei in ueritate possūt habere serui diaboli in simulatione. Solā autē charitatē spiritus sancti nō potest immūds spiritus imitari. Ideo hæc priuatā speciē charitatis sibi in Christi baptismo seruauit spiritus sanctus, quia per nullius rei testimoniū sic cognoscitur spiritus sanctus ubi sit, nisi per gratiā charitatis, quæ per aquas baptismi cōfertur. Et quantū ad hoc, d. *Vox domini super aquas multas.* Ideo tūc quia spiritus sanctus omnib' aquis uirtutē regenerandi homines dedit. Et de istis tribus hic persona in baptismo notatis, ait Aug. in De fide ad Petrū. Quāuis autē patris & filij & spiritus sancti una sit natura, tamen firmissimē tene, tres esse personas, patrē solū esse, qui dixit. Hic est filius meus dilectus. Filijq; esse, super quē illa uox patris insonuit. Et spiritū sanctū solū esse, qui in specie colūbæ sup Christū baptizatū descendit, &c. Volēs ergo ostendere baptismi institutionē uirtute trinitatis factam dicit. *Vox domini super aquas.* scilicet Dei patris. d. Hic est filius meus. *Deus maiestatis intonuit.* scilicet filius. d. Sic decet nos implere omnē iustitiā. *Domnus super aquas multas.* scilicet spiritus sanctus in specie colūbæ sanctificās aquas. Et ideo omnes tres personæ in forma baptismi nominātur. Mat. ultimo. Ite, docete omnes gētes baptizātes eos, in nomine patris, & filij & spiritus sancti. Sed nūquid uno istorū solo nominato esset uer' baptismus? Et uidetur qd sic, quia Apostoli baptizabāt tantū in nomine Christi: ut habetur Actū 8. & 10. Ad oppositū est determinatio ecclesiæ in Synodo Anglorū. Vnde Zacha. Papa Bonifacio episcopo scribit. Præceptū est in Synodo Anglorū, ut quicūq; sine inuocatione trinitatis mersus fuisset, qd sacramentū regenerationis non haberet. Quod omnino uerū est, si mersus in fontē baptismi quis fuerit sine inuocatione trinitatis: perfectus Christianus nō est, nisi in nomine patris & filij & spiritus sancti fuerit baptizatus. Respondēdo qd opinio uidetur multorum: ut Ambros. & Magistrū li. 4. dist. 3. Quod si fide mysteriū trinitatis teneatur, & una persona tantū nominetur, plenus esse sacramentum. Et ecōuerso: si tres personæ nominētur, & non recte mysteriū trinitatis fide teneatur, uacū esse sacramentū. Et ratio horum est, quia in nomine cuiuslibet personæ tota trinitas intelligitur. Si enim Christum dicas, & patrē à quo unctus est filius, & ipsum qui unctus est filius, & spiritum sanctum quo unctus est designasti. Scriptum est enim: hunc Iesum quem uixit Deus spiritu sancto, &c. Et similiter si patrē dicas, filium eius & spiritū oris eius indicas: si tamē id etiā corde cōprehendas. Et similiter si spiritū sanctū dicas, patrē à quo procedit, & filiu cuius est spiritus nuncupasti. Ex quibus uidetur quod in nomine unius solius

*Remigius.*  
*Matth. 3. Spiritus sanctus in specie colūbæ.*  
*Chryso.*  
*Baptismi.*  
*Aqua baptismi.*  
*Vox domini.*  
*Magister li. 4. di. 3.*  
*Ambrosio.*  
*Magister li. 4. di. 3.*

solius personæ potest quis vere baptizare. Sed ista opinio non tenetur à doctoribus. Quia in sacramentis non sufficit fides cordis, nisi forma sacramentorum verbis exprimat; nam sacramenta habent efficaciam ab institutione Christi. Christus autem instituit sacramentum baptismi dari cum inuocatione trinitatis expressæ. Et ideo quicquid desit ad inuocationem trinitatis plenam & expressam, tollit integritatem baptismi. Nec obstat, quod in nomine unius personæ intelligitur alia, cum ille qui nominat unam solam personam potest habere rectam fidem de tribus, quia ad sacramentum sicut requiritur materia sensibilis, ita & forma sensibilis; unde non sufficit intellectus vel fides trinitatis ad perfectionem sacramenti, nisi sensibilibus verbis trinitas exprimat; forma autem baptismi quam Christus dedit, totam trinitatem, id est, omnes tres personas exprimit. Et ista opinio communiter à doctoribus tenetur. Ad argumentum ergo cum dicitur, quia Apostoli baptizabant in nomine Christi: dicendum quod in Christo data concordabat: tum quia nomen Christi tunc erat ignotum & contumeliosum, ut patet crucifixi. Ut ergo dictum nomen publicaretur, & haberetur in reuerentia, tunc temporis eo usque sunt. Sed quia cessante causa, cessat effectus, Christi nomine publicato & honorabili facto, amplius non debuit nec potuit in eo conferri sacramentum baptismi, quia illud ad tempus tantum institutum fuit. Sic ergo dicitur, quod in forma baptismi omnes tres personæ debent nominari: sicut Christus expressit: quod etiam & Psal. hic prædixit, omnes tres personæ huiusmodi ponens. *Vox domini super aquas.* scilicet patris. *Deus manifestatus.* scilicet filius. *Dominus super aquas multas.* scilicet Spiritus sanctus. Ista enim sunt aquæ fontis vite baptismales, ad quas Christus suos deducit. Apocalip. 7. Agnus regit illos, & deducet illos ad vitæ fontes aquarum, &c.

Apocal. 7.

414. de pecc. dist. 7. nullus.

Sacramentum confirmacionis. De consecr. dist. 5.

Matt. 19.

**Vox domini in virtute, & vox domini in magnificentia.**  
 Hic consequenter agit de sacramento confirmationis. Vbi sciendum, quod principalis effectus sacramenti confirmationis est donatio Spiritus sancti ad robur & virtutem, qui in baptismo datus est ad remissionem peccatorum; unde dicit Rabanus. Et habetur de consecratione, dist. 5. nouissime. A summo sacerdote per impositionem manus paracletus traditur baptizato: ut roboretur per Spiritum sanctum ad confitendum & predicandum aliis illud quod ipse in baptismo consecutus est. Cum igitur sacramentum confirmationis virtutem & robur baptizato conferat in his, quæ sunt ad salutem, sequitur quod congrue per virtutem denotatur, cum dicitur: *Vox domini in virtute.* id est, vox Christi istum sacramentum instituens est in virtute, quia virtutem & robur conferat baptizato: de ista voce habetur Matt. 19. Vbi Christus hoc sacramentum instituit. Tunc oblatis sunt ei paruuli ut manus ei imponeret & oraret, discipuli autem increpabant eos. Sequitur: vox Christi instituens hoc sacramentum. Iesus vero ait: Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Ista ergo vox, quæ scilicet sacramentum confirmationis instituit & datur, est in virtute:

si consideres huius sacramenti tres effectus: Primus est gratia in baptismo collata: ampliatio & roboratio. Secundus est ad pugnam contra hostes inuicibiles confirmatio. Tertius est Christi nominis sine erubescencia predicatio. Et de ista voce virtutis dicitur, Psal. 67. Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, sequitur: Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ. Sed forte quæres, an maior virtus conferatur in confirmatione, quam in baptismo, vel e contrario, quia huius sacramenti vox dicitur in virtute & non baptismi. Ad oppositum quia baptismum tollit omnem culpam & penam, quod non facit hoc sacramentum. Respondeo: gratia confirmationis supponit gratiam baptismalem. Quando igitur fit comparatio harum gratiarum, potest fieri dupliciter, vno modo cum presumptione, & sic omnino maior est gratia confirmationis quam baptismi: sicut melius est bene viuere, quam viuere: quia hoc addit ad primum. Si autem intelligatur cum præcisione: ut scilicet, an hæc gratia quæ additur in confirmatione sit maior, vel minor illa quæ confertur in baptismo: Dico, quod maior est baptismalis, quia iustificare mortuum maius est, quam iustificatum fortificare. Itaque notandum est, quod istud sacramentum confirmationis inter cetera magna est magnificentia & dignitas, quia præ ceteris maiorem dignitatem requirit in ministro. Quonia cetera sacramenta episcopi non conferre possunt & conferre, istud autem soli episcopi. Et sic est maioris dignitatis ceteris: unde habetur de consecr. dist. 5. de his vero: quod sicut sacramentum confirmationis solū maioribus, id est, solū summis pontificibus est accommodatum: sic quod nisi à maioribus perfici non possit, ita & maiori veneratione venerandum est. Et hæc dignitatem præ ceteris hic notans Psal. postquam posuit eius efficaciam, d. *Vox domini in virtute.* consequenter ponit eius dignitatem magnificentiam. d. *Vox domini in magnificentia.* dicitur etiam hoc sacramentum vox domini in magnificentia, quia ut dictum est, confert robur ad predicandum sine robore magnificentiam Christi. Unde de confirmatis dicitur, Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur. Psal. 144.

De consecr. dist. 5. Spiritus sanctus & c. nouissime. Psal. 67. Quæstio.

Gratia confirmacionis. 2. 014.

Confirmacionis dignitas.

De consecr. dist. 5.

415. De consecr. dist. 4. pro. prima.

Penitentia. Sacramentum. Cedrus. significat superbos.

Gentiles.

Joan. 20. Matt. 16.

**Vox domini confringentis cedros: & confringit dominus cedros libani.**  
 Hic consequenter agit de sacramento penitentiae & contritionis. Vbi notandum, quod nomine Cedri superbus quilibet significatur: quonia ut hic dicit Magister. Cedrus est arbor altissima, maximè quæ crescit in libano, vbi sunt magis proceræ cedri. Hæc enim arbor nisi succisa inutilis est: in sua radice manens non facit viles fructus. Sic & superbia in altum se erigens ceteros despicit. Unde in sua radice manens inutilis est: vere inutilis, quia peccatum intulit nobis, succisa autem per humilitatem & penitentiam fructus gratiæ crescunt. Ex quibus colligitur quod duplex est cedrus, scilicet, cedrus libani: & quæ crescit extra libanum: illa quæ crescit in libano altior est: illa vero quæ extra, minor est. Et sic duplex est superbia, maior & minor. Maior est Iudeorum qui præ ceteris magis ingrati, contra Christum superbiendo surrexerunt, minor autem Gentium. Et tamè vtraque supbia virtute penitentiae confringitur & extipatur. Et hoc est quod de sacramento penitentiae hic dicit: *Vox domini confringentis cedros.* vox dñi qua hoc sacramentum instituit. d. Apostolis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remissionis peccata remittuntur eis: & Matth. 16. Tibi dabo clauem regni caelorum, &c. Et ista talis vox penitentiae sacramenti, primo confringit cedros minores, quia Gentiles superbos conuertens ad Christum humiliavit: sicut

cut quando altum cedrum, scilicet Cornelium Gentilem per penitentiam conuertit ad Christum cum aliis: de quibus dicitur. Ergo & gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam. Et de istis dicitur hic. *Vox domini confringentis cedros.* Sed in fine mundi cedros libani confringet, qui Iudeos superbos, quos tunc reperiet, ad fidem per penitentiam reducet: & de istis subditur. *Et confringet dominus cedros libani.* Unde istum versum sic ad propositum exponit Magister in glo. *Vox domini confringet cedros.* id est, dominus confringet, per penitentiam & humilitatem cedros, id est, altos de gentibus. *Et confringet dominus cedros libani.* id est, altos de Iudeis quos in fine conuertet, quando reliquæ Israel saluæ fient. Sic enim de istis per penitentiam confringendis dictum est Psal. 17. Persequar inimicos meos & comprehendam eos, non conuertat donec deficiant, scilicet ab infidelitate. Sequitur: Confringam illos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos, scilicet per fidem & humilitatem.

**Et conminuet eos tanquam vitulum libani.**

Hic exequitur de sacramento vntionis extremae. Pro cuius euidentia notandum, quod istud sacramentum inter omnia conminuit vitia & impingat animam. Unde notat doctores, maxime Petrus Aureolus: quod istud sacramentum octo habet effectus. Primus est peccatorum venialium remissio: probatur per illud quod habetur: *Iac. 5.* Nam postquam dixit vngentes eum oleo, sequitur: Et si in peccatis fuerit, remittetur ei. Et certum est, quod non loquitur de mortalibus, quia illa solū per baptismum & penitentiam remittuntur. Secundus est diminutio penitentiae pro mortali quam pro veniali debita. Tertius est gratiæ augmentatio, quia omnia sacramenta nouæ legis debite suscepta conferunt gratiam. Quartus est gloriæ augmentatio, quia aucta gratia augetur gloria sibi correspondens. Quintus est interior animæ confortatio: nam in articulo mortis constitutus est in ingenti timore ratione penitentiae corporalis, & potestatis diabolicae. Et ideo hoc sacramentum diuina misericordia instituit, ad conferendum dignè suscipiendi interiori in vntione incuditate & robur, & spem contra demonum tentationes. Sextus est diabolicae potestatis attenuatio. Septimus est infirmitatis etiam corporalis sanatio, & hoc vbi expedit sanitati animæ. Unde in primitiua ecclesia suscepto hoc sacramento, multi etiam corporaliter sanabatur: ut patet Marc. 6. & Iac. 5. Octauus est morientis congrua protestatio. Receptio enim istius sacramenti est quædam protestatio, qua infirmus protestatur, quod permansit in fide ecclesie militantis, & ideo securus hinc egreditur & ingreditur ad populum ecclesie triumphantis. Ex quibus omnibus patet, quod per istud sacramentum conminuantur omnia peccata venialia & demonis potestas, & interior anima impingatur gratia, ut se Deo offerat in sacrificium. Et ista omnia breuiter de isto sacramento notans Psal. d. *Et conminuet eos tanquam vitulum libani.* nam ut dicit Magister in glo. In motu libani vituli in sacrificio immolandi nutriebatur, quia mors ille ferax est herbarum & triguus fontibus costus. Sic conformiter in isto sacramento: vbi patet ex dictis, vituli immolandi Deo, id est, fideles morituri impinguntur & nutriuntur gratia, & conminuantur demones & vitia: & hoc est quod dicit. *Et conminuet eos.* scilicet demones & vitia. *Tanquam vitulum libani.* scilicet, impinguabo per gratiam, ut scilicet dignius Deo post mortem offeratur: de primo dicitur. Conminua eos ut puluerem ante faciem vestram

Act. 17.

Iudeus.

Psal. 17.

416.

8. q. 1. olim. Sacramentum vntionis virtus.

Iacob. 5.

Marc. 6. Iacobi 5.

Psal. 17.

ti: de secundo vero, quia isto sacramento impinguati ut virili Deo offeruntur, dicitur: Acceptabis sacrificium iustitiae: tunc imponet super altare tuum vitulos. *Et dilectus quemadmodum filius vnicornium.* Hic consequenter agit de sacramento Eucharistiae. Vbi notandum, quod in Christo est duplex natura diuina, scilicet & humana. Secundum naturam diuinam est verus Dei filius, sed secundum humanam est ex Iudeis natus. Natura diuina notatur per dilectum, ipso patre dicente. Mat. 3. Hic est filius meus dilectus: vbi Hilarius his verbis pater Christum ostendit suum filium, non solum nomine, sed & proprietate: multi enim nos sumus filij Dei, sed non talis est hic filius. Hic enim & proprius & verus est filius, non adoptione, sed origine, veritate non nuncupatione, natiuitate non creatione: quod pater ostendens ait. Hic est filius meus dilectus. Sic igitur per ly dilectum in Christo diuina significatur natura: quia verus est Deus. Dei filius. Natura vero humana significatur per filium vnicornium. Quid enim per vnicornem nisi populus Iudeorum intelligitur, qui cornu elationis gestabat in fronte? Unde Greg. d. Per Rhinocerotem, vel vnicornem ille Iudeorum populus intelligitur: qui dum accepta lege non operatur, sed solum inter ceteros homines elatione sumpsit, quasi inter ceteras bestias cornu singulare gestauit. Unde passionem suam per prophetam dominus pronuncias ait de Iudeorum populo. Libera me de ore leonis, à cornibus vnicornium humilitatem meam. Tor quippe in Iudeorum gente vnicornes fuerunt: quot per predicamenta legis veritatis non de operibus legis, sed de singulari & fatua elatione ceteri sunt. Sic igitur per filium vnicornium intelligitur Christum secundum humanitatem ex Iudeis natum. Ad propositum ergo inter omnia sacramenta nullum est quod realiter contineat Christum verum Deum & verum hominem, quo ad diuinitatem & humanitatem nisi solum sacramentum Eucharistiae. Istud ergo sacramentum commendans Psal. ratione contenti dicit: quod hic est verus filius Dei, quia & dilectus, & filius hominis, quia & filius vnicornium, quod. *Quemadmodum est filius vnicornium.* Iudeorum, quia secundum humanitatem, sic est etiam in isto sacramento. Et sic exponit Magister in glo. d. *Quemadmodum est filius vnicornium:* id est, secundum quod ipse est filius Iudeorum, id est, secundum quod ipse est homo. Unde de isto sacramento quia virtute verborum in hostia est corpus Christi, alia autem per comitantiam, dicitur Psal. 77. Et edificauit sicut vnicornium sacrificium suum in terra, id est, in ecclesia, quam fundauit in secula.

**Vox domini intercedentis flammam ignis: vox domini cocutientis desertum: & comouebit dominus desertum Cades.**

Hic consequenter agit de sacramento matrimonij. Vbi notandum, quod sacramentum matrimonij tripliciter à Deo fuit institutum, scilicet primo ad procreationem filiorum & mutuam solatium: & sic fuit ante peccatum in paradiso institutum: & institutum fuit solum in officium. Secundo institutum fuit in remedium, scilicet contra carnis concupiscentiam, quæ sine peccato in concupiscentia sexuali expleri non potest, nisi per bonam matrimonij excusetur: & sic fuit institutum post peccatum. Tertio institutum fuit in signum, scilicet spiritualis coniunctionis Christi & ecclesie, & sic fuit institutum in lege euangelica. Quatum autem ad secundam institutionem apparet quod est institutum contra libidinis ardorem. Item notandum quod carnis concupiscentia, vel libido per flammam ignis significatur, quia sicut flamma ignis omnia consumit & deuorat, sic & libido & concupiscentia carnis

Psal. 50.

Eucharistia. Dilectus. significat. Chr. filius. Matt. 3.

Vnicornem. significat. Iudeos. Rhinocerotem. Mon. c. 13.

Psal. 21.

Psal. 77.

417. De consecr. dist. 5. de Spiritu sancto.

Sacramentum matrimonij.

Nata. Flamma dicitur libido. Libido omnia consumit.

**Luxuria** nis nisi ei resistatur. Vnde de libidine sub ignis nomine dicitur: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Quod ad literam de libidine exponens Grego. dicit: Beatus Iob crimē luxurię diffiniens ait: Ignis est vsque ad perditionem deuorans, &c. quia reatus huius facinoris non solum vsque ad iniquationem maculat, sed etiam vsque ad perditionem deuorat. Quia qualibet alia fuerint bona opera, si luxurię scelus nō restringitur, immensitate huius criminis obruuntur. Nulla quippe ante omnipotentis oculos iustitię pietatięque sunt opera, quę corruptionis cōragione monstrantur immūda. Quid enim prodest si pię quisquam necessitati compatitur proximi, quando impię in semetipso destruit habitationem Dei, &c. Ex prædictis ergo collige, quod per flammā ignis intelligitur libido luxurię, quā tamen sacramentū matrimonij reprimat & excusat. Et hoc hic notans Psal. de isto sacramento dicit: *Vox domini intercedens flammam ignis*. scilicet luxurię quā excusat. Quia etsi ex toto ipsam non exstinguat: tamen intercipit illā. Et quia istud sacramentum excusat coitum a peccato, ideo subdit. *Vox domini concutientis desertum*. per desertum intellige peccatum, quod nos facit desertos a Deo, cōmouet ergo desertum dum peccatum ab isto actu coniugali prohibet. Et quod per desertum intelligat peccatum subdit. *Et cōmouebit dominus desertum Cades*. id est, peccatum, quod nos cedere facit.

**418.** Vox domini præparantis ceruos: & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam.

Hic consequenter agit de sacramento ordinis: quod ideo specialiter est institutum, nō solum vt possint dominica sacramenta dignē tractare, sed etiam vt alios de fide & moribus habeat informare. Quorum præcipuum signum est corona quam in capite portant. Quoniā vt ait Magister corona regale decus significat, vnde ministri ecclesię reges debent esse, vt se & alios regant: quibus ait Petrus Apostolus: Vos estis genus electum, regale sacerdotiū, &c. Summitas enim capitis nudatur, vt eorū mens libera ad Deum monstratur, quę reuelata facie Dei gloriam contempletur. Summitas enim capitis est eminentia mentis, & denudatio capitis est reuelatio mentis: clericus enim secretorum Dei ignarus esse nō debet. Ad propositum ergo: hic Psal. agens de sacramento ordinis, ostēdit primo eius eminentię dignitatē. d. *Vox domini præparantis ceruos*. Secūdo scientię debitam claritatē. d. *Et reuelabit condensa*. Tertio officij sanctitatē: ibi. *Et in templo eius omnes dicent gloriam*. Vide ergo primo huius dignitatē. Vbi notandum quod sicut totū cōtinet partē, & genus speciem, & species indiuidua, & nō cōtrario: sic in sacramento ordinis supremus ordo omnes alios cōtinet, & non econtrario. Quamuis autem episcopatus secundū Theologos non sit ordo: tamen est quędam suprema dignitas ceteros ordines continens. Ideo illo nominato, ceteri omnes nominantur. Volens ergo Psal. agere de sacramento ordinis præcisē agit de episcopis, ostēdens eorum eminentię dignitatē. d. *Vox domini præparantis ceruos*. Qui enim per ceruos, nisi episcopi designantur? Nam vt dicit Magister de proprietatibus rerum. Ceruus inter omnia animalia dicitur esse maioris discretionis, maxime serpentibus inimicatur. Inter omnia animalia duo grādia portat cornua, quę solida sunt

*Sacramē sum ordi nis.*  
*Corona.*  
*Clericali.*  
*Magister lib. 4. d. 28.*

*Episco- patus.*

*Ceruus significat episcopos.*  
*Corona.*

non vacua, quę omnia episcopis conueniunt, quia præ ceteris maioris discretionis esse debet & scientiæ: dist. 36. oportet etiam ordinandū. Serpentibus maxime debent inimicari, id est, hæreticis, & ipsos persequi Magos & sacrilegos. Duo cornua in capite gestant: quia mitram cum duobus cornibus in capite portant. Sed nota, quod eorū cornua ad similitudinem ceruorum debent esse solida, non vacua: quia significato illorum carere nō debet, quia scilicet, scire debent testamentum verus & nouū: quę per illa duo cornua mitrę significantur. De episcopis ergo sub nomine ceruorum dicit Psal. *Vox domini præparantis ceruos*. id est, per sacramentum ordinis episcopos consecratis, & per consequens omnes alios inferiores ordines. Consequenter declarat eorum scientię debitam claritatē. d. *Et reuelabit condensa*. Quid enim est præcipuum episcoporum officium, nisi per scientiam sacram prædicare populo, & condensa reuelare, id est, obscura sacrę scripturę declarando aperire, figuras mysteriorum reuelare: quod sine claritate scientię facere non possunt. Consequenter declarat ipsorum officij sanctitatē. Quia ad hoc clerici in ecclesia sunt ordinati & maxime episcopi, vt per eos Deus magnificetur & laudetur: vt ipsorum exemplo ceteri ad Dei laudem excitentur. Et hoc est quod subdit. *Et in templo eius omnes dicent gloriam*.

**Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dominus rex in æternū.**

Hic vltimo ostenditur quibus modis ecclesia a Deo conseruatur. Vbi notandū, quod per diluuium quo aquę abundantes omnia consumpserunt, intelliguntur homines infideles & Gētiles, qui velut diluuium fluidi sunt & instabiles, omnem virtutem peenitis persequendo dissipantes. Vnde Luca 17. Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias: venit diluuium & perdidit omnes. Dicuntur ergo Gētiles & idololatrę diluuium: quia propter eos diluuium factum est in mundum. Et vide mirabilia opera Dei, qui istud diluuium inhabitare facit, scilicet ecclesiam suam: quia Gētiles conuertit ad fidem, per quos hodie regit & gubernat ecclesiam. Quamuis enim Gētiles prius diuersos mores in suis scētis haberent, sicut diuersos Deos vel idola colebant: tamen dum ipsos fecit in fide vnanimis & cōcordes eos ecclesiam fecit inhabitare. Deus qui inhabitare facit vnus moris in domo, scilicet ecclesia. Istum sensum ponit Augustinus, vt habetur in glo. d. *Dominus diluuium inhabitare facit*. quia illos malos, scilicet Gētiles qui alios in peccato submergebant. Inhabitare facit hoc templum, scilicet ecclesiam, quia etiam illos tales cōuertit ad vnitatem ecclesię. Et in illis dominus in æternū habitat & sedet per gratiam: propter quod subdit. *Et sedebit dominus rex in æternum*. scilicet regnans in eis in æternū. In iustis enim sedet Deus, & requiescit, quod ideo sedes dicitur, quia dominus sedet quiescendo in corde iustorum, vt ostendit Greg. lib. 20. Mor. c. 5. Quid autem cōferat Christus electis suis, in quibus habitando sedet, exprimit. d.

**Dominus virtutem populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace.**

Duo enim bona Christus electis suis in quibus sedet tribuit, scilicet hic contra vitia ipsos fortificat, & in futuro contra omnes miseras ipsos beatificat,

*36. dist. 26. q. 5. episcopi corrūque.*

*distin. 23 qui ecclesie.*

*Dist. 36. qui ecclesie significat.*

*419. 24. q. 1. loquitur.*

*Diluuiū significat Gētiles.*

*Luca 17*

*Gētes conuertuntur ad fidē.*

*Psal 67 August.*

*Greg 20 Mor. c. 5.*

*420.*

*Fides dicitur fortitudo.*

tificat: de primo dicit. *Dominus virtutem populo suo dabit*. scilicet populo suo in hoc seculo contra aduersa mundi, cōtra diaboli tentamētā & vitia, fortitudinē dabit, quia omnia superando vincere possit. Et hæc virtus siue fortitudo, est virtus fidei: quia omnia vitia superatur & aduersa. Vnde Greg. ait: Vnicuique animę, cui misericors dominus præsidet, cōtra omnia fidei fortitudinē præbet: de qua Petrus ait: Aduersarius vester diabolus sicut Leo rugiens circuit quærrens quē deuoret: cui resistite fortes in fide. Et ideo dicitur Psal. 67. Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutē & fortitudinem plebi suo. In futuro autē suos beatificat: propter quod subdit. *Dominus benedicet populo suo in pace*. In præsentem enim vita nobis Deus benedicit dando nobis suā gratiam & virtutes: sed ista benedictio vię nō est in pace, sed in continuo bello: propter quod ait suis Christus: Amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, &c. Quinimo quanto hūc benedictio Dei est maior, tanto ampliora tam mūdi, quā dæmonis insurgunt certamina. Non est pax vniuersę carni: In futuro autē benedicet in pace: quia ibi nulla impugnatō, nulla aduersitas erit: quia in illo summo bono, mens perfectē quietabitur. Vnde Hier. 29. In pace illius erit pax vestra. & Psal. 4. In pace in idipsum, &c. quod bene notās Psal. dicit: *Dominus benedicet populo suo in pace*. Eccles. 1. Benedictio Dei in mercedem iusti festinat.

*Greg. 31. Mor. c. 27.*

*Psal. 67.*

*Benedictio domini.*

*Item 16.*

*Hier. 29.*

*Psal. 4.*

*Eccles. 1.*



**Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.**

*421. 59. 1. no. gl.*

*2. Regū 17.*

*1. Paral. 28.*

*Peccata David remissa ostendit portarum templi aperiō.*

*Psal. 131.*

David. id est, Psal. ex lætitiā habita a David ex remissione peccatorum suorum: quem scilicet fecit decantandū in dedicatione domus. id est, templi. Quibus præmissis, accedo ad Psal. Et primo exponā literam. Secundo intellectū Psal. Quantum ergo ad literam Psal. iste diuiditur in duas partes: quia primo David cōstetur diuinā bonitatē. Secūdo, propriā fragilitatē: ibi. *Ego autem dixi*. Prima in duas: quia David primo Dei bonitatem constitetur: Secūdo ad hoc idem alios exhortatur: ibi. *Psalite domino*. Circa primum dicit: *Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me*, &c. dic vt N. Quantum vero ad significatum literę notandū secūdm Magistru in glo. quod titulus istius Psal. prædictus nō debet intelligi de dedicatione alicuius domus materialis, sed de spiritali domo, quę est Ecclesia, scilicet Christus qui est caput, & de fidelibus qui sunt eius membra, quę tota vna domus vocatur. Quia & in capite Christo habitat omnis plenitudo gratię. Et de eius plenitudine nos omnes accepimus: Ioan. 1. Hac autē domus fabricatur & dedicatur, sed aliter in capite Christo, aliter in membris. Quantum autem ad caput, scilicet Christum fabricata est in eius conceptione, sed dedicata in eius resurrectione: quado scilicet resurgens ex mortuis immortalitatis gloria quo ad corpus est cōfirmatus. Quantū vero ad membra quōtidie fabricatur: dum infideles accedunt ad fidem, sed consecrabitur in futuro, quando scilicet fideles resurgentes ex mortuis immortales fulgebūt sicut Sol. Ex quibus apparet sensus tituli. *Psal. cantici*: id est, lætitię habitę, in dedicatione domus David. id est, per dedicationē domus Christi, quę dedicatio modo facta est in capite. Post modū vero fiet in membris. Et nota quod in hoc Psal. loquitur totus Christus: quia huius Psal. quędam verba cōueniunt capiti, id est, Christo; quędam corpori, id est, ecclesię, & quędam vtriq;que. Intentio autem Psal. est mouere fideles ad Dei laudem pro dedicatione iam facta de Christo capite. Et ex illa dedicatione facta ad spem nostrę dedicationis futura. Quibus visis accedo ad Psal. qui diuiditur in partes tres, quia de sua dedicatione, id est, resurrectione Christus tria facit. Quia primo ipsam attribuit. Secūdo ostendit qualiter ipsam meruerit: ibi. *Ego autem*. Tertio quomodo ipsam acceperit: ibi. *Audiuit dominus*. Prima pars diuiditur in duas. Quia primo gratias agit de sua dedicatione præterita. Secūdo ad spem nos erigit de nostra futura: ibi. *Psalite domino*. Prima in tres: quia primo agit de sua dedicatione. Secūdo ad hoc de sua oratione: ibi. *Domine Deus meus*. Tertio de sua a dānatis segregatione: ibi. *Domine eduxisti*. Quantū ergo ad primū gratias agit patri de sua dedicatione vel resurrectione. d. patri. *Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me*: id est, in resurrectione dedicādo me impassibilitatis gloria & immortalitatis. Sed dic. cum Deus sit immutabilis localiter & essentialiter, quāliter exaltari potest: quia non potest esse maior, nō minor, non altior, nō bassior, quia totum replet? Et hanc quæstionem mouet Magister. Deus omnino incōmutabilis est: nō ergo augeri vel minui potest, sic nec exaltari. Et respōdet. Deus pœnitens in se nec augetur nec minuitur, nec in se recipit magis nec minus, sed in homine: quia homini augetur vel minuitur. Sicut Deus dicitur magnificari & exaltari in nobis: qui tamen in se nec magnificatur, nec exaltatur: vnde propheta ait: Accedat homo ad cor altū, & exaltabitur Deus. Super quem locum ait Cassiodorus. Non in se, sed in corde hominis grandescit.

*Ioan. 1.*

*Quæstio.*

*Magister li. 1. d. 17.*

*Psal. 63.*

*Quæstio.*



Christus qualiter exaltavit patrem.

Questio Threno. 1.

422. De conf. di. 1. quod dicitur Clamor orationis Christi. Psal. 101.

Ioan. 17. Resurre. sio. Chri. st.

Psal. 119. Questio. Christi qualiter orare poterat.

423. De conf. di. 21. Resurre.

Sed adhuc restat dubium: si enim ista verba sunt A Christi, quomodo Christus exaltabat: quia pater in seipso exaltari non poterat, vt dictum est. Nec etiã in corde Christi, qui tanta gratiæ & scientiæ habebat plenitudinem, q̄ Deus ei plenius conferre non potuit. Respondetur q̄ Christus sic gratias agendo patri, patrem exaltabat, non in se, nec in corde suo, sed suorum. Sequitur. Nec desisti inimicos meos super me. Sed quomodo hoc est verũ, nõne lætificati sunt inimici Christi, quando ipsum flagellauerunt & crucifixerunt? Et certe in persona Christi loquitur Hier. d. Omnes inimici mei audierunt malum meum, & lætari sunt. Respondetur. Et quod si lætati sunt de morte Christi, non tamen de ipsius dedicatione, de qua hic loquitur. Vnde ait Magister in glo. Super Christum quidem iucundati sunt inimici eius, dum penderet in cruce. Sic & superiucundantur in passionibus, sed non in dedicatione, nec super eum, nec super suos.

Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me.

Hic cõsequenter Christus agit de sua oratione, quã fecit pro sua dedicatione. d. Domine Deus meus clamaui ad te, &c. Oratio enim est quidã clamor non quidem vocis corporis, sed interioris cordis. Oratio enim denota quidã clamor est cordis aures Dei pulsans. Vnde Deo dicit Psal. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Clamavit ergo Christus ante passionem suam ad patrem orando pro sua dedicatione. Vt pura quãdo ad patrem orãdo dicebat. Clarifica me tu pater, &c. Ante enim suam resurrectionem Christus habebat corpus infirmũ & obscurũ sicut ceteri. Sed per resurrectionẽ suscepit sanum & incorruptibile, corpus clarũ, imo clarius Sole. Et ideo statim subdit. Et sanasti me. scilicet in resurrectione: quia iam non gerò egrum corpus subiectũ passionibus, sed gloriosum & immortale. Ante enim percussus erat Deus corpus Christi multis flagellis, & aduersitatibus ipsum exponendo, sed postmodum ipsum plene sanauit resuscitando. Vnde de corpore Christi dicitur: Commouisti terram & conturbasti eam, sana cõpitiones eius, &c. Sed hic Magister mouet dubium. d. Impossibile videtur q̄ Christus ad patrem clamet & oret, cum sit omnipotens Deus, qui fidelium vota implet per quem omnia facta sunt. Ad hoc respondet. d. D. Sciendum q̄ Christus nec homo tantũ nec Deus tantũ est, sed verus Deus & verus homo: nec duo tamen, sed vnus est Christus: qui nõ secundũ quod Deus, sed ex eo quod homo, est infirmus, Et ex hoc etiã orans pro nobis mediator est inter Deum trinitatem patrem filium, & spiritũ sanctum, & nos peccatores, habens cũ vtroque cõuenientiam. In eo enim quod infirmus est, appropinquat nobis. In hoc autẽ q̄ peccator non est, sed iustus nos Deo iungit. In eo tamẽ q̄ homo est, preest nobis, vt caput in quo sunt omnes sensus qui cõteris mẽbris. Nõ est ergo impossibile secundũ hominẽ quẽ suscepit, orare. Quia ipse est qui oratur secundum diuinitatem, &c. Vel dicendum quod oratio secundum quod est quoddã desiderium habendi à Deo quod quis nondum habet, Christo poterat conuenire,

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.

Hic cõsequenter Christus agit de sua segregatio-

ne à damnatis. Quoniã anima illoĩu Christo resurrexit in inferno remãserũt, Christi anima inde ascẽdente. Anima enim Christi statim à corpore separata, descẽdit ad limbũ sanctorũ patrũ vt illos visitaret, ac inde secũ educeret. Et ibidem mansit per tringentanouẽ horas, scilicet ab hora nona feriã sextã in qua spiritũ emisit, vsque ad horã matutinã, siue vsque ad diluculũ diei dominicæ, quãdo per resurrectionẽ corpori fuit reunita. Et hoc est quod Christus de se capite dicit. Domine eduxisti ab inferno animam meam. Et sic illã ab iniquis separasti. Et hoc est quod subdit. Saluasti me à descendentibus in lacũ. Infernus enim dicitur lacus, quasi laqueus: quia quos capit, retinet laqueatos. Vel dicitur lacus, quasi aquæ locus per cõtrarium: sicut piscina à piscibus, & pontus à ponte per oppositũ, quia in inferno nõ est aqua, scilicet refrigerationis vel gratiæ liberãtis, scilicet, quo ad dãnatos. Et de isto lacu eduxit Christus sanctorũ animas. Zacha. 9. Tu autẽ in sanguine testamenti tui eduxisti victos de lacu in quo non erat aqua. Hic oportet recordari de dictis superius Psal. 9. versiculo. Cõuertantur peccatores in infernum, &c. Qualiter idẽ est locus inferni, purgatorij & limbi diuersis nominibus nuncupatus secundũ diuersitatẽ ibi existentium, &c. Vel aliter secundũ Magistrũ in glo. Per lacũ enim intelligitur profunditas peccatorũ & abũdantiã nequitia: vt superbia, inuidiã, crudelitatis, &c. Qui ergo se immergũt in libidine & in terrenis desiderijs, illi in lacũ descẽdunt. Cũ ergo persecutores Christi fuerũt huiusmodi, merito ipsi descenderunt in lacũ, Christũ persequendo & occidendo. Et de istis nunc dixit Christus patri. Saluasti me à descendentibus in lacum. quia ab illis saluatus est in resurrectione & amplius sibi nocere possint, iam factus immortalis. Sic enim promiserat pater filio. Ego tecum sum, vt saluem te.

Psallite domino omnes sancti eius: & confitemini memoriã sanctitatis eius.

Hic cõsequenter nos exẽplo suæ resurrectionis ad spem ducit nostræ resurrectionis futuræ. Hic enim loquitur Christus non vt caput ecclesiæ, sed vt corpus, id est, in persona sui corporis: Et diuiditur in tres partes. Quia primo nos inducit ad gratiarũ actionẽ, Secũdo ostendit Dei misericordiam: ibi. Quoniam ira in indignatione. Tertio nostram futurã resurrectionẽ: ibi. Ad vesp̄um. Quãtũ ad primũ sciẽdum q̄ Christi resurrectio causã est & forma nostræ resurrectionis futuræ, vt deducit Apostolus, i. Cor. 15. Quia Christus resurrexit à mortuis primitiã dormitiũ. Vnde sicut incarnatio Christi natiuitas & passio propter nos facta est, ita & eius resurrectio propter nostram resurrectionem. Et ideo narrata eius resurrectione, ecclesiã ad gratiarum actionẽ nos excitat. d. Psallite domino sancti eius. Quia cõsiderat ecclesiã, hæc futura in membris quæ præcesserũt in capite, quasi dicat, Psallite, quia resurrexit caput nostrum. Et per hoc sperate cetera membra, quod in vestro videtis capite: quia idem vobis est promissum, Et dicit. Omnes sancti eius. id est, qui estis vel esse vultis de numero membrorũ capitũ. Et cõfitemini memoriã sanctitatis eius vel secundũ aliã literã, sanctificationis: id est, laudate eum. Quia & si vos eius eratis oblitũ, ipse autẽ non est oblitus vos, quia ex bonitate sanctitatis suæ vos sanctificauit, id est, sanctos per resurrectionẽ facere disposuit. Quia in eo q̄ resurrexit vestram resurrectionẽ ordinauit. Sed hic

Anima Christi, fuit in inferno.

Lacus significat infernum.

Zacha. 9.

Psal. 9.

Lacus significat profunditatem peccatũ.

Hier. 15. 424.

15. q. 1. reuertimini

Resurrectio Christi, resurrexit non a mortuis primitiã.

1. Cor. 15.

Magister. li. 1. di. 26.

Resurre. sio. Chri. sti causã nostræ resurrectio nis.

1. Cor. 15.

425. De pen. di. 3. pro. ductior.

Ira Dei est puni. tio.

Genes. 3.

Iob 6.

Vita ater na.

Magister. li. 1. di. 26.

hic forte quæres, quia dictum est q̄ Christi resurrectio causã fuit nostræ resurrectionis. Et videtur q̄ non: quia illud nõ est causã rei quo non posito, etiã res poneretur in esse: sed non posita Christi resurrectione per impossibile ad hoc diuina iustitia malos puniret in anima & corpore, & bonos præmiaret, &c. Ad oppositũ est Apostolus. Sicut in Adam omnes moriũtur, sic & in Christo omnes viuificabuntur. Respondet q̄ Christi resurrectio est causã nostræ resurrectionis, & hoc multipliciter, scilicet, esse etiã, finaliter, & exẽplari. Causã autẽ efficiens est duplex, scilicet, aut sicut primũ principũ, aut sicut instrumentũ. Christus autem est effectus nostræ resurrectionis vt primũ principũ, inquantũ Deus est, sed vt instrumentũ inquantũ ad vocẽ eius omnes mortui resurgẽt, quia Deus dabit voci suã vim virtutis. Est autem causã finalis, quia ad hoc boni resurgent, vt in Christo resuscitato beatificẽtur, scilicet, anima in diuinitate, sed corpus in Christi humanitate verbo hypostaticẽ cõiuncta. Est causã exẽplaris: quia talia crunt corpora nostra per resurrectionẽ glorificata, quale Christus suũ corpus in resurrectione mōstrauit. Ad argumentũ in oppositũ dicitur, quod licet Deus aliter resuscitasset corpora nostra, etiã si Christi resurrectio non esset: tamen sic decreuit facere vt Christi resurrectio nostræ resurrectionis modis prædictis esset causã.

Quoniam ira in indignatione eius: & vita in voluntate eius.

Hic ostendit Dei misericordiam, simul & indignationẽ erga genus humanũ. Præceperat enim Deus primis parentibus, ne de ligno scientiæ boni & mali tangerent cõminans eis. d. Quacũque hora comederitis moriemini. Illi autẽ contra Dei præceptũ, lignum comederũt, & sic Deum irritauerũt, & mortis sententiã incurrerũt, ipsi & omnes posteri ipsorum. Quamuis ergo indignatio nec ira proptiẽ cadat in Deo, qui passionibus alterari nõ potest: dicitur tamen iratus & indignatus quãdo malos punit: sicut dicitur misericordie recordari, quãdo tollit misericordias nostras. Sic ergo ira fuit in indignatione eius quando propter peccatũ cõmissũ cõtra totũ genus humanũ mortis sententiã tulit. d. Genes. 3. ipsi Ada: Quia comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es & in puluerem reuertaris. Et sic damnatũ indignatione Dei genus humanum dicit. Sagittæ domini sunt in me, quarũ indignatio ebibit spiritũ meum, id est, separat animã à carne per sententiã mortis. Et hoc est quod nunc ait Psal. Quoniam ira in indignatione eius. Sed ne desperet homines audi quod sequitur de Dei misericordiam. Et vita in voluntate eius quasi dicat: Peccatis vestris exigẽtibus mortis data est sententiã: sed sola sua misericordia & voluntate & nõ meritis vestris dabitur vobis vita post mortem, tam corporalis per resurrectionẽ, quã beata per felicitatem. Et sic vita futura nõ est ex meritis vestris, sed solũ in voluntate eius vt dicat. Vos mortui ad vitã per vos redire non potestis: sed ipse vos reduct: quia vos ipse gratis saluauit. Eratis enim peccatores: quid autem peccatori deberet, nisi supplicium? Quoniã, vt ait Magister: Meritis impij, non debetur gratia, sed pœna. Et hoc notans dicit: Quod si mors fuit ex peccato vestro, vita tamen est in voluntate eius vel ex gratia illius.

Ad vesp̄um demorabitur fletus:

Hic cõsequenter nostram futurã ostendit resurrectionem. Vbi aduertet q̄ sicut peccatũ nostrũ fuit causã mortis Christi, sic & resurrectio Christi causã fuit vitæ & resurrectionis nostræ: quod satis patet ex hora peccati nostri & Christi passionis: & ex hora resurrectionis Christi & nostræ. Quoniã eadem hora qua peccauit primus homo, passus est Christus, & eadẽ hora qua Christus surrexit, & nos resurgemus. Primũ tangit, d. Ad vesp̄um demorabitur fletus. Secũdũ, d. Et ad matutinũ lætitiã. Adam enim peccauit sole declinante. Vesp̄era enim est, quando Sol in occasum declinat. Vnde declinãte Sole temporalis id est, ad vesp̄erãscẽte peccauit Adam: ad si gnificãdũ q̄ per peccatũ lux veri solis qui est Christus declinabat ab eo. Vnde dicitur Genes. 3. Quod cũ deambularet dominus ad aurã post meridiem, Adam timuit & abscondit se. Tam enim peccato cõfusus, nolebat videre faciem domini: ad quã cõsueuerat gaudere. Ex isto peccato ad vesp̄erãscẽte die cõmissõ, inchoata est omnis ista vita mortalis, dies versus est in noctẽ, lætitiã in fletũ: inde omnis miseria & pœna huius vitæ mortalis. Et hoc est quod dicit. Ad vesp̄um demorabitur fletus. id est, ad vesp̄erũ peccauit homo: ex quo demoratur fletus in nobis mortalibus, id est, diu moratur, & in multis. Sic & fletus Christi passionis pro illo peccato redimendo ad vesp̄erũ fuit. Mortuus enim fuit hora nona post meridiem. Ad vesp̄um ergo demorabitur fletus, tam peccati Adã quã Christi passionis. Quod clarẽ figuratũ fuit, 3. Reg. 22. vbi dicitur: Rex Israel stabat in curru suo cõtra Syrios & mortuus est vesp̄eri. Rex Israel, id est, videntiũ Deũ Christus. Syrii autem qui interpretantur sublimes & excelsi, sunt dæmones elati superbia. Sequitur, Et ad matutinũ lætitiã. Quãtus enim fuit planctus & dolor mortis Christi, tanta fuit resurrectionis eius lætitiã. Quæ quidẽ resurrectio mane, id est, diluculo fuit facta, quæ etiã fuit causã nostræ lætitiæ & resurrectionis qui cõsimili hora fiet. Et ideo tam de Christi resurrectione, quã de nostra dicit. Et ad matutinũ lætitiã. Et de hoc mane resurrectionis dicitur. Mane semen tuum florẽbit. Quid enim semen, nisi corpus quod seminaliter generatur? Quod quidem mane florebit: quia mane resurget, sic & Christi caro mane resloruit.

Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.

& ad matutinũ lætitiã.

Hic cõsequenter ostendit Christus qualiter suã resurrectionem meruerit. Vbi notandũ q̄ resurrectionem suã Christus meruerit virtute suæ passionis: vt ostendit Apostolus ad Phil. 2. Quia humiliãuit semetipsum, &c. Propter quod Deus exaltauit illum. Vnde circa suã passionẽ quæ suæ resurrectionis fuit meritũ, vt ostendat quãta & qualis fuerit, triã facit. Quia primo ostendit suã dignitatẽ. Secũdo suẽ passionis acerbitatẽ: ibi. Auertisti faciem tuam. Tertio suæ resurrectionis necessitatẽ: ibi. Ad te dominũ. Quãtum ad primũ sciẽdũ q̄ tanto passio alicuius iudicatur grauior quãto persona patiens est dignior & nobilior. Nulla autem persona dignior persona Christi: quæ est persona verbũ. Et hanc dignitatem Christus de se notans dicit. Ego autẽ dixi, &c. Abundantiam dicit diuinitatis plenitudinẽ quæ in ipso habitabat, per quã data est sibi gratia non ad mensurã: per quam gratiam sic erat in bono cõfirmatus q̄ à virtute per peccatũ cadere non poterat, nec à verbo separari. Quæ omnia ostendunt personam Incog. tom. 1. o 2 na sua

De pen. dist. 5. de fletu.

Peccatũ nostrum causa mortis Christi.

Vesp̄era. Genes. 3.

Mat. 27. 3. Reg. 22.

Mane fuit resurrectio Christi.

Esa. 17.

427. De conf. di. 10. pla. cut.

Philip. 2.

Dignitas Christi.

nae suae immensam dignitatem, ut merito dicat. Ego autem dixi in abundantia mea. id est, in confidentia diuinitatis, cuius plenitudo inhabitat in me. Quid dixi? Non movebor in aeternum: scilicet a Deo: sicut Adā ab eo per peccatum est separatus. Et istā talem dignitatem nō sibi attribuit Christus, sed patri, dixit.

428. Domine in voluntate tua praestitisti decori meo virtutem.

Duo dicit a voluntate Dei sibi data, scilicet decorem & virtutem. Decor est pulchritudo innocentiae & immunitas a peccato. Virtus autem potestas per quam virtutes faciebat & miracula: quia demones fugabat, leprosos mūdabat, infirmos sanabat, mortuos suscitabat. Hae enim nō habebat Christus ratione humanae naturae quae defectibilis est & infirma: sed a voluntate diuina, quae illa sibi per vinitatem verbi cōmunicauerat. Et aduerte quōd aliter Deus dedit Christo decorem innocentiae, & aliter virtutem potentiae. Quoniam omnibus modis decorē habuit, quia nullū peccatū cōtraxit, neq; peccati causam, sed neque peccare potuit: quia in primo instāti suae creationis eius anima fuit beata & in gratia cōfirmata. Vt dicit Magister. Virtutem autē potētia non habuit omnibus modis. Quoniam vt ait Magister: Anima Christi omnia scit quae Deus scit, sed non omnia potest quae Deus potest. Et infra. Si vero quaeritur quare Deus nō dedit ei potētia faciendi omnia, sicut & scientia sciendi omnia? Responderi potest: quia anima naturaliter capax est scientiae, nō est autē capax omnipotentiae. Vnde & seipsam cognoscebat seipsam tamē facere nō poterat. Habuit ergo decorē omnē innocētię, sed non omnē virtutē potentiae. Et si quaeras nūquid Christus habuit solū omne decorē innocētia. Vbi ergo est virgo Maria? Vbi Ioannes baptista, & alij sancti? Responso, vbi notandū quōd peccatū tollit plenū innocentiae decorem. Peccatū autē duobus modis cōtrahitur, scilicet, originale: scilicet, causaliter & formaliter. Causaliter quando seminaliter quis cōcipitur: tūc in cōcepta est quadam scēditas & prōnitas ad malū, quae est causa quare anima creata & illi corpori vinita peccatū contrahit formaliter. Ita qd peccatū originale causaliter cōtrahitur in propagatione feminis: sed formaliter in cōceptione hominis. Modo ad propositū nō cōtrahit formaliter neque causaliter: quia nō descendit ab Adā per seminalē propagationem. Et sic habuit omnimodā innocentia. Virgo autē Maria cōtrahit causaliter: quia per feminalem propagatiōne concepta, sed nō cōtrahit formaliter: quia antequam anima eius esset creata illud semen fuit purificatū & sanctificatū: & sic anima illi vinita, non fuit maculata. Ioānes autē baptista & quilibet alius quicūque sanctus contraxit causaliter & formaliter: quāuis aliqui antequam nascerentur fuerint purgati, & sanctificati. Ex praedictis apparet quōd puritas virginis Mariae tenet medium inter puritatem Christi & aliorum sanctorum.

Decor innocentiae Christi. Virtus potestas a Christi.

Magister li. 3. di. 12. Magister li. 3. di. 14.

Peccatū originale Mariae.

Nota.

429.

Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.

Hic consequenter ostendit suae passionis acerbitatem. Cum enim anima Christi omnibus donis virtutum esset repleta, non facilliter poterat tristari, sed solum magnū motiū passio vel iniuria ipsum tristari vel turbari poterat: & hoc solum secundum portionem inferiorem & non secundum superiorem. Cum ergo anima eius in passione sua fuerit tristis & turbata argumentum est evidens qd eius

Passio Christi acerbitas.

passio dura fuit & acerba. Fuit nāque tristis: vnde Matth. 6. Assumpto Petro & duobus filiis Zebedaei coepit contristari & maestus esse: tunc ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Consimiliter fuit conturbatus. Vnde Ioan. 12. dicit: Nunc anima mea turbata est. Has autem passiones Christus voluntate suscepit non necessitate: vt per illas nostras passiones mitigaret. Vnde Chrysostomus exponēs praedicta verba dicit. Quia dominus discipulos ad passionem exhortatus fuerat: ne dicat qd ipse extra dolores humanos existens facile de morte philosophatur, & nos admonet ad mortem, propter hoc qd ipse est sine periculo. Ideo Christus etiā ostendit qd ipse propter acerbitatem passionis etiam in agonia sit. Verū tamen propter vilitatem mortem non renuit. Dicat ergo patri. Auertisti faciem tuam a me. Hoc idem alius verbis dicit. Dominus Deus meus quare me dereliquisti. Et factus sum conturbatus. scilicet, secundum portionem inferiorem.

Ad te domine clamaui, & ad Deum meum deprecabor.

Hic consequenter ostendit suae resurrectionis necessitatem. Et duo facit. Quia primo suam ponit postulationem. Secundo ad hoc adducit necessitatem vel vilitatem: ubi. Quae vilitas. Ad Deū enim clamare est corde orare: sic quōd clamor cordis dicitur oratio: Psal. 101. Domine exaudi orationem meā, & clamor meus ad te veniat. Vt autē aliās dicitur fuit, oratio differt a deprecatione. Quia prope oratio est pro bonis adipiscēdis, deprecatione autem est pro malis remouendis. Et sic Christus hic orat & deprecatur. Orat cū dicit. Ad te domine clamaui. id est pro bono obtinendo, scilicet, pro gloria resurrectionis & immortalitatis. Consequenter deprecatur. Et ad Deum meum deprecabor. scilicet pro malis remouendis: vt puta pro mortalitate & passione crucis tollenda & remouenda. Et attende qd orationē ponit de praeterito. d. Ad te domine clamaui. sed deprecationem de futuro. d. Et ad Deum meum deprecabor. quia sicut praeteritum tempus futurū praecedit: sic bonum praecedit malum: quia omne malum in bono aliquo fundatur.

Quae vilitas est in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?

Hic Christus consequenter allegat patri rationē & necessitatem suae resurrectionis. Vbi sciendum quōd ideo Christi passio & sanguinis effusio, a Deo praordinata fuerunt, vt pro peccatis nostris condigna Deo fieret satisfactio. Quia cum satisfactio sit aequiualentis, aliās indebiti redditio. Et humanum genus peccando Dei honorē abstulerat: pro cuius satisfactioe nihil aequiualens aliās indebitum poterat reddere: quia quicquid poterat ad honorē Dei facere, iam totum debitum erat ratione creationis. Ideo disposuit Deus quōd vnus homo fieret: qui pro peccato illo debitor non esset: cuius vita tantū bonum, vel maius esset quā omniū aliorum hominū: cuius vita pro honore Dei exponeretur in mortem: vt pretio sui sanguinis Deo plene esset satisfactum. Vnde dicit Magister: quōd per Christi mortē & sanguinem redempti sumus a diabolo & peccato. Redemptio autem perfecta, redemptum debet restituere finaliter in eodē statu vel meliori quam fuerit ante captiuitatem. Si autem homo non fuisset per peccatum captiuatus, aeternaliter vixisset in anima & corpore. Sic ergo Christi sanguinis effusio vitam nō solum animae, sed etiam corporis aeternam

Mat. 26.

Ioan. 12.

Chrysostomus ad Rom.

Conturbatus fuit Christus.

Psal. 21.

430.

Oratio. Pl. 101.

Deprecatio. 110.

431. 6. q. 7. h. d. diximus.

Satisfactio Christi pro nobis.

Magister li. 3. di. 19. Redemptio.

aeternam nobis debuit conferre per resurrectionē. Sed si Christi resurrectio quae est causa nostra resurrectionis nō fuisset: nostra resurrectio nō sequeretur. Et sic vilitas quae ex Christi sanguine debemus cōsequi, perditā fuisset. Et hoc est quod dicit Christus. Quae vilitas est in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Id est si corpus meum corruptū fuerit & incineratum: quod erit nisi cito resurgā, quasi dicat, nulla: quia nec alij resurgent, scilicet in anima ad hē: quia nemini annuntiabo mirabilia tua: nullum lucrabor. Neque etiam resurgent in corpore: cum resurrectio capitis sit causa resurrectionis membrorum. Et sic nisi resurgā heribit ab hominibus laus & cōfessio nominis tui. Et hoc est quod subdit.

432. Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit laudem tuam?

Quasi dicat: Si nō resurgam, corpus meū in puluerem vertetur sicut & omniū aliorū. Sed, nunquid puluis, id est, corpora in puluerem redacta confitebitur tibi: scilicet, te laudando, vel te alij praedicando? Et hoc est. Aut annuntiabit laudem tuam, quasi dicat, nō. Quoniam vt dicitur Eccles. 17. A mortuo perit confessio. Vel per puluerem accipe omnes peccatores, secundum illud Psal. 1. Non sic impij non sic, sed tanquam puluis, &c. Dicat ergo de peccatoribus. Nunquid confitebitur tibi puluis: scilicet peccator laudes tuas, vel peccata sua, scilicet, si non resurgam, quasi dicat, nō. Quia illi non cōuertentur ad fidē, & sic nec te confitebuntur, sed neque tibi. Ex istis enim verbis necessitatem ostendit suae resurrectionis, ne pater sinat eum in corruptionē descendere. Sciendum est autem qd duplex est cōfessio, scilicet, peccati & laudis. De cōfessione peccati dicitur. Cōuertere ad dominū, & derelinque peccata tua: non demoreris in errore impiorū, ante mortē consistere. Et Iacob. 5. Confitemini alterutrū peccata vestra, &c. De confessione vero laudis dicitur. Confiteberis viuens, & sanus cōfiteberis & laudis dominū: & Psal. 104. Confitemini domino & Psal. 118. narrate omnia mirabilia eius. Vnde ait Magister in glo. Sciendum est qd gemina est cōfessio, aut peccati, aut laudis. Nunquā ergo sine cōfessione esse debemus. Quando enim malē est nobis in tribulationibus, confiteamur peccata nostra. Quando autē benē est nobis in exultatione, & letitia cōfiteamur domino laudem. Sed forte, d. Nunquid necessaria est cōfessio criminis ad veniā peccati percipiendam? Et videtur qd nō. Quia contritio praecedit cōfessionem: sed contritio peccatum remittitur. Psal. 50. Cor contritum, &c. ergo ante cōfessionem iam est peccatum dimissum: igitur nō requiritur cōfessio: quia nullum posterius necessariū requiritur ad prius. Itē quia prior est Deus ad miserendum, quā ad puniendum: sed solo actu cordis cōsentaneo subtrahit gratiam: ergo multo fortius solo actu cordis, scilicet contritione gratiam donat, & peccata remittit. Item Psal. 31. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu re. &c. Ad oppositū dicitur Proverb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autē confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam cōsequetur. Item Ioan. Chrysostomus in de reparatione lapsi, dicit. Non potest quis gratiam recipere, nisi purgatus fuerit ab omni peccato per cōfessionem. Item Ambrosius in lib. de paradiso. Si potest quis iustificari a peccato ante confessionem, ergo confessio necessaria praecedit. Respondeo quōd cū iustificatio sit gratiae infusio, ad

Puluis.

Eccles. 17. Peccator. Psal. 1.

Eccles. 17.

Iacob. 5. Eccles. 17. Psal. 104.

Confessio contritio. Quae sit. Psal. 50.

Psal. 31. Proverb. 28.

Chrysostomus in de reparatione lapsi.

Ambrosius.

quam peccatum remittitur, qd ad peccati remissionem non est necessaria peccati cōfessio, neque ad iustificationem. Secundū enim rectū ordinem confessio sequitur tempore contritionē. Et si sequitur contritionē cū ipsa contritio nō sit sine iustificatione: nec eōuerso, ipsa iustificatio potest esse & de facto est sine cōfessione. Sed pro solutione argumentorū & cōcordantia est notandū, quōd secundū argumentum, quāuis quis possit iustificari sine sacramentis, nō tamē cōtemnens sacramenta. Quoniam igitur cōfessio est peccantibus imposita, impossibile est aliquem iustificari, qui nō habet confessionem in facto vel in proposito. Si enim confessionē cōtemnat, quantumcūque doleat nō acquirat iustitia. Si autē cōfessionem habeat in proposito, cū Deus bonā voluntatē in talibus pro facto reputer, ipsum iustificat: ideo pro tanto dicunt auctoritates & argumenta praedicta qd cōfessio sit necessaria ad iustificationē. Voluntatem enim efficacē confitendi vocat cōfessionē. Et hoc patet discurrēdo per singula. Ad primū cū dicitur: qui abscondit scelera, &c. apparet qd loquitur de illo qui nō tantū non habet propositū cōfitebendi, imo etiā habet malitiam occultandi & excusandi. Ad dictū Chrysostomi eodē modo, vel si intelligat de actu cōfitebendi, tunc assumunt confessionem pro peccati recognitione: quae interius est inter animam & Deū. Ad dictū Ambrosij consimiliter. Sed statim aliud insurgit dubiū nō minus. Quia si anima iam in cōtritione est iustificata, ad quid valet sequens cōfessio? imo videtur superflua. Respondeo qd quia confessio est instituta sub praeepto, ad quam omnis peccans tenetur. Et ideo quia ab hoc praeepto per iustificationem nō absoluitur: sicut nec alius diuini praecipis: ideo et a post remissionē peccati tenetur cōfiteri. Si non confitetur, cadit a iustitia. Sicut enim nullus potest iustificari, qui sacramenta cōtemnit, sic nullus in iustitia perseuerare potest, si post iustitiam ex cōtemptu negligat cōfiteri, & nō curat cadere a iustitia, cū cadit a proposito confitendi, sine quo iustificari nō poterat. Dico igitur qd confessio est necessaria iustificato post iustificationem, necessitate praecipii a qua nō absoluitur per iustificationem. Alij autem dicūt qd iustificatio facta in contritione est cōditionalis, scilicet, si exequatur per effectum propositum, quōd habuit confessionis. Sicut absolutio excommunicationis facta sub conditione si satisfaciatur laeso, qui post absolutionem, si satisfacere contemnit, non tenet absolutio. Primus tamen modus plus mihi placet.

Audiuit dominus, & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus.

Hic consequenter ostendit quomodo ipsam resurrectionem a patre acceperit. Et tria facit. Quia ostendit primo exaudita esse suā orationē. Secundo ostendit acceptam resurrectionē: ubi. Conuersisti. Tertio surgit ad gratiarum actionem: ubi. Vt cantem tibi. Primo ergo suam orationem exauditam ostēdit. d. Audiuit dominus & misertus est mei. Quid enim est Deum nos audire, nisi vota nostra misericorditer exaudire? Vnde Greg. Audire nostrum est aliunde venienti sonū autem accommodare. At contra Deo cui nihil est extra, audire propriē est sub semetipso surgentia desideria nostra percipere. Ad dominum ergo, qui & tacentium corda agnoscit: loqui nostrū est, nō vocibus gutturis, id quod sentimus prodere, sed propis ad illum desideris inhiare. Audire autē Incog. tom. 1. o 3 Dei

Quaestio. Confessio ad quid valet.

Audire Dei & nostrum. Greg. lib. 3. mor. cap. 2.

Dei est misericorditer vota nostra percipere. Vota quippe nostra quotiens effectum percipiunt multiplicantur. Vnde scriptum est. Ego clamaui, quonia exaudisti me. Non enim ait: quoniam clamaui, tu exaudisti me, sed clamaui, quonia exaudisti me. Qui enim loquens exauditus fuerat, votis proficietibus exauditus clamabat. Sic ergo & nunc Christus se exauditum d. ait. *Audiuit dominus, scilicet me exaudiuit.* Et idem aliis verbis replicat. d. *Et miseratus est mei.* Quid enim est miserari oranti, nisi ipsam exaudire? Item hoc idem aliis verbis. d. *Dominus factus est adiutor meus.* Nihil enim aliud est dominum orantem adiuuare, nisi eius votis annuere. Quid enim Christus hic a patre in isto Psal. nisi sua resurrectionem petit, vt nostram consequenter efficeret. Et in hoc sibi miseratus est Deus, no permittens corpus eius perdi vel incinerari: propter quod gratias agens patri, dicit: *Laudabo te Deum saluatorem meum: quonia adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione & ab incineratione.*

Psal. 10.

Eccle 51.

434. 59. 110. omnis.

Tristitia Christi in gaudium conuersa.

Proverb. 16.

Psal. 93.

Tristitia bonorum vertitur in gaudium Ioan. 20.

Ioan. 16.

Saccus signi ficat caritatem.

Ioan. 3.

Aspice. 6.

A resurrectione *circundasti me letitia.* quia scilicet mortalis caro facta est immortalis & gloriosa. Et ista letitia sua resurrectionis ostendit Christus. d. Propter hoc letatum est cor meum, & exultauit lingua mea, in super & caro mea requiescet in spe. Et causam adiungit. d. Quonia no derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar, domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.

Nunc Christus ex beneficio resurrectionis surgit ad gratiarum actionem. d. *Vt cantei tibi gloria mea.* id est gloria mea, qua mihi in resurrectione dedisti, sit causa quare lauderis; quia immortalis iam sum effectus. Et hoc est quod subdit. *Et non compungar.* id est aliqua molestia amplius non pungar. Inter enim omnes poenas & molestias, quas Christus in passione pertulit, illa fuit singularis, quando caput eius per coronam spineam vndique fuit punctum & perforatum. Vnde de hac singulariter recolens, & ab hac per resurrectionem factus alienus dicit. *Et non compungar.* scilicet amplius. Ibi enim copunctus fuit, id est simul pluribus spinis punctus. Sic ergo impassibilis factus, amplius no compungar. nec moriar, quia vt dicitur Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi vltra no dominabitur. Et ideo, *Domine Deus meus in aeternum confitebor tibi.* id est aeternaliter laudabo te.

435.

7. 9. 1. ad. uersu. 11.

Corona spinarum.

Rom. 6.

PSALM. XXX.

**N**te domine speraui, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me.

Titulus huius Psalms est. *In finem Psal. David pro extasi.* Titulus patet ex supradictis titulis: excepto illo sine, scilicet, *pro extasi.* Extasis enim dicitur excessus mentis, scilicet cu homo ponitur extra statum mentis suae, quod duobus modis contingit, scilicet, cu mens ingenti pauore mortis, vel alicuius generis periculi cocentitur: sic enim dicitur in isto Psal. Ego dixi in excessu mentis meae, proiectus sum a facie oculorum tuorum. Fit etiam ex contemplatione superiorum: quando, scilicet mens rapitur ad superna terrenorum oblita. Sic in extasi fuit Paulus, quando raptus fuit vsque ad tertium caelum. Instant enim extra mentem suam tunc positus fuit, vt nesciret an anima eius esset vnita corpori, vel extra corpus. In titulo autem isto extasis vel excessus accipitur pro excessu mentis: quo mens timore periculorum vel mortis extra statum suum ducitur: quia in isto Psal. describitur humilitas Christi sanctorumque martyrum, & ipsorum persecutio: ex quibus mens in extasi suspenditur. Est igitur tituli sensus iste. *Iste Psal. dirigens nos in finem.* id est, in Christum est *ipsius David habitus pro extasi.* id est, agens de mentis excessu, qui fit ex timore periculorum terrenorum, vel mortis corporalis. De materia autem Psal. notandum qd istud psal. fecit David dum a Saule rege persequeretur: pro qua persecutione etiam multos Psal. copilauit: quia illa multo tempore durauit. Vnde in isto psal. David gratias agit Deo: eo qd Dei gratia multa iam enaserat pericula. Et etiam orat pro euasione praesentium & futurorum. Hoc praemissio, satis patet litera. Si autem aliquod dubium apparebit in litera, ipsum declarabo prosequendo intentionem

436.

Extasis.

Psal. 119.

Caput. Membra. Christus. Ecclesia.

Mem.

Corona spinarum.

Rom. 6.

Questio. Spes quomodo fuit in Christo.

Fides quid est in beat.

intentionem Psalmista. Intentio autem Psalmista est monere ne quis de se presumat in aliqua prosperitate vel aduersitate: sed solum de Dei misericordia. Item notandum quod in hoc psalm. David loquitur quandoque in persona capitis ecclesiae Christi, quandoque in persona membrorum no mutata voce. Quod quidem facit propter nimiam unitatem quae est in capite ecclesiae quod est Christus & corpus. i. ecclesia, qua vnionem facit caritas. Sic enim lingua omnium membrorum in se suscipit vocem, vt puta si pes laeditur dicit, laedis me, licet lingua in se non laedatur, sed propter unitatem membrorum in corpore lingua vocem omnium in se suscipit membrorum. Sic etiam si manus percutitur lingua dicit, me percutis. Sic & Christus propter unitatem charitatis quae est inter ipsum caput & membra, membrorum verbis quandoque vitur no se diuidens a membris nostris. Qui enim dignatus est pro nobis homo fieri, & forma serui vestiri, no dedignatur transfigurare nos in se. Quod facit vt quibus pluribus modis, vt quando in persona membrorum loquitur vt de sua, sicut dicit. Saule Saule, quid me persequeris? & in iudicio dicit. Esuriui & dedisti mihi manducare. Vel quando aliquid in se vel ex se ostendit quod non habet ex se sed ex nobis, quia id ex nobis misericorditer suscepit, vt cum dicit se tristari vel pauere. Qui ergo sic nos transfiguratur in se, non dedignatur loqui verbis nostris, vt nos fidenter loquamur suis. Quia omnia pro tanto dicta sunt, quia etiam in isto psal loquitur Christus quaedam quae sibi vt caput est ecclesiae congruere non possunt, Christus tamen loquitur quia Christus in membris suis est, quia quasi vna persona est sponsus & sponsa. Sic ergo in isto psalm. aliqua loquitur Christus in persona sua, aliqua in persona membrorum suorum. Quibus praemissis accedo ad diuisionem psal. qui diuiditur in tres partes. Christus enim considerans mala praesentis vitae, quae ipse passus est & sua membra continue sustinet, tria facit. Quia primo contra illa adiutorium Dei postulat. Secundo illa mala aperiendo explicat. Ibi. *Asserere mei Domine.* Tertio quae & quanta sint bona Dei contra illa mala manifestat, ibi. *Quam magna multo dulcedimis.* Circa primum duo facit, quia primo ponit suam contra mundi mala orationem. Secundo suae orationis per Deum exauditionem. Ibi. *Ego autem in Domino speraui.* Prima pars diuiditur in duas. Quia primo Dei gratiam postulat. Secundo, quid a Deo petat, explicat. Ibi. *Esto mihi in Deum protectorem.* Prima in duas. Quia primo petit se liberari. Secundo suam liberationem accelerari. *Inclina ad me aurem tuam.* Primo ergo Christus a malis praesentis vitae petit liberari orando d. ad patrem. *In te Domine speraui, &c.* Et si queras fuitne spes in Christo, cu spes sit certa expectatio futurae beatitudinis proueniens ex Dei gratia & meritis, ipse autem Christus ab initio fuit beatus, quomodo igitur ait. *In te Domine speraui?* Respondeo qd spes proprie & fides in Christo nec in aliquo beato sunt secundum illud quod imperfectionis important, vel secundum illud quod habent perfectionis. Dicit enim fides enigma & obscuram cognitionem, & sic non fuit in Christo: spes vero dicit expectationem beatitudinis non habitae, & sic no fuit in Christo. Sed etiam dicunt aliqui perfectionis, vt fides dicit adhaesionem intellectus rei obiectae, & sic beati credunt resurrectionem futuram, quia huic per intellectum adheret, non tamen enigmaticam, quia illa clare vident in

verbo, similiter & Christus. Spes vero dicit certam expectationem suae confidentiam in Deo rei futurae: & sic sancti habent spes, & ipse Christus qui plene cofidebat in Deum. Vnde & nunc dicit patri. *In te Domine speraui.* Christus enim in praesenti vita vilipede-batur, cofutabatur a Iudeis, vt puta daemionachus appellabatur, legis praenicator, captus fuit ligatus & flagellatus ac etiam crucifixus, quae omnia in cofpectu populi Christi quandam confusionem praeterebant. Sed confidentiam habebat in Deum: quia ista talis confusio temporalis erat & non diu duratura vnde in cruce existens dixit. *In te Domine speraui.* i. cofidentiam habui qd non confundar in aeternum. & si modo confundar ad tempus. Ideo sic confidens orat d. *In iustitia tua libera me.* i. a morte ista & temporali confusione, q. d. Confusionem ad praesens patior, & hoc propter iustitiam tuam. i. vt iustitia peccati hominis redimatur precio sanguinis mei, sed iustitia tua soluto precio me liberabit ab omni confusione, quia per istam confusionem amplius ero gloriose exaltatus. Vnde merito dicere poterat Christus. Ego haec patior, sed non confundor. Quantum vero ad sensum litteralem patet qd David pro tunc persequutus a Saule confusus erat: quia erat exul & fugitiuus, & tanquam se for regiae maiestatis infamatus licet iniuste. Et ideo vt hoc terminaretur ad diuinam iustitiam recurrit d. *In te Domine speraui non confundar in aeternum:* & si nunc confundor ad tempus.

**Inclina ad me aurem tuam, accelera vt eruas me.**

Hic suae liberationis petit accelerationem. Hic Deo loquitur more humano, cuius est inclinare aurem ad illud qd vult exaudire. Et hic attende debitum modum orandi. In hoc. n. quod dicit *Inclina,* ostendit qd humile oportet esse orantem & bassum, quia ad hominem altum homo aurem non inclinat, sed solum ad bassum, per quod mystice denotatur qd humilitas orationem facit exaudiri. Humilium & mansuetorum tibi Dne semper placuit deprecatio. *Accelera vt eruas me.* Christus patiendo duo spectabat. s. suam liberationem qua resurgens obtinuit, & nostram liberationem, propter qua precium sui sanguinis dedit. Sed qd istorum magis desiderabat accelerari? Certe accelerationem peribat nostra liberationis propter qua mortem subibat, sed suam liberationem propter martyrium. Vn ait Magister in gl. *Accelera in faciedis in soluedis aibus de inferno, & vt etiam eruas me a morte,* tertio die no differens vsq; in comunem resurrectionem. Et sic accelera refertur ad mortem, qua nos redemit: sed vt eruas me ad resurrectionem, qua eius aia ab inferis libera rediit ad corpus: propter qd & Christus patri gras agens ex hoc, dicebat. *Mia tua magna est sup me: & eruisti aiam meam de manu inferi.*

**Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: vt saluum me facias.**

Hic consequenter ostendit Christus qd perat a patre. Et diuidit i partes tres fm qd tria postulat. Quia petit primo vt illesus cōseruetur. Scdo vt a malis liberetur ibi. *Educes.* Tertio vt in bonis collocetur ibi. *In manus tuas.* Quantum ad primum sciendum qd tota confidentia Christi hominis erat ex unitate ipsius ad verbum, qua manente deficere non poterat. Et hanc verbi unitatem pro sua protectione quae dicitur d. *Esto mihi in Deum protectorem,* &c. Tego regis duo habet significata est. n. idē quod operire & qd defendere: & coponitur cu .p. & dicitur .prego, gis idem

437. 21. 9. 4. qua peccat.

Inclinatio. Oratio. Humilitas.

Iud. 9.

Liberatio nostra resurrectione Christi.

Psal. 5.

438

protectio dicitur Deus.



idem quod valde operire, vel valde defendere. Verbum autem vnitum carni secundum primum significatum protegebatur à carne: sed secundum significatum carnem vel Christi humanitatem protegebat, quia diuinitas sub humanitate Christi latebat, sed ipsa diuinitas humanitatem defendebat. Dicit ergo Christus. *Esto mihi in Deum protectorem*, q. d. Sicut ego operimeto carnis mee protego te, sic & tu Deus virtute protege me, & conseruando defende. psal. 16. *Refugium domus.*

psal. 26. *Refugium domus.*

16. q. 4. *si aut anti-quitus.*

psal. 62. *rem; et esto mihi in domum refugij.* quia ibi confugiunt saluabuntur à persecutoribus. Et hoc est quod subdit. *Psalmum me facias.* s. à Iudeis persecutoribus me, quod & factum fuit, quia licet corpus eius ad tempus ad voluntatem ipsorum tractauerunt, tamen citò gloriosum resurrexit. Animam autem nullatenus ledere potuerunt, quam tamen pñcipalius peruertere conabantur & ad desperationem ducere, vt ex hoc eius nomen, fides & fama vilesceret mundo propter quod & Christus de ipsis d. *Ipse vero in vanum quaesierunt animam meam.*

439

**Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enurries me.**

Vbi ostendit quare orauit vt esset Deus sibi in protectorem & refugium d. Quoniam tu es fortitudo mea, &c. Qualiter enim Deus dicitur fortitudo nostra, cum ipse sit æternus & immensus: fortitudo autè nostra tēporalis est & parua? Ideo notat Magister. *Magister. h. i. d. 17.*

*Refugium nostrum dicitur Deus.*

psal. 31.

Vbi ostendit quare orauit vt esset Deus sibi in protectorem & refugium d. Quoniam tu es fortitudo mea, &c. Qualiter enim Deus dicitur fortitudo nostra, cum ipse sit æternus & immensus: fortitudo autè nostra tēporalis est & parua? Ideo notat Magister. *Magister. h. i. d. 17.*

*Refugium nostrum dicitur Deus.*

psal. 31.

**A** Nam fortitudo est in tollerandis persecutionibus refugium autem ad malos vel mala relinquenda. Et propter nomen tuum deduces me, &c. i. vt nomen tuum per me gentibus innotescat, deduces me. alia littera habet *dux mihi eris.* i. per omnia sequar voluntatem tuam. Et enurries me. i. paulatim aggregado mihi sanctos quibus corpus meum. i. ecclesia perficiatur, implebitur & perficiet corpus meum. Sicut per nutrimentum corpus exteriori nutritur & crescit, sic etiam per vitia corpus diaboli nutritur & crescit. Iacob. 5. In luxuriis enutritis corda vestra.

**Educes me de laqueo, quem absconderunt mihi, quoniam tu es protector meus.**

Hic petit à malis liberari. Iudæi enim laqueos multos Christo parauerunt, vt eius nomen & fide perderent. Primus laqueus fuit desperationis, & istum absconderunt, quia non aperte ostendebant eius desperationem querere, sed per iniurias sibi illatas hoc volebat inducere: vt si peritus fuit dicitur psal. 26. Ne tradas me in animas tribulantium me, sed vt ad passionem venirent. Alium parauerunt laqueum, vt puta quia faciebant occultas suas imaginationes quibus necessario ipsum in suis responsonibus capere credebant, & ad mortem sub colore iustitię deducere, vt puta quando mulierem deprehensam in adulterio adduxerunt ad eum, volentes eum quasi necessaria circumplexione circumuenire. s. q. aut contra legem diceret si eam dimittendam assereret, quam lex præcipiebat lapidari: vel ipsum mendacem facerent, si eam morti adiudi caret, qui mansuetudinem prædicabat. Consimile laqueum sibi parauerunt, quando Pharisæi miserunt ad eum discipulos suos cum Herodianis d. s. tributum dari Cæsari an non? Et tamen cum omnibus istis laqueis principalè intentum habere non potuerunt. s. q. ipsum infamè populo redderent, & eius fidem delerent. Dicit ergo Christus. Laqueum parauerunt pedibus meis. s. malignorum consiliorum & mortis inferenda. Sed sicut de primo laqueo me liberauit: sic de laqueo mortis educes me quem absconderunt mihi. s. de morte leuabis me per resurrectionem, vt frustrata sint Iudæorum consilia. *Quoniam tu es protector meus.* contra quem scilicet nulla potest aduersitas.

**In manus tuas Domine commendo spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis.**

Hic petit in bonis collocari. In patrismanibus. Hæc sunt illa verba quæ in vltimis Christus protulit in cruce. Hic autem nomine spiritus anima intelligitur, nam vt dicit Greg. In sacro eloquio spiritus hominis duobus modis poni consuevit, aliquando. n. pro anima, aliquando pro effectu speciali ponitur. Ponitur. n. pro effectu speciali sicut scriptum est. Qui facit Angelos suos spiritus. Angeli quippe prædicatores vocantur. Omnipotens ergo Deus Angelos suos spiritus facit, quia prædicatores suos spirituales effecit. Pro anima autem spiritus ponitur, sicut de Domino capite nostro scriptum est. Inclinato capite tradidit spiritum. Si enim aliud spiritum quam animam Euangelista diceret, exente vtique spiritu anima remansisset. Per manus ergo patris potestatem intellige, & per spiritum animam

animam. Vt sic Christus dicat patri. *In manus tuas Domine commendo spiritum meum.* i. potestati tuæ commendo animam meam, citò eam recepturus. Et hic finiunt psal. passionales qui inceperunt in psal. 21. Deus Deus meus, &c. Quonia his verbis dictis, Christus spiritu emisit. Quod autè sequitur *Redemisti me Domine Deus veritatis.* Non sunt verba Christi secundum Magistrum in glo. sed ecclesiæ. i. fidelis populi. Qui de passione Christi in prædicto verbo completa gratias agens dicit. *Redemisti me Domine Deus veritatis.* q. d. Dñe Deus es veritatis. i. non fallens in promissione, quia fecisti quod promisisti, quia promisisti dare animam tuam in redemptionem pro nobis quod & nunc perfecisti. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Et notà quod dicitur *Luci 23.* Et clamans Iesus voce magna ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum &c. In hoc. n. q. clamans voce magna expirauit, ostendit se verum Deum & verum hominem esse. Nisi. n. verus homo esset, mori non clamasset. Si autem purus homo esset & non Deus moriendo sic fortiter clamare non potuisset. Hoc enim est contra naturam mortientium: qui vix minimam vocem in mortis articulo emittere possunt. Vnde Chrysostomus in Homil. dicit. Propter hoc autem & moriens voce magna clamauit d. Pater in manus tuas commendo spiritum meum, vt ostendatur quonia secundum eius potestatem id geritur. Hoc. n. quod moriens vocè magnam emisit se verum Deum esse ostendit, quonia homines cum moriuntur vix renuè vocè emittere possunt. Vnde Apostolus. Cū clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Clamans autem voce magna dixit. Pater in manus tuas, &c. Secundum. n. Theophilum per hoc quod Christus ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. voluit ostendere q. ex tunc postquam pro nobis erat immolatus sanctorum animarum statim in manus patris ascenderet. Nam prius omnes animarum quantumcumque sanctarum ab inferis tenebantur, donec veniret ille qui captiuus prædicauit remissionem. Secundum autè Beda super Lucam Patre inuocans se filium Dei declarat: spiritum autè commendans non defectu virtutis sed confidentia eius. s. d. cū patre potestatis inuariat. Amat. n. dare patri gloriam in quo nos informat vt demus gloriam creato ri. Secundum autè Athanasium dicens Christus, Pater in manus tuas commendo spiritum meum, commendat patri per se vniuersos mortales homines in se viuificatos, nos enim sumus membra eius, secundum illud Apostoli ad Gal. 3. Omnes. n. vos vnū estis in Christo Iesu. Itè notandū q. quædã gl. hic dicit: Sic ait Hieronymus, q. ab illo loco Deus Deus meus respice in me. Dñs in cruce totū dixit vsque ad locū istū. In manus tuas Dñe commendo spiritum meum. Ideo ecclesia finit in completorio istū psal. in isto versiculo. Si autè volumus dicere Christū totū istū versiculū dixisse, quāuis ipse nō fuerit redemptus, sed aliorū redēptor, tunc dicemus q. in prima parte versiculi loquitur vt caput, sed in secunda vt corpus: Christi enim passio fuit sufficiens redēptio pro omnibus hoibus quo ad sufficientiam. Quantū vero ad efficaciam solū bonis & prædestinatis applicatur, nō malis & reprobis, quia illos Deus odit. Et hoc est quod sequitur.

**Odisti obseruantes vanitates, superuacue. Quasi dicat ecclesia, me redemisti, sed illos odisti.**

**A** sti. Quamuis. n. scribatur Sap. 11. Diligis omnia & nihil odisti eorum quæ fecisti. Tū odio habet peccatores: non secundum id quod ipse fecit. s. nō naturam eorum odit, sed illud quod ipsi faciunt. s. peccatū, sic enim dicitur. *Odisti omnes qui operantur iniquitatem.* Nō quia proprie odiū cadat in Deū: sed se habet ad modū odientis, dū eos punit propter peccata. *Odisti ergo obseruantes vanitates, &c.* Obseruare. n. cōponitur ex ob & seruo seruas. Et est obseruare quasi vndique seruare & custodire. Vanitas autè dicitur omnis res transitoria, sine carens intēto. Sic igitur obseruant vanitates, qui temporalia & caduca vndique seruant. s. mente affectado, dolose acquirendo, & auare custodiēdo. Et tales obseruat superuacue: quia carent sine intento, quia pro vita tales male agunt appetendo vanitatē. & tamen in illis vitam perdunt, nō tā corporis quā animæ. De hoc superius vide psal. 4. Filij hominū vt quid diligitis vanitatē, &c. Sed quia in tota parte precedenti istius psal. Christus videtur orare patre pro se & corpore suo quod est ecclesia. Ideo aliqui admirantes quarunt, vtrū Christus oret pro nobis? Et videtur q. nō quia qui habet quicquid vult frustra aliū orat, vel aliquid ab alio petit. Ois autè beatus habet quicquid vult, aliter beatus non esset. Sic igitur cū Christus sit beatus ad ipsum nō spectat orare. Itè si Christo cōpeteret p nobis orare, quare nō dicimus Christe ora p nobis, sicut dicimus aliis sanctis. Si ergo nō suā vt petimus orōne q. ipse pro nobis nō orat. Itè ga d. Ansel. in prologio. q. beati erūt oīpotentes suar volūtatū sicut Deus suar. Tunc ergo aut sancti volūt aut nō, si nō, ergo nō orant p nob. s. si sic. ergo cū nullus orat alium facere quod per se potest, vt dicit August. de correctione & gratia, si sancti possunt salutē nostrā, nō pro ipsa orāt, vel nō sunt suar voluntatis omnipotentes. Ad oppositū de Christo d. q. est accedens ad Deū semper viuens ad interpellandū pro nobis. Itè ipse ait. Ego rogabo patrem & aliū paracletū dabit vobis. De aliis autem sanctis manifeste apparet, quia ecclesia illos interpellat d. Sancta Maria ora pro nobis, & sic de aliis. Respondeo. Ista quæstio sic potest intelligi de quo libet alio sancto sicut de Christo. Dico ergo quod Christus orat pro nobis cōsimiliter & alij sancti, vt dicit Magister. Et ad hoc est duplex ratio. Vna quia vident nostrā necessitatē, qua nos indigemus ab eis reuelari. Et quia per inuicē sollicita sunt membra. Et ideo ipsi cū sint nobiscū vnū Christi corpus: nos necessario debet adiuuare. Ad tertium ergo cū d. q. nō solum Christus sed & sancti possunt quicquid volunt: quia sunt suar voluntatis omnipotentes sicut & Deus. Ad hoc dicitur quod voluntas dupliciter operatur, scilicet ad actum proprium & intrinsecum, qui est velle & nolle, & sic potest quicquid vult, aut ad actum alienum, vt volo te hoc facere, & sic non potest quicquid vult. Vnde dico quod verbum Ansel. intelligitur de actu proprio non de alieno. Oratio autem vel petitio non est respectu actus proprii, sed alterius, vt puta Dei, scilicet, vt Deus nos saluet. Ad primum cum dicitur quod qui habet quicquid vult, frustra orat alium, &c. Respondeo quod beatus aliqua vult sibi, aliqua vult aliis. Dico ergo quod ad statam beati pertinet vt habeat quicquid vult sibi, sed quod habeat omne quod vult aliis, non est de substantia beatitudinis, sed de bene esse. Et hoc solum erit quousque omnes electi sint glorificati. Tunc enim quilibet habebit plene quod vult sibi & aliis, & tunc

psal. 21.  
Mat. 28.  
Luc. 23.  
Chrysost.  
Iacob. 5.  
Chrysost.  
Heb. 5.  
Beda.  
Athanas.  
Gala. 3.  
psal. 119.  
Ieremi.  
Christus in cruce dixit.  
442  
24. q. 1.  
odisti.  
Sap. 11.

Odium qualiter est in Deo. psal. 5.  
Observare quid est. Vanitas.  
psal. 4.  
Questio. Christus an oret pro nobis.  
Ansel.  
August.  
Heb. 7.  
Ioan. 14.  
Magister li. 4. dist. 45. c. vlti.

& tunc erit plena beatitudo. Nunc enim orant pro se & pro aliis, sed consummato beatorum numero nec pro se orabunt nec pro aliis. Ad secundum quia si Christus orat pro nobis, quare non dicimus Christe ora pro nobis, sicut dicimus sancte Michael ora pro nobis. Dicendum quod hoc fit propter errorem Arrij vitandum ne videamur Christum puram creaturam credere, & ne videamur eius potestatem minuere, quia potest omnia in quantum Deus: ideo potius eius miserationem petimus, quam orationem & ad ipsum oramus.

443 Ego autem in Domino speravi, exultabo & letabor in misericordia tua.

Hic consequenter Christus sue orationis ostendit exauditionem. Et tria facit. Quia primo de sua exauditione letatur. Secundo merito exauditionis declaratur, ubi. *Nec conclusisti me in manus inimici. Quoniam respexisti me.* Quantum ad primum ait. *Ego autem in Domino speravi.* Ex hoc enim sequitur quod non dilexit vanitatem in vanis sperando. Nam consequentia est bona, iste sperat in Domino, ergo de mundo & mundanis desperat, similiter iste sperat, in mundo vel mundanis, ergo desperat in Domino. Unde ait Greg. De creatore desperare, est spiritum in creatura ponere. In diebus enim vanis spem profecerat diues ille, qui dicebat. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, &c. Vide supra psal. 9. Et contra hos dicit Christus. *Ego autem in Domino speravi*, q. d. quia odisti obseruantes vanitatem, ideo me diligis qui non obseruo vanitatem, quia in domino speravi, quod est de vanis desperare. Nam vt ait glo. si speras in pecunia vel honore & sublimitate aliqua humane potestatis, siue in aliquo homine potente, obseruas vanitatem. Probat quia in his enim omnibus cum speras aut ante illa tu expiras, & illa hic dimittis, aut tu viuus & illa pereunt, & sic vtroque modo in tua spe deficis, & sic vanitate obseruas. Ideo contra hos ait Christus pro se suisque. *Ego autem in Domino speravi*, qui non est vanitas & vita. Et ideo non sum deceptus, propter quod subdit. *Exultabo & letabor in misericordia tua.* Vbi nota quod secundum grammaticos valde differunt exultare & letari. Exultatio enim proprie est exterior, sed letitia magis interior. Nam exilio exilis idem est quod valde vel extra salire. Unde exultatio, as. frequentatiua. i. frequenter exilire. Et est proprie quando letitia interior salit extra. f. ad exteriora membra, vt puta cum ex letitia saltamus: vel membra exteriora mouentur. Et sic proprie exultatio est verborum atque membrorum, sed letitia est mentis gaudium secundum Cathol. Accipitur tamen quandoque vnum pro alio. Nam letari idem est quod dilatari & ideo quia gaudio cor dilatatur, gaudium cordis dicitur letitia. Etiam quandoque gaudium exterior dicitur letitia, quia letitia latam & amplam faciem facit, solent enim leti faciem distendere, & contra tristes corrugare. Ad denotandum ergo virtutem spei que habetur in Domino dicit. *Ego autem speravi in Domino, letabor, &c.* quasi d. ex hoc sequitur gaudium anime interioris, quia letabor, & gaudium corporis exterioris, quia exultabo in misericordia tua, quia scilicet omnia ista non meritis propriis, sed Dei misericordia habentur. Et sic per exultare & letari notat stolam corporis & anime.

Spes in Deo.

Reg. 22. mor. c. 2. Spes rem por alium decipit

Tempora huius mundi dicuntur.

Exultatio differt a letitia.

444 2. q. 2. gloria est scopi.

manam meam.

Hic ponit sue exauditionis meritum quod est humilitas. Deus. n. libenter respicit humiles & superbos videre non potest. Sicut. n. ille qui est in inferiori loco, solum superius aspici potest & non inferius. Sic conuerso. Cum ergo Deus sit omnium summus, solum infra se aspici. Et ideo quia superbi supra Deum se corde eleuant, sibi nolentes subici, a Deo non respiciuntur: sed humiles subiecti Deo. Et hoc est quod dicitur psal. 137. *Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit.* Sic & virtute humilitatis matrem respexit. Luc. 1. *Quia respexit humilitatem ancillae suae, &c.* Et ideo ista virtus est necessaria omnibus, qui ad Dei misericordiam respici volunt, & ad illum ascendere. Vide supra Psal. 17. *Quoniam tu populum humile saluum facies.* Et hanc causam suae exauditionis allegat Christus d. *Quoniam respexisti humilitatem meam.* ideo. f. exaudisti me. Quod ostendit d. *Saluasti de necessitatibus animam meam.* Necessitates hic dicuntur penalitates tam mentis quam corporis, quae necessario sequuntur peccatum, quas necessitates etiam passus fuit Christus, quas tamen assumpsit voluntarie: vt dolor turbatio & tristitia quo ad animam, fames, sitis, labor, & mors quo ad corpus. Et ab his omnibus saluatus fuit Christus per resurrectionem factus immortalis. Et de istis necessitatibus dicitur. Honora medicum propter necessitatem, scilicet propter corporis infirmitatem.

Respicere Dei. Humilis, Superbus, Oratio, Exaudire

psal. 137

Luc. 1.

psal. 17.

Eccel. 38.

Nec conclusisti me in manus inimici statuisti in loco spaciofo pedes meos.

Hic explicat materiam sue exauditionis. Superius. f. psal. 26. Christus orans d. Ne tradas me in manus tribulantium me. Vbi dicebatur quod Christus fuit traditus in manus inimici, sed non in voluntatem, quia diabolus potestatem habuit ad tempus super corpus eius dum per membra sua ipsum flagellauit, crucifixit, & duxit ad mortem, quod prauiderat Iob d. Terra data est in manus impij. Et Math. 26. Filius hominis tradetur in manus peccatorum. Quomodo ergo nunc patri dicit Christus. *Nec conclusisti me in manus inimici?* Dicendum quod aliud est tradit in manus alterius aliud est concludi. Traditur in manus, alterius, qui ad tempus eius potestati deputatur, sed concluditur qui omnibus modis sic clauditur, quod de ipsius manibus exire non potest. Nam claudere conponitur cum eo, quod est simul, & dicitur quod claudere, vel concludere quod est ex omni parte & simul claudere. Licet ergo Christus traditus fuerit in manus inimici, non tamen conclusus: quod patet, quia statim vt voluit de manibus eius exiit factus immortalis & impassibilis. & hoc quo ad corpus: quo ad animam vero nullo modo in manibus eius fuit traditus. Unde subdit. *Statuisti in loco spaciofo pedes meos.* Qui. n. sunt pedes Christi, nisi sancti Apostoli & praedicatores: qui Christi nomine & fide per vniuersum portant mundum. Isti enim pedes ante Christi resurrectionem in stricto loco positi erant, quia solum in Iudaea Christi fides predicabatur. sed post resurrectionem in loco spaciofo sunt positi, quia ad praedicandum per totum orbem sunt dilatati, relinquentes Iudaeam. Quod satis singulariter dicitur Iob. 28. *Eos oblitus est pes agentis hominis.* Quod exponit Gregorius dicens. *Quis hoc loco alius accipitur egeus homo, nisi ille de quo per Paulum dicitur, qui propter nos egeus factus est, cum diues esset?* Cuius videlicet egeus homo

445 23. q. 1. paratus.

Manus. Voluntas Christi.

Iob. 9. Mat. 4.

Tyad. Concludi

Pedes Apostoli.

Iob. 28. Greg. 18. mor. c. 19.

hominis pedes sancti Apostoli & praedicatores fuerunt, per quorum profecto praesentiam Gentilitatem circueiens mundum perambulauit vniuersum. An pes Christi non erat Paulus, qui tentus in compedibus dicebat, Pro quo legatione fungor in catena? Sed eos scilicet Iudaeos oblitus est pes egeus hominis, quia in ipso initio nascentis ecclesiae dum sancti Apostoli Iudaei caelorum regnum praedicare voluissent, videntes quod ei nihil omnino proficerent, ad praedicandum Gentibus defluerunt: vt merito de ipsis Christus dicat. *Nec conclusisti me in manus inimici, statuisti in loco spaciofo pedes meos.* quia scilicet in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrae verba eorum. Et de ista pedum Christi spaciofitate qua ecclesiam longe lateque portauerunt: dicitur Esa. 23. *Ducent eam. f. ecclesiam longe pedes sui ad peregrinandum.* Ad peregrinandum dicitur, quia non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Dum sumus in corpore peregrinamur a Domino.

Eph. 6.

23.

1. Cor. 5.

446 7. q. 1. cu percussio. hic loquitur Christus corpus.

Miserere mei Domine, quonia tribulor, conturbatus est in ira oculus meus, anima mea & venter meus.

Hec est secunda principalis pars psal. in qua Christus mala quae hic patitur ecclesia explicat. Et diuiditur in duas partes. Quia primo aduersitates, quas patitur ecclesia enumerat. Secundo contra illas remedium debitum explicat, ubi. *Ego autem in te Domine speravi.* Prima pars diuiditur, in quatuor partes secundum quatuor mala quae patimur enumeratas, ad quae reducuntur caetera. Primum est perturbationis & iracundiae. Secundum est afflictionis & mactitiae, ubi. *Quoniam defecit in dolore.* Tertium est infirmitatis & inopiae, ubi. *infirmata est.* Quartum est vituperationis & infamiae, ubi. *Super omnes inimicos meos.* Primum ergo mali quod in praesenti patitur ecclesia, est perturbationis & iracundiae. Unde dicit. *Miserere mei Domine quoniam tribulor.* & sequitur eam, *conturbatus in ira oculus meus, &c.* Vbi videndum est primo, quid per oculum quid per animam, & quid per ventrem intelligatur, & consequenter quid per iram. Primo per oculos duo in scriptura significantur. Aliquando interior ratio quae oculus est hominis interioris. Si oculus tuus scandalizat te erue eum, &c. Aliquando vero doctores & praedicatores Iob. 29. *Oculus sui caeco.* Per animam vero quando que sensualitas intelligitur & non ratio interior. Sic enim sensualitati sub nomine anime loquebatur ille diues d. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos, sede comede bibe, &c. Per ventrem vero intelligitur memoria, quae sicut venter cibos ita memoria retinet cognita. Luce erna Domini inuestigat omnia secreta ventris. Ira vero hic accipitur non pro ira quae est per vicium, sed quae est per zelum, vt puta quando quis irascitur suis alienis peccatis. Videns homines confitentes Deum ore & moribus negantes. Renunciantes saeculo verbis non factis. Videns vicinos vicinis infidiantes osculum dantes, & fidem non seruantes. Et tales gemit vir perfectus in persona ecclesiae existens quasi lilius inter spinas. Istis irascitur, & condoleat ex zelo charitatis & iustitiae. Et de ista ira dicit. *Conturbatus est in ira oculus meus.* f. ratio interior quae per ralem iram conturbatur, sed non excacatur. Quod ostendens Greg. ait. Ira quippe per vitium oculum mentis excacat. Ira autem per zelum turbat,

quia quo recti emulatione concutitur, ea quae tranquillo corde solum percipi potest contemplatio dissipatur. Ipse namque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, mox eius aciem obscurat, vt altiora in commotione non videat quae bene prius tranquilla cernebat. Sed inde subtilius post ad alta ducitur, vnde ad tempus ne videat reuerberatur. Et vnde mas turbatur ne videat, inde proficit vt ad videndum verius clarescat. Sicut infirmati oculo cum collirium mittitur, lux penitus negatur, sed inde post paululum eam veraciter recipit, vnde hanc ad tempus salubriter amisit, &c. Isto ergo modo psal. considerans malos, tam infra ecclesiam quae extra, ira zeli acceditur, quae ad tempus oculus mentis eius turbatur, quod ostendit d. *Conturbatus est in ira oculus meus.* Et non solum oculus, sed etiam anima mea. i. sensualitas. & venter meus. i. memoria. Quod ideo dicit, quia omnia exteriora adurbationem mentis leduntur, & ipsa multa ad tempus obliuiscitur quae tenebat. Vel aliter, scilicet Magistrum in glo. per oculum & animam intellige praedictos & doctores qui dicuntur oculi, quia per illos alij vident, dicuntur anima, quia illorum exemplo alij viuunt. Per ventrem vero quae per ea quae aliunde recipit, nutritur & viuunt, intellige subditos & inferiores. Et hi omnes in ecclesia turbantur zelo iustitiae, aliorum videndo peccata. Dicit ergo ecclesia. *Miserere mei Domine, quoniam tribulor: & causam subdit d. quia conturbatus est in ira oculus meus.* i. illi per quos alij vident, & anima mea. i. illi quorum exemplo alij viuunt. Et venter meus. i. debiles & subditi, qui aliorum doctrina & exemplo nutriuntur. Hos ponit vt ab omnibus gradibus quaeratur Deus.

Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.

Hic ponit secundum malum, quod patitur ecclesia. scilicet afflictionis & mactitiae, quod maxime patiebatur in principio, & patietur in fine, ita vt honos etiam tedeat viuere. Unde ait Apostolus. Non enim volumus vos ignorare fratres quonia supra modum grauati sumus supra virtutem: ita vt tederet etiam nos viuere. Sic & Apostoli persecuti in in doloribus & persecutoribus vitam finierunt: vt merito ipsos considerans ecclesia dicat. *Defecit in dolore vita mea.* f. sancti apostoli & doctores, qui vitam gratiae alii praedicabant, & hoc quo ad passiones illatas. Et anni mei in gemitibus. Et per desiderium visionis diuinae, sicut in alio psal. dicit vir perfectus. *Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, & sequitur, Fuerunt mihi lachrymae meae panes, &c. q. d. Passiones illatae carnem vulnerant. Ideo defecit in dolore vita mea, visio Dei dilata mentem affligit. Ideo anni mei in gemitibus.*

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

Hic ponitur tertium malum scilicet infirmitas & inopia. Vbi sciendum quod ecclesia aduersitatibus proficit, sed deficit prosperitatibus. Tunc enim vigeat vnitas ecclesiae, quando credentium erat cor vnum & anima vna, nec aliquis aliud sibi proprium esse dicebat, sed omnia erant illis communia, & erat in simplicitate cordis laudantes Deum, & habebat gratiam ad omnem plebem. Sed postquam ad statum diuitiarum peruenit non fides, sed primatus quaeritur, non profectus fidelium, sed multiplicatio

Oculus significat praedictos res. docto.

447 7. q. 1. hoc time.

Dolor. 2. Cor. 1.

psal. 42.

Ecclesia aduersitatibus proficit, sed deficit prosperitatibus. Tunc enim vigeat vnitas ecclesiae, quando credentium erat cor vnum & anima vna, nec aliquis aliud sibi proprium esse dicebat, sed omnia erant illis communia, & erat in simplicitate cordis laudantes Deum, & habebat gratiam ad omnem plebem. Sed postquam ad statum diuitiarum peruenit non fides, sed primatus quaeritur, non profectus fidelium, sed multiplicatio

catio redditus; beneficia quærunt non beneficientes: **A** & sic infirmata est virtus ecclesie. Vbi est hodie postestas verbi Petri dicentis. Argentum & aurum non est mihi; quod autem habeo hoc tibi do, &c. Vbi est hodie fortitudo Apostolorum, qui ibant à conspectu concilij gaudentes quoniam digni habiti sunt, &c. Hoc est ergo quod deplorat ecclesia d. *Infirmata est in paupertate virtus mea.* Ille enim firmatur in aliqua virtute, qui ipsam corde diligit & factis sectatur, sic & per oppositum ille infirmatur in aliqua virtute, qui ipsam corde & opere fugit. Et sic ille in paupertate dicitur infirmus, qui diuitias amans paupertate fugit. Sicut enim multiplicatio ciborum infirmitate corporis generat, sic & diuitiarum aia. In multis eccis erit infirmitas. Quid enim causat hodiernam infirmitatem scismatis in ecclesia, nisi amor diuitiarum & honoris? Et hæc infirmitas hodie amplius viget in maiori- **B** bus, quia illi præ aliis oculos ad terrena declinauerunt. Infirmata est amplitudo populi. Et hoc notas psal. dicit. *Et ossa mea conturbata sunt.* Quid enim ossa ecclesie nisi ipsi prælati & pastores qui præ cæteris fortiores in sanctitate & fide esse debent; & alios carnales & subditos sustinere? vt ait Greg. Et tamē in paupertate ista ossa conturbata sunt, quia sicut præ cæteris lætantur in diuitiis sic præ cæteris paupertate turbantur. De istis enim ossibus in primitiua ecclesia dicebatur illud psal. 33. custodiuit Dñs oia ossa eorti; vnum ex his non cõderetur. sã mētis stabilitate. Nunc autē quid faciat ossibus ecclesie status diuitiarum. d. Iob. 33. q̄ ossa illius marcescere facit. Pinguendo enim rem citius marcescere facit.

ad 1.

Eccl. 17.

Esai. 24.

Ossa.

Greg. 29 li. 1. mor. 6. 20.

psal. 33.

Iob. 33.

449 Iusti deridentur a malis. Iob. 12. Greg. 10. mor. c. 27.

Boni mali interpretantur in malum. Chryso. Mat. 11.

Inimicus vicinus. Mat.

hantur, & bonis non creditur. Quod plorans Psal. dicit, *Super omnes inimicos meos factus.* &c. Vbi nota q̄ ecclesia habet aliquos inimicos, aliquos vicinos, & aliquos notos. Inimici enim sunt infideles, vt Paganij & Iudæi, qui patienter Christum persequuntur. Hiere. 12. Dedi dilectam meam. s. vitam in manibus inimicorum meorum. Vicini sunt falsi Christiani, qui Deum ore confitentur & fidem, sed operibus negant, qui vicini dicuntur, quia verbis appropinquate videntur. Et isti præ omnibus sunt pessimi. Hæc dicit Dominus aduersus omnes vicinos meos pessimos qui tangunt hereditatem quam distribui populo Israel, &c. Noti vero dicuntur omnes boni fideles, quia illi soli cognoscuntur à Deo, cæteris enim dicit. Amen dico vobis nescio vos. Dicit ergo psal. *Factus sum opprobrium vicinis meis valde.* i. malis Christianis, quia illi præ aliis derident bonos, & hoc super inimicos meos, quia plus derident boni à malis, quam infideles. *Et timor notis meis.* Quia talis bonorum derisio, etiam iustis multotiens incutit timorem. Sed tamen finaliter ipsi derident malos. Quod bene notatur psal. 51. vbi de quolibet malo Christiano sic iustis detrahente dicitur. Quid gloria ris in malitia, &c. Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui equitatem, &c. sequitur, videbunt iusti & timebunt, sed tamen finaliter super eum redibunt, &c. Vnde iusti tales derisores conantur corrigere, sed multotiens non possunt, & sic se inutiles reputant; vnde subditur,

Hiere. 12.

Hiere. 12.

Mat. 25 Nota contra illos qui derident conuersos ad fidem vocantes eos marianos psal. 51.

**C** Qui videbant me, foras fugerunt à me, obliuioni datus sum tanquã mortuus à corde. 449

Hoc maxime ad Schismaticos refertur, illi enim qui Christum vident, scilicet eius diuinitatem per fidem intelligunt & cognoscunt, mori cupiditate diuitiarum vel honoris, fidem relinquentes extranitatem ecclesie exierant, vt dicat Christus vel ecclesia. *Qui videbant me, cognoscebant me fugerunt foras.* s. vnitate ecclesie. Et sic in eis sum datus obliuioni tanquã mortuus in corde ipsorum. Vnde & de hoc subdit,

**D** Factus sum tanquã vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu. 450

Quasi dicat. Visus sum mihi ipsi perisse visibus Domini viuens, & nullum faciens lucrum in conuersione malorum. *Quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Vbi nota quod in circuitu morari dicuntur qui temporalia amant sprete æternis; quia tales circueunt vt requiem inueniant in temporalibus, & nunquam perueniunt. Recte enim temporalium amatores in circuitu dicuntur, quia eis accidit sicut rotæ quæ circuit. Rota enim circueundo semper in posterioribus erigitur, sed in anteriora cadit. Sic qui temporalia amat, eriguntur in posterioribus. i. in temporalibus, quæ deberent tanquam posteriora parumpendere: Sed cadunt in anterioribus. s. in spiritualibus, quæ proponere deberent, dicente Christo Matth. 6. *Quærite primum regnum dei, & iustitiã eius, &c.* dicat ergo psalm. *Audiui vituperationem multorum commo-*

temporalia Circuitus

Nota nota dicit in an.

Mat. 6.

commo

*commorantium in circuitu.* Quasi vit iustus dicat secundum gl. Multi enim me vituperant sequentes circuitum temporalium. De quibus alibi dicitur. In circuitu impij ambulat. Vituperatur enim pro malis Christianis omnes boni à circueuntibus. Multa enim mala dicuntur in malos Christianos, quæ male dicta pueniunt ad omnes Christianos, etiam ad bonos. Qui enim maledicit vel reprehendit, non separat malos à bonis. Non dicit. Ecce quid faciunt mali Christiani, sed etiam quid faciunt Christiani, &c. Tales autem sic etiam bonos diffamantes, ipsos in hoc peruertere à bonitate conantur. Vnde subdit.

**E** In eo dum conuenirent simul aduersum me, accipere animam meam commorati sunt. 451

Et in hoc aggrauatur peccatum talium. Quoniam peccatum commissum ex deliberatione, & consilio multorum grauius est quàm peccatum indeliberate commissum, quia quanto ex maiori industria quod deficit, tanto amplius peccat. quia sicut ignorantia excusatur in parte, sic & deliberatio aggrauat. Et hoc notat. d. *Consiliati sunt.* Et hoc fit quado mali in simul conueniunt ex certa scientia ad detrahendum bonis. Et nota q̄ hic Christus loquitur vt caput: ostendens consilia quæ contra ipsum malignantes Iudæi habuerunt vt animam ipsius peccato caperent desperationis. Vnde sciendum q̄ Iudæi consiliati sunt contra Christum in tribus, quæ in homine maxime resurgunt, & commendantur, s. contra eius sapientiam potentiam & clementiam. Nam fecerunt consilium. Contra Christi sapientiam, vt ipsam verbis caperent. Contra Christi potentiam, vt ipsam morti traderent. Contra Christi clementiam, vt ipsam demoni ascriberent. Primo contra eius sapientiam, &c. Abeuntes Pharisei consilium fecerunt vt caperent Iesum in sermone. Secundo contra eius potentiam, &c. Consiliu fecerunt, vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Tertio contra eius clementiam, s. vt eius bonitatem diffamarent. Vñ miracula eius diabolo ascribebant vt se ab illo tanquam à malefico alii se separarent. Pharisei autem & legisperiti consilium Dei spreuerunt in semetipsis non baptizati. Ideo de Iudæis ad litteram conuenerunt Christus, d. Super me cogitauerunt consilia dicentes. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Et hoc est quod nunc de ipsis dicit Christus. *In eo, s. opprobrio dum conuenirent aduersum me accipere.* i. peruertere, *animam meam commorati sunt.* Sed inuanum commorati sunt, quia vt dicitur psal. 20. Cogitauerunt consilia quæ non poterunt stabilire. Quia scilicet quanto altitius contra Christum consiliati sunt: tanto magis creuit eius nomen & fides, & ipsi magis confusi permanserunt. Quia in ista lectione Christus narrat mala, quæ hic patitur ecclesia, & contra illa diuinum postulas adiutorium orat. d. *Miserere mei domine, quoniam tribulor.* Ideo sequendo materiam orationis in præcedenti lectione tactam, quæro vtrum Christus vel alij sancti suis orationibus adimpetrent nobis, & ex hoc parebit, vtrum debeamus sanctos orare, vt orent pro nobis. Et videtur q̄ non, quia nullus apud Deum pro nobis aliquid potest mereri, qui non est in statu merendi, sed sancti non sunt in statu merendi, ergo nec valet dicere, vt quidam dicunt, q̄ sancti suis orationibus nobis merentur quod petunt, non quidem merito, quod nunc faciunt vel habent, sed illo

peccata ex deliberatione peccatum ex ignorantia.

Consilia Iudæorum contra Christum. Mat. 22.

Mat. 26.

Luce. 7.

Hiere. 11.

psal. 20.

Questio oratio sanctorum ad quid valet?

merito quod habuerunt in via. Sed hoc non valet, quia & si hoc meruerunt in via: etiam si modo non peterent, nihilominus obtineremus, quia huius rei iam præcessit meritum, ad quid ergo nouiter orant pro nobis? Præterea ipsi remunerati sunt de toto eo quod meruerunt: ergo ratione præcedentis meriti nihil impetrant nobis. Item sancti per omnia conformant voluntatem suam voluntati diuinæ, ergo non orant nec petunt pro nobis aliquid, nisi quod Deus nobis dare disposuit. sed quod Deus ab æterno disposuit dare, etiam sine ipsorum orationibus daret, aliter ipsius dispositio falleret. Item sancti in patria vident an nostræ orationes sint exaudiendæ, vel non, & si non sunt exaudiendæ, non petunt illas exaudiri: si autem sint exaudiendæ, ante ipsorum orationem, igitur frustra orant illas exaudiri, & sic ipsorum oratio nihil proficit nobis. Ad oppositum est consuetudo ecclesie, quæ sanctos orat: vt ipsi pro nobis orent ad Deum: d. Sancta Maria ora pro nobis. Sancte Petre, &c. Respondeo q̄ sancti suis orationibus pro nobis impetrant multa bona, & ideo ipsos vt pro nobis orent, debemus orare. Si enim ratione dilectionis etiã in via tenemur orare pro inimicis nostris. Cum igitur maior & perfectior sit sanctorum dilectio in patria quàm iustorum in via, sequitur q̄ ibi ipsi orant pro nobis, quod si fit, ergo & nos ipsos ad hoc rogare debemus. ¶ Ad primum ergo cum dicitur q̄ non sunt in statu merendi. Dicendum quod exauditio sanctorum non redditur eis merito quod nunc fit, sed illo quod præcessit dum essent in via, quia hic meruerunt, vt ibi à Deo exaudirentur. sicut aliquo bono opere merens amicitiam regis: illo met opere meretur in posterum exaudiri absque merito nouo. Et cum dicitur q̄ hoc meruerunt in via: igitur etiam si nunc non orarent id obtineremus, quia iam præcessit meritum. Dicendum q̄ in via hoc meruerunt pro quo orant, sed non simpliciter, sed sub conditione, s. si ipsi pro hoc intercederent vel alij illorum subsidia implorarent. Sic enim aliqui sancti in morte petierunt quod dominus exaudiret inuocantes illos. Et cum dicitur q̄ meritum eorum est plene remuneratum, dicitur q̄ verum est de merito absoluto, sed non de merito conditionato: adhuc enim manet conditio & ratio merendi. Ad aliud cum dicitur: quia sancti conformant ex toto voluntatem suam voluntati diuinæ, &c. Dicendum q̄ sicut dicit Augustinus in De præddestinatione sanctorum quod debemus orare pro prædestinatis, quæ fortasse prædestinati sunt, vt nostris orationibus cedantur. Vult dicere: q̄ sicut ab æterno Deus aliquid facere disposuit, sic disposuit modum quo id debeat fieri: vt puta prædestinauit Petrum, & hoc vt mediante Christi oratione saluaretur. Sic dicendum est de sanctis quod Deus decreuit aliquos orationibus sanctorum saluare, sine quibus non saluarentur. Ad illud, aut sancti vident orationes nostras exaudiendas, vel non, &c. Dicitur quod vident illas exaudiendas, tamen mediantibus eorum orationibus.

oratio sanctorum valet ad multa. Mat. 5.

August.

**E** Ego autem in te speravi domine: dixi, Deus meus es tu: in manibus tuis fortes meæ. 452

Enumeratis aduersariis, quas patitur ecclesia, hic contra illas diuinum postulat adiutorium. Et diuiditur in partes duas, quæ primo implorat diuinum adiutorium in generali. secundo in speciali, ibi. *Eripe me.* Incog. tom. 1. p. ¶ Quan



**Quantū ad primum sciendum q̄ generale reme-**  
**dū contra omnes mundi aduersitates est spes, qua**  
**speratur in domino, quia ipse saluat sperantes in se.**  
 Dan. 1. 3. **Et potes hic notare q̄ spes nostra si dirigatur ad do-**  
**minum multa bona nobis concedit. quoniam spes**  
**à tribulatione liberat. Spes in Deum mentē eleuat.**  
 psal. 2. **Spes in temporalia bona multiplicat. Spes fidē for-**  
**tificat. Spes animas sanctificat. Spes in aduersitate**  
**confortat. Primo liberat à tribulatione. In tē spera-**  
**uerunt patres nostri & liberaſti eos. Exemplum de**  
**Susanna quē in agone mortis posita ad mortem ini-**  
**iuste condemnata, stens suspexit in cœlum. Erat e-**  
**nim cor eius fiducia habens in domino, & statim**  
 Dan. 1. 3. **saluauit sperantes in se. Secundo in Deum mentem**  
 Esai. 40. **eleuat. Qui sperant in domino, mutabunt fortitudi-**  
**nem: assument pennas, vt aquilæ: current & non la-**  
**borabunt, ambulabunt & non deficient. Huius fi-**  
 Thob. 2. **gura habetur Tho. 2. qui hac spe in Deum eleuaba-**  
**tur. Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti**  
**cognati & parentes iridebant vitam eius, dicentes.**  
**Vbi est spes tua pro qua elemosynas faciebas, &**  
**sepeliebas mortuos? Thobias autem iridebat eos.**  
 d. Nolite ita loqui: quoniam filij sanctorum sumus,  
 & vitam illam spectamus quam Deus daturus est  
 his qui fidem suā nunquā mutāt ab eo. Tertio spes  
 temporalia bona multiplicat: psal. Oculi hominum  
 in te sperant domine, & tu das illis escam, &c. Vn-  
 de & psal. 9. dicitur: Sperent in te qui nouerunt no-  
 men tuum, quoniam non dereliquisti quærentes te  
 domine. Quarto fidem fortificat. Tribulatio patien-  
 tiam operatur: probatio vero spem; spes vero non  
 confundit, &c. Quinto animas sanctificat. psal. 16.  
 Qui saluos facis sperantes in te. psal. 2. 1. In te spera-  
 uerunt patres nostri & salui facti sunt. Sexto in ad-  
 uersitate confortat. Qui timetis dominum, sperate  
 in illis, & in oblectatione venient vobis omnia. Huius  
 figura habetur in Iob. qui in magna aduersitate  
 positus hac spe confortabatur. qui afflictus corpore,  
 orbatus filiis, ab amicis derisus, spoliatus omnibus  
 rebus: hac spe confortabatur. d. Etiam si me occide-  
 rit, in ipso sperabo. Hæc ergo omnia cōsiderans vir  
 perfectus videns quot & quanta mala prædicta hic  
 sustinet ecclesia, ad spem domini recurrit. d. Ego au-  
 tem in te speravi domine, dixi domino Deus meus  
 es tu. In hoc enim vt ait glo. nemo fallitur: in homi-  
 bus sæpe. Si autē speras in domino, in ipsum te to-  
 tum pōnere debes. ideo subdit. *In manibus tuis sortes*  
 mea. Sed attende quid hic nomine sortis accipitur.  
 Nam vt ait Augustinus, & hic recitatur in glo. Sors  
 non est aliquid mali, sed res in humana dubitatio-  
 ne diuinam iudicans voluntatem. Nā & sortes mi-  
 serunt apostoli: quando Iudas tradito domino pe-  
 ruit. Tunc enim cœpit quæri quis loco eius ordina-  
 retur: Et electi sunt duo iudicio humano, sed vnus  
 ex illis electus est iudicio diuino: de duobus cōsul-  
 tus est dominus quem ipsorum ipse vellet. Et ceci-  
 dit fors super Matthiā. Sors igitur hic accipitur gra-  
 tia Dei, quæ sine meritis quos vult eligit. Et hoc est  
 quod hic dicit. *In manibus tuis sortes mea.* i. gratuita  
 mea electio, quia Dei voluntate & occulta iusticia  
 venit electio mea. Non enim video cur me de im-  
 piis elegisti &c. Sed dubium est vtrum sortibus sit  
 vtendum. vide secunda secunda. q. 95.

**453 Eripe me de manu inimicorum meo-**  
**rum, & a persequentibus me.**  
 Hic consequenter ostendit quid in speciali à Deo

contra præfatas aduersitates postulet. Et secundum  
 quod tria postulat, pars ista diuiditur in tres partes.  
 Quia postulat primo de manibus inimicorum erep-  
 tionem, secundo mentis oculorum illustrationem,  
 ibi. *Illustra faciem tuam.* tertio inimicorum suorum  
 vindicationem, ibi. *Erubescant.* Primo ergo postulat  
 liberari ab inimicis & persecutoribus. d. *Eripe me de*  
*manu inimicorum,* &c. Secundum glo. nota quod alij  
 sunt inimici: alij sunt persecutores. Inimicorum no-  
 mine hic intelligitur diabolus cum omnibus suis  
 membris, qui inimici dicuntur, quia nobis inuidet  
 regnum cœlorum vnde expulsi fuerunt, & de istis  
 orat psal. 58. *Eripe me de inimicis meis Deus meus,*  
 & ab insurgentibus in me libera me. Et de eorum  
 manibus liberamur per gratiam baptismalē: & de-  
 mum si quis lapsus fuerit, per penitentiam sacra-  
 mentale. Persequentes vero vocantur falsi Chri-  
 stiani: quia per hos opprobrium, & scandala patitur  
 ecclesia. Ab istis petit liberari, vt corrigantur, & ad  
 gratiam resurgant. d. psal. 118. *Quādo facies de per-*  
*sequentibus me iudicium. Quod est euidentius iu-*  
*dicium, quā quod quis in seipso puniat quod de-*  
*liquit: hoc enim est iudicium quod emendat, pœna*  
*autem exterius illatā punit, sed non corrigit.*

**454 Illustra faciem tuam super seruum**  
**tuum: saluum me fac in misericordia**  
**tua domine: non confundar, quoniam**  
**inuocaui te.**

Hic consequenter petit mentis illustrationem.  
 Vbi sciendum q̄ inter omnia membra quis melius  
 per faciem cognoscitur. Ab occurſu faciei cognosci  
 tur sensatus. Illud ergo est facies Dei per quod co-  
 gnoscitur Deus. Dupliciter autem cognoscitur. s. æ-  
 nigmaticæ per fidem, & clare per lumen gloria. Et  
 sic fides est Dei facies, sed ænigmatica, sed lumē glo-  
 riæ est Dei facies luminosa, prima videtur in præ-  
 senti: sed secunda solum in futuro. dicitur ergo. *Illu-*  
*stra faciem tuam super seruum tuum:* nihil aliud est dice-  
 re, nisi tolle à me faciem ænigmaticam fidei: & per-  
 due me ad clarā faciem visionis beatificæ. qm vt  
 ait Ricardus. Nihil dulcius nihilque iucundius a  
 mantibus potest esse, quā alterutro delectari aspe-  
 ctu, vt se inuicem videant: sine hoc horrent omnia;  
 sordēt vniuersa. Amare delectat & amari: videre cu-  
 pit amicus amicum & videri. More itaque amantiū  
 anima sancta diuini amoris igni succensa, cœlestis  
 sponſi desiderio suspensa, ad ipsum clamat. d. *Illustra*  
*faciem tuam super seruum tuum.* Et q̄ istis verbis qua-  
 rat visionem beatificam Dei declarat. d. *Saluum me*  
*fac in misericordia tua:* non dico meritis meis: non qa  
 ego dignus sum: sed quia tu misericors es. Et confi-  
 sus de Dei misericordia ait. *Non confundar, quoniam*  
*inuocaui te.* Indicatiue enim hoc dicit. non cōfundar.  
 & rationem subdit. *quoniam inuocaui te.* ¶ Sed. di. quid  
 propriē est inuocare Deum: cum dicatur. Quicūq;  
 inuocauerit nomen domini saluus erit? Respondeo  
 q̄ inuocare est intus vocare. inuocas ergo dominū  
 quādo in te vocas eum: quādo in domum cordis  
 tui inuitas eum. Ad quod faciendum prius necesse  
 est mundari ab omnibus sordibus & fraudibus. ali-  
 ter enim non inuocas. Si enim vocas Deum, vt det  
 tibi lucrum, lucrum inuocas non dominum. Gratis  
 ergo inuocas Deum auare, vt te ipse Deus impleat.  
 Nunquid sine auro & argento non vis illum ad te  
 venire? Quid ergo de his quæ facit tibi Deus? tibi  
 non sufficit, cui ipse Deus non sufficit. Merito ergo  
 hic

**455 Erubescant impij, & deducantur in**  
**infernum: muta fiant labia dolosa.**

Hic consequenter petit suorum inimicorū vin-  
 dicationem. Iste versus potest legi optatiuē, & præ-  
 dictiue. Si optatiuē hic petit malorum conuersionē  
 vt erubescant & confundantur de peccatis suis. Ad  
 quod multum facit consideratio pœnarum inferna-  
 lium. sicut ait Ioannes Chyso. Quia si quanta sunt  
 tormenta damnatorum consideres: necesse est vt ti-  
 more pœnæ à malo recedas. Et hoc q̄ hic ait psal. *Er-*  
*ubescant impij.* s. de peccatis suis penitēdo. Et vt hoc  
 faciant. *deducantur in infernum.* s. mente pœnas infer-  
 ni considerando. Et sic *muta fiant labia dolosa:* qa cessa-  
 bunt à detractionibus bonorum. Potest etiā legi præ-  
 dictiue, & tunc prædicit pœnam malis futuram. d.  
*Erubescant impij.* i. erubescant & deducantur in infer-  
 num. vbi serit summa erubescencia & cōfusio. qm  
 vt ait Greg. Damnatus quisque foris flamma succē-  
 ditur. intus cœcitatē igne deuoratur: atque in dolo-  
 re positus, exterius interiusque confunditur, vt sua  
 deterius confusione crucietur. Et ibi *muta fiant labia*  
*dolosa,* quia in inferno mali & sua peccata cogno-  
 scūt & se penitētē peccasse, nō quidē amore iusticię,  
 sed pœnarū acerbitate. vñ Sap. 5. q̄ erūt gementes:  
 præ angustia spūs penitentiā agētes: hi sunt quos ha-  
 buim⁹ aliqui i derisum, & in similitudinē improprij.  
 Nos insensati vitā illorū estimabamus sine honore.  
 Et ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.  
 Tūc enim verificabitur quod dicit psal. 11. Disperdat  
 dominus vniuersa labia dolosa & linguā magnilo-  
 quam. Et quæ sint ista labia dolosa subdit, dicens.

**456 Quæloquūtur aduersus iustum ini-**  
**quitatem in superbia & abusione.**

Æquus adiectiuum componitur cum in & dicitur  
 iniquus. a. u. m. i. non æquus: à quo iniquitas. atis.  
 Et p̄prie dicitur iniquitas peccatum graue & crimi-  
 nale, vt est blasphemia Dei: vel heresis. Et nota q̄ no-  
 mine iusti hic intelligitur Christus per excellentiā.  
 de quo ait Pilatus. Innocens ego sum à sanguine iu-  
 sti huius. de quo ait vxor eius. Nihil tibi & iusto il-  
 li. de quo & Iudas. Peccaui tradens sanguinem  
 iustum. de quo & Petrus Actuum. 3. Vos autem  
 hominem iustum & sanctum negastis; &c. Aduersus  
 ergo hunc iustum labia dolosa iniquitatem lo-  
 quuntur, quia ipsum filiū Dei negāt: vel ex Ioseph  
 natum asserunt. Vel etiam quicūque suis detrahunt  
 membris, de quibus dicitur. Cogitauerunt &  
 locuti sunt nequitiam: iniquitatē in excelsō loquuti  
 sunt &c. Primo ergo cogitant & postea loquuntur,  
 quia ex abundantia cordis os loquitur. Et qualiter  
 ista proferant subditur. *In superbia & in abusione.* *In*  
*superbia* inquit: quia creatura contra creatorem erig-  
 gitur. *In abusione.* i. in peruerso vsu beneficiorū Dei.  
 Vt puta quando cor tibi à Deo datum cōtra ipsum  
 erigis cogitando: quando linguam male loquendo:  
 quando manus malē operando, quando oculos, &c.  
 Sic enim Iudæi fecerunt iniquitatem in superbia &  
 abusione, quando Christum qui eos ad saluandum  
 venerat crucifixerunt. Iob. 34. Abutitur eo in su-  
 perbiā.

**457 Quam magna multitudo dulcedi-**  
**nis tuæ domine, quam abscondisti ti-**  
**mentibus te.**

Hic consequenter ostēdit quanta sint bona Dei,  
 quæ nobis parat contra prædicta mala, quæ hic su-  
 stinet ecclesia. Et tria facit. Quia primo bona nobis  
 à Deo parata ostendit. secundo de his Deo gratias  
 agit, ibi. *Benedictus dominus.* Tertio quo ad bonos &  
 malos Dei iusticiā ostendit, ibi. *Diligite dominum.* Pri-  
 ma in duas, quia primo ostēdit bona quæ nobis pa-  
 rantur in præsentī. secundo illa quæ in futuro, ibi.  
*Abscondes eos.* ¶ Quantum ergo ad primum ostē-  
 des bona quæ nobis hic Deus præstat: ait. *Quam ma-*  
*gna multitudo,* &c. Id est quā multis modis copiosa  
 est dulcedo tua domine, qua corrigis delinquentes,  
 parcis penitentibus, promittis hereditatem cœle-  
 stem, quia eos quos emendas multum amas. Et istā  
 dulcedinis abundantiam nobis præstat Deus absq;  
 meritis nostris præcedentibus quod attendens psal.  
 dicebat de humano genere Deo. Quoniam præueni-  
 sti eum in benedictionibus dulcedinis, & psal. 24. psal. 24.  
 Dulcis & rectus dominus propter hoc legem dabit  
 &c. Hæc autem dulcedo diuinæ misericordiæ licet  
 omnibus offeratur: tamen solis electis seruetur, qa  
 soli electi illam per effectum gustabūt malis exclu-  
 sis, qui obicem ponunt. Et hoc est quod subditur.  
*Quam abscondisti in mentibus te.* i. conseruasti Res e-  
 nim absconditur, vt seruetur. Sic enim sapientiam  
 Dei & gratiam absconsam dicebat apostolus. Lo-  
 quimur sapientiam Dei in mysterio quæ abscondita  
 est, quā prædestinauit Deus ante sæcula in glo-  
 riam nostrā. Vnde quod ista dulcedo electis sit ab-  
 scondita. i. conseruata notat eum subdit.

**Perfecisti eis, qui sperant in te, in cō-**  
**spectu filiorum hominum.**

Id est illam dulcedinem gratiæ perfecisti i. perfectā  
 ostendisti illis qui sperant in te. Vbi nota q̄ aliqui spe-  
 rant in Deum occulte: aliqui apertē. Occultē qui in  
 corde Christum confitentur, & fidem eius tenent,  
 sed hoc apertē timore vano illud confiteri non au-  
 dent. Aperte autem sperant qui fidem quam corde  
 gerunt, omni timore dimisso, coram aliis confitentur,  
 & istis seruetur dulcedo diuinæ misericordiæ.  
 Quia perfecisti eis qui sperant in te: non solum occultē  
 sed in conspectu filiorum hominum. ¶ Sed nunquid speras  
 occultē vel credens, sed timore apertē hoc non ostē-  
 dens: inter reprobos deputabitur, vt Christum cō-  
 fitens corde inter infideles, sed negans ore? Ad hoc  
 respondet Chrysostomus super Mat. super illo verbo.  
 Nolite timere eos qui occidūt corpus. d. Ne for-  
 te propter timorem mortis: non liberē dicatis veri-  
 tatem. Ex istis verbis ostenditur: q̄ non solum ille  
 proditor est veritatis, qui palam pro veritate men-  
 dacium loquitur, sed etiam ille qui non liberē pro-  
 nūciat veritatē, quā liberē pronūciare oportet. Aut  
 nō liberē defendit veritatē, quā liberē defendere  
 cōuenit, proditor est veritatis. Nā sicut sacerdos de-  
 bitor est, vt veritatē quā à Deo audiuit liberē prædi-  
 cet. Sic laicus debitor est, vt veritatem quam audiuit  
 à sacerdotibus probauitq; in scripturis, defendat fi-  
 ducialiter. quod si nō fecerit prodit veritatē. Corde  
 enim creditur ad iusticiā: ore autē confessio fit ad sa-  
 lutem. Hoc autem diximus quia multi Christiano-  
 rum putant esse peccatum, veritatem quidem palā  
 trāsgredi: tacere autem veritatem corā infidelibus,  
 non putant esse peccatum. Et propterea multi in-  
 ueniuntur in isto reatu. Ideo nos conuenit apertius  
 dicere, qm de veritate neganda nihil præfens loqui-  
 tur sermo, sed de veritate liberē prædicāda. Quod  
 dico vobis in tenebris, dicite in lumine. Et nolite ti-  
 mere

mere eos qui occidunt corpus, quominus dicatis in lumine: quod audistis in tenebris. Vide quod non solum ille transgressor est veritatis, qui palam denegat veritatem, sed etiam ille qui propter timorem eorum, qui possunt occidere corpus, tacet veritatem. Et si propter timorem eorum, qui possunt occidere corpus, tacere veritatem sicut praesens scriptura testatur impietatis est. Quomodo non sit maior impietas tacere veritatem propter ventrem miserum, & spem vani honoris? Meliorem facere gratiam panis & honoris quam gloriam veritatis Dei? Unde & ait Christus. Qui me confessus fuerit coram hominibus, &c. non ait in corde suo. Similiter & hic. d. *Perfecisti eis qui sperant in te in conspectu filiorum hominum.*

459 Abscondes eos in abscondito faciei tuae a conturbatione hominum.

Hic consequenter ostendit bona quae Deus suis in futuro saeculo praeparavit. Quid enim facies per quam aliquid cognoscitur nisi imago alicuius intelligitur? cum ergo verbum sit imago patris: per faciem intellige verbum incarnatum. de qua facie dicitur. Angelus faciei eius salvavit eum. Ista facies a nobis in praesenti dicitur abscondita, quia qualiter verbum in veragine carne assumptum, absconditum est oculis omnium viatorum. Nam sicut dicit Hieronymus in sermone de assumptione. Quod natura non habuit, vultus nesciuit: mens non capit humana, pavet caelum, super terra: etiam omnis creatura miratur. hoc totum est quod per Gabrielem Mariae nunciatur, in Maria virgine verbum caro factum. Quid est ergo absconditum faciei Dei nisi verbum incarnatum hoc est absconditum tabernaculi sui. de quo supra psal: 26. *Protexit me in abscondito tabernaculi sui.* in isto ergo abscondito faciei Dei, si in verbo incarnato absconduntur beati. i. conservantur, ut scilicet Deum videant per speciem: quem modo vident per fidem. Absconduntur etiam a conturbatione hominum. i. ut a malis hominibus nullam conturbationem iam possint habere vel pati: vel absconduntur a conturbatione hominum. i. ab hominibus iam conturbatis, & damnatis. Quod ideo dicit, quia completa felicitate beatorum, quamvis boni videant & videbunt semper damnatos: damnati tamen licet usque ad iudicium videantur beatos, tamen post iudicium ab aspectibus damnatorum beati erunt absconditi. quoniam ut dicit Magister. sicut Sancti tradunt. Et boni malos, & mali bonos vident usque ad iudicium. post iudicium tamen boni videbunt malos, sed non mali bonos, & hoc est quod hic dicitur. *Abscondes eos in abscondito faciei tuae a conturbatione hominum.* id est ab hominibus conturbatis, & damnatis. Et quid ex hoc sequatur consequenter ostendit, dicens.

460 Proteges eos in tabernaculo tuo a contradictione linguarum.

Nam ut alias dictum fuit, tabernaculum Dei dicitur Christus. quoniam in ipso, ut in tabernaculo habitat omnis plenitudo divinitatis. Colos. 1. Et in isto protegentur beati, quia in Christo beatificantur, & in anima, quia Deus est, & in corpore, quia homo Deus. Haec est vita aeterna &c. Ut autem dictum est usque ad diem iudicii beati vident damnatos, & econverso. post iudicium vero beati videbunt damnatos, & non econverso. Damnati autem interim dum vident beatos, desprant, irascuntur & maledicunt Deum, & ipsos beatos, quia blasphemant Deum, ut habetur Apo. 16. & per conse-

*Facies dei dicitur verbum.*

*Esai. 63.*

*Incar-natio Christi.*

*Hierony.*

*absconditum.*

*psal. 26.*

*Damnati.*

*Beatus. Videtur.*

*Magister b. 4. dist. 30.*

*460 de pe. dist. 1. omnis qui non habet tabernaculum Dei dicitur Christus.*

*Colos. 1. 27.*

A quens omnes beatos. Sed post iudicium coniuncta anima cum corpore tanta erit damnatorum poena, Apoc. 16. quod ab ipsa absorpti non videbunt beatos: neque de ipsis recordabuntur. Et per consequens amplius non maledicent eis, nec ipsos blasphemabunt. Et hoc est quod hic de beatis post iudicium dicit. *Proteget eos. i. beatos in tabernaculo suo.* in ipso Christo qui est Deus & homo. *A contradictione linguarum.* quia scilicet damnati qui modo contradicunt beatis & ipsos blasphemant post iudicium ipsos non videbunt: nec corpore neque mente, & per consequens ipsis non contra dicent.

Benedictus dominus, quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.

Hic consequenter de supradictis Deo gratias agit. Et tria facit, quia primo de tanto beneficio gratias agit. secundo quam magnum sit beneficium ostendit: ibi. *Et ego autem dixi.* tertio rationem tanti beneficii ostendit, ibi. *Ideo exaudisti.* Quantum ad primum gratias agens dicit. *Benedictus dominus, &c.* Plenitudinem enim beneficii in laudem Dei concludit comparans illud suae imbecillitati. q. d. Quid pro tanto beneficio dicam? nescio, nisi te laudare, tibi gratias agere. Ideo benedictus Deus. Quoniam post tot adversa superius expressa *mirificavit misericordiam suam mihi.* i. mirabilem fecit omnibus misericordiam suam in me, ut puta me gratis eligendo: me a peccatis corrigendo: me inter pressuras confortando, & hoc in civitate munita. Civitas munita mystice fit triplex scilicet Civitas interioris conscientiae, quae munitur ex virtutibus. Civitas matris ecclesiae, quae munitur ex fidelibus. Civitas triumphalis residentiae, quae munitur bonis omnibus. Et de qualibet potest iste textus intelligi. Primo namque est civitas interioris conscientiae. Sicut enim civitas vniionem intus debet habere & munitiones: exterius autem mœnia, sic & conscientia nostra debet habere vnitatem virtutum, ut omnes rationi subiiciantur, mutationem virtutum quibus a diabolo defendatur, & mœnia donorum exteriorum quibus ornentur. Unde anime fidelis dicit dominus. *Ego dedi te hodie in civitatem munitam.* Sed cum diabolus istam civitatem impugnat, si sperat, statim munitiones dissipat & precipitat mœnia, ut ostendit Greg. d. Mœnia in civitatibus pro ornamento sunt: munitiones vero in defensionem. alia igitur sunt dona quae civitatem animae muniunt: alia autem quae ornant. prophetiae quippe doctrina, genera linguarum, virtus curationum, quasi quaedam mœnia sunt nostrae civitatis: quae si quis non habeat, stare tamen munitus per fidem, & iustitiam potest. Spes vero fides & charitas non nostrae civitatis mœnia, sed munitiones sunt, quae si habere negligimus, hostilibus insidiis paremus, &c. In ista civitate Deus suam misericordiam mirificavit: quoniam animam ad suam similitudinem & imaginem creavit. Eccles. 38. Sine his non edificabitur civitas. De hac ergo quilibet dicat. *Mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita:* quia sua gratuita misericordia nos ad suam creavit imaginem. Secundo est civitas matris ecclesiae, quae merito dicitur civitas, quia unum habet principem Christum, qui suo civium continet per charitatem vnitatem, & suos ab hoste maligno defendit. de qua psal. *Gloriosa dicta sunt de te civitas Dei.* Et verè gloriosa, quia hic remissio peccatorum, hic gratiarum collatio, hic meritorum operatio, hic corporis Christi conse-

*Apo. 16.*

*psal. 72. Gloria. Apo. 21.*

*psal. 47.*

*462 7. q. 1. ad. versus.*

*Gratia.*

*Civitas triplex. Conscientia.*

*Hiere. 1.*

*Greg. 11. mor. 2. 11.*

*463 humilitas*

*464*

*Diligere Deum.*

*Ecc. 38.*

*Ecclesia.*

*psal. 86.*

*conse*

consecratio, &c. Et in hac civitate Deus suam misericordiam mirificat, quia de infidelitate ad fidem, de peccato ad gratiam, de servitute diaboli ad filiationem Dei per baptismum vocat: imaginem virtutum redigit ad nihilum: psal. In civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Tertio est civitas celestis gloriae. de qua Apo. 21. Vidi civitatem sanctam Hierusalem habentem claritatem Dei in se, quae habebat murum magnum & altum. Et hac civitate Deus mirificat nobis misericordiam suam, quia non nostris meritis, sed sua gratia nos beatificat aeternaliter, & ideo a nobis semper laudandus. Magnus dominus & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, &c.

Ego autem dixi in excessu mentis meae, projectus sum a facie oculorum tuorum.

Hic ostendit quam magna sit sic misericordia, & gratia. Tanto enim gratia alicui facta dicitur maior: quanto ille minor est, cui fit & indignior existit, & ideo iste indignitatem suam ostendens ait. *Ego dixi, &c.* Excessus quippe est pavor vel timor, quo mens extra se rapitur, vel quasi alienatur. sicut quis ex gravi periculo imminente extra se tollitur. Sic ergo populus fidelis a Deo electus dum primo considerabat peccata sua, in quibus tenebatur, aeternam mortem, quam pro his merebatur, quasi extra mentem positus, se a Deo ex toto projectum & abiectum considerabat: tam propter culpam commissam, quam propter poenam infligendam. quasi Deo d. Si enim me respiceres ista me pati non sineres. Sed quia quanto quis magis se humiliat: tanto facilius exauditur a Deo, qui in altis habitans humilia respicit, ideo iste in persona ecclesiae & cuiuslibet fidelis loquitur quod sequitur.

463 Ideo exaudisti vocem orationis meae quasi. d. Quia humiliter confessus sum lapsum meum & meipsum accusavi. Quia in tribulatione ad te clamavi. Ideo exaudisti vocem orationis meae, cum clamarem ad te. Et hoc idem sub aliis verbis in alio psal. dicitur. Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua domine adinabat me. Vides ergo quomodo Deus amat confessionem. confitere peccatum, & statim evades periculum.

464 Diligite dominum omnes sancti eius, quoniam veritatem requiret dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.

Hic consequenter ostendit quo ad bonos & malos Dei iustitiam, qua considerata ad Dei dilectionem accendimur, & primo facit hoc. Secundo ex hoc omnes hortatur ad bonum agendum, ibi. *Viriliter agite.* Dicit ergo primo. *Diligite dominum omnes sancti eius.* quasi ex praemissis hoc inducens. Quasi expertus sum quod Deus sperantes in se, iuvat, & confundi non permittit. Ergo & vos sancti. i. qui sanctificari cupitis. *Diligite dominum.* non mundum, quia amor mundi Dei excludit amorem & econverso. Amicus enim mundi inimicus Dei constituitur. Disce ergo homo non diligere mundum, ut discas diligere Deum. Avertere a mundo, ut convertaris ad Deum. Effun-

de mundi amorem, ut Dei implearis amore. *Diligite ergo dominum, &c.* Et nota quod tripliciter a nobis Deus debet amari. In cuius figuram dixit dominus resuscitatus ter Petro. Simon Ioannis amas me? quia scilicet quilibet debet amare Deum plusquam suam, plusquam suos, plusquam se. Ad ista tria potest referri illa triplex dilectio Dei, ut Deum, scilicet diligamus toto corde, quo ad primum, tota anima quo ad secundum, tota mente quo ad tertium. Et huius amoris resurrectionem subdit. d. *Quoniam veritatem requiret dominus:* Quid enim est veritas nisi ut creatura serviat creatori & compleat eius praecepta? Sic enim se servit ut veritatem dicebat Ezechias. d. Memento domine quomodo ambulaverim coram te in veritate, & corde perfecto. Veritatem ergo requiret dominus, scilicet in iudicio, quando iustorum discutiet merita, & pro meritorum qualitate praemia dabit. Et non solum hoc faciet bonis, sed malorum peccata discutiet, quia retribuet dominus abundanter facientibus superbiam. Hic enim nomine superbiae omne peccatum intellige quo quilibet peccans se erigit contra Deum. Illis dominus retribuet abundanter, non quod puniat eos ultra condignum, sed quia sine fine, unde. 1. Regu. 26. Dominus retribuet unicuique secundum iustitiam suam.

*Amatur Deus a nobis tripliciter.*

*Veritas quid est. Esa. 38.*

*1. Regu. 26.*

*Gala. 6.*

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in domino.

In hoc enim versiculo exprimitur tota intentio huius psal. quae est hortari fideles ne vacantes ocio bonum indefinenter agant, & ne carnis fragilitas adversa mundi timens in ipsis deficiat. Sic enim dicebat apostolus. Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemur, non deficientes.

Eati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Titulus istius psal. est *Intellectus David.* vel secundum alios. *Eruditio David.* Hic David significat corpus ecclesiae, non caput, quemlibet verè poenitentem. Agit enim principaliter contra vitium illorum hominum, qui peccata sua vel nesciunt & nescire volunt vel cognita defendunt: de bonis ac meritis se iactant. sicut faciebat ille Pharisaeus orans in templo. d. Non sum sicut ceteri hominum. E contra autem iste docet ut nos peccatores esse cognoscamus, & nostra peccata accusemus. Et si quid boni in nobis est, non nobis, sed Dei gratiae attribuamus. Nullus enim putare debet absconditum esse Deo illud, quod in conscientia sua habet occultum. Ex quibus appareret sensus tituli qui est talis. *Intellectus David.* i. iste psal. attribuitur poenitentis quia hic docetur poenitens quid intelligere debeat, si verè poenitens est vel poenitere cupit, ut scilicet prius intelligat se peccatorem, & si coeperit aliquod bonum facere, non viribus suis tribuat se iustificans, sed gratiae Dei. Quam autem ad materiam psal. est notandum, quod ut dicit Rab. Mo. David fecit istum psalmum, quando a Deo sibi fuit reuelatum quod peccata quae commiserat, scilicet adulterij, & homicidij a Deo sibi erant dimissa. Sciendum tamen quod circa diuisionem illius. Incog. tom. 1. p. 3. lorum

lorum peccatorum fuerunt multae factae reuelatione diuinae. Prima fuit facta ipsi Nathan prophetae, cui fuit reuelata peccatorum dictionum remissio, quo ad partem poenae ipsi debita, ipso David humiliter peccatum suum cognoscente, vt habetur. 2. Regu. 12. Et dixit Nathan ad David. Peccaui domino. Et dixit Nathan ad David. Dominus quibusque transtulit peccatum tuum, non morieris. Mors enim corporalis quam David meruerat, propter confessionem suam humilem translata fuit ad puerum de Bersabee ex illo adulterio natum. Tame cum hoc dixit sibi Nathan: quod aliis teporalibus poenis esset affligendus, vt ibidem habetur, s. 2. Regum. 12. Et iste reuelatione no fuerunt factae ipsi David immediaete, quia tunc dignus non erat. Postea tamen virtute contritionis, confessionis, & orationu suarum meruit, vt sibi dimissio illius peccati a Deo reuelaretur. Et reuelatione super hoc habita fecit istu psal. que primo exponam quo ad literam. secundo quo ad intellectum psalmiste. **Quantum vero ad primum psal.** iste diuiditur in partes duas. quia primo gratias agit de peccati dimissione, secundo instanter orat vt preseruetur a reciduatione, ibi. *Pro hac orabit.* Prima in duas, quia primo ponit remissionis peccati fructum. secundo remissionis peccati modum, ibi. *Quoniam tacui, &c. Die vt N. Beati quorum remisse sunt, &c. Quantum ad intellectum literae.* Notandum qd iste psal. est secundus inter psal. poenitentiales, & differt a primo, quia in primo psal. poenitenti poenitentes timore poenae iudicij peccata sua plorat in isto vero peccata quae commiserat confitetur, & ceteros mouet ad confessionem peccatorum debitam. Et sic diuiditur iste psal. in quatuor partes. secundum qd quatuor in vera poenitentia concurrunt; s. praesupposita contritio debita, quia primo ponitur peccatorum gratiosa remissio. secundo peccatorum aperta confessio, ibi. *Delictum meum.* tertio peccatorum debita satisfactio, ibi. *Pro hac orabit.* quarto poenitentis clara perustratio, ibi. *Intellectum tibi dabo.* **Quantum ad primum sciendum qd ad remissionem peccati quatuor concurrunt, quae hic ponuntur.** secundum quae ista prima pars quatuor habet partes. Quia ponitur primo diuina miseratio. secundo peccatoris contritio, ibi. *Beatus vir, &c.* tertio mentis humiliatio, ibi. *Quoniam tacui.* quarto peccatorum fructus meditatio, ibi. *Quoniam die ac nocte.* Quantum ad primum dicit, *Beati quorum remisse sunt iniquitates.* Sola enim Dei miseratio nostra peccata remittere potest & non homo. Tunc enim remittit, qm peccatum non referuat ad poenam aeternam; vt puta qm tibi debetur vindicta ex culpa commissa, & ipsi tibi indulget ex gratia. Malis enim operibus debetur damnatio aeterna: sicut bonis aeterna debentur praemia. Si tibi redderetur, quod debetur; puniendus esses. Sed quando peccatum remittit Deus non tibi reddit debitam poenam, sed indebitam tibi gratiam donat. In isto enim versiculo principalis tractat de remissione peccatorum ante fidem quae fit in baptismo, quia in baptismo remittuntur iniquitates, & peccata teguntur. Iniquitatis ergo nomine intellige peccati fomitem, s. concupiscentiam carnis aduersus spiritum, quae ante baptismum non solum est poena, sed etiam culpa, non quidem actualis, sed originalis post baptismum vero poena est non culpa, in baptismo enim deletur originale peccatum, non quidem vt concupiscentia carnis non sit omnino, sed vt peccatum non sit. Dicit ergo. *Beati quorum remisse sunt iniquitates.* id est mitigata concupi-

Reg. 12

Reg. 12

Poenitentia quae requiritur.

remittere peccatum

baptismo peccata remittit.

scientia siue fomes peccati. Quo vero ad peccata aequalia ante baptismum commissa, sequitur. *Et quorum tecta sunt peccata,* scilicet actualia ante baptismum commissa vel etiam post. Tecta enim dicuntur peccata id est cooperta; res enim cooperta non videtur. Vocantur ergo peccata tecta Deo, quae non vult videre vt puniat id est quae ad aeternam poenitentiam non referuat sed ignoscit. **¶ Sed forte dices:** si tecta sunt peccata: igitur etiam quae Deus remittit, manent in peccato, licet non ad poenam aeternam, quia quod tegitur etiam sub regumtore manet. Respondeo quod peccata dimissa dicuntur tecta, non tanquam sub regumtore maneant, sed quia ira sunt deleta, vt ad poenitentiam non imputentur a Deo. Ad quod intelligendum sciendum quod non loquitur de actu & voluntate peccati, quia illis remanentibus nunquam remittuntur a Deo; quia impossibile est quod quis sit in actu & voluntate peccati, & peccatum sibi sit remissum; quia tunc simul esset in gratia & culpa, quod implicat contradictionem. Sed loquitur de peccato; quod remanet post actum & voluntatem peccati. illud enim est quod remittitur a Deo. Ad quod sciendum notandum quod vt ait Magister. Non est ignorandum peccatum duobus modis esse in aliquo scilicet actu & reatu. Actus est in aliquo dum illud quod est peccatum; vt actio vel mala voluntas, est in peccante. Reatu vero cum pro eo siue transferit siue adit mens supplicis aeternis est obligata. Et sic peccatum reatu esse in aliquo cessante actu, & voluntate peccati, non est nisi animam pro tali culpa supplicis obligari aeternis; & hoc est illud peccatum quod Deus tegit, quia illam obligationem tollit & remittit. Vel nos etiam peccata nostra tegimus, dum illis bona opera superponimus. Vnde Grego. praedicta verba pertractans ait. Scriptum namque est. *Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Et rursum cum scriptum sit. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius quomodo tegi possunt oculis eius, cui cuncta sunt nuda & aperta: Sed quia hoc quod tegimus inferius ponimus, atque hoc vnde tegimus superducimus, vt quod est subterpositum, tegamus. Ideo tegere peccata dicimus, quae quasi subterponimus dum abdicamus; eisque aliud superducimus dum bonae actionis opus ad hoc post eligimus, vt id praeferramus. Qui igitur priora mala deserit & bona posteriora facit: per hoc quod addit tranfactam nequiciam tegit, cui boni operis merita superducit.

**D** Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

Hic consequenter ostendit qd ad remissionem peccati requiritur peccati contritio. Vbi aduertendum, quod omnis si sit adultus, qui contritionem peccati non habet in corde, dolus retinet. Dolus enim quippe dicitur malicia occulta, vt puta cum quis actibus exterioribus se bonum simulat, & in corde malus existit. Omnis autem homo: de adultis loquor: naturaliter fugit se peccator exterius ostendere & peccata fugere & odire, dicente saluatore. Omnis qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem; vt non arguantur eius opera. Et omnis homo fugit & detestatur naturaliter se actibus exterioribus peccatorem ostendere. Qui ergo peccatum non fugit iustus in corde, sicut facit exterius in apparentia, talis, dolus habet in spiritu. Ille autem sola peccatum fugit & detestatur interioribus, cui peccatum mente displicet; & de commisso gerit contritionem. Ideo de Na-

Quaestio

recta quo modo dicitur peccata.

Magister lib. 2. dist. 42. Reatus.

Greg. lib. 3. c. 1. Hicre. 4.

467

Dolus.

Io. 3.

de Nathanaele, qui simplex erat, eo qd e: sicut malu A displicebat exterius, sic & interioribus. dixit dominus. Ecce vere Israelita, in quo dolus non est. Sic ergo idem est de peccato commisso contritionem habere & in spiritu non habere dolus. Volens ergo ostendere quibus peccata non imputentur ait. *Beatus vir, cui non imputauit dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.* Et nota qd hic & in precedenti versiculo loquitur de beatitudine no quidem rei, sed spei, quia peccata non remittuntur sine gratia, gratum faciente quae nos in spe facit beatos, quia est quaedam arara nostrae beatitudinis Item nota quod idem est peccatum remitti, tegi, & non imputari.

**Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.**

Hic consequenter ostenditur qd ad peccati remissionem requiritur mentis humiliatio. Vbi notandum, quod dicitur maxime sunt species superbiae, s. autem quis de bonis quae habet se iactat: aut cum mala sua defendit vel occultat. Istis duobus modis peccauit ille superbus Pharisaeus qui d. Non sum sicut ceteri hominum raptores, iniusti &c. Ieiuno bis in sabba, &c. Ecce enim de suis bonis se iactabat & gloria batur. d. Ieiuno bis &c. Et sua mala occultabat, d. Non sum sicut ceteri hominum raptores. nunquid ipse raptor & iniustus no erat, qui dona Dei sibi attribuebat? Contra autem vera humilitas, mala sua non excusat, non occultando tacet, sed illa confitetur, de bonis, quae habet non se iactando gloriatur, sed omnia Deo tribuit. Quae duo hic notat Psal. d. *Quoniam tacui dum clamarem tota die,* quia s. tacuit mala quae debebat dicere & confiteri, clamauit & praedicauit bona sua, quae debet tacere. vnde gl. poenitet iste, quia peruersus tacuit peccata, & clamauit merita. d. *Quoniam tacui, &c. q. d. Dixi quod non erat dicendum de iusticia mea, & tacui quod erat dicendum de peccatis meis.* Non est ergo contrarium quod ait tacui & tota die clamauit. tacuit enim qdam, tacuit no qda. Tacuit vñ proficeret, no tacuit vnde deficeret. Tacuit confessionem: clamauit de meritis praesumptionem. Sana membra medico ostendebat, vulnera tegebatur, & ideo non fuit curatus, sed fuit inueteratus. i. remansit in vetustate peccati, quia non amauit nouitatem confessionis. Qui enim non vult confiteri peccata, laborat sine causa in excusatione peccati, in quo cum iactat merita amplius deficit eius fortitudo i. exaggerat culpam cum defendit, pellic gratiam dum merita iactat. Dicit ergo *Quoniam tacui, s. culpam. dum clamarem tota die, iactando merita. inueterauerunt ossa mea.* Per ossa enim in scriptura virtutes intelliguntur, quia in illis fortitudo mentis consistit, vt ostendit Greg. d. Per ossa in scriptura sacra virtutes accipimus, sicut scriptum est. Dominus custodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur. qd vtiq; non de ossibus corporis, sed de viribus dicitur mentis. Nam & certo nouimus quod multorum martyrum corporaliter ossa confracta sunt, & persecutores domini latronis illius cui dictum est. Hodie mecum in paradiso, sicut & latronis alterius in cruce crura frugerunt. *Inueterantur ergo ossa.* i. omnis virtus veterascit deficit & infirmatur, quando taceatur culpa & merita clamantur.

**Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in aerumna mea, dum confringitur spina.**

Hic consequenter ostendit qd ad remissionem pec-

cati requiritur peccatorum frequens meditatio. Vbi nota quod Dei manus dicitur potentia sua quae aliquando erga nos dicitur ligata, aliquando soluta, aliquando mollis, aliquando dura, aliquando leuis, aliquando grauis. Dicitur enim ligata, qm peccata no puniunt, quam soluit quado nos flagellis propter peccata percutit, vt in aeternum parcat, vt dicit Greg. Si militer dicitur dura, qm voluntati nostrae contraria hoc quod ei in nobis displicet feriendo persequitur. Et sic dicitur mollis, qm quae placet nobis largitur, vt ait Greg. Et consimiliter grauis nobis videtur, qm nos flagellis arterit. Super nos ergo grauatur domini manus die ac nocte: dum cotinuis aduersitatibus nos praemittit, vt parcat, & tunc plerumque peccatores, & superbos ad se conuertit. Plures enim peccatores ad Deum conuertunt aduersa quam prospera, & magis in prosperis offenditur Deus quam in aduersis. **¶ Item notandum qd per spinam significatur peccatum cupiditatis:** quo quis silitica indebitus cupit, & sic est generale ad omne peccatum, teste saluatore. d. Quod autem in spinis occidit: hi sunt qui cum audierint a sollicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitae euntes suffocantur, &c. Vocantur em peccata spinae, quia mente vndique pungunt, & lacerrant. Confringitur ergo spina: cum peccata fraguntur, & dissipantur. **¶ Itē nota quid aerumna dicitur,** hoc enim rumēruminis dicitur emicnens pars gutturis proxim a gurgulioni, quia ibi cibus & potus ruit & denoratur. Et coponitur eum. e. & sit erumna, ne. imiseria & calamitas, quasi extra rumē, i. sine, cibo. Est ergo sensus versiculi iste. Ego sum conuersus, s. ad te. *In aerumna mea, s. in miseria mea,* quae s. est ex flagellis tuis. *Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua.* Et est dum confringitur spina, s. dum peccatum meum percutis confringis, & punis, quia, vt dictum est, aduersa sunt causa vt quis conuertatur ad Deum. Talis em confractio spinae non eiicit ad interitum, sed erigit ad salutem. Sic enim de confractioe vitorum dicitur. Confringam illos nec poterunt stare: cadent subter pedes meos. **¶ Sed quia in tota parte praecedente Pla. agit de remissione peccatorum.** d. Beati quorum remissa sunt iniquitates. ideo ad huius declarationem quero vtrum sacerdos potestate clauium peccata aliis remittere possit. Et arguitur qd sic, auctoritate Christi. d. Petro in persona ecclesiae. Tibi dabo claues, &c. Quodcumque solueris super terram, &c. Et qd ista potestas se extendat ad remissionem peccati declarat Christus. d. apostolis. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, &c. Ad op-

Manus dei dicitur potestatis.

Greg. 7. mor. c. 8. Greg. 20. mor. c. 16

Spina significat cupiditatem.

Aerumna.

17.

Quaestio.

Sacerdos non peccata remittit.

Ioan. 20. Magister lib. 4. dist. 18.

clauium potestas.



Rom. 14. Roman. 14. Tu quis es qui iudicas seruum alienū, A sed primus praesidens est Deus, igitur. Ideo dicit Scotus dicitur. 19. 11. 4. sicut Deus nō potest communicare alicui diuinitatem, sic nec primam potentiam iudicandi vel discernendi, nec per cōsequens clauē aperiēdi cōclum. Secunda propositio est, q̄ accipiēdo clauē se cūdo modo, solus Christus homo habet clauē, paret, quia ipse super omnes creaturas habet potentiam iudicandi & scientiam discernendi. Et hoc est quod de ipso dicitur Apocal. 3. q̄ habet clauē Dauid, qui claudit & nemo aperit: aperit & nemo claudit. Tertia propositio, quod accipiēdo clauē tertio modo, summus pontifex cum suis successoribus habet clauē. ad hoc facit verbum Christi dicens Petro, tibi dabo clauē, &c. Et si queras an omnis sacerdos rite ordinatus habeat clauē ecclesiae: Rñdeo q̄ sic, quod p̄bo, quia omnis talis sacerdos habet potestatem cōsecrandi corpus Christi: igitur, & clauē ecclesiae, antecedens de se est notum, probatur consequentia, quia in consecratione sacerdotis aequaliter sibi tribuitur potestas cōficiendi & absoluenti. Statim enim postquam episcopus dicit. Accipe potestatem celebrandi missam tam pro viuis quā pro defunctis subdit. d. Accipe spiritū sanctum, quorum remiseris peccata, &c. Si autē queras vtrum omnes sacerdotes habeant aequaliter clauē, saltem clauē potestatis sentiendi? Respondeo q̄ talis potestas est duplex. s. ordinis & iurisdictionis. Dico primo quod potestatem ordinis omnes aequaliter habent, quod patet quia clauis datur praesens in ordinatione sacerdotali, & ad hoc talis assignatur ratio, s. diuina institutio: cuius institutionis congruitas apparet. Quoniam harum clauium conferuator habet officium mediatoris, & reconciliatoris. Mediator est enim inter Deum & homines. Reconciliator autem reducendo peccatores ad ecclesiam & ecclesiam reconciliando. Ad hoc autē quod possit esse mediator p̄fectus inter Deū & homines, oportet q̄ habeat posse offerendi dona & sacrificia p̄ peccatis, quibus Deus placetur. Et ad hoc quod possit reducere in corpus Christi mysticū cuius caput est ipse Christus verus, vt recta & ordinata sit potestas: oportet quod habeat posse cōficiendi corpus Christi. hoc autē ad solos pertinet sacerdotes, & ideo diuina sapientia hanc potestatem ligandi atq; soluendi solis sacerdotibus cōmisit, & ita in ordine sacerdotali dantur clauē. Et quoniam episcopus non dicit nouum ordinem, sed solum quandā ordinis eminentiam, recte dicendum est in eo non dari nouam clauē sed potestatem huius extendi quo ad iurisdictionem solum, non quo ad ordinem. Cum igitur omnes sacerdotes aequaliter habeant ordinem sacerdotij: sequitur quod omnes aequaliter habent clauē quo ad ordinem non quo ad iurisdictionem. nō tamen tantum potest absoluerē vnus sicut alius, quia non omnes aequaliter habent iurisdictionem. quod statim in sequenti patebit articulo. Secundo videntur est an omnes sacerdotes habeat vsum clauium. Et videtur quod sic, quia aliter frustra haberent clauē, si ipsi vti non possent. Ad oppositum, quia si omnes haberent vsum clauium, cum omnes aequaliter habeant clauē, omnes aequaliter absoluerent possent, & ligare, & sic non plus posset absoluerē episcopus quam simplex sacerdos, nec papa plus quam episcopus, quod est hereticum, cum solus dominus papa habeat potestatem plenitudinem: ceteri autem sint vocati in partem sollicitudinis. Respondeo quod quamuis omnes sacerdotes habeant

clauē: non omnes tamen habent vsum clauium. Vnde notandum quod aliud est habere potestatem alicuius rei: aliud habere vsum illius potestatis, sicut patet per exemplū in rebus magis notis. Omnis iudex vel potestas ciuitatis habet libere potestatem suspendendi latrones, quamdiu durat in officio: non tamen semper habet vsum, nec etiam habere potest, quia si non haberet latrones puniendos, vsum suae potestatis habere non potest, quia oportet, ad hoc quod vsum suae potestatis habere possit, ipsam habere materiam, in quam sua potestate possit vti. Similiter quilibet sacerdos habet potestatem cōficiendi. si autem non haberet materiam debitam consecrationis, vt puta si non haberet panem: potestatem quidem consecrandi haberet, sed vsum nō haberet. Consimiliter in proposito dico, quilibet sacerdos habet clauē ecclesiae, non tamen quilibet habet vsum clauium, quia non quilibet habet materiam, in quam sua potestate possit vti. Materia autem debita est homo sibi subditus, sicut panis est materia consecrationis. Certum est autem quod non omnes sacerdotes habent homines sibi subditos. Vbi notandum quod ideo dominus papa dicitur habere potestatis plenitudinem, quia totum corpus ecclesiae sibi subditur, & nulli alteri de iure, & ideo ipse potestatem clauium potest vti in omnes, & in omnibus casibus. Sed quia omnes fideles per se ipsum iudicare non possent, aduocat alios in partem sollicitudinis, vt puta episcopos, & dat eis certam partem populi subditam, & in certis casibus. Et illam partem populi episcopi absoluerē possunt, & solum in illis casibus eis à papa concessis. Consimiliter etiam quia vnus episcopus per se toti diocesi suae intendere non possent, vocat curatos parochiales, & eis committit parochialem populum, & non plene sed in certis casibus, aliis sibi retentis. Et ideo tales in sibi commissis tanquam in materia debita potestate clauium vti possunt, & solum in casibus sibi ab homine vel à iure concessis. Sed quid de sacerdotibus qui non sunt curati habentes determinatum populum ubi subditum, quomodo clauibus possunt vti, dicam in sequenti lectione.

**Delictum meum cognitum tibi feci, & iniusticiam meam non abscondi.**

Cic consequenter ponitur aperta confessio. Notandum q̄ peccatum omne, quod includat omissionem, quia omnis peccans omittit praecipit alicuius obseruationem: tñ distinguitur peccatū, quia aliquod est cōmissionis, quod s. aliq̄ actum includit vt homicidij, & aliquod omissionis, qd nullū actū includit, vt negligere diuinū officij. Et ista duo genera peccatorū vt remittantur, cōfessione indigent. s. exteriori, si ad sit facultas, sed saltē interiori, vbi exterior fieri nō possent. Vñ hic t̄git primo peccatū omissionis. d. *Delictum meum cognitum tibi feci.* Secūdo peccatū cōmissionis. d. *Et iniusticiam meam non abscondi.* i. nō excusauit. Nā peccatū qd homo tegit, Deus reuelat, sed peccatum qd hō p̄ confessionē reuelat, Deus tegit. Et hoc est q̄ q̄a David voluit celare peccatū adulterij, & homicidij, ideo Deus illud toti mundo fecit manifestū. Sic enim ex parte dñi Nathan dixit ad David Tu fecisti hoc absconditē, ego vero faciam verbum istud in conspectu omnis Israel & in conspectu solis. Et ideo ad haec verba David com̄unctus statim peccatum suum confessus est. d. ibidem. Peccaui dño. Et hoc est quod hic ait. *Delictum meum cognitum tibi feci* scilicet

scilicet per cōfessionem. ¶ Sed dices. cum Deus omnia cognoscat aeternaliter, antequā fiant, dicere scriptura. Deus aeternus, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequā fiant. Quomodo ergo sibi aliq̄d possumus facere notū vel aliq̄d abscondere ab illo: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad Hebra. 4. Rñdeo q̄ tanta est cōnexio creatoris ad creaturā, causa ad effectum, q̄ omnia quae creatura facit Deus dicitur facere. In tantum quod quando Deus aliq̄d de nouo nos facit scire: ipse dicitur illud scire de nouo. Vnde ait Grego. Scire Dei est scire nos facere, v̄sitate nostro locutionis modo, qui letum diem dicimus ex quo contingit vt letemur. Hinc est enim quod ad Abraham dominus d. Nunc cognoui q̄ timeas Deū. neque em creator temporum quicquā cognouit ex tēpore, sed cognoscere eius est ex cuiuslibet casus cōtingentis articulo nobis cognitionē praebere. Sic ergo conformiter nos Deo illud notum facimus, quod ipse nobis cognitum facit. Qñ ergo Deus nobis dat cognitionē peccatorum nostrorum, & per consequens detestationem, tunc illa Deus dicitur scire, & sic nos illa Deo facere cognita. Quid est ergo. *Delictum meum cognitum tibi feci*: nisi, me fecisti cognoscere peccata mea & illa detestari: ex quo tu diceris illa cognoscere: Et sic quicūque aduertens peccata sua & illa detestās, illa cognita modo praedicto Deo facit. Et quia ad talem cognitionem, & detestationem peccati sequitur propositum confitendi. aliter illa plene non detestaretur. Ideo subditur.

**Dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.**

Quasi dicat. Ideo delictum meum feci tibi cognitum, quia ipsum ego cognoui & penitens illud tibi confiteri proposui: non illud excusando, sed me, quia *Confitebor aduersum me iniusticiam meam*, &c. i. dicā illam esse aduersum me. i. me inculpando non Deū vel naturam. Multi enim consistuntur iniquitatē suā, sed non aduersus se, sed aduersus Deum, qui scilicet qñ inueniuntur in peccatis, dicunt. nō hoc feci aut hoc non est peccatum, sed Deus voluit. Alij dicunt fatum mihi hoc fecit: stella mihi fecerunt. Et ita p̄ circuitum volūt venire ad Deū accusandum. Stellas enim ipse fecit & ordinauit, & ita per eas vult ostendere quod Deus fecit vt peccarent. Vt ergo tales indulgentiam mereantur dicat potius. *Confitebor aduersum me*. &c. vñ sequitur. *Et tu remisisti impietatem peccati mei.* Magna Dei pietas hic ostenditur, vt ad solā confessionis promissionē dimiserit peccatū, votum enim pro opere indicatur. Et nota q̄ non dicit. *Tu remisisti peccatum meum*, sed *impietatem peccati mei*. vnde sūm quod hic ait Ricardus. Quid enim hic aliud intelligitur nomine impietatis nisi specialis iniuria creatoris: ab ipso em sumus, ab ipso habemus quicquid boni habemus. Quid ergo magis impium: qd magis iniuriosum quā contra tantā pietatis nouū illud improbe cōmittere, quod quātum in te est, nō possis in aeternum corrigere? Impietas itaque peccati tunc remittitur veraciter, qñ ad veram poenitentiam creatoris iniuria indulgetur. ¶ Sed hic cadit dubium, s. vtrum ad veram cōtentionem sine confessio ne remittatur peccatum: Et arguo quod confessio sit necessaria. primo quia vt dicitur prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur, qui autē confessus fuerit & reliquerit ea: misericordiam cōsequetur.

Item Esa. 43. dicitur. Narra si quid habes, vt iustificeris. Quod sic exponit Ambro. quod hoc intelligitur de narratione culpae, quae fit per confessionem. Item Ambro. ait Non potest quis iustificari à peccato ante confessionem. Item ratione arguo. Nullus potest intrare regnum caelorum, nisi per ostium Petrum & suos successores: patet, quia sibi Christo sunt datae clauē aperiendi caelum & claudendi, sed nulli aperit potestas Petri nisi per absolutionem sacramentalem, quae non fit sine confessione, igitur. Item omni existenti in peccato est poenitentia ad salutem necessaria, ergo & partes poenitentiae, sed cōfessio est pars poenitentiae. Ad oppositum est p̄sens textus. d. *Dixi confitebor*, &c. Quod exponens Cassiodoro. ait. Magna Dei pietas, quae ad solam confessionis promissionem peccata dimittit, votum enim pro opere iudicatur. Item Augu. Nondum pronunciat sed promittit se pronunciatum, & Deus peccatū dimittit. Item Ezc. 18. Quacūque hora peccator cōuersus ingemuerit, vita viuēt. Non dicitur ore confessus fuerit, sed conuersus ingemuerit. Ex quo datur intelligi quod etiam tace, veniam cōsequimur peccatorum. Hinc etiam illi leprosi, quibus praecipit dominus, vt ostenderent se sacerdotibus in itinere antequā ad sacerdotes venirent mandati sunt. Ex quo insinuat quod antequam ora nostra sacerdotibus aperiamus. i. peccata confiteamur, à lepra peccati mundamur. Itē arguitur ratione. Quia Deus pronior est ad miserendum quā sit ad condemnandum, sed solo actu cordis consentaneo subtrahit gratiam, ergo multo fortius solo actu cordis detestantis peccatum dimittit. Respondeo supponēdo quod hic loquamur de adultis habentibus liberū arbitrij vsum, dico quod quāuis sine sacramentis quis possit iustificari: nullus tamen iustificatur cōtemnens sacramenta. Quoniam igitur confessio est peccantibus imposita, impossibile est aliquem iustificari, qui non habet confessionē in facto vel in proposito. Si enim confessionem contemnat, quātumcūque de peccato doleat, nō ex hoc iustificatur, sed mortaliter peccat. Si autem confessionem habeat in proposito efficaci, cum Deus bonā voluntatem in talibus pro facto reputet, iustificatur. Si autē voluntatem bonam, & propositum efficaciter habeat confessionis, tunc statim cum poterit commode, & tempore debito voluntatem ducet ad effectum, aliter propositum non est efficax. ¶ Et ex istis ad auctoritates praedictas patet quid dicendum. Quia necessitates probantes confessionem necessariam, accipiunt confessionem pro efficaci proposito confessionis: probantes vero confessionem non esse necessariam, accipiunt confessionem pro exteriori actu confessionis.

**Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.**

Hic consequenter ponitur peccatorum debita satisfactio. Satisfactio autem vt dicitur de poeni. distin. 6. §. 3. Satisfactionis sunt tres partes. scilicet oratio, elemosyna, & ieiunium. Et secundū hoc ista pars diuiditur in tres. Quia primo agit de oratione. Secundo de elemosyna. ibi. *Veruntamen*. Tertio de ieiunio sine corporis maceratione, ibi. *Tu es refugium*. ¶ Quantum ad orationem. d. *Pro hac orabit ad te*, &c. Hic ponit primam partem satisfactionis, quae est oratio. Ad remissionem enim peccati ac etiā poenē peccato debite valet oratio, & propria

Scotus dicitur. 19. 11. 4. Ambro. in lib. de peccato. radice. Cassiodoro. August. Ezc. 18. Luca. 17. Papa habet plenitudinem potestatis. Confessio debet esse conscientia. Peccatū duplex, s. omissionis & cōmissionis. Confessio est necessaria. Ricardus. de poeni. distin. 6. Oratio.

Questio. Iam. 1. Hebra. 4. Confitebor Deo qui omnia scit. Greg. 21. mor. c. 6. sure dei. Confessio debet esse conscientia. Impietas. Ricardus. Questio. Contritio. Confessio peccatorū remissio. Eja. 43.

propria & aliorum. Et sic iste versus dupliciter intelligitur. Primo de oratione propria: quia scilicet omnis sanctus. i. qui vult à peccato expiari, & sic iustificari, orabit pro hac. s. pro iustificatione & gratie infusione. Eccl. 28. Ne despicias te ipsum, sed ora dominum & curabit te. Exponitur etiã de aliorum oratione, vñ sit sensus. Pro hac si indulgentia habenda, orabit omnis sanctus. quia s. debes orare sanctos, vt pro te sancti orent. Sic enim & populus Bethulie ipsi Iudith dixit. Ora pro nobis, quonia mulier sancta es. Sequitur. In tempore opportuno. Quamuis enim omnitemporis sit orandum, tñ vnum tempus magis opportunum est alio, vt tempus ieiuniorum, tempus solennitatum, &c. Etiam tempore opportuno, quado scilicet homo est in altiori deuotione. quoniam vt dicit Eccl. 3. Omnia tempus habent: tempus tacendi, & tempus loquendi. &c. ¶ Sed hic est vnum dubium. s. vtrum sancti orando pro nobis aliquid nobis impetrent. Et videtur q non. primo, quia non sunt in statu merendi: igitur nihil orando nobis possunt mereri. Si dicatur q nobis impetrat nõ merito nouo sed merito quod habuerunt in via: contra hoc non soluit, quia secundum hoc mortui si non rogarent modo adhuc illud obtineremus. Item ipsi remunerati sunt de toto hoc qd ipsi meruerunt, ergo illo merito nihil obtinet nobis. Item sancti per omnia conformant se voluntati diuina, ergo non orant nec petunt nisi quod Deus vult dare, sed quod nobis Deus dare decreuit, daret etiam sine orationibus sanctorum. ergo. Item sancti vident vtrum orationes nostrae sint exaudibiles vel non. si sunt exaudiebiles, frustra orant pro nobis. si non, ergo orant vt exaudiantur, quia contra voluntatẽ Dei orant. Contra, Sancti in via multa bona nobis impetrat: ergo multo fortius in patria, cū ibi sint potentiores. Rñ deo q sancti suis orationibus nobis bona obrinent, & temporalia & spiritualia. Vnde Petrus paralytico obtinuit sanitatem tam corporis quam animae. Vnde scendũ, q Deus voluit nos rogare sanctos triplici ratione, s. propter nostrã inopiã, propter sanctorum gloriam, & propter Dei reuerentiam. Propter nostram inopiam, vt vbi nostra non suppetunt merita, patrocinentur aliena. Propter sanctorum gloriam, quia Deus vult sanctos glorificare, & ipsos erga nos facere miracula, & ipsos sic laudemus. Propter Dei reuerentiam, vt quia peccator, qui Deum offendit, quasi non audens in persona propria Deum adire, sanctorum patrocinio cõsidentia sumat. Et ideo dicitur Iob. 5. Voca si est qui tibi respondeat & ad aliquem sanctorum conuertere. Ad primum cū dicitur q sancti non sunt in statu merendi, dico q verum est sibi, & etiam dico quod non redditur exauditiõ merito ipsorum, quod tunc fit, sed merito quod in eis præcessit. Et cum dicitur quod tunc sine ipsorum oratione fieret postquam iam meruerunt, dicendum quod meruerunt non simpliciter, quod ille obtineret, sed sub conditione, vt si illi intercederent, vel si alij eorum subsidia implorarent. sicut aliqui sancti in morte petierunt à domino quod dominus exaudiret inuocantes ipsorum patrocinium. Ad secundum cum dicitur quod sunt remunerati, &c. dicitur quod verum est de merito absoluto, sed nõ de conditionato, quia adhuc stat conditiõ & p consequens ratio merendi. Ad tertium quia per omnia conformantur voluntati diuina, dico quod sancti vident Deum nos velle exaudiri non quidem simpliciter, sed ad preces eorum. ideo rogauit, vt hoc fiat. Et hoc patet ad quartum quia sancti videt

Iudith. 8.

Eccl. 3.

Questio. Oratio. sanctorum.

Actus. 5.

Iob. 5.

nostras orationes exaudibiles, sed ipsorum orationibus.

Veruntamen in diluio aquarum multarum ad eum non approximabunt.

Hic agitur de secunda parte satisfactionis quae est elemosyna. Vbi sciendum quod per aquam quae stabilitatem non habet, sed fluit & refluit, intelliguntur temporalia bona vt sunt diuitiæ. Et hoc est quod dicit Ezech. 27. In profundis aquarum opes tuae. Et sic aquae multae, diuitiæ multae. Ista autem aquae aliquos nutriunt, qui scilicet illas debite habent & debite distribuendo per elemosynas dispesant indigentibus omnibus secundum suam facultatem. Et isti aquas diuitiarum mensurant fumentes nutriuntur ab illis. Alij vero isti aquis submerguntur, qui scilicet omnia auare retinentes, nihil alijs conuidere volunt, & sic mente & corpore submerguntur in eis. Et de talibus terrenis hominibus dicitur Gen. 7. Multiplicatae sunt aquae & omnia repleuerunt. sequitur. Et vniuersi homines mortui sunt. Quid ergo diluuium aquarum multarum nisi tenax auaritia, elemosynas inimica, omnia consumens, & auarum vt diluuium submergens? Et de isto diluuiõ auaritiæ dicitur. In diluio prætereunt consummationem faciet. In tali ergo diluio auaritiæ existentes ad eum. s. ad Deum peccata remittentem non appropinquant. Ideo subditur. Ad eum appropinquant. Ista enim dicitur. Ne appropinques mihi, quia immundus es. Si ergo auaritia diluio suffocati non appropinquant ad dominum, quid restat ad habendam remissionem peccatorum nisi istam aquam per elemosynas effundere. Quia vt habetur Eccl. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis.

473

Aqua significat diuitias.

Ezech. 27.

Gen. 7. Diluuiõ significat auaritia.

Esai. 65.

Eccl. 3.

Tu es refugium meum à tribulatione, quae circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me.

Hic consequenter agit de tertia parte satisfactionis quae est corporis maceratio. Vbi notandum quod duplices sunt tribulationes scilicet quaedam ab extrinseco, vt quae nobis ministrantur à mundo vel diabolo. Aliæ intrinsecae, vt quae ministrantur ab intrinseco scilicet à propria carne, & sic tribulatio dicitur omne illud, quod appetitui carnali contrariatur, vt caro appetit voluptatem, & delectationem, tribulatio sibi est disciplina. caro appetit cibis repleri: tribulatio est fames. caro appetit delicatam nutrim: tribulatio sibi est abstinentia. Et de ista tribulatione qua caro affligitur per abstinentiam dicitur. Sustenta eum pane tribulationis & aqua gustia. Ista tribulatio animam non turbat sed mundat. Tobie. 3. In tempore tribulationis peccata dimittis. Ista tribulatio Deum non expellit, sed ipsum nobis proximum facit. Cum ipso sum in tribulatione. Et hoc est quod dicit. Tu es refugium meum à tribulatione quae circumdedit me. id est quando carnem affligo, & sic carnis tribulationem patior, tunc tu mihi es refugium, quia scilicet spiritui das consolationem. Ideo subdit. Exultatio mea. ¶ Sed quia quando homo sic tribulatur à carne afflictus, demones tunc maxime ad carnem complacendum hominem tentant: sicut apparuit in capite nostro, quia statim post ieiunium diabolus ad ipsum tentan

474

Tribulatio duplex

3. Reg. 22.

Thubi. 3.

Psal. 90.

Tentatio.

rentandũ accessit. Ideo tunc maxime diuinum iudicandum est adiutorium. d. Erue me à circumdantibus me. psal. 58. Eripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus me libera me. Hiere. 15. Erue me ab his qui persequuntur me. ¶ Sed circa istas tres partes satisfactionis cadit dubium, q illarum sit magis satisfactoria. Et videtur primo q oratio, quia satisfactio Deo reconciliat, sed oratio maxime Deo nos reconciliat, & nos sibi vnit. Quod autem ieiunium, probatur, quia illud opus est magis satisfactorium, quod est magis poenale, sed ieiunium est humilissimi. Quod autem elemosyna: probatur per illud quod habetur. 1. Timo. 4. Exerce te in pietate, quia pietas valet ad omnia. Respondeo vnde primo notandum q satisfactio recte per ista tria distinguitur. Cum enim sit triplex radix peccati secundum illud. 1. 1o. 2. f. Concupiscentia carnis, & contra hanc est ieiunium. Concupiscentia oculorum, & contra hanc est elemosyna. Et superbia vitæ, & contra hanc est oratio. Et hoc dico appropinque, quia quauis vnumquodque horum valeat contra omnes: appropriate tamen magis opponitur: sicut dictum est. Tunc ad questionem dicendum q in satisfactione tria sunt scilicet vitio culpe, & ad hanc maxime valet oratio. Secundum est augmentum gratiæ, & ad hanc maxime valet elemosyna, quia per hanc homo sibi facit amicos qui impetrat gratiam. Tertium est solutio poenae, & ad hanc maxime valet ieiunium, & hoc est infimum in satisfactione: alia enim duo preponderant.

psal. 58. Hiere. 15. Quæstio

Satisfactio oratio. elemosyna.

1. Timo. 4.

Nota.

475

24. 9. 11. non turbatur.

penitentia. Cognitio.

psal. 18.

psal. 118.

Oculus videtur.

psal. 33.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Hæc est quarta pars, in qua ponitur mentis poenitentis clara plustratio. Et diuiditur in partes tres. Quia primo ponitur poenitentis illustratio. Secundo peccatoris reuocatio. ibi. In chamo. Tertio iustificationis gloriatio. ibi. Latamini in domino. Quantum ad primum sciendũ q poenitens duas magnas gratias recepit à Deo. s. culpæ remissionem & gratiæ collationem. Culpæ autem remittitur statim cum à peccatore detestatur, & confessionis propositum habetur. Et gratia infunditur, cum ad Dei amorẽ acceptatur. Sed forte poenitens se excusabit. d. Quomodo potero detestari peccata mea & illa confiteri, cū illa nõ cognoscã, quia multoties qs est in peccato cuius nõ habet conscientia: iuxta illud psal. 18. Delicta qs intelligit? &c. Hinc respondet Christus. d. Ego dabo tibi intellectum, quo cognoscas omnia tua peccata illa tibi imputado, non Deo, nõ fato, non stellis, non constellationibus. Intellectum etiã tibi dabo, quo cognoscas remissionem peccatorum, & virtutes alias se habere, nõ ex te, sed solo gratiæ Dei dono. quod ideo dicit. Quia sacram scripturã dedit nobis, p quã de omnibus nobis occurrẽtibus sufficienter informamur. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectũ dat paruulis. Et hoc idẽ alijs verbis confirmat. d. Et instrua te in via hac. s. presentis vitæ, qua gradieris. Et firmabo super te oculos meos. Docet experientia q nihil tam facilliter mouet oculos alterius ad recipiendũ quãtum facit oculis suis illum respicere. Et lectum istum morẽ dicit. Firmabo super te oculos meos, vt s. tu oculis tuis in me semper intendas, quia vt dicitur. Oculi domini sup iustos. Oculos enim suos erga nos firmat & aperit Deus, quando peccata nostra in presentem cõsiderat & punit, ne puniat in æternum mo-

re medici, qui sanandũ fecat & vrit. Sed illos claudat à nobis, quado peccata nostra quasi non considerans hinc impunita dimittit, vt in æternum puniat more medici, qui infirmo non sanando omnia cõcedit ad libitum. vnde psal. 33. Ecce oculi domini super me tuentes eum, &c. vt eruat à morte animas eorum, scilicet æterna. Et ex hoc arguuntur superbi, qui nolunt hic à Deo respici vt corrigantur. Vnde subditur.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

Cõuertit enim nunc se poenitens ad superbos. d. Nolite fieri, &c. Vbi nota q duo sunt maxime peccata, quae hominẽ retrahunt à poenitentia & à peccatorum suorum cõsideratione. s. superbia & luxuria. Superbia enim nõ vult corrigi. Luxuria quærnt carnaliter delectari. Superbia autẽ per equum, sed luxuria per mulum figuratur. Quod enim superbia per equum figuratur patet, quia equus qui recta ceruice incedit superbos & elatos significat, vt hic dicit glo. Vnde Greg. dicit. Equi nomine superbia dignitatis temporalis accipiunt: Salomone attestante qui ait. Vidi seruos in equis & principes ambulantes, quasi seruos super terram. Omnis quippe qui peccat seruus est peccati. Serui ergo in eqs sunt dũ peccatores superbia presentis vitæ dignitatibus effertur. Principes vero quasi serui ambulant, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor erigit, sed summa hic aduersitas velut indignos deorum pmit. Hinc rursum dñ Dormitauerunt q ascēderunt equos. i. in morte anime, mentis oculos à veritatis luce clauerunt superbi q in presentis vitæ honore consistunt. Luxuriosi vero per mulum figuratur. nam vt dicit Magister de proprietatibus. Mulus ex equa & asino originem trahit, & sic in mulo libido etiam ad alienam speciem intendit. Sic enim luxuriosos per mulum denotabat angelus dicens Thobie. In eos qui coniugia ita suscipiunt vt Deum à se & à sua mente excludant: & suã libidini ita vacent sicut equus & mulus quibus non est intellectus, super eos habet demonium potestatem. Dicens ergo. Nolite fieri sicut equus & mulus. idem est q nolite fieri superbi neque luxuriosi, quia ista duo peccata maxime excæcant intellectum, ne seipsam considerare valeat & ad statum poenitentiae peruenire.

In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te.

Hic consequenter ponitur peccatorum reuocatio. Reuocantur enim peccatores ad statum poenitentiae per paupertatem, infirmitatem, vel per alias aduersitates, & miserias. Hic enim chamo & frænum duplices aduersitates significant. Per chamm accipit aduersitates maiores, sed per frænum leuiore. Chamus enim est quoddam genus fræni quo magis grauat equus, frænum autem leuius portat. Vnde glo. In chamo & fræno maxillas eorum constringe. id est in maiori & minori tribulatione. Per maxillam autem ad cuius morionem cibus masticator, intellige rerum temporalium abundantiam. Quid est ergo constringere maxillam, nisi temporalia parce conferre, vt saltem necessitate sic contracti ad Deum redire cogantur. Vnde magister in gloss. In chamo, & fræno maxillas eorum constringe. id est parcus da eis victualia, vt saltem necessitate coacti redeant: sicut & animalia quae fame

Superbia per equum significatur. Luxuria per mulum significatur. Greg. 3. 1. mor. c. 18. Eccl. 10.

Tobie. 6.

477

Aduersitates. Chamus. Frænum. Temporalia. Maxilla.

fame pressa mansuecunt. Sic enim dominus peccatori quem vult couertere dicit. Ponam frænum in maxillis tuis. O Deus quot necessitate pressi couerfi sunt ad dominum? Sic enim cæcus natus. Sic chanaanæ à dæmonio vexata. Sic ille homo languidus. Sic ille homo claudus sanatus per Petrum. Quando igitur peccator elongatur à Deo, aduersitate pmititur, vt reuertatur. Et hoc est quod subdit. *Qui non approximant ad te.* Sunt enim quidam qui etsi peccatæ carnis imbecillitate à piis tamen præcibus non recedunt. Et sunt qui peccando Deum inuocare contemnunt; & tales maximè, vt reducantur aduersitatibus sunt arcandi. Talia enim aduersa vitæ præsentis sunt leuia, sed futuræ sunt grauissima, præsentibus iusti præmuntur, sed peccatores qui reuerti nolunt, æternis. Et hoc est quod subditur.

Exe. 29  
Rom. 9.  
Mat. 15  
Io. 5.  
Act. 3.

478  
7. q. 1. c. 10  
percutio.

**Multa flagella peccatoris, speratæ autem in domino misericordia circumdabit.**

Quæstio.  
Aduersa bonorum.  
Aduersa malorum

Hic enim accipitur peccator pro obstinato, qui ad Deum per penitentiam conuerti renuit. Sed nū quid plura & maiora sunt flagella & aduersa iustorum? cum apostolus d. Heb. 12. *Quem enim diligit dominus, castigat. Flagellat autem omnem filium, quem recipit.* Et hier. 12. dicitur. *Via iniquorum prosperatur; bene est omnibus qui iniquè agunt, &c.* Et Iob. 12. dicitur. *Abundant tabernacula prædonum, &c.* Sed notandum qd flagellantur boni in præsentia vita ad breue tempus, vt gaudeant in æternum. mali autem gaudent hic ad breue tempus, vt flagellètur in æternum. Cum igitur à fine res denominetur bona vel mala, grauis vel leuis, multiplex vel nō, hinc est qd quia finis flagellorum bonorum, qui flagellantur & corriguntur est bonus, & perpetuus, ideo ipsorum flagella non mala sed bona, nō graua sed leuia, non multa sed pauca dicuntur. Eccontra autem considerato sine malorum eorum flagella dicuntur mala graua aut multa. Similiter quia consideratio præmij minuit vim flagelli, sic & consideratio cruciatu perpetui augere debet vim flagelli præsentis. Ponamus qd duo sint in eodem carcere positi, eisdem vinculis mancipati. Vnus vt probata sua innocentia coronetur; alius vt probata sua malicia decapitetur. Cui carcer erit maioris flagelli? nonne decapitando? Sic in proposito considerato sine flagella iustorum sunt leuia & modica, sed malorum multa & graua.

Greg. lib. 8. mor. c. 7.  
Præmij consideratio minuit penam.

2. corin. 11.

Quæ omnia bene ostendit Gregorius. d. Mercenarius cum facienda opera conspicit, mentè protinus ex grauitate laboris adicit: cum lacescentem animum ad considerandum operis præmium reuocat: quod graue perpendit ex opere, leue æstimat ex remuneratione. Sic electi cum mundi huius aduersa patiuntur, cum honestatis contumelias, rerum dāna, cruciatu corporis tolerant, esse graua quibus exercentur pensant, sed cum mentis oculū ad æternæ patriæ considerationem tendunt, ex comparatione præmij qd sit leue quod patiuntur inueniunt. Quod enim valde esse importabile ex dolore ostenditur, consideratione præmij lenigatur. Hinc est qd Paulus semper in seipso robustior contra aduersa erigitur, quia nimirum finem sui operis, sicut mercenarius præstola tur. Graue nāque quod sustinet æstimat, sed leue hoc quod per considerationem pensat. Ipse quippe quā sit graue quæ patitur indicat; qui in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in moribus se fuisse frequenter testatur. qui

à Iudæis quinquies quadragenas vna minus accipit, qui ter virgis cæsus, semel lapidatus est, ter naufragium passus, nocte & die in profundum maris fuit, qui pericula fluminum, latronum: ex genere, ex gentibus, in ciuitate, in solitudine, in mari, in falsis fratribus pertulit, qui in labore & in ærumna, in ieiuniis multis, in fame, siti & frigore, & in nuditate laborauit, qui foris pugnas, intus timores sustinuit, qui ultra vires grauarum se assent. d. *Supra modum grauari sumus supra virtutem: ita vt taderet nos etiam viuere.* Sed quomodo remunerationis lintheo sudore tati laboris tergat, ipse denunciat. d. *Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis.* Finem itaque operis quasi mercenarius præstolatur: qui dum prouentum remunerationis cōsiderat, vile æstimat quod penè deficiens laborat. Sic ergo ad propositum considerato sine, flagella peccatorum sunt multa, sed iustorum ex spe præmij sunt pauca. Vnde de flagellis iustorum dicitur. *Qui diligit filium, assiduatur illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo.* De flagellis autem malorum dicitur. *Mors, cōtrictio, & flagella super iniquos. Quæ omnia hic ponit psal. dicens. Multa flagella peccatoris: speratæ autem in domino misericordia circumdabit.*

**Lætamini in domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.**

Hic consequenter ponitur iustificationum gloria. Iusti enim sicut in vita beata in solo Deo realiter gloriantur, sic & in vita præsentis in solo Deo spe gloriam ponunt. Mali autem non sic, quorum quidam alienis laudibus delectantur, & gloriam ab inuicem quarunt. Alij gloriam propriam sibi sufficere arbitrantur in seipsis gloriantur, quasi falsè supponentes, qd anima quæ à semetipsa esse nō potest, à seipsa possit esse beata. Sicut ergo cupidi gloria, & laude aliena tota sollicitudine illa operantur qua homines mirentur, & laudent, sic & in seipsis gloriantes illa solum iudicant esse sectanda, quæ ipsorum arbiter interior animus approbat. Et utriusq; gloriam quasi vanam psalmista transcendens ait. *Lætamini in domino, &c.* vt quid enim aut de alterius hominis aut de meo sollicitus iudicio gloriaber? Cuius iudicio nec reprobis nec laude pbatas inueniar. Si enim ante aliorum hominum tribunal me stare oporteret, merito in laudibus hominum gloriarer. Quod si meo esset iudicandus examine, iure meo testimonio contentus propriis laudibus delectarer. nūc autem nec aliorum hominum nec meo sum iudicio præsentandus, sed Dei. ergo solum in Deo me gloriari oportet, vt. f. per omnia verba, cogitationes & opera non meam sed Dei gloriā quaram. ¶ Est autem notandum qd iusti lætantur in domino gloriantur & exultant multipliciter. scilicet gloriantur in subtilitate diuinæ sapientiæ. In charitate actionis meritorie. In asperitate assumptæ penitentiae. In humilitate internæ cōscientie. Quæ omnia cōsiderans propheta de quolibet iusto dicebat. Erit quasi oliua gloria eius. Vbi notandum quod oliua in suo fructu quatuor habet successiue colores, per quos figurantur diuine quatuor virtutes, quibus iusti gloriantur in domino. Quoniam oliua primo est viridis, secundo rubea, tertio liuida, quarto nigra. Vt sic color viridis significet claritatem diuinæ cognitionis. Rubens claritatem fraternæ dilectionis. Liuidus asperitatem penitentiae, & afflictionis. Sed niger humilitatem conuersationis. Primo

2. corin. 1.

Rom. 8.

Eccl. 30.

Eccl. 40.

479  
2. q. 4. m. nam.

Gloria in laetitia.

Nota.

Gloria in floribus in multis.

Offe. 14.

Oliua quatuor habet colores.

Cognitio Dei.

Primo ergo gloriantur iusti in claritate diuinæ sapientie. scilicet in hoc qd Deum cognoscunt. Hæc dicit Dominus, *Nō gloriatur sapiens in sapientia sua & non gloriatur fortis in fortitudine sua: & non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire & nosse me.* Sic enim summa beatorum lætitia cōsistit in facili visione diuinitatis. Hæc est vita æterna, &c. Quid mirum si in hac vita mortali iusti gloriantur in diuinitatis cognitione anigmatica, propter quod dicitur. *Qui gloriatur, in Domino gloriatur.* Hæc enim cognitio: s. gloriatio per viridem colorē figuratur oliuæ, quia sicut inter oēs colores viridis oculos corporis reficit, sic & diuinitatis cognitio oculos mentis, vnde Proter. 3. *Beatus vir qui inuenit sapientiā. Sequitur. Longitudo dierum in dextera illius: & in sinistra illius diuitiæ & gloria.* Quid n. per dexterā nisi vita beata? Quid per sinistra nisi præsens vita designatur? Ista igitur cognitio diuinitatis habet in dextera longitudinem dierum, dum beatis sine fine tribuit vitā. Sed in sinistra diuitias habet & gloriā, dum in præsentis iusti gloriam in Deo ponunt. ¶ Sed forte diceres, quomodo in cognitione Dei hic gloriabor, cū ad ipsius cognitionē nullatenus possim peruenire, dicente sapiente. *Qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria.* Respondeo qd etsi non clare diuinitas hic possit cognosci, tamen anigmatically. Videamus nunc per speculum, &c. Dicuntur naturales, qd quamuis noster corporalis oculus clare corpus solis videre non possit propter suæ claritatis excellentiam, tamen si accipiat speculum clarum, & ponatur in aqua clara lucente sole, tunc videtur sol triplicatus. scilicet vnus ex cælo qui est fons luminis, vnus in speculo, qui generatur à primo, & tertius in aqua qui generatur ab vtroque. Sic spiritualiter debes facere si hic in cognitione Dei vis gloriari. Quid enim per speculum nisi rationalis anima, in qua vt in speculo Dei gloria manifestatur: cū sit facta ad ipsius similitudinem & imaginē. Est enim speculum sine macula Dei, &c. Quid autem per aquam nisi Spiritus sancti designatur gratia. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dicebat de Spiritu sancto, &c. Si igitur hic Deum vis cognoscere, pone speculum in aqua, vt. f. sit anima tua in statu gratiæ. Et tunc videre poteris solem triplicatum. Deum in tribus personis suppositum. Tunc enim videbis vnum solem in cælo. i. personam patris. Cum enim cæli inter omnia sit maximum, maxime habet iudicare potentiam sui creatoris, quæ patri appropriatur. ¶ Cæli enarrant gloriam Dei, &c. Videbis alium solem in speculo. i. personam verbi in humanitate assumptam. Cū enim speculum dicatur rationalis anima, quæ est principalior pars humanitatis assumptæ merito per speculum ipsa denotatur, & per ipsam rota intelligitur humanitas assumpta. Nos sumus gloriam Dei speculantes in eadem imagine. Consequenter videbis alium solem in aqua. i. personam Spiritus sancti ab vtroque procedentem in aqua. scilicet suarum gratiarum quibus anima nostra irrigatur & fecundatur. Spiritus Domini ferebatur super aquas. Et hæc est prima gloria iustorum scilicet, in Dei cognitione. Ipse palam faciet doctrinā sapientiæ suæ, & in lege Domini gloriabitur. ¶ Secundo gloriantur sancti in charitate actionis meritorie, quia omnia sua opera ad Dei gloriam referunt. Omnia in gloriam Dei facite. Cū enim omnia iustorum sint à Deo per ipsam gloriā non sibi

sed Deo quærent. Io. 7. *Qui quærit gloriam illius, qui misit illum, hic verax est.* Hæc autē virtus charitatis per secundum colorem oliuæ qui est rubens ad modum ignis figuratur, quia sicut ignis inter omnia elementa est magis actiuus, sic & charitas inter omnes habitus magis ad bona opera excitar. Dicunt naturales qd quando quis est amore alicuius personæ inflammatus, ex velocitate pulsus percipitur, ad quam personam talis sic afficitur. Nam pluribus personis sibi nominatis audita persona, ad quam afficitur, cuius præsentia caret, statim pulsus fortius mouetur. Et ratio est, quia tunc spiritus inflammatur, magis mouet partes exteriores. Sic spiritualiter, quando homo est accensus gratia & charitate, audito Christi nomine statim cor eius fortius mouet exteriora membra ad bene operandum, quasi omnium bonorum Deo gloriam referens. Vnde de iustis dicitur, qd sunt repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum in gloriam & laudem Dei. ¶ Tertio iusti gloriantur in Domino per asperitatem penitentiae. Cum enim gloria filiorū sit se qui patrem, gloria militum sequi regem, gloria discipulorum sit sequi magistrum, consequens est vt gloria iustorum sit sequi Deum patrem ipsorum regem & magistrum. Gloria hominis est ex honore patris, & Eccl. 23. *Gloria magna est sequi Dominū.* Cū igitur Christus Dominus & pater iustorum tenuerit statum asperitatis penitentiae: consequens est vt gloria iustorum sit ipse status penitentiae. Sic enim oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. ¶ Quarto iusti gloriantur in Domino per humilitatem cōscientie. Glorietur super humiles in humilitate sua Iob. 22. *Qui humiliatus fuerit, erit in gloria.* Cuius ratio est. nam secundum naturales, omnis motus cum sit inter duos terminos contrarios. scilicet inter terminum à quo & terminū ad quem, oportet qd motus tendens ad gloriā incipiat à contrario gloriæ, quod est depressio siue humilitas, quæ antecedit gloriam, sicut superbiā sequitur depressio. Et hanc rationem facit sapiens d. *Superbum sequitur humilitas & humilem spiritu suscipiet gloria.* Hæc autem virtus humilitatis qua iusti in Domino gloriantur per quartū colorem oliuæ, scilicet nigrum figuratur, qui est niger: qui color inter omnes colores infimum occupat locum humilitatem significans, qua quis seipsum despicit & infirmum reputat. Et talis confusio humilitatis hominē ducit ad gloriam, de qua Eccl. 4. *Est confusio ducēs ad gloriam, quibus omnibus attentis meritō dicit psal. Lætamini iusti in Domino & gloria. &c.* ¶ Circa principum istius psal. fuit mota quæstio s. Vtrū sacerdos potestate clauū alius peccata remittere possit? Cuius tertius articulus erat videre ad quid potestas clauium se extendit, quam nunc declaro sub aliquibus propositionibus. Prima est, qd potestas clauium non se extendit ad remissionem culpæ, patet per Magistrum d. Sane dicere ac sentire postumus, qd solus Deus dimittit peccata & retinet. Et tamen ecclesiæ dedit potestatem ligandi ac soluendi. sed aliter ipse soluit vel ligat: aliter ecclesia. Ipse enim per se tantum dimittit peccata, quia & animam mundat ab interiori macula, non autem hoc sacerdotibus concessit, quibus tamen tribuit potestatem ligandi atque soluendi. i. ostendendi homines ligatos & solutos. Et confirmatur, quia peccatum dimittitur in contritione, vt ait Magister. Secunda propositio qd potestas clauium non se extendit

Charitas. 1. Cor. 10. Ioan. 7.

Amor in pulsu cognoscitur.

Phil. 1.

penitentia

Eccl. 3. Eccl. 23.

Luc. 24. Humilitas. Iac. 1. Iob. 22.

Præm. 29.

Eccl. 4.

psal. 31.

Quæstio. Clauium potestas ad quid valet.

Magister li. 4. d. 18.

Magister li. 4. d. 17.



dit ad remissionem aeternae poenae, patet per Magistram d. Deum ipse poenitentem soluit a debito aeternae poenae. Et infra. Solus igitur Deus ipse hominem absoluit ab interiori macula & a debito aeternae poenae. Et confirmatur, quia nullus sine peccato est debitor aeternae poenae, poenitens autem ante absolutionem sacerdotis est a peccato purgatus. Tertia propositio est quod potestas clauium se extendit ad poenam temporalem, scilicet debitam pro peccato iam dimisso: patet per Magistrum d. Sacerdotes quoque ligant potestatem clauium, dum satisfactionem poenitentiae poenitentibus imponunt. Soluunt autem cum de ea dimittunt aliquid, vel per eam purgatos ad sacram communionem admittunt, &c.

P S A L. XXXII.



**E**xultate iusti in Domino, rectos decet collaudatio.

Iste psal. apud Hebraeos nullum habet titulum, secundum autem Magistrum in glo. talem habet titulum. *In sinem psal. David.* Curius sententia patet ex supradictis. Iste psalmus nullum pro fundamento habet historiam, sed a Dauid fuit factus ad Dei laudes cantandas, vt scilicet per Leuitas cantaretur in templo: sicut etiam ad hoc multos alios fecit, vnde sola vnica expositione iste psal. est exponendus. Diuiditur ergo iste psal. in partes duas, quia Psal. primo inducit fideles ad diuinam laudis meritum, secundo ostendit laudantium Deum premium ibi. *Beata gens.* Prima in duas, quia nos mouet primoad Dei laudationem, secundo ad hoc inducit multiplicem rationem ibi. *Quia rectum est.* Prima in duas, quia primo laudis diuinam facit praecipuum: secundo laudationis ostendit modum, ibi. *Confitemini Domino.* Quantum ad primum dicit.

*Exultate iusti in Domino.* Secundum enim Grammatico salto, tas, componitur cum ex quod est extra, & sit exultatio, i. extra saltare, quando scilicet interior cordis per actus exteriores extra saltat & de monstratur. Et sic exultare in Domino est letitiam mentis de Deo habitam per exteriores laudes extra ostendere. Et hoc maxime decet iustos facere, tum propter Dei reuerentiam, quae solum mundo corde & munda lingua est pertractanda. Eccl. 25. Non est speciosa laus in ore peccatoris. Propter quod dicitur. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum &c. Quomodo enim debite potest Dei laudes loqui: qui Deo in moribus contradicit? Vnde Grego. lib. 1. i. mor. c. 9. d. Cum sacerdos non agit bona quae loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur. Sicut per Prophetam dicitur. Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, &c. Vnde & de precatur d. Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequoque. Perpendit namque quod omnipotens Deus veritatis verbum facientibus tribuit, & non facientibus tollit. Qui ergo hoc de ore suo non auferri petit, quid aliud quam gratiam bonae operationis quaerit? Ac si aperte dicat. A bono opere errare me ne sinas, ne dum amitto ordinem bene viuendi, rectitudinem perdam loquendi. Ex quibus patet quod solum rectos Deum decet laudare, & hoc propter Dei reuerentiam, ac etiam propter ipsorum maiorem gratiam a Deo: quoniam recte ab illo plus erigitur, cui plus datur. Et hoc est quod hic dicit. *Rectos decet collaudatio.* Sed dicet. Qui dicuntur recti esse & tortuosi? Ad hoc re-

480  
d. cor. di.  
1. yndio  
autem

Exultate  
in Domi-  
no.

Eccl. 25.  
psal. 49.

Gre. li. 1.  
mor. c. 9.  
Laudat  
Dominum  
iustus non  
peccator.

psal. 118.

Questio.

**A** spondet Magister in glo. d. Curuus est qui laudat Deum, quando sibi bene est, blasphematur autem quando male habet. Rectus vero est qui semper Deum laudat in prosperis & in aduersis. Recti sunt qui dirigunt cor suum secundum voluntatem Dei, quia sola est regula recta: & praepoint voluntatem melioris suae voluntati. i. voluntatem omnipotentis in suam suam voluntati. Exemplo Christi qui patri orans ait. Pater si fieri potest transeat a me calix iste. Hae humana voluntas erat proprium aliquid & tanquam priuatum volens. sed quia rectum hominem vult esse, & ad illum dirigi qui semper est rectus, subdit. Non quod ego volo sed quod tu vis. Ac si diceret homini. Vide in me quia potest aliquid proprium velle, vt Deus aliud velit. Conceditur humanae fragilitati aliquid proprium velle, sed statim cogita quid sit supra te. i. Deus. Illud supra te, te infra illud. Illud creatorem, te creaturam. Illum Dominum, te seruum. Illum omnipotentem, te infirmum. Subiiciteque voluntatem tuam voluntati eius, & sic eris rectus. Ideo ait. Rectos decet collaudatio. Non dicit laudatio sed collaudatio propter vnitatem ecclesiae. Aliter quis dicitur rectus & quis curuus ostendit Hugo exponens illud psal. 9. Quonia rectus Dominus Deus noster &c. d. Rectus Deus rectum facit hominem similem sibi. i. sine iniquitate, sicut non est iniquitas in eo. Porro iniquitas cordis est non carnis vitium: vt per hoc noueris in spiritali portione tui & non in terrena luteaque substantia Dei similitudinem conferuandam siue reparandam. Quanquam & corporis staturam dederit Deus homini rectam forsitan vt ista exterioris corporis viliorisque figmenti rectitudo hominem illum interioerem, qui ad imaginem Dei factus est spiritalis suae seruandae rectitudinis admoneret, & decor limi deformitatem argueret animi. Quid enim inde cernitis, qua curuus recto corpore gerere animum? Peruersa res est & foeda luteum vas quod est corpus de terra creatum habere sensum, oculos libere suspicere caelum, spirituales vero caelestemque creaturam affectus suos trahere in terra deorsum. Et quae debuit nutrire in croceis, herere luto taquam vna de suis, amplexarique stercorea. Erubescet anima mea ait corpus in mei consideratione creata creanti similis. Rectum quoque accepisti me adiutorium simile tibi: vtique secundum lineamenta corporeae rectitudinis, quocumque te vertis siue ad Deum sursum siue ad me deorsum. Nemo vnquam carnem suam odio habuit. Vbiq; occurrit tibi species decoris tui. Vbiq; pro statu tuae dignitatis habes de magisterio sapientiae familiare admonitionem. Ego autem meam quam ob tui gratiam accepi rectitudinem teneo, & conseruo prerogatiuam. Tu animo non confunderis amisisse tuam. Cur suam in te conditor intuetur abolitam rectitudinem, quam in me conseruat assidueq; representat? Tam omne adiutorium quod tibi ex me debebatur vertisti tibi in confusionem, abuteris obsequio meo. Indigne ergo humanum corpus inhabitas brutus & bestialis spiritus. Querere & sapere quae sunt super terram curuitas animae est, meditari vero quae sursum sunt rectitudo. Ex quibus apparet quod recti dicuntur, qui cor ad Deum habent erectum, sed curui qui ad terrena.

Rectus  
quis dicitur.  
Curuus.

psal. 91.

Bernard.

Questio.  
vtrum d.  
officium  
suum in  
peccato  
peccet.

Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.

Hic

**H**ic consequenter ostendit modum diuinam laudis. Vbi nota, hic enim ad Deum laudandum exprimuntur illa instrumenta musica. scilicet psalterium & cithara, cum quibus laudes diuinam decantabantur in templo ante arcem Domini, vt ex illis instrumentis intelligas modum, quo spiritualiter Deum laudare debemus. Et videndum est quid per citharam, quid per Psalterium decem chordarum hic intelligatur. Primo ergo notandum quod cithara mystice sumpta triplex est in quo Deum laudare debemus. scilicet Cithara asperitatis poenitentiae. Cithara humanitatis christiferae. Cithara ligni crucis Dominicae. Primo namque cithara significat asperitatem poenitentiae Cithara namque est corpus de ligno concauum, quod chordis neruicis exiccatis per tactum manus sonum reddit gratiosum. Cor similiter & corpus nostrum per poenitentiam, sit concauum atque vatum a cibis abstinens, quae scilicet poenitentia & chordas exiccatas extendit desuper: dum nervos & pellem remota pinguedine extendit super ossa, & sic corpus tactum bene sonans laudes Deo persoluit. Sicut enim corpus citharae si plenum esset, bene sonare non posset, sic & corpus nostrum cibis repletum laudes Dei bene sonare non valet. Et de ista cithara poenitentiae dicitur Iob. 30. Versa est in luctum cithara mea. Quod exponens Greg. lib. 20. c. 31. d. Per citharam recta operatio, per chordas vero citharae intentiones poenitentium non incongrue accipimus. Quia dum ad vitam aliam per afflictionem carnis tenditur quasi extensa chorda in cithara per admirationem intuitum sonat. Siccatur enim chorda, vt congruum in cithara sonum reddat, quia sancti viri per poenitentiam castigant corpus suum, & in seruitutem redigunt, & sic ab imis ad superiora tendunt. Pensandum quoque est quod si corda in cithara minus tenditur, non sonat: si autem amplius raucum sonat, quia nimium virtus abstinentiae, aut omnino nulla est si tantum corpus suum vnusquisque non edomat, quantum valet: aut valde inordinatus est si corpus atterit plusquam valet. Per abstinentiam namque carnis vitia sunt extinguenda non caro. Et ideo sibi met moderamen debet esse, vt ad culpam caro non superbiat, & tamen ad effectum rectitudinis in operatione subsistat. Ista est ergo cithara poenitentiae quae in vero poenitente ad aliorum etiam exhortationem Deo laudes debet resonare. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, &c. In Psalterio decachordo, cum cantico in cithara: vbi glo. Bonum est psallere cum cantico. i. verbo exhortationis & cithara. i. opere & exemplo. Si enim bene loqueris tantum canticum est sine cithara. Si autem bene operaris tantum canticum & non loqueris cithara est sine cantico. Ideo & bene loquere & benefacere vt sit cithara cum cantico. Sic ergo confitemur Domino in cithara cum cantico. Sic ergo confitemur Domino in cithara, quando ipse amore per poenitentiam affligimus debite corpora nostra. Secundo cithara significat humanitatem Christi, &c. Humanitas namque Christi cithara dicitur. Quia corpus eius extensum in cruce ad modum citharae dulces sonos emisit. Vnde corpus Christi pro nobis in cruce extinctum sub nomine citharae excitauit propter resurrectionem dicens corpori defuncto illud psal. 107. Exurge psalterium & cithara. Cui respondens Christus ait. Exurgam diluculo quia in diluculo. i. in aurora surrexit. Quod exponens Adam in libro de perseuerantia dicit. Se ipsum Christum poenitentibus quasi citharam fecit

Cithara.  
multiplex

peniten-  
tia.

Nota.

Iob. 30.  
Greg. 20.  
mor. 31

psal. 91.

Christi  
humilitas

psal. 107.

**A** dum per carnem peccati tamen innoxiam pro nocentibus in ligno se crucis extendit. Sic nimirum Dauid noster Saul vesaniam temperauit, dum per crucis supplicia in suo corpore citharizans suam mortem diaboli impetum temperauit. Est itaque Christus psalterium secundum diuinitatem, cuius contemplationis dulcedine suos amatores oblectat. Est cithara secundum suscepti corporis passionem dum pro eis moriens, eos vocat ad veniam, &c. vt de Christo dicamus. Ipse fuit pater omnium canentium in cithara. Quid est ergo confiteri Domino in cithara nisi Deo gratias reddere de Christi incarnatione & passione factis pro nobis? Tertio cithara significat lignum Dominicae crucis. In cruce enim loco chordarum Christus fuit extensus sic vt omnia sua ossa possent dinumerari. Et de ista cithara crucis figurat dicitur. 1. Reg. 16. Quandoque spiritus malus arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam & percutiebat eam manu sua, & recedebat ab eo spiritus malus. Dauid enim qui manu fortis interpretatur, quemlibet spiritualem virum significat. Saul vero, qui abutens interpretatur: voluptate significat carnis, quem spiritus malus tunc arripit, quando daemone ipsa aliqua peccati tentatione accendit. Sed si Dauid accipiat citharam & tangat mentem eius crucis mysterium predicando, statim spiritus malus discedit ab eo. Hoc ideo quia in cithara crucis contra omnia peccatorum tentamenta virtutum reperies sonos teste Adam in lib. de perseuerantia, de hac cithara crucis dicente. Sunt enim in cithara crucis nouae quaedam notulae quae nouum canticum resonantes hominem faciunt nouum. Prima nota est fides non ficta, secunda humilitas vera, tertia carnis continentia, quarta disciplinae grauitas, quinta oris veritas, sexta pietas frater nae compassionis, septima patientia in aduersis, octaua desiderium aeternitatis, nona immobilitas animi constantia. Et de ista cithara crucis nobis ait Christus. Venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit. Quia in cithara crucis venter Christi extensus ad omnes peccatores sonos dedit virtutum. In cithara ergo confitemur Domino, quando de crucis mysterio agimus sibi gratias. Et ad hoc nos inducens Psal. ait. *Confitemini Domino in cithara.* Sequitur. *In psalterio decem chordarum psallite illi.* Per psalterium decem chordarum intellige decalogum legis. scilicet precepta. Sicut. n. psalterium manu tactum, sonum reddit, sic decem preceptorum obseruatio in psalterio laudat Deum. Et istos duos modos laudandi Deum, scilicet in cithara & psalterio Ps. docet d. Laudate eum in psalterio & cithara.

Cantate ei canticum nouum, bene psallite ei in vociferatione.

Sicut enim quotidie noua beneficia a Deo recipimus, sic quotidie nouas gratias ei debemus reddere, & nouos modos gratiarum actionis. Si enim carnalis amor & lasciuus semper nouas cantilenas inuenit, quanto magis amor diuinus noua cantica. i. gratiarum actiones Deo reddere debet. Quia non solum ore, sed magis corde mirabilia Dei narrare debemus. Cantate Domino canticum nouum, quae mirabilia fecit. Et iste cantus maxime competit clericis, qui tam in horis quam in missis Dei mirabilia cantando populo narrare debent, vt ipsum ad deuotionem inducat. Et ideo ab isto cantu ois vanitas & lasciuia debet remoueri, vt ostendit Hugo in li. de abusibus clau. d. In ecclesia cum ad officium Dei cantandum ventum fuerit, humilitatis honestas diligentius

In cog. tom. 1. q. 2. obser

Crucis  
virtus.

Gen. 4.

1. Reg. 16

psal. 116

483

Gratiarum  
actio.

psal. 97.

Cantus  
ecclesiae ha-  
nestus  
esse debet.  
Hugo in  
li. de  
abusibus  
clau.  
stri.

obseruetur, ne cum in ecclesia ante conspectu Dei venimus deteriores efficiamur. Sunt enim quidam qui mente vagi, oculis attoniti, habitu dissoluti, plana parietu prospicientes perlustrant, aliud cantant, aliud cogitant, in choro sunt corpore, sed in foro mente. Sunt etiam alij cantores voce dissoluti, qui vocis suae modulatione gloriantur, aliud cantant quam libri habeant ecclesiastici, forsitan ut magis placeat populo quam Deo: qui sic cantant non cantant in choro cum Maria sorore Moyse, sed in palatio cum Herodiade, ut placeant discumbentibus & Herodi. Delectantur in altitudine vocis, sed nemo altius cantat eo, quem Dominus dulcius catat eo, cui inclinatur Dominus aure sua. Esto igitur cantando in valle humilitatis, ut in monte sancto audiri merearis. Si sic catas ut ab aliis laudetur, quare tuam vendis, & facis eam non tuam sed aliorum. Habes cantando in potestate vocem tuam: habeto etiam animum tuum. Frangis vocem tuam, frange & voluntatem. Seruas consonantiam vocu, serua & concordiam morum, ut per exemplum concordet proximo, per voluntatem Deo per obedientiam magistro. Et Hiero. in Epistola & habetur di. 9. 2. catantes, ait. Catantes & psallentes in cordibus vestris Domino: audiant haec adolescentuli, audiant hi quibus in ecclesia est psallendi officium Deo non voce esse cantandum, nec in tragicediarum modo guttur & fauces lenienda: sunt, ut in ecclesia theatrales moduli audiantur & cantica. Ad hoc. n. constituti sunt cantores in ecclesia, ut deuote laudent Dominum, non ut aures demulceant audientium, & ad lasciuia ducant. Sic. n. de Iosaphat rege legitur, quod statuit cantores ut laudarent nomen Domini in turmis suis, ac voce consona dicerent. Constemini Domino quoniam in aeternum misericordia eius. Sic & confirmat nunc psal. dicit. *Cantate ei canticum nouum, &c.*

Nota.

Hieronymus.

Psal. 20.

483

2. q. h. mane.

Rectu est

verbu Domini.

Psal. 144.

Fidelis.

**Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.**

Nunc consequenter ad laudandum Deum adducit multiplicem rationem, ostendit enim quod Deus multiplici ratione a nobis est laudandus. I. Ratione suae fidelitatis, qua promissa perficit. Ratione suae pietatis, qua vniuersa diligit ibi, *Diligit misericordiam*. Ratione suae pietatis, qua vniuersa efficit ibi. *Verbo Domini*. Ratione suae maiestatis, qua omnia subiicit, ibi. *Timeat Dominum*. Ratione suae veritatis, qua omnia prospicit ibi, *Dominus dissipat*. Primo ergo laudandus est Deus a nobis ratione sua fidelitatis, quia. I. fidelis est in promissis. Et hoc est quod dicitur. *Quia rectum est verbum Domini, &c.* Et omnia opera eius in fide. I. in fidelitate. Rectum. n. dicitur cuius mediū non exit ab extremis. Verbu autem est mediū inter intentionem loquentis & eius effectum. Et ideo tunc verbum dicitur rectum, quoniam concordat cum intentione loquentis & exteriori opere. Verbum ergo Domini ideo dicitur rectum, quia quod sonat ab intentione procedit & per effectum perficitur. Sic. n. dicitur. Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Et nota secundum glo. quod aliter fidelis dicitur Deus nobis, aliter nos fideles dicimur Deo. Fidelis enim dicitur Deus, cum dat homini quod promissit. Sed homo dicitur fidelis, credens promittenti Deo. Sic ergo Deus nobis est debitor ex promisso, non ex commissio. Nos autem Deo sumus debitores ex promisso & ex commissio. Nos enim nihil committimus Deo, ut ipsum debitorem teneamus, cum ab illo habeamus omnia, quibus gaudemus. Et nota quod hic

accipitur verbum non pro ipso Dei filio, sed pro promissis in sacra scriptura, vel per Prophetas a Deo missos.

**Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra.**

Hic ostenditur quod est laudandus ratione suae pietatis & misericordiae. Misericordia enim in tantum coniungitur iustitiae, quod vna sine altera esse non potest: nam misericordia sine iustitia est quaedam dissoluta feruitas. Iustitia vero sine misericordia est quasi quaedam crudelitas. Vide supra psal. 2. 4. Vniuersa via Domini misericordia & veritas. Et aduerte quod iustitia misericordiam in omnibus nostris operibus praecedere debet, ut opera pietatis & misericordiae recte possint nuncupari, ut ostendit Grego. di. Ille quippe bene agit, quae pia sunt, qui prius tenet quae iusta sunt, ut collatus in proximis ritus misericordiae de iustitia fonte ducatur. Nam multi proximis quasi misericordiae opera impendunt, sed iniustitia facta non deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere studeant sibiipsis debuerant prius iuste viuendo misereri. vnde scriptum est. Miserere animae tuae placens Deo. Qui ergo misereri vult proximo, a se necesse est trahat originem miserendi, scriptum namque est. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quomodo ergo alteri miserere do pius est, qui adhuc iniuste viuendo, sit impius sibi metipsum. Vnde per quendam sapientem dicitur. Qui sibi nequam est, cui bonus erit? Ad exhibendam quippe misericordiam vt indigentibus plenam exterris valeat impendi, duo sibi necessaria congruunt. I. homo qui praebet & res quae praebentur: sed longe incomparabiliter melior est homo quam res. Qui itaque indigenti proximo exteriorem substantiam praebet, sed vitam suam a nequitia non custodit, rem suam Deo tribuit, & seipsum peccato: hoc quod minus est, obtulit auctori, & hoc quod maius est seruauit iniquitati. Sic igitur in nobis iustitia misericordiam praecedere debet, sed secundum nostrum modum intelligendi in Deo misericordia praecedit iustitiam, quia iustitia Dei nobis praesupponit opera quae omnia ipse misericorditer fecit. Et ideo hic ait psal. quod diligit misericordiam & iudicium. I. consequenter. Ex quibus colligitur quod misericordia siue iustitia impendi non debet. Vnde ait Magister in gl. Caue ne amissa iustitia, sis pauperi in mala causa misericors, ut malam causam sibi foueas, & eius iniuitatem contegas. Nam si parcis flagello, percussus cor: quia remanet iniquus, & inde fit nequior: quia videt iustum sibi fauere. Verum licet misericordia non sit sine iustitia: misericordia tamen relucet magis in operibus Dei: vnde subditur. *Misericordia Domini plena est terra*. Terra dicitur non caeli, quia caeli non indigent misericordia, vbi nulla est miseria. In terra hominis abundat miseria, & superabundat Dei misericordia, propter quod ait psal. Miserationes eius super omnia opera eius. Quod declarans Ricardus ostendit qualiter Dei misericordia replet caelum & terram. d. Misericordia implet caelum & terram. Dicitur inquit in caelo misericordia tua: & alibi. Misericordia plena est terra. Et re vera perierat totum quod Deus fuerat nisi misericordia subuenisset. Culpa & vltio quicquid in hunc mundum venerat auferantur: quia & fragilitas semper tendebat ad lapsum, & cogebat ad vindictam semper iudicantis censura. Sic Angelus dicitur e caelo. Sic de paradiso exultat homo. Sic mundus deletur diluio, sic gentes confunduntur lingu

484

Institi. Misericordia.

Greg. 19. mor. c. 19

Ecc. 30.

Deut. 6.

Ecc. 14.

Elementary

Ricardus

Misericordia

Dei

est vniuersa

salus.

quis. Sic vrbes diuino exuruntur incendio. Sic Iudaeam vltor Christi sanguinis Romanus delet exercitus. Haec est Christi magna & longa misericordia, qui iudicium omne seruauit ad vnum, & totum hominis tempus ad poenitentiam deputauit inducias ut quod de vitiis suscipit infantia, capit adolescentia, inuadit iuuentus, contingit vel senectus, de peccato vel tunc poeniteat, quando se sentit iam non posse peccare. Et tunc saltem reatum deserat, quando iam illum relinquit reatus, faciat de necessitate virtutem, ut moriatur innocens qui totus in crimine vixit. Sic ergo Deus per misericordiam reddit quod per iudicium deperierat, ut merito dicat psal. *quod misericordia Domini plena est terra.*

Expectat Dominus.

485

1. q. in libro catholico.

Gene. r. Opera trinitatis sunt duplicia.

Quaestio. Spiritus sanctus a patre & filio procedit. Gen. r. corum error de ff. l. 1. s.

de con. di. 5.

Ioan. 7.

Apoc. vii.

**Verbo Domini caeli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.**

Hic consequenter ostendit quod Deus sit a nobis laudandus ratione suae potestatis. Et primo ostendit potestatem suam in corporibus superioribus, & secundo in inferioribus, ibi. *Congregans*. Quantum ad primum d. *Verbo Domini caeli firmati sunt*. Tanta enim potestatis est Deus, quod verbo suo produxit caelum & ipsum firmavit sic ut incorruptibile maneat internum, vnde & ipsum vocauit firmamentum. Vocauit caelum firmamentum. Et notandum quod opera trinitatis licet ab intra sint diuisa, ut puta generatio concipitur patri non filio neque spiritui sancto. Spiritatio autem competit patri & filio & non spiritui sancto. tamen omnia opera trinitatis ad extra sunt indiuisa, quia omnem creaturam, quam producit pater producant filius & spiritus sanctus & econtrario. Et hoc satis hic notatur cum ostenditur, quod oes tres personae diuinae. I. pater filius & spiritus sanctus caelum produxerunt & firmauerunt. Hic enim ponitur pater, quia Dominus. hic ponitur filius: quia verbo. hic ponitur spiritus sanctus, quia & spiritus oris eius, &c. Sed hinc errorer assumpserunt Graeci d. quod spiritus sanctus a solo patre procedit & non a filio, quia hic dicitur spiritus oris eius. I. patris non dicitur spiritus verbi. Qui & errorer suum confirmat per illud quod ait. Spiritus sanctus qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me. Itaque quia in symbolo edito in concilio Niceno sic dicitur. Et in Spiritum sanctum Dominum & viuificantem. ex patre procedentem, & non de filio. Et in fine subiungitur. Qui aliud docuerit vel praedicauerit, anathema sit. Ideo Graeci nos anathematizatos dicunt, quia dicimus Spiritum sanctum procedere a filio, quod ibi non continetur. Quod enim secundum nos ibi dicitur. Qui a patre filioque procedit: alterum est a Latinis additum. I. filioque. Sed sancta mater ecclesia determinate ponit quod Spiritus sanctus a patre & filio procedit: ut apparet de cons. di. 5. saluator qui veritas. Et per Magistru lib. 1. di. 11. Ad illas auctoritates quia Christus dicit, qui a patre procedit: respondit Magister d. Quia eum dicat, qui a patre procedit, non addit solo, & ideo a se etiam procedere non negat, sed ideo patre nominat: quia ad eum solet referre etiam quod ipse est, quia ab illo habet ut eum dicit. Doctrina mea non est mea, &c. Eodem modo dicitur est ad illud quod de isto textu obicitur. *Et spiritu oris eius*. &c. Ad aliud verum quod de symbolo Micano opponitur: respondet Magister vbi supra d. quod cum dicitur. Qui aliud docuerit vel praedicauerit. I. contrarium vel contrario modo praedicauerit anathema sit. Et sic aliud accepit pro opposito. Et sic conformiter loquitur Ioan. Apoc. vlti. d. Si quis apposuerit ad haec apponet Deus super il-

lum plagas, &c. Quod intelligitur si quis apposuerit contrarium verbis in Apoc. scriptis.

**Congregans sicut in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos.**

Hic consequenter ostendit Dei potestatem in inferioribus creaturis, ut in aquis. hoc exponunt aliqui de mari Oceano dicentes, quod aqua in mari Oceano sunt contra naturam detenta, ita quod si sibiipsis dimittere rentur fluere super terram, & terram dissiparent, quia sunt altiores terra in medio maris Oceani. Vnde licet quod Deus filius Israel viam dedit per medium maris, aquae erant illis quasi murus ad dexteram & sinistram, ut habetur. Exod. 14. quod tamen fuit contra naturam aquae quae est fluida, sed potestate Dei detinebatur. Cosimiliter quando viam fecit eis in Iordane, aquae superiores quae descendebat steterunt in vno loco, & ad instar motis intumescerent apparebant procul, quod erat virtute Dei contra naturam aquarum. Sic dicunt de aquis maris Oceani quod in medio sunt altiores terra, & tamen virtute Dei contra naturam ipsarum tenentur sic, ne fluant & dissipent terram. Alij autem hoc aliter exponunt d. quod a principio mundi. I. in tertia die creationis mundi quod Deus congregauit aquas in locum vnum: quia prius per modum euaporationis eleuatae erant supra terram: sed tertia die dedit eis de pressitate debitam & sic occupauerunt minorem locum: quod tunc etiam fecit quaedam concavitates & caueinas in terra, in quibus aquae includuntur, ut apparet in motibus altis qui infra habent quaedam concavitates in quibus aquae sunt detentae quod & fontes dicitur. Et de istis dicitur. *Congregans sicut in vtre aquas maris*. quia ille aquae primo fuerunt aquae maris. Et de istis subdit. *Ponens in thesauris abyssos*. Aqua. n. maris ratione suae profunditatis abyssi dicitur. Tenebrae etiam super faciem abyssi, &c. Quod ideo sic dicitur, quia sicut thesauri in loco abscondito clauduntur, sic & abyssum aquarum a nobis abscondit. Et quantum ad omnia ista dicitur. *Abyssi sicut vestimentum eius super motes stabunt aquae.*

Aqua maris Oceani congregantur.

Exod. 14.

Iesue 3.

Aqua includuntur in terra.

Gen. 1.

psal. 103.

387

23. q. 6.

firmatib.

**Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem.**

Hic consequenter ostendit Deum laudandum ratione suae maiestatis quae sibi omnia subiicit. Timor. n. est multiplex. I. mandans, seruilis & filialis. Et iste timor filialis non est nisi quaedam deuota reuerentia amoris qua quis alteri subditur & ipsum offendere timet, quia offensam timet dilecti & non poenam. Et de isto timore hic dicitur. *Timeat Dominum omnis terra*. id est omnis homo de terra creatus per amorem & reuerentiam subdatur Domino, sic quod fugit peccare plus amore Domini, quam timore supplicij. Iste timor etiam manet in beatis. Timor Domini sanctus permanet in saeculo saeculi. *Ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbem*. Hic enim orat psal. ut Deus per suam misericordiam omnes conuertat ad ipsum d. *Ab eo autem commoueantur*, &c. q. d. ut omnis terra timeat Dominum modo praedicto ideo oro, ut ab ipso commoueantur, &c. i. ut manu misericordiae Dei omnes commoueantur. Et hoc a simili dicitur dormientis: qui manu commouetur ut euigilet. Ita & gratia Dei peccatores commouet ipsos excitando ut vigilent & ad somno peccati resurgant. Et notanter dicitur *ab eo*. q. d. non ab alio, quia solus Deus hominem a peccato potest excitare & ad poenitentiam ducere. Et nota quod conuersio peccatoris recte commouetur. Incog. tom. 1. q. 3. motio

Timor multiplex.

psal. 118.

Conuersio dicitur commotio.

ratio dicitur. Nonne magna est commotio quam peccator commutat per penitentiam de vitiis ad virtutes, de odio ad gratiam, de filio peccationis ad filium Dei? Et de ista commotione quod fit ad Deum dicitur psalmus 79. Commouisti terram, & conturbasti eam, sana conturbaciones eius; quia commotio est. Commouet enim Deus terram quam ad penitentiam peccatores conuertit peccata remittendo. Sed sanatur conturbaciones eius quando penam peccatis debitam dimittit. Unde statim subdit causam, quare omnes Deum timere debent & sibi subici d.

488 **Quoniam ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.**

Quod merito omnes homines illi subiei debent timere. Quia ipse dixit, &c. quia sicut simplici voluntate sua omnia creauit de nihilo, ita potest omnia in nihilum redigere; merito igitur sibi subici debet & illi timere. Nihil enim per teipsum potes nisi quod Deus permittit. Cupiditate nocendi per te habere potes, potestatem autem nocendi si ille non dat habere non potes, quia non est potestas nisi a Deo. Cupiditas enim mala est, sed illa non est a Deo; sed illa nihil nocere potest, si ille non permittit a quo est omnis potestas. Unde Deus homo stans ante hominem ait. Non haberes aduersum me potestatem vllam, nisi tibi datum esset de super. Unde etiam ipse diabolus nec vnam ouiculam potuit Iob sancto tollere, nisi prius Deo diceret, mitte manum tuam, id est potestatem. Unde de hoc ipse Iob eruditus non ait. Dominus dedit, diabolus abstulit, sed ait. Dominus dedit, Dominus abstulit. Ex omnibus ergo predictis vult concludere psalmus, quod solus Deus est timendus a nobis, quia illa quae timentur non alius fecit sed ipse solus creauit d. *Quoniam ipse dixit & facta sunt, &c.* Ex istis enim verbis vult psalmus ostendere quod omnia circa Deum ab ipso sunt producta, nominans facta & creata.

Vbi nota quod inter factum & creatum magna differentia est sicut inter creare & facere. Quoniam creare est de nihilo aliquid producere. Facere vero est aliquid de praesentibus materia operari. Et ideo creare quia potentiam requirit infinitam Deus creaturam non communicauit, sed benefacere: unde creatura aliqua facit sed non creat. In vniuersitate enim entium aliqua sunt quae de nihilo fiunt, vt animae rationales quae secundum Aristoteli dantur de foris: aliqua autem fiunt ex praesente materia, vt corporalia: & omnia tam prima quam secunda producuntur a Deo, quae notatis pla. ait. *Quoniam ipse dixit & facta sunt.* quo ad omnia producta de materia: quo vero ad producta de nihilo subdit. *Ipsa mandauit, & creata sunt.* Sed statim vnus insurgit dubius, quia si tanta differentia est inter facere & creare, & inter factum & creatum, unde ergo tanta varietas est inter symbolum Niceni concilij quod cantatur in missa, quia in primo dicitur. Credo in Deum patrem omnipotentem creatorem caeli & terrae. In secundo autem dicitur, factorem caeli & terrae. Respondeo primo quod omnia ideo dici possunt creata, quia Deus a principio mundi ex nihilo produxit, quoniam ex istis productis postea alia fuerint facta. Et hoc attendentes Apostoli in suo Symbolo dixerunt, creatorem caeli & terrae. Sed quia postea insurrexit error Marcionis d. quod diabolus omnium istorum visibilium quae sunt, & non creatus est conditor ideo hunc errorem volens extirpare ecclesia, in concilio Niceno constituit Symbolum d. Credo in vnum Deum, &c. factorem omnium visibilium & invisibilium. Ex quo potes etiam notare quod facere est quoddam verbum commune ad ly producere ex aliquo & ex nihilo; quae

psal. 79.

Potes- tas Dei.

Potes- tas nisi a Deo.

Ioan. 19.

Facere quod est & quid creare.

philos. 16 de anima lib. 1.

psal. 149.

Quaestio.

Symbolu.

A dicit factorem omnium visibilium & invisibilium. Magister autem ponens differentiam praedictam inter facere & creare li. 2. di. 1. ibi accipit facere & creare strictissimo modo, sed hic accipitur largo modo. Li. 2. di. 1.

**Dominus dissipat consilia Gentium: 489**  
reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.

Hic consequenter ostendit quod Deus ab omnibus est laudandus & timendus: & hoc ratione suae veritatis quia oia prospicit. Non enim solum exteriora hominum facta prospicit, sed etiam interiora. Consilia & cogitationes. Et quas vult procedere permittit, & quas non vult procedere dissipat. Et hoc est quod dicitur. *Dominus dissipat consilia Gentium.* Gentium, quia eorum consilium erat ad idola colenda & predicanda, sicut modo est consilium fidelium ad cultum Dei ampliatum, & istud consilium Gentium dissipat Dominus, quia eorum idololatriam dissipauit. *Reprobat autem cogitationes populorum.* Iudaorum qui populus Dei dicebantur propter vnitatem in fide veri Dei, quorum cogitationes erant per Christi mortem dissipare Christi nomen & fidem. Et tamen oppositum euenit, quia per eius mortem & resurrectionem fuit nomen Christi adeo exaltatum super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, &c. *Et reprobat consilia principum.* id est demonum, qui mundi principes vocabantur, quia principabatur in mundo. Nunc principes huius mundi eiciuntur foras. Quorum consilium fuit finaliter Christi mortem impedire, ne de ipsorum potestate humanum genus libera retur, & ideo visiones immiserunt uxori Pilati vt viro suaderet vt non interficeret Christum, quorum consilium ad nihilum redactum fuit, vt deducit Greg. Sic & quotidianum consilium demonum contra nos quotidie dissipat Deus, dum illud quod de nobis suis consiliis intendunt auerit, vt ostendit Greg. d. Hoc indefinenter contra bonos consilium maligni spiritus inuenit, vt hi quos seruire Deo innocue in tranquillitate conspiciunt, vexati aduersitatibus ad voragine culpae rapiantur. Sed eorum consilij acumine destruitur, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne virtute poena trahatur: & per astutiam fortium humana infirmitas cadat, unde per Paulum dicitur. Fidelis autem Deus qui non patietur vos tetari supra illud quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere, &c. vt merito psalmus dicat. *Dominus dissipat consilia Gentium, &c.* Et hoc est quod dicitur Iob. 5. Consilium prauorum Deus dissipat. Sed consilium Dei nullus dissipare potest. Et hoc est quod subditur.

C **Consilium autem Domini in aeternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.**

Quoniam n. sententia Dei quandoque mutatur: quae stat in exterioribus signis, vt patet de Ezechia cui Dominus per prophetam dicit. Dispone domui tuae, quia morieris, &c. Ad cuius tamen orationem haec sententia fuit mutata, 4. Reg. 20. Consilium autem Dei & cogitationes quia intrinsecam Dei voluntatem important, nullatenus possunt mutari, vt ostendit Gregor. super illo verbo Iob. 3. Nemo potest auertere cogitationes eius d. Sicut enim Deus est immutabilis natura, ita immutabilis est cogitatione. Cogitatione quippe eius nullus auerit: quia nemo resistere occultis eius iudiciis praevalet. Nam & si fuerint quidam qui deprecationibus suis eius cogita-

490  
25. q. 1.  
1. 10.

Consilium Dei non mutatur. Sententia variari potest.

Greg. 16. mor. c. 18.

491  
24. q. 1.  
1. 10.

A **haereditatem sibi.**

Hic consequenter psalmus ostendit diuinam laudis praemium. Et duo facit: quia ostendit primo laudis diuinam praemium: secundo laudis diuinam principium: ibi. *De caelo respexit.* Vbi sciendum, quod beatitudo est duplex, scilicet spei & rei. Spei habetur in vita ista per virtutes & gratiam, & in ipsa continuè proficiunt iustific enim dicitur Mat. 5. Beati pauperes. Beati misericordes. Beati qui lugent, &c. Sed beatitudo rei solum habetur in patria quo ad primam stolam ante resurrectionem, sed quo ad ambas stolas erit completa post resurrectionem. Unde per beatitudinem spei peruenitur ad beatitudinem rei. Et de vtraque potest iste versus intelligi. *Beata Gens, &c.* Item notandum, quod talis beatitudo promeretur per diuinum cultum, quo Deus laudatur & colitur, quia sine fide impossibile est placere Deo. Perfecta beatitudo, scilicet, rei principaliter consistit in tribus, scilicet. In clara diuinitatis visione. In grata charitatis vnione. In firma bonitatis intentione. Primo enim ibi est clara diuinitatis visio. In praesenti enim vita diuina essentia clarè videri non potest, sed solum per speculum in aenigmatibus. Sed a beatis in patria clarè videtur, & facialiter. Quoniam, vt ait Bernardus tripliciter in aeterna illa & vita beata beati fruuntur Deo, scilicet, videntes eum in omnibus creaturis, habentes eum in semetipsis, & quod ineffabiliter iucundius est, atque beatus ipsam cognoscentes in semetipsa trinitate & gloriam, illam sine vllò aenigmate mundo cordis oculo contemplantes. Et istam beatitudinis conditionem notans saluator ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et Ioan. 17. Haec est vita aeterna, vt cognoscant te solum verum, &c. Secundo ibi est grata charitatis vnio, quoniam enim ibi cessat fides per claram visionem, quoniam spes cessat per desiderati adeptionem, charitas tamen ibi non cessat, sed perficitur per summam dilectionem. Quoniam secundum Augustinum in libro de perfecta iustitia hominis: praecipuum dilectionis quo iubemur Deum diligere ex toto corde, & ex omnibus viribus, & proximum nostrum, sicut nosmetipsos: licet in via ex toto non possit impleri, perfecte tamen implebitur in caelesti beatitudine, quia ibi charitas non cessat, sed perficitur. Sic igitur in caelesti beatitudine erit perfecta charitas, vt quilibet plus Deum quam se diligit, proximum quantum se, & plus quilibet gaudebit de beatitudine Dei, quam de sua: & tantum cuiuslibet Angeli vel beati hominis felicitate, quantum si illam in seipso haberet: vt deducit Anselmus in Prologo. Et istam conditionem beatitudinis Tobias notabat, d. Beati omnes qui diligunt te, & gaudent super pacem tuam. Tertio ibi erit firma bonitatis tentio. Ad hoc enim quod quis sit beatus exigitur, quod habeat securitatem suae felicitatis, aliter enim semper timeret ab illa cadere, quod sine displicentia & poena non posset, quae non sunt cum beatitudine, quia beatus est qui habet quicquid vult, &c. Et ideo dicit Augustinus. In illa aeterna beatitudine quicquid amabitur aderit, nec desiderabitur quod non aderit. Omne quod ibi erit bonum erit: & summus Deus summum bonum erit: & quod omnino beatissimum est ita fore semper certum erit. Et ideo quae sic desiderium adimpletum erit in patria psalmus d. Beatus vir qui adimplebit desiderium suum: quod etiam nunc notat. d. Beata Gens cuius est dominus Deus eius, &c. Et in isto versiculo nota, quae

Consilio Dei eius mali fructu multatur. Vultate Do mali seruatur.

Cogitatio nes iuda rum.

phil. 2.

Ioan. 12.

Greg. 33. mor.

Greg. 9. 1. mor. 34.

Consilium demonum tentatio.

1. Cor. 10.

Iob. 5.

490  
25. q. 1.  
1. 10.

Greg. 16. mor. c. 18.

491  
24. q. 1.  
1. 10.

Hebr. 12. Beatitudo consistit in tribus.

Visio diuinitatis.

Mat. 15.

Ioan. 17.

Dilectio charitatis.

Anselm. 2. Tob. 13. Securitas felicitatis.

Aug. 2. n. de ci. Dei.



**Deus possidetur à beatis, & beati possidetur à Deo.** A  
 Et ita Deus est possessor & possessio. Possessio, quia ex eo viuunt beati, & ideo dicit: Beata gens cuius est dominus Deus eius. Possessor est, quia beatos gubernat & regit, quos in suam hereditatem elegit. Et quantum ad hoc dicit: *Populus quem elegit in hereditatem sibi.* Et sic Deus est hereditas beatorum. Et sic quilibet beatus dicit illud Psalm. 15. Dominus pars hereditatis meae, &c. Et beati sunt hereditas Dei, quia tanquam filios ipsos heredes elegit. Gal. 4. Quod si filij & heredes, heredes quidem Dei, &c.

**De cælo respexit dominus, & vidit omnes filios hominum.**  
 Hic ostendit consequenter quid sit huius beatitudinis fundamentale principium. Et duo facit. Quia ostendit primo huius beatitudinis principium: secundo hoc declarat per exemplum: ibi. *Non saluabitur.* Quantum ad primū sciendum, quod aliqui indagare volentes, quæ est principalis causa, quare Deus aliquos beatificat in patria aliquibus dimissis, diuersimodè senserunt. Quoniam aliqui dixerunt quod opera in charitate & ex charitate facta sunt huius principalis causa. Sed contra, quia electio Dei, qua nos elegit, fuit ante mundi constitutionē, & sic opera nostra, quæ nondum fuerāt, nō fuerūt cause nostre electionis. Et hoc ostendit Apostolus de Jacob & Esau, dic. Cum nondū nati essent, aut aliqui boni vel mali egressent, dictum est: Jacob dilexi: Esau autē odio habui. Alij dixerūt, quod non ipsa opera, sed præiudicio operam est causa predestinationis, sic quod Deus Jacob predestinavit ad vitam, quia præiudicium ab æterno, quia Jacob bene vteretur libero arbitrio, & crederet in eum. Sed contra hoc est August. in libro de predestinatione sanctorū, ait: Non quia futuros tales nos esse præsciuit, ideo nos elegit, sed ut essemus tales per ipsam electionē gratiæ suæ, qua nos gratificauit. Et hoc est quod Apostolus ait: Misericordiam consequutus sum, ut fidelis essem: non ait, quia fidelis eram. Ex quibus apparet quod principalis causa, quare quis à Deo beatificatur est æterna Dei predestinatio, siue electio ad vitam. Et hoc est quod hic dicit Psalm. *De cælo respexit dominus, & vidit omnes filios hominum.* scilicet, ex se in naturalibus esse æquales. Sed supple ex sua gratia speciali aliquos elegit ad participationē beatitudinis, quæ ex naturalibus nullus assequi potest. Et nota, quod hic cælum accipitur pro occultis eius sapientia, in qua omnia celantur. Et hoc idem sub alijs verbis repetit ad maiorem expressionem, d.

**De preparato habitaculo suo respexit super omnes, qui habitant terram.**  
 Quid enim est respicere Dei, nisi nos ad suam gratiam eligere, vel vocare? Sic enim quādo Petrus post negationem vocauit ad gratiam ipsū respexisse dicitur. Conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Iesu, &c. Et egressus foras fleuit amare. Quid est ergo de preparato habitaculo suo, id est, de cælo respexit super omnes qui habitant terram, nisi elegit ad gratiam & gloriam, quos voluit ex his, qui habitant terram? vnde glo. ait: Respexit super omnes, &c. id est, misericorditer vidit. Vnde & hoc expressis declarans subdit.

**Qui finxit sigillatim corda eorum, 494.**  
 qui intelligit omnia opera eorum.  
 Per corda enim accipe animas, quas Deus sigillatim creat & producit. Vbi sciendum quod circa productionē animæ rationalis aliquæ fuerunt opiniones: vt ostēdit Magister, d. Quemadmodum mulieris corpus de viri corpore traductum fuit, ita putauerunt aliqui ipsius mulieris animā de viri anima propagatam, & omnes animas præter primam de traduce esse, sicut & corpora. Alij autem putauerunt omnes animas simul ab initio esse creatas: sed istæ opiniones sunt falsæ: vnde subdit: Catholica autem ecclesia, nec simul, nec ex traduce factas animas docet, sed in corporibus per coitum seminat, atque format, infundi ac infundendo creati. Vnde in ecclesiasticis dogmatibus animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatas (sicut hi fingunt) docet August. d. Neque cum corporibus per coitum seminari, sicut quidam Latinorum præsumptores affirmant: sed dicimus corpus tantum per copulam seminari. Creationem vero animæ solum Deum creatorem nosse eiusque iudicio corpus coagulari in vulua & compingi, atque formari. Ac formato iam corpore animam creati & infundi, ut viuat in vitro homo ex anima, &c. Et huius dicti veritas ex isto textu habetur, d. *Qui finxit id est, creauit sigillatim corda eorum.* Hic enim satis innuit propheta, quod non animam de anima facit Deus, sed sigillatim animas de nihilo creat. Quamuis enim omnes animæ sint eiusdem speciei, distinguuntur tamen individualiter & variantur in operationibus coniunctæ corporibus, quia aliquæ bene operantur & aliquæ male, quæ omnia Deo sunt manifesta: & ideo subdit. *Qui intellexit omnia opera eorum.* Ex hoc vult habere, quod omnes animæ in creatione sunt æquales in suis naturalibus, quia omnes sigillatim creatur à Deo. Sed quod aliquæ declinant postea ad bonū, hoc est singulari gratia diuinæ electionis, vtpote, quia Deus elegit ab æterno istam animam, & non illam.

**Non saluatur rex per multam virtutem, & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.**  
 Hic consequenter probat per exemplū, quod diuina electio, siue prouidentia est primū principium beatitudinis nostræ. Et ponit exemplum primo in reprobis: secundo in electis: ibi. *Ecce oculi domini.* Vnde in prima parte Psalm. talem facit rationē. Nullus homo virtute propria, & naturali potest saluari temporaliter: igitur multo fortius, nec potest virtute propria beatificari æternaliter cum incomparabiliter secundum sit maius primo. Antecedens autem probatur multipliciter. Primo de Seon rege, qui cum maximo exercitu egressus est obuiam filiis Israel, ut eos debellaret, qui virtute sui exercitus non solum victoriā non obtinuit, sed seipsum, nec populū saluare potuit. sed ante filios Israel cum populo suo corruit: vt habetur, Num. 21. Et quantum ad hoc dicit: *Non saluatur rex per multam virtutem.* Secundum exemplum est de Og rege Basan, qui solus remanserat de stirpe gigantium: vt habetur Deuter. 3. Hic venit cum omni populo suo & tota virtute sua, ut expugnaret filios Israel. Et dixit dominus ad Moysen: Ne timeas illum, quia in manu tua tradidi illum: percusserunt igitur & hūc cum

**496. Fallax equus ad salutem, in abundantia autem virtutis suæ non saluabitur.**  
 Hic ponitur tertium exemplum de Pharaone, qui confidens in multitudine equorū suorum, persequutus est filios Israel, & tamen seipsum, ac populum suum temporaliter saluare non potuit: sed vt habetur, Exod. 14. Ingressus est Pharaon cum curribus & equitibus eius in mare, & reduxit super eos aquas maris dominus. Si ergo vt prædictis patet exemplis nullus dignitate regali, non exercitus multitudine, non virtute corporis, non virtute equorum se temporaliter saluare potest, ergo multo minus æternaliter beatificare. Ex quo relinquatur propositum, quod sola Dei gratia, & electio est primum principium felicitatis æternæ.

**Ecce oculi domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius.**  
 Hic consequenter ponit exemplum de bonis, ostendens, quod omnis nostra salus à Deo procedit. Et duo facit: Quia primo ostendit causam nostræ salutis esse Dei misericordiam. Secundo ex hoc exemplo suo omnes allicit ad Dei reuerentiam: ibi. *Anima nostra.* Quantum ad primū sciendū, quod quāquam Deus oculos corporales nō habeat, mysticè tamen habere dicitur oculos quibus suos electos respicit. Et isti sunt duo, scilicet, oculus iustitiæ quo respicit peccantes ipsos puniendo temporaliter. Alius est oculus misericordiæ, quo respicit iustos ipsos à peccatis præseruando spiritualiter. Secundum enim Gregor. Deus oculos clausos tenet, quando peccata hic non punit: sed ipsos aperit quando punit. Sic enim habuit oculos suos super Dauid, quando peccatum eius purgavit per persecutionem filij sui Absalon, propter quod ipse Dauid Deo dicebat. Imperfectum meū viderunt oculi tui, scilicet, ipsum puniendo. Oculos autem misericordiæ aperuit super eum, ipsum ad gratiam suam reducēdo. Oculi eius ad sanctum Israel. Sicut enim volens aliquam rem diligenter custodire super illam firmat oculos suos, sic & dominus oculos suos firmat super iustos. Oculi domini super iustos, aures autem eius in preces eorum. Et si aliquādo permittat iustos hic temporaliter pati, totum tamē est ad utilitatem ipsorum, vt scilicet per patientiam meritum habeant præmiū maius. Et hoc est quod subdit. Et in eis qui sperant super misericordia eius, non in viribus suis, non in meritis suis, sed super misericordia eius. Et ad quid oculi domini sunt super metuentes eum, ostendit cum subdit.

**Ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.**  
 Quasi dicat: Et si in præsentī tribulamur, in futuro tamē lætabitur cor nostrū in Deo. Secundum enim mensuram tribulationis & patientiæ in futuro datur mensura consolationis & lætitiæ. Psalm. Secundum multitudinē dolorū meorū in corde meo consolationes tuæ lætificauerūt animā meā. Et quia ista consolatio procedit ex spe retributionis: ideo subdit. *Et in nomine sancti eius sperauimus.* Vbi ly, & stat pro quia, quasi dicat: Quare in eo lætabitur cor nostrum; ratio est: quia sperauimus in nomine sancto eius. Consequenter concludit Psalm. diuinam misericordiam postulando, d.

**Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodū sperauimus in te.**  
 Quasi dicat: Per misericordiā tuā impleatur in nobis quod dictū est: scilicet, vt lætemur in te. Et hoc nō petimus

gratis, vbi fames est & virtutum penuria & abundantia mali. Sic enim dicit dominus. Serui mei comedent, & vos esurietis, &c. Sed quia dominus quandoque sperantes in se liberat nō solū à morte æterna, sed etiam à temporalī. Ideo hoc totum de præsentī vita potest exponi: vt eruat à morte animas eorum, vbi per animam accipe vitam corporale. Istud enim specialiter de Helia potest exponi, quem dominus eruit de manu Iezabelis, volentis eum occidere. Et consimiliter fuit de Prophetis, quos à persecutione Iezabelis Abdias in spelunca occultauit. Et alat eos in fame, hoc realiter fuit de Helia, quem dominus tempore famis, quando scilicet non pluit super terram annis tribus & mensibus sex, dominus pavit coruorum ministerio. Quoniam, vt dicitur, 3. Reg. 17. corui deferebant ei panem & carnes mane, similiter & panem & carnes vesperi. Et consequenter miraculosè pavit eum longo tempore apud mulierem viduam Sareptanam ex modica farina, quantum pugillus capere potest, vt ibidem habetur: De Helia ergo, & prædictis prophetis quos Abdias tempore famis pavit pane & aqua in spelunca, di. Psalm. *Ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.* id est, tempore famis.

**Anima nostra sustinet dominū, quoniam adiutor & protector noster est.**  
 Hic consequenter omnes hortatur exemplo suo ad Dei reuerentiam, quasi dicat, si enim, vt ex prædictis patet, principalis causa nostræ salutis nō sunt opera vel merita nostra, sed sola Dei voluntas & misericordia, ideo merito patienter debemus Deum sustinere, id est, super omnia tenere etiā dum patimur aduersa. Quod se facere cōstitetur. d. *Anima nostra sustinet dominum.* id est, patienter eius misericordiam expectat. Et hoc facile est. Quoniam adiutor & protector noster est: adiutor in tribulationibus. Psalm. 45. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, &c. Protector autem, quia spiritualibus gratis nos desuper regit. Protector meus cornu salutis meæ & susceptor meus. Et de ista Dei protectione, ait Greg. Per Psalmistā dicitur, Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Scuto bonæ voluntatis nos dominus coronare perhibetur, quia quos protegens adiuuat, remunerans coronat. Et quare patienter hic debemus expectare dominum: est ratio, quia per patientiā hic habitā in aduersitatibus ad lætitiā pueniemus æternā. Et hoc est quod subditur.

**Quia in eo lætabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperauimus.**  
 Quasi dicat: Et si in præsentī tribulamur, in futuro tamē lætabitur cor nostrū in Deo. Secundum enim mensuram tribulationis & patientiæ in futuro datur mensura consolationis & lætitiæ. Psalm. Secundum multitudinē dolorū meorū in corde meo consolationes tuæ lætificauerūt animā meā. Et quia ista consolatio procedit ex spe retributionis: ideo subdit. *Et in nomine sancti eius sperauimus.* Vbi ly, & stat pro quia, quasi dicat: Quare in eo lætabitur cor nostrum; ratio est: quia sperauimus in nomine sancto eius. Consequenter concludit Psalm. diuinam misericordiam postulando, d.

**Fiat misericordia tua domine super nos, quemadmodū sperauimus in te.**  
 Quasi dicat: Per misericordiā tuā impleatur in nobis quod dictū est: scilicet, vt lætemur in te. Et hoc nō petimus

Psalm. 15.  
Gal. 4.  
492.  
Beatitudinis que sit causa.  
Rom. 9.  
Augustin.  
3. Cor. 7.  
495.  
Respicere Deo.  
Psalm. 26.  
498.

Num. 21.  
1. Reg. 17.  
496.  
23. q. 1. uolli.  
Pharaon.  
Eod. 14.  
467.  
14. q. 2. gloria epi. Iosep.  
Oculus Dei duplex, scilicet, scilicet, misericordiæ & iustitiæ.  
Grego. li. 11. moral. 20.  
Psalm. 138.  
Esaia. 17.  
Psalm. 33.  
498.  
Liberat dominus iustos.

A  
A  
B  
C  
D  
E  
F

499.  
69.1. qui. site.  
adiutor noster.  
Psalm. 45.  
Psalm. 17.  
Grego. 3. moral. c. 29.  
Lætitiā tribulationem.  
Psalm. 93.  
500.  
501.

spes  
Ereg. 10.  
mor. 2. r.  
Secunda  
secunda  
q. 17. ar.  
4.

petimus meritis nostris, sed de gratia tua: ideo subdit. *Quemadmodum sperauimus in te.* Spes enim est certa expectatio futurae beatitudinis ex gratia Dei, & meritis proueniens. Et hæc spes tãto amplius crescit in iustis, quanto magis patiuntur aduersa. Quoniam, ut ait Greg. Bonorum mens quod duriora patienter tolerat, eo æternitatis premia certius sperat. Hic oritur dubium: utrum licet quis possit sperare in homine? Vide secundã secundã. quæst. 17. artic. 4.

PSAL. XXXIII.

502.  
15. quæst.  
1. reuerenti.  
mihi.

**B**enedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo:

1. Reg. 21.

Iste Psal. ralem habet titulum. *Psalmus David, cum mutauit vultum suum, coram Abimelech, & dimisit eum & abiit.* Titulus iste sumptus est de historia quæ habetur, 1. Reg. 21. quod cum Dauid fugeret Saul persecutorem suum cõtulit se ad Achis regem Geth, scilicet, cuiusdam Gentis Philistinorum vicinæ regno Iudæorum. Et ibi latitabat, vt persecutionem Saulis euitaret. Fuit autem cognitus ab aliquibus de regno illo, à quibus suggestum est regi Geth, qd illi apud se haberet: qui gloriosus esset & magnus in regno Iudæorum: dicentes, Iste est Dauid, cui choram fecerunt mulieres Israelitæ dicentes. Saul percussit mille, & Dauid decem millia. Nunquid nõ est iste Dauid rex terræ? Quibus auditis Dauid timuit regem Achis. Cum enim propter hanc gloriam inuidere ei cõpisset Saul, & ipsum persequi, valde etiam cõpfit timere ne ille rex Achis, ad quẽ cõfugerat, similiter inuidia motus ipsum persequeretur ad mortem. Videns autem Dauid se in tali periculo positum, simulauit se stultum, mutauit vultum suum coram ipsis ad modum fatui, & saluæ decurrebant per barbam eius: quẽ cõ vidisset rex Achis, ait seruis suis. Vidistis hominem insanũ, quare adduxistis eum ad me? An defuit nobis furiosus: quia introduxistis istum vt sureretur me præsentem? Dimitte illum hinc, ne ingredietur domum meã. Et sic tanquam fatuum dimisit illum, & Dauid recessit. Ista historia dicitur rãcordat titulo, nec in aliquo discordat, nisi in hoc qd ille rex Geth, secundũ textum vocabatur Achis, & in titulo vocatur Abimelech. Et ideo sciendũ, qd ille rex Geth duo habebat nomina, vnum erat nomẽ cõmune regni, quo omnes reges illius regni vocabantur, & aliud erat nomen propriũ personale. Sicut reges Romani nomine regni vocantur imperatores, vel Cæsares, sed nomine personali dicuntur Iulius, Octavianus, Nero, &c. Sic & ille rex Geth ad quem Dauid cõfugerat, vocabatur Achis nomine proprio, sed nomine regni vocabatur Abimelech. Ad propositũ ergo, quãdo Dauid per istum modum de manu Achis regis, & seruorũ suorũ se vidit liberatũ, gratias agens Deo fecit hũc Psal. Et sic apparet titulus, & causã Psalmi. Primo igitur exponenda est literã iuxta historiam: & consequenter inducendus est sensus Psalmistæ. Et sic iste psal. diuiditur in duas partes. Quia Dauid primo de sua liberatione Deo gratias agit: secundo ceteros ad bonũ faciendũ inducit: ibi. *Accedite.* Prima in duas, quia à Dauid primo ponitur gratiarum actio: secundo & ad hoc aliorum inuitatio: ibi. *Magnificat, &c.* Dic vt N. Quantum vero ad intellectũ Psal. sciendum, quod Dauid Christum significat: mutatio vero vultus significat mutationem veteris

Simila-  
no licet.

Benedi-  
cere.

Benedi-  
mus Deũ  
multipli-  
citer.

A sacrificij nouum. Vetus enim sacrificium vultus eõ dicebatur, quia fiebat in rebus apertis & manifestis, sed in nouo sacrificio mutauit Dauid, id est, Christus vultũ suũ ne cognosceretur, quia corpus suum & sanguinẽ, sub velamento panis & vini nobis tribuit. Sed quid per Abimelech significatur? interpretatur enim Abimelech patris mei regnum, & significat Iudæos qui erant regnum patris Christi, scilicet, Dauid: iuxta illud Lucæ 1. Dabit illi dominus Deus regnum Dauid patris sui. Coram ergo Abimelech, id est coram Iudæis Dauid, id est, Christus mutauit vultũ suũ, quãdo in cœna terminans sacrificiũ vetus, sacrificium nouũ, scilicet sui corporis, & sanguinis instituit sub velamento panis & vini. Et attẽde, qd in tali mutatione vultus Christus apparuit stultus coram Achis, quia in sua passione quãdo nouũ sacramentũ instituit, à Iudæis stultus fuit reputatus, similiter & à Gethibus. Nos predicamus Christum crucifixũ, Iudæis quidẽ scandalum, Gethibus autẽ stultitiã: & infra: verbũ quidẽ crucis pereuntibus quidẽ stultitiã est. Sed quid ex hoc accidit? Nam quia populus Iudæicus per Achis figuratus, Christũ in passione & mutatione vultus stultũ reputauit: ideo Christus dimisit eũ: scilicet, & abiit ad Gentes: & sic apparet sensus tituli quo ad intellectũ Psal. Intẽtio autem Psal. est mouere nos ad nouum sacrificiũ accedere mẽte, veteri dimisso. Et secundum istam intentionẽ Psal. iste habet quatuor partes. Quia primo de tãto sacrificio Deo gratias agit in principio. Secũdo ad tanti sacrificij cõmunione fideles inducit: ibi. *Accedit ad eum.* Tertio à quibus malis comunicãdus abstinere debe, tollẽdit: ibi. *Venite filij.* Quarto bonorum præmia & pœnas malorum describit: ibi. *Oculi domini.* Prima in duas, quia primo Christus patrẽ benedicit: secundo modũ huius benedictionis ostẽdit: ibi. *In domino.* Primo igitur dicit Christũ nos instrũs: *benedicam dominũ in omni tempore.* id est, laudabo Deũ corde, ore & opere, & hoc in omni tempore. Non enim per omne tẽpus hic notatur cõtinuatio omnis temporis, quia mortalis homo actũ virtuosum semper cõtinuare non potest, etsi habitam semper cõseruare possit virtutẽ. oportet enim qd actus laudis, vel alterius virtutis aliquando interumpatur saltem tẽpore dormitionis. Sed per omne tempus accipit duo generã temporũ in quibus omne tempus diuiditur: scilicet tempus aduersitatis, & tẽpus prosperitatis, in quorũ quolibet laudandus est Deus. Et cõsimiliter intelligitur quod sequitur. *Semper laus eius in ore meo.* id est, in tempore aduersitatis & prosperitatis. Et attendite qd ecclesia istũ versiculũ cantat in officio temporalis hora sexta, quia illa hora passus est Christus, & sol magis feruet, quia Christi passio ex feruore charitatis prodiens, & in sacramento Eucharistiæ memorata nobis maxima est causã landandi & benedicendi dominum. Ad videndum autem qualiter exemplo Christi nos Deum benedicere debemus, est notandum quod exemplo Christi dominũ multipliciter debemus benedicere, scilicet: benedicere per debitã mandatorũ eius obseruantiam. benedicere per solidã in aduersis mentis patientiam. benedicere per validam in credendis fide adherentiam. benedicere per integram ex beneficiis dando gratiam. benedicere per inelictam nostri cordis reuerentiam. benedicere per fertidã proximis factã amicitiam.

Lucæ 1.

1. Cor. 1.

Benedi-  
cere.

Benedi-  
mus Deũ  
multipli-  
citer.

Præcepto  
rum ob-  
seruatio.  
Psal. 71.  
Psal. 102.  
Thob. 13.  
Dan. 3.  
Psal. 101.  
aduerso-  
rum pa-  
tientia.  
Thob. 13.  
Job 1.  
Grego. 2.  
mor. 3. r.  
In Job 7.  
2. Cor. 1.  
Fides cre-  
dendã.  
Psal. 15.  
Psal. 66.  
1. Petr. 1.  
Mat. 21.  
Eccle. 45.  
Gratiarũ  
actio be-  
nigniorũ.

amicitiam. Primum patet, quoniam mandatorum Dei plena obseruatio manifestum est signũ qd factis & operibus Deũ bonũ dicimus, quod est ipsum benedicere. Vnde qd faciendo Dei præcepta Deum benedicimus ostendit Psal. d. Benedictum nomẽ maiestatis eius in æternũ. Et quomodo subdit, ad populum. d. fiat fiat. Dupliciter enim hoc verbũ fiat, ad ostendẽdum qd illa dupliciter debemus obseruare: scilicet corde & opere. Vel qd illa obseruatio se extendere debet ad omnia mãdata, tam affirmatiua, quã negatiua. Et quia Dei præcepta maxime à beatis obseruantur in patria, hinc est qd beati summẽ benedicunt dominũ, scilicet Angeli. benedicite dominũ omnes Angeli eius potentes virtutes: sequitur, facientes verbũ eius. Sic etiã & animã beatorũ benedicunt dominum. Benedictus dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum, & dicit omnis populus fiat fiat: quod ad literã exponitur de populo beatorum. Sic & suo modo omnis creaturã quantumcũque insensibilis, benedicit dominum, dum cõseruat præceptũ Dei suæ naturæ inditũ. Sic sol illuminando diem, benedicit dominũ, luna illuminando noctem, terra producendo fructum, &c. benedicite sol & luna domino, benedicat terra dominũ. benedicite domino omnia opera eius. Secũdum patet, quoniã patienter aduersã à Deo inflicta portare est ipsum piũ correctorẽ cõsiteri, & de ipso bonum dicere. Sic Thobias in aduersis docebat Deum benedicere. d. Hierusalem ciuitas Dei castigauit te dominus in operibus manũ tuarum, cõsitere domino, & benedic dominũ saculorũ. Sic & Job in flagellis d. Dominus dedit, dominus abstulit, &c. sit nomen domini benedictũ. Sic & Christus in flagellis patẽ benedicebat, nos hoc facere docens: vt ostendit Greg. d. Christus cũ appropinquaret passioni, accepto pane gratias egit & benedixit: gratias itaque egit & benedixit, qui flagella alienæ iniquitatis suscepit. Et qui nihil dignũ percussione habuit, humiliter percussus benedixit. Vt hinc scilicet ostẽdat, quid vnusquisque nostrum in flagello propriæ culpæ facere debeat: si ipse aequanimiter flagella portat culpæ alienæ. Vt hinc ostendat, quid in correctione faciat subditus, si in flagello positus patrem benedicit, & patri gratias filius agit æqualis. Vnde etiã in captiuitate quæ aduersitatum videret maxima, quilibet Deum benedicere debet. Captiui benedicamus dominũ, dicẽtes illud. 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui cõsolatur nos in omni tribulatione nostra. Tertium patet, quoniã per fidẽ Deo adherere est ipsum verũ Deum credere, & per cõsequens de ipso bonum dicere. Vnde habentes intellectum fide illustratũ, benedicunt Deum. d. benedicam dominũ, qui tribuit mihi intellectũ. Et sic per fidẽ benedicentes dominũ, cõfitemur multa: scilicet maiestatis eius vnitatem. Psal. Benedictum nomen maiestatis eius in æternũ. Confitemur personarum trinitatem. d. Benedicat nos Deus noster, benedicat nos Deus. t in speciali confitemur personam patris. Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, &c. Confitemur personam filij. d. Benedictus qui venit in nomine domini: Osanna filio Dauid. Confitemur personam spiritus sancti. Vide arcum & benedic qui fecit illum. Arcus enim dicitur filius Dei incarnatus, cuius incarnatio singulariter attribuitur spiritui sancto, & sic benedicere qui fecit illum, est benedicere spiritum sanctũ. Quartum patet, quoniam cognoscere Dei benefi-

cia, & sibi gratias agere, est de Deo bonum dicere. Et sic pro multis beneficiis dominum tenemur benedicere: scilicet, Primo pro beneficio creationis, quia nos de nihilo creauit mirabiliter. Benedictus dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Secundo pro beneficio redemptionis. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Tertio pro beneficio conseruationis, quia creatos in vita conseruat. Nos qui viuimus benedicimus domino. Quarto pro beneficio educationis, quia nos creatos sua gratia reficit & satiat. Deuteron. 8. Cum comederis & satiarus fueris, benedicas domino Deo tuo. Vnde & semper in gratiarum actione post mensam, dicitur iste versiculũ. *Benedicam dominum, &c.* Quinto pro beneficio expectationis, quia peccantes expectat ad penitentiam Job 29. Benedictio perituri veniebat super me. Sexto pro beneficio roborationis, quia nos contra dæmones fortificat & docet pugnare. Psal. Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, &c. Septimo pro beneficio retributionis, quia æterna præmia nobis præparat. Psal. benedicentes ei hereditabunt terram. Vnde & generaliter pro omnibus beneficiis Deum benedicere debemus: vnde Eccle. 32. Super his omnibus benedictio dominum, qui fecit te, & inebriauit te ab omnibus bonis suis. Quintum patet, quia laudare aliquem est de ipso bonũ dicere. Et ideo secundum quod diuersis modis Deum laudamus, diuersis etiam modis ipsum benedicimus. Vnde benedicimus Deum voluntate. Omni tempore benedic dominum, & pete ab eo, &c. Corde, benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt, &c. Opere, In ecclesiis benedicite Deo domino, scilicet, per bona exempla. Ideo benedicite dominum omnes serui domini, qui statis in domo domini, &c. Ideo benedicentes dominum exaltate eum quantum potestis, maior est enim omni laude. Sextum patet quoniam proximum debite diligere est de Deo bonum dicere, qui hoc præcepit. Vnde & ipsa proximorum amicitia & ad ipsos miseratio, quædam benedictio dicitur: vnde de misericordibus dicit Apostolus: Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. benedicite filij hominum domino, laudate & superexaltate eum in secula. Quæ omnia exemplo Christi quilibet nostrum considerans, cum Christo debet dicere. *Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo.*

Psal. 71.

Lucæ 1.

Psal. 113.

Psal. 134.

Eccle. 32.

Laudare  
Deum.

Thob. 4.

Psal. 102

Eccle. 43

Proximi  
dilectio

2. Cor. 9.

Dan. 3.

In domino laudabitur anima mea, & audiant mansueti & lætentur.

Hic consequenter ostendit modum quo Deus benedicatur, qui est non propriam gloriam quære- re, sed Dei, non laudem propriam, sed Dei. Sicut enim bonus filius de bona fama, vel laude patris gloriatur, & propriam laudem si quam habeat patri refert, sic & Christus: vnde dicit. *In domino laudabitur anima mea.* quia ipse non propriam laudem, sed patris quærebat. Vnde dicit: Ego gloriam meam non quero. Si ego glorifico meipsum gloria mea nihil est. Si ergo quæras, quid est gloriari in Deo vel laudari: audi Origenem super Ioannem di. Nullus enim laudãs, vel honorãs quicquam ex his, quæ non laudantur, vel honorantur à Deo, honorat Deum, nec laudatur in domino. Qui ergo

Ioan. 8.

Origenes.

Quaestio. An gloria de operibus suis quis licet querere possit. Laudari. Greg. 22. mor. c. 9.

ergo laudat peccatorem diuitias, vel mundi honores, in domino non laudatur. Sed di. nuquid quadoque licet de bonis operibus laudem querere? Respondeo quod no, vt ibi finis laudis ponatur. Sed bene, vt laus ad Deum, vel ad vtilitatem animarum referatur. Vnde aliud est de propria laude latari, aliud de fructu laudis: vt ostendit Greg. d. Quisquis enim de fama sua laudis letatur, auctori se praefert, cuius dono, vt bene operetur percipit, & tamen in eius munere de gratia sua laudis hilarescit. Despecto enim honore, conditoris semetipsum plus amare conuincitur; cuius praeconiis letatur. Quamuis nonnunquam & sancti viri de bona sua opinione gaudent, sed cu per hac proficere audientes pensant, nec iam de opinione sua, sed de proximorum gaudet vtilitate: quia aliud est fauores querere, & aliud profectibus exultare. Quia in re necesse est, vt cum audientium vtilitati non proficit, mentem nostram fama laudis non eleuet, sed fatiget. Cum enim humanae linguae attestatio laudamur occulta pulsatione requirimus, quid de nobis ipsis sentiamus; vt in hoc humiles permaneamus? Superba etenim mens etiam cum de se falsa bona dicuntur exultat; quia non apud Deum qualiter viuat; sed apud homines qualiter innotescat excogitat. Iudicium enim omnipotentis Dei despiciens, & solummodo hominum querens inter auditas laudes attollitur, & quia hoc solum quaesierat de braui operis letatur. At contra si cor veraciter humile est, bona quae de se audit; aut minime recognoscit, & quasi falsa dicantur metuit. Aut si ea adesse sibi veraciter scit, eo ipso formidat ne ab aeterna retributione sint perditae, quae hic considerat hominibus diuulgata, pauetque vehementer ne spes futuri muneris in mercedem permutetur transitorij fauoris. Quia ex re agitur, vt electorum animus, magno laudum suarum igne crucietur, &c. Ex quibus concluditur quod solum domino laudari debemus non in nobis, vt Dei laudes; non nostras queramus. Stultum est enim rem magni pretij pro transitoria laude permutare: vnde Greg. d. Magna quippe est vecordia, laboriosa agere: & aure laudis inhiare, forti opere praecceptis caelestibus inferuire, sed terrenae retributionis praemium querere. Vt enim ita dixerim, qui pro virtute qua agit humanum fauorem desiderat, rem magni meriti vili pretio venale portat, vnde caeli regnum mereri potuit, inde nummum transitoriae laudis quatit. Vili ergo pretio opus vendit, qui magna impendit, sed minima recipit. Quod contra ait Christus. In domino laudabitur anima mea. Quia ergo omnis in seipso laudari cupiens ipso facto superbus conuincitur: consequens est vt solum humiles in domino laudentur. Et hoc est quod subdit. Audiant mansueti & latentur. Hoc referre poterat ad Apostolos & successores ipsorum in fide; de quibus dicitur Psal. Mansueti autem haereditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis, scilicet aeternae, & non laudis transitoriae.

Greg. 8. mor. c. 8

Psal. 35.

303. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.

Hic suo exemplo Christus alios ad Dei laudem inducit. Magnum enim componitur cum facio facere, & dicitur magnifico, cas; quod est magnum facere aliquid, exaltare & collaudare. Sic ergo dominum magnificat, qui ipsum exaltat & laudat, vt magnum illum esse ostendat. Sic & beata Maria dicebat: Magnificat anima mea dominum. Ad quod declarandum ibidem Origenes mouet quaestione d.

Magnificare Deum

A Si autem dominus, nec augmentum, nec detrimentum recipere potest, quid est quod ait Maria. Magnificat anima mea dominum? Et respondet, sed si considero dominum saluatore imaginem esse inuisibilis Dei, & animam meam factam ad imaginem eius, vt sit imago imaginis, tunc videbo quoniam in exemplo eorum, qui solent imagines pingere. Quando magnificauero animam meam opere, cogitatione, sermone, tunc imago Dei grandis efficitur, & ipse dominus cuius imago est, in anima mea magnificatur. Et ideo modum huius magnificationis qui est in domino laudari subdit. d. Et exultauit spiritus meus in Deo. &c. Ad hoc ergo opus nos Christus inuitans, ait: Magnificat dominum meum, id est ipsum in cordibus vestris facite magnum: quia quanto merita sunt maiora, Deus non in se, sed in nobis grandescit. Sic enim dicitur Psal. 68. Laudabo nomen domini cum catico, & magnificabo eum in laude. Et ideo modum istius magnificationis subdit. d. Et exaltemus nomen eius in idipsum, id est, vt omnis nostra laetitia, vel exaltatio in ipsum terminetur; & non sit propter nos, sed propter ipsum. Vel in idipsum, id est, in vnu, vt ab omnibus misericordia fiat: vna sit voluntas, vnum cor: sicut in Actibus Apostolorum dicitur: quod credentium erat cor vnum, & anima vna. Vt autem ad hoc alios magis alliciat, ostendit quod sibi ex hoc quod solum in domino laudabatur, euenerit: vnde subdit.

Lucia 2.

Psal. 68.

Exquirere Deum.

Oratio. Querere nihil debemus in particulari.

Valerius li. 7. c. 2.

Mat. 26.

Exquisiui dominum & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Quero enim componitur cum ex, & sit exquiro, id est, valde & desideranter querere. Et aduerte quod Christus nobis exemplum dans orandi, dicit. Exquisiui dominum. Et non dicit quid exquisierit a domino, ad denotandum quod in oratione solum Deum querere debemus: vt scilicet sanctificetur in nobis, & eius impleatur voluntas; & nihil in particulari; quia multoties credimus querere vtilia, & illa nobis noxia sunt. Et sic nos querere Christus docebat. Mat. 6. d. Querite primum regnum Dei & iustitiam eius, &c. id est, querite regnum Dei; vt per ipsum iusti sitis. Istius opinio est: quod singularia a Deo non debemus querere, sed solum bona in vniuersali. Fuerunt etiam antiqui Philosophi, vt de Socrate narrat Valerius, d. Socrates humanae sapientiae quasi quoddam terrestre oraculum, nihil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur, quae bona tribuerent: quia hi sciunt quid vnicuique sit vtile. Nos autem plerumque id voluntatis experimus, quod non impetrasse melius foret. Qualiter enim vt depressissimis tenebris inuoluta mortaliu mens in qua late patentem errorem caecae praecationes tuas spargis: Diuitias appetis, quae multis exitio fuerunt, honores concupiscis, qui quam plures pessunderunt. Regna tecum ipse voluis; quorum exitus saepenumero miserabiles cernuntur Splendidis coniugiis iniicis manus, haec autem sicut aliquando illustrant; ita nonnunquam domos funditus euertunt. Desine igitur stulta futuris malorum tuorum causis, quasi felicissimis rebus inhiare. Et te totum caelesti arbitrio per mitte, quia qui tribuere bona ex facili solent, etiam eligere aptissime possunt. Sic igitur & nunc conformiter Christus, nihil in particulari exquisiuisse se dicit, sed solum Deum, id est, Dei voluntatem. d. Non quod ego volo, sed quod tu. Dicit ergo: exquisiui dominum & exaudiuit me, per quod patet, quod qui non auditur,

Tribulationibus Christi.

Mat. 26.

Psal. 90. Quaesitio. An orando petere possimus aliquid in particulari.

160. 4.

Oratio. Querere nihil debemus in particulari.

1. Tim. 2.

305.

Eucharistia.

Fides vtilis multum.

Illuminatio intellectus.

Mat. 26.

auditur, ipsum dominum non exquisiuit. Et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me. Multis enim tribulationibus Christus homo ante resurrectionem fuit circumdatus, quia diffamatus, proditus, captus, ligatus, spinis coronatus, illusus, flagellatus, & crucifixus: vt merito diceret. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Et ex omnibus per patrem fuit liberatus, quando per resurrectionem immortalis fuit factus. Sic enim sibi promiserat pater, d. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipse sum in tribulatione, eripiam eum, &c. Sed hic ex dictis oritur dubium, scilicet, vt in oratione aliquid in particulari licite postulari possit a Deo. Et videtur quod non per inducendum superius ex verbis praesentis versiculi: & ex dictis Socratis. Praeterea, nullus debet a Deo orando petere quod nescit esse petendum. Sed quid sit a Deo petendum nescimus, quoniam vt dicitur Rom. 8. Quid oremus, sicut oportet nescimus, qui autem petit, quod nescit exaudiri non meretur: vnde Iac. 4. dicitur: Petitis & non accipietis, eo quod male petatis. Praeterea, petere aliquid determinate a Deo est velle inclinare voluntatem Dei ad suam propriam, sed hoc non licet, quia nostram voluntatem suam conformare debemus, & non econuerso. Ad oppositum patet, quia dominus multa determinate docuit discipulos orando petere, vt patet in oratione dominica in qua septem petitiones determinate continentur. Respondeo, quod quaedam sunt bona quibus homo male potest vt, & malum exitum possunt habere: vt sunt diuitiae, honores, coniugia, filiorum generatio, dignitates, & status: de quibus Socrates superius explicat. Et de talibus nihil determinate est petendum, quia an nobis expediant ignoramus. Alia autem sunt bona quibus non contingit male vt, vt sunt virtutes, voluntatis diuinae observatio, &c. quae directe ad beatitudinem ordinantur, quae malum sine de se habere non possunt. Et talia determinate a Deo orando possunt postulari. Ex istis patet ad quaestione. Ad primum ergo dicitur, quod licet homo ex se scire non possit, quid sit petendum de primis bonis, potest tamen scire de secundis. Etiam quandoque de primis bonis spiritus, quandoque nobis per sancta desideria inspirat & docet, quid sit petendum. Ad secundum dicendum, quod cum petimus aliqua, quae pertinent ad nostram salutem, tunc conformamus voluntatem nostram voluntati diuinae: dicitur enim, 1. Timo. 2. quod vult omnes homines saluos fieri, &c.

A In quibus humanae mentis acies inualida figi non potest, nisi per fidem illuminetur. Vnde glo. super illo verbo: Lucerna corporis tui est oculus tuus; dicit, Mat. 6. fides est spiritualis lux mentis siue oculus. In isto autem nouo sacrificio fides continetur, quia hic vnu videtur & aliud creditur, quia videtur species panis & vini, & creditur verum esse corpus & sanguis Iesu Christi. Vnde & in speciali hoc sacramentum dicitur mysterium fidei. Mat. 26. Si ergo fides habet illuminare, & istud sacramentum est fidei: sequitur quod isto sacramento illuminamur. Et hoc est, quod dicit. Accedite ad eum & illuminamini: vnde ait glo. Accedite ad eum fide inhaerendo, & duobus pedibus gemine charitatis currendo: & illuminamini ipsum percipiendo. Ne sitis sicut Iudaei caeci, qui de crucifixo tenebrati sunt: nos autem manducando crucifixum, & bibendo eius sanguinem illuminamur. Quo facto facies vestra confundentur. scilicet in futuro iudicio, id est, non frustrabitur mercede: decepti enim confundentur, vos autem impetrabit. Vel non confundentur, sicut facies illorum uideborum incredulorum, qui cum audissent Christum eis daturum carnem suam ad manducandum, dixerunt. Durus est hic sermo: & confusi retro abierrunt. Qui autem fide in hoc sacramento habet, non confundentur. Dicat ergo Christus. Accedite ad eum & illuminamini. Vnde qualiter ad istud sacramentum sit accedendum, notat Sapiens, Eccle. 3. d. Ante grandinem praebet corruscatio, & ante verecundiam praebet gratia, & pro reuerentia accedet tibi bona gratia. Quid enim per corruscationem, quae luminosa quod est, sed breuis & transitoria, nisi peccati delectatio intelligitur, quae ad momentum apparet lucida, sed subito transiit: quia, Laus impiorum breuis Iob 20. Sed quando qui hanc sequitur corruscationem, est poenae peccato debita grauitas: ante grandinem enim praebet corruscatio, quia culpa poenam praecedit: & ante verecundiam praebet gratia. Quid enim verecundia, nisi aeterna confusio significatur, quae praebet gratia, quia ad illam considerandum vt timeatur nos diuina gratia inducit, Et pro reuerentia accedet tibi bona gratia? Ille enim solum ad sacrificium altaris habet reuerentiam, qui cum puritate mentis ad illud accedit: & tali multa gratia confertur. Vult ergo ex istis Sapiens dicere, quod accessurus ad sacramentum tria habet considerare. Primum, quam dura sit poena, quae ad breuem peccati delectationem sequitur, cum dicit: ante grandinem praebet corruscatio. Secundo qualis erit verecundia & confusio damnationis aeternae: ideo postulare debet gratiam per quam ista fugere possit, cum dicit. Et ante verecundiam praebet gratia. Tertio quanta confertur gratia pure & debite accedentibus ad sacramentum altaris, cum dicit. Et pro reuerentia accedet tibi bona gratia. De isto ergo accessu quo sacerdotes mundi ad altare accedere debent dicitur Exo. 30. Lauebunt Aarō & filij eius pedes ac manus, quando accessuri sunt ad altare. Per pedes intellige affectiones, & opera per manus. Quae verba exponens Beda dicit. Illud quoque hic praecipitur, vt qui sacramenta domini participant actus suos & cogitationes prius discutiant, & compunctionis lachrymis abluant, vt securi ad altare domini accedere possint. Scientes illud Apostoli, quod qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: & ideo dicitur. Sacerdotes qui accedunt ad altare sanctificentur, ne percuriam eos. Sed quae irreuerenter multi sacerdotes abusomodo sic dicit, Sunt multi in saculo, qui non solum vani

Mat. 26.

Ioan. 6.

Accedere ad Eucha. rissimam.

Iob 20.

Accedens male man.

Beda.

Exod. 19. Nota totum.

Hugo in de. 1. 2. abusomodo dicit.

Incog. tom. 1. & cu



& curiosi, sed etiam cum ambitione non cum deuotione, accedunt ad mensam Christi: qui etiam non accederent, nisi se inde aliquid lucratos speraret. Sed accessit ad Iesum Petrus, accessit & Iudas, accesserunt discipuli, accesserunt & milites crucifigentes eum. Accedunt & quotidie ad corpus Christi etiam peruersi sacerdotes: qui ea quae offeruntur ad mensam Christi, ipsi offerunt ad mensam diaboli, in illa Deum inuocant, in ista periurant. Non enim orationibus, sed susibus vacant & exultant. Legem domini, nec sciunt, nec discere volunt vacantes otio, comessationibus & ebrietatibus student. Terrenis inhiant, terrena sapiunt, assidui in plateis, in ecclesia rari. Tardi ad inuestigandam culpam peccatoris, sed propti ad inquitenda vestigia leporis, velocius ad conuocandum canes, quam ad pauperes congregandos. Libentius panem cani porrigunt, quam pauperi, plures ferunt eis ad mensam, ad missam nullus. Famulos & famulas habere volunt, sed clericos habere non possunt, quia nolunt. Hi sunt quorum thalamus ornatus est ecclesia, mensa paratior altari, cippus calice pretiosior, equus carior missali, cappa casula pulchrior, camisia delicatior alba. Ecce quomodo obscuratum est aurum fuligine peccatorum, mutatur est color optimus decoris & sanctitatis in sordiditate vitiorum. Lapides sanctuarij dispersi sunt in capite omnium platearum. Ecce iam penes nulla est vita secularis actio, quam hodie clerici non administrant, nulla mundi negotia in quibus ministri altaris non se occupent, nulla rerum improbitas, in qua monachalis non se implicet ordo, nolentes aduerrere quod dicitur. Omnis qui habuerit maculam, non accedet offerre hostias domino Deo suo: quibus loquitur Psal. d. O vos sacerdotes corde mundo accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur.

506. **Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.**

Secundo fides postulata facit impetrare. Et hoc multis exemplis ostendit Apostolus ad Hebr. 1. d. Fide sata sterilis virtute in conceptione seminis accipit: fide muri Hietico conuerunt, &c. fide caeci sunt illuminati. Secundo fide vestram fiat vobis & illuminati sunt. Fide filia Chananaea a demonio fuit liberata: vnde & Marc. 1. ait saluator. Amen dico vobis, quicquid credentes petitis, credite quia accipietis & fiet vobis. Si ergo fides facit postulata impetrare, & istud sacramentum est mysterium fidei: consequens est quod virtute huius sacramenti operata impetratur. Et hoc hic notans Psal. dicit: *Iste pauper clamauit & dominus exaudiuit eum.* Et loquitur Christus de seipso: dicens. *Iste pauper.* qui fuit verus pauper per humilitatem, verus pauper per carentiam bonorum temporalium. Qui (secundum Apostolum) cum esset diues, pro nobis egenus factus est, ut sua paupertate nos diuites faceret. Clamauit enim Christus tempore suae passionis duo petens: scilicet gloriam resurrectionis, & mortalitatis amotionem, ut ostensum fuit Psal. 29. Ad te domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor. Et in omnibus fuit exauditus. Et hoc est, quod de isto paupere Christo, ait Apostolus. Qui in diebus carnis suae preces supplicationisque ad eum qui posset illum a morte saluum facere, cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Per hoc enim vult ostendere, quod qui per istud sacramentum vult ad Deo exaudiri, cum paupertate spiritus ad illud debet accedere

Clericorum viciis.

Leui 11.

Fides fit est exaudiri. Eucharistia.

Sacramenta.

2. Cor. 8.

Oratio Christi.

Hebr. 5.

quonia vt ai t glo. hic ostenditur quis meretur exaudiri, ille scilicet qui fuerit pauper spiritu: quia diues spiritu non auditur. Ad hoc autem declarandum, nota quod triplex est paupertas: scilicet, paupertas egestatis, quae est miserabilis & inuoluntaria. Paupertas vanitatis, quae est vituperabilis & fugienda. Paupertas honestatis, quae est commendabilis & meritoria. Primam sustinent inuoluntarie pauperes necessarii, quorum infinitus est numerus qui libenter haberent diuitias, si possent. Isti accusant Deum de partialitate, proximum de tenacitate, fortunam de infidelitate. Et licet tales sint vitiosi, pius est tamen illorum necessitati subuenire. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem: vnde miseria aspicienda est, non persona. Qui indigno peccatori dat, non det quia peccator est, sed quia homo est, non peccator, sed iustus nutrit: quia non delictum, sed natura nascit, quae tota est Dei creatura. Secunda est paupertas Philosophorum, qui ad gloriam mundi lapides pretiosos frangebant. Tales sunt hypocritae, qui propter mundi gloriam diuitias spernunt, & pauperes se esse propter Deum simulant. Isti facilius cognoscuntur, si aliquando ab aliis corrigantur: quia correctione sufferre non possunt. Qui autem pauper est, correctione non sustinet. Tertia est paupertas assumpta voluntarie propter Christum: de qua Augustinus de ecclesiasticis dogmatibus. Bonum est facultates cum dispensatione erogare, sed melius pro intentione sequendi dominum Israel donare, & absolute ab omni sollicitudine cum Christo egere. Et de ista paupertate dicitur: Beati pauperes spiritu, &c. Et nota quod ista paupertate diues potest esse pauper, & pauper potest esse diues: qui scilicet a morem in diuitiis non ponit, sed illas totaliter refert ad Deum. Et tales pauperes exaudiuntur a Deo. Vnde hic dicitur. Iste pauper clamauit, &c.

**Immittet Angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.**

Tertio, fides a periculis habet liberare. In cuius signum deus fidei Petri in periculo submersionis posuit in mari, quando ad Iesum ambulans supra mare voluit accedere, propter quod sibi dixit Christus. Modice fidei quare dubitasti? Si ergo fides a periculis liberat, & istud est sacramentum fidei: sequitur consequenter quod istud sacramentum a periculis liberat. Et hoc est, quod hic per istud sacramentum dicit. Immittet Angelus domini, &c. Sed aliqui codices habent. *Immittet Angelum dominum.* sed vt dicit Magister in glo. illi sunt falsi, quia dicit verus textus. *Immittet Angelus dominum.* Quis autem proprius vocatur Angelus domini, quam ipse Christus? quia Angelus idem est quod missus. Quis autem proprius dicitur missus quam Christus, quem pater sanctificauit & misit in mundum? Et de isto Angelo Christo ad literam dicitur Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, &c. Sequitur. Et statim venit ad templum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti quem vos vultis. Iste ergo Angelus Christus in isto sacramento immittit in circuitu timentium eum. Sed quid immittit? Certe gratiam suam, quae per istud sacramentum suos munit fideles, quia in nullo Sacramento amplior gratia datur dignè fumentibus quam in isto. Vnde & hoc sacramentum Eucharistia dicitur, id est bona gratia, quia in hoc Sacramento non modo est augmentum virtutis & gratiae, sed ille totus sumitur, qui est fons & origo totius virtutis & gratiae: vt ait Magister. Vel aliter Angelus dicitur: scilicet Christus qui in isto realiter continetur Sacramento. Immittet in circuitu

Psal. 40.

Prou. 11.

Matth. 5.

Fideles liberat.

Matth. 14.

Angelus.

Ioan. 10.

Malach. 3.

Angelus dicitur Christi.

Eucharistia.

Magister 1. 4. d. 8.

in circuitu

in circuitu timentium eum. ad eos de periculis eruendum, qui immittit alios, scilicet, Angelos tanquam Angelorum dominus. Sic enim misit Angelos qui liberauerunt tres pueros de camino ignis, vbi Angelus domini descendit cum Azaria, & focis eius in fornacem & excussit flammam ignis de fornace, &c. Similiter misit Angelum qui liberauit Danielem de lacu leonum. Immisit Angelum qui liberauit Iudith ab Holofernis concupiscentia: vnde ipsa ait. Viuit dominus, quonia custodiuit me Angelus eius, & non permisit me ancillam suam inquinari, &c. Immisit Angelum qui liberauit Petrum de manu Herodis, &c. Nunc scio verè, quia misit dominus Angelum suum & eripuit me de manu Herodis, &c. Vel aliter Angelus domini: scilicet Christus in isto Sacramento, vt nos ab omni eruat periculo, immittit, scilicet Angelos: teste Greg. in Homilia: & habetur de conse. dist. 2. quid sit sanguis, d. Quis enim fidelium habere dubium possit: in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem caelos aperiri. In illo Iesu Christi mysterio, choros Angelorum adesse, summa imis sociari, & vnè ex visibilibus, ac inuisibilibus fieri. Et notans hic Psal. de Christo dicit, quod in isto Sacramento Angelus domini immittit. scilicet Angelorum choros in hora consecrationis. In circuitu timentium eum. scilicet timore filiali. Et eripiet eos ab omnibus, scilicet periculis: quoniam vt dicitur Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te, &c.

507. **Gustate & videte, quoniam suauis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.**

Hic consequenter ostendit, quod in isto Sacramento est spes, quae mentem ad Deum eleuat. Quonia omnibus debite sperantibus in ipsum, suauis est Christus: quoniam talibus vitam tribuit sempiternam. Vnde Magister in glo. ait: *Gustate, &c.* Id est, non solum ad istud sacramentum fide debetis accedere, vt illuminemini, sed etiam gustate. id est, manducate carnem meam & bibite sanguinem meum: & tunc videbitis, quoniam suauis est dominus. id est, dulcis iste cibus: quia scilicet est vita summi pellens omnes molestias, etsi non in presenti, tamen in futuro. Et hoc est quod subdit. *Quia beatus vir qui sperat in eo.* In eo, scilicet, quod gustat. Miser enim est qui in seipso, vel in aliis hominibus sperat, qui nec seipsum iuuare possunt. Sed qui sperant in eo iam beatus est, quia eum iam habet in spe, qui est omne bonum. Sed cum quanta puritate hoc sacramentum sit gustandum, qui eius suauitatem cupit videre: ostendit Petrus Damas. super illo verbo, 1. Corinth. 6. d. Qui adheret meretrici, vnus corpus efficitur, &c. d. Cur o tu sacerdos qui sacramenta habes dare, hoc est sacrificium debes offerre, te ipsum prius maligno spiritui non vereris victimam immolare? Fornicans enim a membris Christi abscinderis, & corpus meretricis efficeris, Apostolo attestante qui ait: Qui adheret meretrici, &c. Quid tibi cum corpore Christi, qui per carnis illecebrosam luxuriam membrum factus est antichristi? Quae enim societas lucis ad tenebras? Si enim redemptor noster tantopere dilecti floridi pudoris integritatem, vt non modo de virgineo vtero nasceretur, sed etiam a nutrice virgine tractaretur: & hoc cum adhuc vagiret in cunis. A quibus nunc obsecro tractari vult corpus suum, cum iam immensus regnat in caelis, si mundis attingi manibus volebat in praesepio positus: quantum corpori suo,

Gen. 19.

Dan. 3.

Dan. 6.

Judith 13.

Act. 13.

Gregor. de conse. dist. 2.

Psal. 90.

507.

1. Cor. 6.

Eucharistia.

1. Cor. 6.

A nunc vult adesse munditiam, iam in paternae maiestatis gloria sublimatus? Sic ergo dignè fametibus est cibus suauis Psal. Quoniam suauis est dominus omnibus, &c. Ita indignè fumentibus est mortifer cibus. Qui manducat & bibit indignè iudicium sibi, &c. 1. Cor. 11.

**Timete dominum omnes sancti eius, quonia non est inopia timentibus eum.**

Hic consequenter ostendit quod in isto Sacramento est charitas, &c. Quonia enim charitas timore seruilem excludat, timorem tamen filialem semper includit, quia iste timor non est, nisi quaedam cordialis reuerentia ex amore procedens, quia etiam sancti in patria semper Deum timebunt. Timor domini sanctus permanet in saecula saeculi. Et iste talis timor, siue reuerentia debetur isti Sacramento. Quoniam nihil in sacrificiis diuinis maius esse potest, quam corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio potior est. Sed haec omnes praecellit, quae pura conscientia domino offerenda est, & pura mente fumenda, atque ab omnibus veneranda: & sicut potior est carnis, ita praeter ceteris extolli, & venerari debet. Et hoc est quod hic dicit Psal. *Timete dominum omnes sancti eius.* scilicet timore filialis reuerentiae: qui realiter in isto Sacramento continetur. Et merito, quia in isto Sacramento ratione charitatis ibidem demonstrata est omnis boni abundantia. Et hoc est quod dicit. *Quoniam non est inopia timentibus eum.* Hic enim perfectus Christi continetur charitas, quia ex maxima charitate seipsum nobis praebeat manducandum: vnde de conse. dist. 2. haec est, dicitur: Hoc est sacramentum pietatis, signum unitatis, vinculum charitatis, &c. Nec mirum: quoniam nullum sacramentum est isto salubrius quo purgantur peccata, virtutes augentur, & mens omnium spiritualium charitatis abundantia impinguatur: quia hic sumitur ille qui omnis boni & charitatis fons est, & origo: vt merito Psal. dicat de his qui debite ad istud sacramentum accedunt, quod non est inopia timentium eum. Si enim Deus patitur contemneres se. credendum est, quod deserat se diligentes: Et hoc alius verbis explicat, d.

**Diuites egerunt, & esurierunt, inquirentes autem dominum non inueniunt omni bono.**

Diuitiarum enim abundantia mentem auari non satiatur, sed angustat in presenti, & in futuro. De presenti enim dicitur Iob, 20. Nec satiatus est venter eius: quod exponens Greg. ait: venter quippe diuitis auaritia eius est, quia in ipso colligitur quicquid peruerso desiderio glouitur. Liqueat vero, quia auaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur. Nam more ignis cum ligna quae consumat acceperit, excrescit. Et vnde videtur ad momentum flamma consumi, inde paulo post cernitur dilatari. Tantis enim rebus quis in seipso indiget, quantis concupiscentia caret: & quia quanto quis ditior est, tanto plura concupiscit: ideo quanto quis ditior est, tanto amplius eget. Bene ergo dicit Psal. *Diuites egerunt & esurierunt.* Quonia iustitias diuitis non sinit dormire eum. Sed adhuc melius homo accipitur de spiritualibus bonis, quibus mundi diuites egent, in presenti, & in futuro. Vnde hic ait glo. *Diuites egerunt & esurierunt.* scilicet, diuites huius saeculi, scilicet superbi, & auari egerunt bonis interioribus. Non enim putare debes hoc dici de terrenis, quae nullius pretij sunt. Respice enim & videbis multos diuites iniquos mori cum diuitiis suis, nec pauperes esse factos cum Incog. tom. 1. r 2 viuerent,

Psal. 114.

1. Cor. 11.

Timor.

Psal. 118.

Eucharistia.

De conse. di. 2. nihil.

De conse. di. 2.

509.

Diuites non satiatur.

Iob 20.

Greg. 15.

mor. c. 10.

Eccles. 5.

Eger diuites.

in presentia.

viuerent, sed inter magnas copias diuitiarum, vsq; ad vltimū vitæ perducī, & expirare in lectis eburneis circumfluente familia, & magnificē celebrari pōpa funeris, ac pompato funere ad tumulū à suis deduci. Sed quid ista proficiūt, quia in futuro carebunt summo bono, scilicet, Deo, licet ipsum esuriant & desiderent? Nonne eius exemplū expressē ostēdit ille diues epulo, qui induebatur purpura & bysso, & epulebatur quotidie splendide, qui tamen ad tantam in futuro deuenit inopiā, vt guttā aquæ mendicaret, & habere nō posset? Et hoc est quod dicitur Iob 27. Diues cū dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet: & Psal. Dormierunt somnū suum, & nihil inuenierunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Non autem sic est de bonis. quia hic, & in futuro spiritualibus bonis, quæ sunt vera bona abundant. Vnde subditur. *Inquirentes autem dominum, non deficient omni bono. Inquirentes. id est, intus toto studio quærentes dominū & nō temporalia: non deficient omni bono. id est, habebunt bonū, quod est omne bonū, quia in Deo sunt omnia bona.* Et nota q̄ hic loquēs de sacramento altaris dicit. *Inquirentes autem dominum:* quia ipse dominus intus in hoc sacramento sub speciebus panis & vini velatus continetur: extra ergo non est quæredus dominus, sed intus, quia extra aliud videtur, sed intus aliud cōtinetur, quia intus Christus continetur qui est omne bonum. Dicit dominus Moy-

Iob 27.

Psal. 75.

Eucharistia.

Exo. 33.

510. **Venite filij, audite me: timorem domini docebo vos.**

Hic cōsequenter ostendit Psal. quæ facere debet, vel à quibus abstinere, qui ad hoc sacrificiū debite vult accedere. Et duo facit. Quia ostēdit primo quid tales debeant facere: secūdo à quibus debeant abstinere: ibi. *Prohibe linguam.* Tria enim debet facere talis, quia debet primo reuerenter verbū Dei audire: secundo filialiter Deum timere: ibi. *Timorem domini.* tertio vitam futurā amare: ibi. *Quis est homo.* Quantum ad primū dicit. *Venite filij audite me.* Nihil enim ita d. sponit mentem ad huius sacramēti deuotionem, sicut deuote audire Dei verbum. Dicit enim. *Venite filij, audite me.* vt in nomine filiationis designet cū quāta reuerentia verba diuina, vt patris audire debemus. Fili audi disciplinā patris tui, vt addatur capiti tuo gratia. Vnde cū quanta reuerentia verba Dei sint audienda ostendit Augu. & habetur, 1. q. 1. interrogatio. d. Interrogo vos fratres & sorores, dicite mihi: quid vobis plus esse videtur, corpus Christi, an verbum Christi? Si vultis verū respōdere, hoc dicere debetis, q̄ nō sit minus verbum Christi, quam corpus Christi. Et ideo quanta sollicitudine obseruamus, quādo corpus Christi nobis ministratur, vt nihil ex ipso de manibus nostris cadat in terrā, tāta sollicitudine obseruemus, ne verbū Dei, quod nobis erogatur, dum aliud cogitamus, aut loquimur, de corde puro depereat: quoniam non minus reus erit qui verbū Dei negligēter audierit, quā qui corpus Christi sua negligentia in terrā cadere permiserit. Ad hoc ergo nos Christus inuitat. d. *Venite filij audite me.* Et aduerte, q̄ Dei verbū nō solū sacerdoter, sed etiā celeriter audire debemus: quoniam vt dicitur Iaco. 1. Sit autem omnis homo velox ad audiendū, tardus autē ad loquendū. Ideo enim natura duas aures nobis dedit ad audiendū, & hoc nulla apposita clausura. Ad loquendū autē solū vnā linguā dedit & duplici clausura munitam: scilicet labiis &

Prover. 1. Verbum Dei auris dicitur.

Iaco. 1.

dētibus: vt veloces ad audiendū essemus, ad loquēdum autē tardi. Si enim infirmus corpore velociter aures præstat ad audienda corporalis sanitatis verba, quāto magis celerius nos verba æternæ salutis audire debemus: quoniam sicut audire verba serpentis fuit causa mortis: sic audire verba nostri redemptoris est ianua vitæ: vnde Bernardus super illo verbo Mar. 15. Videns autē Centurio qui ex aduerso stabat: ait. Vnde irrepit morbū, inde remedium intret: & per eadē vestigia mortē vita sequatur, lux tenebras antidotū saluatoris serpentis venenū. Auditus primo mortis ianua fuit. Nunc ergo auditus reuerēter celeriterque aperitur & vitæ, & quā tulit reparat vitam. Et si dicas: quid est audire reuerenter celeriterque verbū Dei? Respōdeo: quod aures percipis, operib' adimplere. Estote factores verbi, nō auditores tantū, &c. Et ad hoc nos hic Christus inuitat dicens. *Venite filij, audite me.* Sic enim & Iacob suis filiis dixit. Cōgregamini & audite filij patrem vestrū. *Timor: omni nō docebo vos.* Ecce secundū necessariū ad debite istud sacramentū percipiendū: scilicet filialiter Deū timere. Sed di. *Quis est timor domini?* Ad hoc respondet Magister. d. q̄ timoris quatuor sunt species. Est enim timor mundanus, seruilis, initialis, & filialis. Timor mundanus, cū timemus perdere bona mūdi, vel incurrere pericula carnis, propter quod peccamus: & hic semper est malus. Et hūc dominus prohibet, d. Nolite timere eos qui occidunt corpus. Timor seruilis est, cū propter timorē pœnæ quis abstinet à peccato: nō timore amittēdi eternū bonū, quod nō amat, sed timore patiedī pœnā, quā odit. Timor initialis est, quo quis incipit quod durū erat amare, & sic incipit excludi timor seruilis. Timor autē filialis est, quo timemus offendere Deum: timor iste de amore venit: & propriē vocatur domini timor qui permanet in sæculum sæculi. Hic est ergo ille timor quē dominus docet, d. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autē non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehennā. Et quia idē est timor filialis quod amor, sicut Deus vult amari: sic & conformiter timeri. Vnde dicit: *Timorem domini docebo vos.*

Bernardus Mar. 15.

Iaco. 1.

Gen. 49. Timor.

M. 3. 34.

Mat. 10.

Mat. 30.

511. **Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?**

Ecce tertium necessariū ad debite istud sacramentum percipiendū, scilicet, verā vitā amare. Illa enim sola vera vita est quæ mortē excludit. Illi solū verē dies boni dicuntur: qui malū nesciunt. Ex quo apparet q̄ hic nō est vera vita: hic nō sunt dies boni: vnde hic ait glo. Dies boni nunquā sunt in hoc sæculo. Omnes hoc fatentur se velle. Bonā rem volunt: sed nō in regione eius illā quærent: velut si aliquem iustū virū quæreret, sed nō in patriā eius vbi habitaret: diceretur tibi: bonū virū & magnū quæris. Sed noli quære hic: vbi non inuenies eum. Ita quæramus, & nos vitā & dies bonos, sed non hic, quia hic nō est. Et merito istud sacramentum dignē volens percipere, debet quære vitā, quia in ipso nostra vera vita cōtinetur. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Et sic quisquis hoc sacramentum debite quærit: quærit & vitam: & euerfo. In Christi enim corpore vita nostra consistit.

Diet.

Ioan. 6.

512. **Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.**

Hic cōsequenter ostēdit à quibus se abstinere debeat,

debeat, debite ad istud sacramentū accedere volēs. Et duo sunt, scilicet peccatū locutionis, & peccatū operationis. Secundū, ibi. *Diuerse à malo.* Et si dicas, quare mentionē nō facit de peccato cordis. Respōdeo quia prohibēs peccatū linguæ, etiā cōsequenter peccatū cordis prohibet: quia ex abundantia cordis os loquitur. Dicit ergo *prohibe linguā tuam à malo.* Vbi sciendū q̄ malū linguæ est multiplex, à quo ipsam prohibere debem', scilicet, maliloquiū, falsiloquiū, stultiloquiū, vaniloquiū, turpiloquiū, multiloquiū. Primum ergo malū linguæ est, maliloquiū: sicut est detractio, blasphematio, & huiusmodi. Et ideo dicit Philosophus: q̄ oratio est illatiua passionis, si turpia, aut impia loquatur. Sed tamē contra istud, Patiētia debet haberi: vnde Seneca dicit. Male de te loquitur homines: bene loqui nesciunt, fari sentiunt, nō quod merearis, sed quod solēt. Si de te loquuntur malē & immeritō, sit tibi molestum: nō quod loquuntur, sed quod mentiuntur. Si meritō, dole & castiga. vult dicere: quod cōtra pestē detractiois, hæc est cōsolatio: quia aut dictū cōtra te est verū, aut nō: si verum gaude quia corrigetis, & castiga te ipsum: si nō est verum: gaude, quia innocēs es, & ora cum Psal. d. Domine libera animā meā à labiis iniquis, & à lingua dolosa. Secundū est falsiloquiū. Nullus enim debet loqui, nisi verum tam superioribus quā inferioribus: vnde, 4. Ethicorū dicitur: Qui virtuosus est, indifferenter loquitur his, qui in dignitatibus, & quibuscunque, singulis tribuens quod decet, id est, vera loquēdo. Et hoc maxime indigēt in dignitatibus cōstituti: vt veritas eis aperiat: vnde, Loquimini veritatem vnusquisq; cum proximo suo. Tertium est stultiloquiū. Stulte enim loquitur qui loquitur indiscretē. Et ideo dicit Seneca de morib'. q̄ qui nescit tacere nescit loqui. Et Philosophus dicit: Non sufficit habere persuasibilia, quæ oportet dicere, sed necesse est dicere, vt oportet ea, quæ ad modum loqui oportet: hoc enim multum cōfert ad attrahendū: homo enim sine ordine loquēs, merito dicitur stultiloquus: vnde Seneca dicit. A vrbibus frequentius, quā legibus vtere: quicquid dicitur es alius, prius tibi dixeris. Ideo ad Ephes. 5. dicitur. Stultiloquiū nō nominetur in vobis. Quartum est vaniloquiū: vnde, 3. Rethoricę dicit Philosophus. Tria sunt attendenda in modo loquendi. Primum est magnitudo, vt sciamus quantū alē oportet loqui. Secūdū est harmonia, vt sciam' quo accentu dictiones sint proferēdæ. Tertium est ritus, vt sciamus quid loquēdum est & quid tacendum. Vnde vaniloquiū dicitur, qui nō attēdit circumstantias in modo loquēdi requisitas: sicut dicit Ambro. Sapiēs antequā loquatur, multa cōsiderat, scilicet quomodo, in loco, quib', &c. Vnde de vaniloquis dicitur in Psal. Vana loquūtū sunt vnusquisque ad proximum suum. Quintū est turpiloquiū. Valde enim indecēs est turpe loqui: vnde Philosophur dicit: q̄ totaliter turpiloquiū à ciuitate sicut aliquod al ud malū oportet legislatorē extirpare, maxime in iuuenibus: vt nō videāt, aut audiant ali-quod tale. Et Seneca ait. A verbis turpibus abstinere quia licētia eorum in impudiciā nutrit. Sermones vitiles magis, quā facetos ama' Ideo ad Colof. 3. dicitur. Deponite omnē turpē sermonē de ore vestro. Sextū est multiloquiū. Homo enim debet esse tardus ad loquēdum. Multiloquiū enim signum est ignorantie: vnde Greg. dicit: Cum multiplicitas in sermone reprehēditur, esse intelligētiæ grauitas in sensu denegatur. Vis enim locutionis quadrifaria

Eucharistia.  
Logui  
Lingua.  
Philosophus 3.  
Kethor.  
Seneca de Morib'.  
Psal. 119.  
Philosophus 4.  
Ethicor.  
Zachar. 8.  
Seneca Philosophus 3.  
Rethor.  
Seneca de Moribus.  
Ephes. 5.  
Philof. 3.  
Reth.  
Ambro. li. 1. de offi.  
Philof. 7.  
Politica.  
Seneca in li. 4. de vitibus.  
Colo. 3.  
Iaco. 1.  
Greg. 8.  
mor. c. 2. 1.

qualitate distinguitur. Nam sunt nōnulli quos sciēdi, ac dicēdi amplitudo dilatat. Et sunt nōnulli quos sciēdi, ac dicēdi infimul inopia angustat. Et sunt nōnulli, qui efficacā dicēdi habēt, sed acūmē sciēdi nō habēt. Et sunt nōnulli, qui acūmē sciēdi habent, sed ex inopia locutionis obmutescunt. Et infra. In quibus nimirum quatuor dicēdi qualitatibus sola ciminis tertia subiacer, scilicet illorum qui parum sciūt & multa loquūtū: quod directē dicitur multiloquū. deo dicitur Prover. 10. In multiloquio nō deerit peccatū. Omnes ergo istos modos locutionis indebita hic prohibet Psal. *Prohibe linguam tuam à malo, &c.* Et nota q̄ prius præcipit linguā cohiberi, quā labia: quia cum loqui volumus ante cōmouemus linguam, & mox labia motum linguæ sequuntur. Merito ergo lingua debet cohiberi: quia vt dicit Prover. 18. Mors & vita in manibus linguæ. Et Iacob. 1. Si quis putat se religiosum esse, nō refrenans linguam suam, huius vana est religio.

Prover. 10.

Prover. 18.

Iacob. 1.

513. **Diuerse à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequare eam.**

Hic cōsequenter prohibet peccatum operationis simul & omissionis. Cum enim virtus & vitiiū, meritum & demeritum infimul esse nō possint: necesse est vitia declinare & ex consequenti inferere virtutes. Et hunc ordinē hic notat, d. *Diuerse à malo. id est, depone peccata. Et cōsequenter, fac bonum.* Ita enim duo ad debite accedendū ad sacramentum requiruntur: quia nō sufficit malum declinare, nisi boni operatio sequatur. Nō enim sufficit aliena nō rapere, nisi indigētī propria cōtuleris. Non spoliare hominē parum est, nisi nudum indueris. Venturus namque in iudicio dominus diciturus est reprobis. Esuriui & nō dedisti mihi māducare: sitiui, &c. ex qua culpa subiugitur. Discedite à me maledicti, &c. Si igitur tanta pœna multatur qui nō dedisse conuincitur: qua pœna puniendus est, qui rapit aliena? Sic ergo non sufficit abstinere à malo, nisi bonum agatur. Dicit ergo. *Diuerse à malo, & fac bonum.* Et nota secundum glo. q̄ est quidā modus declinādi à malo, quo tātum pœna vitatur: & est quidā quo etiam vita acquiritur. Si enim quis nulla occasione prouocatus ad malum, à malo opere declinat, vitabit utique pœnam, quā incurrisset si illud cōmississet. Si vero ab inimico visibili, vel invisibili prouocatus, vel læsus, malum nō reddit, vel malo nō cōsentit, à malo declinat & promeruit palmā. Sed quale sit illud bonum quod facere debemus, ostēdit, d. *Inquire pacem, & persequare eam.* id est, desidera vt pax sit spiritui tuo cū carne. Et hic talis pax plenē haberi non potest. Ideo subdit. *Et persequare eam.* id est, perseuera ipsam de sidē rādē: aliter enim in futuro nō caperetur. Vel aliter & magis ad propositum: hic pacē accipe Christum: de quo dicit Apostolus Ipse est pax nostra. *Inquire ergo pacē.* id est, in isto sacramento inquiras quare Christū amore, & desiderio. Et ista persequare, id est, valde sequere: vt ad ipsum puenias. Ad hoc enim ipse nos puocat, d. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

Declina- re bonū, malum.

Pax.

Ephes. 2.

Ioan. 8.

514. **Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum.**

Hic cōsequenter describuntur præmia bonorū, & malorū supplicia. Et diuiditur in duas partes. Quia primo ponitur præmia & supplicia vitæ presentis. Secundo furur: ibi. *Mors peccatorum pessima.* Habent enim iusti in præsentī vitā, multa à Deo. Incog. tom. 1. 1 3 Primo

Primo ipsorum orationes exaudiuntur. Secundo A  
 ipsorum tribulationes terminantur: ibi. *Clamauerunt*  
*inisti.* Tercio ipsorum virtutes conservantur: ibi. *Custodi-*  
*dit dominus.* Primo ergo ostendit differentiam inter bo-  
 nos & malos: quia vota bonorum exaudiuntur, sed  
 non malorum. Secundum, ibi. *Vultus aversem*. Quantu-  
 ad primum dicit. *Oculi domini super iustos.* Quia enim  
 iusti hic aduersitatibus iniustus preamuntur, ne ex  
 hoc deficiant, sed confidunt in domino: ideo dicit:  
*Oculi domini super iustos.* id est, respectus misericor-  
 diæ Dei: quia et si iustus permittit aduersa eue-  
 nire: hoc tamen totum facit ex misericordia. Vnde  
 sicut medicus cum dolore infirmum vitæ & se-  
 cundum cõtra voluntatē suā, hoc tamē vrit facit  
 ut ipsum sanet. Vnde per hoc q̄ infirmum nō vide-  
 tur ad votum exaudiri: ipsum multo amplius mi-  
 sericorditer audit ad vtilitatē. Sic & Deus aduersa  
 iustis immittit misericorditer, ut in perpetuū par-  
 cat & sanet. Et hoc est quod dicit *Oculi domini.* scili-  
 cet, misericorditer super iustos. scilicet, eos misericordi-  
 ter respiciens. Oculi eius in pauperē respiciunt. Se-  
 quitur. *Et aures eius in preces eorum.* quia et si nō exau-  
 diat ad votum, tamen exaudit ad suū. Et nota, q̄  
 nō ait ad preces, sed in preces. In quo secundum Cas-  
 siodorum notatur celeritas audire: quia antequā  
 preces emittat, illos Deus exaudit. Sic enim Psal-  
 m. 128. ait: *Fiant aures tuæ intēdentes in vocē depre-*  
*catiōnis meæ: & non ad vocem,* quia ly ad, distan-  
 tiam denotat: sed in, præsentiam.

§ 15. **Vultus autem domini super facien-  
 tes mala, ut perdat de terra memoriam  
 eorum.**

Hic cõsequenter ostēdit de reprobis oppositum.  
 Forte enim dicerēt mali, si oculi domini sunt super  
 iustos solum: ergo iniustos nō videt: ideo impunē  
 possunt peccare. Hunc errorē remouet, d. *Vultus au-*  
*terem domini super facientes mala.* quia et si malos Deus  
 nō respicit, ut exaudiat, ipsos tamē videt & cogno-  
 scit ut puniat. Et nota, quod differt facies à vultu.  
 Quonia vultus dicitur à volo vis: quia per eū ani-  
 mi volūtas ostēditur: quia secundū diuersitatē ani-  
 mi in varios motus variatur. Facies autē simplici-  
 ter aspicitur pro vniuersi uultūq; naturali aspectu,  
 qui nō leuiter mutatur. Et facies variatur vultus  
 per iram, quā per aliā affectiōne. Ideo per vultum  
 ira significatur. Quid est ergo vultus domini super  
 facientes mala, nisi ira domini super malos? Vnde  
 Job 9. dicitur: *Vultus eius operit iudiciū: quia sci-*  
*licet in vultu Dei apparet iudiciū cõtra malos.* Sic  
 dicitur Psal. 16. *De vultu tuo iudiciū prodeat.* Et q̄  
 per vultū intelligat irā Dei, quā malos aspicit, notat  
 cum subdit. *Ut perdat de terra memoria eorum.* scilicet,  
 ut nec mentio, id est, intercessio fiat pro eis in terra  
 viventium. § Sed nunquid sancti habēt malorū ho-  
 minum memoriā & orāt pro ipsi: cū tamen præcep-  
 tum sit. *Orate pro inimicis vestris pro persecuten-*  
*tibus & calumniatibus vos, &c.* Ad hoc respondet  
 Greg. At illi iniqui: & ubi est q̄ sancti sunt, si pro  
 inimicis suis quos ardere videbūt, nō orabunt? qui-  
 bus vtrique dictum est, pro inimicis vestris orate.  
 Quibus citius respōdemus. Orāt pro inimicis suis  
 sancti eo tempore quō possunt ad fructuosam præ-  
 sententiā eorum corda cõuertere, atque ipsa cõuer-  
 sione saluare. Quid enim aliud est pro inimicis ora-  
 re, nisi hoc quod ait Apostolus, ut Deus det illis  
 penitentiā & respiciat à diaboli laqueis à quo ca-  
 pi tenentur ad ipsius voluntatē? Et quomodo tunc

Oculus iustus

Psalm. 10.

Psalm. 128.

§ 15.

Vultus

Job 9.

Psalm. 16.

Questio. Beatus. Orate. Mat. 5. Calumnias. Greg. 34. mor. 12.

1. Th. 2.

pro illis orabūt quando iam nullatenus possunt ad  
 iustitiæ opera ab iniquitate cõmutari? Eadem itaq;  
 causa est, cur nō oretur pro hominibus eterno igne  
 dānatis: quæ etiam nunc causa est, ut nō oretur pro  
 diabolo &c. Sed ex hoc bene habetur q̄ sancti non  
 orant pro dānatis. § Sed nunquid orāt pro malis in  
 præsentī vitæ existentibus? Respōdeo q̄ sancti vidēt  
 res clarē essentiā diuinā, vidēt quos finaliter Deus  
 vult saluare, & quos dānabit finaliter, cū ergo vo-  
 luntatē suam omnibus modis voluntati diuinæ cõ-  
 formēt, orāt pro illis malis, qui finaliter saluari de-  
 bent: & hoc suis orationibus mediātib; nō autem  
 pro illis, quos finaliter videt dānandos: quia tūc eo-  
 rum orationes frustra erant. Et de talibus dicit: q̄  
*vultus domini super facientes mala: ut perdat de terra.* scilicet,  
 bonorum memoriā eorum. &c. Nos autem in  
 presentī vitæ existentes, pro omnibus fidelibus in-  
 differētē oramus hic existentibus, vel etiam defun-  
 ctis, quia nobis nō cõstat, qui finaliter saluādi sunt,  
 vel dānandi: nec etiā qui in alia vitā sint dānandi licet  
 de aliquibus per ecclesiā sit declaratum, quōd dō  
 sunt sancti & beati: & pro illis non debemus orare.  
 Quia iniuriā facit martyri, qui orat pro martyre.

**Clamauerunt iusti, & dominus exau-  
 diuit eos, & ex omnibus tribulationi-  
 bus eorum liberauit eos.**

Hic ostendit secundū bonū iustorū: quia ipsorū  
 tribulationes terminantur. Hic enim adducit Chri-  
 stus exēplum veteris testamenti multiplex ad pro-  
 bandū q̄ aduersitates iustorum solū sunt ad tem-  
 pus: quia quando clamāt ad Deum per de votā ora-  
 tionem liberātur. Nam filij Israel iniuste à Pharao-  
 ne oppressi clamauerunt ad dominum & ipse mi-  
 raculose liberauit eos. Sic & tres pueri in fornace  
 ignis iniuste positi clamauerunt ad dominū & mi-  
 raculose sunt liberati. Daniel. 3. Sic & Susanna ad  
 mortē iniuste cõdemnata clamauit ad dominum, &  
 miraculose fuit liberata. Et cõsimiliter de aliis mul-  
 tis habetur in antiquo testamento. Si ergo Deus  
 in ant. qua lege qua erat timoris, sic tribulationes  
 iustorū terminabat: quāto magis hoc faciet in no-  
 ua lege, qua est amoris: Ad iustos ergo cõfortandū,  
 ne aduersitatibus pressi deficiāt hoc exemplū  
 proponit, d. *Clamauerunt iusti &c.* quasi dicat. Et vos cõ-  
 similiter cõfidite oppressi, & ad Deū clamate: quia  
 ut dicit psal. 21. *Ad te clamauerunt patres nostri cla-*  
*mauerunt & salui facti sunt: in te sperauerunt & nō*  
*sunt cõfusi.* § Sed forte quis oppressus aduersis di-  
 cet. Clamo iugiter ad Deum, & clamoris mei effe-  
 ctum nō sentio. Istam infirmitatis humanæ cogita-  
 tionem Job Deo proponit, d. *Clamabo ad te, & nō*  
*exaudies me, isto & non respicias me, mutatus es mi-*  
*hi in crudelē.* Ad hanc obiectionē respōdet Greg.  
 d. Sancta quippe ecclesia persecutionis suæ tempore  
 fide stat, desiderijs clamat. Sed dolet quali se non  
 respici: dum sua videt in tribulationibus vota dif-  
 ferri. Alto nāque consilio omnipotens Deus, cum  
 sancti eius aduersariorum persecutionibus oppri-  
 muntur: cumque assiduis, ut liberentur interpella-  
 tionibus clamant, differre solet voces petētiū, ut  
 merita patientiū crescant: quatenus eo magis exau-  
 diantur ad meritum, quō citius non exaudiuntur  
 ad votum. Vnde alias scriptum est. *Deus meus cla-*  
*mabo per diē, & nō exaudies, & nocte.* Atque ipsa  
 vtilitas de exaudiendi mora mox imbitur cū dicitur.  
 Et nō ad insipientiam mihi. Ad multiplicanda  
 quippe sanctorum sapientiam proficit, q̄ postulara  
 tardē

Peccator.

§ 16. De iustis. dif. 4. h. 2. v. 1.

Oratio. Clamare. Exaudire. Iustus.

Exo 3.

Dan. 3.

Psalm. 21.

Obi. 10.

Job 30.

Greg. 20. mor. c. 15.

Oratio. differ. exaudiri. & quart.

Psalm. 21.

Psalm. 119.

§ 17.

Questio. iusti q. 9. malo dicitur Deo. tunc Deo. cum sit in mensus.

Psalm. 144.

Psalm. 9.

Eccl. 19.

Mat. 11.

§ 18.

tribulan. tur multi. plecter. bini. Gr. 3. mor. c. 4. aduers. tas.

Esai. 53.

tardē percipiunt: ut ex dilatione crescat desiderium A  
 ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus vero  
 cum intenditur ei in Deū ardentior affectus aperit-  
 ur. Affectus autē ad promerendā celestia tanto fit  
 capax, quanto fuerit longanimis expectando. Ex  
 quibus apparet, q̄ si clamor iustorum non exaudit-  
 ur ad votū, indubiē tenere debemus q̄ exauditur  
 ad meritū. Sic enim se exauditum & si non semper  
 ad votum tamen ad meritum psal. protestatur, d.  
 Ad Dominum cum tribularet clamavi & exaudi-  
 uit me. Quod etiam nunc ostendit d. *Clamauerunt*  
*iusti & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulatio-*  
*nibus, &c.* Et huius rationem subdit, d.

**Iuxta est Dominus his qui tribula-  
 to sunt corde, & humiles spiritu saluta-  
 bit.**

Sed cum Deus sit immensus omnia replens om-  
 nem locū occupans: & in omni re, quomodo potest  
 dici magis iuxta vnu quā aliū, vel magis prope?  
 Respondeo q̄ sicut anima humana quāuis sit in to-  
 to corpore & tota in qualibet eius parte, tamē aliū  
 effectum habet in vna parte corporis & alium in  
 alia, quia in oculo videt & nō in pede, in lingua  
 gustat, & non in oculo, & sic de aliis. Sic & Deus  
 quāuis sit totus in omni re, tamē aliter est in vna  
 re, & aliter in alia: & prope vnam rem, & tamen di-  
 stans ab alia. Iuxta enim vel prope significat quan-  
 dam vnitatē: vnitas autem maximē fit per concor-  
 diam voluntatum. Illis ergo dicitur esse prope vel  
 iuxta, qui suā voluntati concordant & eueniunt:  
 quia iusti conformē voluntatē habent cum Deo,  
 ideo dicuntur prope Deum, & Deus iuxta illos &  
 per oppositū quia mali difformem voluntatem ha-  
 bent à Deo: ideo remoti sunt à Deo, & Deus ab il-  
 lis. vnde longe est ab impijs Dominus, iustis autem  
 prope. Prope est Dominus omnibus inuocantibus  
 eum, omnibus inuocantibus eum in veritate. Vel  
 dicitur iuxta vel prope quando exaudit, à longe au-  
 tem quando nō exaudit. psal. 9. *Vt quid Dñe reces-*  
*sisti longe, despicias in oportunitatibus in tribula-*  
*tiōne? Sed quibus tribulatis sit iuxta, ostendit d. His*  
*qui tribulati sunt corde.* non tribulatis corpore, sed  
 corde: qui. d. duritiā cordis terunt. *Et humiles spiri-*  
*tu saluabit.* Quod ideo dicit, quia est quædā humilitas  
 exterior & corporalis quæ à corde non procedit,  
 & illa Deo non placet. Eccl. 19. *Est qui nequitur*  
*se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, & ista*  
*displicet Deo.* Sed humilitas cordis sibi placet, quā  
 docet Mat. 11. *Discite à me, quia mitis sum & hu-*  
*milis corde.* De qua etiam nunc dicit. *Et humiles spiri-*  
*tu saluabit.*

**Multæ tribulationes iustorum: &  
 de oibus his liberabit eos Dominus.**

Et vere multæ, quia nunquam aliquis fuit ius-  
 tus: qui tribulationes non sustineret. Ut ostendit  
 Greg. d. Nullus in hanc vitam electorum venit, qui  
 aduersa non sustinerit. Membra. n. nostri redemp-  
 toris extiterunt, etiā qui ab ipso mundi exordio  
 dum piē viuunt, etiā crudelia passi sunt. An non hu-  
 nus membrum Abel se esse perhibuit, qui eius mor-  
 tem, de quo scriptum est. *Sicut agnus coram tondē*  
*te se obmutescet,* non aperiet os suum, non fō-  
 lum placens in sacrificio: sed etiam moriens ta-  
 cendo significauit? Ab ipso namque mundi exor-  
 dio redemptoris nostri membra aduersitatibus

sunt pressa. Et sic à planta pedis vsque ad verticem  
 non fuit in eo sanitas, quia nullus iustus eius mem-  
 brum sine aduersis transtulit. Et hoc ideo dicit, quia  
 aliqui iusti sunt planta Christi, aliqui pedes, aliqui  
 manus, &c. Et hoc bene nouerat illa sancta mulier  
 Iudich quæ populum Dei in aduersis confortās: ait.  
 Memores estote, quomodo pater noster Abraham  
 tentatus est, & per multas tribulationes probatus,  
 Dei amicus effectus est, sic Isaac, sic Iacob, sic Moy-  
 ses & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribu-  
 lationes transtulerunt fideles. § Cõsimiliter ergo di-  
 citur. *Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his libe-*  
*rabit eos Dominus.* Sed quomodo hoc est verum, cum  
 multos iustos sciamus in tribulationibus sine libe-  
 ratione fuisse peremptos, ut puta Petrus crucifixus  
 Paulus decapitatus, Laurentius combustus, &c.  
 Respondeo q̄ liberatur quis iustus à tribulatione  
 dupliciter. scilicet corporaliter & spiritualiter. Corpo-  
 ralmente quando ipso durante eius tribulatio termina-  
 tur, sic enim liberatus fuit corporaliter Petrus  
 de tribulatione carceris, Paulus de naufragio. Spi-  
 ritualiter autem quando quis tribulatus non suc-  
 cumbit per impatientiam tribulationi, sed per pa-  
 tientiam superat ipsam. Et sic iustos de omnibus  
 tribulationibus liberat Deus: quia ipsos triumphatores  
 facit in pennis: quia et si succumbant corpore  
 tamen mente superant: cum ergo mens sit princi-  
 palior pars hominis, & à principali parte deno-  
 minatio fiat, isti dicendi sunt tribulationes vincere,  
 & non vinci ab illis. Et hanc liberationem à tribu-  
 lationibus notabat Sara d. Hæc autem pro certo  
 habet omnis qui colit te, quia vita eius si in proba-  
 tione fuerit, coronabitur, si autem in tribulatione  
 fuerit, liberabitur.

**Custodit Dominus omnia ossa eo-  
 rum: vnum ex his non conteretur.**

Hic ponitur tertiu bonum iustorum: quia. si ipso  
 rum virtutes conseruantur. Quid. n. per ossa, in qui  
 bus robur corporis consistit nisi virtutes, quibus  
 mens fornicatur intelligitur? Vnde istum versum  
 exponens Greg. ait. Ossa in scriptura sacra virtutes  
 accipiuntur, sicut scriptum est. *Dominus custodit om-*  
*nia ossa eorum, vnum ex his non conteretur.* quod vtrique  
 non de ossibus corporis, sed de virtutibus dicitur  
 mentis. Nam & certe nouimus, q̄ & multorū  
 corporaliter ossa confraeta sunt. Et persecutores Dñi  
 latronis illius cui dictum est, *Hodie mecum eris in*  
*paradiso: sicut latronis alterius in cruce crura frege-*  
*runt.* § Sed di. Si ossa virtutes significant qualiter  
 custodit Dñs omnia ossa iustorū, cum multos etiā  
 iustos mortaliter cadere permittat: ut patuit in Pe-  
 tro, qui timore mortis corporalis ter Christū nega-  
 uit: Respondeo q̄ & si talia ossa ad tempus conte-  
 rantur: tamen finaliter conseruantur: quia & si ius-  
 tus peccat & perdit virtutes: finaliter tamē resur-  
 git, & perditas virtutes recuperat. Ex quo patet q̄  
 iste textus intelligitur de iustis secundū æternā Dei  
 p̄sentiā, nō autē de iustis solū fm presentē iusti-  
 tiā, quia illi cadentes finaliter nō resurgunt. De istis  
 enim dñ. *Ossa eius marcescere facit.* De primis  
 autē dicitur. *Ossa quæ recta fuerant, nudabuntur.*

**Mors peccatorum pessima, & qui  
 oderunt iustum, delinquent.**

Hic consequenter ostendit supplicia malorū vi-  
 tæ futuræ, & p̄mia honorū, sibi. *Redimet Dominus.* No-  
 ta q̄ triplex mors reperit. scilicet mors mala, mors peior,  
 & mors

Indic. 2.

Libera- tur quis tribula- tione du- pliciter.

Job. 3.

§ 19.

Ossa signifi- cant virtutes. Greg. 23. mor. c. 24. psal. 33.

Questio. Vires electorum finaliter conseruantur.

Job. 33. Job. 33.

§ 20.



& mors pessima. Mors mala est mors corporalis, A  
 quae est separatio animae à corpore. Quae mala qui  
 dem dicitur, non quidem in se, quia nihil propriè  
 habet rationem mali, nisi mentem maculet. Mors  
 autè corporalis non maculat animam: aliter omnes  
 morientes peccarent moriendo, quod est falsum:  
 imo in se quandoque est preciosa. psal. Preciosa in  
 conspectu Dñi mors sanctorum eius: sed ideo dicitur  
 mala, quia peccati poena, quia Per unum hominè pec-  
 catum intravit in mundum, & per peccatum mors.  
 Mors peior dicitur mors criminalis quae est separa-  
 tio animae à Deo, qui est vita animae. Et ideo quia  
 peius est animae perdere Deum quam perdere corpus,  
 ideo peior dicitur hæc mors quam prima. De hac

Eze. 18. Anima quae peccaverit, ipsa morietur. Mors  
 pessima dicitur mors aeternalis, quae est mors gehē-  
 na: pro tanto. n. dicitur peior tertia, quia continet  
 secundam remota omni spe vitæ spiritualis, quæ reti-  
 netur secunda, & ultra hoc poenâ & cruciatum æternum.  
 Nam de peccatoribus & obstinatis dicitur. Nā finis  
 illorum mors est. Et enumeratis multis vitiis, con-  
 cludit Apostolus, quod qui talia agunt digni sunt mor-  
 te. Unde quæ ista mors gehennæ dicatur pessima, ostē-  
 dit Greg. Exponens illud Job. 10. Vbi Umbra mor-  
 tis, & nullus ordo &c. d. In huius vitæ tormentis, ni-  
 mor dolorè habet, dolor timorè non habet, quia ne  
 quaquam mentè metus cruciat, cum pati iam cœ-  
 perit quod metuebat. Infernū vero & umbra mor-  
 tis obscurat, & sempiternus horror inhabitat, quia  
 eius ignibus traditi, & in suppliciis dolorè sentiunt  
 & in doloris angustia pullante semper pauore feri-  
 untur, ut quod timent tolerant, & rursus quod to-  
 lerant, sine fine pertimescant. De his enim scriptū  
 est. Vermis eorum non morietur, & ignis non extin-  
 guetur. Hic flamma quæ succedit illuminat: illic ignis  
 qui cruciat obscurat. Hic metus amittitur cū cœpit  
 tolerari quod timebatur, illic & dolor dilaniat &  
 paupor angustat. Horrèndo ergo modo erit tunc re-  
 probis dolor cum formidine, flamma cū obscuritate:  
 fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine,  
 defectus sine defectu, quia & mors vivit, & finis  
 semper incipit, & defectus deficere nescit. Ibi enim  
 mors perimit & non extinguit, dolor cruciat, sed  
 nullatenus pauore discutit. Quid igitur mirū, si mors  
 pessima nuncupatur? Et de ista morte damnationis  
 æternæ dicitur. Sunt spiritus, qui ad vindictā creati  
 sunt, & in tēpore suo consummauerunt tormēta sua.  
 Ignis grando, fames & mors: oīa hæc ad vindictam  
 creata sunt. s. d. sanctorum. Sed quia omnis homo pec-  
 cator est: quoniam si dixerimus quod peccatum non habe-  
 mus nos ipsos seducimus. Ideo psal. datur quod talis  
 mors omnibus sit debita: consequenter declarat de  
 quibus peccatoribus intelligat s. de obstinatis, qui  
 ex certa malicia peccant, dicens. Et qui oderunt in-  
 deliquere s. am, delinquent. Per iustū intellige Christum. Omnis  
 enim qui odit Christū vel aliquod eius membrum  
 mortaliter peccat. Secundū. n. Grammaticos. In quo,  
 inquis, linquere. i. peccare vel dimittere. Et cōponi-  
 tur cum de & fit delinquo, quis. Et delinquere. i.  
 multum peccare: & hoc omittendo Dei præcepta.  
 Omnis. n. qui delinquit, derelinquit. s. Deum. Vnde  
 gl. Delinquet. i. Deum derelinquet odiendo bonum.

Redimet Dominus animas servorum  
 suorum, & non derelinquet omnes  
 qui sperant in eo.

Christus enim precio sui sanguinis redemit ani-  
 mas electorum. Sed nunquid Christus omnes rede-  
 mit? Respondeo quod Christus omnes redemit, quo ad  
 sufficientiam, sed solum servos suos quo ad effica-  
 ciam. Quia quamvis precium Christi sanguinis suffi-  
 ciens esset pro peccatis omnium, illis tamē solū appli-  
 catur qui non possunt obicere. Illis qui per humi-  
 litatem servitio Christi se subiiciunt. Ideo enim ut  
 ait Apostolus. Christus factus est ex muliere, factus  
 sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret. Et nō  
 solum redimet: sed si quandoque cadant per pecca-  
 tum, non derelinquet eos qui sperant in eo. sed ipsos iuva-  
 bit per gratiam suam vt resurgant. Quod ideo dicit  
 quia & si aliquando ad tempus electos cadere per-  
 mittit: finaliter tamen ipsos non derelinquit. Sic  
 enim dicitur Iudic. 6. Non derelinquis præsumen-  
 tes de te: & præsumentes de se & de sua virtute  
 gloriantes humilias.

Psal. 27. Quoniam quodcumque in titulis psalmodum  
 ponitur David cum articulo huic vel ipsi, tunc ly  
 David ibi significat Christū: & quod in tali psal. loqui-  
 tur Christus: sicut igitur in isto titulo David signifi-  
 cat Christū, quia David interpretatur manu fortis  
 vel desiderabilis aspectu. Et sic per David intelli-  
 gitur Christus, qui vincēdo diabolū est manu fortis,  
 sed æternam vitam promittendo est desiderabilis.  
 Quid. n. fortius intelligi potest illa manu, quæ iner-  
 mis hostē superavit antiquū: sed in ligno clavis af-  
 fixa: Quid desiderabilius eo potest esse, in quē An-  
 geli desiderant prospicere? Quæ martyres non vi-  
 dentes mori voluerunt, ut ad illum videndū perve-  
 nire mererentur? Christus ergo vere desiderabilis  
 est: dum vitā promittit æternā. Manu autē fortis, dū  
 hostē superavit antiquū. Est ergo tituli sensus iste.  
 Psal. iste dirigens nos in finem. i. in consummationem  
 vitæ, attribuitur ipsi David. s. Christo: qui in isto psa-  
 loquitur quandoque in persona sua: quandoque in  
 persona corporis. In isto enim psal. Christus inuo-  
 cat Deum contra tribulationes capitis & corporis:  
 & per tribulationes omnibus vitam promittit æter-  
 nam. De literali autem materia psal. dicunt con-  
 corditer doctores tam Hebraici quā Catholici, quod  
 istum psal. fecit David contra persecutionē Saulis,  
 diuinū adiutorium petens. In illa enim persecutio-  
 ne, quia ultimum duravit: multos psal. fecit. Primo  
 ergo exponam litteram. Secundo deducā intellectu  
 litteræ. Quantum ergo ad litteralem expositionem  
 iste psal. dividitur in partes duas. Quia primo diui-  
 num petit adiutorium. Secundo suæ persecutionis  
 declarat periculum: ibi. Surgentes testes iniqui. Prima  
 in tres, quia primo diuinū petit auxilium. Secundo  
 prophetice prædicat deiectionem hostiū, ibi. Confun-  
 duntur. Tertio exprimit suæ liberationis gaudium,  
 ibi. Anima autem mea exal. &c. vt. N. Quantum ve-  
 ro ad intellectum psal. dicitur, notandum quod tota in-  
 tentio psal. est monere nos vt hic patienter porte-  
 mus aduersa: sperantes quod per patientiā aduersorū  
 ad gau-

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

PSAL. XXXIII.

**V**ndica Domine nocentes  
 me, expugna impugna-  
 tes me.

Hic psal. talem habet titulum. In  
 finem psal. ipsi David. Iste titulus patet ex titulo psal.  
 27. Quoniam quodcumque in titulis psalmodum  
 ponitur David cum articulo huic vel ipsi, tunc ly  
 David ibi significat Christū: & quod in tali psal. loqui-  
 tur Christus: sicut igitur in isto titulo David signifi-  
 cat Christū, quia David interpretatur manu fortis  
 vel desiderabilis aspectu. Et sic per David intelli-  
 gitur Christus, qui vincēdo diabolū est manu fortis,  
 sed æternam vitam promittendo est desiderabilis.  
 Quid. n. fortius intelligi potest illa manu, quæ iner-  
 mis hostē superavit antiquū: sed in ligno clavis af-  
 fixa: Quid desiderabilius eo potest esse, in quē An-  
 geli desiderant prospicere? Quæ martyres non vi-  
 dentes mori voluerunt, ut ad illum videndū perve-  
 nire mererentur? Christus ergo vere desiderabilis  
 est: dum vitā promittit æternā. Manu autē fortis, dū  
 hostē superavit antiquū. Est ergo tituli sensus iste.  
 Psal. iste dirigens nos in finem. i. in consummationem  
 vitæ, attribuitur ipsi David. s. Christo: qui in isto psa-  
 loquitur quandoque in persona sua: quandoque in  
 persona corporis. In isto enim psal. Christus inuo-  
 cat Deum contra tribulationes capitis & corporis:  
 & per tribulationes omnibus vitam promittit æter-  
 nam. De literali autem materia psal. dicunt con-  
 corditer doctores tam Hebraici quā Catholici, quod  
 istum psal. fecit David contra persecutionē Saulis,  
 diuinū adiutorium petens. In illa enim persecutio-  
 ne, quia ultimum duravit: multos psal. fecit. Primo  
 ergo exponam litteram. Secundo deducā intellectu  
 litteræ. Quantum ergo ad litteralem expositionem  
 iste psal. dividitur in partes duas. Quia primo diui-  
 num petit adiutorium. Secundo suæ persecutionis  
 declarat periculum: ibi. Surgentes testes iniqui. Prima  
 in tres, quia primo diuinū petit auxilium. Secundo  
 prophetice prædicat deiectionem hostiū, ibi. Confun-  
 duntur. Tertio exprimit suæ liberationis gaudium,  
 ibi. Anima autem mea exal. &c. vt. N. Quantum ve-  
 ro ad intellectum psal. dicitur, notandum quod tota in-  
 tentio psal. est monere nos vt hic patienter porte-  
 mus aduersa: sperantes quod per patientiā aduersorū  
 ad gau-

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

ad gaudia perueniamus æterna. Diuiditur ergo iste  
 psal. in partes quatuor. Quia primo Christus pro  
 se suisque contrariis præmittit orationē ibi. Anima  
 autem mea. Tertio suorum aduersariorū ostendit mali-  
 gnationē, ibi. Surgentes testes. Quarto suæ passionis  
 ostendit fructū & ecclesiæ confirmationē, ibi. Confun-  
 debor tibi. Prima in duas, quia primo orans diuinum  
 petit adiutorium. Secundo prophetice prædicat deie-  
 ctionē hostiū, ibi. Confundantur. Prima autem pars  
 diuiditur in partes tres. Quia diuinum postulando  
 adiutorium tria facit. Quia primo Deum postulat, vt  
 causam discernat vt iudex. Secundo vt se armet vt  
 miles, ibi. Apprehende arma. Tertio vt hostes conclu-  
 dat vt Phinees, ibi. Effunde frameam. Primo ergo  
 orans Christus Deum inuocat: vt causam suā dis-  
 cernat & iudicet, vt verus iudex d. Iudica Domine no-  
 centes me. Est enim duplex iudicium. s. discretionis  
 & vtroque modo ista litera legitur de iudicio discre-  
 tionis. quo. s. boni separantur à malis, & si non in  
 presenti loco, tamē merito. In futuro autem loco  
 & merito Istud iudicium alibi postulabat Christus  
 d. Iudica me Deus & discerne causam meam, ab ho-  
 mine iniquo & doloso eripe me. Sic & modo postu-  
 lat vt mali iudicentur. i. discernantur à bonis, vt sci-  
 licet ipsorum caliditas & malitia cognoscatur, ne  
 simplices decipere possint. Legitur etiā de iudicio  
 condēnationis, & tunc magis p̄diciū legitur quā  
 optatiū, vt sit sensus. Iudica Domine nocentes me. i. iu-  
 dicabis, & expugna impugnares me. i. expugnabis. ve-  
 runtamen Magister istu passum exponit magis op-  
 tatiū. Et si quæras, nunquid sancti optant & gau-  
 dent de damnatione malorū? Respondeo, cum gau-  
 dio expectant diē iudicij, in quo mali quo ad cor-  
 pus & animā damnabuntur, non quidē ex toto per-  
 se, sed quasi per accidens: quia ante sanct. nō glori-  
 ficabuntur in anima & corpore: nisi quando mali  
 damnabuntur in vtroque: vel etiam quia damnatio  
 reproborū confert ad gaudij beatorū: dum in illis  
 vident mala quæ Dei gratia euaserunt. Et ista ra-  
 tione sancti vindictā à Deo petunt de malis d. illud  
 Apoc. 6. Quare Domine non vindicas sanguinē no-  
 strum, &c. Et hoc est quod dicitur Psal. 57. Latabitur  
 iustus cum viderit vindictam, &c.

Apprehende arma & scutum: & ex-  
 urge in adiutorium mihi.

Hic consequenter postulat, vt in adiutorij suū  
 se Deus armet vt miles. Vbi notandum quod iste ver-  
 sus legitur ex parte corporis, quia hic Christus pro  
 suo corpore quod est ecclesia loquitur vt Deus ar-  
 mis suæ virtutis illum protegat d. Apprehende arma,  
 &c. Vbi secundū Hieronymū Magnum spectaculū  
 est Deum pro te armatum videre, qui habet arma  
 habet & scutum, armis hostē percutit sed nos pro-  
 tegit scuto. Sed quæ sunt arma Dei, & quid scutum  
 eius? Scutum est Dei bona voluntas qua nos prote-  
 git, vnde psal. 5. dicitur. Domine vt scuto bonæ vo-  
 luntatis tuæ coronasti nos. Arma autē Dei quibus  
 hostem percutit: nos sumus, quia vt nos ab eo, ita  
 ipse armatur de nobis, quibus percutit hostes, dum  
 per nos demones superat & homines malos. Et  
 tuac est sensus. Apprehende arma, &c. i. ita adiuua  
 nos & munii tua bona voluntate vt hostes nostros  
 superemus, & ab eorum iaculis protegatur. Ista  
 enim talia arma quibus armatur sunt virtutes qui-  
 bus vt scuto mens defenditur, & illis inuadimus  
 hostem. De quibus ait Apostolus. Accipite armatu-  
 ram Dei, vt possitis resistere in die malo, & in om-

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

nibus perfecti stare. Et consequenter quod ista sint ar-  
 ma virtutum, ostendit d. Stare ergo succincti lum-  
 bos vestros, induti lorica iustitiæ, calciati pedes  
 in præparatione Euangelij pacis, in omnibus sū-  
 mentes scutum fidei: & galeam salutis assume, &  
 gladium spiritus quod est verbum Dei. Ex quibus  
 verbis Apostoli patet, quod sex sunt armorum spiri-  
 tualium genera, quibus spiritualiter armari debe-  
 mus. s. Arma castitatis & munditiæ ibi. Stare suc-  
 cincti lumbos vestros. Arma æquitatis & iustitiæ,  
 ibi. Induti lorica iustitiæ. Arma paupertatis volun-  
 tatiæ, ibi. Calciati pedes, &c. Arma fidelitatis & cre-  
 dentiæ, ibi. In omnibus sumentes scutum fidei. Arma  
 spei alectoriæ, ibi. Et galeam salutis assume. Arma  
 veritatis scripture sacre, ibi. Et gladium spiritus, quod  
 est verbum Dei. De istis ergo armis virtutum dica-  
 mus Deo. Apprehende arma & scutum. i. fac nos dicta  
 arma apprehendere. Sicut enim Deus dicitur cog-  
 noscere aliquid quando illud nos cognoscere faci-  
 cit, vt Gen. 22. Dixit ipsi Abraham. Nunc cognoui quod  
 timeas Deum, &c. i. alios cognoscere feci. Sic & in  
 proposito prædicta arma dicitur Deus apprehende-  
 re & illis muniri quando illis nos munit, & nos illa  
 apprehendere facit. Et de istis spiritualibus armis  
 dicitur. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed  
 potētia à Deo, &c. Vel per ista arma intellige Chri-  
 stum, qui ante nos omni virtute munitus, ad pu-  
 gnā accedit armatus. Ipse assumptis armis, horta-  
 tus est ceteros. Vnde de Christo ad literā dici vide-  
 tur illud 2. Mac. 11. Cumque prompto animo pro-  
 cederent ad pugnā, apparuit eis præcedens eos  
 eques in veste candida armis aureis hastā vibrans.  
 Quæ verba ad litterā exponens de Christo Stephanus  
 dicit. Eques qui præcedit fideles tendentes ad  
 diaboli pugnā, Christus est. Vestis eius candida, est  
 puritas suæ carnis. Arma aurea, sunt eius opera e-  
 gregia virtutū. Hasta vibrata est iudicij cōminatio.  
 Hasta enim longa est, ferrū habens in capite. Et Do-  
 minus patiens est, ecce hasta longa: & Dñs reddi-  
 tor est, ecce ferrū. Hic est ergo Christus qui armis  
 virtutum munitus nostros deiecit hostes. In cuius  
 figuram dicitur. Apparuit illis quidam equus ter-  
 ribilem habens scellorē: qui insidebat arma aurea vi-  
 debatur habere, cuius equus cū impetu in Heliodoro  
 priores calces elisit. Vbi per equum accipe Chri-  
 sti humanitatem, per scellorē verbi diuinitatē, per ar-  
 ma aurea eius virtutum genera. sed per Heliodorū  
 hostē populi Dei, ipsū diaboli hostem nostrū in-  
 tellige. Quid est ergo dicere Deo. Apprehende arma  
 & scutum, nisi fac me mente apprehendere & confi-  
 derare Christū omni virtute munitū, vt sequar  
 in pugna imitando eius exempla. Vnde sequitur. Ex-  
 urge in adiutorium mihi. Sicut. n. Deus in seipso non  
 exurgit nec dormit, sed dormire dicitur, quando nos  
 dormimus, exurgere autē quando nos exurgere fa-  
 cit. Dormimus autem quando fides & charitas tor-  
 pescit in nobis. Exurgimus autem quando expul-  
 so torpore, in fide & charitatis operibus vigilamus.  
 Dicat ergo exurge in adiutorium mihi. id est, sic sis mi-  
 hi in adiutorium vt me exurgere facias. Consimi-  
 liter etiam orabat. Exurge quare obdormis Domi-  
 ne? exurge & ne repellas in finem.

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27. Quidam dicitur in titulo  
 David significat Christum

Psal. 27.

Psal. 27.

Psal. 27.

Psal. 27.

Psal. 27.

Psal. 27.

Hic

Hic consequenter orat, vt Deus hostes concludat vt Phinees. Iste enim versus alludit historiae quae habetur Num. 25. scilicet vnus de filiis Israel coram Moysē & omni turba filiorū Israel intrauit ad meretricē Madianitidē, quod cum vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingressus est post virum Israelitā in lupanar, & perdidit ambos, virū & meretricē in locis genitalibus, cessauitque plaga à filiis Israel. Et de hac historia dicitur Plal. 77. Stetit Phinees & placauit cessauitque quassatio. ¶ Consimiliter ad propositū hic orans Christus ait patri *Effunde fruemam*. i. euagina gladiū tuae iustitiae. scilicet ad malos vindicandū. Et concludit aduersus eos, qui persequuntur me. scilicet sententiā contra eos, me. i. meos saluando. Et hoc est quod dicit. *Dic anima mea salus tua ego sum*. Dicere enim Dei, idem est quod facere, psal. Ipse dixit & facta sunt. *Dic ergo. i. ostende per experientiam quod tu es salus animae meae. i. meorum.* ¶ Vel aliter vt iste versus legatur optauit. Et tunc optat malorum conuersionē. Vbi nota quod frama idem est quod gladius ex vtraque parte acutus, per quem verbum Dei significatur scindens interiora conscientiae nostrae ex vtraque parte. scilicet manifestatione supernorum praemiorum & comminatione infernalium suppliciorum, de quo ait Apostolus. Viuus est enim sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio accipiti: pertingens vsque ad diuisionem animae ac spiritus. Iste gladius effunditur quando verbum Dei Gentibus & infidelibus praedicatur, ad cuius praedicationem gentes conclusae idola abiecerunt & Christi fidem susceperunt, & sic veram salutē obtinuerunt. Et hoc est quod orat Christus d. *Effunde fruemam*. i. effunde praedicationē verbi Dei per Apostolos & alios fidem per mundum praedicando. Et concludit aduersus eos qui persequuntur me. i. conuince Gentiles vt cognoscant suos errores, & fidei veritatem confiteantur: & sic *dic anima mea*. i. meorum ex Gentibus conuersionem. *salus tua ego sum*. vt. scilicet amplius in idolis non confidant habere salutem, sed solum in te, in quo vera salus consistit. *Dic ergo anima mea*. i. fac animā meā dicere & confiteri, salus mea, tu es, vt scilicet sic conuerfi Deo dicant. Salus nostra in manu tua est. Et hoc contra illud quod demones suadent animae dicentes, Non est salus ipsi in Deo eius.

**525** Confundantur & reuereantur, quærentes animam meam.

Hic consequenter Christus praedicit deiectionē hostium & persequutorum. Et primo praedicit ipsorum futurā poenam. Secundo ipsorum malitiam & poenae causam, sibi. *Quoniam gratis*. Quantum ad primam partē tres malorum poenas praedicit. Prima est confusio & verecundia. Secunda est instabilitas & inconstantia, sibi. *Fiant tanquam puluis*. Tertia est obscuritas & ignorantia, sibi. *Fiant via illorum*. ¶ Quantum ad primū dicit. *Confundantur &c.* Hoc. n. secundū gl. praedicit mala inimicis futura, & est propheta non optatio. q. d. *Confundantur & reuereantur*. i. confundentur & reuerebuntur. Vereor. n. vereor. i. vereor sum idē est quod verecundari vel timere: & opponitur cū re, & sit reuereor. ris. i. multū verecundari & timere. Quod ideo sic dicit: quia mali si nāliter multū confundentur, verecundabuntur & timebunt dānari eternaliter. Vnde super illo verbo. Argua te & statuam, &c. dicit Ber. Qualis erit confusio qualis verecundia, qualis dolor, quando in con-

Vereor. Reuereor. Confusio. dānatorū.

psal. 49.

A spectu omnium malorum nudabitur turpitudine, reuelabitur ignominia, sanies apparebit: Quādo iam peccator immortalis factus, interna conscientiae vermis, tota malignitate corrodet, sed consumet animam infelicem: nec erit omnino aliquis dissimulationis locus aut spes vlla saluationis. Sic. n. & psal. 24. d. Confundantur omnes iniqua agentes, &c. ¶ Pro test etiā legi optatiue vt Christus optet persecutores suos confundi & reuereri de peccatis suis per verā contritionem. Est enim quaedam confusio ex peccato: & quaedam contra peccatum. Optat ergo vt confundantur de peccatis suis, & hoc per veram contritionē. Et modum istius confusiois adiungit d. *Quærentes animam meam*. i. fiant quærentes animam meā: vt. scilicet ante ipsam quærebant ad perdendum, sic modo ipsam quaerant ad imitandū: sic enim quaerere pro imitari accipitur. Quærite Dñm dū inueniri potest. Et hoc idē aliis verbis ponit d.

**526** Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.

Quod vtroque modo legi potest, vt versus praecedens. scilicet praedictiue & optatiue. Nā si legatur praedictiue, tunc sicut prius, propheticē poenā malorū futuram praedicit. *Auertantur*. i. à Deo vt sint retrorsum. Auerto auertis idem est quod remouere. Peccator autem quando est in vita praesenti: sic remotus est à Deo, quod tamen ad Deum potest conuerti. quia ex toto non est auersus, & sic nondū retrorsum ex toto est positus: in futuro autem auersus erit retrorsum, vt ex toto sit à Deo remotus: & quo ad actum & quo ad potentiā, vt amplius ad Deum conuerti non possit. Et hanc ipsorum poenā praedicit. d. *Auertantur retrorsum & confundantur*, &c. ¶ Si autē legatur optatiue, orat vt auertantur. i. remoueantur à peccatis suis, & confundantur in seipsis per contritionem salubriter ad poenitentiam. Sicut enim Deus auertit faciem suam à peccatis nostris, quando ipsam nobis dimittit. Auerte faciem tuam à peccatis meis: sic & nos auertimus nos ipsos à peccatis quādo ab illis voluntate ex toto remouemur, & tunc auertimur retrorsum, quia primo faciē vertebamus ad peccata, & retrorsum ponebamus Dñm: sed per confusioē poenitentiae retrorsum auertimur, quia sicut faciē vertebamus ad peccata, & dorsum ad Deum: sic per poenitentiam dorsum auertimus ad peccata & faciē ad Dominum. Et de tali auersione dicitur. Auertent se à dorso suo duro & à malignitatibus suis: & memores erunt nominis mei.

**527** Fiant tanquā puluis ante faciē venti: & Angelus Domini coarctans eos.

Hic consequenter praedicit malorū instabilitatis inconstantiam. Tanta. n. est peccatorū instabilitas quod nulli tentationi resistunt. Secundū enim Grego. Per ventum tantatio significatur, quia sicut ventus res leues facilliter euertit, graues autē & bene fundatas nō. Ita tēratio mētes leues nō bene fundatas facilliter subuertit, nō autē stabile charitatis fundamentū habētes. Dicit ergo de peccatoribus quorū mētes in rebus mundanis fundantur. *Fiat. i. fiet tanquā puluis ante faciē venti*. scilicet tentationis. i. facile cedēt omni tērationi vel suggestioni etiā minimā. q. d. Tales nō expectāt faciē venti. i. praesentiā grauioris tērationis, sed antecedunt cedentes minori. Et Angelus Domini coarctans eos. scilicet Angelus malus per suas tērationes coarctat eos. scilicet sic eos inuoluens in peccatis quod ex illis exire nolint in praesenti, vel nequeant in futu-

psal. 24.

psal. 55.

Auertit.

psal. 30.

Baruc. 2.

Grego 2. mor. c. 18. Ventus est tēratio puluis sunt peccatores.

in futuro. ¶ Et si dicas, quomodo Angelus malus dicatur spiritus Dñi cū Deo cōtrarietur? Certe ad hoc audi textū. i. Reg. 16. d. clarius. Spiritus Dñi malus exagitabat Saul. Dicitur. n. diabolus spiritus Dñi, quia à Deo cratus, dicitur malus quia à Deo mala voluntate auersus. Vel secundū Greg. Diabolus dicitur Dñi, ratione potestatis, quā habet à Deo: sed dicitur malus ratione peruerse voluntatis, quā nō habet à Deo. Vnde ait Grego. Sciendū verō est quod diaboli voluntas iniqua semper est: sed nunquā potestas iniusta, quia à semetipso voluntatē malā habet, sed à Dño potestatem, quod enim ipse facere inique appetit, hoc Deus non nisi iuste permittit. Vnde in lib. Reg. dicitur. Spiritus Dñi malus irruerat in Saul. Ecce vnus & idē spiritus & Dñi appellatur & malus: Dñi. scilicet per licentiā potestatis iuste, malus autē per desiderii voluntatis iniustā, formidari ergo non debet, qui nihil nisi permissus valet. So la ergo vis illa timenda est, quae cūm hostē seuire permiserit: ei ad vsum iusti iudicij etiā iniusta illius voluntas feruit. Sic ergo Angelus Dñi appellatur ipse Diabolus. Secundū ergo praedicta propheta est hic, qua Christus praedicit mala iniquorum non optatio, vt optet sic euenire. Vel etiā dici potest quod Christus & alij sancti optāt diuinam iustitiā adimpleri: & per consequens malos puniri, qui hic emendari nolunt.

**528** Fiant via illorū tenebrae & lubricū, & Angelus Domini perfequens eos.

Hic consequenter praedicit malorū obscuritatis ignorantia. Vbi sciendū quod peccatū semper aliquo modo annexā habet ignorantia. Propter quod dicit Philosophus quod omnis malus ignorans: quia cū voluntas non possit fieri nisi in bonū vel apprens bonum, tunc deficit quando illud quod non est bonum sibi sub ratione boni praesentatur. Et hoc est quod dicitur Prover. 4. Via impiorum tenebrosa. Et quamuis omne peccatū obscuret intellectū maxime tamen lubricū luxuria, quia in illo actu aborbetur actus rationis, & hominē in bestiam vertit. Vnde & Seneca. i. li. declama. dicit quod nihil tam mortiferū in genus, vt est luxuria. Et Aristot. dicit quod Venus furatur intellectū spisse sapientis. Quod bene patuit in Salomone: cui Deus tantam contulerat sapientiam: tamen finaliter per mulieres fuit in fatuatus. vt habetur. 3. Reg. 11. Hae ergo prauidēs psal. ait, Fiant via illorum tenebrae & lubricum. Per tenebras nota ignorantia, sed per lubricum luxuria. His etenim vitis tanquam quibusdam viis in barathrum mortis peccatores descendunt. Horrenda est haec via peccatorum quae est lubrica & tenebrosa. Quis non horreat lubricum & tenebras? quis nō caueat ibi figere pedem: vbi lubricum videt? Vnde de peccatoribus dicitur, quod derelinquunt iter rectū, & ambulant per vias tenebrosas, qui latantur cum male fecerunt, & exultant in rebus pessimis. Sequitur, & Angelus Domini perfequens eos. hoc dicit à similitudine illius, qui in lubrico & in tenebris. est facilliter impellitur, cum nō videat vbi pedem figere possit. Angelus enim Domini. scilicet malus illos persequitur, quia tales diabolus facilliter de peccato in peccatū rueret facit. Sicut David qui facilliter post peccatū adulterij, ad peccata homicidij, hypocrisis, & furti ruit.

**529** Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui, superuacue ex

Quaestio. 1. Reg. 16. Angelus malus dicitur esse Domini.

1. Reg. 16. mor. c. 10.

1. Reg. 16.

528

23. q. 4. Nabuchodonosor. Peccatum habet ignorantiam. Philoso. 3. Ethicor.

Prover. 4. Luxuria.

Seneca. Aristot. 7. Ethicor.

3. Reg. 11.

Prover. 2.

probrauerunt animam meam.

Hic cōsequenter ostendit persecutorū malitiam quae praedictarū poenarū est causa. Vbi notandū quod omnia praedicta mala Christus de suis persecutoribus. scilicet de Iudaeis praedixit. Vnde si quis quaereret, quo merito tanta mala Iudaeis praedixit esse futura? Hic Christus respondet d. *Quoniam gratis absconderunt mihi, &c. gratis*. i. sine causa, quia eis occasionem tantae persecutionis nō dedi, quoniā eis nō nocui, sed semper benefeci: cecos ipsorū illuminavi, surdos audire feci, mutos loqui, & mortuos suscitavi, intellectū verū legis eos docui: regnū caelorum promisi, mortē pro ipsorū redēptione pati decreui. Bene ergo gratis me persequuntur, & nō solū gratis: sed etiā dolose & fraudulenter, quia absconderunt mihi interitum laquei sui. Interitus. n. dicitur mors, ab intereo, ris, quod est mori. Iudaei ergo absconderunt Christo interitum laquei sui. i. mortē quā suis laqueis & astutis consiliis parabat Christo, putabant sic occulte facere quod ipse Christus eorū laqueos vel consilia astuta non intelligeret, vt puta quando adduxerunt ad eum mulierē in adulterio deprehensam. Quando miserunt discipulos suos cum Herodiana quærentes, si licet tributū dare Caesari, &c. Et de istis laqueis quibus occulte interitū Christo parabant dicitur. Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos? vt puta quia cogitabant, tradatur à discipulo non à nobis, iudicetur à praeside non à nobis: crucifigatur à Romanis, non à nobis, &c. totū nos faciamus & nihil contra ipsam facere videamur. Dicit ergo Christus. *Quoniam gratis absconderunt mihi, &c. i. putabant abscondere vt eorū consilia nesciret & ipsorū infidias quibus me interficerent. Iste tamē talis laqueus eis fuit ad interitū non mihi, quia ille laqueus non mortis sed peccatis erat interitus. Et hoc magis sonat alia littera quae dicit. Absconderunt mihi consilia sua. Et tamē istis omnibus non habuerunt intentū: quia hoc totum faciebant ne Christi fides cresceret, ne gentē & locū perderent. Et tamen ex hoc totū contrariū illius quod putabant euenire, vnde de subdit. Superuacue exprobrauerunt animam meam. i. inutiliter & frustra me accusauerunt nihil probantes & animam meam diffamantes. Et bene superuacue, quia tali laqueo & interitu Christi fides creuit, & ipsi perditū fuerunt, vnde subdit,*

**530** Veniat illi laqueus, quem ignorat: & captio quā abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.

Illi. scilicet Iudaeorū populo. Ecce digna retributio. Nihil enim iustius est quā illa mala eis euenire quae aliter absconderunt. Inde decipiuntur, vnde decipere voluerunt. Inde nocentes fiunt, vnde nocere voluerunt, vnde subdit *Et captio quam abscondit apprehendat eum*. Per captionē hic accipie captionem Christi quae Iudaeorū cōsilio per Romanos fuit captus, & talis captio apprehendit populum Iudaicū qui per Romanos. scilicet Titū & Vespasianū fuit captiuat. Et in laqueum cadat in ipsum. i. in eundē laqueū mortis cadant quē mihi parauerunt. Vnde sicut laqueū mortis Christo parauerunt per Romanos: ita isti per Romanos interfecti fuerunt. Accidit enim isti populo sicut illi qui calicē venenatū parauit alteri, & tādē de illo oblitus ipsum bibit. Cōsimilē sententiā de Iudaeis

Quaestio.

Interitus. Laqueus est astutus consilium.

Ioan. 8.

Mat. 22.

psal. 63.

Ioan. 11.

Christi.

de Iudeis dicit Christus. Laqueum parauerunt pe-  
dibus meis, incurauerunt animam meam, fode-  
runt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam.

**§ 31** Anima autem mea exultabit in Do-  
mino, & delectabitur super salutari suo.

Hæc est secunda pars principalis in qua Chri-  
stus suam suorumque perfectionem ostendit. Et primo  
Christus ostendit suam perfectionem. Secundo  
ostendit perfectionem suorum membrorum ibi.  
*Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi?*  
Ac si diceret, ossa mea tuæ magnitudini laudem di-  
cunt, quia ipsa quoque opera quæ in me fortia esse  
credidi tua consideratione contremiscant, Vel se-  
cundum glossam. Per ossa intellige viros iustos &  
fortes qui se in Christi cõparatione nihil æstimant  
esse: vnde ait. *Omnia ossa mea*. id est discipuli mei cæ-  
teri que fortes qui ecclesiæ sunt ossa, dicent. *Domine*  
*quis similis tibi?* q. d. nullus. Quia nihil simile est illi  
cui dedit Deus nomen quod est super omne nomẽ  
vñ in nomine Iesu omne genua flectatur cõlestiũ, ter-  
restrium & infernorum, quia etiam inter iustos &  
sanctos nullus est similis Christo. Vnde hoc consi-  
derans scriptura dicit. Nullus ei similis in legistato-  
ribus. Quod exponens ad propositum Greg. dicit.  
Legistator Moyses, legistator Iosue, legistatores  
etiam Propheta, legistatores cunctos dicere possu-  
mus, quos ex lege admonuisse populum nouimus.  
Sed huic mediatori Christo in legistatoribus nul-  
lus similis est: quia isti gratuito vocati ex peccatis  
ad innocentiam redeunt: & ab his quæ in lemetip-  
sis experti sunt prædicando alios reducunt. Redem-  
ptor autem noster homo sine peccato est, filius si-  
ne adoptione, nec perpetravit vnquam quod redar-  
guit, &c. Bene ergo dicat ecclesiæ Christo. *Omnia*  
*ossa mea*. i. omnes iusti dicent. *Domine quis similis tui?*  
certè nullus, quia psal. 85. Non est similis tui in diis  
Domine, non est secundum opera tua.

Greg. d. Quid per ossa nisi fortia acta designantur? *Greg. li. 5*  
de quibus per Prophetam dicitur. Dominus custo-  
dit omnia ossa eorum. Sæpe enim ea quæ agunt ho-  
mines esse alicuius momenti æstimant: quia discre-  
tionis intimæ quàm sit subtile iudicium ignorant:  
sed cum per contemplationem rapti superna conspiciunt:  
ab ipsa præsumptionis suæ securitate liquefiunt, & tanto magis in diuino conspectu trepidant,  
quanto nec bona sua digna eius examine quæ conspiciunt  
pensant. Hinc est enim quod is qui fortia operando  
profecerat: per spiritum subleuatus clamabat. *Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tibi?*  
Ac si diceret, ossa mea tuæ magnitudini laudem dicunt,  
quia ipsa quoque opera quæ in me fortia esse credidi  
tua consideratione contremiscant, Vel secundum glossam.  
Per ossa intellige viros iustos & fortes qui se in Christi  
cõparatione nihil æstimant esse: vnde ait. *Omnia ossa mea*.  
id est discipuli mei cæteri que fortes qui ecclesiæ sunt  
ossa, dicent. *Domine quis similis tibi?* q. d. nullus.  
Quia nihil simile est illi cui dedit Deus nomen quod est  
super omne nomẽ vñ in nomine Iesu omne genua flectatur  
cõlestiũ, terrestrium & infernorum, quia etiam inter iustos  
& sanctos nullus est similis Christo. Vnde hoc considerans  
scriptura dicit. Nullus ei similis in legistatoribus. Quod  
exponens ad propositum Greg. dicit. Legistator Moyses,  
legistator Iosue, legistatores etiam Propheta, legistatores  
cunctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse populum  
nouimus. Sed huic mediatori Christo in legistatoribus nullus  
similis est: quia isti gratuito vocati ex peccatis ad innocentiam  
redeunt: & ab his quæ in lemetipsis experti sunt prædicando  
alios reducunt. Redemptor autem noster homo sine peccato  
est, filius sine adoptione, nec perpetravit vnquam quod redar-  
guit, &c. Bene ergo dicat ecclesiæ Christo. *Omnia ossa mea*.  
i. omnes iusti dicent. *Domine quis similis tui?* certè nullus,  
quia psal. 85. Non est similis tui in diis Domine, non est  
secundum opera tua.

**§ 32** Eripiens inopem de manu fortio-  
rum eius, egenum & pauperem à diri-  
pientibus eum.

Hic consequenter ostendit humani generis libe-  
rationem, ex quo etiam probat quod Christo nullus  
similis est. Vbi notandum quod ante Christi incarnationem  
genus humanum sub diaboli potestate præmebatur:  
sed Christus per mortem suam humani generis de manu  
diaboli liberavit. vt ostendit Magister, & sunt verba  
Augustini in de baptismo paruulorum. Nihil inuenit  
diabolus in Christo vt moreretur, sed pro voluntate  
patris mori voluit: non habens causam mortis de  
peccato: sed per obedientiam mortem gustauit, per  
quam nos redemit à seruitute diaboli, incideramus enim  
in manus principis huius sæculi, qui seduxit Adam  
& seruum fecit, cœpitque nos quasi vernaculos  
possidere: sed venit redemptor captiuorum nostro.  
Terrendi ei mucipulam crucem suam, posuit quasi  
escam carnem suam & sanguinem. Ille autem  
sanguinem fudit non debitoris: per quod recessit à  
debitoribus. Ille quippe ad hoc sanguinem suum  
fudit, vt peccata nostra deleteret. Vnde ergo diabolus  
nos tenebat captiuos, deleteret ut sanguine redemptoris,  
nō. n. tenebat nos nisi viculis peccatorum, &c. Hæc ergo liberationem  
generis humani

humani notans psal. ait. *Eripiens inopem de manu fortio-  
rum eius, egenum & pauperem, &c.* Vbi per inopem egenum  
& pauperem, intellige genus humanum. fortiores vero  
& diripientes demones erant.

**§ 34** Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam  
interrogabant me.

Hæc est tertia pars principalis, vbi Christus ostendit  
suorum aduersariorum malignationem. Et quatuor facit.  
Quo primo ponit aduersariorum malignitatem. Secundo  
in aduersis suam humilitatem, ibi. *Ego autem*. Tertio  
aduersariorum conspirationem, ibi. *Et aduersum me*. Quarto  
cõtra conspirationem ponit suam orationem, ibi. *Domine quando respicies*.  
Quantum ad primum Christus exprimit quæ iniuste  
ab iniustis Iudeis fuit passus. Duo autem fuit passus  
Christus à Iudeis. f. falsas accusationes & ingratas  
retributiones, ibi. *Re ribuebant mihi*. Quam ergo ad  
falsas accusationes dicit. *Surgentes testes iniqui*.  
Testes enim iniqui dicuntur, qui contra æquum testantur.  
Vbi nota quod alius est testis falsus, & alius testis  
iniquus. Nā falsus testis dicitur qui falsum testificatur,  
& hoc quis sine iniquitate facere potest. vt puta quis  
falsum dicit credens dicere verum. Sed testis iniquus est,  
qui falsum à proposito & scienter testificatur. Et tales  
testes fuerunt Iudæi cõtra Christum insurgentes: de  
quibus dicitur. Nouissimè autem venerunt duo falsi testes  
& dixerunt. Hic dixit, possum destruere templum Dei, &  
post triduum reedificare illud. Sed hic quærit Hieronymus.  
Quomodo isti erant falsi vel iniqui testes contra Christum  
cum ea testificarentur Christum dixisse, quæ ipsum dixisse  
legimus. Ad hoc rãdet primo quia falsus testis est  
qui non eodem sensu dicta intelligit quomodo dicuntur,  
sed dominus ista verba dixerat de templo corporis sui,  
ipsi autem illa intelligebant de templo materiali Iudaico.  
Secundo quia ipsius verbis calumniatur, vt paucis mutatis  
vel additis quasi iustam calumniam faciant. Saluator enim  
dixit. Soluite templum hoc, & ipsi hoc mutauerunt dicentes.  
possum destruere templum Dei, vos, inquit saluator, soluite,  
non ego, quia illicitum est vt nobis ipsis mortem inferamus.  
Item Christus dixit. In tribus diebus excitabo illud.  
Excitare enim est à somno mortis vocare, vel dormientem  
suscitare. Per quæ verba expressè apparet quod loquebatur  
nō de templo Iudaico materiali, sed de templo corporis sui,  
quod erat verum templum diuinitatis. Isti autem testes  
verba mutauerunt dicentes. Et in tribus diebus reedificabo  
illud. Reedificare autem proprie respicit templum materiale.  
Potes etiam dicere quod ideo falsi & iniqui testes erant,  
quia non zelo iusticiæ, sed solum iniqua intentione, vt  
quem oderant pderent, illa testificabantur. Postsumus  
etiã in ista materia testimonia notare. quod ad hoc quod  
quis idoneus sit testis multas conditiones debet habere,  
maximè in causa criminali, quas in hoc versu notar Hostiensis.  
Conditio, sexus, ætas, discretio, fama, Et fortuna, fides, in  
testibus ista requiruntur. Ex quo apparet quod in quolibet  
idoneo teste debet esse conditio libertatis, quia seruus non  
admittitur. Sexus firmitatis, quia mulier non recipitur.  
Ætas maturitatis, quia puer non creditur. Discretio  
veritatis, quia furiosus excluditur. Fides diuinitatis,  
quia infidelis repellitur. Fama bonitatis, quia infamis  
non recipitur. Fortuna prosperitatis, quia pauperi parum  
creditur. Quibus testes cõtra Christum carebant, & ideo  
iniquos testes ipsos vocabat. *Surgentes testes iniqui*  
&c. Prima conditio testis est

conditio libertatis quoniam serui à testimonio repelluntur.  
Et ratio allegatur, extra de verborum significatione.  
forus, quia sæpe seruus metu dominantis testimonium  
supprimat veritatis. Sed isti erant serui, & non solum  
hominis, sed quod plus est demonis, propter quod eis  
dicebat Christus. Omnis qui facit peccatum, seruus est  
peccati. Secunda conditio testis est sexus firmitatis.  
Mulier enim à testimonio repellitur, maximè in causa  
criminali. 2. q. 7. vltima. c. vlt. Cuius ratio est, quia  
varium & mutabile semper femina testimonium profert.  
de verborum significatione. forus. Vnde multam  
femina mutabilitatem ibidem notat glo. ponens istum  
versum. *Quid leuius fumo? flamen, quid flamine? ventus:  
quid vento? mulier: quid muliere? nihil.* Sed isti  
ista conditione non carebant, quia licet corpore essent  
masculi, mente tamen erant effeminati, & instabiles.  
Thre. 1. Peccato peccauit Hierusalem, propterea  
instabilis facta est. Tertia conditio testis est ætas  
matura, vnde pueri non admittuntur ad testimonium,  
& maximè in criminali causa. Ratio, quia pueri  
faciliter decipiuntur in factis aliorum: vnum pro  
alio recipientes. Sed isti pueri erant non quidem  
tempore, sed moribus facta puerilia sequentes.  
Esa. 65. Morietur puer centum annorum. Quarta  
conditio testis est discretio veritatis. Furiosi enim &  
amentes à testimonio repelluntur. Sed isti discretione  
carebant, quia quod erat postponendum præponebant  
& econuerso. Ioan. 5. Gloriam ab inuicem queritis,  
& gloriam quæ à solo Deo est, non queritis. Quinta  
conditio testis est fides, quia infidelis cõtra fidelem  
in testimonium non admittitur. 2. q. 7. si hæreticus  
& c. non potest. Isti autem infideles, & increduli  
erant Christo. Deute. 32. Generatio enim peruersa  
est & infideles filij. Sexta conditio testis est fama,  
quia infamis non recipitur. quoniam infamis non  
patent portæ dignitatis. Isti autem erant infames,  
quia secundum vel intra infames sunt omnes qui  
insurgunt in patres. Tales isti erant, Actuum. 7. Quem  
prophetarum nõ persequuti sunt patres vestri? &c.  
Septima conditio est fortuna. vnde pauper expellitur,  
quod intellige quando ad pauperem deuenit, vt quia  
lufor vel meretricator. vnde in teste attendendum est,  
an sit diues vel pauper. Isti autem quandoque diuites  
spiritualibus virtutibus fuerat, sed propter ipsorum  
malam vitam ad ipsorum deuenierant pauperem.  
Vnde illi populo scelerato dicitur. Dicis quia diues  
sum & nullus ego, & nescis, quia tu miser es &  
miserabilis pauper, nudus & cæcus? Ex quibus  
omnibus collige, quod testes qui contra Christum  
insurrexerunt, iniqui erant & falsi. Vnde Christus. d. *Insurrexerunt in me testes iniqui*  
&c. De quibus etiam modo dicit. *Surgentes testes iniqui, quæ  
ignorabam interrogabant me.* Sed quæ ignorabat  
Christus qui omnia sciuit quæ Deus, cuius oculis omnia  
nuda sunt & aperta? Respondeo quod Christus dicitur  
ignorare vel nescire quæ non approbat. Nescio vos,  
vel secundum gl. Peccata sunt ea quæ Christus  
ignorabat facere: qui tamen est cognitor peccatorum  
quæ iudicat. Dicitur ergo ignorare peccatum, non  
quasi non videndo & iudicando, sed non committendo,  
vt puta quando aliquis nescit vicium, quod tamen  
arte cognitum deuitatur. Interrogabant ergo eum de  
peccatis, peccata sibi imponendo quæ nesciebat  
scilicet facere & non approbabat.

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ.  
Incog. tom. 1. Non

**§ 32** Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi?

Hic consequenter ostendit perfectionem suorum  
membrorum. Quanto enim quis est perfectior: rãto  
per humilitatem se imperfectum respectu perfectionis  
Christi se esse cognoscit. Vbi notandum quod hic  
per ossa ipsa opera iustorum fortia & virtutes  
significantur. Vnde istum versum exponens

Testis con-  
ditio.  
Hostien-  
in ino-  
na. lib. 2.  
de testi-  
bus.  
4. q. 3. si  
testis.  
Incog. tom. 1.  
Non



Non solum autem Christus passus est à Iudæis A  
 falsas accusationes sed etiam falsas, & ingratas re-  
 tributiones, quia illi tanquam ingrati mala redde-  
 bant pro bonis. Vbi nota quòd multa sunt species,  
 & modi retributionis, ut ait Aug. supra psal. 108. &  
 habetur. 2. 2. q. 3. sex sunt. vbi ait. Sex differentiæ re-  
 tributionis sunt, reddere bona pro malis, & nõ red-  
 dere mala pro bonis, hæc bonorum sunt, sed primũ  
 melius. Item non reddere bona pro bonis, & redde-  
 re mala pro bonis, hæc duo malorum sunt, sed po-  
 steius peius. Item reddere bona pro bonis, & red-  
 dere mala pro malis hæc duo mediocrium sunt. Iu-  
 dæi autem inter retributionem malorum deteriorẽ  
 gradum erga Christum tenebant, quia non solum  
 non reddebant ipsi Christo bona pro bonis, sed q̃  
 deterius est ipsi retribuere mala pro bonis. Quod  
 Christus notans dicit. *Retribuere mihi mala pro bonis,*

Aug. de  
 psal. 108.  
 retribu-  
 tionis mul-  
 tas species.

Ingratitudo  
 est multi-  
 plex.

Aug. de  
 diuinitate.  
 Dei.

Seneca  
 lib. 2. de  
 beneficiis.

Ber. in de  
 diligendo  
 Deum.

Seneca  
 lib. 2. de  
 benef. cur  
 ea sinein.

Prov. 17.

Deute. 32

induebar cilicio.  
 Hic consequenter ponit Christus inter tot aduer-  
 sa suam humilitatem. Humilitas autem inter aduer-  
 sa maximè tripliciter ostenditur: scilicet quando ad-  
 uersa patienter tolerantur. Secundo quando pro ad-  
 uersariis humiliter exoratur. Tertio quando bonũ  
 pro malo compensatur. Et hæc omnia Christus in-  
 ter persecutiones Iudæorum obseruauit. Et secun-  
 dum hoc ista pars diuiditur in tres partes. Quia pri-  
 mo ponit primum in principio. Secundo secundum  
 ibi. *Humiliabam.* Tertio tertium, ibi. *Quasi proximum.*  
 Primo ergo Christus inter aduersa habuit pacien-  
 tiam, ut puta quia potens se de ipsis vindicare no-  
 luit, sed potentiam suæ diuinitatis quantum ad vin-  
 dictam tenebat absconsam sub carne. Et hoc notans  
 dicit. *Ego autem cum mihi molesti essent induebar cilicio.* V-

Humili-  
 tas adue-  
 sa

Cilicium  
 dicitur ca-  
 pro Chris-  
 ti.

bi nota quòd caro Christi ideo dicitur cilicium. quo-  
 niam cilicium dici potest à celo coelas, & humani-  
 tas Christi diuinitatem coelabat, quia scilicet cõtra  
 Iudæos potentiam suæ diuinitatis nõ exercebat. Vn-  
 de dicit. *Ego autem cum mihi molesti essent, &c.* q. d. Chri-  
 stus secundum glo. Illi mihi retribuere mala pro  
 bonis. Et cum mihi molesti sic essent, ego induebar ci-  
 licio. i. sub carne mortali latebam, secundum diuini-  
 tatem, quia non exercui contra eos potentiam meæ  
 diuinitatis. Caro etiam Christi ideo cilicium dicitur.  
 Cilicium enim fit de pilis caprarum, quæ in vete-  
 ri lege pro peccatis offerebantur, & Christi caro  
 pro peccatis nostris fuit oblata. Item ex alio, quia  
 cilicium est lugubris vestis. Et Christus secundum  
 carnem multotiens fleuit, & maximè dum pende-  
 ret in cruce, quia cum clamore valido & lachrymis  
 se offerens, &c. Et de isto cilicio suæ carnis Christus  
 dicebat. *Posuit vestimentum meum cilicium & fa-*  
*cius sum illis in parabolam; quia Iudæi confide-*  
*rantes solum cilicium carnis Christi & non diuini-*  
*nitatem, sibi maledicebant, vnde quando Iudæi a-*  
*licui maledicere volebant, dicebant prouerbialiter,*  
*sic tibi contingat, sicut & Christo crucifixo, ut ibi-*  
*dem ait glo.*

Humiliabam in ieiunio animam  
 meam, & oratio mea in sinu meo con-  
 uertetur.

Hic Christus pro aduersariis orat. Vbi nota quòd  
 illa sola est vera oratio, quæ carnem, & mentem hu-  
 militat Deo. Et ideo Christus vt orationem suam ve-  
 ram ostendat, primo suam humilitatem indicat. d.  
*Humiliabam in ieiunio animam meam.* Vbi nota quòd  
 duplex est ieiunium, scilicet corporale & spirituale.  
 & spirituale per corporale significatur. Nam ieiuniũ  
 corporale famem inducit. Fames autem est quod-  
 dam desiderium cibi. Et conformiter ieiunium spi-  
 rituale est quadam esuriens vel desiderium cibi spi-  
 ritualis. Quid est autem cibus spiritualis nisi volun-  
 tatem Dei facere? Meus cibus est vt faciam volun-  
 tatem eius, qui misit me. Ieiunabat ergo Christus,  
 non solum corporaliter à cibis, sed etiam spiritua-  
 liter, quia Iudæos facere voluntatem Dei esuriebat,  
 & desiderabat, & hoc non inueniebat. Vnde istum  
 intellectum ponit glo. d. Quale fuit hoc ieiunium  
 Christi corporale an spirituale? Manducare quidem  
 volebat Christus quando poma querebat in arbor-  
 re. Bibere volebat, quando mulieri Samaritanæ di-  
 xit. Da mihi bibere. Sed non de hac siti, non de hoc  
 ieiunio hic agitur, sed de alio ieiunio in illo signifi-  
 cato. Esuriunt enim Christus, & sitiunt salutem no-

Oratio.

Ieiunium  
 duplex.

Ioan. 4.

Ieiunium  
 Christi  
 fuit des-  
 derium sa-

stram.

536 Ego autem cum mihi molesti essent,

stram, bona nostra ieiunabat: quæ tamen nulla in  
 Iudæis inuenit. Apostoli enim fugerant, & se passio-  
 nis tempore in turba absconderant. Et Petrus qui  
 vsque ad mortem se perseveranturum promisit iam  
 vsque ad mortem se perseveranturum promisit iam  
 gustavit in cruce. Et ideo in huius ieiunij memoria  
 in die passionis arctissimum ieiunium obseruat ec-  
 clesia. Et hoc ieiunium spiritualis desiderij recolens  
 Christus ait. *Humiliabam in ieiunio animam meam.* ¶ Se-  
 quitur ad propositum. *Et oratio mea in sinu meo conuer-*  
*tetur.* quasi. d. Humiliabam in ieiunio, & etiam  
 orabam. Vbi nota quòd per sinum quandoque  
 intelligitur secretum diuinæ prædestinationis, in  
 quo prædestinati colliguntur à Deo. Sic enim & La-  
 zarus erat in sinu Abrahæ. i. in prædestinatione diui-  
 na absconlus. q̃ dicitur Abrahâ quia multarũ gen-  
 tium pater, immo omnium. Est ergo sensus vt Chri-  
 stus dicat. *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* Illis præ-  
 cise proficit, qui sunt in sinu meæ prædestinationis,  
 qui scilicet sunt futuri familiares, & in sinu sanctæ  
 ecclesiæ sani. Sunt enim in sinu Christi prædestina-  
 ti, qui sunt sibi vniti & intrinseci.

Sinu.

538 Quasi proximum, & quasi fratrem  
 nostrum sic complacebam, & quasi  
 lugens, & contristatus sic humili-  
 abar.

Amoris  
 signa.

Rom. 12.

psal. 68.

Oratio.

539

Conueni-  
 unt in  
 das con-  
 tra Chri-  
 stum mul-  
 tipliciter.  
 Mat. 22.  
 Ioan. 11.

Hic ponit Christus cõsequenter aduersariorũ su-  
 õrũ cõspirationẽ. Et primo ponit ipsorũ cõspirationẽ.  
 Secundo ipsorum obstinationem, Dissipati sunt.  
 ¶ Quantum ad primum nota quòd Iudæi multo-  
 tiens conuenerunt in sinu vt Christum perderent.  
 Primo ad decipiendum. Absentes Pharisei consi-  
 lium fecerunt, vt caperent Iesum in sermone. Se-  
 cundo ad deliberandum. Collegerunt pontifices,  
 & pharisei consilium, dicebant quid facimus, &  
 tunc inter eos fuit sententia mortis. d. Expediit, vt  
 moriatur vnus homo pro populo. Tertio ad occi-  
 dendum. Congregati sunt principes sacerdotum,

& seniores populi in atrium principis sacerdotum, Mat. 26.  
 vt Iesum dolo tenerent & occiderent. Et ideo dicitur.  
 Aliterunt reges terræ, & principes conuenerunt  
 in vnũ aduersus dominum, & aduersus  
 Christum eius. Sic autem conueniendo contra  
 Christum lætabantur credendo per Christi mor-  
 tem nomen eius & fidem delere, & sic hereditate  
 dominium in populo, & in templo possidere. Vn-  
 de de Iudæis ad litteram dicitur, quòd lætantur cum  
 malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. Non  
 aduerentes quod scribitur Prouerb. 14. Extrema  
 gaudij luctus occupat. Hoc ergo notans Christus  
 dicit. *Et aduersum me conuenerunt, & lætati sunt.* Et ad  
 quid conuenerunt aduersus Christum? certè ad cõ-  
 greganda sibi tormenta & pœnas. Et hoc est quod  
 dicit. *Et congregata sunt super me flagella.* s. per ipsorum  
 cõspirationem. *Et ignorauit.* Sed nunquid Christus  
 ignorabat consilia & cõspirationes ipsorum, & ignora-  
 bat tormenta quæ parabant, cum tamen omnia nuda  
 & aperta sint oculis eius? Respondet Magister in  
 glo. d. quòd illa ignorabat secundum illorum opinio-  
 nem, non secundum veritatem. Sic enim dicitur.  
 Narrauerunt, vt absconderent laqueos: dixerunt,  
 quis videbit eos? q. d. nullus. psal. 63.

Dissipati sunt nec compuncti, tenta-  
 uerunt me, subsannauerunt me sub-  
 sannatione, frenduerunt super me den-  
 tibus suis.

Hic consequenter ponitur Iudæorum obstina-  
 tio. Vbi notandum quòd dissipatio, pas, quandoque  
 idem est quòd dissoluere. Vt sicut populus habens  
 bonum ducem prælij confortatur ad pugnam, sic  
 carens bono duce, cor eius dissipatur, idest dissolui-  
 tur, & secundum istum sensum dicitur. Cum defe-  
 cerit propheta dissipabitur populus, idest dissoluetur.  
 Quandoque idem est quòd dispergere: populus  
 quando vnitur, congregatur, sed quando dispergi-  
 tur, dissipatur. sic enim dicitur. Dissipentur omnes  
 Iudæi qui congregati sunt ad te &c. idest disper-  
 gentur. Quandoque idem est quòd diuidere, vt  
 quando aliqui circa eandem rem diuersas habent  
 opiniones tunc dissipati, idest diuisi dicuntur sic e-  
 nim dicitur. Dissipati sunt Angeli: quia scilicet in  
 opinione fuerunt diuisi à principio, quia boni ad-  
 hæserunt Deo, & mali recesserunt ab eo. ¶ Ad pro-  
 positum ergo isto triplici modo iste versus exponit  
 per Magistrum in glo. Primo modo *dissipati sunt*  
*nec compuncti.* idest dissoluti, quia scilicet Iudæi vi-  
 dentes signa & miracula facta in Christi passione:  
 corde dissoluti fuerunt multum timentes. nec ta-  
 men per duritiam cordis eorum compuncti sunt,  
 scilicet corde per veram penitentiam. Nonne dissipa-  
 tum, & solutum fuit cor eorum, quando Chri-  
 sto iam mortuo timebant ipsum resurrecturum?  
 vnde dixerunt Pilato, Iube custodiri sepulchrum,  
 &c. Secundo modo dissipati sunt, nec compuncti,  
 quando propter Christi mortem per totum orbem  
 à Romanis fuerunt dispersi, nec tamen compuncti,  
 quia adhuc in sua duritia & infidelitate manent ob-  
 stinati. Tertio modo dissipati sunt nec compuncti. i.  
 circa Christum in opinione fuerunt diuisi, quia alij  
 dicebant, quia bonus est, alij autem non, sed ledicit  
 turbas. Sic & in morte Christi fuerunt diuisi, vt pu-  
 ta duo latrones, vnus bonus, alius malus. Ioseph &  
 Nicodemus honorificè Christum sepelire volebat.  
 Incog. tom. 1. f. 2 alij

540

Dissipare  
 significat  
 multa.

Prouerb.

He. 40.

Sopho. 3.

Cõpun-  
 cti.

alij autem ei detraxerunt. d. Recordati sumus q. a se ductor ille adhuc viues dixit, &c. Vñ & de illis qui sibi detraxerunt subdit. *Tentauerunt me*, vt puta qñ ipsum in passione tentantes. d. Si tu es Christus, dic nobis? Similiter quando. d. Si Christus rex Israel est, descēdat nunc de cruce vt videamus, & credamus? *Subannauerunt me* subannatione. Subannare enim est aliquem deridere rugato naso atque contracto. sic isti faciebant Christo. dicente Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reedificas, &c. Et nota quod dicit *subannauerunt me* subannatione: quando enim in talibus locutionibus fit geminatio signum est, quod talis res copiose fit vel dicitur, vt cum dicitur gaudens gaudebo, benedicens benedicam tibi. Sic in proposito. *Fremuerunt super me* dentibus suis. Fremere enim est murmuracionem & tumultum mentis per voces, & stridorem dentium aperire. Sic contra Christum dentibus fremebant, quando contra Christum dicebant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Et omnia ista ante prauiderat Hier. thre. 2. d. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui, sibilauerunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: deorabimus eum. Et aduerte vt hic dicit Magister. Omnia hæc quæ capiti nostro in cruce facta referuntur, corpori vbique fiunt.

541 Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum: à leonibus vnicam meam.

Hic Christus contra Iudæorum malignitatem, & conspiracionē, ponit suam orationem. Christus em̄ contra omnia prædicta mala à suo patre oras, postulat suam resurrectionē post mortem. Vbi nota q. respicere Dei est orationes nostras exaudire & vota complere. Sic enim dicitur. Respexit in orationem humilium, & non spreuit preces eorū. Orans ergo Christus dicit. Domine quando respicies? i. qñ meam orationē exaudies vt me. s. resuscites, quia oro ne hoc differas. Sed restitue animam meam. s. corpori meo, quod fit per resurrectionem dje tertio. Consequenter autem videns Christus q. etiam post resurrectionem suam, sponsa sua. s. fidelis ecclesia, quæ per vnicam designatur, vt psal. 21. Erue à framea Deus animam meam & de manu canis vnicam meam. vide ibi. Videns inquam quod ista vnicam multas pressuras erat passura à malignitate hominum instigatione & temptatione demonum qui per leones significantur pp̄ ipsa orat. d. Et à malignitate eorum. s. hominum à leonibus. i. à demonibus vnicam meam supple libera. quod erit in fine mundi quando sponsa sponso copulabitur, non per fidem, sed per claram visionem. quado mali separabuntur à bonis, & ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam. Nota pro hoc expositionem illius versiculi. Erue à framea Deus animam meam, &c.

542 Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

Hæc est quarta pars principalis, in qua Christus ostendit fructum suæ passionis, & ecclesiæ confirmationem. Et diuiditur in partes quatuor. Quia ponit primo ecclesiæ stabilitatem. Secundo persecutorum iniquitatem, ibi. Non supergaudeant. Tertio malorum damnationem, ibi. Vidisti domine. Quarto bonorum saluationem, ibi. Exultent & lætentur. Primo ergo ponit ecclesiæ stabilitatem. d. Confitebor

tibi in ecclesia magna, &c. Vbi notandum quod omnia ecclesiæ sacramenta sumpserunt efficaciam in Christi passione & morte, vt ait Magister. lib. 4. dist. 2. In sacramentis autem fundatur ecclesia. Sic igitur ecclesia in Christi passione fuit fundata. tamen sacramenta acceperunt vltimam suam potestatem in Christi resurrectione, & sic tunc ecclesia incepit congregari. Et hoc est quod dicit Christus. Confitebor tibi in ecclesia magna. Hæc enim superius dicebatur vnica pp̄pter vnitatem fidei: quia vna fides, vnum baptisma. modo dicitur magna, quia de omnibus gentibus congregata. Sic enim magna superius dicitur ecclesia. Apud te laus mea in ecclesia magna. Sequitur. In populo graui laudabo te. Vbi nota q. duplex est grauitas. s. bona & mala. grauitas stabilitatis & constantiæ, & grauitas iniquitatis & malitiæ. Virtus enim constantiæ & stabilitatis, grauitas quædam dicitur. Grauitas enim vento non agitur, sed leuiat: sicut in tritura aræ patet q. ventus paleas leuat & fugat, quia leues sunt: grana autem quia grauita manent. Sic & spiritualiter. Mentis graues & constantes in bono ventus tentationis non quatit, sed leues, & inconstantes circunducit ad libitum. Quis est ergo populus grauis, nisi populus fidelis conuersus ex gentibus, electus à Deo, qui stabiliter in laudem, & fidem Christi perseuerat? Qui tamen populus ante grauis erat grauitate iniquitatis, & malitiæ, quibus alias dicebatur. Filij hominum vsquequo graui corde. Peccatum enim quædam grauitas est, quia sicut omne graue naturaliter descendit, sic & peccatum naturaliter animam ad infernum descendere facit. Vnde de grauitate peccati dicitur. Væ gēti peccatrici, populo graui iniquitate, &c. Ecce ergo quantam mutationem resurrectio Christi in gentibus fecit, quia de grauitate peccati ad grauitatem gratiæ ipsas perduxit, vt per illas in ecclesia dominus laudetur, quod Christus prauiderat. in populo graui laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis & annuunt oculis.

Nunc consequenter ponit persecutorum iniquitatem. Hic enim replicat Christus Iudæorum malitiam, vt aptius consequenter addat ipsorum condignam pœnam & miseriam. Ipsorum autem nequitia grauis & magna ostenditur ex tribus. Primo quia erat voluntaria & sine causa, in principio. Secundo quia erat plena dolo & fallacia, ibi. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & odium pro dilectione. Iudæi igitur, Christum oderant gratis, quia ab eo non offensi: & iniquè, quia à Deo beneficiati. Sic igitur odium Iudæorum contra Christum erat gratis, quia sine causa erat iniquum, quia cōtra beneficia erat simulatum,

latum, quia contra exteriorē apparetiam. Dicit igitur de ipsis Christus explicans ipsorum malitiā. Non supergaudeant mihi. i. non gaudeant super me, adimplendo voluntatem suam de me. quia scilicet volebant Christi nomen & fidem delere. Qui scilicet Iudæi aduersantur mihi iniquè. quia ingrati beneficiis meis. Qui oderunt me gratis. i. à me non iniuriati. Et annuunt oculis, quia s. oculis exterioribus & signis dilectionem prætendunt. Annuere enim idem est q. alteri consentire, complacere, vel nutū complacentiæ facere. Illi ergo Christo annuebant oculis, qui exteriori prætendebant Christo cōsentire, & ipsum diligerē: quem gratis oderant & iniquè. De quibus dicit Christus psal. 119. Cum his qui oderunt pacē, eram pacificus, cum loquebar illis impugnabāt me gratis.

544 Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant.

Hic consequenter ostendit Christus quod ipsorum nequitia erat plena fallacia & adulatione, quia s. verba pacifica & blanda Christo loquebantur, sed ipsum corde persequebantur. Ad huius autem maiorem euidentiam, sciendum quod adulatio à docto ribus sic describitur. Adulatio est peccatum ex sermone vanæ laudis alicui exhibito intentione placēdi. quæ descriptio vt clarius pateat, arguo contra sic. Primo, posito quod quis laudet alium in eo quo laudandus est, sed non propter Deum, sed causa placēdi sibi. tunc non est sermo vanæ laudis, quia vanum est quod veritate caret: quam præterdit, & tamen talis est adulator. ergo prædicta descriptio non est vera. Item posito q. quis cooperiat peccatum alterius causa placēdi, tunc talis est adulator absque sermone vanæ laudis cum non laudet, sed solum tegat malum, igitur. Item posito quod quis alium laudet indebitè non causa placēdi, sed causa lucri, tunc talis est adulator, & non causa placēdi. Respondeo quod dicta descriptio adulationis est bona. Ad primum sciendum quod sermo vanæ laudis dicitur dupliciter. vel quia laudatur quod non est laudandum vel plusquam sit laudandum, & hæc vanitas est ex parte materiæ. Alia dicitur vana laus, quæ nõ fit eo sine quo debet fieri, & hæc vanitas est ex parte finis. Et vtraque vanitas in laude causat adulationem. Secunda est in casu prædicto, sed non prima. Ad secundum dico quod quis occultando malū alterius, interpretatiue laudat eum. Laudare enim est aliq. bonum, vel iustum ostendere. partes autem iustitiæ sunt duæ. s. declinare à malo & facere bonum. in casu autem prædicto talis laudat eum de prima parte & non de secunda, & falsè, ergo vane. Ad tertium dicendum quod intentio placēdi est proximus finis, quamuis non sit vltimus, ita quod placētia est ad finem: licet non finis principalis, quia si non placere per ipsum laudare, non consequeretur lucrum. ¶ Ad propositum ergo Iudæi adulabantur Christo & ipsum vane laudabant. non quidem vane ex parte materiæ, sed ex parte finis siue intentionis ipsorum, quia pacifica & blanda verba loquebantur ad vanum finem scilicet vt ipsum decipiendo perderēt. Et hoc notans Christus dicit. Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur, vt puta quando sibi. d. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. dic nobis licet censum &c. Et Ioan. 8. Magister hæc mulier modo in adulterio

deprehensa est. Et quod vano sine scilicet ad ipsum perendum ista dicerent, quamuis vera, subdit. Et in iracundia terra loquentes dolos cogitabant. Talia enim dolose loquebatur, & dolos cogitabant in iracundia terra. id est in ira quam pro terrenis habebant. Timebant enim quod si ipsius in Christi doctrina duraret: ne ipsi perderent locum & gentem. i. primatū loci. s. templi & gentis: ex quo terrena commoda recipiebant. De istis enim dixerat superius psal. 27. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.

Et dilatauerunt super me os suum, & dixerunt euge euge, viderunt oculi nostri.

Hic ostendit quod eorum iniquitas erat crudelis & derisoria. Nonne magna est crudelitas irrisoria afflictionem dare afflictio? Iudæi autem supra corpus Christi potestatem acceperant ad tempus: fecerunt in eum omnia quæ voluerunt, ceperunt, ligauerunt, falsè accusauerunt: dederunt ei alapas, colaphos, flagellauerunt, spinis coronauerunt: ipsum ad crucis patibulum & mortem deduxerunt. Et tamen vt crudeles canes non contenti: dum esset in cruce prope ipsum dilatauerunt super ipsum os suum impropertantes ei, & deridentes eum. Vnde alij dicebant. Vah qui destruis templum Dei &c. Alij: alios saluos fecit seipsum saluum facere non potest. Alij: cōfidit in Deo, liberet eum nūc si vult, &c. Et istam talem crudelitatem nunc commemorans Christus, dicit. Et dilatauerunt super me os suum. Et dixerunt euge euge, est vox secundum gl. irrisoria & insultatoria. Viderunt oculi nostri scilicet quæ desiderabamus, vt puta Christum per nos captum, flagellatum & crucifixū. Et hoc est quod dicitur i hre. 2. Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt, deorabimus eum. Et hic est dies quam expectabamus inuenimus & vidimus. Sic & nunc conformiter dicitur. Dilatauerunt super me os suum, & dixerunt euge euge, viderunt oculi nostri. scilicet quod desiderabamus videre.

Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas à me.

Hic consequenter ponitur istorum iusta damnatio. Quæ vt iustior appareat: primo Christus inuocat diuinam iustitiam. Secundo ostendit iustam cōtra illos sententiam, ibi. Erubescant, &c. Inuocans ergo diuinam iustitiam, primo ostendit q. causa vtriusque s. Christi & Iudæorū iudicio est manifesta. d. Vidisti domine. Sinnocētiā meam ex vna parte, & ex alia ipsorum malitiam. vidisti obedientiam meam, & ipsorum nequitiam. Loquitur enim Christus more humano, vt quando aliquid volumus ad memoriam alterius reuocare, dicimus, vidisti quæ facta sunt? Sic ait Christus patri. q. d. Vidisti quā crudelēs sunt illi, & quā patiens ego sum. Et idem subdit. Ne sileas, domine ne discedas à me. Duo enim petit. Primum vt sententia contra malos obstinatos detur. d. Ne sileas. Silere enim dicitur Deus, quando malos tolerat, sed non silet quādo ipsos iudicat puniendo. Deus noster manifestè veniet. s. ad iudicandum, Deus noster & non silebit. Secundo petit q. vnitatis suæ humanitatis cum verbo cōseruetur. d. Domine ne discedas à me. s. separando verbum, quia ex tali vnione peccare non poterat. Hoc autē dicit prædicog. tom. 1. f. 3. dictiue.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

psal. 27.

Matt. 22.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

Ioan. 8.

psal. 49.

dictiue. q. d. Scio q; non tamen poterant esse mihi molesti vt me peccare faciant, quia tu non discedes a me. Et quia iudex debet iuste iudicare quæ nouit: ideo subdit.

547

Exurge & intende iudicio meo, Deus meus & dominus meus in causam meam.

Dormire Dei.

Dormire enim vel iacere dicitur Deus quando aduersa iustorum quasi dissimulando non terminat: expectans ipsorum patientiæ finem vt coronet: ac etiam quando mala prauorum permittit ipsa nõ puniens debita pœna. Sic ergo quando Christus patiebatur in cruce, dormire videbatur, quia Christo iusto aduersa inferri permittebat, & malitiã Iudeorum non puniebat. Et ideo sibi loquitur Christus quasi ipsum excitando. d. *Exurge & intende iudicio meo*, &c. q. d. Tu qui videris iacere, exurge ad reddendum mihi & aduersariis. Et intende iudicio meo vel iudicium meum. sicut merui retribuere mihi. Et quia habui meritum summum, ideo intende iudicio meo: dando mihi nomen quod est super omne nomen. Est enim de merito & præmio: sicut de descensu aque & ascensu. Nam quantum aqua descendit: tantum naturaliter ascendere potest. Sic quantum quis iustus ab aliis iniuste deprimitur, vilipenditur & de videtur, tanto amplius exaltari meretur. Et ideo quia Christus in passione ultra oēs alios hoies fuit iniquè depressus & abiectus. ideo meruit sibi nomen, quod est super oē nomen. Et hoc est iudicium quod petit. d. *Exurge, intende iudicio meo*. Et quod Christus suis demeritis non fuerit sic passus & abiectus: ostendit subdens. *Et Dominus meus in causam meam*: sicut qui es Dominus meus, intende etiam causam meam. s. meæ passionis & mortis. quia scilicet non pro meis sceleribus patior, sed causa meæ passionis ex parte mea est redemptio generis humani. Et hanc causam suæ mortis notans Petrus ait. Christus passus est pro nobis, &c. qui peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius, &c. Et hoc idem aliis verbis Christus explicat, dicens.

M. ritum & præmium. Ascensu descendit.

7et. 2.

548

Iudica me secundum iustitiam meam domine Deus meus, & non super gaudeant mihi.

Hoc enim est quod superius dixit. Exurge & intende iudicio meo Deus meus. Hoc idem replicat. d. *Iudica me secundum iustitiam meam Deus meus*. Sed cũ

Iacob 1.

omnis virtus sit à Deo à quo est omne datum optimum & omne donum perfectum. vt dicitur Iaco. 1. & iustitia inter maxima Dei dona cõputetur: quomodo Christus iustitiã sibi attribuit, & non Deo. d. *Iudica me secundum iustitiam meam*. & non potius dicitur secundum iustitiam tuam? Et si forte dicat Christus erat Deus & homo: secundum quod erat Deus, iustitia erat sua. hoc non soluit: quia hic expresse loquitur Christus vt homo. Ideo dicendum quod licet habitus virtutum quãdoque sint à solo Deo & nullo modo à nobis effectiue: vt patet de virtutibus in baptismo infusis. Actus tamen virtutum simul sunt à Deo & à nobis: quia actus virtutum sunt meritorij: nullum autem meritum est in nobis quod non sit à Deo & à libero arbitrio nostro: vt ostendit Magister. Iustitia autẽ quãdoque accipitur pro habitu, & sic est à solo Deo: loquor de iustitia Christi quam habuit in primo instanti suæ conceptionis: quandoque vero accipitur pro actu ex

virtutes sunt Dei & sunt nostra.

Magister lib. 2. dist. 27.

ipsa procedere, & sic est à Deo & ab homine. Cum ergo hic Christus petit iudicari secundum iustitiam suam, accipit iustitiam pro actu non pro habitu. Vel aliter secundum Gregor. super illo verbo Iob. Reddet homini iustitiam suam. Iustitia nostra dicitur non quæ ex nostro nostra est: sed diuina largitate sit nostra: sicut in oratione dominica dicim. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ecce nostrum dicimus, & tamen vt detur, oramus. Noster quippe fit cũ accipitur, qui tamẽ Dei est: quia ab illo nobis datur. Et Dei ergo est ex munere: & noster fit veraciter per acceptionem, &c. Isto ergo modo loquitur Christus vt homo dicit. *Iudica me secundum iustitiam meam*. Et quid per tale iudicium petat: subiungit dicens. *Vt non super gaudeant mihi*. scilicet, vt non habeant de me principale intentum suum: quo querebant Christi nomen & fidem perdere: quod si habuissent gauisi fuissent supra Christum. q. d. Immo totum oppositum eueniat: vt scilicet per mortem & passionem meam nomen meum & fides crescat per totum orbem, & dilatetur. vt sic magis desceant quàm gaudeant implese de me mala sua vota. Hæc aut omnia fuerunt impleta in Christi resurrectione: quia videntes eum resurrexisse, viderunt oppositum euenisse illius quod desiderabant. Et ideo vnde latari sperabant, tristabatur. Et hoc est quod subditur.

Gregor. 24. mor. cap. 7. Iob. 33. Mat. 6.

549

Non dicant in cordibus suis, euge euge animæ nostræ: nec dicant, deuorabimus eum.

Euge. Mat. 25

Hic enim euge non est vox irrisoria vt supra: sed magis est vox lætitiæ & exultatiõis, sicut dicit Mat. 5. Euge serue bone & fidelis, &c. intra in gaudiũ dñi tui. Ante enim Christi resurrectionẽ sperabãt lætari & dicere aĩabus suis alter ad alterũ. Euge, euge, sc. lætare & exulta: quia modo habemus intentũ nrm de Christo: quia ipso mortuo defecit nomen eius & fides. Sed hoc nõ sic euenit vt sperabãt: sed totũ oppositũ. Et hoc est quod dicit. *Non dicant in cordibus suis*. & aĩabus suis. Euge euge. sed magis oppositũ dicant, tristare & plange. Verũ quoniã quis quando perdidit de aliquo intentũ suum sperat ipsum iterũ recuperare: & sic spe aliquãter cõsolatur. Talis aut spes vana per Christi resurrectionẽ remota fuit à Iudeis: quia cõtra Christũ per resurrectionẽ immortalẽ & impassibilẽ factũ amplius potestãtẽ non habuerũt: quia sperare possent ipm iterũ persequi, occidere vel deuorare. Et hoc est quod dicit. *Nec dicant deuorabimus eum*. i. quia Christus immortalis est factus, amplius dicere nõ poterũt, *deuorabimus eum*: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultra non dominabitur.

540

Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis.

Gratulor Congratulor.

Hic consequenter ponit iustam contra obstinatos Iudeos dandam sententiam: potest tamen ista pars legi prædictiue & optatiue. Si prædictiue, prædicat pœnam malis futuram, dicens. *Erubescant & reuereantur*, id est, confundentur, & timebunt in mea resurrectione, videntes se nihil fecisse, & de quibus intelligat subdit. *Qui gratulantur malis meis*. id est, qui congaudent iniquè de penis Christo illatis, vbi nota quod gratulor gratulatis habet duo significata. Est enim idem quod gaudere: etiam quod gratias agere: gratulabuntur ergo mali de passionibus Christi. Potest etiam legi optatiue. Et tunc Christus

stus orando optat: quod persecutores sui qui gratulabantur malis suis: erubescant per confusionem peccati: & conterantur & timeant. scilicet futurum iudicium. Sic enim dicebat supra Psal. 50. Erubescant impij, & deducantur in infernum: vide ibi. Et hoc idem alijs verbis exprimit, dicens,

Psal. 30.

Induantur confusione & reuerentia: qui maligna loquuntur super me.

Induantur damnati suspensio.

Psal. 108.

Quod similiter duobus modis potest exponi vt prius, quantum ad primum sensum, induuntur damnati confusione: quia sicut vestis ex omni parte circumdat vestitum, sic & confusio ex omni parte circumdat damnatum. vide supra Psal. 30. Erubescant impij. Sic enim dicit ps. Induantur qui derahũt mihi pudore, &c. Potest etiã legi optatiue: vt optet illos per veram pœnitentiam confundi de peccatis suis.

551.

11. q. 3. e. sumant.

Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.

Mat. 3.

Iustitia significat humilitatem.

Philip. 2.

Psal. 31.

Magnificare Dominum.

Psal. 33.

Ioan. 4. Pax Christi August.

Hic posita malorum dãnatione ponitur bonorũ beatificatio. Vbi iustitiam Christi intellige eius humilitatem, de qua ipse ait Ioanni. Sic decet implere omnẽ iustitiam. Per iustitiam enim intelligit humilitatem: quæ ois iustitia est, quæ quidem iustitiæ humilitas tres gradus habet. Primus est subdere se maiori, & se non preferre æquali. & ista dicitur iustitia sufficiens omni, necessaria ad salutem. Secundus gradus est subdere se æquali: nec se preferre minori: & hic dicitur abundans. Tertius est subicere se minori, in quo est ois iustitia, & ista fuit iustitia Christi, quia cũ esset Deus semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens, &c. Et de ista iustitia dicit Christus. *Exultent & lætentur omnes qui volunt iustitiam meam*: s. imitari. & hic tangit stolam primã animæ, cũ dicit lætentur: & stolam secundã corporis, cũ dicit exultent. quia vt alias dictum est. lætitia est interior: sed exultatio quasi extrasaltatio est exterior. sic em. dicitur. *Lætami in Domino & exultate iusti*, &c. Sed quia quilibet iustus non debet esse contentus de sua salute: sed semper desiderare aliorum salutem. ideo subditur. *Et dicant semper magnificetur Dominus*. qui diligunt. &c. Magnificatur em Dñs non in se, sed in nobis. scilicet quando nos in ipso per gratiã efficiamur magni. Debent ergo iusti semper dicere. i. semper desiderare: vt Dominus magnificetur in nobis per cõuersionẽ Gentilium & augmentũ gratiarum. Sic em supra dicebat. Magnificate Dominum mecum, &c. vide ibi. Et qui hoc debet dicere subdit. *Qui diligunt pacem serui eius*. scilicet qui diligunt pacẽ meam qui sum seruus Dei. Sed quæ sit pax Christi quã debebat diligere ipse ostendit. d. Pacem meã do vobis: nõ quomodo mundus dat ego do vobis, &c. quod expones August. de verbis Dñi ait. Est autẽ pax Christi tranquillitas mētis, serenitas animi, tranquillitas cordis, amoris vinculum, consortiũ charitatis. Nec poterit ad hæreditatem Domini peruenire, qui testamentum pacis noluit obseruare. Nec potest concordiam habere cum Christo, qui discordiã habuit cum Christiano. Sed qualiter istam pacem debemus diligere ostendit, scilicet faciendo sicut ipse fecit. vnde subdit,

Et lingua mea meditabitur iustitiam

tuam, tota die laudem tuam.

Et nota quod dicit, lingua mea meditabitur. Ad linguam em pertinet loqui: sed ad cor meditari. Volens ergo ostendere quod lingua Christi cordi cõsonabat hæc duo simul coniungit. d. *Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam*. quod ideo dicit: quia in omnibus verbis & factis, Christus non propriam laudẽ, sed Dei quæsiuit. vnde ait glo. Ille enim tota die Deum laudat, qui oĩa bene agit. Nõ desinit laudare, qui non desinit bene agere: qui non desinit iustus esse. Oĩa ergo bene age: & laudasti Deum tota die. Sic etenim semper ad Dei laudem se excitabat Psal. d. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea. psallã Deo meo quandiu fuero.

Lingua meditabitur.

Psal. 145.



Ixit iniustus, vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.

Hic Psal. talis titulus præmittitur. *Ad victoriam seruo Domini Dauid*. Pro cuius expositione sciendum: quod aliqui dicunt quod Dauid fecit istum Psalmũ pro victoria gloriosa. quã habuit populus Israel: quã gloriose per Deum fuit liberatus de potestate Pharaonis, de seruitute Aegypti, & mare rubrũ sicco pedẽ transiit ad seruiendum Deo & sacrificandũ libere. secundũ quod dictum fuit Pharaoni. Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ. Dimitte populũ meum: vt sacrificet mihi in deserto. Et ad istũ sensum litera huius Psal. satis videtur aptari. Alij autẽ dicunt & iudicio meo melius quod Dauid fecit istum Psalmũ de seipso. scilicet quãdo Saul voluit ipsum etiã propria manu interficere: sed diuina gratia fuit liberat. Nã loquutus est Saul ad Ionatham, & ad omnes seruos eius vt Dauid occiderent. Ionathas autẽ quia diligebat Dauid, indicauit sibi. d. quærit Saul pater meus occidere te. quapropter abscode te: & ego loquar de te ad patrem meũ, & quocũque videro annũciabo tibi. Loquutus est Ionathas ad patrẽ suum de Dauid bona dicẽs. Ne pecces Rex in seruum tuum Dauid: quia non peccauit cõtra te, & opera eius valde vtilia sunt tibi: & per eum habuisti victorias multas, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, vt Dauid absque causa occidatur? Quod cũ audisset Saul placatus voce Ionathas iurauit dicens. Non occidatur Dauid. Vocauit ergo tunc Ionathas Dauid & nunciavit ei quod Saul erga ipsum erat placatus: & quod iurauerat quod ipse non occideretur. & introduxit ipsum ad Regem. Interim autem spiritus Domini vexabat Saul, qui sedebat in domo sua habens lanceam prope se. Dauid autem erat ante Saul pulsans citharam: quia per sonum eius spiritus malus fugabatur à Saule. Tunc Saul accepta lancea voluit percutere Dauid, & ipsum cũ lancea ad parietem configere. & declinauit Dauid à facie Saulis: lancea autem casto vulnere, perlata est in parietem. Et sic Dei adiutus gratia Dauid euasit manus Saulis. & tunc de tali victoria habita gratias agens Deo fecit istum Psalmum. Ex quibus apparet sensus tituli dicens. *Ad victoriam seruo Domini Dauid*. Id est iste Psalmus factus est ad declarandam victoriam à Deo datam ipsi Dauid Ineog. tom. f 4 seruo

Exod. 5.

1. Reg. 19.



ferno domini. Et secundum istum sensum primo ex A  
ponam litteram psal. secundo inducā intellectum  
Psalmiste. ¶ Quantum ad primum, psal. iste diuidi-  
tur in duas partes. quia primo agitur de malignita-  
te Saulis Dauid persequentis. secundo de benignita-  
te domini ipsum Dauid liberantis. ibi. *Domine in celo*  
*miserericordia tua.* &c. Dic vt N. ¶ Quantum vero ad  
intellectum Psalmista, notandum qd iste pla. agit de  
errore quorundam, qui dicunt omnia mala esse ex  
vicio naturæ & nostræ creationis: bona vero omnia  
esse à nobis & ex libero arbitrio. Et hunc errorem  
hinc destruit psal. ostendens oppositū. Omnia ma-  
la esse à nobis, bona autē omnia esse à Deo per gra-  
tiam. Vnde notandum est, qd hic seruus dñi Dauid  
significat ipsum Christum, qui dicitur seruus dñi,  
quia semetipsum exinanituit formā serui accipiens,  
in qua patri vsque ad mortem obediens fuit. Hic e-  
nim etiam dicitur Dauid, quia vultu desiderabilis,  
in quem desiderant angeli prospicere: & manu for-  
tis quia potestates aëreas debellauit. Hic enim ostēdit  
omnia nostra bona esse à Deo. Nemo venit ad  
mc, nisi pater meus traxerit illum. Ostendit insu-  
per omnia mala non à Deo sed à nobis esse: arbor  
mala fructus malos facit. Omnis autem homo de  
se, sine Dei gratia, arbor mala dicitur & in peccato.  
Sic ergo erit i. sensus tituli. Iste psal. attribuitur Chri-  
sto seruo domini. i. patri vsque ad mortem obediēti,  
qui est ad victoriam, s. hæreticorum, quia ostēdit  
mala esse à nobis & bona à Deo. Intētio totius pla.  
est, vt omnia mala nobis attribuiamus, sed omnia  
bona Deo. ¶ Quantum ergo ad istum intellectum  
psal. iste diuiditur in partes duas. Quia psalmista  
primo asserit omnia mala esse ex homine, secundo  
omnia bona esse ex Deo, ibi. *Domine in celo.* Prima  
autem pars diuiditur in partes quatuor, quia primo  
ponitur ma orum peccati futuri deliberatio. se-  
cundo peccati deliberati excusatio, ibi. *Quoniam dolo-*  
*se egit.* tertio peccati excusandi aggrauatio, ibi. *Verba*  
*oritur eius.* quarto peccati deliberati prosecutio, ibi.  
*Iniquitatem meditatus est.* ¶ Quantum ad primum no-  
randum, quod peccata sunt duplicia, quædam quæ  
procedunt ex industria & deliberata malitia. & ista  
sunt mortalia, & de istis hic agitur. Dicit ergo. *Dixit*  
*ini spūs.* &c. Vbi nota quod est dicere diuinum & di-  
cere humanum. Dicere autem diuinum multiplici-  
ter accipitur, quia aliquando idem est quod intelli-  
gere, & hoc dicere est essentiale & conuenit toti tri-  
nitati. Dixit Deus fiat lux, & facta est lux. i. tota tri-  
nitas æternaliter intellexit lucem in tempore esse  
fiendam. Item aliquando idem est quod generare,  
& sic est personale, & soli patri conuenit. Dominus  
dixit ad me filius meus es tu, dixit, i. me verbum &  
filium suum genuit. Item aliquando idem est quod  
præcipere vel disponere, & sic est essentiale, & æter-  
nale quo ad principalem actum, sed temporale quo  
ad actum essentialem, & respectuum. Ipse dixit, &  
facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. i. disposuit  
ab æterno creaturam fieri in tempore. ¶ Secundo est  
dicere humanum. Et hoc est duplex, scilicet extrinsecum,  
& intrinsecum. Extrinsecum ab intrinseco proce-  
dit. Et istud dicere quadrifarie distinguitur, vt osten-  
dit Greg. d. Omne enim quod dicitur, quadripartita  
qualitate potest distingui, quia aut mala male, di-  
cuntur: aut bona bonè: aut bona malè: aut mala be-  
nè. Mala enim male dicuntur, cum res peruersa sua-  
detur. sicut Sapien. 2. Venite coronemus nos rosis:  
nullum sit pratium quod non pertranseat luxuria  
nostra. Bonum bene dicitur, cum recte recta præ-

dicantur, sicut Ioannes ait. Agite pœnitentiā ap-  
propinquabit enim regnum celorum. Malum autem  
tem bene dicitur: quando per os dicentis idcirco  
vitium exprimitur, vt reprobetur. sicut apostolus  
ait. Qui furabatur, iam non furetur. Male autem  
bonum dicitur, cum rectum aliquid non recto stu-  
dio profertur. Sicut cæco n. to & illuminato à  
Christo pharisæi dixerunt. Tu discipulus eius sis  
Dicere autem intrinsecum nostrum, quandoque i-  
dem est quod cogitare, & sic accipitur Sapien. 2.  
Dixerunt impij apud se cogitantes non recte, Quā-  
doque idem est quod deliberare, & sic accipitur pro  
deliberatione. Dixi confitebor aduersum me, &c. ¶  
id est deliberari. ¶ Ad propositum ergo cum hic di-  
citur. *Dixit iniustus:* hic dicere accipitur pro delibe-  
rare, & est sentus. *Dixit iniustus.* id est deliberavit in  
semetipso: vt delinquat. id est vt peccet. Omnis enim  
qui peccat delinquit, quia obseruationem alicuius  
diuini præcepti obmittit. Hoc enim iniusti delibe-  
rant in seipsis peccare, & non in publico vbi homi-  
nes vident, sed in seipsis vbi Deus videt. hoc ideo,  
quia homines timent & non Deum. Si enim time-  
rent Deum sicut timent homines, sicut non delibe-  
rant in publico coram hominibus peccare, sic nec  
deliberarent in seipsis. Ex hoc ergo sequitur quod  
Deum non timent, quod ex hoc concludit psal. d.  
*Non est timor Dei ante oculos eius.* Vnde sic exponit. *Di-*  
*xit iniustus in semetipso, vt delinquat.* Et vnde hoc, ratio-  
nem subdit. *quia non est timor Dei ante oculos eius.*

**Quoniam dolose egit in conspectu  
eius, vt inueniatur iniquitas eius ad  
odium.**

Consequenter hic ponitur peccati deliberati  
excusatio. Vbi notandum quod multi inquirunt  
peccata sua, vt ipsi inuenis & cognitis illa dete-  
stantur per contritionem, & expurgent per confes-  
sionē. sic qualiter peccata sua Dauid ad ipsa pur-  
gandum. d. Meditatus sum nocte cum corde meo.  
scilicet peccata mea, & exercitabar scilicet per cō-  
tritionem, & sic scopēbam spiritum meum per cō-  
fessionem. Et talis peccati inquisitio, peccatum tol-  
lit & mundat. Alij autem peccata sua inquirunt ad  
illa operiendum, & excusandum cum fallitatibus,  
& dolo, vel ad imputandum illa alteri, vt fortunè  
fato, vel constellationibus, & ex consequenti ipsi  
Deo. Sicut fecit Adam: qui quando culpam suam  
negare non potuit: ipsam Deo imputauit se excu-  
sando. d. Mulier, quam dedisti mihi sociam dedit  
mihi &c. Et isti tales dolose agunt, quia falsè sua  
peccata alijs imponunt, & sic peccata excusando  
dolose illa magis aggrauant, vt ostendit Grego. d.  
Hæc nanque sunt veræ humilitatis testimonia, &  
iniquitatem suam quemque cognoscere, & cogni-  
tam voce confessionis aperire. At contra vltimum  
humani generis vitium est, & libenter peccatum  
committere, & commissum negando abscondere,  
& conuictum defendendo multiplicare. Ex ipso  
quippe lapsu primi hominis hæc augmenta nequi-  
tati ducimus, ex quo ipsam radicem traximus cul-  
pæ. Sic namque ille dum lignum vitium conti-  
gisset, abscondit se à facie domini inter ligna para-  
disi. In qua absconsione sciqua Deum latere nō po-  
terat, non latendi effectus describitur, sed affectus  
notatur, qui eū argueretur à domino, quod de ligno  
vetito contigisset: illico respondit. Mulier, quā de-  
disti

disti mihi sociam, ipsa dedit mihi de ligno & co- A  
medi. Ipsa quoque mulier inquisita respondit. d.  
Serpens decepit me, & comedi. Ad hoc quippe re-  
quisitū fuerant, vt peccatum quod transgrediendo  
comiserāt, confitendo delerent. Vnde & serpens  
ille persuasor qui non erat reuocandus ad veniam,  
non est de culpa requisitus. Interrogatus itaque est  
homo vbi esset, vt peccatum quod transgrediendo  
& confitendo cognosceret, quā longè à condito-  
ris sui facie abesset. Sed adhibere sibi ipsi vtrique  
defensionis solatia quā confessionem elegerunt.  
Cūmq; excusare peccatum voluit vir per mulie-  
rem: mulier per serpentem, auxerunt culpam, quā  
rueri conari sunt &c. Ex quibus apparet quod pec-  
cati excusatio vel palliatio culpam non mitigat, sed  
auget & multiplicat, & amplius prouocat odium  
Dei. Et hoc est quod hic de quolibet tali dicit psal.  
*Quoniam dolose egit.* s. excusando culpam suam & de-  
fendendo, & hoc in conspectu Dei, à quo nullus po-  
test abscondi. Et causam quare talis abscondit do-  
lose peccatum suum, subdit. d. *Vt inueniatur iniquitas*  
*eius ad odium.* Vbi notandum quod hæc dictio vt,  
quandoque tenet consecutiue. Erat ibi vsque ad or-  
bitum Herodis, vt adimpleretur quod dictum est à  
domino per prophetam. d. Ex Agypto vocaui filium  
meum. Et sic est hic sensus, vt inueniatur iniquitas  
eius ad odium. i. ex hoc quod peccatum suum de-  
fendit, consequenter iniquitas eius inuenitur magis  
ad odium Dei. Quandoque vero ly vt, tenet negati-  
uè, & hoc ratione alicuius negationis præcedentis  
vel subsequētis, vt si dicam nolo vt facias hoc, &  
sic ratione negationis subsequētis, in sequenti  
versiculo cum dicitur, noluit intelligere &c. Ly vt,  
tenet hic negatiuè vt, sit sensus, dolose egit excu-  
sando peccatum suum, vt id est ne inueniatur ini-  
quitas eius ad odium. s. suum. i. ne odieret iniquitatē  
suam per contritionem. adeo ipsam defendendo excu-  
sauerit. Et iste sensus adiuuatur verbis consequen-  
tibus, cum de isto dicitur. iniquitatem meditatus  
est in cubili suo. s. excusate: maliciam autem non  
odiuit.

**Verba oris eius iniquitas, & dolus:  
noluit intelligere vt bene ageret.**

Hic consequenter ponitur peccati excusati ag-  
grauatio. Vbi sciendum est: quod nolle intelligere  
vel scire, quæ sunt agenda vel fugienda, & sic pec-  
care per ignorantiam, quod talis ignorantia pecca-  
tum non excusat, cum ipsa de se sit peccatū, sed ag-  
grauat amplius, quia peccatum peccato additū: fa-  
cit maius peccatū. Ad quod plenius intelligendum  
est sciendum, qd vt dicit Magister. triplex est ignorā-  
tia. Prima est illorum qui scire nolūt cum possunt.  
Et hæc dicitur ignorantia voluntaria quæ non excu-  
sat à peccato, cum ipsa sit peccatū, sed magis ag-  
grauat. Alia est illorū qui volunt scire, sed non pos-  
sunt, vt multi simplices vellent intelligere mysteriū  
trinitatis, & vnitatis diuinæ, sed non possunt, & hæc  
excusat à peccato & non est peccatū, sed pœna pec-  
cati. Alia est illorum, qui quasi simpliciter nesciunt  
non renuentes vel proponentes scire, & hæc dicitur  
crassa, quæ neminem plenè excusat à peccato,  
sed fortasse vt minus puniatur. vnde August. ait. Eis  
aufertur excusatio, qui mādāta Dei scire noluerūt,  
quam solent habere homines de ignorātia. Et licet  
grauius sit peccare scienter quā nesciēter, nō ideo  
tū confugiendum est ad ignorantia: tenebras, vt in

eis quisquā excusationem requirat. Aliud est enim  
nescisse: aliud scire noluisse. Quia in eis qui intelli-  
gere nolunt, ipsa ignorantia peccatū est. In eis vero  
qui nō potuerunt, pœna peccati est. Ignorantia ve-  
ro quæ non est eorum qui scire nolunt, sed eorum  
tanquā qui simpliciter nesciūt, nullum sic excusat,  
vt æterno igne non ardeat, sed fortasse vt minus ar-  
deat. Non enim prima mulier excusationem habuit  
de ignorantia, cum & mandatū nouerit & pecca-  
tum esse secus agere, non ignorauit. Ad propositū  
igitur illi qui volunt excusare peccata sua per igno-  
rantiam, quia scire nolunt, illi dupliciter aggrauant  
peccatum. primo quia falsè & dolose excusant. Et  
de quolibet tali dicit: *Verba oris eius iniquitas, & dolus,*  
quia dolose iniquitatem excusat. Secundo quia  
ignorare voluerunt, quæ ignorantia semper pecca-  
tum est. Et de quolibet tali dicit, noluit intelligere,  
vt bene ageret.

**Iniquitatem meditatus est in cubili  
suo, altitit omni viæ non bonæ: mali-  
tiam autem non odiuit.**

Hic consequenter ponitur peccati deliberati p-  
sequutio. Quid enim in hac parte per cubile nisi cor  
peccatoris intelligitur, in quo peccata deliberantur  
primo quæ postea deducuntur ad opus. Vnde quā-  
tum ad deliberationem factam in corde dicit. *Iniqui-*  
*tatem meditatus est in cubili suo.* i. in corde suo. Quan-  
tum vero ad executionem peccati subdit. *Astut omni*  
*viæ non bonæ.* Stare enim dicitur manere & nō mo-  
ueri, & componitur cum a. & dicitur astutas. ita. qd  
idem est quod sumiter stare & durare. dicit ergo.  
*Astuti omni viæ non bonæ.* i. cum studio & mora pro-  
nus fuit iniqua operari. Et hoc ideo, quia malitiam  
non odiuit, sed supple dilexit. Ecce summa malitia.  
Qui enim non potest penitus carere malicia, debet  
saltem odisse, vt si corpore seruit peccato, saltē men-  
te seruiat Deo. de quolibet enim tali dicitur. Dile-  
xisti malitiam super benignitatem &c. Dicit ergo  
*iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Vbi moraliter  
notandum: quod in scriptura multiplex cubile my-  
sticum reperitur. s. Cubile prauitatis criminalis in  
quo nefanda perpetrantur: vt hic scilicet cor pecca-  
toris iniquitatem meditatus est in cubili suo, id est  
in corde suo &c. Cubile veritatis magistralis in quo  
prædicanda meditantur. s. cor doctoris in quo docē-  
da meditantur. sicut artifex de nocte in cubili cogitat  
quæ facere debet in die. & de istis dicitur. In cubili-  
bus oriatur viror calami. per calamum, ex quo sistu-  
la ad sonandum efficitur, intellige sonum prædica-  
tionis: sed per virorem eius aptum modum loquen-  
di discernere. Cubile asperitatis salutaris: in quo puni-  
enda deploratur: scilicet cor pœnitentis. Irascimi-  
ni, scilicet peccatis vestris: quæ dicitis in cordibus  
vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Cubi-  
le orationis virtualis: in quo impetranda postulan-  
tur. s. cor orantis, in quo orans sicut in secreto cubi-  
li se claudere debet: vt ab omni tumultu exteriorū  
cogitationum sit liber. Tu autem cum oraueris, in-  
tra in cubiculum tuum, & clauso hostio ora patrem  
&c. Cubile habitationis infernalis: in quo horrēda  
congregantur. ante saluatoris aduentum dæmones  
regnabant in mundo: sed p eius passionē in cubicu-  
lo infernali sunt reclusi. Ortus est sol & cōgregati  
sunt, s. demones: & cubilib' suis cōgregabūtur. Cu-  
bile p̄niationis æternalis: i. quo op̄ata possidētur. s.  
æterna

Philip. 2.

Ioan. 6.

Matt. 7.

Peccatum duplici.

Dicere Dei. Dicere hominis.

Gen. 1.

psal. 2.

psal. 148.

Greg. 23. mor. 3.

Sapien. 2.

Mat. 3. Ephe. 4.

Ioan. 9. Sapien. 2.

psal. 31.

Matt. 2.

554. 117. q. no. mo.

Ignoran- tis multi- plex. Magister lib. 2. dist. 22.

Greg. 22. mor. 13. Desynio peccati sum ag- committere, & commissum negando abscondere, & conuictum defendendo multiplicare.

Augu. ad Galat. 5.

Gen. 3.

555. 5. q. 4. in loco.

cor peccatoris.

psal. 37.

Cubile multiplex.

Eph. 35.

psal. 4.

Matt. 6.

psal. 103.

æterna

*psal. 149* æterna gloria. Exultabunt sancti in gloria, latabuntur in cubilibus suis. Sed quia de primo cubili prauitatis criminalis est præsens textus. ideo de illo solo procedã. Vbi notandum q̄ cubile criminalis prauitatis, secundum varietatem peccatorum etiã variatur, vt dicamus q̄ est Cubile voluptatis, & luxuriz. Cubile cupiditatis, & auaritiã. Cubile ambitionis, & superbiã. Cubile gulositatis, & ingluuiã. Cubile torpositatis, & acidiz. Cubile crudelitatis, & frunitiz. ¶ Primo est cubile voluptatis, & luxuriz, in quo voluptuosi conuersantur, sicut Amom qui sorori suã Thamar dixit. Veni cūba mecum foror mea. quã respondit: noli frater mi facere hanc sultitiam, qui noluit acquiescere præcibus eius, sed præualens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea, propter istud cubile ipse Amom fuit occisus, vt habetur. 2. Reg. 13. ¶ Rubem fuit maledictus Gen. 49. Rubem primogenitus meus principium doloris mei, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Istud cubile est detestandum, vt vir alienam non cognoscat: neque mulier alienum. Exemplo Hesther, quã Deo dicebat. *Hes. 14.* Tu domine qui habes omnium scientiam, nosti q̄ detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenã. Hic per alienigenas, & incircuncisos omnes intellige qui legitime in matrimonio non sunt copulati. ¶ Secundo est cubile cupiditatis, & auaritiã, in quo scilicet auari congregant cogitationes temporarium, de quibus dicitur. Impleuit præda speluncas suas. & cubile suũ rapina, & Hiere. 4. Ascendit leo de cubili suo: prædo gentium se leuauit, vt ponat terram in solitudinem. Quod ideo dicit. quia auari primo in cubilibus suis cogitant qualiter rapinas, & prædas facere possint & alios supplantare, & postea de cubili sui cordis exeuntes, quã cogitauerunt interiorius, exterius operantur. ¶ Tertio est cubile ambitionis & superbiã. Superbi enim inter superbos leones scilicet demones cubilia sua construunt, vt sicut leo rex est animalium: ita ipsi per superbiam alius possint dominari. Mater tua læna inter leones cubauit, in medio leuencolorũ nutriuit catulos suos. Quã est enim mater peccatorum, nisi superbia, à qua omne peccatum velut à matre procedit? Quia initium omnis peccati superbia. Quid autem per leones nisi superbos demones? Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens, &c. Superbia ergo inter leones cubat, cum vagatur cum demonibus, sed in medio leuencolorum nutrit catulos suos: quã ad alios exemplo demoniorum efficit superbos. ¶ Quarto est cubile gulositatis, &c. Eccl. 40. In tempore refectionis in cubili somnus mortis immutatur scientiam eius. Quod ideo dicit. quia gulosi tempore refectionis non quidem ad mortem naturã, sed magis ad voluntatem gula se vertunt, vt in ipsa tanquam in cubili longa mora perseuerent. Ex quo cubili gulositatis tanquã ex somno mortifero scientiam perdunt, quia crassitudo ventris intellectum obtundit. vnde de quolibet gulofo dicitur. Erit cubile draconum & pascua struthionũ: magnam enim curam circa gulã struthio ponit, vt ad ipsam repleat etiam ferrum deglutiat, quasi nulli rei pp gulã parcens. ¶ Quinto est cubile torpositatis. Et hoc cubile, quia exercitium non habet boni operis obliuionẽ inducit. vnde Hiere. 50. de occisis dicitur. Trãsierunt de monte in collem. s. vagãdo obliuati sunt cubilis sui. Istud cubile relinquere nos docebat Apostolus. d. Honestẽ ambulemus nõ in comessationib⁹ & ebrietatibus, nõ in cubilibus, & impudiciis, vbi

*gl.* per cubilia pigritiã dormitionis intelligit. ¶ Sexto est cubile crudelitatis, &c. Crudeles enim velut dracones alios persequuntur & infestant. Ideo de Iudæis qui aliquando clementes erant, cum propheta præuidit eos in crudelitate contra Christum vertendos, de ipsis prædixit Hiere. 9. Dabo Hierusalem in æternos arenas, & in cubilia draconum. Arena enim facit acerrimum non facit continuum: draco autem sæuum animal est & crudele. Sic & Iudæi licet per crudelitatem simul congregati essent ad malum contra Christum: acerrimum quidam faciebant, vt arena, sed non faciebant vnum continuum, quia glutino charitatis carebant. vnde & draconum cubilia per crudelitatem erant effecti. Et quia iste Iudæorum populus sic cubile crudelitatis erexit, ideo hodie cubile crudelitatis eius pro orbem dissepersum, sibi dicente domino. Draco magne, qui cubas in medio fluminum, ponam frenum in maxillis tuis, & proiciam te in desertum. Et tamen istud cubile crudelitatis illum populum docuerat Salomon non habere sibi dicens. In cogitatione tua regi ne detrahas. s. Christo, & in secreto cubili tuo ne maledixeris. Ecce ergo quot mala in cubili criminali committunt. de quo nunc dicit Psalmista: q̄ peccator iniquitatem meditatus est in cubili suo.

**Domine in cœlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.**

Hæc est secunda pars principalis: in qua postq̄ Psalmista ostendit omnia mala esse ex nobis: ostendit nunc omnia bona esse ex Deo, ostendens diuinam bonitatem. Vbi notandum q̄ secundum Philosophum. Nostra cognitio incipit ab vniuersalioribus tendens ad particularia, sicut videns aliquem à remotis, primo cognoscit illum esse quandam substantiam, sed non discernit quam: deinde cum magis appropinquat discernit esse corpus animatum, & animal, deinde hominem, & deinde Petrum. Sic conformiter est in cognitione nostra intellectuali. Et istum modum tenet hic Psalmista nobis manifestans bonitatem diuinã, quia primo illum ostendit in generali. secundo magis in speciali, ibi. *Filij autem hominum.* tertio magis in particulari, ibi. *Non mihi vnitur pes superbia.* Prima autem pars diuiditur in partes tres, quia ostendit quoddam bonitas diuina est alta in communicatione. secundo est occulta in electione, ibi. *Iustitia tua.* tertio est grata in subuentione, ibi. *Homines & iumenta.* Primo ergo ostendit quoddam diuina bonitas est alta in communicatione. d. *Domine in cœlo misericordia tua,* &c. In duobus enim maxime apparet nobis diuina bonitas. scilicet per misericordiam & per iustitiam, quia per misericordiam omnia produxit ex nihilo, sed per iustitiam mala puniendo, ordinem vniuersi disponit. Quamuis autem in cœlo nulla sit miseria, ibi tamen summe relucet diuina misericordia, non quidem reuelationis, sed præseruationis, quia cœlestes spiritus ab omni miseria præseruantur. Infra cœlum autem magis relucet iustitia, vbi multa inordinate sunt quã per iustitiam punientem reformantur: quoniam tantum honoris reipublica confert punitio mali, quantum confusiois intulit malum. Et hoc est quod dicit. *Et veritas tua vsque ad nubes,* quã sunt infra cœlum, quia & iustitia tua maxime in creaturis infra cœlum existentibus relucet. Nunquam tamen credas iustitiam Dei esse sine misericordia nec conuerso. quãnis in vno opere

*Colo. 3.* opere magis reluceat misericordia q̄ iustitia, & in alio eodẽ uerbo. ¶ Vel aliter per cœlum & nubes intellige prædicatores & doctores fidei, qui cœli dicuntur non solum, quia cœlestes conuersatione: iuxta illud Colo. 3. Nostra conuersatio in cœlis est, sed etiam quia in ipsis occulta & cœlata manent fidei sacramenta. Vnde de illis Deus dicit. Ego feci vt in cœlis oriretur lumen indeficiens. Isti etiam & nubes dicuntur, quia aquam sapientiã fidei, quã in se continent, etiam opportune aliis prædicando spargunt & communicant. de quibus dicitur. Nubes pluant iustum. s. Christum prædicando, eius fidem doceant mundum. In istis ergo qui sunt cœlum & nubes est misericordia Dei & veritas. Misericordia, quia gratis electi, veritas, quia de mysteriis fidei edocti & illuminati. De quibus dicitur psalm. Vniuersã uirã domini misericordia & veritas, sed quibus, s. doctores: vnde subdit. Requirentibus testamentum eius, &c.

**Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa.**

Hic ostendit quoddam Dei bonitas est occulta in electione. Vbi primo per iustitiam intellige iustos à Deo æternaliter prædestinatos, quia in illis specialibus iustitia Dei habitat, quia illi omnem iustitiam obseruant erga Deum, erga seipos, & erga proximos suos. De istis ergo iustis prædestinatis dicit, q̄ sunt sicut montes Dei. quod ideo dicit, quia montes habent proprietates. Nã vt experientia tradit, mōs habet puritatem aeris circumstantem. Vbertatem fructus satiantem. Sublimitatem situs exaltantem. Claritatem lucis radiantem. Amœnitatem loci delectantem. Firmitatem status permanentem. Ex primis tribus conditionibus mons significat statum iustorum in via. ex aliis tribus significat statum iustorum in patria. Nam quilibet iustus ad modũ mortis in præfenti vita debet habere puritatem cuncto ritum uitiorum exclusiuam. Vbertatem multorum meritorum productiuam. Sublimitatem donorum supernorum possessiuam. ¶ Primo ergo mons habet puritatem, &c. Quanto enim aer à terra magis eleuatur, & à vallibus, tanto purior redditur & subtilior, quia recedit ab elementis grossioribus terrã, & aquã tendens versus elementum purius & subtilius ignis. Et ideo aer cacumina montium circumdans multa puritatis redditur. Sic conformiter, & iustus homo ad modum montis eleuatus versus elementum ignis charitatis puritatem continet, vt sit mons sanctus per gratiam. de quo psal. 77. Induxit illos in montem sanctificationis suę, aliter enim non esset dignus montem sanctum domini ascendere. Psalmista dicit. Domine quis habitat in tabernaculo tuo? quis requiescet in monte sancto tuo? Respondeo. Qui ingreditur sine macula, &c. ¶ Secundo mons habet vbertatem, &c. Nam secundum Magistrum de proprietatibus rerum. Montes fructibus, herbis, & pascuis sunt secundi, & fructus montium sunt meliores. Et rationem assignat, quia humor nutritio mentalis quo nutriuntur fructus montium, subtilior est & purior quã campestris. Et ideo calor cœlestis facilius illum humorem digerit, & in substantiam fructuum immutat perfectius, & conuertit, tum propter ipsius humoris subtilitatem, tum propter assistentis aeris puritatem. Sic & conformiter & iustus homo hic in via preciosis fructibus abundare debet, scilicet habere copiam me-

ritorum, vt talis sit ille mons pinguis. de quo dicitur psal. 76. Mons Dei mons pinguis, mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo &c. Vt meritis, & fructibus talium iustorum ceteri pasci valeant & edificari. de quibus dicitur Ezech. 34. Pascam eos in montibus Israel in pascuis vberim. ¶ Tertio mons habet firmitatem, &c. Vnde secundum Magistrum de proprietatibus vbi supra. Mons in altum se erigens, solo pede terram tangit. Vnde dicuntur montes, eo quod sint super aliam terram eminentes. Sic & conformiter vir iustus hic in via ad modum montis in altum mente se erigens, solo pede tangit terram, id est sola necessitate qua in præfenti vita sustentari possit, terram tangit. Vnde merito vir iustus dicit cum Apostolo. Quã retro sunt obliuiscens, ad ea vero quã priora sunt extendens, me ipsum ad destinatum prosequor brauium: nostra conuersatio in cœlis est. Vt talis iustus solis de cœlestibus meditando, sit ille mons excelsus, de quo Michæ. 4. Mons domini præparatus in vertice montium, & super omnes colles, &c. Tres autem alie conditiones montis significant iustorum statum in patria. quoniam quilibet iustus in patria ad modum montis habet lucis claritatem, quo ad claram diuinitatis visionem. Loci amœnitatem, quo ad plenam diuinitatis fruitionem. Status firmitatem, quo ad certam diuinitatis retentionem. ¶ Quarto ergo mons habet lucis claritatem. nam vt dicit Magister vbi supra. Montes quia sunt situ altissimi, & ideo citius quã valles radios solares suscipiunt & lumen receptum diutius retinent, vnde & speculationi multũ sunt apti, sic conformiter sunt viri iusti in patria, vbi à statu præfentis obscuritatis eleuati, lumine diuinitatis persoluantur, & sic sunt apti & dispositi ad contemplationem diuinitatis, vt merito quilibet iustus in patria sit ille mons, in quo ascendit Moyses ad speculandum terram promissionis, de quo dicitur Deute. 34. Ascendit moyses in vertice montis, ostenditque ei Deus omnem terram, scilicet promissionis. Moyses namque qui interpretatur assumptus ex aquis ascendit supra montem, quando homo ex aquis huius mortalitatis assumptus ascendit ad statum felicitatis æternæ, & ibi dominus omnem terram scilicet hæreditatis æternæ sibi ostendit, vt de isto monte dicatur. Congrega ad me vniuersum Israel in montem Carmeli. Israel namque videns Deum interpretatur, quia omnes iusti in illo monte felicitatis congregati Deum vident facialiter. ¶ Quinto mons habet loci amœnitatem. nam, vt ait Magister vbi supra, Montes sunt fructuum, & animalium productiuũ, & ibi altiores arbores abundant quã in vallibus, & fertiliores, & ideo sunt magnæ amœnitatis, & delectationis. Sic & viri iusti in patria amœnitatis maxime obtinent statum, & delectationis, & hoc in fruitione diuinitatis. Quoniam, vt dictum est, ibi facialiter Deum vident. diuinitas autem sine gaudio videri non potest: secundum Magistrum libro 4. distinctione 49. vt merito iusti sint illi montes, qui in visione diuinitatis exultatione replentur. de quibus dicitur. Montes exultabunt à conspectu dñi, & psal. 113. Montes exultauerunt vt atietes. ¶ Sexto, mons habet status firmitatem: nam vt dicit Magister vbi supra. Montes quantum ad materiã & conjunctionem partium solidi sunt, & fortes: vnde mansiones in montibus solent esse tutiores. Sic & iusti in patria solidi sunt & fortes, & ipsorum habitatio est tutissima, quia de ipsius æternitate sunt securi.

Aug. 10. de ciuitate Dei cap. 7. dicit. Quod merito illi in celestibus sedibus constituti immortales & beati, qui creatoris sui participatione gaudent, cuius aternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt, &c. Et eodem cap. 30. dicit. qd vita beatissima esse non poterit, nisi fuerit de sui aternitate certissima. Vnde tales ratione sua securitatis, & firmitatis figurantur per illos montes fortissimos, de quibus dicitur Zacha. 6. Quod montes illi montes enei, quod satis de iustis ostendit psal. dicēs. qd qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem. Ex quibus omnibus bene patet, qd iusti montibus figurantur ratione iustitiae, vñ nunc dicit psal. *Iusticia tua sicut montes Dei.* Si autem quaeras, vñ hoc aduenit quod vnus à Deo est electus & predestinatus, alius praesentis, & reprobatus, & sic vnus assumitur ad montem diuinæ iustitiae, alius autem relinquitur in valle iniquitatis & malicia? Ad hoc rñdet psal. quod ista proueniunt ex diuinis iudiciis quæ nobis sunt occulta, & à nobis inuestigari non possunt. Et hoc est quod dicit. *Iudicia tua abyssus multa.* Abyssus componitur ex ab quod est sine & visu. Et inde per syncopam dicitur abyssus quia sine visu, s. maris profunditas imperferutabilis, & à nostro visu remota. Quod ostendens Gregorius dicit. Dum em Deus alios reprobat, alios vocat mira iudicia exhibuit, qd à nobis & cogitari possent, sed cõprehendi non possent. At namque Christus. In iudicio veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, caecifiant. In quibus nimirum iudiciis Iudæa repellitur, & Gentilitas aggregatur, quod videlicet factum mirari possumus, sed p̄scrutari nullatenus valeamus. Vnde & psalmista ait. *Iudicia tua abyssus multa.* Et hoc est quod clamat apostolus Romanorum. i. r. dicens. O altitudo sapientiae, & scientiae Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? nullus. Vnde Gregorius lib. 27. mora. cap. 2. dicit. Vt enim vnus ex multis oculis diuinis iudiciis loquar, duo ad hanc lucem paruuli veniunt, sed vni datur vt ad redemptionem per baptismum veniat: alteri autem subrahatur antequam hunc regenerationis vnda perfundat. Et saepe fidelium filius sine fide rapitur, saepe infidelium concessio fidei sacramentis renouatur. Sed fortasse quis dicat, quod hunc etiam Deus amittere post baptismum nouerat idcirco enim ad baptismi gratiam non perducit, quod si ita est, peccata quorundam proculdubio priusquam sint perpetrata, puniuntur. Et quis ista recte sentiens dixerit: quia omnipotens Deus qui alios à perpetratis facinoribus liberat, & hæc in aliis, & iam non perpetrata condemnat? Occulta itaque sunt diuina iudicia, & abyssus multa. Et ideo quanta obscuritate nequeunt conspici, tanta debent humilitate venerari. Quæ omnia considerans psalmista ait. *Iudicia tua abyssus multa.*

558 **Homines & iumenta saluabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.**

Hic consequenter ostendit, quod bonitas Dei est grata in subuentione, quia scilicet bonos & malos, electos & reprobos saluat. Hæc autem litera dupliciter intelligitur, scilicet de saluatione corpo-

rali, & spiritali. Vbi notandum quod per homines intelliguntur illi qui secundum dictam rationem viuunt habentes carnem subditam spiritui, & spiritum Deo. talis enim homo per vsum rationis differt à brutis, de quo dicitur Ecclesi. 13. Quæ communicatio sancto homini ad canem, quasi dicat. nulla, quia ille secundum rationem viuunt, sed non canis. Per iumenta autem intellige peccatores, qui amisso vsum rationis, bestialiter viuunt. De quibus dicitur psal. 48. Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Et tamen Deus sua bonitate vtrosque saluat temporaliter vtrosque ministrando necessaria vitæ. Sic enim de omnibus generaliter dicitur Psal. 144. Oculi hominum in te sperant domine, & tu das illis escam in tempore opportuno. Si autem intelligatur iste versus de saluatione spiritali & aeterna, tunc notandum quod per iumenta intelliguntur homines actiui & misericordes, qui suis operibus ceteros iuuant. Nam secundum grammaticos iumenta dicitur à iuuo iuuas, vel iumentum dicitur quasi iuuamentum per syncopam. Sic enim David qui ratione regiminis actiuam vitam ducebat, se iumentum esse affirmabat dicens. psalm. 72. Vt iumentum factus sum apud te, & e. psal. 72. qd semper tecum. Per homines vero intellige speculatiuos magis dantes se sapientiae, vt sunt doctores, & prædicatores, qui à iumentis debent sustentari, & de talibus hominibus dicitur Ecclesi. 27. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol. Homines ergo & iumenta saluat Deus etiam aeternaliter, quia non solum contemplatiuos sapientiae insudantes, sed actiuos operibus misericordiae insistentes. Sic enim dicitur Daniel. 12. Saluabitur populus tuus omnis, populus enim cõtinet nobiles, & ignobiles contemplatiuos, & actiuos. Vel si per iumenta intelligantur peccatores, ideo Deus iumenta saluat, quia peccatores ad penitentiam vocat & ipsi penitentibus peccata dimittit, quod totum est ex misericordia Dei, propter quod subdit, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus. Nonne videtur tibi magna multiplicatio misericordiae diuinæ, quod homines gratis creat, conseruat, & ad penitentiam vocat? Sed primus sensus, scilicet de saluatione corporali vel temporalis, magis proprie conuenit isti versiculo, quoniam in sequentibus agitur de saluatione spiritali.

**Filij autem hominum in regmine alarum tuarum sperabunt.**

Hic consequenter ostendit bonitatem Dei magis in speciali, s. qualiter sua bonitate electos beatificat. Et duo facit. Quia primo ostendit electorum meritum, secundo ostendit ipsorum præmiū, ibi. *Inebriantur.* Quantum ad primum sciendum, quod virtutes non solum morales, sed etiam theologicae sic sunt connexae, quod vna sine altera haberi non potest, vt ostendit Gregorius lib. 1. Moralium. cap. 1. & libro. 22. cap. 1. d. Vna itaque virtus sine alijs, aut omnino nulla est, aut imperfecta. Et per consequens qui vnā virtutem perfectè habet, possidet & ceteras, quod maxime verum est de virtutibus theologicis: quomodo enim fides sine spe vel spes sine fide, & charitate poterit esse? Et sic qui habet vnā, ceteras habet. Ponens ergo meritum iustorum, ponit virtutes quibus merentur, & illas ponens,

**Quoniam apud te est fons vitæ, & lumine tuo videbimus lumen.**

Hic ponitur visio luminosa, tantum enim claritas diuinæ essentiae excedit intellectus humani vigorem, qd per seipsum illam non valet aspicere, sed oportet qd per lumen gloriæ creatū quasi per quoddam medium eleuetur & confortetur: quo lumine mediante illam aperte conspiciere potest. Et istud lumen gloriæ deriuatur ab ipso Christo, qui est fons & origo omnis luminis, qui est lux vera. Volens ergo ostendere qualiter sit possibile intellectu creatum diuinam essentiam clare videre, quæ plus ipsum excedit quā corpus solis oculum corporis, in quod tamen oculus clare non potest aspicere dicit qd hoc erit virtute luminis gloriæ quod ab ipso Christo procedit. Vnde dicit. *Quoniam apud te o Christe est fons vitæ.* s. initium omnis boni & luminis. & ideo *in lumine tuo* quod est lumen gloriæ videbimus lumen. s. essentiam diuinam, quæ est essentialiter lumen. Deus lux est. s. per essentiam. Et hoc est quod alibi de beatis psal. dicebat. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt, &c.

**Prætere miseriam tuam sciētibus te: & iustitiam tuam his qui recto corde sunt.**

Hic consequenter ponitur duratio vigorosa. Quia beati taliter cum ipso Deo sunt calligati, qd ab eo cadere non possunt. Vbi nota qd tendo, distendens est quod arcum vel brachia tendere. Et sic pretendo, idem quod arcum vel brachia ante tendere. Sicut cum mater vult amplexari puerum ante ipsum brachia rendit & aperit & ipsum sibi veniente cadere possit. Sic & conformiter Deus volens beatos feliciter secum semper manere, ante ipsos præterdit brachia suæ misericordiae: vt & ipsos amplexando stabiliter, cõseruet aeternaliter: atque brachia iustitiae, vt ipsis iuxta qualitatem meritorum præmia distribuat. Sed quibus ista brachia præterdit, audi quod dicit. *Scientibus te & his qui recto sunt corde.* Scitur à nobis Deus per rectā fidem, & sic illi quæ verè credunt omnia bona esse à Deo, & omnia mala à nobis, illi sciunt Deum. Illi vere recti sunt corde, qui cor suum ad Deum sursum erigunt non ad terrena curuant. Et sic recta fides dirigit intellectum in credendis. Rectum vero cor dirigit voluntatem in agendis. Et quia istis duobus regnū celeste meretur: ideo ait. *Prætere. i. præterdes misericordiam tuā, & iustitiam tuam scientibus te.* s. his qui de te veram fidem habent, & his qui recto sunt corde. s. qui te toto corde quaerunt & diligunt. Et dicit misericordiam & iustitiam, quia iustitia beatis confert præmia: sed misericordia illa in aeternū conseruat. Et ista sunt illa duo quibus beatificamur. s. misericordia & iustitia. De quibus dicitur psal. 102. Misericordia Domini ab aeterno vsque in aeternum super timentes eū. Et iustitia eius in filios filiorū, &c.

**Non mihi veniat pes superbiae: & manus peccatoris non moueat me.**

Hic consequenter postquā ostendit quot & quā bona nobis præparantur à Deo. psal in persona ecclesiæ orans ne illis bonis priuetur, postulat vt ipsum Deus à peccato præseruet: quia per peccatū illa bona perduntur. Et duo facit. Quia primo petit illa bona perdi, ibi. *Ibi ceciderunt.* Quantum ad

uens ponit vnā pro omnibus alijs. s. spem. in spe enim maxime fides & charitas intelligitur, quia spes est media inter fidem & charitatem, medium autem sapit naturam extremorū. Hanc ergo virtutem ponens dicit. *Filij autem hominum in regmine alarum tuarum sperabunt.* q. d. Et per talem spem merentur. Sed quid sunt alae Dei? Respondet gl. qd duae alae Dei sunt duo testamenta. s. vetus & nouum. s. sperabunt in protectione veteris & noui testamenti. s. i. sperabunt futura bona, quæ in antiquo & nouo testamento promittuntur. Nam antiquum testamentum promittit clarā visionem diuinitatis. Dñe in lumine vultus tui ambulabunt: & in nomine tuo exultabunt, & in iustitia tua exultabunt. Et iā hoc idē promittit nouū testam. Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Istae ergo sunt alae, quæ iustos protegent & in quibus sperant. Istae sunt alae duorū testamentorum sub quibus populus Iudaicū multoties Dñs congregare voluit: vnde sibi Christus ait. Quoties volui congregare filios tuos, quæ admodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluit. Quoties. i. multoties per legem naturæ, per legem scripturæ, per legem gratiæ.

**Inebriantur ab vbertate domus tuae: & torrente voluptatis tuae potabis eos.**

Hic consequenter ponit electorum præmium, quod quidem in tribus consistit. s. in fruitione amorosa, quia mens inebriatur gaudio in principio. In visione luminosa, quæ claret abque nubilo, ibi. *Quoniam apud te.* In duratione vigorosa, quæ manet sine termino, ibi. *Prætere.* Primo ergo ponit fruitionem beatorum amorosam d. *Inebriantur ab vbertate domus tuae.* Gaudia enim celestia verbis humanis exprimi non possunt. Vnde & Paulus vsque ad tertium cœlum raptus qualia gaudia viderat exprimere nō valens d. qd audiuit arcana verba quæ nō licet homini loqui. i. quæ homo mortalis lingua exprimere non valet. Et ideo oportet qd talia per similitudines dicantur. Sic ergo psal. non valens exprimere quantum erit gaudiū beatorū in se: hoc per quandam similitudinem exprimit d. *q. inebriantur ab vbertate domus tuae.* i. replebuntur ab vbertate tantarum diuitiarū quæ ibi abundant. Quæ enim maiores deliciae excogitari possunt, quam sint illa superna gaudia, Angelorum choris interesse, cū beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assistere, præsentem Dei vultum cernere, incircumscriptū lumen videre, nullo mortis metu affici, incorruptionis perpetuæ munere lætari? Hæc enim gaudia taliter mentem beatam replendo inebriant, vt amplius nihil desiderare possit. Vnde cuiuslibet beato dicitur. Super his omnibus benedicto Dñm, qui fecit te & inebriauit te ab omnibus bonis suis. Sic & per oppositum damnati inebriantur omnibus malis. Vnde quilibet dānatus dicit. Inebriauit me absinthio. Vnde qd ista ebrietas beatorum non sit mœroris sed gaudij, subdit. *Et torrente voluptatis tuae potabis eos.* Voluptas enim dicitur à vos vis: & est voluptas delectatio voluntati conformis. Et nota qd dicitur torrente voluptatis ad similitudinem, quia sicut torrentis aquarum subito omnia obstacula tollit, sic & superna voluptas ad modum torrentis. ita talis delectatio subito omnia obstacula, & delectationi contraria in aeternum sedabit.

Aug. 10. de ciuitate Dei cap. 7. dicit. Quod merito illi in celestibus sedibus constituti immortales & beati, qui creatoris sui participatione gaudent, cuius aternitate firmi, cuius veritate certi, cuius munere sancti sunt, &c. Et eodem cap. 30. dicit. qd vita beatissima esse non poterit, nisi fuerit de sui aternitate certissima. Vnde tales ratione sua securitatis, & firmitatis figurantur per illos montes fortissimos, de quibus dicitur Zacha. 6. Quod montes illi montes enei, quod satis de iustis ostendit psal. dicēs. qd qui confidunt in domino, sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum, qui habitat in Hierusalem. Ex quibus omnibus bene patet, qd iusti montibus figurantur ratione iustitiae, vñ nunc dicit psal. *Iusticia tua sicut montes Dei.* Si autem quaeras, vñ hoc aduenit quod vnus à Deo est electus & predestinatus, alius praesentis, & reprobatus, & sic vnus assumitur ad montem diuinæ iustitiae, alius autem relinquitur in valle iniquitatis & malicia? Ad hoc rñdet psal. quod ista proueniunt ex diuinis iudiciis quæ nobis sunt occulta, & à nobis inuestigari non possunt. Et hoc est quod dicit. *Iudicia tua abyssus multa.* Abyssus componitur ex ab quod est sine & visu. Et inde per syncopam dicitur abyssus quia sine visu, s. maris profunditas imperferutabilis, & à nostro visu remota. Quod ostendens Gregorius dicit. Dum em Deus alios reprobat, alios vocat mira iudicia exhibuit, qd à nobis & cogitari possent, sed cõprehendi non possent. At namque Christus. In iudicio veni in hunc mundum, vt qui non vident, videant, & qui vident, caecifiant. In quibus nimirum iudiciis Iudæa repellitur, & Gentilitas aggregatur, quod videlicet factum mirari possumus, sed p̄scrutari nullatenus valeamus. Vnde & psalmista ait. *Iudicia tua abyssus multa.* Et hoc est quod clamat apostolus Romanorum. i. r. dicens. O altitudo sapientiae, & scientiae Dei: quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? nullus. Vnde Gregorius lib. 27. mora. cap. 2. dicit. Vt enim vnus ex multis oculis diuinis iudiciis loquar, duo ad hanc lucem paruuli veniunt, sed vni datur vt ad redemptionem per baptismum veniat: alteri autem subrahatur antequam hunc regenerationis vnda perfundat. Et saepe fidelium filius sine fide rapitur, saepe infidelium concessio fidei sacramentis renouatur. Sed fortasse quis dicat, quod hunc etiam Deus amittere post baptismum nouerat idcirco enim ad baptismi gratiam non perducit, quod si ita est, peccata quorundam proculdubio priusquam sint perpetrata, puniuntur. Et quis ista recte sentiens dixerit: quia omnipotens Deus qui alios à perpetratis facinoribus liberat, & hæc in aliis, & iam non perpetrata condemnat? Occulta itaque sunt diuina iudicia, & abyssus multa. Et ideo quanta obscuritate nequeunt conspici, tanta debent humilitate venerari. Quæ omnia considerans psalmista ait. *Iudicia tua abyssus multa.*

Greg. lib. 2. mora. 4.

de con. di. 5. leinui.

Lumen. Christus. Ioan. 1.

1. Ioan. 1. psal. 88.

de pa. di. 1. facitur. mitas.

Prætere. 2.

psal. 102.

de con. di. 2. iterat.

peccare. multiplici.



primum sciendum q̄ dupliciter peccatur. scilicet quandoque ex propria malitia sine aliqua exteriori tentatione, sic peccant illi qui tentationes demonis praeueniunt non sequuntur. alii vero prius tentati tentationibus consentiendo illas praeueniunt, primum peccatum ceteris paribus est maius. Et quo ad istud dicit. *Non mihi veniat pes superbiae.* Per pedem enim accipe voluntatem: quia sicut pedibus corporis totum corpus portatur & ducitur, sic voluntate totus interior homo ducitur siue ad bonum siue ad malum. Quid est ergo pes superbiae nisi affectio & voluntas superba qua quis propria malitia non tentatus exterius se contra Deum peccando erigit. Multi. n. tanta velocitate ad peccatum mouentur q̄ non patiuntur moras tentationis exterioris. De quibus dicit. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Et ab ista tali voluntate superba praeruarum postulat psal. d. *Non mihi veniat pes superbiae.* i. affectio superba. Alij autem sunt qui a peccatis abstinere proponunt, sed adueniente demonis tentatione, statim a proposito cadentes tentatori consentiunt & a bono proposito praehabito mouentur. Et ad hoc praeruarum orat. d. *Et manus peccatoris non moueat me.* Per peccatorem intellige diabolum ratione prioritatis, quia peccator primus fuit. De quo sub peccatoris nomine dicitur. Constitue super eum peccatorem, diabolus stat a dextris eius. Huius peccatoris manus est tentatio, qua ad operandum sibi placita, excitat quiescentes. Istam manum non possumus euadere nisi ab ipsa nos Dei virtus defendat, qua nobis assistente ipsam timere non debemus. Et hoc est quod dicebat Iob Deo. *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.*

Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec poterunt stare.

Hic consequenter ostendit quomodo peccato praedictis duobus modis commisso aeterna bona nobis preparata perduntur. Vbi sciendum q̄ demones peccauerunt primo modo. scilicet sola voluntate. & affectione superba se exererunt contra Deum, nulla tentatione seducti. Primi autem parentes peccauerunt secundo modo. scilicet tentatione demonis pulsati. Et haec est causa, quare homo redimendus fuit & non diabolus, vt ostendit Greg. d. Causa quare perditus homo reparari debuit, & superbiens spiritus reparari non possit est, quia nimirum Angelus sua malitia cecidit, hominem vero aliena prostrauit. Hinc est q̄ humanum genus ad lucem poenitentiae reducit: apostata vero Angelus ad restaurationis lucem nulla spe venia reuocatur. Sic ergo ambo isti per superbiam a paradisi gaudiis sunt eiectioni. Angelus propria malitia, homo vero inductus aliena. Sic ergo quantum ad casum fuerunt similes, quia ambo ceciderunt, sed dissimiles quantum ad reparationem. Ambo operati sunt iniquitatem, sed non eodem modo. Ista ergo norans psal. d. *Ibi ceciderunt*, ibi. i. in pede superbiae. Omnes qui operantur iniquitatem. omnes. i. tam homo quam Angelus. *Expulsi sunt.* scilicet a Deo & a paradiso. De diabolo namque dicitur. Quomodo occidisti Lucifer, &c. De homine vero dicitur. Emisit eum Dominus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus fuerat. Et quia a Deo expulsi, ibi nec poterunt stare, quia voluntati eius nullus resistere potest.

pes superbiae.

psal. 13.

psal. 108.

Job. 17.

564

redimensus fuit homo non diabolus. Greg. 4. mor. c. 9.

Job. 14. Gen. 3.

**N**oli emulari in malignantibus, neque zelaueris facies iniquitatem.

Psalmus iste habet titulum. *Psal. David.* patet expositio ex praedictis superioribus. De materia autem istius psal notandum q̄ psal. iste non est historialis, sed totus doctrinalis & moralis. Videntes enim multi q̄ mali in praesenti prosperantur & temporalibus bonis abundant, boni autem hic affliguntur & egent, dicunt, deum de inferioribus non curare, ideo dicunt q̄ quilibet ad libitum hic potest agere & cum malis sociari vt abundet temporalibus bonis & incunditatibus. Ista opinio ponitur Iob. 22. *Quid enim nouit Deus? quasi per caliginem inducat, nubes latibulum eius nec nostra considerat, &c.* Et psal. 93. *Dixerunt non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob.* Hoc autem maxime euenit tempore ipsius David, quia multi videntes Saulum regem & Doech armigerum suum malignos prosperari, & abundare diuitiis. David autem bonum cum suis fratribus multa aduersa pati & egere dicebant q̄ melius est sequi malos & abundare quam bonos & egere. Et ideo David in hac heresi multos cernens corruptos istum psal. fecit ostendens Deum curam habere de omnibus, & quod maioribus aduersitatibus affliguntur mali quam boni. Et bona iustorum sunt maiora quam bona malorum: quia bona iustorum sunt intrinseca & stabilia, bona autem malorum sunt intrinseca & pauca durabilia. Ostendit ergo David in isto psal. quod prosperitas malorum sit contemnenda & aduersitas iustorum sit appetenda, quia iusti semper sunt melioris conditionis etiam in praesenti quam uis hominibus grossis & carnalibus solum sensibilia considerantibus oppositum videatur. Et ad istum intellectum iste psal. diuiditur in partes duas. Quia primo David bonorum & malorum ponit conditionem. Secundo ex hoc inducit intentam conclusionem ibi. *Expulsi sunt.* Prima pars diuiditur in duas. Quia David conditionem bonorum & malorum dupliciter ostendit. scilicet primo ex eo quod habent in praesenti, secundo ex eo quod habebunt in futuro: ibi *Non ut Dominus.* Prima in duas, quia primo ostendit conditionem bonorum: secundo malorum, ibi. *Obseruabit peccator iustum.* Circa primam partem David facit talem rationem. Illa prosperitas est magis appetenda, in qua quis consequitur manus bonum. Si prosperitas iustorum etiam in praesenti est huiusmodi, ergo est magis appetenda. Maior patet, quia nihil est appetibile, nisi in quantum bonum, & ideo maius bonum magis est appetibile: sed minore declarat in litera ostendens primo quod prosperitas malorum in praesenti est modica: secundo q̄ prosperitas bonorum est magna ibi. *Spera in Domino.* Prima in duas, quia primo ponit intentam conclusionem: secundo ad hoc adducit rationem, ibi. *Quoniam tanquam scenum.* Principalis autem conclusio totius psal. est q̄ non debemus malos imitari, & hanc ponit d. *Noli emulari in malignantibus.* Vbi notandum quod emulor, aris. in scriptura multas habet significationes. Nam aliquando idem est quod diligere, vnde ait Apostolus. *Aemulor enim vos Dei aemulatione.* glo. id est, diligo vos Dei dilectione. i. non propter me sed propter Deum. Item emulari idem est quod inuidere, quia & aemulatio est idem quod inuidia. Non in contentione & aemulatione: quod ideo scribit Apostolus Romanis secundum glo. vt non ambulet secundum quod facere solebant Romani se inuicem praefere: quia minor inuidebat maiori, & sic erat inter eos contentio & aemulatio. i. inuidia. Itē emulari idem est quod imitari & sequi. Et ista aemulatio quandoque est bona, sicut quando illud quod imitatur est bonum. Et sic dicebat Apostolus. *Aemulamini charismata meliora.* Supra enim dixerat, *Diuisio nes gratiarum sunt: quia aliis datur sermo scientiae, alteri guttur linguatum, &c.* Et quia tales gratiae sunt dare gratis & cum peccato possunt exerceri, ideo Apostolus non vult tales gratias emulari & sequi, sed solum illas quae cum peccato haberi non possunt: vt est charitas, ideo dicit. *Aemulamini charismata meliora.* scilicet gratiam gratum facientem, ideo statim de charitate subdit. *Si linguis Angelorum, &c.* Aliquando vero talis aemulatio est mala quando scilicet illud quod emulatur vel imitatur est malum. Et sic dicitur. *Ne emuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius.* Et de ista tali aemulatione pro se quela in malo, intelligit hic psal. d. *Noli emulari in malignantibus.* i. noli imitari malignantes. Sed forte d. *Quis proprie dicitur malignus.* Respondeo quod malignus componitur ex malo & igne, & sic malignus dicitur vel quasi male igneus vel quasi male ignitus. Primo modo malignus dicitur diabolus, quia male ignit & inflammat. Sic per oppositum Christus dicitur benignus, quia bene ignit. Nam secundum Platonem duplex est natura ignis. Altera edax & pereptoria, alia mulcens, suavis & innoxia. scilicet primo quia comburit, secundo quia illuminat. Diabolus autem vitur prima natura ignis quae est mala, quia vitur igne cupiditatis ad homines consumendos. Vnde ipse est ille faber de quo Esa. 54. *Ego creavi fabrum sufflantem in igne, ego creavi interf. & trem ad dispergendum.* Et ideo malitia istorum malignorum formidans psal. d. *Declinate a me maligni, &c.* Christus autem vitur igne charitatis ad ignendum qui est innoxij luminis. Vnde cantat ecclesia. *Aduenit ignis diuinus non comburens sed illuminans, non consumens sed lucens.* Alio modo dicitur malignus quasi male ignitus. Et sic omnis mundanus dicitur malignus, quia igne concupiscentiae hic inflammat, & post modum igne gehennae inflammandus. Discedite a me ma. &c. Hic ergo malignantes intelliguntur mundi amatores, qui igne mundi. scilicet voluptatibus & prosperitatibus sunt igniti, & inflammati. Et de istis d. *Noli emulari in malignantibus.* Et ad huius maiorem declarationem subdit. *Neque zelaueris facies iniquitatem.* Vbi nota q̄ hic zelus, idem est quod amor. vnde & zelosus idem quod amare, vnde. *Neque zelaueris facies iniquitatem.* i. non amaueris facientes iniquitatem. Et nota q̄ non dicit qui fecerunt iniquitatem, quia Petrus Paulus ceterique sancti quandoq̄ fecerunt iniquitatem, qui modo sunt diligendi, sed dicit de praesenti. *neque zelaueris facies iniquitatem.* Et si dicas q̄ hoc videtur contrariari praecipio Christi. d. *Diligite inimicos vestros, &c.* Ad hoc respondet August. contra Faustum d. q̄ amare debemus inimicum & odire. *Odire quod in eo malum est. iniquitatem, & amare quod in eo bonum est. naturam, cuius apertum signum est, quando cupis eum esse bonum.*

566 27. 91. hi ergo.

Iob. 22.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

psal. 93.

567

Quoniam tanquam scenum veloci ter arescent: & quemadmodum olera

videre, quia & aemulatio est idem quod inuidia. Non in contentione & aemulatione: quod ideo scribit Apostolus Romanis secundum glo. vt non ambulet secundum quod facere solebant Romani se inuicem praefere: quia minor inuidebat maiori, & sic erat inter eos contentio & aemulatio. i. inuidia. Itē emulari idem est quod imitari & sequi. Et ista aemulatio quandoque est bona, sicut quando illud quod imitatur est bonum. Et sic dicebat Apostolus. *Aemulamini charismata meliora.* Supra enim dixerat, *Diuisio nes gratiarum sunt: quia aliis datur sermo scientiae, alteri guttur linguatum, &c.* Et quia tales gratiae sunt dare gratis & cum peccato possunt exerceri, ideo Apostolus non vult tales gratias emulari & sequi, sed solum illas quae cum peccato haberi non possunt: vt est charitas, ideo dicit. *Aemulamini charismata meliora.* scilicet gratiam gratum facientem, ideo statim de charitate subdit. *Si linguis Angelorum, &c.* Aliquando vero talis aemulatio est mala quando scilicet illud quod emulatur vel imitatur est malum. Et sic dicitur. *Ne emuleris hominem iniustum, nec imiteris vias eius.* Et de ista tali aemulatione pro se quela in malo, intelligit hic psal. d. *Noli emulari in malignantibus.* i. noli imitari malignantes. Sed forte d. *Quis proprie dicitur malignus.* Respondeo quod malignus componitur ex malo & igne, & sic malignus dicitur vel quasi male igneus vel quasi male ignitus. Primo modo malignus dicitur diabolus, quia male ignit & inflammat. Sic per oppositum Christus dicitur benignus, quia bene ignit. Nam secundum Platonem duplex est natura ignis. Altera edax & pereptoria, alia mulcens, suavis & innoxia. scilicet primo quia comburit, secundo quia illuminat. Diabolus autem vitur prima natura ignis quae est mala, quia vitur igne cupiditatis ad homines consumendos. Vnde ipse est ille faber de quo Esa. 54. *Ego creavi fabrum sufflantem in igne, ego creavi interf. & trem ad dispergendum.* Et ideo malitia istorum malignorum formidans psal. d. *Declinate a me maligni, &c.* Christus autem vitur igne charitatis ad ignendum qui est innoxij luminis. Vnde cantat ecclesia. *Aduenit ignis diuinus non comburens sed illuminans, non consumens sed lucens.* Alio modo dicitur malignus quasi male ignitus. Et sic omnis mundanus dicitur malignus, quia igne concupiscentiae hic inflammat, & post modum igne gehennae inflammandus. Discedite a me ma. &c. Hic ergo malignantes intelliguntur mundi amatores, qui igne mundi. scilicet voluptatibus & prosperitatibus sunt igniti, & inflammati. Et de istis d. *Noli emulari in malignantibus.* Et ad huius maiorem declarationem subdit. *Neque zelaueris facies iniquitatem.* Vbi nota q̄ hic zelus, idem est quod amor. vnde & zelosus idem quod amare, vnde. *Neque zelaueris facies iniquitatem.* i. non amaueris facientes iniquitatem. Et nota q̄ non dicit qui fecerunt iniquitatem, quia Petrus Paulus ceterique sancti quandoq̄ fecerunt iniquitatem, qui modo sunt diligendi, sed dicit de praesenti. *neque zelaueris facies iniquitatem.* Et si dicas q̄ hoc videtur contrariari praecipio Christi. d. *Diligite inimicos vestros, &c.* Ad hoc respondet August. contra Faustum d. q̄ amare debemus inimicum & odire. *Odire quod in eo malum est. iniquitatem, & amare quod in eo bonum est. naturam, cuius apertum signum est, quando cupis eum esse bonum.*

herbarum cito decident. Hic ostendit propositum suum. scilicet q̄ malorum prosperitas in praesenti est modica & non durabilis. quia sicut herba florens praecisa cito arescit, sic & omnis prosperitas mundi ad modicum durans cito arescit. Pro cuius euidentia notandum q̄ scriptura ostendere volens mundi prosperitate modicam esse & quasi nullam ipsam diuersis comparat. scilicet vmbrae euanescenti, nuncio praecurrenti, naui transfretanti, aui transuolanti, sagittae festinanti, herbae arescenti. Primo vmbrae euanescenti, quia sicut vmbra abscondit hominem a lumine solis materialis, propter aliquod corpus opacum positum inter nos & solem, sic & prosperitas mundi Deum a nobis abscondit, ne ipsum consideremus, eius praeccepta seruando, vnde Sap. 2. *Vmbrae transitis est tempus nostrum, ponit enim corpus opacum inter lumē Dei & nos.* scilicet peccatum obscurum. Vbi notandum q̄ sicut per se triplex est vmbra. scilicet quaedam aequalis, quaedam pyramidalis & quaedam conoidalis. Prima vmbra dicitur aequalis quae. scilicet aequa lata est vmbra in principio sicut in fine, & ista causatur quando corpus opacum & luminosum sunt aequalia. Et per istam vmbra in tellige peccatum originale, quod in hac vita nobis occultat lumen gratiae, & ista dicitur vmbra aequalis quia peccatum originale in omnibus est aequale non suscipiens magis neque minus in omnibus aequale. Secunda est vmbra pyramidalis. Pyramis enim est figura a lato incipiens & tendens in arcum. Et ista vmbra causatur quando corpus opacum est minus corpore luminoso, sicut patet de vmbra terrae respectu solis. Et isti correspondet peccatum veniale, quod est minus quam gratia lumen. Quoniam non potest gratia annihilare, licet diminuat eius seruiorem. Et ideo vmbra, quae causat finitur in conum & terminatur, quia per satisfactionem temporalem finitur. Tertia est vmbra conoidalis. Conoides enim est figura pyramidalis contraria, quae incipit in arcum & tendit in latum. Et causatur quando corpus opacum est maius corpore luminoso. Et huic vmbrae correspondet mortale peccatum, quod incipit a modica tentatione, & semper augetur per continuationem. Ad propositum felicitas temporalis vmbrae comparatur: quia propter praefata peccata, quae in prosperitate temporalis continentur, vt in pluribus ipsa a nobis gratiae lumen abscondit, vnde de hac dicitur Iob. 10. *ibi est vmbra mortis. vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat.* Secundo felicitas temporalis comparatur nuncio praecurrenti. Nuncius enim qui hospitium habet praeparare Domino suo, praecurrit ante Dominum suum. Sic & felicitas temporalis praeparat praeparans nobis aeternum hospitium, quia si illa quae bene vitur, bonum hospitium animae praeparat, si autem male, malum. Ideo dicitur. *Dies mei velociores fuerunt cursore, fugerunt, & non viderunt bonum.* Tertio assimilatur naui transfretanti. Sap. 5. *Tantum nauis quae pertransit fluctuantem aquam, cuius praeteritionis non est vestigium inuenire, quod ideo dicitur: quia sicut nauis nullum post se relinquit vestigium, ita & felicitas mundi transacto paruo tempore. Quot enim magni & potentes fuerunt, quorum hodie nulla habetur memoria? Et hoc corde cogitare ab amore mundi nos retrahit multum.* Vnde Hier. epist. 15. *narrat q̄ Xerxes Persarum rex cum semel de vno loco quasi infinitam hominum multitudinem considerasset, prorupit in lachrymas, & cum interrogaretur quare hoc faceret, respondit quia post centum annos istorum*

Sap. 2.

Vmbra. Peccatum prosperitatis.

Iob. 10.

Iob. 9.

Sap. 5.

Hieron.

In cog. tom. 1. 5 2 nullus

225. nullus superflus erit. Quarto comparatur aui. Tanquam avis volans in aere nullum inuenitur vestigium itineris eius. Auis enim volando tendit ad alta, & tandem ad terram deficiens cadit. Sic & felicitas mundi hominem sursum leuat, & tandem ad terram prosternit. Quinto comparatur sagittae, quia sicut sagitta emissam nunquam quiescit donec sit in termino, sic & prosperitas mundi nunquam quiescit donec hominem ducat ad mortem. Tanquam sagitta emissam in locum destinatum, sic & nos nati continuo desinimus esse. Sexto comparatur herbae. herba enim mane floret: sed scissa vespere decidit, indurat, & arefcit. Sic & mundi prosperitas ad modicum floret, sed statim per mortem lucifera decidit & arefcit. Vnde Iac. 1. Sicut flos foeni transibit, exortus est enim sol cum ardore & arefcit foenum & flos eius decidit & decor vultus eius deperit: ita & diues in itineribus suis marcescet. Et hac comparationem faciebat psal. d. Mane sicut herba transeat, & mane transeat & floreat, vespere decidat induret & arefcit, vbi glossa. Aperta comparatio, quia sicut herba mane floret, vespere decidit & arefcit, sic & mundi prosperitas mane, scilicet prosperitatis floret, vespere scilicet, in fine decidit per mortem, induratur vt cadaver & arefcit in puluere. Ex quibus omnibus patet quam modica sit malorum prosperitas. Et hoc hic notat psal. de malis di. Quonia tanquam scenum velociter arefcit, &c. Et attende quod dicit velociter & cito, quonia omnis praesens gloria quantuncumque duret, tamen cito & velociter transit, quia omne tempus aeternitati comparatum nihil est. Vnde Greg. d. Si. n. ab ipso humani generis exortu vsque ad tempus in quo sumus mentis oculos ducimus, omne quod finiri potuit quam breue fuerit videmus. Ponamus. n. quemlibet hominem a primo die mundi conditum, vsque ad hodiernum diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam quam quasi longam ducere videatur finire: ecce finis adest, quia ei cetera tranterunt: futurum in hoc mundo nihil est, quia nullum ad vitam vel breuissimum restat momentum. vbi est ergo longum tempus quod inter initium finemque deprehendimus, ita consumitur ac si nec breue vnquam fuisset. Impij itaque quia praesentem vitam diligunt, in ea proculdubio elati percipere laudem quaerunt, lingua fauoribus extolluntur, nec esse boni sed dici appetunt, quam videbunt laudem longam esse aestimant dum assequuntur, sed breuiter intelligunt fuisse dum amittunt. In fine qui ppe eis ostenditur quod nihil fuit quod amauerunt. Et infra c. 2. Hoc erit eorum gaudium aeternitati comparatum, quid erit quando irruente mortis articulo ita consumitur: ac si omnino non fuerit? cuius nimirum gaudij letitia pertransit, & poena permanet: & cum res amittitur causa durat. Hanc ergo breuitatem prosperitatis malorum bene considerans psal. d. Quonia tanquam scenum v. lociter arefcit, &c. psal. 102. Homo sicut scenum dies eius tanquam flos agri, sic efflorescit, quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, &c.

68 Spera in Deo, & fac bonitatem, inhabitam terram, & pasceres in diuitiis eius.

Hic consequenter ostendit quam magna sit iustorum prosperitas, licet hic aduersa pati videantur. Et duo facit. Quia primo ostendit quanta sit iustorum felicitas, vt ametur. Secundo quanta sit malorum peruersitas, vt vitetur, ibi. Noli emulari. Et diuiditur in partes quatuor, secundum quod iustorum prosperitas quatuor facit iustis. Nam primo mentem iustorum plene fatiat. Secundo postulata iustis bona impetrat, ibi. Delectare in Domino. Tertio infirmitatem iusto-

rum roborat, ibi. Reuela Domino. Quarto occultam bonitatem iustorum manifestat, ibi. Et educes quasi lumen. Quantum ad primum sciendum, quod prosperitas temporalis quantuncumque sit magna, mentem non fatiat, patet de honoribus & dignitatibus: quas quanto quis plus habet, plures desiderat, sic de diuitiis sic etiam de voluptatibus, quia omnia ista mentem accedunt ad ampliora desideranda. Ideo dicitur. Oculum malum ad mala non satiabitur. Felicitas autem & prosperitas iustorum ipsorum fatiat mentem. Et ratio est, quia desiderium iustorum est verum, sed malorum est falsum. Et est de desiderio iustorum & malorum sicut de siti vera & falsa, quia prima potando satiatur, secunda vero potando magis accenditur. Docet. n. Auicenna. 1. can. quod desiderium esuriens aut sitiens, si est certum & verum desiderium, non est tardandum cum ebullierit, sed saturandum. Secus est de desiderio mendoso, quale est saepe de desiderio ebriorum, quorum sitis non provenit ex aliqua indigentia naturali, sed ex aliqua materia cholericam, vnde talis sitis mendosa non satiatur potando, sed magis accenditur. Sic moraliter, nam desiderium cordis nostri est verum & certum quando est respectu illorum, quibus homo naturaliter indiget. Et ideo tale desiderium non differat a Deo, sed ipsum fatiat, praebendo ei seipsum in passum. Sed desiderium prosperitatis mundanae est falsum, & non certum. Est. n. quasi quaedam sitis mendosa, quae non provenit ex aliqua naturali indigentia, sed ex vana concupiscentia, & ideo non saturatur cupiditas sed magis accenditur, vtpote quanto superbus plus honoratur, plus sitit honoris: quanto auarus plus ditatur plus diuitias sitit, sic de luxurioso, qui voluptatibus fatigatur, sed non satiatur. Vnde Bernardus in De diligendo Deum d. Stultum & extremam dementiam est, ea appetere, quae non (dico nunquam) satiant, sed neque temperant appetitum. dum quicquid talium habueris nihilominus non habita concupisces, sed non habita semper inquietus anhela bis. Ita. n. fit vt per falsa & mala fortunae oblectamenta vagabundus animus fatigetur non satiatur, dum quicquid humelicus patitur reperat, id quod superest deuorandum. Et Seneca epist. 71. loquens de bonis temporalibus ait. Si quid in illis esse solidum aliquando implerent: nec autem haerentium sitim coecitant. Non sic autem est de vera siti, & desiderio iustorum, qui solum Deum sitiunt, in quo anima satiantur. Satiabor cum appa-ruerit gloria tua. Et hoc est quod nunc dicit psal. de quolibet iusto. Spera in Domino, & fac bonitatem, & pasceres in diuitiis eius. Et notanter dicit. Spera in Domino & fac bonitatem, quia sicut fides sine operibus mortua est, ita & spes, quia sperare sine operibus & meritis non est spes sed praesumptio, vt ait Mag. Magister citat ergo. Spera in Domino & fac bonitatem & tunc pascere in diuitiis eius. Satiaberis. Sed quod sunt diuitiae Domini, nonne essentia sua, in qua omnes beati satiantur? Gloria & diuitiae in domo eius. Hae est ergo differentia inter prosperitatem bonorum & malorum, quia malorum non fatiat, sed sitim auget, bonorum autem fatiat. psal. 106. Satiabor cum appa-ruerit gratia tua.

Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Hic consequenter ostendit quod prosperitas iustorum postulata impetrat: prosperitas enim mundi nunquam tribuit quod homo desiderat: probat quia naturaliter oes quaerunt felicitatem, quam non tribuit prosperitas mundi, quia non fatiat, vt dictum est, sed bene prosperitas iustorum, quia facit hominem beatum. Beatus autem dicitur ille qui habet quicquid vult, & nihil mali vult.

Prosperitas tempo-ralis non fatiat.

Excl. 14.

Siti.

Desiderium

Satiare.

Bernard.

Magister

psal. 111.

vult. Ad hoc autem ostendendum d. Delectare in Domino, &c. Vbi aduerte quod delecto, tas, componitur ex de & lacto, tas, mutata a in e, & sic delectari in Domino est de bonitate eius lactari, quod quidem bonitas Domini fugitur per cognitionem & amorem. Ille ergo quod delectatur in alio quo cupit lactari illo, & sic quod delectatur in mundo, cupit lactari de mundo quod nunquam obtinet. Qui vero delectatur in Domino, cupiunt de solo Domino lactari: & isti obtinent, quia talibus datur de Domino plena satietas. Et hoc est quod dicit. Delectare in Domino. i. cupias lactari de Domino solo spreta mundi voluptate & tunc ipse dabit tibi petitiones cordis tui. Et ratio est, quia qui sic delectatur in Domino, non petunt nisi bona gratiae & gloriae, quae nulli iuste petenti denegantur. Hae enim sunt illa quae iusti petunt de bonis temporalibus, nulla facientes mentionem, nisi sub conditione, si expediat honori diuino & saluti suae vel aliorum: quod Deus semper sic petentibus concedit. Si, n. aliud peterent iam non vellent lactari de solo Domino sed de mundo, quae insimul stare non possunt. Et hoc est quod illis qui delectantur in Domino, dicit saluator. Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Illa autem sola petitio fit in nomine Saluatoris, quae spectat ad salutem. Nihil. n. aliud est petendum, vt ostendit Valerius ex dictis Socratis li. 7. d. quod doctrina Socratis fuit nihil ultra petendum a diis immortalibus, quam vt bona tribuerent, &c. Sed quia dictum est quod prosperitas iustorum eos fatiat & non prosperitas malorum, ideo circa prosperitatem malorum quaeritur primo vtrum beatitudo hominis consistat in prosperitate malorum circa diuitias, &c. 1. secundum. q. 2. art. 1.

70 Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.

Hic consequenter ostendit tertium. scilicet prosperitas iustorum infirmitatem ipsorum roborat. In hoc est differentia inter mundanos & iustos: quia mandati conditi sunt in rebus mundanis, vt in potentia mundi & diuitiis, dicente Psal. Qui consistunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum. In his autem consistencia habenda non est. Non quidem in diuitiis, quia per se iuuare non possunt, imo quandoque causa sunt mortis: vt enim ponit Philosophus potest contingere quod quis diues fame moriatur. Vnde recitat ibi de quodam cuius nomen erat Mida, quod cum nimis esset auarus auri (vt fabulose dicitur) impetravit a Deo, vt quicquid tangeret fieret aurum, cum ergo tactus reseruaretur in singulis partibus corporis etiam ore nihil tangere poterat, quod non fieret aurum. Et sic erat ei magna copia auri, & tamen fame periret, quod esse non posset si aurum vel ceterae diuitiae per se satisface-rent indigentiae naturali, vnde de tali ad litteram potest dici illud psal. 111. Videbunt iusti, & dicent. Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in ciuili potentia nec ista per se iuuare potest, imo multoties est causa mortis tam aetate quam corporis, quia talis potentia est quid violentum & contra naturam, vt probat Philosophus 7. Politic. Quia sicut ignis, quia est natura calida ideo naturaliter calefacit, & contra naturam esset si frigeret, sic quia homo est naturaliter liberi arbitrij, ideo tunc homo naturaliter datur hominibus, cum eis liberet & voluntarie principatur: quod solum consistit quando populus liberet & voluntarie mandata principis exequitur. Non ergo quis consistere debet in ciuili potentia dominari: quia cum talis potentia sit violenta, & contra naturam, durare non potest, ideo dicitur. Nolite confide-

re in principibus, in filiis hominum, in quibus non est salus. Hae autem omnia considerantes iusti non in diuitiis, non in potentibus fortitudinem suam fundant, sed in solo Deo, qui est ipsorum fortitudo: & facit omnia quae illi volunt facere. Et hoc est quod hic d. psal. Reuela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. glo. Reuela Domino. scilicet peccata tua confitendo. Spera in eo. scilicet per eius gratiam implere mandata. Et ipse faciet. scilicet liberabit te a peccatis & omnibus malis, quae pateris. Et dabit tibi gratiam & fortitudinem ad faciendum mandata. Sed forte d. Quomodo quis viam suam Deo reuelare potest, qui omnia cognoscit aeternaliter, cum reuelatio sit quaedam occultorum manifestatio? Respondeo quod sicut proprie loquedo nihil Deo potest occultari, ita nec reuelari, & tamen dicimus illa Deo occultari, quae vellemus ipsum nescire, sic & suo modo illa sibi reuelamus, quae illi scire gaudemus. Ista ergo reuelatio est ex parte nostra, quia ei cor nostrum aperimus, sed non ex parte Dei, quod aliquid nouiter per hoc sciat. Vel aliter. Illa Deus dicitur scire, quae approbat: & illa nescire quae reprobat, & sic cognoscit bona opera, & peccata ignorat, quia non approbat. Ille ergo celat viam suam Domino, cuius via siue vita est mala, & peccato obnoxia. Ille vero reuelat, cuius via siue vita est bona & virtuosa. Quid reuelare est ergo dicere, reuela Domino viam tuam, nisi bonam fac viam tuam, vel recte & virtuose viuere? Et hoc est quod dicitur. Reuela Domino opera tua & dirigentur cogitationes tuae. Et quod ista reuelatio nihil aliud sit nisi bene operari, ostendit consequenter psal. d. Et spera in eo. Quid enim est sperare in Domino nisi merito-rie operari: quia sperare sine meritis, non est spes sed praesumptio, ideo praemisit hic psal. d. Spera in Domino, & fac bonitatem. Sic ergo idem est reuelare Domino viam nostram, & in ipso sperare. Sed quia secundum Apostolum velle. scilicet bonum adiacet nobis non autem perficere: quia scum sumus liberi arbitrij possumus velle sancte & iuste viuere, sed hoc ex nobis non possumus perficere: vt scilicet tale velle sit meritum, quia opera nostra sunt meritum: non quidem ex parte nostra principaliter: sed ex parte Dei acceptantis. Dicit ergo Psal. Reuela Domino viam tuam & spera in eo. Hoc fac quod ex te est: & ipse faciet, quia scilicet talia bonitate sua faciet esse meritum: quia illa acceptabit ad vitam praemium.

Et educes quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: subditus esto Domino, & ora eum.

Hic consequenter ostendit quomodo iustorum prosperitas ipsorum occultam bonitatem manifestat. Vbi sciendum, quod differentia est inter malos & iustos, quia prosperitas malorum reddit eos mundo gloriosos, occultando mala ipsorum & praetendendo bona, quae non habent. Vnde de malis est sicut de sepulchris ornatis exterius, interius autem plenis ossibus mortuorum, & immunditia, quia tales gloriam suam ponunt in exteriori apparentia & fama non in existentia, quia curant boni apparere, sed non existere. Vnde talibus dicit Christus. Vt vobis, &c. qui similes estis sepulchris dealbatis, quae apparatus deforis hominibus speciosus: interius autem sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia. Et tales curant solum apparere mundo & hominibus, sed non Deo. Contra quos dicit Chrysostomus super Matt. Dic autem hypocrita, si bonum est esse malum vt quid non vis apparere, quod vis esse? Nam quod Incog. tom. 1. t. 3. turpe

Delectatio.

petitio.

Ioan. 15.

7. l. v. 4. b. 7.

570 de pe. 4. 2. qu. 1. ali. quando.

psal. 48. Confite- re diuitiis.

philosoph. 7. polit. co. 2. m.

numm.

psal. 111.

philosoph. 7. politico. 2. m.

potentia.

psal. 145.

peccata

Quasi

Reuelare

trona. 17. Spes.

Rem. 7.

Lucera Lumen

Matt. 23.

Chry. 1. m. per Matt. hypocrisis.

psal. 18. Luna Sol. Iustus. Peccator.

turpe est apparere, turpius est esse, quod autem formosum est apparere formosius est esse: ergo aut esto quod apparet, aut appare quod es. Prosperitas autem iustorum ad oppositum tendit, quia iusti solum Deo volunt apparere & non mundo, sicut Psal. d. Ego autem in iustitia apparebo in conspectu tuo scilicet non hominum. Est ergo de malis sicut de luna à sole remota, & de bonis sicut de luna soli cōiuncta. Vbi nota q̄ luna quanto magis distat à sole tunc nobis inferius magis apparet luminosa, sed tunc superius est magis obscura: & quanto plus appropinquat ad solē tunc superius est magis luminosa, & inferius magis obscura. Cuius ratio est, quia luna est quoddam corpus rotundum, quod totum suum lumen recipit à sole, & per magnum spatium situatur sub sole: ex illa ergo parte solum illuminatur quam sol respicit, quando autem luna directe est sub sole, & dicitur coniuncta soli, sol solum respicit partem superiorem lunæ & non inferiorem, & quando incipit recedere à sole paulatim, tunc sol incipit eam paulatim ad partem respicere: & tunc nobis aliquantulum apparet illuminata: & sic quando directe est ex opposito solis inferius apparet tota luminosa, sed superius est tota obscura. Sic moraliter mali quanto magis per malitiam distant à Deo, mundo apparent magis luminosi, sed Deo sunt magis obscuri. Sic boni quanto magis Deo appropinquant per vitæ sanctitatem, tanto mundo apparent magis obscuri & despecti, sed superius magis sunt clari & luminosi. Vnde Greg. ait. Saepe contingit ut electus quisque continua hic aduersitate deprimatur, à cunctis despectibilis cernitur & huius mundi gratia indignus aestimatur: sed tamen ante occulti iudicis oculos virtutibus emicat; meritis vitæ coruscet, &c. Sic ergo in presenti vita peccatores videntur luminosi: iusti autem obscuri. Sed in futura vita oppositum erit: quia mali ostendentur obscuri toti mundo: sed iusti luminosi. Et hoc est quod dicit psal. cuiuslibet iusto. *Et educeit quasi lumen iustitiam tuam*, s. in futuro, quia omnia omnibus erunt manifesta. *Et iudicium tuum tanquam meridiem*. Per meridiem enim notatur claritas manifestationis, quia tunc sol nobis clarius lucet. Et nota differentiam inter iustitiam & iudicium: quia iustitia stat pro virtute habituali, sed iudicium pro virtute actuali scilicet & operatione, quia tempore iudicij omnes virtutes iustorum tam habituales quam actuales omnibus erunt manifeste. Et hoc est quod dicitur. *Iudicium suum dabit in lucem*. Et ideo confortando ex prædictis quemlibet iustum ut perseveret, & tantam lucem & claritatem expectet subdit. *Subditus esto Domino*, s. per humilitatem & obedientiam. *Et ora eum*, s. donec donet promissa. Ecce bona regula, ut ait glo. Ut bona semper agamus, & semper rogemus, quoniam iustum est subditum esse Deo.

572 **Noli æmulari in eo, qui prosperatur in via sua: & in homine faciente iniustitias:**

Hic postquam psal. ostendit q̄ maior est felicitas iustorum in futuro quam malorum, hic consequenter ostendit q̄ etiam in presenti maior est bonorum prosperitas quam malorum: unde de prosperitate malorum in presenti quatuor ponit. Primo quod illa est cupabilis & criminosa: secundo q̄ est fugibilis & odiosa, ibi. *Desine ab ira*, tertio q̄ est

A damnabilis & luctuosa, ibi. *Quoniam qui malignantur*, quarto q̄ nō est durabilis sed brevis & ruinosā, ibi. *Et adhuc pusillum*. Quantum ad primū ostēdit q̄ illorū s. malorū prosperitas est culpabilis, &c. Vbi notandum q̄ radix omnis peccati est nolle subici Deo, voluntatem suam diuinæ voluntati præferre, de quibus dicit Apostolus. *Suam iusticiam statuere volentes, iustitiæ Dei non sunt subditi*. Isti vias Domini negligentes in suis cupiunt prosperari quod peccatum est maximum. Iusti autem e contrario, se Deo subiicientes voluntates proprias abnegant, vt Dei faciant voluntatē. Vnde istud prosperitatis malorum vitium hic notat psal. d. *Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua*, i. qui prosperitatē viæ suæ querit & non Dei quod est vitium superbiæ. Hic enim æmulari stat pro inuidere, q. d. Et si videas malos prosperari, non inuideas, quia illorum prosperitas non est vera sed criminalis. Vbi aduerte q̄ duplex est via, s. via quæ ducit ad cælum, & hæc arcta, & via quæ ducit ad infernum, & hæc est lata. *Spaciola est via quæ ducit ad perditionem & multi ingrediuntur per eam*. Et arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inveniunt eam. Prosperitas peccatorum vocatur via lata: sed iustorum vocatur via arcta. Vnde Chryl. super Matt. *Via proditiōnis est omnis iniquitas: quæ dicitur spaciola, quia non est intra regulam disciplinæ inclusa: & ambulantes in ea quicquid eos delectauerit hæc sequuntur*. Via autem vitæ dicitur omnis iustitia, quæ arcta dicitur propter causas contrarias. Bene ergo dicit Psal. *Noli ergo æmulari in eo qui prosperatur in via sua*, scilicet & non in via Dei, quia talis via ducit ad perditionem. Sed magis æmulari in eo, qui prosperatur in via Dei, quia talis ducit ad salutem. *Noli ergo æmulari in eo qui prosperatur in via sua*, q. d. talis prosperitas causa est multorū peccatorū. Dicit Albumazar q̄ crescente luna crescit humidū in corporibus animalium & sūt corpora aialū fortiora. Et per oppositū decrefcente sunt debilitata: sicut patet in lupis qui crescente luna magis venarum insistant. Similiter & animalia venenosa ex crescente luna magis sunt venenosa: sic & moraliter. *Quid enim per lunam quæ semper mutatur intelligitur, nisi mundi prosperitas, quæ nunquam in eodem statu permanet? quia nunc crescit, nunc diminuitur, nunc hominē eleuat, nunc deprimat, nunc clarum & famosum efficit, nunc obscurum & infamē*. Luna ergo prosperitatis mundanæ crescente fortificantur corpora animalium: quia caro contra spiritū magis insurgit. Et sic venena multiplicantur, s. peccata. Et sic per oppositum luna decrefcente corpora debilitantur quia decrefcente fortuna, caro minus insurgit contra spiritum, & per cōsequens minuitur peccati venenum. Non ergo tali prosperitati est æmulandum: quia ad peccatū inducit. Et hoc est quod subditur. *Et in homine faciente iniustitias*, q. d. omnis qui sic prosperatur, facit iniustitias. Et aduerte, q̄ cum omnis iniustitia sit peccatum: & omne peccatum sit nihil, & sic nullum peccatum proprie potest fieri, sic nec iniustitia potest proprie fieri, quia tunc fieret per Deum, per quem omnia facta sunt. Dicitur igitur iniustitia improprie fieri: quia scilicet fit aliquid vel omittitur ad quod sequitur iniustitia.

**Desine ab ira & derelinque furorē: noli æmulari, vt maligneris.**

Hic cōsequenter ostēdit, q̄ malorū prosperitas sit

punitio. Prosperitas.

psal. 80.

Proclus.

2. Macch. 6.

374. De pe di. 3. ym d. ego.

Punitio. Gregor.

Questio.

Leo peccator.

fit odibilis, &c. Vbi nota q̄ multi videntes in hac vita malos prosperari, ex hoc indignantur & murmurant. Quod aliud est quam dicere Deum iniuste agere, dum malos exaltat, & deprimat bonos. Et ex hoc mouentur ad malos imitandum, vt etiam ipsi prosperitatem consequantur. Non enim tales aduertunt, q̄ talis malorum prosperitas est eis maxima pœna. Quando enim Deus concedit peccatoribus prospera tunc illis videtur iratus, vel quasi de ipsorum salute desperans. Dimisit eos secundū desideria cordis eorum, &c. Et verè grauis est morbus, de cuius curatione cœlestis medicus desperat. Vnde sicut in primo grauis esset punitio nō secare mēbrum, morbo contagioso infectum, vel non dare amarā potionem sanitati necessariam. Sic peccatori est grauis punitio ipsum non secare, ipsum nō punire, sed prospera ad votum sibi dare. Vnde Proclus lib. de prouidentia Dei dicit. *Qui enim punitur profectum habent, non puniti autem circumferunt suorum minorationem insanabilem*. Non enim infirmorum corpora secari, amaras dare portiones malum est, sed languere & sectione vel portione carere. Et verè hæc maxima punitio est in malo impunitum manere, quemadmodū si quis à Salvatore Asclepio, qui scilicet secundum Gētilēs fuit Deus medicinæ despiceretur, corpore languens. Et concludit Proclus sicut igitur summam dicitur: non mox puniti, punitio est incomparabilis: hæc ille. Sic ergo malorum prosperitas est eis punitio maxima: sic & per oppositum statim per aduersa peccatum puniri est Dei maximum beneficium: unde

2. Macch. 6. Et enim multo tempore nō sinit peccatoribus ex sententia agere, sed statim vitiones adhibere magni beneficij est iudicium. Ex his omnibus patet quod non debemus indignari contra Deum visā prosperitate malorum, quia eos tunc punit non beneficium præstat. Et hoc est, quod hic cuiuslibet nostrum dicit Psal. *Desine ab ira, & derelinque furorem*. id est, non irascaris, neque furore mouearis visā prosperitate malorum. *Et noli æmulari*. id est, ipsos imitari, vt maligneris. id est, vt efficiaris malignus, vt scilicet ipsorum prosperitatem consequaris, quia damnosa est & nō utilis: vnde sequitur.

**Quoniam qui malignantur, exterminabuntur: sustinentes autem dominum, ipsi hæreditabunt terram.**

Tanta est enim Dei iustitia quod peccata impunita dimittere non potest: vnde oportet quod vel peccator illa puniat per pœnitentiam, vel Deus per damnationem æternam: vt ostendit Greg. Sed mali considerantes solum Dei misericordiam, credunt peccata sua à Deo non punienda, & ideo nec ipsi illa punire volunt. *Si autem quaras, quare peccator non credit puniri? Respondeo, quia non considerat iudicia Dei*. De natura Leonis dicitur, quod cū Leo sentit venatores, ne visis venabulis terreatur, terram continuè aspicit, & non venabula. Sic & peccator conformiter, cum sentit se à diabolo venari, vt per peccata capiatur, & puniatur æternaliter, nunquam ipsa venabula respicit, sed solum terram, scilicet, non considerat pœnas peccato debitæ, sed solum terram, id est, terrenam delectationē, in peccato habitam: vnde si consideraret peccata & peccatorum pœnam, peccata commissa puniret, & in futurum peccata cauere: quia secundum Damas. Nullus respiciens ad malum, operatur: sed omnis peccans peccat ratione alicuius existimati

A boni, vel delectationis, quam per peccatum interdicit assequi. Sic ergo peccator non vult aduertens peccatum, nec pœnam ipsum sequentem, sed solum delectationem ex peccato sequentem. Vnde sibi accidit, sicut legitur de Simia, quæ habens plures fœtus, fugiens venatores, illum quem plus diligit inter brachia apprehendit fugiendo, & alium dimittit, qui videns se dimissum supra matrem saltat & supra collum matris se firmiter tenet ipsa inuita. Cum vero ipsa nimis à venatoribus fatigatur, illum quem plus diligit cogitur abicere, alium vero abicere non potest, sed simul mater cum illo capitur. Sic moraliter peccator duos filios habet, scilicet, peccatum & delectationem, delectationem diligit, sed peccatum odit. Mors autem venatur continuè peccatorem, & insequitur: quod videns peccator vt fugiat peccatum, relinquit ipsum, nō considerando, sed delectationem amplectitur, ipsam exequendo. Sed peccatū sic firmiter à tergo se collocat, quod delectatione cessante, ipsum remanet in anima. Et quia peccato remanente, Dei iustitia ipsum impunitum dimittere non potest: hinc est quod æterna damnatio ipsum peccatum consequitur contra intentionem peccantis. Et hoc nūc omnibus ad memoriam reducens Psal. d. *Quoniam qui malignantur exterminabuntur* id est, extra terminos & limites humanæ naturæ ponentur. Nam terminus idem est quod finis. Finis autem humanæ naturæ, ad quam est facta, est ipsa beatitudo æterna, quæ stat in Dei visione & fruitione. *Exterminabuntur* ergo malignantes, ab isto fine & termino exulabunt. Exterminauit impios ex Israel. Sed contra erit de iustis, quia ipsi hæreditabunt terram, scilicet, viuentiū. Et hoc quod d. *Sustinentes autē dominū ipsi hæreditabunt terram*. Secundum enim grāmaticos, teneo, es: componitur cum sursum & sic sustineo, nes: quod est sursum tenere: & illi sustinent dominum qui supra omnia ipsum tenent, scilicet, ipsum s. pra omnia diligendo. Et quia tales sunt verè filij Dei, ideo hæreditatem Dei possidere debent. Hæreditate acquirunt eam, & qui diligunt nomen eius hæreditabunt in ea.

**Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.**

Hic consequenter ostendit quod felicitas malorum non est durabilis. Et quia opposita iuxta se posita magis elucescunt, ideo primo ostendit quod malorum felicitas est brevis: secundo quod iustorum est stabilis: ibi. *Mansueti autem*. Quantum ad primum ait *Adhuc pusillum, &c.* Fortuna enim mundi stabilitatem non habet, sed modicum durat: ideo pingitur in formam rotæ quæ faciliter vertitur: vnde in Prouerbijs Sapientum dicitur: quod fortuna vitrea est, quia cum splendat frangitur. Et Augusti. 4. de ciuit. Dei. Hominum felicitas vitrea lætitiæ comparatur, quæ cum altior est, amplius timeatur, ne frangatur. Narrat Isidorus, 16. Etym. Fertur sub Tyberio Casare quendam excogitasse vitri temperamentum, vt non esset fragile, sed ductile, qui adductus ad Casarē protulit phialam vitream, quam Casar ad terram proiecit, quam artifex sustulit & cum malleo phialam, quam fregerat, correxit. Requisitus à Casare si quis alius hanc artem noscet, iurauit quod non. Quem statim Casar iussit decollari, ne aurum pro luto haberetur. Sic Casar illum occidit, qui vitrum ductile facie-

Simia peccat.

Exterminatio.

2. Macch. 6.

Psal. 68.

Prosperitas.

Augusti. Psal. 137. Fortuna.

Notas.



bat, quid mirum si Deus illum de medio tollit, qui latitiam & prosperitatem mundi virtutem & fragilem ducibilem facit & stabilem, id est, in animo suo cogitat, non mouebat ad generationem, &c. & damnat. Et hoc ne aurum, id est, gloria aeterna vilescat. Multi enim sunt qui si in prosperitate mundi perpetuari possent, aeternam vitam nunquam quaererent. Et ideo prosperitas mundi breuis est & modicum durat. Et hoc est quod dicit hic psal. *Et adhuc pusillum, id est, modicum tempus, & non erit peccator.* scilicet, in prosperitate, puta vel quia ad aduersitatem deiectus, vel hinc per mortem sublatus. *Quaerens locum eius, & non inuenies.* scilicet quod amplius sit locus eius, discurre per singulos malignos, qui in alto loco fortunati fuerunt. Vbi nam? magnus Alexander? Vbi rex Antiochus? vbi Tyberius Caesar? Certè non reperies quod summitas rotæ sit amplius eorum locus ut fuit. Ideo dicitur infra. Vidi impium superexaltatum, & eleuatum super cedros Libani. Transiui & ecce non erat: quasiui, & non est inuentus locus eius. Quæto enim rota est altior, dum voluitur, quæ magis eleuat, magis deiecit. Nō sic autem de prosperitate iustorum, quæ est felicitas perpetua, quia illa stabilis durat in aeternum: de quibus subditur.

376. **Manu facti autem hereditabunt terram.**

scilicet videntium. *Et del. clabuntur in multitudine pacis.* Nomine pacis intelligit perpetuitatem. Quia ubi pax est, ibi nulla est contrarietas, cum autem omnis destructio fiat à contrario, ibi nulla erit corruptio ubi nulla erit contrarietas: & ibi nulla contrarietas, ubi pacis multitudo. Et ideo iusti felicitas perpetua erit. Pax multa diligentibus nomē tuum, & non est illis scandalum. Sed quia dictum est, quod prosperitas & felicitas malorum consistit in temporali potestate, ideo circa hoc quaerit veram felicitas hominis consistat in potestate super alios & prelatione, &c. *Effectus q. 1. art. 4.*

377. **Observabit peccator iustum, & stridit super eum dentibus suis.**

Hic consequenter ponit psal. conditiones malorum. Ostendens quod prosperitas iustorum est maior, quam malorum ex admixtione mali. Malorum enim prosperitas habet annexum malum culpa & malum poenae. Et hoc in generali & in speciali. In generali quidem, quia mali prosperitatem habentes in seipsis intrinsecus sunt diuisi. Eo quod sensualitas ipsos trahit ad bonū sensibile rationi contrariū: synderesis autem seu dictamē rationis trahit ad contrarium. neque sciunt tales sensualitatem subdere rationi, ut iusti faciunt. Et hoc est quod de impiis dicit Philosophus, quod contendit ipsorum anima. Et hoc quidem huc trahit, hoc autem illuc quemadmodum discrepantia. Et postea concludit. Igitur si sic miserum est malum esse & fugiendam esse malitiam intente. Et hinc apparet malorum stulticia, qui credunt in mundi prosperitate pacem habere, dum tamen intrinsecum bellum cōtinuē ferant: de quibus dicitur. Qui in magno viuente inscientia bello tot & tam magna mala pacem appellant. Hoc ergo generale malum habet omnis malorum prosperitas. Secundo habet etiam multa alia mala in speciali annexa. Et ista mala in speciali sunt quinque, quæ hic ponuntur. Quoniam malorum prosperitas primo superatur per constantiam: ibi. *Observabit peccator.* Secundo iridetur per miseriam: ibi. *Dominus autem iridebit.* Tertio inquinatur per malitiam: ibi. *Gladium euaginauerunt.* Quarto vulneratur per iustitiam: ibi. *Gladius eorum.* Quinto superatur per inopiam: ibi. *Melus est modicum.* Quantum ad primum primo superatur per constantiam: quāto enim quis mundi prosperitate est altior, tanto magis cruciatur, si per mundum abiectus ad suam voluntatem flectere non potest. Sic enim tyranni mundi prosperitate dirati, quando sanctos Dei, nec blandis, nec minis, nec tormentis ad suum votum poterant flectere; à sanctorum constantia magis cruciabantur, quam sancti per ipsorum tormenta. Sic enim legimus de Decio & Laurentio: sic de Daciano & Vincentio, cui dixit beatus Vincētius: Paratus sum ad omnia tormenta pro Christi nomine sustinenda. Et tu dum me pericis in corpore, tu ipse acerbius puniris in mente. Et subditur quod ad hæc martyris verba Dacianus cœpit dentibus fremere, & rabido ore cum stridore dentium anhelare, ut ostenderet seipsum perfidia & iracundia plus in mente, quam Dei martyrem in corpore laniare: & sua prosperitas per martyris patientiam superabatur. Et hoc malum hic notans psal. d. *Observabit peccator iustum, & stridit super eum dentibus suis.* scilicet motus per insaniam videns patientiam & iusti virtutem. Peccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet, &c. Et nota hic quod hoc verbum obseruo, nas: est valde æquiuocum. Est enim multiplex obseruatio, scilicet, quia quandoque obseruare idem est quod vndiq; seruare, vel custodire, & sic obseruamus festa, quando ab omni serui opere abstinemus. Obserua diem sabbati. Quandoque idem est quod obedire, & sic obseruamus præcepta Dei, quando obediendo facimus quæ præcipiuntur. Obserua ut facias quæ præcepit dominus. Quandoque idem est quod insidiari. Et sic Pharisæi obseruabant Iesum sibi insidiantes. Intrauit Iesus domum cuiusdam principis Pharisæorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum, id est, insidiabantur: vnde versus. Cōplet, & obsequitur, obseruat & insidiatur. Hic autem accipitur tertio modo, scilicet, pro insidiari, cum dicit: *Observat peccator iustum, id est, insidiatur iusto.*

**Dominus autem iridebit eum, quoniam prospicit, quod veniat dies eius.**

Hic secundo ostendit quod malorum felicitas iridetur per miseriam: prosperitas enim malorum ad contrarium tendit illius, quod mali quaerunt per ipsam, quia mali per ipsam quaerunt latari & in latitia perpetuari: ista autem ad æternam eos ducit miseriam, & subito transit. Vnde est magis signum diuinæ reprobationis, quam electionis. Sicut quando medicus infirmo omnia concedit ad libertum signum est mortis eius futura: quando autem dat sibi amara signum est futuræ salutis. Sic etiam aduersitas iustorum illos ducit ad vitam: prosperitas autem malorum ad mortem. Vnde Gregor. d. Eant ergo reprobi, & delectationum suarum desideria compleant: in finis sui damnatione sensuri sunt, quia mortem malè viuente amauerunt. Transitorio autem hic verberare affliguntur electi, ut à prauitate flagella corrigant, quos paterna pietas ad hæreditatem seruat. Nunc enim flagellatus iustus verberare disciplina corrigitur, quia ad aeternam hereditatis partem separatur. In suis autem voluptatibus relaxatur iniustus, quia tanto ei tempore ista bona suppetunt, quanto aeterna denegantur.

Iniustus ad debitam mortem currens effrenatus voluptatibus vitur, quia & vituli, qui mactandi sunt in liberis paleis relinquuntur. At contra iustus à delectationis transitorie iucunditate restringitur: quia nimirum ad laboris vsum etiam vitulus vitæ deputatus sub iugo retinetur. Negat electis in hac vita bona terrena: quia & agris quibus spes est vindicandi nequaquam à medico cuncta quæ appetunt conceduntur. Dantur autem reprobis bona quæ in hac vita appetunt, quia & desperatis agris omnē quod desiderant nō negatur, &c. Ex quibus patet quod malorum prosperitas ad contrarium sine eos ducit illius, quod intendunt. Et merito per misericordiam iridetur à domino. Et hoc est quod dicit de quolibet tali. *Dominus autem iridebit eum.* Vbi nota quod iridere componitur ex in, & rideo, des: & mutato, n, in, fit irideo, quod est idem quod de contrario ridere: sicut si quis vadat ad plateam, ut debeatore suū in carcerem mittat, & ipse inueniat creditorem, qui ipsi faciat quod ipse alteri facere volebat: tunc iridendo dicitur sibi: modo inuenisti debeatore tuū per contrarium. Sic dominus iridebit malos, quia quaerentes per prospera mundi latitiam, tribulationem finaliter reperient: quandoque in præsentī vitatam: semper in vltimo die, id est, in fine vitæ: & hoc est quod subditur. *Quoniam prospicit quod veniat dies eius.* scilicet, mortis: ubi agit Magister. Semper enim in impium vindicatur dominus, aut hic, aut in futuro. Si loce conuertit vindicatur in eum hic, ut in Paulo, qui voce domini postulatus respirauit. Si se non conuertit, in futuro vindicabitur in eum, &c.

379. **Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum.**

Hic ostendit tertio quod felicitas malorum inquinatur per malitiam, quia scilicet, est causa quandoque multorum malorum, ut puta civilis potentia tyrannorum fuit causa persecutionis martyrum, abundantia diuitiarum Salomonis fuit occasio eius voluptatis, excellentia Luciferi fuit occasio ipsius superbia & vanitatis. Vnde sicut aduersitas electorum est causa bonitatis ipsorum, ut dicit Greg. Sic & malorum prosperitas est occasio eius psecutionis bonorum. Et hoc est quod hic dicit *Gladium euaginauerunt peccatores.* &c. Vbi nota quod mali dupliciter bonos persequuntur, scilicet, aperte & occulte. Aperta persecutio per gladium significatur: occulta autem per arcum, quia gladius ferit de propere: arcus autem de longe & magis occulte. Vel per gladium accipe malam voluntatē iniquorum contra iustos. Hic gladius manet in vagina, quando mala ipsorum voluntas intus manet occulta, sed euaginat, quando mala voluntas exterius per opus ad effectum deducitur. Per arcum vero intellige prauā & dolosam machinationem. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum suum, parauerunt sagittas suas, &c. Verū quia & quandoque virtuosē & gladius potest euaginari & arcus parari, quia scilicet ad iustitiam contra malos exercenda: ideo ostendit quod mali hanc intentionem non habent, quia alium finem intendunt, scilicet bonorum persecutionem. Ideo subdit.

380. **Vt decipiant pauperem & inopem, ut trucident rectos corde.**

Arca enim, id est, dolositate decipiunt: sed gladio euaginato trucidant aperte persequendo. Sed quod remediū in istis debet haberi nisi patientiæ scutū?

Narrat Valerius, quod quidam Spartanus cuidam nobili respondit, qui sibi eunti ad bellū contra Persas dicebat: sagittas Persarū solē obscurare solere. Bene inquit narras, in vmbra preliabimur. Sic est moraliter de sagittis persecutionū malorū contra bonos. Multa enim sunt sic quæ solem obscurari faciūt, quia scilicet claritatem huius mundi obscurat & gloriā. Sed hoc bonū afferūt quod pugnanti faciunt vmbra, protegūt enim hæc sagittæ iustos ab inordinato feruore. Et ideo scuto patientiæ muniti istas sagittas non timēt. Scuto circūdabit te veritas eius. Vel per gladium intellige linguā detractoris. Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ: lingua eorum gladius acutus. Per arcū autē dolos, iuxta illud quod habetur psal. 63. Quasi exaceruunt ut gladium linguas suas, intenderunt arcum, rem amaram, &c. Per pauperem autem intellige Christum. Iudæi ergo contra Christum gladium euaginauerūt, quādo ipsi aperte detrahebant, aperte mortē inclaimando. Et ita si non manibus, tamen lingua Christum occiderūt, d. Tolle, tolle crucifige eum, quia nos legē habemus, & secundum legem debet mori, quia, &c. Sed intenderunt arcū suum quando occulte & dolose ipsam persequerantur. Arcus enim occulte, sed gladius aperte ferit. Occultas enim insidias Christo parabant, ut Christū caperent in sermone: Magister scimus, quia verax es, &c. Et nota hic differentiā inter pauperem & inopem, quia ut dicit glo. Pauper est, qui sibi nō sufficit, Inops qui nec ab alio opē habet.

**Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur.**

Hic consequenter ostenditur quod malorum prosperitas punitur per iustitiam: quod dupliciter conuenit, scilicet in presenti, & in futuro. In presenti enim vulnerantur quod ad corpus, & quod ad animā: quod ad corpus quia saepe malū, quod aliis indebitē excogitant, ipsi patiuntur. Sic enim Aman paraucrat, patibulum ut in ipso suspenderet Mardocheū, sed non Mardocheus, sed ipse Aman in ipso fuit suspensus. Sic Saul excogitauerat, sic facere ut David per manus Philistinorum interficeretur, à quibus non David, sed ipse Saul fuit occisus. Sic & Satrapæ regis Babylonis ignem fornacis accendi fecerunt, ut illi tres pueri innocentes cremarentur, à quo non ipsi pueri, sed incendentes fuerunt combusti. Sic & Babylonij fecerunt Danielelem poni in lacu leonum, ut ab ipsis deuoraretur, à quibus nō ipse Daniel, sed aduersarij eius in momento deuorati fuerunt. Et multa talia in scriptura sunt manifesta. Sic enim de quolibet tali dicitur. Qui fodit foueam, incidet in eam. Et hoc est quod dicit. *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* Quia omnis qui accepit gladium gladio peribit. Quandoque etiam imo semper hoc accidit quod ad animam, quia etiam ipsa malorum prosperitas quadam poena est eis quod ad mortē. Quanto altior est prosperitas, tanto maiorem sollicitudinem mentis & timorem inducit & anxietatem. Sicut arbor, quanto altior est, tanto ab omni vento facilius agitur: vnde Chrysol. super Math. Semper enim grandis potestas maiori timori subiecta est. Sicut enim ramum arborum in excelso positum etiam si leuis aura flauerit, mouet: sic & sublimes homines etiam leuis nuncijs fama cōturbat: humiles autē sicut & in conualle plerumque in tranquillitate consistunt. Et ideo tales elati, qui malū aliis inferre cogitant, primo seipsos intus feriūt, propter quod dicit. *Gladius eorum intret in corda ipsorum.* In cuius figuram.

1. Reg. 17 figuram Goliath, qui nocere volebat Iudaeis, gladio proprio fuit occisus. De poena autem futura nulli dubium, quia gladio aeternae damnationis interimuntur. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: hoc ideo quia gladius peccati ipsorum, est causa ipsorum damnationis. *Et arcus eorum confringatur:* quia scilicet invidia & dolositates malorum contra bonos frustantur, quia bonis non nocent, sed proficiunt, quia ipsorum merita accumulanti.

582. *12. q. 1. cle. vicus.* **Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.**

Hic ostenditur consequenter qd malorum prosperitas superatur per paupertatem bonorum, quia melior est paupertas iustorum quam malorum abundantia. Quod ideo patet, quia malorum diuitiarum mentem ipsorum facere non possunt, sed ipsam magis sollicitant & inquietant. Paupertas autem iustorum ipsos faciat & ab omni sollicitudine reddit immunes. Primum probat Gregor. lib. 15. Mor. ca. 10. d. super illo verbo Job 20. Nec est satiatus venter eius, d. Venter quippe iniqui avaritia est eius, quia in ipso colligitur quicquid peruerso desiderio glutitur. Liquet vero, quia avaritia desideratis rebus non extinguitur, sed augetur: nam more ignis qui cum ligna acceperit, quae consumat excrefcit: & vnde videtur momentum flamma comprimi, inde paulo post cernitur dilatari. Iustus autem quantumcumque modicum habeat de bonis temporalibus, quietatur in illis vitiorum non desiderando, quia eius appetitus tendit ad bona spiritualia non ad temporalia, aliter iustus non esset. Quod autem diuitiarum multitudinem mentem quietare non possit, probat. Vbi notandum qd diuitiarum sunt duo genera: quia quaedam sunt artificiales, & quaedam naturales. Diuitiae naturales dicuntur quae naturaliter ex rebus naturalibus produciuntur, ut quae accipiuntur ex agris vel arboribus, vel ex animalibus. Et vniuersaliter quaecumque ad vitam vel vestitum deseruiunt, inter naturales diuitias computantur. Diuitiae vero artificiales sunt quae per artem & industriam hominum sunt adinuentae, cuiusmodi sunt aurum & argentum, & omnis pecunia, quae per se indigentias corporales non supplet, sed per conuentionem, & accidentaliter deseruiunt in ligentia corporali. In neutris autem diuitiis est animi satietas. Non quidem in artificialibus: quod probat Philosophus ex tribus. Primo quia diuitiae artificiales ordinantur ad naturales, quod autem ad aliud ordinatur mentem satiare non potest. Secundo quia tales diuitiae non habent a natura, sed sunt diuitiae, sed solum ex ordinatione hominum. Illud autem quod est tale solum per accidens, & ex arbitrio alterius animi alicuius satiare non potest, quia aliter in potestate tua esset qd animus meus modo esset satiatus & modo non, propter quod dicitur, 1. Polit. qd transmutatis vtentibus, id est, transmutato ordine & dispositione hominum huiusmodi diuitiae nullam habent vtilitatem. nec dignitatem: qd enim tantum auri valeat tantum frumenti hoc est quia numismata reputantur magna in opinione hominum, & quia sic vult ordo & dispositio vtentium eis. Tertio quia tales diuitiae indigentias nostras per se non tollunt, quia vt dicitur, 1. Polit. potest contingere qd quis sit diues pecunia & auro, & tamen fame moriatur. Consequenter etiam ostendo qd diuitiae naturales non satiant mentem, maxime quia sunt bona extrinseca & non intrinseca. Si ergo nullus potest satiari, eo qd non est in ipso, quomodo illis

*Diuitie. Paupertas. 1. 15. Greg. 15. Mor. ca. 10.*

*Satiare. Philosophus 1. Politicor.*

A **fatiabitur mens?** Quibus omnibus consideratis dicitur: *Auarus non implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis, &c.* Iustus in modicitate sua quietem habet mentis, vt ostendit Greg. d. Qui nihil mundi huius appetunt, nullis proculdubio in corde tumultibus praeruntur. Omnes quippe inordinatos desideriorum motus a cubili cordis manu sanctae considerationis eiiciunt. Et quia transitoria cuncta despiciunt ex his nascetes cogitationum insolentias non patiuntur. Aeternam enim patriam appetunt, & quia nulla huius mundi diligunt magna mentis tranquillitate perfruuntur. Non ergo immerito psal. d. *quod melius est modicum super diuitias peccatorum multas.* Et hoc bene aduertunt diuites superbi in alia vita dicentes illud Sap. 5. *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia contulit nobis?* transferunt omnia haec tanquam vmbra.

B **Quoniam brachia peccatorum conuertitur, confirmat autem iustos dominus.**

Hic consequenter ostendit quod malorum prosperitas terminatur per miseriam. Quanta enim sit alta prosperitas mundi, vel in sapientia, vel in diuitiis, vel in honoribus, vel in potentiis, nonne hic in vita per infortunia, vel saltem in morte deducitur ad nihilum? Vbi enim nunc potestas Alexandria? vbi dignitas Caesaris? vbi Absolonis pulchritudo? vbi sapientia Salomonis? omnia enim ad nihilum redacta sunt. Sed differenter: quia in bonis licet hic nihil appareant, commutata tamen sunt in melius. In malis autem nihil existunt, sed ad tormenta sunt commutata. Et hoc est quod dicit de peccatoribus. *Quoniam brachia peccatorum conuertentur.* De iustis autem. *Confirmat autem iustos dominus.* Nota ergo qd per brachium in scriptura multa significantur. Est enim in scriptura brachium diuinae firmitatis: secundum enim grammaticos brachium dicitur a bari, quod est forte. Ipsa autem diuina potentia fortitudinem habet immensam: cui nullus resistere potest. Viri tui brachij tui quis resistet? quonia sicut momenta statera: sic ante te est orbis terrarum. Momenta enim statera quasi nullam resistenciam habet, quia cum statera in aqua lance manet, nulli ponderi addito resistere potest, quin statim cadat deorsum. Sic est omnis creatura respectu brachij diuinae potentiae. Quod patet si consideres qd istud brachium mortificatos iustificat. Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Mortificati enim dicuntur martyres occisi, quos cum sua posteritate iustificatos possidet Christus. Subiugatos liberat, patuit quando siccat mare rubro virtute sui brachij liberavit filios Israel de seruitute Pharaonis. Eduxit Israel de medio eorum in manu potenti, & brachio excelso. Tentatos confirmat: vnde de quolibet tetato, ait Deus. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: nec mirum, quia ipsos demones tentantes exterminat. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, scilicet, diabolum in brachio virtutis tuae, &c. Brachium vigorosae aequitati, scilicet iudicium vltimum, quod ideo brachium dicitur quonia sicut brachiis quae placent leuamus, quae displicent deprimimus, sic in vltimo iudicio Christus suo brachio leuabit electos & reprobos damnabit. Ecce dominus in fortitudine veniet & brachium eius omnibus damnabitur, & in brachio suo leuabit agnos, &c. Esa. 51. Brachia mea populos iudicabunt. Brachium mundanae potestatis & diabolicae Sic

*Prosperitas. 1. 15. Vbi dignitas Caesaris? vbi Absolonis pulchritudo? vbi sapientia Salomonis? omnia enim ad nihilum redacta sunt. Sed differenter: quia in bonis licet hic nihil appareant, commutata tamen sunt in melius. In malis autem nihil existunt, sed ad tormenta sunt commutata. Et hoc est quod dicit de peccatoribus. Quoniam brachia peccatorum conuertentur. De iustis autem. Confirmat autem iustos dominus. Nota ergo qd per brachium in scriptura multa significantur. Est enim in scriptura brachium diuinae firmitatis: secundum enim grammaticos brachium dicitur a bari, quod est forte. Ipsa autem diuina potentia fortitudinem habet immensam: cui nullus resistere potest. Viri tui brachij tui quis resistet? quonia sicut momenta statera: sic ante te est orbis terrarum. Momenta enim statera quasi nullam resistenciam habet, quia cum statera in aqua lance manet, nulli ponderi addito resistere potest, quin statim cadat deorsum. Sic est omnis creatura respectu brachij diuinae potentiae. Quod patet si consideres qd istud brachium mortificatos iustificat. Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum. Mortificati enim dicuntur martyres occisi, quos cum sua posteritate iustificatos possidet Christus. Subiugatos liberat, patuit quando siccat mare rubro virtute sui brachij liberavit filios Israel de seruitute Pharaonis. Eduxit Israel de medio eorum in manu potenti, & brachio excelso. Tentatos confirmat: vnde de quolibet tetato, ait Deus. Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confirmabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo: nec mirum, quia ipsos demones tentantes exterminat. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, scilicet, diabolum in brachio virtutis tuae, &c. Brachium vigorosae aequitati, scilicet iudicium vltimum, quod ideo brachium dicitur quonia sicut brachiis quae placent leuamus, quae displicent deprimimus, sic in vltimo iudicio Christus suo brachio leuabit electos & reprobos damnabit. Ecce dominus in fortitudine veniet & brachium eius omnibus damnabitur, & in brachio suo leuabit agnos, &c. Esa. 51. Brachia mea populos iudicabunt. Brachium mundanae potestatis & diabolicae Sic*

*Eccles. 5. Gregor. Job 38. Eccl. 30. Sapient. 5. Prosperitas. 1. 15. Sapient. 1. Psal. 78. Psal. 135. Psal. 88. Psal. 88. Esai. 40. Esai. 51.*

Sic enim antichristus dicitur brachium diaboli propter magnam diaboli potestatem quam exercebit contra electos: quod tamen brachium finaliter confringetur. Et brachium excelsum confringetur. Si autem brachium potestatis antichristi, in quo tota diaboli potestas erit locata, confringetur, quid de aliis superbis mundi & potentibus est dicendum, nisi Ezech. 30. *Cominuum brachium forte: Bene ergo de malorum prosperitate sub brachij nomine dicit psal. Et brachia peccatorum conuertentur.* non sic autem iustus. *Confirmat autem iustos dominus.* scilicet, hic per aduersorū patientiam: vnde glo. *Confirmat autem iustos dominus in aduersis per spem, per exempla, & maxime per exemplū suae crucis.* Crux enim finita est in poena, manet in gloria. A locis enim suppliciorū trāsiit ad frontes imperatorum: qui tantū dedit honorē suis poenis, quid faciet fidelibus suis? Quia, vt ex dictis patet, prosperitas malorum consistit in voluptatibus ipsorum. Ideo quoque, verum beatitudo hominis in voluptate consistit seu delectatione. 1. secundae, q. 2. arti. 6. de re. principum.

584. **Novit dominus dies immaculatum, & haereditas eorum in aeternum erit.**

Postquam ostendit psal. prosperitate bonorum meliorem esse prosperitate malorum ex bonis vitae praesentis: nunc hoc idē ostendit, qd bonis vitae futurae in qua boni abundabunt praemiis, sed mali suppliciis. Et circa hoc duo facit, quia primo tangit diuersitatem praemiorū: secundo tangit diuersitatem meritōrum: ibi. *Apud dominum.* Quantum ad primam partem differeutiā inter retributionē bonorū in futuro, & malorum: quia bonis dabuntur praemia, malis autē opposita supplicia. Et secundū differentiam praemiorū & suppliciorū pars ista diuiditur in partes quinque, secundū qd quinque praemia bonis dabuntur, & per oppositū quinque supplicia malis. Quod in futuro primo iusti approbantur a Deo & mali ignorantur: secundo iusti satiantur & mali anxiantur: ibi. *Non confundentur.* tertio iusti honorantur & mali deprimuntur: ibi. *Inimici domini.* quarto iusti absoluuntur & mali obligantur: ibi. *Mutuabitur.* quinto boni benedicuntur & mali disperguntur: ibi. *Quia benedicentes.* Quantum ergo ad primum primo ostendit qd in futuro iusti a Deo approbātur, sed mali reprobandi. *Novit dominus dies immaculatorum.* Notandum ergo qd Deus aliqua duobus modis noscere dicitur, scilicet, vel quia approbat, vel reprobat: quae enim approbat dicitur scire, & quae reprobat nescire: vide supra psal. 1. Quonia nouit dominus viā iustorum. Sic ergo nunc dicitur. *Novit dominus dies immaculatorum,* id est, approbat. Et per oppositū dies malorum non nouit, quia illos non approbat. Sic enim malis loquitur. *Nescio vos, vnde sitis, id est, non approbo.* Secundo modo Deus aliqua dicitur cognoscere quando illa nos facit cognoscere: similiter & illa nescire, quae nos non facit scire. Sic enim dixit ibi Abraham. *Nunc cognoui, qd timeas Deū, &c. id est, alios cognoscere feci.* Vnde Greg. exponens illud Job 3. *Sciat Deus simplicitatem meā, dicit: Scire Dei dicitur scire nos facere, vsitato locutionis modo, qui latū diem dicimus ex quo contingit vt latemur.* Hinc est enim quod ad Abraham dominus dicit. *Nunc cognoui qd timeas Deū.* Neque enim creator temporū quicquā cognouit ex tempore, sed cognoscere eius est ex cuiuslibet casus emergentis articulo nobis cognitioem praebere. Sic per oppositū & illud nescire dicitur quod nos scire non facit. Sic enim diem iudicij dicitur nescire, quia illū nobis non manifestat. De die

*Cognoscere. 1. 15. Nescire Dei. Luce 13. Gen. 22. Greg. 21. mor. 6. Esai. 40. Esai. 51.*

A autem illo & hora nemo scit, neq; Angeli in caelo, neque filius. Ad propositū in praesenti vita quantumcumque iusti nesciunt statū suum, vtū sint Deo accepti, vel nō, vtū opera sua ante Deū sint munda vel nō: vnde Greg. d. *Distinctionē quippe diuinae iustitiae cōtemplantes, etiā de bonis nostris operibus pertimescimus, quae nos fortia egisse putabamus:* vnde Paulus ait: *Mihi autē pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die, sed neque me ipsum iudico, nihil enim mihi cōsciū sum: qui autem iudicat me, dominus est.* Ac si diceret: *recta me egisse recolo, & tamen de meritis non praesumo, quia ad eius examē vita nostra ducitur, sub quo omnia nostra bona turbantur: & hoc est quod dicitur: Nescio homo, vtum amore, vel odio dignus sit, scilicet, in praesenti vita.* Sed in futura vita iusti videntes diuinam essentiam, clarē videbūt iustitiā suam Deo esse acceptā. Et sic dominus dicitur scire dies immaculatorū, quia ipsos iustos facit scire, & quia illos ad aeterna acceptat praemia. Et hoc est quod subditur. *Et haereditas eorum in aeternum erit,* quia dominus qui est aeternus erit ipsorum haereditas. Dominus pars haereditatis meae. Sic ergo haec est prima differentia in futuro inter malos & iustos, quia iusti a Deo approbantur, sed mali ignorantur.

585. **Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt.**

Hic ponit secundā differentiam, scilicet, qd iusti satiabuntur, sed mali anxiantur. Vbi notandum quod hic per tempus malum & per dies famis idem intelligitur, scilicet, dies iudicij qui malis erit tempus malum, omnibus autē erit dies famis: patet primū. Quamuis enim tempus vniiformiter se habeat, tamen propter illa, quae in tempore sunt variari dicitur, vt dicitur tempus clarū, nō quia tempus in se sit clarū vel obscurū, sed quia aer qui est in tempore est clarus & obscurus. Similiter tempus dicitur letum vel triste, quia illa quae accidunt in tempore sunt leta, vel tristia. Similiter dicitur tempus malū, quia illa quae accidunt in tempore sunt mala. Quia ergo in tempore iudicij multa mala euenient malis: ideo respectu illorum tempus malū dicitur, quia irruent super eos omnia mala. Sicut apprehenduntur aues laqueo: sic capiuntur homines in tempore malo. Istud autem tempus etiam dicitur dies famis. Fames enim nihil aliud est, quā quoddā naturae desiderium satietatis. Et hinc est quod etiā desiderium mentis quo aliquid ardētē desideratur, fames dicitur: *Matt. 5. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, id est, desiderant. Bonū autem quanto clarius cognoscitur, tanto amplius desideratur.* Et quia Christus in iudicio clarē in sua maiestate gloriosus apparebit omnibus bonis, ideo tunc ab eis summē desiderabitur. Sic enim fames pro desiderio accipitur. *Amos 8. Dicit dominus: Mittam famem in terra, non famem panis, neque sitim aquae, sed audiendi verbum Dei.* Et de isto tempore iudicij dicit de bonis primo. *Non confundentur in tempore malo.* Confusio enim est verecundia ex malo perpetrato, quam non patientur iusti, sed gloriabuntur. *Et in diebus famis, id est, desiderij saturabuntur, quia scilicet desiderium eorum quo desiderabāt habere Deum, adimplebitur: vt enim dicitur Prouerb. 11. Desiderium iustorum omne bonū, quia scilicet desiderabunt Deum, in quo est omne bonum. Et istud implebitur, quia desiderium suum dabitur*

*Bonis tē. 1. 15. James. Eccles. 9. Matt. 5. Amos 8. Prouerb. 11.*

*Proa. 10.* dabitur iustis. Et sic satiabuntur videntes gloriam A  
*Psal. 16.* Dei. *Psal.* Satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quā-  
 tum ad malos subdit. *Quia peccatores peribunt.* Iy quia,  
 stat pro &, & non cautatū: quasi dicat. Iusti saria-  
 buntur & peccatores peribunt. Vel si ster casualiter,  
 tunc est sensus, q̄ malorum perditio, siue damna-  
 tio aliquid est causa gloriæ iustorum. Quod sic  
 est, quia iusti videntes pœnas malorum, amplius  
 gaudent: quia vident mala quæ euaserunt, & am-  
 plius Deo gratias agunt, sicut ecōtra mali videntes  
 iustorum gloriam, magis cruciantur, videntes quā-  
 ra bona perdidit: propter quod de bonis dicitur.

*Psal. 57.* Latitabit iustus, cum viderit vindictā, &c. De malis  
 autem dicitur: q̄ videntes turbabuntur timore  
 horribili gementes & dicentes. Hi sunt quos ha-  
 buimus aliquando in derisum: ecce quomodo cō-  
 putati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors il-  
 lorum est. *¶* Sed hic occurrit dubium, quia de iustis  
 dicit, q̄ nō confunduntur in tempore malo. Contra,  
 quia certum est quod illo tempore singulorū con-  
 scientiæ omnibus erunt manifesta. Tunc ergo iusti  
 cognoscēt se peccasse, vt puta recordabitur Pe-  
 trus se negasse Christum, Paulus se persecutum  
 fuisse ecclēsiā. Tunc ergo quæro quia recordabun-  
 tur se peccasse, aut placebit iustus se peccasse, aut dis-  
 splicebit: si placebit, ergo erunt iniusti, habentes cō-  
 placentiā de Dei offensa: si displicebit, cum talis di-  
 splicentiā sit quædam pœna & confusio, sequitur  
 propositū: scilicet quod iusti cōfunduntur in tem-  
 pore malo. Ad oppositum est textus noster, d. *Non*

*Magister* confunduntur in tempore malo. Et *Magister* lib. 4. di. 4. 3.  
 dicit: quod tunc malorum memoria bonos nō cō-  
 tristabit. Respondeo, dico secundum omnes docto-  
 res, quod ibi bonis erit malorum cognitio, & me-  
 moria sine tristitia. Sed quomodo hoc possit esse  
 multiplex est modus dicendi. Primo dicunt aliqui  
 quod hoc erit virtute diuina, quia sicut Deus po-  
 tens est separare in igne lucem à caliditate, sicut in  
 igne inferni qui ardebit & non lucebit, & in igne  
 fornacis, qui lucebat, & nō ardebat tres pueros, nec  
 vnū pilum ipsorum. Sic quāuis iustus recordatio pec-  
 cati naturaliter inferat tristitiam & displicentiā,  
 tamen Deus sua potestate tristitiam separabit ab il-  
 la cognitione. Secundo dicunt alij, quod hoc erit  
 propter dignitatem status beatorum: sic enim An-  
 geli beati, etsi nos ament, non tamen propter mala  
 nostra tristantur, pro eo q̄ sunt absorpti à gloria, sic  
 q̄ nihil tristabile eos lædere potest, sic & in propo-  
 sito est intelligendum. Tertio dicunt alij & melius,  
 quod hoc est propter modum cōsiderandi, quia bo-  
 ni non recogitantur, vel cōsiderant peccata sua  
 absolutē, sed solum in cōparatione ad Deum libe-  
 rantem. Quoniam cogitare de malo præterito sub  
 respectu liberationis, nō generat in nobis affectio-  
 nem tristitiæ, sed gaudij, sicut etiam damnati con-  
 siderantes bona sua præterita, non gaudēt, sed ma-  
 gis tristantur ex tali consideratione, quia illa non  
 considerant absolutē, sed solum respectu ad perditio-  
 nem ipsorum. Et per ista patet ad argumentum.

*86.* Inimici vero domini, mox vt hono-  
 rificati fuerint & exaltati, deficient  
 quemadmodum fumus deficient.

Hic consequenter ostendit, q̄ iusti in futuro ho-  
 norantur & mali deprimuntur. Gloria enim vitæ  
 præsentis, quæ est gloria fortunæ, quæ semper ad  
 modum rotæ voluitur, quanto magis hominē exal-  
 tat, tanto amplius eum consequenter deprimat, vt  
 enim docet experientia, rota dum voluitur quali-  
 bet pars rotæ quanto eleuatur, tanto postea depri-  
 mitur: quāto autem rota est altior, tanto amplius  
 eleuatur, & sic amplius deprimat. Quod ideo con-  
 tingit, quia rotæ fortunæ nullus aliquo ingenio fir-  
 mare potest: & ideo omnes sibi per amorem inhæ-  
 rentes, nunc exaltat, nunc deponit. De talibus dicit  
*Psal.* Ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsq̄  
 ad abyssos. Boni autem quia fortunæ per amorem  
 non inhærent, sed Deo, ideo exaltati nō corrūit, d.  
 illud *Psal.* Deo. Quoniā tu es fortitudo mea. Huius  
 autem copulatiua, scilicet, q̄ mali exaltati depri-  
 muntur, & boni stabilius manēt solū ponit primā,  
 per quā secundā dat intelligendū, d. *Inimici vero do-  
 mini mox vt honorificati fuerint & exaltati deficientes, &c.*  
 Et si dicas q̄ fortuna aliquos honorat & exaltat,  
 qui non cadunt, sed vsque ad mortem exaltati per-  
 durant. Quomodo ergo dicit mox vt exaltati fue-  
 rint? Respondeo q̄ totū tempus præsentis vitæ ni-  
 hil est respectu æternitatis, nisi sicut punctus respec-  
 tu circuli. Si ergo exaltati durat vsque ad mortem  
 æternaliter, tamen cadunt. Et attende cōgruam si-  
 militudinem casus eorū, quia dicit deficientes sicut  
 fumus deficient: quia fumus quāto altius exaltatur,  
 tanto plus euanescit. Ita & mali, quia quāto gradus  
 est altior, tanto grauior est casus: vnde quia Luci-  
 fer magis omnibus fuit eleuatus, nōne præ omni-  
 bus grauiorem casum est passus? Vnde de malis sic  
 iniuste & fortuitō exaltatis, dicitur: Ibi ceciderunt  
 qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, &c. vnde  
*Greg.* super illo verbo *Iob* 30. Eleuasti me, quasi su-  
 per ventum ponens elisisti me valde, d. Quia præ-  
 sentis vitæ gloria, quasi in alto cernitur, sed nulla  
 stabilitate solidatur: vel eleuatus super ventū po-  
 nitur qui de prosperitate transitoria lætatur, quia  
 ad hoc solum hunc fugitiuæ felicitatis aura sub-  
 leuat, vt repente deterius in infimis sternat.

**Mutuabitur peccator, & non soluet: 587.**  
**iustus autem miseretur & retribuet.**

Hic cōsequenter ostendit, q̄ iusti plenē liberan-  
 tur, sed mali semper ad pœnam remanent obligati.  
 Ille enim cui mutuo aliquid datur, tandiu manet  
 obligatus, quādiu receptum nō restituit creditori,  
 vel æquivalens: quilibet autē homo mutuo multa  
 accipit à Deo, & in præsentī, & in futuro. In præsen-  
 ti autem accipit bona naturalia & temporalia. Bo-  
 na naturalia, vt corpus & animā. Et vires naturales,  
 vt sunt intellectus, voluntas, & memoria. Ista enim  
 propriē nō sunt nostra, sed mutata, patet: quia qui-  
 libet alicuius rei liber dominus de ipsa ad libitum  
 disponere potest, quod de istis homo nō potest: ali-  
 ter quilibet de corpore & anima, aliisq̄que naturali-  
 bus bonis licitē ad libitum facere posset, & sic for-  
 nicatio, gula, ira, &c. peccatum nō essent. Deus igitur  
 ista nobis dedit mutuo, vt ex eis sibi fructū red-  
 damus, vt scilicet, corpus sibi fructificet per pœni-  
 tentiā, anima per subiectionē, intellectus per diu-  
 norum cōtemplationē, voluntas per Dei amorē  
 & benedictionem, memoria vero per suar passionis  
 recordationē. Quoties ergo peccator corpus præ-  
 bet voluptatibus, animū terrenis, intellectū dolosi-  
 tatibus, memoriā iniuriis: tunc peccator mutuat  
 & nō soluit. Vnde glo. *Mutuabitur peccator & nō sol-  
 uet,* quia à Deo mutuo accipit corpus, mentē & alia,  
 nec ipsis bene vtēdo gratias agit. Accipit etiā iustus  
 à Deo mutuo bona temporalia, & illa Deo reddit, qui  
 illa iuste dispēsat, sed peccator qui illis malē vitur,  
 accipit

*Fortuna.*  
*Iustus.*  
*Malus.*

accipit mutuo & non soluit. Generaliter autē om-  
 nia bona à Deo nobis mutuat reddimus Deo, cū  
 illis iuste vtēdo agimus gratias Deo. Et nō illa no-  
 bis, sed Deo attribuimus. Sic enim iusti omnia sua  
 bona nō sibi, sed Deo attribuunt, exemplo Petri, de  
 quo ait *Greg.* super illo verbo *Iob* 3. Nūquid mit-  
 tis fulgura, & ibūt, & reuertētia dicēt tibi assumus,  
 d. Videamus fulgur vadens. Claudio cuidam ait Pe-  
 trus. Argentam & aurū nō est mihi, quod autē ha-  
 beo hoc tibi do: in nomine domini Iesu Christi Naz-  
 zarenī surge, & ambula. Et apprehensa manu eius  
 dextera, alleuauit eū, & statim consolidata sunt bas-  
 ses eius & planta: & exiliens stetit & ambulabat.  
 Sed cū de hoc factō fuisset Iudæorū turba cōmota,  
 videamus quid Petrus ait. Viti Israelite, quid ad-  
 miramini in hoc, aut nos intuemini, quasi nostra  
 virtute & potestate fecerimus hūc ambulare? Deus  
 Abrahamā, Deus Isaac, Deus Iacob, Deus patrum no-  
 strorum glorificauit filiu suū Iesum. Et paulō post.  
 Cuius nos testes sumus, & in fide nominis eius hūc  
 quē vidisti & nostis, cōfirmavit nomē eius, & fides  
 quæ per eum est dedit integrā sanitate istā in con-  
 spectu omnī vestrū. Sic ergo accipit mutuo Pe-  
 trus, cū miraculū fecit, sed soluit cū nō sibi tribuit,  
 sed auctori, quod fecit. Sic ergo illi qui gloriā operū  
 sibi attribuūt & nō Deo, illi mutuantur & non sol-  
 uunt. Vel peccator mutuat, quādo hic peccat, quia  
 tunc se obligat ad pœnā, pro peccato soluendā. Si-  
 militer & in futuro peccator mutuat & non sol-  
 uit, quia peccatores in inferno semper à Deo reci-  
 piunt pœnā, quasi quoddā mutuo, quia non est eis  
 essentialis, sed accidentalis: & tamē nunquā soluit  
 debitu, quia semper ad pœnā æternā obligati re-  
 manent, vt prius, quia in inferno nulla redemptio.  
 Vnde *Greg.* super illo verbo *Iob* 20. Luet quæ fecit  
 omnia, nec tamē cōsumetur, d. Perfoluet enim dā-  
 natus in tormentis ea quæ hic illicita seruauit desi-  
 derata. Et flāmis vlticibus traditus semper mori-  
 tur, quia semper in morte seruatur. Non enim in  
 morte cōsumitur, quia si cōsumeretur vita mori-  
 etis cū vita etiā pœna finiretur: sed vt sine fine cru-  
 cietur vt vere sine fine in pœna compellitur: vt eius  
 vita quæ hic in culpa mortua fuit, illic eius mors vi-  
 uat in pœna. Dicat ergo. Luet qui fecit omnia, &  
 nō cōsumetur, quia cruciabitur, & nō extinguetur,  
 moritur & vivit, deficit & nō subsistit semper, & si-  
 ne fine est. Hæc solo auditu valde sunt terribilia,  
 quāto magis passione: Et hoc est quod ait *Psal.* *Mu-  
 tuabitur peccator, & nō soluet.* Aliqui tamē codices ha-  
 bent *mutuabitur peccator, &c.* sed primus verior. Qua-  
 tum vero ad iustos, q̄ plenē libetē subdit. *Iustus autē  
 miseretur & retribuet.* Hic scilicet in præsentī, quia de  
 bonis à Deo receptis proximo miseretur: & per cō-  
 sequēs reddit illa Deo, à quo accipit. Vel in futuro  
 miseretur, & retribuet, quia gloriā, quā à Deo reci-  
 pit, totā per gratiarū actionem retribuit. Vel aliter  
 hic per iustum: Ra. Sa. intelligit Deū, qui miseretur  
 omnī, sed solū iustus tribuit gloriā plenitudinem.

*88.* Quia benedicentes ei heredita-  
 bunt terram: maledicentes autem ei  
 disperibunt.

Hic ostendit q̄ boni benedicentur, sed mali dis-  
 spergentur. Vbi notandū, q̄ iusti benedicunt domi-  
 num multipliciter: quoniā benedicunt dominū per  
 debitam eius mandatorū obseruantia, per solidam  
 mentis in aduersis patientiā, per validam fide cre-  
 dendorum adhaerentiā, per integram Deo ex bene-  
 ficiis datā gratiā, per deuotam mentē Dei laudando  
 reuerentiā, per seruadā cum proximis seruadā ami-  
 citiam, primum patet, quia mandatorū Dei obser-  
 uatio est apertum signum, q̄ ipsum Deū bonū dici-  
 mus factis, & operibus. Benedicite dominum om-  
 nes virtutes eius, ministri eius, qui factis volunta-  
 tem eius. Et quia Dei præcepta à beatis maximē  
 obseruantur in patria, ideo ipsi maximē Deum be-  
 nediciunt. Benedicite domino omnes Angeli eius, po-  
 tentes virtutes, qui faciunt verbū eius. Cōsimili-  
 ter & omnis beatorū populus, *psal.* Benedicētus do-  
 minus Deus Israel à sæculo & vsque in sæculū: &  
 dicit omnis populus, fiat fiat. Et duplicatur Iy, fiat  
 quia dupliciter præcepta sunt seruadā, scilicet, cor-  
 de, & opere, vel propter duo præceptorum genera,  
 quia alia affirmatiua, & alia negatiua. Sic etiam &  
 creaturæ insensibiles benedicunt dominū: *psal.* Be-  
 nedicite domino omnia opera eius. Vnde quia so-  
 lus peccator Dei præceptū trāsgreditur, ideo solus  
 Deo maledicit. Homo qui maledixerit Deo suo,  
 portabit peccatū suū. Secundū patet: quoniā aduer-  
 sa à Deo inflicta portare est ipsum piū correctorē  
 cōfiteri, & sic de ipso dicere bonū. Sic enim Tobias  
 docebat in flagellis per patientiā benedicere Deū.  
 Hierusalē ciuitas Dei castigauit te dominus in ope-  
 ribus manū tuarum, cōfiteere domino, & benedic  
 Deū sæculorum. Sic & *Iob* in flagellis positus, d. Sit  
 nomē domini benedictū. Sic & Christus in passio-  
 ne positus benedixit dominū nobis præbēs exem-  
 plum. Vnde *Greg.* ait: In se autē Christus credētes  
 edocet, vt in flagellis positus, Deū benedicere sciant,  
 teste Euāgel. Cū appropinquaret passioni accepto  
 pane gratias egit & benedixit. Gratias itaq; egit &  
 benedixit, qui flagella alienæ iniquitatis suscepit.  
 Et qui nihil dignum percussione habuit humiliter  
 percussus benedixit, vt hinc ostēdat quid vnusquis-  
 que nostrū in flagello culpæ propriæ facere debeat,  
 si ipse æquanimiter portat flagella culpæ alienæ, vt  
 hinc ostēdat, quid in correctione faciat subdit. Si in  
 flagello positus patrē benedixit equalis patri filius.  
 Et ideo in aduersitate captiuitatis, quæ videtur ma-  
 xima etiā per patientiā oportet benedicere Deum.  
 Caprii benedicimus Deū, Tertiu patet: quoniam  
 per fidē Deo adhærere est ipsum verū Deū credere,  
 & per cōsequēs de ipso dicere lēnū. Vnde & fide  
 illustrati benedicunt dominū. Benedicā dominū, qui  
 tribuit mihi intellēctū, & c. superius *psal.* Cu omni-  
 bus istis modis bñdicēdi dominū mereamur, quid  
 mirū si sic benedicētes præmiat? hoc est quod ait  
*psal.* hic. *Quia benedicentes ei hereditabunt terrā.* Iy iuuen-  
 tium. Et per oppositū. *Maledicentes autē ei disperibunt.*  
 Quid est autē maledicere dominum, nisi ex bonis  
 operibus gloriā Deo debitam sibi vsurpare, vel Dei  
 præcepta cōtēnere? Talū autē quilibet à Deo repro-  
 batur: vnde *Tob.* 13. Maledicti erūt, qui cōtempse-  
 rūt te, & cōdemnati erūt, qui blasphemauerūt te. Et  
 hoc est quod dicit hic *psal.* *Maledicentes autē ei dispe-  
 ribunt.* Disperire enim est dupliciter perire, quia tales  
 qui Deo maledicūt eius præcepta nō seruantes bis  
 pereūt, sicut in anima & corpore. Quia dictū est q̄ ini-  
 mici dñi hic honorati statim deficient, nō autē iusti.  
 Ideo cōtinuando materiā quæstionū cœptā quæro.  
 Vtrū beatitudo hominis cōsistat in honorib⁹, vel di-  
 gnitatib⁹: videri. *secūde q. 2. ar. 2.* Et de regi. *princi. 13.*

*Psal. 102.*  
*Psal. 102.*

*Leni. 24.*  
*Tob. 15.*

*Iob 1.*  
*Grego. 2.*  
*mor. c. 31.*  
*M. 2. 6.*

*Indich. 7.*  
*Tob. 13.*

Apud dominum gressus hominis 589-  
 diriget, & viam eius volet.  
 Incog. tom. 1. v Postquam



Postquam psal. ostendit diuersitatem malorum & inuoluntatem, quo ad penas & premia, hic consequenter ostendit ipsorum diuersitatem, quo ad merita & demerita, quia ex istis sequuntur premia & supplicia. Et circa hoc d. no. facit. Quia primo ostendit hanc diuersitatem in operibus vite actiue: secundo in operibus vite contemplatiue: ubi. *O iusti meduabitur*. Prima in duas, quia primo ponit merita iustorum: secundo ex hoc infert exhortationem singulorum: ibi. *Iunior fui*. Quantum ad primam parte ostendit merita iustorum, primo quo ad opera iustitia: secundo quo ad opera poenitentiae: ubi. *Cui ceciderit*. Quantum ad primam dicit: *Apud dominum*. Hic enim per hominem intelligit quemlibet iustum Cuius ratio est. Quia cum homo ponatur in esse specifica suo per animam rationalem, per qua specificè distinguitur ab irrationabilibus, ille solu verè & realiter dici potest homo, qui viuunt secundum rationem. Qui autem viuunt secundum sensualem naturam etiam animalibus brutis, dicitur homo solo nomine no. re, quia no. viuunt secundum illud quod est proprium hominis, scilicet rationem, sed secundum id quod competit etiam brutis, scilicet secundum appetitum sensitiuum. Et hoc est quod dicit Psal. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis in sapientibus, & similis factus est illis. Hoc pulchre declarat Petrus Damas. in quadam epistola qua scripsit papae Alexandro. d. Est qui solo nomine sit homo: & est qui se ipsa & veritate sit homo. Audi Salomonem, d. Deum time, & mandata eius observa, hoc est omnis homo. Deum timere est cuncta, quemadmodum prohibet execranda contemneret. Mandata illius obseruare est omnia, que precepit operibus exercere. Ille ergo Deum timet, qui fatagit cauere quod ille prohibet. Ille mandata eius obseruat, qui studet implere, quod ille imperat. Deum ergo time, & mandata eius observa: hoc est omnis homo. acti perspicue dicit. Qui no. studuerit cauere prohibita, quia neglexit implere precepta, hoc ipso ratione caret: vocabulum quidem hominis habet, sed esse hominis no. habet, quia no. veraciter vitur virtute hominis, quo ceteretur. Ille ergo nimirum se cretat veraciter hominem, qui hominum recognoscit auctorem: alioquin qui ignorat ignorabitur. Quod autem sine his sit homo perspicue dicit scriptura, d. Stelle no. sunt mude in conspectu eius, quanto magis homo putredo & filius hominis vermis: haec ille. Sic enim per hominem intelligit quemlibet iustum, d. *Apud dominum gressus hominis*. id est, iusti dirigetur. Per gressus autem hominis intelligit mentis affectiones quibus gradimur ad Deum per via verè operationis. Quia ostendit Greg. super illo verbo Iob 31. Nonne ipse considerat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat, d. Quid viarum nomine nisi actiones denunciat? Hinc etenim per Hierem. dicitur: Bonas facite vias vestras, & studia vestra. Quid vero appellatione gressuum, nisi initium accipimus meritorum quibus profecto gressibus ad semetipsam nos veritas vocat, d. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Ad se quippe venire nos dominus precipit no. gressibus corporis, sed affectionibus cordis. Isti autem hominis gressus primo peccato proni sunt ad deum perambulanda, quia ut habetur Gen. 6. Cuncta cogitatio hominis prona est ad malum omni tempore. Et ideo ne labatur ad deum per Deum diriguntur: quis enim ad illicita no. multoties fleteret mente nisi diuina bonitas nostrum dirigeret, gressus? Et ideo alibi orat Psal. Deo, d. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, ut non dominetur mei omnis

Homo.

Psal. 48.

Petrus Damas.

Eccle. 12.

Grego. li. 21. mor.

Gen. 4.

Gressus. V. 12.

iniustitia. Et hoc est quod hic psal. d. *Apud dominum gressus hominis dirigetur*. id est, ab ipso domino dirigetur voluntas & affectio iusti. Et quia opera exteriora assumunt bonitatem & malitiam ab ipsis affectionibus interioribus, a quibus procedunt, ideo si gressus affectionum sunt directi & boni, sequitur quod via exterioris operis est bona & Deo placita, propter quod subditur. *Et via eius voluit*. Ipse Deus approbabit opera iusti. Vel aliter, ut ly eius referatur ad dominum, ut via eius sit via domini. Et tunc est sensus. Ad hoc apud dominum gressus hominis dirigetur, ut ipse velit via domini, scilicet, custodire. Et notat hic glo. quod alia est via domini, & alia via mundi. Via mundi no. est dura, sed lata & spaciola periculis & latronibus plena. Via autem Dei & si sit arcta & lahoriosa, est tamen ab omni periculo secunda. Quis autem dubitet non melius fore pergere per viam duram, sed tutam, quam per viam planam latronibus plenam? sic enim ait psal. Viam veritatis elegi.

**Cum ceciderit non collidetur, quia dominus supponit manum suam.**

Hic consequenter ostendit meritum iustorum, quo ad opera poenitentiae. Vbi quantum ad propositum spectat, notandum quod triplex est casus, de quo ista litera intelligitur, scilicet, casus culpae venialis, casus culpae mortalis, & casus poenae temporalis. Primo est casus culpae venialis, quia est per veniale peccatum homo no. cadat a gratia, & charitate, cadit tamen a charitatis fervore. Et de isto casu exponit glo. d. Si cadit iustus peccato venialiter no. tamen frangitur per criminam, quia dominus supponit manum suam, id est, auxilium gratiae: quod ideo dicit, quia ipsa peccata venialia inducunt ad mortale, nisi dominus manum suam gratiae apponeret: sicut quavis vnus paruu foramen in navi a principio no. submergit nauem, sed si ei no. succurratur, aqua paulatim crescens, ipsam submergeret: & de isto casu culpae venialis dicitur: Septies in die cadit iustus, & resurgit. Impius autem corruet in malum. Et hoc est quod alibi dicit psal. impulsus euersus sum, ut caderem, & dominus suscepit me. Vbi glo. Quomodo enim potest cadere cui dominus esse fortitudo? Illi vero cadunt qui sibiipsis volunt esse fortitudo. Secundo est casus culpae criminalis. Domus Israel cecidit, no. adiciet ut resurgat: quod de Iudaeis intelligitur. Quod ideo sic dicit, quia homo sola voluntate in mortale cadit, sed a se sola voluntate no. potest resurgere, nisi diuina adiutus gratia. Et aduerte secundum diuersitatem peccatorum, diuersos diuersimode cadere. Primo cadunt aliqui per superbiam, sicut Lucifer. Quomodo cecidisti Lucifer, & c. qui dicebas in corde tuo, ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo: & Iob 4. Mors cadens descendit: mors significat superbiam, qui cadens per superbiam, descendit in gehennam. Secundo cadunt aliqui per detractionis infamiam. Fiat Dan coluber in via, ceteros in semita, mordens vngulas equi, cadat ascensor eius retrorsum. Dan interpretatur iudiciu, & significat detractores, qui omnes alios volunt iudicare & mordendo detrahere. Tertio alii cadunt per acidiam. Leuit. 26. Cadet nullo persequente. Et de Heli qui otiosus sedebat in sella, dicitur, quod cecidit de sella retrorsum, & fractis ceruicibus, mortuus est. Quarto alii cadunt per hypocrisim & fallaciam: qui scilicet claudicantes vnus dicit & aliud facit, vnus vult esse & aliud apparere, figurati per Miphibosech: de quo dicitur: Cecidit & claudus factus est. Quinto cadunt alii per gulam figurati in Ochozia rege: de quo dicitur:

Psal. 112.

Cadere.

Pran. 24.

Psal. 117.

Anni 5.

Esa. 14.

Iob 14.

Cadere.

Gen 46.

Leui. 26.

1. Reg. 4.

2. Reg. 4.

4. Reg. 1.

citur:

citur: Cecidit Ochozias per cancellos cenaculi & agrotauit. Sexto cadunt alii per inuidiam, figurati in Aman, qui inuidens ipsi Mardocaeo cecidit. No. poteris resistere Mardocaeo, ante quem cepisti cadere, sed cades in conspectu eius. Similiter de inuido Saule, ait Dauid. Veniat illi laqueus quem ignorat, &c. Cadat in idipso. Septimo cadunt alii per auaritia, qui scilicet totum cor habent ad terrena. In conspectu eius cadent omnes, qui descendent in terra. Octauo cadunt alii per luxuriam. Neque fornicemini sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. Et istis modis permittit Deus cadere quandoque etiam electos suos, ut eorum casus a nobis declinet superbia, & ipsorum poenitentiam nos prouocet ad poenitentiam: vnde Greg. d. Videamus Dauid ille, quantum mons altus fuerit, qui tanta Dei mysteria propheticis spiritibus voluit contemplantari: sed aspiciamus, qua subito casu defluxit, quia dum in solatio ambulans, aliena coniugem concupuit & abstulit, eiusque virum cum dano sui exercitus interemit, repente casu mons cecidit, cum mens illa mysteriis caelestibus afflueta, inopinata tentatione deuicta est, &c. Et hoc totum permittit Deus ne superbiamus de virtutibus. Vnde subdit Greg. d. De statu suo Dauid cadente, nemo superbiat de peccato suo, Dauid surgente, nemo desperet, &c. De isto autem casu peccati mortalis sic intelligitur textus noster, quia quavis multi predestinati quandoque cadunt per peccatum mortale, ut Dauid, Petrus, &c. tamen non colliduntur. scilicet, irrecuperabiliter, quia dominus supponit manum suam, id est, auxilium suum, ut resurgat per poenitentiam. Tertio est casus aduersitatis temporalis: sic martyres pro Christi nomine ceciderunt a vita presentis. psal. Sacerdotes eius in glad. o ceciderunt. Et tamen no. colliduntur, quia omnia patienter sustinent. Et hoc est quod de quolibet iusto, dicit, *Cum ceciderit iustus non collidetur*, &c.

591.

Opposito bona.

1. Reg. 21.

3. Reg. 17.

Mendicare.

Philosofus.

1. Reg. 4.

2. Reg. 4.

4. Reg. 1.

poralium pro operibus iustitiae promittebatur: ut patet Deute. 8. & Esa. 1. Si audieritis me bona terra comedetis. Tertio dicitur quod iusti non petunt panem, scilicet ad congregandum auarum: sicut dicitur Phil. 2. Omnes quae sua sunt querunt, no. quae Iesu Christi. Querunt autem ad vitam sustentationem. Quarto quod iusti no. querunt panem, vel alia temporalia, ut sine interitu, sicut faciunt mali qui querunt seruire Deo propter beneficium, & no. beneficium propter Deum. Sic enim dicitur: *Querite primum regnum Dei, &c.* & haec omnia adiciuntur vobis. Dic ergo: *Non vidi iustum derelictum*, scilicet a Deo finaliter: *nec semen eius*, id est, imitatorum eius: *quarens panem*, scilicet temporalia pro suo fine.

**Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit.**

Hic consequenter ostendit, quod iustus Deum imitatur. Inter omnia enim quae Deo appropriatur, est alius misereri. Vnde dicitur ecclesia. Deus cui proprium est misereri, &c. Et sic ille qui alteri miseretur, Deum imitatur. Sic enim dicebat Christus. Estote misericordes, sicut & pater, &c. Et nota quod misericordia in duobus consistit, primo in affectu interiori: consequenter autem in effectu exteriori. Primum tangit, d. *Tota die miseretur*, quod intelligitur de actu interiori vel habitu miserendi: sed secundum tangit, d. *& commodat*. Et vide quod misereri alius est accomodare, quia qui eleemosynam dat, Deo feneratur, quia no. solu tantum, sed centuplum recipit, & vitam meretur aeternam. Et nota quod nullus mentore alteri potest misereri, nisi primo misereatur sibiipso, ut scilicet in se iustitiam seruet: vnde Grego. d. Ille quippe bene agit quae pia sunt, qui seipsum seruare quae iusta sunt ut collaturus in proximis rursus misericordiam de iustitia fonte ducatur. Na. multi proximis quasi misericordiam opera impediunt, sed iniustitiam factam no. deserunt. Qui si veraciter proximis misericordiam facere student, sibiipsis debuerunt prius iuste viuendo misereri: vnde scriptum est. Miserere animae tuae placet Deo. Qui ergo misereri vult proximo, a se trahat necesse est originem miserendi. scriptum naque est. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Quomodo ergo alteri miserendo pius est, qui adhuc iniuste viuendo sit impius sibiipso? Vnde per quendam sapientem dicitur: Qui sibi nequam, cui erit bonus? Ad exhibendam quippe misericordiam, ut indigentibus plene exterius valeat impendi duo sunt necessaria: scilicet homo qui praeberet & res quae praeberetur. Sed longè incopatibiliter melior est homo, quam res. Qui itaque indigentem proximo exteriorè substantiam praeberet, sed vitam suam a nequitia no. custodit, hic re suam Deo tribuit, sed seipsum peccato: quod minus est, obtulit auctori, & hoc est quod maius seruauit in quieti. Sed iustus no. sic, quia primo miseretur. scilicet sibiipso per actum interiorè, & postea commodat, id est, dat proximo per actum exteriorè. Talis autem eleemosyna sic collata est quoddam semine quod seminat aeterna benedictione fructificat. Qui parè seminat, parè & metet, &c. ubi glo. Non parè seminat ille qui parum habet, parum largitur, si animus sit promptus plus dare, si plus haberet. Et nota quod no. dicit qui dat, sed qui seminat, quia eleemosynam dare no. est amittere, sed seminare, scilicet ad tempus carere, ut plus habeatur in futuro, ubi plus pefatur animus quam census: ideo qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus largam benedictionem metet: scilicet vitam aeternam. Et hoc est quod hic dicit Psal. *Et semen illius*, scilicet, eleemosynae, *in benedictione erit*, id est, in larga retributione.

Incog. tom. 1.

v 2 Declina

593. Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in sæculum sæculi.

Hic cōsequenter ostēdit q̄ iusti à Deo informā- tur. Quia si quis quæretet, quomodo me interius debeo disponere si opera pietatis exterius volo exercere? Informar te Deus dicēs. Declina à malo, &c. Vide supra versū. 513. Qui enim sic declinat à malo, & facit bonum, hereditatem cœlestē acquirit. Ideo subditur. Et inhabita in sæculum sæculi. id est, per hoc habitabis in æterna beatitudine. Vel per declinare à malo intellige obseruationem præceptorum negatiuorum, sed per facere bonū, obseruationē affirmatiuorū, in quorū obseruatione cōsistit meritum æternū. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata Dei.

594. Quia dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos, in æternū conferuabuntur.

Hic cōsequenter ostēdit q̄ boni à Deo diliguntur. Quid enim hic per iudicium, nisi iustos seiplos indicātes intelligitur? Quod ostēdit Greg. super illo Iob. 34. Non enim est vltra in hominis potestate, vt veniat ad Deū in iudiciū, dicēs. Quod est istud iudicium, nisi illud de quo Paulus, d. Si nosmetipsos iudicaremus, nō vtq̄ iudicemur. Et de quo David dicit. Honor regis iudiciū diligit: vt scilicet qui iam Deū honorat ex fide sollicitē iudicet quid ei debeat in operatione. Vnde iustus scriptū est. Iudicare corā domino, & expecta eum. Corā domino quippe iudicatur, qui corde dominū cōspicit, & act⁹ suos sub eius præsentia sollicita diligētia discernit, quē tanto quis securius expectat, quāto quotidie suspectus vitā suā examinat, &c. Tale ergo est iudicium quod diligit Deus, quod iusti de seiphs faciunt. Vel hoc dicit ad ostendendū q̄ Deus iuste sanctos suos hic aduersa pati permittit, d. Quia dominus amat iudicium, quo scilicet permittit sanctos affligi. Nam est iūstus sanctos pati, iuste tamē iudicat. Et non derelinquet sanctos suos, imo in aduersitatibus ipsos associat. Cū ipso sum in tribulatione: & ideo si hic corpore affligitur, vel moriatur, ad æternā tamē hereditatē cōseruauit. Ideo subdit. In æternū cōseruabuntur. Et loquitur hic de iustis secūdū æternā Dei prædestinationē.

596. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit.

Hic cōsequenter ostēdit q̄ iniusti à Deo æternaliter puniuntur, etiam si hic prosperentur. Cum enim Deus sit iustus, peccatū impunitū dimittere nō potest. Sed tamē multi credūt peccata sua nō punienda: & hoc propter longā impunitatem: quia scilicet Deus differt illos punire. Et tamen istā causā illos magis ad oppositū mouere debet. Dicit enim Iulius Cellus lib. 1. q̄ consueuerunt dii immortales, quo grauius homines pro peccatis eorū vlsceri volunt, his secundiores interdū res & diuturniorē impunitatē cōcedere. Et Greg. d. In arcum quanto longior trahitur corda, tanto de eo exit districtior sagitta. Sic & peccatorū punitio quāto longius differtur, vt veniat, tanto districtior sententiā procedit. Hoc ergo ad memoriā peccatorum reducit nunc Psal. d. Iniusti punientur, & semen impiorum peribit. Semita sunt opera nostra quæ debēt esse in veritate & iustitia facta. Seminate vobis in veritate & iustitia. Impij autem aliquādo bona opera: scilicet, de genere semināt, sed quia carēt honore gratiæ, nō afferunt fructum. Vel etiam si quādo faciūt opera bona in charitate, quia

Greg. 19. mor. c. 18.

Gal. 6.

Luce 12.

tamen nō perseverant finaliter, ideo pereunt. Et de tali semine dicitur. Non erit semen eius in populo suo, quia Deus talium opera nō acceptat ad populū beatorum. Vel per semen accipe verbum Dei, quod in peccatoribus seminatū non proficit: vt habetur Lucā 8.

Iusti autem hereditabunt terram, & inhabitabunt in sæculū sæculi super eā.

Hic cōsequenter ostendit q̄ iusti à Deo beatificantur: quia tales sunt filij Dei. Si autē filij, etiā heredes. Beati pauperes spiritu, quoniā ipsi possidebūt terrā: scilicet, viuētium. Credo videre bona domini in terra viuētium. Et ista hereditas finē nō habet: ideo subdit. Et inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. Vbi nota q̄ quāuis sæculum sit spaciū cētum annorum propriē, tamē in scriptura sacra quādoque duplicatur, vt dicatur sæculum sæculi, tunc significat æternitatē ex parte post, & nō ex parte ante. Et si dicas q̄ de Deo dicitur. Dominus regnabit in æternū, & in sæculum sæculi: tamen Deus est æternus, ita à parte ante, sicut post. Dico q̄ quāuis Deus æternus sit simpliciter, & ante & post, nō tamen sic dicitur dominus rex vel creator, quia ista nomina ex tēpore conueniunt. Quia superius cōmendatur iusti, quia à Deo nutriuntur sine indigētia. Ideo quaro vtrū beatitudo hominis cōsistat in aliquo bono corporali, i. secundā. q. 2. articulo 5.

Osiusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Postquam posuit differentiā inter bonos & malos, quāto ad opera vitæ actiua, nunc cōsequenter ponit differentiā quo ad opera vitæ cōtemplatiua. Et diuiditur in partes duas. Quia primo ostendit in quo occupatur cōtemplatio honorū: secundo in quo cōtemplatio malorum: ibi. Considerat peccator. Prima in duas. Quia primo ostendit q̄ iustus legem domini habet in ore: secūdo q̄ ipsam in corde: ibi. Lex Dei eius. &c. Quantum ad primum dicit. Os iusti meditatur sapientiam. Sed quomodo hoc potest intelligi, quia meditatio cum idē sit secundum grāmaticos q̄ cogitatio: cogitatio autem solum est cordis nō oris: quomodo ergo os meditari dicitur? Respondeo, primo quod licet solum ad cor spectet meditari, quia tamen ex abundantia cordis os loquitur, Matth. 12. idcirco os dicitur meditari, quia quod os loquitur, ex meditatione cordis procedit. Vel aliter dicendum quod os est duplex: scilicet os cordis, & os corporis. Quia sicut ea quæ extrinsecē loquimur, prius in corde dicimus: sic & cor suum os habet, sicut & corpus similiter & labia. Sic enim dicitur psal. 11. Labia dolosa in corde, & corde loquuti sunt: vt dicit Greg. 20. Moralium cap. 2. Os ergo iusti meditatur sapientiam, quādo sapientiam meditatatur in corde, quam postea ore exprimit corporis. Sic enim conformiter dicitur Proverb. 8. Veritatem meditabitur guttur, mentem, &c. Qui autem sapientiam sic prius meditatatur ore cordis, tunc cōsequenter cōgruē loqui potest exterius. Et hoc est quod subditur. Et lingua eius loquitur iudicium. Prius enim sapientiam in se debet quilibet habere priusquam alios possit docere. Si enim cor tacuerit, quomodo lingua recte loquetur? quia vt dicit Gregorius 11. Moralium cap. 9. Cum quis non agit bona quæ loquitur, etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat quod non operatur, sicut per prophetam dicitur: peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras

Considerat peccator iustū, & querit mortificare eum.

Nunc cōsequenter ostendit, in quo cōsistat malorum cōtemplatio. Et primo ostendit malorum iniquitatem: secundo iustorum securitatem: ibi. Dominus autem. Quantum ad primū ait. Considerat peccator iustū. Vbi nota quod alia est consideratio bonorum, & alia peccatorū. Bonus enim quilibet tria debet considerare: scilicet propriam vtilitatem, ne perdat gratiam. Supernam æquitatem, vt vitet maculam. Diuinam pietatem, ne desperet veniā. Primo ergo considera propriam vtilitatem, &c. quia hæc consideratio cōseruat te in gratia & humilitate: quia si te benē cōsideraueris, reperies te miseris plenum, & humilis eris: vnde Iosue 2. Considerate terram, vrbēque Hiericho. Per terrā intellige corpus proprium de terra formatum: sed per Hiericho quod luna interpretatur, accipe status tui instabilitatem: quorum consideratio te ducit ad humilitatem. vnde Greg. super illo verbo Iob 33. Ecce

Greg. 11. mor. c. 9.

Greg. 23. mor. c. 14.

enarras

enarras iustitias meas, &c. Quid est ergo loqui iudicium, nisi primo seipsum iudicare, deinde alios: prius seipsum docere, & postea alios, &c.

598. Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

Hic cōsequenter ostēdit quod iustus bona, quæ ore loquitur, illa prius corde meditatatur: vnde Greg. ait. Qui in dictis suis reprobari metuit, ipse prius debet examinare quod dicit: quatenus inter cor & linguam quidam discretus æquifq̄ arbiter sedeat subtiliter pensans si recta verba cor offerat, quæ vtiliter suscipiens ad auditorum iudicium lingua perducatur. Sic ergo Psal. ostendens quod iustus quilibet hoc facit postquā dixit quod iustus loquitur sapientiam, nunc ostēdit quod illam prius corde meditatatur, d. Lex Dei in corde ipsius. Et nota quod aliud est esse in lege, aliud supra legem, aliud sub lege: vt dictum fuit superius. versū. 2. & aliud est in se legem habere. Ille enim in se habet legem, qui non solum operatur debite quæ sunt legis, vt boni simplices qui legis sunt ignari, sed etiam habitū & sapientia intus habet in corde, sicut boni doctores & prædicatores, qui faciūt quæ sunt legis, & alios hæc facere docent: de quorum quolibet dicitur. Dedit illi cor ad præcepta, & legem vitæ & disciplinæ. Et quia talis scit seipsum & alios docere: ideo non supplantabuntur gressus eius. Planto, tas, secundum grāmaticos, aliquādo idem est quod decipere, & componitur cum sub: & dicitur supplantare, quod est decipere & proprie per plantam, quod fit cum aliquid latenter inter plantas alterius ponitur vt cadat. Quid enim sunt plantæ nostræ, nisi affectiones nostræ, quibus totum corpus nostrum portatur interius: inter quas plantas ad diciendū aliquid ponitur, quādo inter affectiones nostras aliquod malum sub specie boni latenter inseritur. Sicut aliquoties diabolus præterdit, quod si tu ieiunas, eris homicida tuipsum & similia. Et hoc proprie dicitur supplantare. Vir ergo iustus qui in corde suo legem habet domini, non supplantatur, quia astutias diaboli scit cognoscere. Dicit ergo. Non supplantabuntur gressus eius, id est plantæ pedum, vel affectiones mentis, sed magis supplantans supplantatur: vnde Proverb. 13. Iustitia custodit innocentis viam, impietas vero peccatorem supplantat.

Considerat peccator iustū, & querit mortificare eum.

Nunc cōsequenter ostendit, in quo cōsistat malorum cōtemplatio. Et primo ostendit malorum iniquitatem: secundo iustorum securitatem: ibi. Dominus autem. Quantum ad primū ait. Considerat peccator iustū. Vbi nota quod alia est consideratio bonorum, & alia peccatorū. Bonus enim quilibet tria debet considerare: scilicet propriam vtilitatem, ne perdat gratiam. Supernam æquitatem, vt vitet maculam. Diuinam pietatem, ne desperet veniā. Primo ergo considera propriam vtilitatem, &c. quia hæc consideratio cōseruat te in gratia & humilitate: quia si te benē cōsideraueris, reperies te miseris plenum, & humilis eris: vnde Iosue 2. Considerate terram, vrbēque Hiericho. Per terrā intellige corpus proprium de terra formatum: sed per Hiericho quod luna interpretatur, accipe status tui instabilitatem: quorum consideratio te ducit ad humilitatem. vnde Greg. super illo verbo Iob 33. Ecce

Greg. 23. mor. c. 14.

enarras

aperui os meum, &c. Nos enim quia infirmi homines sumus primū cōsiderare debemus quid sumus, vt ex propria infirmitate pensemus, qualiter infirmis fratribus consulamus. Cōsideremus igitur quia aut tales sumus quales nonnullos corrigimus, aut tales aliquando fuimus, & si diuina gratia operante iam non sumus, vt tanto temperatius corde humili corrigamus, quāto nosmetipsos verius in his quos emendamus agnoscimus. Si autē tales nec fuimus, nec sumus, quales adhuc illi sunt quos emendare conamur, ne cor nostrum forte superbiat, & de ipsa innocentia peius ruat, quorū mala corrigimus, alia ipsorum bona consideremus. Quæ si omnino nulla sunt, ad occulta Dei iudicia recurramus, quia sicut nos nullis nostris meritis hoc ipsum bonum quod habemus accepimus, ita illos quoque potest gratia supernæ virtutis infundere, vt excitati posterius etiam ipsa possint, quæ nos accepimus præuenire. Quis enim credidisset q̄ per Apostolatus meritum Saulus lapidatum Stephanū præcessurus erat, qui in morte eius lapidantium vestimēta seruabat? His ergo cōsiderationibus cor primū humiliari debet, & tūc demū delinquentiū iniquitas increpari. Ideo cuiuslibet nostrum dicitur. Considera & cogita quid facias. Cōsiderat ergo quilibet quatuor circa statum suum: vt scilicet cōsideret, vbi fuit, vbi erit, vbi est, vbi nō est. Ex cōsideratione enim istorū, omnis vitatur præsumptio. Quatuor sunt enim qualitates quibus anima in cōsideratione vehementer affligitur. Cū enim malorū suorū reminiscitur, cōsideras vbi fuit. Aut iudiciorū Dei sententiā metues, & secū quæres cōsiderare, vbi erit. Aut cū mala vitæ præsentis attendens solerter mærens cōsiderat, vbi est. Aut cū bona cœlestis patriæ, quæ quia nōdū adipsi scit lugēs cōspicit, vbi nō est. Ex istorū cōsideratione nimirū humiliat: & ad omniū istorū cōsiderationem nobis dicitur. Considerate locū vbi sit pes eius, considerate & videte omnia latibula in quibus absconditur, quasi dicat, Considerate statū in quo estis & latibula quibus abscondimini. Secundo circa reipsum cōsidera diuinā iustitiā, vt inde vites peccata maculā. Cōsiderata enim diuina iustitia, quæ peccata impunita non dimittit, quis peccare audebit? certe nullus: vt ostēdit Grego. ideo dicitur, psal. 90. Verūtamen oculis tuis cōsiderabis, & retributionē peccatorū videbis. Tertio considera diuinā pietatem, &c. Qui enim solū diuinā iustitiā consideraret statim in desperationē laberetur. Et ideo ante peccatū cōsidera diuinā iustitiā ne pecces, sed post peccatū cōsidera diuinam misericordiā, ne desperes: vt docet Grego. Vt sic merito dicas illud psal. 118. In mādatis tuis exercebor, & cōsiderabo vias tuas, scilicet misericordiā. Hæc ergo est cōsideratio bonorum. Alia est cōsideratio malorū qui peccata considerat, non vt euadāt, sed magis vt faciāt. Et taliū cōsideratio est multiplex. Primo cōsideratio temeritatis & superbiæ, quæ scilicet quis aliena peccata cōsiderat & nō sua: de qua dicitur. Quid autem vides festucā in oculo fratris tui, trabē autem quæ est in oculo tuo non consideras? Et tamē quilibet potius suos defectus quā alienos cōsiderare deberet: vnde Gal. 6. Fratres, si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite humilimodi in spiritu lenitatis, cōsideras temetipsum, &c. Secūda est cōsideratio cupiditatis & auaritiæ. Et hanc à nobis dominus remouet, d. Cōsiderate cornuos quia nō semināt, neque metunt, quibus nō est cellarium, neque horreum & dominus pacifc r illos, Incog. tom. 1. v 3 quanto

Greg. 33. mor. c. 15. Psal. 118.

Mat. 7.

Galat. 6.

quāto magis vos. Tertia est cōsideratio ambitionis & vanæ gloriæ. quā dominus prohibet, d. Cōsiderate lilia agri, quoniam non laborāt, neque metūt. Dico autem vobis q̄ neque Salomon in omni gloria sua cooperatus est, sicut vnū ex istis. Quarta est cōsideratio torpōsitatis & aciditatis. Et hāc suo exēplo remouet mulier fortis: de qua dicitur: q̄ cōsiderauit semitas domus suæ & panē otiosa nō comedit. Quinta est cōsideratio voluptatis & luxuriæ: & hęc mulpos decipit. Considerabant faciem eius & erat in oculis eorum stupor, quoniam mirabatur pulchritudinem eius nimis. Sexta est cōsideratio crudelitatis & iracundiæ: quando quis proximum cōsiderat ad sibi nocendū, & ipsum perdendū. Et de hac dicit presens textus. *Considerat peccator iustum, & querit mortificari eū.* Cōsiderat & insidiatur, quia iust⁹ grauis est peccatori ad vidēdū, quia vita illi⁹ dissimilis est aliis.

600. Dominus autem non derelinquet eum in manibus suis: nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.

Hic ponit consequenter iustorum securitatem, quā à Deo defenduntur, quia etsi peccatores cōtra iustos sēuiāt, tamē à domino liberātur, quandoque quo ad corpus, semper autē quo ad animam. Nonne cogitauerunt peccatores interficere Danielem, quem miserunt in lacu leonum? Et dominus liberauit eum. Nōne illi duo iniqui presbyteri interficere Susannā? Et dominus liberauit eā. Daniel. 1. 3. Nonne Saul interficere Dauid per manus Philistinorum? Et dominus liberauit eum. Et hoc est quod dicit. *Dominus autē non derelinquet eum in manibus suis.* Et hoc est quod dicitur: psal. 9. Non derelinquis quærentes te domine. Et si quādoque occulto iudicio non derelinquatur corpus iusti in manibus peccatorum, tamen animā saluat vt ei non consentiat. Vnde ait glo. *Dominus non derelinquit iustum in manibus peccatorum.* secundū animam: vt scilicet ei consentiat. Vt enim ait Iob. Terra data est in manus impij: id est caro, in qua sēuire potest, sed animam inuictam educit Deus, ne cedat ei: ideo dicitur, psal. 36. Non derelinquet sanctos suos, in eternū cōseruabuntur: quod intelligitur secundum animā: vnde sequitur. *Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.* id est ad petitionē peccatoris Deus non damnabit iustum, sed liberabit. Sicut Ioseph ad petitionem vxoris iniquæ Putiphari iudicatū carceri Deus nō dānauit, sed miraculose liberauit & exaltauit. Gen. 39. Vnde ad litteram de ipso Ioseph dicitur. Iustum venditum non dereliquit, sed à peccatoribus liberabit eum.

psal. 9. Non derelinquis quærentes te domine. Et si quādoque occulto iudicio non derelinquatur corpus iusti in manibus peccatorum, tamen animā saluat vt ei non consentiat. Vnde ait glo. *Dominus non derelinquit iustum in manibus peccatorum.* secundū animam: vt scilicet ei consentiat. Vt enim ait Iob. Terra data est in manus impij: id est caro, in qua sēuire potest, sed animam inuictam educit Deus, ne cedat ei: ideo dicitur, psal. 36. Non derelinquet sanctos suos, in eternū cōseruabuntur: quod intelligitur secundum animā: vnde sequitur. *Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.* id est ad petitionē peccatoris Deus non damnabit iustum, sed liberabit. Sicut Ioseph ad petitionem vxoris iniquæ Putiphari iudicatū carceri Deus nō dānauit, sed miraculose liberauit & exaltauit. Gen. 39. Vnde ad litteram de ipso Ioseph dicitur. Iustum venditum non dereliquit, sed à peccatoribus liberabit eum.

psal. 36. Non derelinquet sanctos suos, in eternū cōseruabuntur: quod intelligitur secundum animā: vnde sequitur. *Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.* id est ad petitionē peccatoris Deus non damnabit iustum, sed liberabit. Sicut Ioseph ad petitionem vxoris iniquæ Putiphari iudicatū carceri Deus nō dānauit, sed miraculose liberauit & exaltauit. Gen. 39. Vnde ad litteram de ipso Ioseph dicitur. Iustum venditum non dereliquit, sed à peccatoribus liberabit eum.

601. Expecta dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hereditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.

Postquam Psalmista ostendit superius multipliciter iniquorū prosperitatē esse contēnendā & iustorum appetendam, nunc consequenter ex illis infert suam generalē ad mōitionē cōseruandam. Et tria facit: secundū q̄ de tribus nos admonet, scilicet: primo ad penitentiā: secūdo ad innocentiam: tertiū ad confidentiam: ibi. *Salus autem iustorum.* Primo ergo nos mouet ad penitentiā, & hoc dicitur: primo ratione boni cōsequendi: secūdo ratione mali euitandi: ibi. *Vidi impium.* Quantum ergo ad primū dicit. *Expecta dominū, &c.* Vbi nota q̄ expecto, tas, tauī: secūdo grammaticos

Expecta

tria habet significata: scilicet demorari, conspicerē, & sustinere. Vnde versus. *Expectatur venturus, expectat patiens, expectatur qui videtur:* hic autē stat pro patienter sufferere, quasi dicat, Psal. Et si mali hic prosperatur, tu autē asiliges. *Expecta* id est, sustine dominū patienter, ne turberis: sed *custodi viam eius.* id est, præcepta eius. Et quid hinc sequitur: scilicet, *exaltabit te.* id est, in cœlesti patria te collocabit, quā nullus inhabitare potest, nisi exaltatus à Deo. *Vt hereditate capias terram.* scilicet viuentiū. Et hoc fide credere debes. Et si hoc modo clarē nō vides hoc clarē scies postea: scilicet post iudiciū & dānationem peccatorum, quia quod modo fide credis, tunc per experientiam percipies. Et hoc est quod dicit. *Cum perierint peccatores videbis.* scilicet, quod modo credis de præmiis bonorū, & de suppliciis malorū. Tunc enim lætabitur iustus, cū viderit vindictā, &c.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros libani.

Hic inducit ad patientiam ex mali vitatione, ne scilicet efficiamur impij per impatientiam, quia gloria impij est nulla & perpetua pœna: dicit ergo. *Vidi impium superexaltatū, & eleuatū:* scilicet prosperitate præsentis vitæ honoribus & dignitate. Et eorum exaltationem exprimit, d. *Sicut cedros libani.* Est enim, vt ait glo. libanus mons in quo crescūt altissima cedri, quæ à vento desiciuntur. Et interpretatur libanus candidatio, & significat candorem huius sæculi, qui cito euanescit. Vnde subditur,

Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & nō est inuentus locus eius.

Quod dicit ad significandum breuitatem gloriæ mundi: de qua supra versus, 575. & versus, 586. Vbi modo est gloria Alexandri? vbi principatus Neronis? vbi crudelitas Daciani? Certe transiui & ecce non erat, &c. quia cum interierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius, psal. 48.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquæ homini pacifico.

Hic consequenter ex dictis nos monet ad innocentiam. Vbi nota quod secundū aliud est innocēs, aliud iustus. Idcirco hęc duo hic distinctē ponit, d. *Custodi innocentiam & vide æquitatem.* Quoniam æquitas maiorem perfectionem dicit quam innocentia. Innocens enim componitur ex in quod negat, & nōceo, es Et sic innocens est ille qui alteri nocere non intendit quanquam nondū opera iustitiæ perficiat: vnde Grego. super illo verbo Iob 17. Stupebunt iusti super hoc & innocens, &c. ait. Hoc loco innocēs necdum perfectus iustus accipitur, qui bona adhuc inchoans, & si nocere aliis non nouit, perfecta tamen adhuc ipse non agit, &c. Et sic innocentia erit declinare à malo, sed æquitas facere bonum. Primo ergo primam partem suadet, d. *Custodi innocentiam.* id est, nulli noceas. Et merito, quia nocere alteri est vitium contra naturam. Dicit enim Seneca. Natura nobis indidit amorem mutuum & sociales fecit, & ex illius constitutione miserabilis est nocere quā lædi. Et ideo qui proximo nocet, contra institutionem humanæ naturæ facit. Et ideo qui ad hoc student, à consortio hominum sunt præscindendi. Dicit Albertus: q̄ in omni arbore agri consiti, oportet amputare quæcūque in ramis & virgis aruerunt, & rationem assignat, quia vicina sibi arboris membra

602. De pe. di. 3. quādā

Prosp. 1. 1. 1.

Breuitas.

604.

æquitas plus dicit quam innocentiam.

Greg. 13. mor. c. 18.

Seneca epistola 7

Albertus 7. de reg. tabulis.

corrumpunt. Sic in proposito. Ager est mūdus iste. Arbor in eo consistit natura humana. Video homines sicut arbores. In singulis vero arboribus est inuenire ramos aridos. i. humore gratiæ & vita spiritali carentes, qui mēbra vicina corpori student & aliis nocere in tēporalibus vel spiritualibus, tales ergo à consortio hominū debent præscindi Ioa. 15. Mittetur foras sicut palmes & arefcent. Innocentes autē cōseruari debent: quia per gratiā Christo adherent. Innocentes & recti adhererūt mihi, &c. *Et vide æquitatem.* Aequitas autē stat in recta opinione: sicut & innocentia in recta voluntate. Et ideo innocentia custoditur in mente, sed æquitas videtur in opere. Per ista enim duo seruat pax interior. s. per innocentiam, & pax exterior per æquitatē. Ideo talē pacificum vocat d. *Quoniam sunt reliquæ homini pacifico.* Reliquiæ enim dicuntur à relictis, & sic reliquæ est illud quod remanet post. Iustus ergo habet reliquias, quia bona opera quæ egit viuēs remanent etiam post mortē suam per meritū. Contrarium autē est de iniustis, quia ipsi mortuis moritur etiam oēs bonū ipsorū, quia ipsorū prosperitas & opera si quæ bona videbatur habere. Vñ subdit.

605. Iniusti autem disperibunt: simul reliquæ impiorum interibunt.

Vbi notat gl. q̄ ly simul potest copulari cū prima parte & cū secunda. Cū prima vt dicatur. *Iniusti disperibunt simul.* quia oēs in vnū fascē ligati tradentur ignibus. Colligite primū zizania & alligate ea in fasciculos ad cōburendū. Vel potest cōponi cū secunda parte vt dicatur. *Iniusti interibunt.* & hic sit punctus, & sequatur, *simul & reliquæ impiorum interibunt.* Reliquiæ enim impiorū sunt omnia terrena, quæ omnia simul ipsis mortuis intereunt quo ad illos ideo de quolibet impio dicitur. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos & nihil inueniet.

606. Salus autem iustorū à Domino est, & protector eorum in tempore tribulationis.

Hic cōsequenter mouet nos ad confidentiā. s. in solo Deo habendā, quia ipse solus salutē potest cōferre eternā. Nō. n. opera nostra salutē merētur, sed Dei gratia nobis tribuit illā. Ro. 6. Gratia Dei vita æterna: quod ostendēs Gre. super illo verbo Iob. 28. Nescit homo præciū ei⁹, ait. Eo loquēdi genere vitur, quo quis in angustiis deprehensus cū remediū nō inuenit fateri solet, quia quid faciet nescit. Huius ergo sapientiæ præciū nescire, est digni operis meritū quo illā percipiat, nō inuenire. Ad hoc nāq; præciū damus vt eius vice tē quā appetimus, possidere debeamus. Quid autē nos damus vt salutē percipere mereamur? Gratia quippe redēpti sumus. Ipsa nāquē sola opera male viuendo dedimus, quibus si iusta retributio seruaretur, nō salus sed supplicia redderētur. Vnde merito Psalmista d. *Salus autem iustorum à Domino.* In peccatis. n. nati quid boni facere possumus vt salutē mereamur, nisi Dei succurrat gratia? Dicit Auice. 4. can. q̄ reliquæ quæ remanēt post crisiū, attrahunt reciduationē cito, nisi succurratur. Et reciduatō peior est quā radix crisiū est debilior. Sic & spiritaliter, nā prima nostra infirmitas est originale peccatū, cuius crisiū & curationis terminus est baptisimus: post crisiū autē & curationē remanēt reliquæ morbi, quia reman-

Salus est a solo Deo Rom. 6. Greg. 18. mor. c. 24

Auicena. infirmitas reciduatō. Reliquiæ

net carnis concupiscentia & peccati fomes: quæ cito inducunt ad reciduationē nisi per gratiā Dei succurratur, quæ reciduatō est periculiosior: quia grauius est peccatū mortale post baptisimū, quam ante fuerit originale. Et ideo quia salus iustorum à solo Dño est, & nō à nobis, dicit Apostolus. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundū misericordiā suā saluos nos fecit. Et modū quo nos saluat cōsequenter ostēdit d. *Et protector eorum in tempore tribulationis.* Per tribulationē accipit tentationē carnis, mundi vel diaboli, quæ ad peccatū trahimur, sed tunc Deus protegit iustos faciendo eum tentatione prouentū, vt nulla tentatio dominetur inuitis. Vel per tribulationē accipit mortem: quia Deus in morte iustos protegit à diaboli potestate psal. 90. d. Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum scilicet à potestate diaboli, & glorificabo eum.

Et adiuuabit eos Dominus & liberabit eos & eruet eos à peccatoribus: & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.

Vt sit sensus. q̄ in morte Dñs adiuuabit eos, cōfirmādo eos contra dæmones tentationis quæ tūc multiplicantur. Et liberabit eos. s. à mundi miseriis quibus in vita præsentī præmuntur. *Et eruet eos à peccatoribus.* quia vt dictū est peccatores potestatem habent in corporibus sanctorū, sed nō in aialibus: in morte autē liberantur totaliter, quia post mortē peccatores iustis nocere nō possunt, nec quō ad animā, nec quō ad corpus. *Et saluabit eos.* s. dādo eis eternā gloriā, quæ solū datur post mortē. Et quare tot bona faciet illis, concludit. *Quia sperauerunt in eo.* scilicet debita spe, quæ est expectatio futuræ gloriæ proueniens ex Dei gratia & meritis. Quia sine meritis sperare, nō est spes sed præsumptio. Circa prædicta in toto psal. in quo pluries dicitur q̄ iniusti semper permanent felices, quæro vtrum beatitudo semel habita possit perdi. 1. secundæ. q. 5. arti. 4.



Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripas me.

Hic psalmus est tertius inter psalmos penitentiales, qui talem habet titulum. *Psalmus David in rememoratione sabbathi.* Vbi notandum: quod sabbathum dicitur à sabbē quod est septem. Et sic potest omnia quæ septenario numero continentur significare, vel quod septimum numerum complet, significat ergo quandoque totam septimanam quæ septem continet dies, vnde Ieiuno bis in sabbatho: quandoque septimum diem septimanæ. Non est homo ille à Deo, qui sabbathū non custodit: vel potest significare peccatū quod septenario numero continetur. Et sic volunt quidā q̄ hic accipiatur sabbathum pro peccato, vt sit sensus q̄ Dauid fecit istum psalmum in recordatione peccatorum suorum. Vel alio modo, sabbathum interpretatur requies, & significat vitam beatam, in qua sola vera requies consistit: in qua est omnis boni abundantia. Inuenietis requiem animabus vestris. Recordatio autem istius sabbathi nos ducit ad memoriam peccatorum nostrorum: quia dum ingenti desiderio illā requiem desideramus, oportet etiā considerare non solū quæ iuuant ad illā obtinendam,

Tu. 3.

psal. 90.

Questio.

Sabbathū

Luc. 18. Iou. 9.

Mat. 11.



nendam, ut illa procretemus sed etiam quae impediunt ut illa fugiamus. Cum ergo commissa peccata impediant nos a possessione sabbati, dum desideramus ad requiem peruenire, oportet etiam quod consequenter recordemur peccatorum nostrorum quae ne nobis obstant, per penitentiam deleamus. Ex quibus patet titulus dicti *Psal. David in remembrance sabbati*. i. gloriae aeternae, pro qua obtinenda requiritur peccatorum digna penitentia. Vel secundum primam expositionem, in remembrance sabbati. peccati. De materia autem istius *psal.* dicunt doctores quod David fecit hunc *psalmum* ad recordandum sua peccata notabilia & pro eis penitentium coram Domino. Licet enim fuisset sibi dimissa quantum ad culpam, & propter ipsa subiisset aliquam poenam: timebat tamen ne adhuc illa poena adderetur supra se & populum suum. Et dato quod fuisset certificatus de dimissione totius culpae & poenae, tamen vile foret sibi ad suam humilitationem coram Deo talia recordari. Est igitur aduertendum quod David legitur bis peccasse notabiliter, primo in facto *Vriae* Cithae. Secundo in numeratione populi. Intentio ergo sua in toto *psalmo* est, ista duo peccata recordari coram Deo. In isto ergo *psalmo* ponitur primo expositio litterae, secundo intentione *Psalmista*. Quantum ad primum iste *psal.* diuiditur in partes duas. Quia primo ponitur dictorum peccatorum recordatio, secundo intenta conclusio, ibi in fine. *Ne derelinquas me*. Prima in duas: quia agit primo de peccato numerationis populi, secundo de peccato contra *Vriam* commisso, ibi. *Miser factus sum*. &c. Dic ut *N.* Quantum ad intellectum *Psal.* tota intentio *Psalm.* est mouere nos ad penitentiam pro peccatis agenda. Vnde loquitur in persona poenitentis multas poenas tollerantis. Vnde secundum *Magistrum* in hoc *psal.* videtur ipsum *Iob*, quae multa & graua fuit passus, proponere tyronibus in exemplum ut cruciatus & poenas ipsi gratanter amplectantur. Minores quidem meritis, quam ipsi meruerunt, per quos ab aeterna poena liberantur. Ille ergo *psal.* sic intellectus diuiditur in quatuor partes. Quia David primo captat diuinam beneuolentiam, secundo enumerat suam miseriam, ibi. *Putruerunt & corrupta sunt*. tertio ostendit diuinam misericordiam, ibi. *Quoniam in te Domine speraui*. quarto ex predictis concludit internam laetitiam, ibi. *Ne derelinquas me*. Quantum ad primum sciendum quod infirmus volens captare medici adiutorium, primo inuocat suam bonitatem: & consequenter suam sibi pandit infirmitatem: quia ipsum ad pietatem inducat. Sic iste facit in praesenti parte quae in quatuor partes diuiditur. Quia hic poenitens primo medici implorat pietatem, secundo sui status ostendit necessitatem, ibi. *Quoniam sagitta*. tertio suae necessitatis ostendit infirmitatem, ibi. *Non est sanitas*: quarto suae infirmitatis ostendit grauitatem, ibi. *Quoniam iniquitates*. Quantum ergo ad primum: primo medici implorat pietatem dicens. *Domine ne in furoribus arguas me*. &c. Dic ut in versiculo. 54. Vis ergo iram iudicis Dei & furorem euadere? Legitur de *Pilato*, quod cum propter mortem *Christi* a *Tyberio Caesare* Romam fuisset vocatus ne vindictam subiret tanti furoris (quia contra ipsum *Tyberius* furebat vehementer) *Pilatus* induit se tunicam *Christi* inconfusilem. In qua cum praesentatus esset *Caesari*, *Caesar* sibi assurrexit, & ipsum multum honorauit nihil mali sibi facere volens aut dicere. Cum autem sic honoratus recessisset, iterum imperator vehementer inflammatus iudicauit se miserum quod suum furorem non apperuisset in vltionem: reuocatusque est *Pilatus* ad *Caesarem*, & eodem modo receptus est. Tertio reuocatus *Pilatus* cum dicta tunica esset exutus, & sic praesentatus, accepit sententiam capitalem, quam non recepisset si *Christi* tunica fuisset indutus. Sic spiritualiter si peccasti mortaliter. tanquam alter *Pilatus* *Christum* iniuste iudicasti & contra *Christum* ad clamorem falsum testimonium protulisti. Non enim videtur aliud multum desideriorum carnalium tumultuans contra *Christum*, quam illa multitudo ludaeorum clamantium crucifige crucifige eum. Rursum crucifigentes in semetipsis filium Dei, quibus licet ad tempus resisterent: tamen eorum importunitatem deuinceris tanquam alter *Pilatus*. Inualecebant voces illorum: & *Pilatus* adiudicauit fieri petitionem ipsorum. Et ideo si iudicium *Caesaris* times & furorem tunicam *Christi* inconfusilem induaris, & te ipsa spoliari non permittas. Est autem haec tunica virtus charitatis, quae diuisionem non patitur, quia qui hanc habet virtutem omnes habet. Si vero haec tunica exutus fueris iudici praesentatus, experieris furorem iudicis, qui dicit tibi. Amice quomodo luc intrasti non habens vestem nuptialem? Et sequitur, ligatis manibus & pedibus mitte eum, &c. Si autem haec tunica fueris indutus, non timebis furorem iudicis, quia non apprehendet te furor eius. Vel tunica haec inconfusilis est confessio peccatorum, *psal.* Confessionem & decorem induisti: hanc autem scindunt, qui confessionem peccatorum diuidunt, integra vero habet, qui omnia peccata confitentur debite. Qui ergo sic indutus iudici fuerit praesentatus, non timebit: quinimo magnum reportabit honorem. Confitebor tibi Domine quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus & consolatus es me.

Quoniam sagittae tuae infixae sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.

Hic consequenter poenitens ostendit necessitatem suam, ut facilius misericordiam impetret Dei. Vbi primo notandum, quod in scriptura sacra sagittarum nomine intelliguntur, ut ostendit *Greg.* d. Sagittarum nomine aliquid quando praedicationum verba aliquando ad aduersionem sententiae designantur. Praedicationis namque verba sagittis exprimentur, quia in eo quod vitia ferunt male viuentium corda transfigunt. De his sagittis veniente redemptore dicitur, Sagittae tuae acutae populi sub recedent in corda inimicorum, & *Esa.* d. Mittam ex eis qui saluati fuerint tenentes sagittas in Italia & in Graecia. Rursum sagittis ad aduersionem percussio designatur, sicut *Ioas* regi per *Elisaeum* dicitur. Iace sagittam, quo iaceat ait. Percutias Syriae donec consumas eam. De his ergo duobus generibus sagittarum Dei dicit poenitens. Sagittae tuae infixae sunt mihi. Et primo de verbis sacrae scripturae: quia cor poenitentis penetrat, ut quia cum audit *Christum* d. Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Et alii. Penitentiam agite, appropinquabit enim regnum caelorum. Tales enim sagittae corda electorum penetrant, & ad penitentiam inuestunt, sed obstinata corda reproborum penetrari non possunt. Ut autem penetrarent, multum proficit humilitas, & bona vita praedicantium: ut ostendit *Gregorius* super illo verbo *Iob*. Non fugabit eum vir sagittarius dicens. Quid

Quid enim per sagittas nisi verba praedicatorum accipimus, quae dum ex voce bene viuentium desigunt audientium corda transfigunt? De his sagittis ait *psal.* Sagittae parvulorum factae sunt plagae ipsorum: quia scilicet verba humilium penetrant animos superborum. Vir itaque sagittarius est, qui per sanctae intentionis arcum audientium cordibus verba reuera exhortationis infigit, sed reproborum corda non penetrant: quia quisquis a diabolo apprehenditur verba sanctae praedicationis iam audire contemnit. Sic ergo peccator cum ad vocem scripturae conpungitur dicere potest Deo. Sagittae tuae infixae sunt in me. Secundo hoc idem dicat de sagittis aduersitatum & poenarum. Vbi sciendum quod Deus habet pharetram, habet & sagittas: quandoque enim pharetram clausam tenet: & quandoque aperit & sagittas poenarum emittit, ut ostendit *Greg.* super illo verbo *Iob*. 30. Pharetram suam apperuit & afflixit me d. Quid enim per pharetram Dei, nisi occultum consilium designatur? Sagittam vero de pharetra Dominus emittit: quando de occulto consilio apertam sententiam emittit. Cum enim peccata Dominus videt & tamen manum ad vindictam non commouet, quia si clausam pharetram tenet. Sed feriendo iudicat, quantum ei in nobis displicuit hoc, quod diu videndo tolerauit. Quid ergo sunt sagittae Domini nobis infixae nisi aduersitates & poenae pro peccatis nobis immissae? Poenitens ergo considerans quod aduersa pro peccatis hic patimur, dicat. Quoniam sagittae tuae infixae sunt in me. Ac si aperte dicat. Ego in exilium damnatione hic positus pro peccatis aduersitatibus vndique premor. Haec autem sagittae electis immittuntur ad correctionem non ad consummationem. Et hoc est quod dicitur *Iob*. 6. Sagittae Domini in me sunt, quorum indignatio ebibit spiritum meum. Quod ad propositum exponens *Greg.* d. Quid est enim spiritus hominis, nisi spiritus elationis? Sagittae autem Domini spiritum hominis ebibunt, cum superbia animaduersionis sententiae afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagittae Domini spiritum hominis ebibunt, quia intentum exterius introsum trahunt. Sagittarum ergo indignatio iusti spiritum ebibit: quia supernae sententiae electos quos in peccatis inueniunt, dum vulnerant, immutant, ut duritiam suam transfixa mens deferat: atque ex saulifero vulnere sanguinis confessio curat. Pensant namque vnde lapsi sunt, a quanta beatitudine ad corruptionis suae tormenta ceciderunt. Iste ergo sagittae aduersitatum sunt non mortiferae sed sanantiae: quia aetum vitiorum refrigerant & vmbra nobis faciunt. Narrat *Valerius*, quod quidam *Spartanus* cuidam nobili respondit. Nam dum iret ad bellandum contra *Perlas*, quidam quasi insultando sibi dixit. Sagittas *Perfarum* sole obscurare solere, quasi dicat. Tanta est *Perfarum* multitudo, quod suis sagittis solem quasi obscurat. Ille autem ex hoc magis confortatus respondit. Bene inquit narras: quia in vmbra praeliabimur. Sic spiritualiter est de sagittis poenarum mundi & aduersitatum: multae sunt enim in tantum quod solem huius mundi. i. claritatem & gloriae omnem mundanam obscurant. Sed hoc bonum afferunt: quia nobis pugnantibus. scilicet mundo, carne & diabolo faciunt vmbra: quia ab inordinato feruore concupiscentiae nos defendunt. Per has enim aduersitatum sagittas homo seipsum recognoscit: superbia deponitur & carnis fugatur libido. Poenitens ergo has sagittas non timet, sed magis sub vmbra illarum fortius pugnat. *psal.* 90. Scuto circumdabit te veritas eius,

non timebis a timore nocturno. A sagitta volante, &c. Quia quanto quis hic magis corporaliter affligitur: tanto amplius Dei misericordiam consequitur & facilius. Et hoc est quod subdit. Confirmasti super me manum tuam. Quid enim hic per manum Domini, nisi eius misericordia, qua nos de *Egypto* peccatorum per poenas & aduersitates liberat intelligitur? *Exod.* 13. In manu forti educam vos de *Egypto*, & hoc est quod modo poenitens dicit. Confirmasti super me manum tuam. i. immittendo in me sagittas tuas. i. aduersitates confirmasti super me manum tuam. scilicet tuam misericordiam.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tuae: non est pax ossibus meis a facie peccatorum in eorum.

Hic consequenter poenitens ut facilius misericordiam impetret, suam ostendit infirmitatem. Vbi *Santas*, nota, quod nulla infirmitas in homine fuisset, nisi praecessisset peccatum, quia cum infirmitas sit quaedam poena, & omnis poena si iusta est, peccati est poena: ideo omnis poena vel infirmitas peccatum supponit proprium, vel saltem primorum parentum, pro quo natura humana tantum est infirma quae etiam sanitas eius sibi infirmitas quaedam esse dicatur: quod clare deducit *Greg.* d. Vt enim taceamus hoc quod hic homo dolores tolerat, quod febribus anhelat: sua quadam agitudine constringitur, haec ipsa nostri corporis quae sanitas vocatur agitudine est. Nam ocio tabescit, opere deficit, inedia deficiens cibo reficitur ut subsistat, refectioe labescens, abstinentia releuatur ut vigeat. A qua profunditur, ne arescat, lintheis tergitur, ne ipsa nimia perfusione liquefcat, labore vegetatur, ne quiete torpeat, refouetur, ne laboris exercitatione succumbat. Fatigata vigiliis somno reparatur, oppressa somno, vigiliis excutitur, ne sua peius quiete lassetur. Vestibus tegitur, ne frigoris animaduersionis sententiae afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagittae Domini spiritum hominis ebibunt, cum superbia animaduersionis sententiae afflictam mentem ab elatione compescunt. Sagittae Domini spiritum hominis ebibunt, quia intentum exterius introsum trahunt. Sagittarum ergo indignatio iusti spiritum ebibit: quia supernae sententiae electos quos in peccatis inueniunt, dum vulnerant, immutant, ut duritiam suam transfixa mens deferat: atque ex saulifero vulnere sanguinis confessio curat. Pensant namque vnde lapsi sunt, a quanta beatitudine ad corruptionis suae tormenta ceciderunt. Iste ergo sagittae aduersitatum sunt non mortiferae sed sanantiae: quia aetum vitiorum refrigerant & vmbra nobis faciunt. Narrat *Valerius*, quod quidam *Spartanus* cuidam nobili respondit. Nam dum iret ad bellandum contra *Perlas*, quidam quasi insultando sibi dixit. Sagittas *Perfarum* sole obscurare solere, quasi dicat. Tanta est *Perfarum* multitudo, quod suis sagittis solem quasi obscurat. Ille autem ex hoc magis confortatus respondit. Bene inquit narras: quia in vmbra praeliabimur. Sic spiritualiter est de sagittis poenarum mundi & aduersitatum: multae sunt enim in tantum quod solem huius mundi. i. claritatem & gloriae omnem mundanam obscurant. Sed hoc bonum afferunt: quia nobis pugnantibus. scilicet mundo, carne & diabolo faciunt vmbra: quia ab inordinato feruore concupiscentiae nos defendunt. Per has enim aduersitatum sagittas homo seipsum recognoscit: superbia deponitur & carnis fugatur libido. Poenitens ergo has sagittas non timet, sed magis sub vmbra illarum fortius pugnat. *psal.* 90. Scuto circumdabit te veritas eius,

1. Reg. 11

2. Re. 24

De his Christi Pilatus

Greg. 14

mor. 6. 5.

Quid

Exod. 13

1. 5. 9. 1. concupiscentia.

Greg. 8. mor. 6. 2. 2.

Greg. li. 6. mor. c. 18. Iob. 5.

vulnerata aduersitas.

Den. 3. 2.

trans

transfixos, ad sensum nos reſtitutionis reuocat. Corda enim noſtra malè ſana ſunt, cum nullo Dei amore ſanciantur, &c. Iſtis duobus modis ſc. percuſſum & infirmum dicit hic pœnitens, primo exterius quo ad carnem d. *Non eſt ſanitas in carne mea, à facie v. e. tue* quia ſcilicet tu peccatis noſtris iratus, infirmitates carnis immittis. Secundo quo ad mentem d. *Non eſt pax offibus meis à facie peccatorum meorum*, quia ſcilicet propter peccata pacem non habeo. intus. Per oſſa enim interiores animæ vires intelliguntur. Conſimilè ſententiam poſuit ſuperius, Pſal. 6. d. *Miſerere mei Domine, quoniam infirmus ſum &c.* vide. ver. 55. Omnes enim iſtæ in firmiſſimæ ad ſanitatē animæ dantur. Dicit Plin. q̄ frigora tempeſtiua multum conferunt arborum firmitati & germinationi: ſi autem blandiantur tempeſtiui auſtri deſciunt. Sic ſpirituàliter eſt in hominibus qui ſunt velut arbores. Man. 8. Video homines velut arbores: quia multum conferunt ad firmitatem in bono. habito: & ad germinandum reſpectu habendi frigora tempeſtiua, quæ ſunt aduerſitates vitæ præſentis. Nam frigora ſerotina ſunt aduerſitates futuræ, quæ tanguntur. Job. 24. Ad nimium calorē tranſiunt ab aquis nauium. Auſtri vero blandientes ſunt voluptates huius vitæ: quæ faciunt has arbores deſicere à debito fructu & germinatione. Et hoc quod dicitur Eccl. 3. 1. *Infirmus grauis ſobriam facie animam.*

Psal. 6.  
Plin. li. 7  
Asboris.  
proſperi-  
tas.  
Ma. 8.  
Job. 3. 4.  
612  
Iniquitas  
Pſal. 50.  
Gre. li. 11  
mor. c. 2. l.  
Eſa. 53.  
Eſa. 1.  
Eccl. 49.  
Gaulfredus.  
Pœna.  
Miſericor-  
dia homi-  
nis.  
Iugum.

**Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum: & ſicut onus graue grauatae ſunt ſuper me.**

Hic conſequenter oſtendit ſuæ infirmitatis grauitatem. Et notandum q̄ iniquitas quandoque accipitur pro ſequela peccati. ſ. pro pœna. Aliquando enim iniquitas dicitur ipſum peccatū tam origina le pſa. 50. Ecce enim in iniquitatibus cōceptus ſum &c. quam etiam actuale, pſal. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco &c. Tamen ipſa iniquitas peccata grandia videtur ſignificare, vt oſtendit Greg. d. Quamuis inter iniquitatē & peccatū nihil diſtare perhibeat Ioannes Apoſtolus, qui ait. Iniquitas peccatum eſt. Ipſo tamen vſu loquendi plus iniquitas quam peccatū ſonat. Et hinc eſt q̄ omnis homo ſe libere peccatorē fatetur. Iniquum vero dici nonnunquā erubeſcit. aliquando autē iniquitas nō peccatum ſignificat, ſed pœna peccati. Sic enim iniquitas pro pœna ponitur Eſa. 53. Omnes nos qua ſi oues errauimus, & Dñs poſuit in eo. i. in Chriſto iniquitatem omnium noſtrum. i. pœnam iniquitatis noſtræ. Et vtraque iniquitas eſt grauis. Grauis eſt iniquitas peccati, quia deorſum ad infernū trahit. Vnde Eſa. 1. Vt genti peccatrici, populo graui iniquitate &c. Grauis eſt etiam iniquitas pœnæ: vt patet in præcedenti verſiculo. Vnde Eccl. 40. Graue iugum ſuper omnes filios Adam à die exitus de vterre matris eorū vſque in diem ſepulturæ. Quæ verba exponens Gaulfredus, oſtendit quanta ſit in hoc mundo grauitas pœnæ d. Graue iugum &c. Quem non humiliter conceptus impurus, & lugubris ortus? aut vnde ei gaudium in vita ſua poteſt eſſe, qui à mœre incipit vitam? Quid eſſe putamus hominem, qui ex vtriuſque parentis corruptione concipitur, & in dolore parturientis producitur? Ad quid naſcitur homo: certe vt auis ad volandum ſic ho-

mo ad laborem, nemo gloriatur, nemo ſe extollat, nemo ſibi complacet in ſeipſo. Onus hoc ſuper omnes filios Adam dicitur: nullus excipitur, non perſona hominis, non temporis hora. Quid enim eſt, iugum enim graue: ſuper quos? ſuper diuites & pauperes, ſuper nobiles & ignobiles: ſuper ſæculi contemptores, vel ab eo forte contemptos: parum eſt ſuper omnes. Addit, A die exitus de vtero matris, &c. O qualis mater, qualis ille vterus terræ, tumulus ſepulturæ. Et tamen parit: a eſt ipſa: quos concipit redditura. Grauis omnino conditio: quā doquidem à nobis non erit excutere à ceruicibus noſtris graue iugum, donec ingrediatur ſepulchrū nec euadere huius vitæ laborem, niſi per mortis horrorem. Ecce ex illo graui iugo imminet homini fames & ſitis, ardor febriliū, deſtor viſcerū & moleſt timor, vel metuloſa moleſtia. Inde homo inſipiciter extollitur: impatienter atteritur, & aduerſitatis indignatione crepat cum intumuit indignatione animoſitatis. Inde ſuccenditur ira, tabeſcit inuidia, ebrietate mergitur, æra pulu. h. focatur, inquinatur luxuria, auaritia ſtimulatur. Inde eu voluptas illicit, cur oſtas angit, timor contrahit, mœre conſumit. Vñ ergo hæc vitā diligitur, in qua quilibet ille eſt q̄ cauſiſſime graditur, ſic piſſimè labitur, leditur, impingit, offendit, corrumpit, quaſatur. Nam ſi forte ad vorum interitum ſuccedere vniuerſa videantur, delicias computat ſub ſentibus eſſe. Grauis ergo & miſera vita, quæ ſic prodiit, ſic procedit, ſic oritur, ſic progreditur. hæc ille. Ex quibus apparet quam ſit grauis iniquitas culpæ & quā grauis iniquitas pœnæ. Et vtrumque hic pœnitens tangit: primo iniquitatē culpæ d. *Quoniam iniquitates meæ. ſ. peccata mea ſupergreſſæ ſunt caput meum. ſ. mentem ipſam grauando.* Conſimilè dicitur ſuperius pſal. 7. Cōuertetur dolor eius in caput eius, & in vnicem ipſius iniquitas eius deſcendet, vide ibi. De iniquitate verò quæ eſt pœna peccati ſubdit. *Sicut onus graue grauatae ſunt ſuper me.* Sic enim de carne iniquitate grauata dicitur. Grauiabit eū iniquitas ſua & corrumpet. Quia torus iſte pſal. loquitur in perſona pœnitentis, ideo in ipſo dubia de pœnitentia oportet declarare. Quæ ro ergo primo, vt u omnis agens pœnitentiā ſupra culpa inueniat culpæ veniam. li. 4. ſent. diſt. 15. & Aegidium diſt. 14.

**Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.**

Hic conſequenter pœnitens ſuas enumerat miſerias. Et diuiditur in partes nouem, ſcundum q̄ uem miſerias ex peccato procedentes enumerat. Prima eſt ad malum recidiuatio. Secunda eſt naturæ incuruatio, ibi. *Miſer factus ſum.* Tertia eſt voluptatis illuſio, ibi. *Quoniam lumbi.* Quarta eſt gemitus & afflictio, ibi. *Afflictus ſum.* Quinta eſt intellectus excæcatio, ibi. *Domine ante omne.* Sexta eſt amicorum derelictio, ibi. *Amici mei.* Septima eſt dæmonum perſecutio, ibi. *Et qui iuxta me.* Octaua eſt famæ denigratio, ibi. *Et qui querebant.* Nona eſt ſenſus obtuſio, ibi. *Ego autem tanquam.* Prima igitur miſeria quam ex peccato patimur, eſt ad malum recidiuatio. Poſtquam enim per gratiam baptiſmalē purgamur ab omni peccato: adhuc manet fomes peccati & inclinatio ad peccatum licet non tantus vt prius. Et illo multorū inducimur ad recidiuatio nē peccatorum. Sicut infirmus per medicū curatus facilius reciduat quā ſi nō fuiſſet infirmus. Et hoc tangens

613  
De peni-  
diſt. 3. 10-  
tum.  
Cicatrix

tangens dicit. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ.* Quid enim ſunt cicatrices, niſi peccata per pœnitentiam vel baptiſmum deleta? nam cicatrix dicitur à cæco cæcas, & eſt idem quod veſtigium & obductio vulneris ſic dicta, quia cæcat & obducit vulnera iterum renouatur. Et ſic cicatrix peccati putreſcit, cum in peccatum reciduat. Vnde Magiſt. ait in glo. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ. i. plage peccatorum per baptiſmum ſanatae, putruerunt: cum iam peccato iterū conſentitur, ſed corruptæ ſunt, dum ad actum conſenſus perducitur. Vel cicatrices putreſcunt & corrumpuntur: quando peccatum iam dimiſſum interius mentem delectat, licet ad opus extra non ducatur. Et iſta eſt recidiuatio interior. Et ad iſtum ſenſum, iſtam verſum exponit Greg. ſuper illo verbo Job. 10. Si peccauit & ad horam perperciſti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me eſſe non pateris? dicens. Peccatori ad horam Dñs parcat cum reatū culpæ conceſſis proptinus ſteibus diluit. Sed ab iniquitate noſtra mundos nos eſſe non patitur, quia volentes quidē culpam fecimus, ſed nonnunquā nolentes eius memoriam cum delectatione toleramus. Sæpe namque hoc quod à conſpectu iam iudicis ſeru interueniente deletū eſt: ad animum redit: & deniſta culpa rurus ad delectationem inſerpere nititur: atq; in antiquo certamine rediuiua puſtatione reparatur: ita vt quod prius egit in corpore, hoc importuna cogitatione poſtmodum verſet in mente: quod caute conſpicere ille ſpirituſus athleta nouerat qui dicebat. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ.* Quid namque cicatrices niſi ſanationes ſunt vulnerum? Laxatas ergo nequitias ad delectationem memoriam redire conſpexerat, qui cicatrices deſtebat. Cicatrices quippe computreſcere eſt ſanata iam peccatorum vulnera rurus in tentationem ſerperat: atque ex eorū ſuggeſtionibus poſt ſuperdactam eam pœnitentiæ ſectorem culpæ iterum dolore ſentire: qua videlicet in re & nihil ſolis agitur opere, & ſola intus cogitatione peccatur, diſtinctoque ſe reatu mens obligat niſi hæc ſollicitis lamentis tergat, hæc ille. Et aduerſe quod ſicut recidiuatio corporalis inſipientis periculoſior eſt quam ipſa prima inſipientia, ſic etiā & recidiuatio peccati, propter quod dicit. Melius erat illis viam iuſtitie non cognoſcere, quam poſt cognitam retroire. Et quia iſta talis peccati recidiuatio eſt ex noſtro defectu, ideo ſubdit. *À facie inſipientiæ meæ. i. ſecundū gloſſ. Hoc accidit per ſtultitiā meā: quia nō ſum vſus viribus in baptiſmo receptis. q. d. mihi nō Deo imputo recidiuationem peccati.**

**Miſer factus ſum, & curuatus vſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.**

Hic ponit ſecundam peccati miſeriam, quæ eſt naturæ incuruatio. Quamuis enim Deus fecerit hominem corpore & mente rectum, ipſe tamen per peccatum curuum ſe fecit, quia ad terram aſpicit non ad cœlum: vnde peccator figuratur in muliere illa incuruata quæ ſuſum omnino reſpicere nō poterat, quam alligauerat Sathanas, quam Chriſtus erexit. Luc. 13. Vbi nota q̄ quanto res eſt magis curuata: tanto amplius ſupremum inſimo appropinquat, ſic enim quanto quis eſt magis incuruatus, tanto amplius caput pedibus appropinquat. Quid enim

ſupernum in nobis eſt niſi mens: quid autē inſimū, niſi caro quæ de terra eſt? Incuruatus eſt ergo qui libet peccator, qui mentē ſuſum non ad Deū, ſed ad terrena deponit. quod ſatis pulchrè deducit Hugo ſuper illud pſal. Quoniam rectus Dñs Deus noſter &c. d. Rectus Deus rectum fecit hominem ſimilem ſibi. i. ſine iniquitate, ſicut non eſt iniquitas in eo, &c. ſapere namque quæ ſunt ſuper terrā, curuitas animæ eſt, quæ ſuſum ſunt reſtitudo, vide ſupra ver. 480. Hæc autem curuitas durat: vſque in finem. i. per totū tempus præſentis vitæ, quia naturaliter quaſi homo ad mortē terrenorū incuruatur. Sicut enim ait ſaluator. Omnis qui ſe humiliat exaltabitur, ſic per oppoſitū omnis qui ſe exalrat, debet incuruari. Quia igitur homo per ſuperbiā ſe extulit, in pœnam peccati ad terrena incuruatus incedit. Sic enim dicit pſal. 56. Laqueū parauerunt pedibus meis & incuruauerunt animam meam. Et de hoc dolet pœnitens, ideo ait. Tota die contriſtatus ingrediebat: quia ſcilicet liberè ab iſtis terrenis eleuari non poteſt. Quinimo quanto in tempore plus quis procedit, tanto plus incuruatur, pſal. 68. Dorſum eorum ſemper incurua.

**Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.**

Hic ponit tertiā miſeriam, quæ eſt voluptatis illuſio. Vbi nota q̄ ludus ludis componitur eum, & mutata n, in l, ſit illudo, diſ, & inde illuſio. Et eſt illuſio idem quod deceptio & deriſio. Illuſiones autē animæ quæ ſunt in nobis vt dicit glo. ſunt quaſi inſinitæ: vt puta quando vigilanti vel dormienti occurrunt imagines corporū, vel aliarū rerū prius viſarū vel imaginatarū, & tranſis ab iſta imagine ad aliā. Et ſic diſtrahitur mens vel decipitur, vt vnum accipiat pro alio, & vno adueniente, alterius ſit obliuiſio. Iſtæ tales illuſiones non permittunt mentem firmā ſtare in conſideratione alicuius rei, ſed ipſam vagam ducunt hinc inde. Et hoc nobis accidit in pœnam peccati. Verum quamuis ſic communiter accipiat illuſio, quandoque tamen accipitur pro illuſione, quæ ſit in ſomnis, vt puta quando dormientibus apparent imagines hominū vel mulierū. Ex quibus caro dormiendo polluitur, quod non accidit ante peccatum. Et iſtas tales illuſiones maxime hic deplorat pœnitens d. *Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus.* Lumbi enim ſunt illæ corporis partes, in quibus viget libido. ¶ Et ſi dicas, nunquid tales illuſiones ad peccatum imputantur, cum non ſint in poteſtate noſtra? Ad hoc reſponder Gregorius ſcribens Auguſtino Anglorū Epifcopo. & habetur diſt. 6. teſtamentum d. Eſt in illuſione neceſſaria valde diſcretio, quæ ſubtiliter penſare debeat, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula: aliquando ex naturæ ſuæ ſuperfluitate vel inſirmitate, aliquando ex cogitatione contigit pollutionis illuſio. Et quidem cum ex natura ſuperfluitate vel inſirmitate euenierit, omni modo hæc illuſio non eſt timenda, quia hanc animus neſciens perſuulſiſſe magis dicendus eſt quam feciſſe. Cū vero vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitor, & ideo humorū receptacula grauantur, habet exinde animus aliquē reatum, nō tamen vſque ad reprobationē ſacri myſterij recipiens di, vel miſſarū ſolēnia celebrandi: cū forte aut dies feſtus exigat: aut exhibere myſterij pro eo q̄ alius ſacerdos

Hugo.  
Pſal. 56.  
Pſal. 68.  
615  
Illuſio  
pollutio  
uelut  
Quæſtio.

Recidua-  
tio.  
Greg. li. 9  
mor. c. 3  
Job. 10.

Zuc. 13.  
reſtitudo.  
Curuitas  
magis  
tu.

sacerdos deest, ipsa necessitas eum compellit. Nam si affuit alij, qui ministerium implere valeant, illu- sio per crapulam facta à perceptione sacramenti prohibere non debet, sed ab immolatione sacramē- ti (vt arbitror) abstinerere debet humiliter: si tamen dormientem turpi imaginatione non concusserit. Nam sunt quidam quibus plerumque ita illu- sio nascitur: vt eorum amicus etiam in somno corpo- ris positus, turpibus imaginationibus non fœde- tur: qua in re ibi ostenditur ipsa mens rea non tūc vel in suo iudicio libera: cum se & si dormiētis cor- pore nihil meminisse: tamen in vigiliis corporis me- minit se in gluiem cecidisse. Si vero ex turpi cogi- tatione vigilantis oritur illu- sio in mente dormien- tis patet animo reatus suus. Videt enim à qua radi- ce inquinatio illa processit, quia quod cogitauit sciens, hoc pertulit nesciens. Crapula, procrea- tio, langor, humor, abundant in somniis mac- ulant extrema duo sine culpa. Nota hic quan- do sacerdos pollutione carnis nocturna inquina- tas celebrare vel percipere possit, & quando non. Vbi nota qd totius capituli prædicti sententia stat in hoc qd si talis illu- sio accidit ex præcedenti crapu- la vel cogitatione immunda, quod imputatur ad peccatum, & non est communicandum. Si autē ex infirmitate vel superfluitate naturæ, non est timē- dum. Vbi notatur secundum sententiā dicti capitu- li, qd differentia est inter percipientē sacramentum & celebrantem. Si enim illu- sio accidit ex crapula, vel turpi imaginatione, non debet percipere nec ce- lebrare. Sed si turpis cogitatio nō interuenit, per- cipere potest, sed non celebrare eodē die. & hoc, si alius sit qui celebrare possit. Si autem dies festus exigat: aut necessitas ipsum compellat celebrare, vt quia curatus est nec alium sacerdotem qui pro eo celebrare potest habere tunc celebrare poterit. Qualitercumque tales illu- siones enentiant etiam ex carnis infirmitate & peccatis, displicere debet. Sic & hic peccator ex hoc dolens dicit. Quoniam lumbi mei impleri sunt illu- sionibus, quia non est sanitas in carne mea. Si enim talis illu- sio sibi non displice- ret ipsam approbare videretur: & sic peccaret.

**616** Afflictus sum, & humiliatus sum ni- mis: rugiebam à gemitu cordis mei.

*Humilia- tio. Iudic. 8. psal. 88.*

*psal. 8.*

*Homo.*

Hic ponit quartam miseriam, quam ex peccato consequitur. Gemitus & afflictio. Vbi nota qd hu- militatio quandoque denotat virtutē quæ vitio sit- perbiæ opponitur, sicut dicit Iudic. Humiliemus illi animas nostras: quandoque significat punitionem & miseriam. Humiliasti sic vulneratū superbum, &c. Humilitas enim dicitur ab humis vel terra quod est elementum inferius ceteris. Et sic significat vir- tutem, qua quis voluntariē seipsum deponit, & in- firmum seipsum reputat. Significat etiā quandoque afflictionē pœnalitatis, qua quis etiā inuoluntariē ab alio deponitur vt terra & sappeditat. Isto ergo modo natura humana per peccatum dicitur hu- miliata, i. afflictā & à sua dignitate deposita. Nam à principio homo dñs factus fuit omnium & omnia sibi famulabantur ad libitum. Omnia subieciisti sub pedibus eius. Nunc autē propter peccatum omni- bus subicitur, ab omnibus leditur & subicitur. Est ne ita parvus vermis, à quo homo nō humilietur? musca ipsum infestat, pulices ipsum comedunt: nō dicā de magnis animalibus, vt p̄ta leonibus, vrsis, canibus, &c. Quid de elementis, nonne omnia con- tra hominē pugnant: quoniam ab igne cōbuntur: ab

aere inficitur: ab aqua submergitur, à terra suffoca- tur. Bene ergo hæc omnia peccatōs deplorat d. *Affli- ctus sum & humiliatus sum nimis.* q. d. secundū gl. Affli- ctus corpore, humiliatus sum anima, vt nihil in me sit liberū à pœna: quia vndiq; est calamitas. Intus timor: extra dolor. Et ideo plangit corpus plangit anima. Vnde subdit. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* Gemitus corde fieri solet: sed rugitus voce corporis. Vel dicas qd duplex est gemitus. s. carnis & mentis omnis gemitus qui de exterioribus est, est gemitus carnis, qui vero pro gloria adipiscenda & Deo videndo, est cordis. Est ergo sensus. *Rugiebam à gemitu cordis mei.* magno desiderio querebā animā re- fectionem, à simili leonis & aliarū beluarū, quibus se cōparat, vt fortior gemitus ostendatur: quia soli Deo talis gemitus cordis est manifestus: vñ subdit.

**617** Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus.

*De peni. dij. i. in actione.*

Id est tibi est cognitus gemitus meus, non homi- ni: qui solum exteriora videt. Vel ita. *Domine ante te omne desiderium meum.* i. nihil aliud desidero nisi esse ante te. Sic. n. dicebat Psa. 41. Sicut desiderat ceruus ad fontes. &c. Sitiuit anima mea, &c. Vel ita. *Domine ante te, &c.* Tale est desiderium meum qd meretur esse ante te. i. exaudiri à te: quia illud dicitur esse ante Deum quod Deus reprobatur. Sic ergo desideria pro terrenis sunt post Deū non ante: sed pro celestibus sunt ante. Dicat ergo. *Domine ante te omne desiderium meum.* q. d. O Dñe tale est desiderium meum qd mere- tur esse ante te, exaudiri à te, & acceptari: quia liber- rationē animæ peto: non terrena. pro dilatione pa- triæ gemo, quia incolatus meus prolongatus est: alios autem gemitus non curat Deus.

**618** Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Hic ostendit quintā miseriam quæ peccatū con- sequitur, quæ est cæcitas mentis: per peccatum enim excæcatur spiritualiter homo & perdit animæ lu- men. Vbi sciendū qd homo ante peccatū clarum & distinctam Dei cognitionem habebat perfectiorē: quā sit illa quæ nunc à fidelibus habetur. Vñ Ma- gister ait. Cognitionē Dei primus homo ante pec- catū habuit. Cognouit. n. Deū à quo creatus fuerat nō eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo perci- pitur quando à credentibus absens queritur, sed quādā interiori aspiratione, qua Dei presentia con- templatur, non tamē ita excellenter sicut beati vident: nec ita enigmaticē, qualiter in hac vita vide- mus. Sed itā cognitionē peccando perdidit in se & suis posterioribus. Quomā peccatū est quædā tene- bra, qua intellectus Dei cognitione priuatur. Vnde ait Mag. qd peccato totus homo interior obscuratur imo qd plus est nō solū homo per peccatū perdidit lumen suæ cognitionis, sed etiā sol & luna magis lu- cebant ante peccatū quā post, vt ostēdit Mag. Hoc ergo lumen diuinæ cognitionis se perdidit de- plo- rat peccatōs. d. *Cor meum conturbatum est in me.* Et quia re: quia *derelinquit me virtus mea.* s. qua eleuabar ad Dei visionem. Et ideo *lumen oculorum meorum.* s. quo Deū videbā. & *ipsum non est mecum.* Sic. n. de omni- bus hominibus dicitur, Excæcavit eos malitia corū. Et si queras, vnde hoc qd sensualitate peccante, ocu- lus

*Afflictio. Gemitus.*

*Ante te. Psal. 41.*

*Cognitio. Mag. lib. 2. di. 23.*

*Cognitio. Mag. lib. 2. di. 23.*

*Mag. lib. 4. di. 18.*

*Mag. lib. 4. di. 48.*

*Oculi. videri. sup. 2.*

lus mentis suo fuerit priuatus lumine? Nota ergo quod sicut homo duas habet naturas. s. animam & corpus, sic duplices oculos habet. s. oculos animæ & oculos corporis: primus dicitur oculus dexter: secundus vero dicitur sinister. Videmus autem in corporalibus, qd ad læsionem partis sinistrae oculus dexter perditur, & econuerso. Dicit Albertus. Con- tigit quandoque qd quis vulneratur in parte sini- stra capitis, & perdit oculum dextrum. Et causa est: quia neruus vicinus dextri oculi peruenit ad partē sinistrae, & econuerso. Et ideo vulnus à latere sini- stro incidit neruum oculi dextri & perditur visus illius oculi. Sic moraliter oculus dexter. s. mentis tendit ad sinistram. s. ad carnem regendam & subii- ciendam. Et econuerso oculus sinister ad dextrum, scilicet ad sibi subiiciendum. Sic vulnerata sensua- litate, perditur oculus, quia illi imputatur deordi- natio sensualitatis. Hoc ergo deplorat Psa. d. *Cor meum conturbatum est, &c. & lumen oculorum, &c.* Vnde dicere potest illud Tob. 7. Quale gaudiū potest mi- hi esse, qd in tenebris sedeo & lumē cœli nō video.

*Albertus de sensu & sensu.*

*Tob. 7.*

*619*

**619** Amici mei & proximi mei aduer- sum me appropinquauerunt, & ste- terunt.

*Amicus.*

*Amicus. Bernar. di.*

*Gen. 3.*

*620*

*Demon.*

*Greg. 4. mor. c. 24.*

*Mag. lib. 4. di. 18.*

*Oculi. videri. sup. 2.*

Hic ponit sextam miseriam ex peccato, quæ est amicorum derelictio. Vbi nota qd ante peccatum beati Angeli nostri familiares erant & amici, sed propter peccatum à nobis fuerunt diuisi, imo no- bis oppositi. Quod autem prius esset Angelorum amicus ostendit Bernar. super illo psal. Homo cū in honore esset, &c. d. Ante peccatū homo habitabat in paradiso, in loco voluptatis conuersatio eius, ni- hil molestia, nihil indigentia sentiebat constitutus super opera manuum creatoris. Erat illi fors ac so- cietas cū choris Angelorum, & cū omni militia cœle- stis exercitus, &c. Sed qd per peccatū ex amicis facti sint nobis extranei, apparet, quia beati Angeli Para- disum custodiunt, ne ad illum possit homo reuerti. Collocavit Deus ante paradisum Cherubim & flammeū gladium ad custodiendum viam ligni vi- tæ. Et hoc est quod iste deplorat d. *Amici mei & proximi mei.* scilicet beati Angeli *adue- sum me appropin- quauerunt & steterunt.*

**620** Et qui iuxta me erant, de longe stete- runt: & vim faciebant, qui quærebant animam meam.

Hic cōsequenter ponit septimā miseriam, quæ est demonū persecutio, propter peccatum enim dæmones super nos habent potestatem quam ante peccatū non habebant. Et quamquam ad peccatū non possint cogere existentem in gratia: tamen in peccato existentē ligatum tenent, ne per se pec- catum possit exire: quod totum facit vt animas se- cum ad pœnā rapiat. Et quod magis dolendum est illos magis persecutur, quos conspiciat meliores, vt ostendit Greg. d. Omnes enim qui ea, quæ sunt mē- te mundi calcant, & ea quæ Dei sunt plena inten- tione desiderant, diaboli contra se suscitant, quia eius militiam instigatione suæ conuersionis inflā- mant. Nā qui eius voluntati subieci subsumt, qua- si quieto ab illo iure possidentur, & superbus corū rex quasi quadā securitate perficitur, dum eorum cordibus inconuulsa potestate dñatur. Sed vniū- cuiusque spiritus ad conditoris sui desiderium re- calscit, cum torporem negligentia deserit, & fri-

gus insensibilitatis pristinae igne sancti amoris ac- cendit: cum libertatis ingenitæ meminit, & teneri ab hoste captiuus erubescit. Et quia tunc idem ho- stis se considerat despici, quia videt vias Domini ap- prehendi, dolet contra se captum reniti: & mox ze- lo accenditur, mox ad certamen mouetur: mox ad tentationes innumeras contra rebellantem mentē se excitat, atque in omni arte lacerationis instigat, vt tentationū iacula in torquendo confodiat cor, quod dudum quieto iure possidebat. Hæc ergo cogitans peccator. s. vim qua diabolus ipsum perse- quitur, dicit. *Et vim faciebant qui quærebant animam meam.* Recurrit enim ad Deum. d. Domine vim pa- tior, responde pro me. Non solum ergo plorat pe- nitens: quia Angelorum amicitiam amisit, sed etiā quia hostes contra se violentos. s. dæmones videt. Quantū ad primum dicit. *Et qui iuxta me erant de lon- ge steterunt.* s. Angeli beati. Quantum ad secundum subdit. *Et vim faciebant qui quærebant animam meam.* Accipere animam meam consiliati sunt. Ego autē in te speravi Domine.

*Temerit.*

*Psal. 38.*

*Psal. 30.*

**621** Et qui quærebant mala mihi, loquu- ti sunt vanitates, & dolos tota die me- ditabantur.

*621*

*Vanitas.*

Hic cōsequenter ostendit octauā miseriam quæ est famæ denigratio. Vanum dicitur idē qd vacuum Vacuū autē dicitur quod exterius aliquid esse ostē- dit, sed intus veritate caret. Diabolus autē quarens humano generi mala, loquutus est vanitatē, quia falsa promisit quando dixit. Nequaquā moriemini sed eritis sicut dij, &c. quod totū ideo fecit, vt homi- nem apud Deum infamaret. Ille ergo memorans casum illum dicit. *Et qui inquirebant mala mihi loque- bantur vanitates.* Diabolus enim in prima sui creatio- ne videns diuinam essentia, quæ voluntariē repræ- sentat quæ in ipsa relucent, vidit hominē creandū in vnitatē diuinæ personæ, & per consequens ma- gna fama & gloria sublimari, ad quā ipse licet natu- ra sublimior esset, assumendum nō erat: propter qd statim dolens, inuidit: & cogitauit sic diffamare ho- minē in cōspectu Dei, vt ad tantā gloriā ipsum non assumeret. Quæ autē maior infamia potest esse ser- uari apud Dñm, quā vt gloriā Dñi velit rapere & vsurpare? Et ideo statim creato homine, sibi vana loquutus est, vt ad scientiā Dñi appetendam ipsum attraheret d. Eritis sicut dij scientes. honū & malū. Hæc est intentio Bernar. super illo verbo Ionæ. 1. Propter me tempestas hæc orta est d. Lucifer vidit hominem assumendū in vnitatē verbi: vidit & inui- dit. Ideo vana sibi loquutus fuit d. Eritis sicut dij, &c. Et hoc peccator deplorat d. *Et qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt vanitates.* Et quia eandē malitiā contra nos diabolus semper tenet dum tentat: quia bona semper proponit vt ad malū ducat, quia sem- per venenū peccati sub melle delectationis occul- tat. Idcirco addit d. *Et dolos tota die meditabantur.* vñ de qualiter diabolus dolos tota die contra nos me- ditatur, ostendit Greg. Diabolus magnopere ad ex- ecutandā tentationē satagit, vt dum peruersitatis suæ consilium quasi vile ostendit, suauiter valeat sonare quod dicit: quatenus & ostensa vtilitate mē- tem mulceat, & absconsa iniquitate corrupat. Quæ apertius in cunctis ostendimus, si pauca breuiter consiliorum eius argumenta pandamus. Ecce enim quidam &c. vide ibi. Quæ omnia iste considerans, Incog. tom. 1. ait.

*Diabolus cognouit verbū in- carnatum.*

*Diabolus Homo.*

*Bernar. di.*

*Dolos.*

*Greg. 3. mor. c. 24.*

*Greg. 3. mor. c. 24.*



ait. Et dolos tota die meditabantur. Quibus considera-  
tis de diabolo dicitur. Est qui se nequiter humiliat,  
dum scilicet leniter blandit, sed interiora eius ple-  
na sunt dolo, dum subuertere intendit.

622 Ego autem tanquam surdus, non au-  
diebam: & sicut mutus, non apperrens  
os suum.

Hic consequenter ostendit nonā miseriam quæ est  
sensuū hebetatio. Deus. n. à principio præcepta vi-  
tæ primis parentibus dedit. Ex omni ligno para-  
disti comedere, de ligno autē scientiæ boni & mali ne  
comedas in quacunque enim die comederis ex eo,  
moriēris. Sed quando diabolus ipsum ad gustandū  
lignum vitæ tentauit, statim primus noster parēs  
factus est surdus & mutus. Surdus, quia Dei præcep-  
tum obediendo non audiuit. Mutus autē, quia ten-  
tatorē malorum reprehendere ausus non fuit. Ille  
enim in scriptura surdus dicitur, qui diuinis præcep-  
tis non obedit, sic & ille audire dicitur qui obedit.  
Beati qui audiunt verbū Dei, &c. Similiter & mu-  
tus dicitur, qui malos increpare non audeat. Eris  
mutus, nec quasi vir obiurgans. Sic ergo primus pa-  
rens factus est surdus diuino præcepto non obediens:  
factus est mutus tentatorē non repellens. Quod iste  
in persona primi parentis deplorat d. *Ego autem an-  
quam surdus non audiebam, s. diuinā præceptum obe-  
diendo. Et sicut mutus non aperiens os suum. s. diabolum  
repellendo. Et isto modo ipsemet psal. seipsum ex-  
ponit consequenter, dicens.*

623 Et factus sum sicut homo non au-  
diens.

scilicet, præcepta Dñi. *Et non habens in ore suo redar-  
gationem* Equibus redarguerē tentatorē: cum tamen  
scriptum sit. Nolite comunicare operibus inuisituo-  
sis tenebrarū, magis autē redarguite. Hic circa ma-  
teriam penitentiæ, quia hic ostenditur q̄ primus  
parens duobus modis peccauit. s. Deū non audien-  
do, & diabolum non repellendo, ideo quæro utrū de  
vno illorum peccato poterit satisfacere sine alio. Et  
sic videbitur utrū quis pluribus peccatis obligatus  
de vno possit satisfacere sine alio. Vide Aegidium  
dist. 15.

624 Quoniam in te Domine speraui: tu  
exaudies me Domine Deus meus.

Hæc est tertia pars principalis, in qua psal. in per-  
sona penitentis, ostendit erga se diuinam miseri-  
cordiam, & dicitur in partes tres. Quia ostendit  
erga se diuinā misericordiam in exauditione deuoto-  
rum. Secundo iusti penitentiā in emendationem  
delictorum, sibi. Quoniam ego. Tertio, penitentis pa-  
tientiam in toleratione aduersorum, sibi. *Inimici mei.*  
Primo ostendit diuinam misericordiam circa suam  
exauditionem. Et duo facit. Quia primo ostendit ra-  
tionem suæ exauditionis. Secundo ostendit mate-  
riam suæ orationis, sibi. *Quia dixi.* Quantum ergo  
ad primum ostendit Deum misericordem & hoc  
exaudiendo vota penitentium. Vbi notandum q̄  
orationem à Deo multa exaudiri faciunt. s. orantis  
de peccatis penitentiā, orantis de diabolo victoria,  
& orantis in Deum confidentiam. Primo orantis pen-  
nitentiā, quia penitentiā non solum hominē red-  
dit vacuum temporalibus in corde, sed etiam cibis  
vacuum in corpore. Docet autē experientia quod  
in loco clauso & concilio sonus melius auditur,  
quam in loco pleno. Dicit enim Philosophus, q̄ si

Philosop  
li. de. ppri-  
et.

A puteus vel lacus in domo fuerit, tunc maior reddi-  
tur sonus. Et hinc est quod Anglici in ecclesiis,  
vbi sedes ad cantandum ponitur, primo sub sedi-  
bus faciunt foneas profundas, quantum sedes oc-  
cupant, quas postea lignis aperiuunt, & super tales  
foneas sedes adificiant. Et ex hoc voces cantantiū  
multo amplius resonant. Similiter & in parietibus  
circa chorum ponunt alas magnas cum paruo ore,  
quasi ad modum phialæ, vt in eis sonus receptus  
magis resonet & fortius audiatur. Et hoc totū, quia  
concauitas sonum vocis reddit altiore & audibilio-  
rem. Similiter in proposito quando quis orat ven-  
tre vacuo, melius auditur à Deo, quam orans ven-  
tre pleno. Cum ergo penitens cibis non sit reple-  
tus, sed magis per abstinentiam vacuum, à Deo me-  
lius exauditur. Et hinc est q̄ principales ecclesiæ  
orationes fiunt de mane ieiuno stomacho, sicut  
missa & principales horæ canonice. psal. 5. Quo-  
niam ad te orabo Domine mane & exaudies, &c. psal. 5.

B Et in confirmationem huius Christus per quod no-  
stræ orationes exaudimur, voluit totū suum cor-  
pus plagis esse perforatum, vt in ipso sonus nostræ  
orationis magis resonaret ad Deum. Vnde & eccle-  
sia suas orationes ratione dictarum concauitatum  
terminat per Christum d. Per Dominū nostrū, &c.  
Secundo orationem facit exaudiri orantis de diabo-  
lo victoria. Narrat Tullius, q̄ quidam rex Grecorū  
talit erat. Qui tyrannum occiderit, quam velit sibi  
rem à magistratu deposcat, & magistratus concedet  
ei. Talis lex à Deo orantibus est posita. Nā tyrannus  
est diabolus, qui bonum continuē non intendit, sed  
dissipationē. Qui ergo hunc occiderit, s. ipsum fina-  
liter superando, quequid petierit à magistratu. à  
Deo, impetrabit. Cum ergo quilibet penitens sit  
huiusmodi, sequitur q̄ quilibet penitens à Deo ex-  
audiri meretur. Tertio orationem facit exaudiri cō-  
fidentia: sicut enim experientia docente, confidentia  
infirmi habita in medicum quam plurimum ad  
opratam sanitatem confert: sic & confidentia oran-  
tis in Deum habita. Vnde psal. 90. Quoniam in me  
speraui, & ego liberaabo eū, clamauit ad me & ego  
exaudia eū, &c. Ad propositū ergo iste maxime alle-  
gans suæ confidentiæ, d. *Quoniam in te Domine speraui.*  
Idcirco sequitur, *tu exaudies me Domine Deus meus.*

625 Quia dixi nequando supergaudeat  
mihi inimici mei: & dum commouen-  
tur pedes mei, super me magna loquu-  
ti sunt.

Hic consequenter ostendit materiam suæ ora-  
tionis quæ fuit licita. quia de victoria spiritualium  
inimicorum qui sunt demones, quorum tota inten-  
tio est nos peccatis subiugare. Sic enim dicitur. Ne-  
quando dicat inimicus meus, præualui aduersus  
eum. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero  
scilicet si à statu gratiæ per peccatum cecidero. Hac  
idem hic orat iste, ne demones gaudeant de ipsius  
casu per culpam d. *Quia dixi.* hoc orauit. *Nequando  
supergaudeant mihi inimici mei.* nequando super me  
gaudeant demones, dum commouentur pedes mei. s.  
si affectiones meæ à bono proposito moueantur &  
cadant. *Super me magna loquuti sunt.* scilicet magna &  
amara minando supplicia. De natura enim amicō-  
rum est q̄ vnus de bono alterius gaudet. Sic per op-  
positum de natura inimicorū ostendit quod vnus  
de malo alterius gaudet. Cum ergo demones sint  
inimici nostri gaudent de malo nostro. Sic etiam &  
beati

Vitruu.  
Cicero li.  
2. Rhet.

Confidit  
in

psal. 90.

Inimicus  
Diaboli

psal. 12.

Heb. 12.

Contritio  
Dolor.

beati gaudent de pœnis damnatorum, non tamen  
directe, sed per accidens, in quantum in illis vident  
supplicia quæ euaserunt psal. 57. Laetabitur iustus,  
cum viderit vindictam, &c. Sed cum demones gau-  
deant de malis nostris, & duo sint mala nostra, sci-  
licet malum culpæ & malum pœnæ: de quo magis  
gaudent demones vel de malo culpæ, vel de malo  
pœnæ. Respondeo q̄ demones voluntas intantum  
est peruersa, q̄ quanto quis est magis malus, tanto  
super eo magis gaudet. vt putat magis de magno  
peccatore quam de paruo. Cum ergo nullus pro-  
priè malus efficiatur nisi propter malum culpæ, &  
non propter malū pœnæ, ideo plus gaudet de ma-  
lo culpæ. Nam malum pœnæ propriè malum non  
dicitur, quia est iustus malū. s. q. i. illa cauēda sunt.  
Vnde Prou. 2. Gaudet cū malefecerint, & exultat  
in rebus pessimis. Punit autem peccatorem ex  
Dei ordinatione non malum.

626 Quoniam ego in flagella paratus  
sum: & dolor meus in conspectu meo  
semper.

Hic consequenter ponitur iusti debita pœniten-  
tia in emendatione delictorū. Emendatio autē pec-  
catorum stat in tribus. s. in contritione, confessione,  
& satisfactione. Iste autem penitens, ista tria se ha-  
bere fatetur. Et primo satisfactionem d. *Quoniam ego  
in flagella paratus sum.* Secundo contritionem d. *Et do-  
lor meus in conspectu meo semper.* Tertio confessionem,  
d. *Quoniam iniquitatem meam annunciaui.* bo. Quantum  
ergo ad satisfactionem, d. *Quoniam ego in flagella para-  
tus sum.* q. d. secundum glo. Sciens me deliquisse para-  
tus sum pœnam portare. Satisfactio enim quæ  
stat in labore & pœna pro peccato portanda, est ne-  
cessaria ad purgandum peccati venenū. Dicit enim  
Auicenna. Si bene consideraueris non inuenies ali-  
quid quod calore vehementius intendat, quam la-  
bor & motus. Spiritualliter autē calor vitalis ipsius  
animæ summè necessarius est volenti curari, quia  
sicut dicit Auicenna. i. canone. Calor intrinsecus  
resistit calori extrinsecō, intantum q̄ venena cali-  
da non refrenant nec expellit, nec eorum substantiā  
corrumpit nisi calor innatus. Et ideo sicut idem di-  
cit li. 4. maximum remedium in curatione veneni  
est confortatio caloris intrinseci. Sic spiritualiter.  
Nam venena quibus anima inficitur vt plurimum  
sunt venena calida: quia ex igne prauæ concupiscen-  
tiæ procedunt. Sed amor Dei ex igne charitatis  
procedens, est calor intrinsecus & innatus, quia nā  
turaliter diligere Deum debemus. Ergo destructio  
venenatorū peccatorum non fit nisi per hunc calo-  
rem confortatum per laborem penitentiæ satisfac-  
tionis, de quo labore dicit penitens. Laboraui in  
gemitu meo. Et hunc laborem pœnæ paratus deb-  
et esse penitens sustinere: vnde hic dicit. *Quoniam  
ego in flagella paratus sum.* Et ideo si aduersa & flagel-  
la accidit penitenti, omnia patienter ferre debet  
esse paratus: quia flagella sunt signum diuini amo-  
ris. Flagellat autem omnem filium quem recipit.  
Quis est enim filius quem non corripit pater, &c.  
Consequenter ponit cordis dolorem & contritio-  
nem penitenti necessariam, d. *Et dolor meus in con-  
spectu meo semper.* In hoc enim est differentia inter iu-  
stos & reprobos: quia reprobi cum peccauerint, se  
excusando defendunt. Iusti autem contra seiplos  
irascuntur & dolent. Dolor enim contritionis est  
penitentiæ pars prima: qui dolor nihil aliud est,

psal. 57  
Gaudere.  
Questio.

15. q. 1.  
Prou. 2.

626  
4. q. 4.  
quod Chri-  
stus.

Satisfactio

Calor.  
Venenum  
Annus  
3. canone.  
Peccatum  
Labor.

psal. 6.

Heb. 12.

Contritio  
Dolor.

A quàm quædam punctio animi cum lacrymis,  
oriens ex recordatione peccati, & timore diuini iu-  
dicii. Iste autem contritionis dolor animam iustifi-  
cat, quod sic patet. Iustitia enim est virtus vnici-  
que sua tribuens: vt dicit Philosophus. Peccator au-  
tem peccando, Deo abstulit honorem sibi debitū:  
quia scilicet non se subiecit vt debuit: & sic quantum  
in se fuit Deum inhonorauit. Sed dolor contritio-  
nis, hoc ablatum restituit: quia in se punit malum  
quod fecit. Secundum enim quod ait Valerius, Tā-  
tum honoris confert patriæ offensæ malorum puni-  
tione, quantum iniuriæ ipsa intulerunt mala perpetu-  
rata: quia sic per malorum punitionem reforma-  
tur perdita iustitia, quod si verum est de punitione  
peccatoris inuoluntaria, quanto magis de punitione  
voluntaria, qua peccator dolendo de peccato  
per contritionem voluntariè punit seipsum. Sic igi-  
tur cum dolor contritionis puniat offensam Dei,  
sequitur q̄ perditam iustitiam recuperat: & per cō-  
sequens per ipsum iustificatur anima. Vnde secundū  
quantitatem doloris consolatur anima penitentis  
per gratiam. Secundum multitudine dolorum  
meorum in corde meo consolationes tria iustifica-  
uerunt animam meam. Et iste dolor debet esse con-  
tinuus: propter quod dicitur in can. q̄ semper dolo-  
re debet vere penitens: quia vbi dolor finitur, ibi  
penitentia cessat. Quod nunc ostendit psal. d. *Et do-  
lor meus in conspectu meo semper.*

627 Quoniam iniquitatem meam an-  
nunciabo: & cogitabo pro peccato  
meo.

Hic consequenter ponit peccatorum confessionē,  
q. d. secundum gl. Dolor meus est non de flagello  
vel pœna quæ est medicina, sed de vulnere peccati.  
Si enim de peccato non dolerem, non sic me accu-  
sarem. Et ideo quia de peccato doleo peccatū meū  
annunciando confiteor. Et nota quod confessio pec-  
cati inutilis quandoque redditur propter tria. s. vel  
quia contritio non præcedit, vel quia satisfactio om-  
mittitur, vel quia emendatio non subsequitur. Si  
enim confitetur & non conteritur, fatetur se habe-  
re vulnūs, & tamen dolorem non sentit. Dicit Ber-  
nardus ad Eugenium. Scio longe à salute consistere mem-  
brum quod obstupuit. Et agrum se non sentien-  
tem periculosius laborat. Si etiam non sequatur  
satisfactio, & confessio non proficit: quia vt dicit  
August. libro de vera innocentia. Bona est pec-  
cati confessio, sed si curatio sequatur. Nā quid pro-  
dest detegere plagam, & non adhibere medicinam?  
Medicinæ autem appositio est sequens satisfactio.  
Et in super inutilis si non sequatur emendatio: quia  
tunc peccatum remanēs magis aggrauatur. Et ideo  
quia non sufficit confiteri, nisi ista tria diligenter  
obseruentur & considerentur. Hinc est q̄ præmissa  
confessione subiungit. *Et cogitabo pro peccato meo. i. s. s.*  
licitus ero, sedule agam. secundū glo. quia duo sunt  
modi perfectæ penitentiæ. s. confessio & emendatio  
quæ fit per fletus, elemosinas, & huiusmodi. Sic  
enim dicit psal. 118. Cogitavi vias meas, & conuer-  
ti pedes meos in testimonia tua.

628 Inimici autem mei viuunt, & con-  
firmati sunt super me: & multiplicati  
sunt qui oderunt me iniquè.

Hic consequenter ponit penitentis patientiam  
in aduersorum toleratione. Vbi notandum q̄ pen-  
itens

pœna.  
Philosof.  
Ethicor.

Valerius.  
lib. 6. c. 3.

psal. 43.

De pe. d.  
3. s. 1. po-  
stolus.

627  
De pe. d.  
dist. 1.

Confessio

Ber. li. 1.

psal. 118.

628

Inimicus. Caro. Mundus. Diabolus. Valerius lib. 5.

Miscere.

1. Cor. 6.

Luc. 21.

1. Pet. 5.

Iaco. 4.

629. 6. q. 1. sum. quarum.

Gregor.

1. Reg. 2. destrahere.

Prov. 21.

Esai. 14.

Iacob. 4.

nitens maxime tres habet inimicos, scilicet carnem mundum, & diabolum. Contra quos diuersimodè pugnare debemus. Nam carnem vincimus fugiendo, dicit Valerius li. 5. Quod Fabij Maximi non dimicare, vincere fuit. Hoc dicit, quia ceteri duces Romanorum missi contra Annibalem ducem Pœnorum, offerentes se bello campestri, deuicti sunt. Fabius verò missus contra eum solum statuit defendere sibi commissos, bellum declinans, vt sic dilato gressu paulatim minuere virtus Annibalis, & virtus exercitus Romanorum aueretur quæ diuina fuerat propter quod meruit nomen summi ducis, & vocatus fuit Fabius Maximus. Sic est moraliter agendum contra carnales affectiones, quia si cum eis te offers ad bellum, vinceres, si autem declinas viso hoste, auertendo faciem, efficietis victor. Ideo dicitur. Fugite fornicationem. Quid est autem hostes carnales fugere: nisi in principio tentationis illam superare & euertere? Nam si tentationibus carnis moram traxeris: statim mens allicitur, illecta delectatur, & delectata consentit. Mû dum autem vincimus sustinendo. Dicitur enim in libro de vita Philosophorum, q̄ Bias vnus de septè sapientibus interrogatus, quis esset inter homines magis infirmus. Respondit, qui non potest infortunia sustinere. Et ideo spiritualiter contra mundum oportet habere arma defensiva. s. patientiæ scutum. In patientia vestra possidebitis animam vestras. Diabolum autem vincimus sibi resistendo. Aduersarius vester diabolus, &c. cui resistite, &c. Resistimus autem diabolo impugnando ipsum oppositis quibus nos impugnat, vt si per superbiam tentat, ipsum sibi obiecta humilitate debet fugare. si per auaritiam, sibi obiecta mundi contemptu, si per luxuriam, obiecta sibi castitatem. Et ideo dicitur. Resistite diabolo & fugiet à vobis. Hos autem omnes inimicos pœnitens patitur, & superando vincit. Et hoc est quod dicit. Inimici autem mei viuunt, scilicet nunquam à tentationibus cessant. Et confortari sunt super me, vel confirmati: quia nisi resistatur eis, statim conualescunt. Et multiplicati sunt qui oderunt me iniquè, quia quotidie crescunt. Et vbi quis conatur bene agere, semper ipsi ad oppositum nituntur inducere. Et hoc est quod subdit.

**Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.**

Species enim retributionis sunt multæ: vide supra vers. 595. quarum pessima est retribuere mala pro bonis: quod faciunt dæmones: quia illos magis ad malum conantur inducere, quos ad bonum magis dispositos vident: vt ostendit Gregor. Et hoc est quod subdit. *Detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem.* Sic enim accipitur. 1. Reg. 2. Quod filij Heli detrahebant homines à sacrificio Domini. Vel detrahere idem est quoddam diffamare: & tunc bonis detrahit diabolus: quia illos diffamare conatur. Pro cuius euidentia notandum quoddam detractio est triplex, scilicet detractio sanctitatis & munditiæ qua à mente sæculorum culpa trahitur. Cogitatur iustus de domo impij vt detrahat eos à malo. Aequitatis & iustitiæ, qua pœnis vitæ malorū traditur. Detrahitur est ad inferos superbia tua. Prauitatis & malitiæ, qua à malis fama iustorum læditur. Nolite detrahere alterutrum. Et nota q̄ ista detra-

**A**ctio viciosa, est duplex: quia quandoque detrahitur malis, quandoque bonis. Detractio enim qua malis detrahitur sic describit Haimo d. Detractio est reuelatio defectus absentis proximi, alicui facta vt ipsum in bonis minorem existimet. Et ista habet tres species. Prima cum quis peccatum alterius reuelat. vbi reuelare non debet. Secunda quando peccatum alterius aggrauat. Tertia cum fingens alteri malo peccatum falsum imponit. Et ab isto vicio admonet nos sapiens abstinere d. Custodite vos à detractione, parcite linguæ. Secundo detractio est qua detrahitur bonis: quæ sic describit Haimo d. Detractio est boni alterius diminutio, vel negatio. Et hæc tres habet species. Prima est cum quis alterius virtutem negat. Secunda cum tacet vbi tacere non debet. Tertia cum virtutem alterius minuit, vel in malum peruertit. Et omnibus istis tribus modis bonis detrahunt dæmones, vt deducit Gregor. Et hoc hic notat Psal. d. *Detrahebant mihi quoniam sequebar bonitatem.*

**Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.**

Hæc est quarta pars principalis in qua pœnitens ex omnibus prædictis concludit internam lætitiã. Videns enim se pœnitens in tot aduersitatibus non derelictum à Deo, cum gratiarum actione auctorem salutis suæ profitens Deum lætus exclaimat, ne in futurum relinquatur, sciens q̄ grauior est offensa post veniam: quam offensam euadere non potest si derelinquatur à Deo. Ideo oras dicit. *Ne derelinquas me Domine Deus meus, &c.* Quod ideo dicit: quia derelictus à Deo, quomodo tantorū hostium bella posset euadere? Cum enim mentem deserit ipsa statim dissipatur: vt ostendit Greg. d. Omnipotens Deus humanum cor destruit dum derelinquit, edificat autem cum gratia replet: neque enim humanam mentem Deus debellado destruit sed relinquendo, quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Et ideo orat dicens. *Ne derelinquas me, &c.* Et hoc nihil aliud est quam orare vt Deus sic ipsum dirigat, quia ipse Deum non deserat: quia nunquam Deus deserit mentem nostram, nisi prius nos ipsum derelinquamus. Est enim de nobis sicut de illo qui in nauis mouetur: talis enim præcipit se paulatim à ripa magis ac magis distare, cum tamen litus non moueatur, sed ipse recedit à ripa. Sic Deus qui est stabilis vt ripa, nos autem mutabiles, nõ recedit à nobis nisi quia nos ab eo prius per peccatū recedimus. Et sic appropinquat ad nos quado nos ad se trahit. Sic ergo dicens. *Ne derelinquas me,* petit gratiam qua Deum ipse non derelinquat. Ideo dicitur. Si dereliqueritis Deum, derelinquet & vos. Et hoc aliis verbis exprimens dicit. *Ne discedas à me. i. fac me à te non discedere.* Et ideo nota q̄ nos à Deo discedere faciunt multa. Iniquitas. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Infidelitas. In nouissimis diebus discedent homines quidam à fide. Æterna calamitas. Discedite à me maledicti, &c. Sed quia nullus in statu gratiæ perseverare potest sine spiritali Dei adiutorio, nec aliquid bonum operari. Ideo diuinum adiutorium consequenter inuocat dicens.

**Intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ.**

Deus enim omnes adiuuat qui eius adiutorij debite

Psal. 9.

Dan. 3.

Gen. 41.

Dan. 13.

Act. 12.

Psal. 45.

Questio.

Psal. 37.

Questio.

Psal. 6.

1. Thim. 4.

Mat. 25.

631.

11. q. 3.

in adiutorio.

Cantor.

1. Cor. 25.

debitè petunt. Si enim quis homo dici non potest iustus qui miseros oppressos iniuste, non adiuuat cum potest, quomodo Deus iustus esset si iniuste oppressos non adiuuaret. Et ideo de ipso dicitur psal. 8. Factus est Dominus refugium pauperi adiutor in tribulatione. Et de tali adiutorio Dei tota scriptura abundat. Sic enim adiuuit tres pueros in camino ignis positos iniuste, ignis virtutem ligans ne eis nocere posset. Sic adiuuit Ioseph propter amorem castitatis incarceratum iniuste, vt inde ipsum extraheret, & totius Aegypti faceret Dominum, Sic adiuuit Susannam propter amorè castitatis ad mortem condemnatam iniuste, vt ipsam castissimam declarans, infamatores traderet morti. Sic adiuuit Apostolum Petrum propter Christi fidem incarceratum, ipsum Angelico ministerio liberando. Sic adiuuit Paulum tertio naufragantem. Et sic de similibus per totam scripturam habetur. Et ideo clamat scriptura, dicens. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Quid ergo mirum si pœnitens hic diuinum inuocat adiutorium, dicens. *Intende in adiutorium meum, &c.* Et aduerte quod istud Dei adiutorium septies petimus in die, scilicet in principio horarum omnium, d. Deus in adiutorium meum intende. Primo quia propter septem peccata capitalia, aduersa & tribulationes nos præmunt, quia cuiuslibet peccato sua correspondet tribulatio: quia aliunde tribulatur superbus, aliunde auarus, & sic de aliis. Ideo septem vicibus in die adiutorium Dei postulamus. Vel quia per septem ætates huius vitæ tribulationes patimur. Et hoc petimus maxime in principio horarum dicentes. Deus in adiutorium meum intende, quia cum orare debemus, tunc maxime diabolus tentare satagit & à bono proposito reuocare festinat. Sed dices. Quare ergo in triduo Christi passionis sic Dei adiutorium non postulamus in principio horarum, dicentes. Deus in adiutorium meum intende: quod magis debemus facere, quia cum illud tempus magis sit deuotum, tunc diabolus magis satagit tentare fideles? Respondeo, quod Christi passionis memoria est sufficiens inuocatio adiutorij diuini, eo quod ipse ideo solum sit pro nostro adiutorio passus. Et ideo quia tunc continue Christi passionis in omnibus horis facimus memoriam, ideo aliter non expedit diuinum postulare adiutorium: secus autem de aliis temporalibus in quibus non tam sedulo in horis Christi passio memoratur. Tunc ergo magis orare debemus, dicentes. Adiuua nos Deus salutis nostre, &c. Quia dolorem contritionis hic notat psal. dicens. Dolor meus in conspectu meo esse debet: quod de vno peccato quam de alio: Aegidius distinctione 17.

**Ixi custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.**

Psalmus iste talem habet titulum. *In finem canticum David pro Idithim.* Pro cuius tituli intelligentia sciendum quod David instituit cantores ad diuinas laudes decantandas ducentos

octuaginta octo, qui per vices suas ante arcam Domini canebant cum citharis & musicis instrumentis. Inter quos erant tres principales, scilicet Asaph, Hemam & Idithim. Et istorum quilibet certum numerum ex prædictis cantoribus habebat sub se. Fecit etiam certos psalmos ab istis decantandos, aliquos deputauit ipsi Asaph: aliquos ipsi Hemam: aliquos ipsi Idithim. Inter ceteros autem psalmos fecit istum decantandum ab ipso Idithim & ab aliis cantoribus sibi subditis. Ex quibus apparet sensus literalis tituli qui est iste. *In finem canticum David.* scilicet factum ab ipso David pro Idithim, id est decantandum ab ipso Idithim. De materia autem istius psalmi. dicitur communiter quod David fecit istum psalmum dum profugus fugeret à facie Absalon filij sui: postquam audierat vituperia sibi illata à Semei. Nam cum rex David exisset Hierusalem, & fugeret à facie Absalon filij sui, Semei qui colligatus erat cum Absalon filio regis clamans post regem sibi improperebat, d. Egredere egredere vir sanguinum & vir Bellial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul. Ecce præmunt te mala tua: quoniam vir sanguinum es. Et tunc rex patienter talia sustinebat opprobria. Quinimo cum Absai vellet illum inuadere, rex prohibuit d. Dimitte eum. Dominus enim præcepit, vt malediceret mihi. Ecce filius meus querit animam meam: quanto magis Semei, &c. Tunc ergo ad dandum aliis exemplum patientiæ suo exemplo ostendens suam patientiam hunc psal. fecit d. *Dixi custodiam, &c.* Et sic ergo dicam primum psal. quo ad literam. Secundo quo ad sensum Psalmistæ. Quantum ad primum psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primo ponitur ipsius David patientia. Secundo describitur eius in Deum confidentia, ibi. *Loquutus sum.* Tertio ponitur orationis eius instantia, ibi. *Exaudi orationem meam, &c.* Dic vt N. Quantum vero ad intellectum Psalmistæ. Titulus Psal. declarat materiam psal. Nam vt supra dictum est: David ordinauerat ducentos octuaginta octo cantores quibus tres præfecerat, scilicet Asaph, Hemam & Idithim: quorum nomina Esdras frequenter ponit in titulis psalmorum, vt ex eorum interpretationibus cognoscatur intentio Psalmi. Huius ergo psal. aperit materiam per hoc nomen Idithim, cum dicit titulus. *In finem canticum David pro Idithim.* Idithim namque interpretatur transiliens eos, id est illos qui remanent in mundo, hærentesque terrenis: de quo transiliente vel transitu agitur hic. Quoniam hic psal. docet transire à terrenis ad cælestia: à dilectione mundi ad dilectionem Dei, & à temporalibus ad æternitatem. Sic ergo sensus tituli est talis. Istud canticum, factum à David in finem, id est Christum nos dirigens est pro Idithim, id est pro transitu temporalium ad æterna. Et quia iste transitus maxime fundatur in patientia aduersorum, ideo iste psal. maxime nos docet patientiam, & inter opprobria & detractiones malorum à murmuratione linguam continere. Et quantum ad hoc psal. iste diuiditur in tres partes. Quia agit primo de patientiæ habenda firmitate. Secundo de mundi declinanda vanitate, ibi. *Verumtamen.* Tertio de superna exoranda bonitate, ibi. *Exaudi Deus.* Quantum ad primum, sciendum quod in omnibus bonis operibus est talis ordo: quod primo in tus corde præcedit deliberatio: consequenter operis sequitur persecutio: & tertio sequitur operationis finis & consumatio. Et secundum hoc prima Incog. tom. 1. x 3 pars

pars habet tres partes: quia Psalm. ponit primo suam cordis deliberationem. Secundo suae deliberationis executionem, ibi. *Posui ori meo*. Tertio suae exauditionis finem & consummationem, ibi *Loquutus sum*. Quantum ergo ad primum ponens suam deliberationem dicit. *Dixi custodiam*, &c. Vbi notandum quod sicut corpus habet os materiale & linguam, qua loquitur: sic multo fortius suo modo & mens habet os intrinsecum & linguam, qua prius verba intus format quam producat exterius per corporis linguam, quia prius est dicere mentis, quam sit dicere corporis. Sic enim de dicere cordis dicitur. *Dixit insipiens in corde suo*. psalm. 13. Similiter & quilibet bonus Deo corde loquitur psalm. 26. *Tibi dixit cor meum*. Istud autem dicere intrinsecum est mentis deliberatio eorum quae exterius dicenda sunt & facienda. Sic igitur hic dicere stat pro deliberare, ut sit sensus. *Dixi custodiam vias meas*. Id est, in corde meo deliberaui custodire vias meas. Per vias autem intellige actiones nostras. Vnde Gregorius. *Quid viarum nomine nisi actiones nostrae significantur?* Hinc enim per Hieremiam dicitur. *Bonas facite vias vestras & studia vestra*. Deliberabit ergo iste primo custodire vias suas, id est actiones suas, ne scilicet murmurando contra Deum peccet. Vnde subdit. *Et non delinquam in lingua mea*. Sed advertendum quod linguam suam diversi varie custodiunt, ut ostendit Gregorius dicens. *Sunt tria genera hominum qui gradatim distinctis ad se qualitibus dissident*. Sunt namque aliqui qui ad loquendum prava concipiunt, allocutione sua nulla silentij gravitate refrenantur. Et sunt alij qui cum prava concipiunt, magno se silentij vigore restringunt. Et sunt nonnulli qui virtutum usu roborati usque ad eam constantiam prouehuntur, ut ad loquendum nec quidem in corde peruersa concipiunt quae silentio cõpescant. Et hoc est bonorum, dicit Psalm. *Dixi custodiam vias meas*. Qui enim linguam custodire nescit, se malis operibus implicatum manifestat. Dicit Philosophus quod auis si sub lingua habeat venam albam, generat filium album: si nigram nigrum. Sic & moraliter secundum qualitatem & colorem linguae, color & qualitas fetus, id est operis sibi correspondet. Et ideo bene consulit psalm. dicens. *Prohibe linguam tuam à malo*.

**633** *Posui ori meo custodiam: cum confisteret peccator aduersum me.*

Hic consequenter ostendit deliberationis executionem: quia sicut in corde deliberauit: sic & opere compleuit. *Posui inquit ori meo custodiam*. Et diuiditur in tres partes, secundum quod ex tali custodia tria se dicit habuisse, scilicet quia habuit primo discretum silentium. Secundo humilitatis fastigium, ibi. *Obmutui & humiliatus*. Tertio charitatis incendium, ibi. *Concaluit cor meum*. Quantum ad primum sciendum quod inter omnia corporis membra, lingua maiori custodia indiget, quia ex ea facilius plura mala procedunt. Vnde Bernard. in sermone de triplici custodia dicit. *Quis sane enumeret quantas modicum linguae membrum contrahit sordes, quam multiplex in labijs incircuncisis immunditia coaguletur: quam sit grauis perniciosa oris incircumpecti. Est enim lingua dis-*

*Lingua.*  
*Bernard.*

**A** soluta in sermonibus ociosis. Est lingua impudica, & est magniloqua, quarum prior lasciuiae, sequens arrogantiae famulatur. Est etiam lingua dolosa & est maledica quarum altera in falsidicam & adulatoriam subdiuiditur, altera vero nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto, haec ille. Qui enim linguam suam non potest continere, opus bonum minime poterit habere. Dicit Philosophus, quod si mulier vicina partui potest retinere suum anhelitum, quod partus eius erit facilis & leuis, si autem non potest retinere, partus eius erit difficilis & grauis. Sic moraliter in proposito. Anima quantuncunque bono conceptu & intentione sit impregnata, nunquam tamen pariet opus viuum sine difficultate, si anhelitum suum, id est spiritum cohibere non possit. Et ideo bene dicit Apostolus. Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, huius vana est religio. Contra quos dicit Psalm. *Posui ori meo custodiam*. Et quamuis custodia oris omnibus sit necessaria maxime tamen clericis Deo dicatis. Vt ostendit Bernardus super illo verbo Apostoli. *Sermo vester in gratia semper sale conditus sit, dicens*. Sit lingua vestra modesta, sobria, pudica, sit ori vestro salua virgo die crescente. Et nisi utilitas occasionem praebuerit usque in crastinum incorrupta seruetur. Ponamus ori nostro custodiam. Et osium circumstantiae labijs nostris. Auceps non emittit accipitrem, nisi prius anserem viderit. Et monachus dimittit linguam suam, vbi loquendi necessitas non exigit. Deditur venator catulum soluere, nisi lepus appareat. Viliorem habet monachus linguam suam quam ad nullius salutem vel commodam inutiliter soluit. Sudat lapis in manu oppugnantium moenia, & incassum volat verbum de ore stantis in sanctae Ecclesiae disciplina. Arcus flexis cornibus frustra non tenditur, & rationalis lingua ad deferenda irrationabilia passim laxatur. Parcitur pharetrae, ut ex ea sagitta non leuiter exeat. Non parcitur linguae ut mendax in quemlibet

**D** verbis veluti cunctum vulneris non insigat. Quid ad ad hoc dicimus: certe excusati non possumus, facilius est enim tacere quam loqui, ut cum psalm. dicamus. *Posui ori meo custodiam*. Sed quia perfectius est iniuriatum non loqui, quam non prouocatum, ideo addit, dicens. *Dum confisteret peccator aduersum me*. Haec est perfectio, opprobria audire & tacere, iniurias pati & non loqui. Relinquentes enim mundum & ad Deum tendentes hodie praeter ceteris à malis irridentur, & impetuntur opprobriis, & fatui reputantur. Deridetur iusti simplicitas. Et tamen iusti se deridentes non derident, sed tolerant patienter exemplo Christi. Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Sic & iusti dum peccatores aduersus se insurgunt patienter tolerant, ori suo custodiam imponunt. Sic faciebat apostolus dicens. *Maledicimus & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus: blasphemamur & obsecramus*. Vnde iusti quanto magis infestantur à malis, tanto amplius humiliantur. Vnde subditur,

**Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, & dolor meus renouatus est.**

Hic

Hic consequenter ostendit iustos in persecutionibus humilitatem seruare. Vbi notandum quod veram humilitatem probat illata contumelia: sicut paupertatem voluntariam, oblata abundantia & veram castitatem obiecta mulieris pulchritudo cum opportunitate. Ecce ratio de multis dicit Greg. *Esse quippe volunt humiles, sed sine despectu, esse contenti propriis, sed sine necessitate, esse casti, sed sine maceratione corporis, esse patientes, sed sine contumeliosis volunt*. Cumque adipisci virtutes quaerunt, sed virtutum labores fugiunt: quid aliud quam sine bellitamine triumphare de hostibus quaerunt? Ex quibus apparet, quod vera humilitas, & patientia probatur aduersis: vnde in persona iustorum, nunc ait psalm. *Cum confisteret peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum*. Obmutescit iustus: quia percussus aduersis non murmurat. Sciens quod ait Gregor. *Quis ferox percussus murmurat, quid aliud quam iustitiam ferientis accusat? Ut ergo homo reprehendere non audeat iudicem culpae, hunc humiliter cogitauerit naturam: quia qui mire ex nihilo hominem fecit, factum impie non affligit*. Ille ergo percussus obmutescit, qui patienter tolerat: non murmurat. Exemplo Christi de quo, *Esa. 53*. Sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram se tentante obmutescit: quod ex humilitate procedit. Vnde subditur: & id est, *quia humiliatus sum*. Et filius à bonis & dolor meus renouatus est. Vbi sciendum quod sancti viri dum se inter malos positos vident, qui semen diuini verbi recipere nolunt tacent, ne margaritas ante porcos proiciant, & sanctum dent canibus. Sed quia vident aliorum mala multiplicari, grauiori dolore feriuntur interius. Et hoc notat psalm. *d. Filii à bonis*. scilicet praedicandis: quia scilicet non habebam terram bonam in qua semen fructificare posset. Et quia prauorum malitia continuè augetur, ideo ex hoc dolor meus renouatus est. Et sic istum passum exponit glo. & Greg. d. *Nam saepe contigit, ut boni viri cum se non audiri considerant, ori suo silentium imponunt. Sed plerumque dum conspiciunt quod iniquorum facinora ipsis tacentibus crescunt, vix quondam sui spiritus sustinent: ut in locutione aperte correptionis erumpant*. Vnde & propheta Hieremias cum sibi praedicationis silentium indixisset dicens. *Non recordabor eius, nec loquar ultra in nomine eius: illico adiunxit. Et factus est in corde meo quasi ignis aestuans, & defecti ferre non sustinens*. Pro eo enim quod se minime audiri conspexerat, silentium sibi imposuit, sed cum crescentia mala in eo cerneret in eodem silentio non permansit. Dauid quoque propheta postquam silentium sibi indixerat, d. *Posui ori meo custodiam cum confisteret peccator aduersum me*. *Obmutui & humiliatus sum*, filius à bonis: in ipso suo silentio zelo charitatis exarsit. Vnde subdit. *Et dolor meus renouatus est*. Vnde & considerando peccata malorum, dicebat apostolus. *Tristitia magna est mihi, & dolor continuus cordi meo*.

**635** *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.*

Consequenter ex hoc se ostendit habere charitatis incendium. Dolere enim de peccatis proximorum signum est charitatis. Charitas autem quidam calor spiritualis est. Et istum calorem in corde

*Greg. li. 7 mor. c. 14. Humilitas.*  
*Patetia.*  
*Obmutescere.*  
*Grego. 5. mor. c. 16.*  
*Esa. 53.*  
*Silere. Praedicator.*  
*Hier. 20.*  
*Rom. 9.*  
*635.*  
*19. mul. 16. sum.*  
*Calor.*

iustorum insinuans hic psalm. ait. *Concaluit cor meum intra me*. glo. id est, ex omni parte caluit amore Dei: id est, igne caelestium, ut quia diligo Deum diligam proximum: & diligendo proximum, doleam de ipsius culpa: quia semper iusti igne diuino accensi quae Dei sunt meditantur. Vnde subdit. *Et in meditatione mea exardescet ignis*. scilicet, diem dilectionis. Vel secundum Gregor. *Calefcit cor iustorum: quia quando tacentes vident aliorum mala augeri, intus concallescunt, quia dilectionis ardor, ad exterius loquendum excitat illos: ut quae corrigere non valent, saltem increpare non desistant*. Et attende quod isto igne charitatis multi sunt qui calefcere non possunt. Quoniam figura habetur in Dauid, de quo dicitur, *Reg. 1.* quod Dauid cum operiret vestibus non calefciebat. Et quare calefcere non poterat, Stephanus adducit tres rationes, exponendo praedicta verba, d. *Dauid calefcere non poterat*. Primo quia de senibus est parentibus natus. Secundo quia in praesens multum sanguinem fuderat. Tertio, quia ex quo Angelum cadentem populum vidit, pauore vehementi contabuit. Moraliter autem ista tria multos impediunt, ne in eis igne charitatis concaleat cor ipsorum. Primum est antiquorum peccatorum imitatio. Antiquiora enim peccata & prima quae fuerunt, sunt inuidia & superbia. Inuidia enim primum peccatum dicitur: inuidia diaboli mors introibit in orbem terrarum. Similiter & superbia. Initium omnis peccati superbia. Sic igitur superbia & inuidia dicuntur antiquiora peccata, quia nullum aliud peccatum fuit prius istis. Ex istis ergo natus per imitationem in corde suo charitate calefcere non potest. Secundum est egenorum proximorum incompaffio: quod notatur in Dauid qui multum sanguinem fuderat. Tantorum enim sanguinem fundimus, quot fame mori permittimus subuenire valentes. Tertium est diuinae iustitiae sine misericordia consideratio. Hoc enim ad desperationem ducit: quod notatur in Dauid, qui vidit Angelam ex iustitia cadentem populum. At contra iusti igne charitatis calefcunt, d. psalm. *Concaluit cor meum*, &c. Quia dictum est quod iusti calent igne charitatis, ex dilectione peccatorum: quare vtrum peccatores ament se ipsos, 2. secundae. q. 2. articulo 7.

**Loquutus sum in lingua mea, notum fac mihi domine finem meum.**

Hic consequenter ponit suae intentionis finem intentum & finale desiderium antiquorum patrum erat videre verbum incarnatum: propter quod Christus suis dicebat apostolis. *Multi reges & prophetae voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt, &c.* Circa autem istam principalem antiquorum intentionem psalm. tria ponit. Quia primo desiderat scire Christi incarnationem. Secundo desiderat scire suae vitae durationem: ibi. *Et numerum dierum*. Tertio confitetur humanae vitae annihilationem: ibi. *Ecce mensurabiles*. Quantum ad primum sciendum quod hic Dauid loquitur in persona omnium patrum antiquorum, qui Christi desiderabant aduentum. Et loquitur Deo non hominibus: quod ostendit, dicens: *Loquutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine*. & sic loquitur domino. Et ideo sciendum quod malitiam nos Deo loquimur, & qualiter Deus nobis.

*Gregor.*  
*3. Reg.*  
*Frigidus. Calefcere*  
*Sapie. 2.*  
*Eccl. 10.*  
*Quassio. Viri peccatorum ament se ipsos.*  
*Luc. 10.*  
*Loqui. Deo. Loqui. Deo.*



Grego. 1.  
mor. c. 6.  
apoc. 6.

Clamare.

Psal. 70.

Rom. 10.  
Finis.  
Christus.

Apoc. 1.

637.

Questio.  
Viuere.  
Job 14.

Lingua enim corporalis non nisi ad aures corporales loquitur, nec aures corporales non nisi vocem corporis audit. Cum ergo Deus aures corporales, nec linguam habeat corporalem, nec ipse menti nostrae sono vocali loquitur, nec nos sibi. Loqui ergo nostrum Deo est desiderio cordis ad ipsum clamare: unde Greg. in illud Ioan. Didi animas sanctorum clamantes, & dicentes: Vsq̄uequo domine sanctus non vindicas sanguinem nostrum, &c. d. Quid est animas sanctorum vindictam à Deo petere, nisi diem extremi iudicij & resurrectionis extinctorum corporum desiderare? Magnus quippe earum clamor magnum est earum desiderium. Tanto enim quisque minus ad Deum clamat quanto minus desiderat, & tanto maiorem vocem in aures Dei exprimit quanto se in eius desiderium plenius fundit. Animarum ergo verba sunt ipsa illarum desideria. Nam si desiderium sermo non esset, propheta non diceret. Desiderium cordis eorum audiuit auris tua. Ad propositum ergo David in persona iustorum dicit. *Loquutus sum in lingua mea.* scilicet cum lingua cordis, quae est desiderium mentis. De qua lingua dicitur Psal. 70. *Lingua mea meditabitur tota die iustitiam tuam.* Meditatio enim ad mentem pertinet non ad corpus. Sed quid haec lingua desiderabat adiungit. *Notum fac mihi domine finem meum.* Quis autem est finis noster, nisi Christus incarnatus? de quo dicit Apostolus. *Finis legis est Christus ad iustitiam omni credenti.* Vocatur enim Christus incarnati finis, non quidem consumptionis, sed perfectionis & consummationis. Unde ibidem glo. *Finis enim Christus est, in quo lex iustitiae non consumitur, sed impletur.* omnis enim perfectio in ipso est ultraquam non est, quo spes se extendat. Finis etiam est fidelium Christus, ad quem cum venerit currentis intentio, non habet quid amplius possit inuenire, sed habet in quo possit permanere. Finis ergo dicitur Christus, non quia consumit, sed quia perficit. Unde & ipse de seipso ait. *Ego sum alpha & omega, principium, & finis.* Dicens ergo. *Notum fac mihi domine finem meum.* Hoc est notum fac mihi Christum incarnatum: ut scilicet quem fide credo incarnandum, cognoscam incarnatum. Et ad istum sensum exponit, d. *Notum fac mihi domine finem meum,* id est, Christum qui est finis noster: cuius consummatio est in praesenti ad iustitiam, & in futuro ad gloriam.

**D** Et numerum dierum meorum quis est, ut sciam quid desit mihi?

Hic consequenter desiderat scire durationem. In praecedenti enim versiculo desideravit scire tempus incarnationis Christi, volens ergo scire si ipsum incarnatum videbit, petit vtrum vsque ad illud tempus durare debet, d. *Et numerum dierum meorum, &c.* scilicet notum mihi fac. Vbi glo. Numerum dierum suorum scire volebat, non desiderio huius vitae, sed desiderio videndi Christum: ut appareat si eius adventum poterit videre, quem magno desiderio antiqui patres videre desiderabant. Unde ait Christus. *Multi reges & prophetae voluerunt videre, &c.* Inde senex ille Simeon clamabat: putas durabo? putas videbo? quasi dicat. Ideo volo scire numerum, ut sciam quid desit mihi ad Christum videndum. Sed nunquid cuiuslibet homini determinatus est certus dierum numerus, quo vivere possit, & non ultra, neque magis, neque minus? Et videtur, quod sic. Breves dies hominis sunt, & numerus mensuratus.

**A** eius apud te est: constituisti terminos eius, qui praeteriri non poterunt. Ad oppositum quia quis potest vitam suam breuiare, ergo & prolongare: patet, quia seipsum potest quis interficere, vel ad infirmitatem sibiipsum dare occasionem, quod quia facit minus vivit, quod si non faceret plus viveret. Respondeo quod quaevis dupliciter potest intelligi: vno modo an apud Deum sit praesens tempus determinatum, quo quis vivit & non plus, nec minus: secundo an natura cuiuslibet hominis certam habeat intrinsecam virtutem, per quam tantum potest vivere, & non plus neque minus. Et tunc dico ad questionem primo, quod intelligendo primo modo: quod apud Deum est determinatum tempus certum vitae cuiuslibet hominis, per quod vivet & non ultra, neque minus: patet, quia divina scientia omnia futura & praeterita novit ut praesentia. Unde Gregor. exponens praedicta verba: *Numerus mensuratus eius apud te est.* dicitur: Cuncta futura Deus praesens ante saecula decrevit, qualiter per saecula disponantur. Statutum quippe est homini, vel quantum hunc mundi prosperitas sequatur, vel quantum aduersitas feriat, ne electos eius aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. Statutum quoque est quantum in ipsa vita mortali temporaliter vivat. Nam est annos quindecim Ezechiae regi ad vitam addidit omnipotens Deus, cum eum mori permisit, tunc eum praesciuit esse moriturum. Quia in re quaestio oritur, quomodo ei per prophetam dicitur. *Dispone domui tuae, quia morietis tu & non viues.* Cui cum mortis sententia data est, protinus ad eius lachrymas vita addita est. Sed per prophetam praedixit dominus tempus, quo ipse mori merebatur, per largitatem vero misericordiae eum illo tempore ad mortem distulit, quod ante saecula ipse praesciuit. Nec igitur propheta fallax fuit, quia tempus mortis innotuit, quo vit ille merebatur mori, nec dominica statuta commutata sunt, quia ut ex largitate Dei anni vitae crescerent: hoc quoque ante saecula praefixum fuit, atque spatium vitae quod inopinate foris est additum, sine augmento praescientiae fuit intus statutum: haec Gregor. Sic igitur quantum ad Dei praescientiam omnia etiam futura contingentia ab aeterno fuerunt statuta, & ad vnam partem de facto: licet non de possibili determinata. Si vero quaeratur secundo modo: scilicet an in ipsa vita nostra sit determinata virtus, qua quis tantum vivere possit. Respondeo, dicitur quidam quod vivere nostrum fundatur in humido radicali, quo calor naturalis intrinsecus fouetur, & illo durante eius operatione non impeditur durat vita, & illo deficiente, vel eius operatione impedita vita deficit. Et illud humidum est certae & determinatae virtutis, licet maioris in vno quam in alio secundum dispositiones diuersas conceptionis & natiuitatis: virtus istius augeri non potest, sed bene foueri potest & conservari, ne aliquo consumatur, nisi quantum calor naturalis continue consumit: ipsa autem per calorem naturalem consumpra, statim deficit vita. Cum ergo illud humidum radicale sit determinatae virtutis, sic & tanto tempore, & non plus potest calorem naturalem fouere. Et sic in quolibet homine est determinatum tempus quo vivere potest & non ultra. Illud autem humidum radicale potest consumi ab aliquo, quam per calorem naturalem ordinatum, ut per calorem inordinatum

Vita ista

Mors.

Greg. 1.  
mor. c. 1.

4. Reg. 10.

Calor naturalis  
Humidum radicale

Psal. 54.

638.

Vita brevis.

Dies brevis.

Psal. 89.

Job 14.

Greg. 13.  
h. mor.

Grego. 8.  
mor. c. 12.  
Breuitas vite.

aliter habitus in originali maiore. Mortis. Peccator. Inimicus.

cum febrium, vel per aliam hominis malam vitam, vel potest eius operatio totaliter extinguere: ut puta quando quis interficitur. Et sic vita potest abbreviari. Et datur exemplum. Si tantum ponatur in lampade de oleo, quod sufficiat ad nutriendum ignem lampadis per vnam diem. Quis non possit facere quod nutriat ultra vnam diem, tamen potest facere quod minus durabit: ut puta augendo ignem lampadis: quia tunc plus consumet de oleo, vel extinguendo violenter lampadem. Sic in proposito dicitur quod determinata est virtus in homine, per quam per tantum tempus vivere potest, & non ultra, sed illa impediri potest: & per consequens hominis vita potest abbreviari, sed non prolongari. Et hoc est dicens alibi psal. Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: quia tales per malam vitam dissipant virtutem illam vitalem, & multoties morte violenta terminantur. Quantitas ergo vitae stat in quantitate caloris naturalis & humidi radicalis, quo dictus calor nutritur. Ad argumenta ex dictis patet, quid dicendum.

**E**cce mensurabiles posuisti dies meos, & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Hic confitetur humanae vitae breuitatem vel annihilationem Psalmista edocuit à Deo de tempore incarnationis quod postulauerat, d. *Notum fac mihi domine finem meum.* edocuit insuper de numero dierum, quibus naturaliter vivere poterat quod postulauerat, d. *Et numerum dierum meorum quis est, &c.* Statim conclusit se non posse peruenire ad videndum finem suum, scilicet, Christum incarnatum, d. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* id est, breues: quia quod facilius mensurabile est, breue est. Unde glo. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos.* id est breues: quia cito transit vita nostra. Quid enim sunt centum anni qui principium habent & finem respectu aeternitatis Dei quae sine caret & principio? Unde psal. 89. Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterni, quae praeteriit: propter quod dicitur. Homo natus de muliere breui vivens tempore, &c. Quomodo enim tempus nostrum longum potest dici quod continue terminatur. Unde Greg. ait: Omne quod transit breue est, etiam si tardius terminari videatur. Iusti autem viri hanc breuitatem vitae continue considerant dies suos mensurantes, sed mali ipsam aduertere nolunt. Unde Greg. ait. Reproborum mens erga dies praesentis vitae tanto amore costringitur, ut sic semper hic appetant vivere, quatenus si valeat vivere cursum nunquam desiderant finire. Cogitare quippe futura despiciunt, spem totam in rebus transentibus ponunt, habere nulla nisi quae praetereunt concupiscunt. Cuique nimis transentia cogitat, & mansura nullatenus sperant, sic insensibilis caecitate oculi cordis claudunt, ut se morituros nullatenus credant. Unde fit saepe ut iam corpus molestia quatiat, & intima mors virtutis vitalis spiritus incidat, nec tamen curare quae mundi sunt desistant. Iamque eos vltor ad iudicium pertrahit: & tamen ipsi rebus transitoriis occupati, nihil aliud cogitant, nisi qualiter in hoc mundo adhuc viuam: quia spes viuendi in eis non frangitur, etiam cum vita terminatur. Dura enim mente mors longe abesse creditur, etiam cum sentitur, &c. At contra iustorum mens ad aeternitatis intentionem tenditur, etiam cum praesens eos feliciter vita concomitatur. Magna carnis salute vivitur, nec tamen eius fiducia animus retardatur.

**A** Nullus adhuc articulus mortis erumpit, & tamen hanc quasi presentem continue conspicit. Quonia enim praesens vita indefinenter labitur, spes ei viuendi funditus amputatur. Haec omnia bene considerat iustus, d. *Ecce mensurabiles posuisti dies meos, &c.* Et substantia mea tanquam nihilum ante te. Quod ideo dicit: quia substantia nostra: id est vita nostra aeternitati comparata, nihil inuenitur. Quid enim est vita nostra, nisi vapor fami ad modicum apparens? Iacob. & Sapient. 2. Transit vita nostra tanquam vestigium nubis. Et bene dicit tanquam vestigium nubis: quia sicut nubes à vento cito fugatur & transit, sic & vita nostra. Unde Hieronymus ait: Nihil fugatius vita huius saeculi, quam dum tenemus amittimus. Et per infantiam ad iuuentutem, per iuuentutem & virilem aetatem nescientes currimus ad mortem: quod nunc notans psal. ait. *Et substantia mea tanquam nihilum ante te.* licet nobis appareat magna. Et hoc bene considerabat Iob, d. *Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei.* Hoc idem aliis verbis exprimit, dicens.

**V**eruntamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens.

Secundum gramaticos, vanus dicitur à Venus, & est idem vanus quod inanis, fallus, vacuus intus, quia venere homines tales esse solent. Et inde vanitas quasi vacuitas vel falsitas. Dicitur ergo omnis homo viuens vanitas vniuersa: quia omnis homo instabilis vacuus, quia nec satiatus. Omnis ergo homo vanitas est, id est, hic vanitate viuens, quod probat glo. quia omnis homo, aut est bonus, aut malus. Si malus, tunc est debitus mundanis, quae omnia sunt vana. Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Si autem sit bonus, tunc desiderat esse cum Christo, & per consequens sibi vana est vita praesens. Et quantum ad hoc est notandum quod triplex est vanitas, scilicet versionis flexibilis. Et sic omnis homo dicitur vanitas: quia vertibilis de esse hominis ad non esse: quoniam nunquam in eodem statu permanet. Unde psal. 143. Homo vanitatis similitudo factus est, dies eius sicut umbra praetereit. Est secundo vanitas auersionis vertibilis, & haec in voluntate quae facilius ad vana vertitur & peccat. 3. Reg. 6. Peccauerunt & peccare fecerunt Israel, & prouocauerunt Deum in vanitatibus suis. Tertia est vanitas penitentiae coarctabilis. Cuncti dies hominis dolore & aeternum sunt pleni. Et hoc nonne vanitas est: Quid enim aliud est habens vita, nisi quaedam vanitas & miseria? Quonia ut ait Greg. Si enim subtiliter consideretur omne quod hic agitur, poena est, vanitas & miseria. Ipsi enim cum seuire ad necessaria atque concessa miseria quaedam est, ut contra frigus vestimenta, contra famem alimenta, contra aestum frigora requirantur: quod multa cautela custoditur salus corporis, quod etiam custodia amittitur, amissa cum graui labore reparatur, & tamen reparata semper in dubio est. Quid hoc aliud quam mortalitatis vitae, vanitas quaedam & miseria est, &c. Quibus considerans psal. merito dicit. *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.* propter quod clamat Apostolus, Rom. 8. d. Vanitati creatura subiecta est. Per creaturam enim intelligit hominem, qui cum omni creatura participat, quia omnis creatura est corporalis, aut spiritalis.

**V**eruntamen in imagine pertranfit homo, sed & frustra conturbatur.

640.  
1. 2. g. 1.  
omnis a.  
tus.  
Hic

Hic cōsequenter agit de mūdi relinquēda vanitate. Et diuiditur in tres partes. Quia agit primo de singulorum innata dignitate. Secūdo de malorū vana cupiditate. *Thesaurizat.* Tertio de iustorū optata sinceritate: *ibi. Et nunc.* Quantū ad primū sciendum q̄ omnium hominū maximā est innata dignitas: quia quantum ad corpus nihil sint & vana, tamen quō ad animam imagine Dei sunt insigniti. Vnde dicit. *Veritatem in imagine, &c.* quasi dicat: Quāuis homo corpore sit vanus & vanitati subditus, tamen altē est dignitatis, quia pertrāsit in imagine Dei. quasi dicat: Hoc est mirum, q̄ cum tanta sit dignitas hominis, q̄ ad Dei imaginē sit factus, q̄ tanta dignitas nō ipsum retrahit à vanitate. In qua tamen vanitate frustra cōturbatur: quia cū labore & miseria terrena appetit, quā frustra, id est, sine vtilitate cōturbant hominem. ¶ Est autē notandum q̄ multiplex ad propōsitū reperitur imago, scilicet, quia est. Imago qua factus est homo, scilicet, verbi persona. Imago in qua factus est homo, scilicet anima nostra. Imago in qua lapsus est homo, scilicet, culpæ macula. Imago ad quā factus est homo, scilicet æterna gloria. ¶ Primo est imago qua factus est homo, quā imago est æternum Dei verbum: imago enim alicuius dicitur, quod nos ducit in perfectam cognitionē alterius: vt dicit Magister. Sicut illa pictura, dicitur imago virginis, quā nobis ipsam representat: sic de imagine crucifixi: verbum autem Dei nos perficere ducit in cognitionem patris, cū sit impossibile verbū intelligere, quin pater intelligatur cū sint relatiua. Et ideo verbum dicitur perfecta patris imago, & tanto perfectior imago, quāto patris in omnibus cōsequatur, vt deducit Magister. Et de hac imagine verbi dicitur q̄ est speculū sine macula Dei maritatis, & imago bonitatis illius. *Ista ergo est imago quā factus est homo, quia omnia per verbum facta sunt.* ¶ Sed forte dices: Si filius dicitur patris imago, quā ducit in cognitionē patris, & pater in omnibus est æqualis: nūquid eadē ratione pater dicitur imago filij, cū etiā pater in omnibus filio sit æqualis? Ad hoc respondet Magister, d. q̄ nō, cuius ratio est, quia similitudo alicuius ad hoc vt dicatur illius imago, hoc habet ab illo cuius est imago, & nō cōuērio: verbū autē similitudinē patris habet a patre, & nō pater ab eo. De ista ergo imagine dicit psal. *Veritatem in imagine pertransiit homo, quia nullus hominē ex hac vita ad æternā pertransire potest, nec potuit sine fide illius imaginis, scilicet verbi incarnati, vt dicit Magister, li. 3.* ¶ Secundo est imago in qua factus est homo: quia quilibet homo factus est ad imaginem Dei, sic scilicet q̄ Dei sumus imago. Creauit Deus hominē ad imaginem & similitudinē suā. *Quæ verba pertractās August. dicit: Cum interiorē & exteriorē hominē scriptura cōmemorer, quærit potest vtrū vnus istorum, aut ambo ad imaginē & similitudinē Dei sit factus. Sed quis dubitat eū potius dicere, qui renouatur, quam qui corrūpitur? ¶ Sed qualiter anima nostra sit diuinitatis imago, notandū q̄ secundū Magistrū: Imago vocatur alicuius, quod nos ducit in perficēdā illius cognitionem. Sed anima nostra nos ducit in perfectā cognitionē Dei: pater, quia in cognitionē trinitatis personarum, & vnitatis essentialis, cognitionis aliorū & intellectiois spiritalis; dominationis singulorū & prælationis generalis. Primum patet, quia vt ait Magister. In mēte nostra cernimus trinitatē, nō quidē Deū, sed imaginem Dei. In ipsa enim quædā apparet trinitas, scilicet, memoriæ, in-*

telligentiæ, & amoris. Et hæc tria (vt ait Augustinus) non sunt tres vitæ, sed vna vita, nō tres mentes, sed vna mens, vna essentia. Verū tamen vt ait ibidē Magister: caueat homo ne hanc imaginē ab eadē trinitate factā ita cōparet ei, vt omnino existimet similitudinem, sed potius magnā dissimilitudinē cernat: vt puta quia illa increata, ista creata, illa terminū personarū hęc vnus essentia. Sic enim qualibet creata imago, rei cuius est imago magis dissimilis est quā similis. Secūdo patet: quia sicut Deus est naturæ intellectualis: sic & anima nostra inter omnes creaturas inferiores sola est intelligēs. Vnde Augustinus 14. de trinitate. *Eo anima nostra Dei imago est, quo cōpax eius & particeps esse potest. Tertiu patet, quia sicut Deus omnibus præfertur & dominatur: sic & homo omnibus aliis creaturis.* Vnde Magister li. 2. dist. 15. *Omnibus creatis atque dispositis nouissimē omnium factus est homo tanquā omnium possessor, & dominus omnibusq̄; præferēdus.* Psal. *Omnia subiecit sub pedibus eius.* ¶ Sed hic occurrit dubium. Vtrū mulier æquē sit imago Dei sicut vir? Arguitur q̄ sic: quia dixit Deus. *Faciāmus hominē ad imaginem, & similitudinē nostrā: masculū & feminā fecit eos.* Ad oppositū videtur Apostolus, d. *Mulier orans velat caput suū: vir autē nō debet velare, quia imago & gloria Dei est: mulier autē viri.* Respondeo, nam vt dictū est, ideo anima nostra dicitur imago Dei, quia eius proprietates in se continet & nobis ostendit. Sciendū ergo q̄ quædam sunt in Deo, quæ representat mulier æquē sicut vir, vt trinitatē personarū, & vnitatē essentialis: & secundum ista mulier æquē est imago Dei sicut vir. *Aliqua sunt quæ representat vir & nō mulier: & secundum ista mulier non dicitur imago Dei, sed vir.* Et ista maxime sunt quatuor, vt ostēdit glo. super illud Apostoli. *Vir est imago & gloria Dei, mulier autē viri.* Primum quia sicut ex Deo omnia, ita ex Adā omnes homines. Secundū quia sicut de latere Christi dormienti in cruce formata est ecclesia, & eius fluxit origo, sic de latere Adā dormientis, orta fuit & formata Eva sua sponsa. Tertiu quia sicut regit Christus ecclesiā, & ecclesia sibi subseruit, sic vir mulierē habet regere, & mulier subseruit. Quartū quia vir principalis imago Dei dicitur quantū ad intelligentiā quā mulier, quia naturaliter in viro magis viget ratio, in femina autē magis sensusualitas. ¶ Ex dictis ergo tres cōclusiones eliciuntur. Prima q̄ in aliquibus vir & mulier æqualiter sunt imago Dei. Secunda quia in aliquibus vir & mulier, sed vir principalis. Tertia, q̄ in aliquibus vir, sed nō mulier. De ista ergo imagine dicit psal. *Veritatem in imagine pertransiit homo, quia quicūque tam bonus quā malus amās cœlestis, siue terrena, imaginē Dei in se cōtinet: quia licet imago Dei per peccatū obscuratur in nobis, tamē quo ad essentia pœnitentis deleri nō potest.* ¶ Tertia principalis imago est in quā lapsus est homo, scilicet, macula peccati. Qualibet enim anima peccās in se imaginē diaboli facit & culpā. Fecisti tibi imagines & fornicata es in eis. Anima enim sibi imagines facit cū quibus fornicatur, cū peccata in se ponit cū quib⁹ delectatur. Vnde alius facit sibi imaginē superbiam, alius luxuriam, &c. Vnde Origenes Homil. 13. super Gen. dicit: *Fecit Deus hominē ad imaginē suā, huius imaginis pictor est Dei verbū. Et quia tantus pictor est, imago eius per malitiā obscurari potest, sed deleri nō potest: manet semper in te Dei imago, licet tu tibi ipsi superinducas imaginē peccati. Ista picturā tuipe tibi depingis. Cū enim te libido sul-*

Imago

Magister li. 2. di. 16 Imago. Verbum.

Magister li. 1. di. 3. Sapient. 7. Iou. 1. Quæstio.

Magister li. 1. di. 31.

Imago. Anni: 7. 11. 10. 11. G. n. 1. August. 83. y. 8.

Magister li. 1. di. 31.

Magister li. 1. di. 31.

August. 10. de trinitate.

August. 14.

Quæstio. Vir. Mulier. Gen. 1. 1. Cor. 11.

Eccl. 10.

Mat. 4. Bernar. 10. Auaritia.

1. Cor. 11.

Greg. 15. mor. 11.

Imago. peccati.

Exech. 16.

Origenes homil. 13.

cauerit, induxisti colorē vni terre. Si vero avaritiæ studes, induxisti aliū. Si te ira sanguineū facis, addis tertiu colorē. Si superbis, addis aliū. Et sic per singulas malitiæ species; vel vt quibusdā coloribus congregatis imaginem terrenā tu tibi ipsi depingis. Ipse ergo deprecādo est, qui dicit per prophetam. Ego deleo iniquitates tuas. Et cum deleuerit in te istos malitiæ colores, resplendet in te imago illa quā Deo est creata: hæc Origenes. Vnde de quolibet peccatore diligente peccatum dicitur. Diligit mortuæ imaginis effigiem. Et verē peccatum mortis imago dicitur: quia animas ad mortem inducit. ¶ Omnis qui adorauerit imaginem bestie occidetur. ¶ Quarta est imago ad quā vel propter quā factus est homo: scilicet gloria æterna. Rom. Nā quos præsciuit & prædestinavit, conformes fieri imaginis filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, &c.

**641. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.**

Hic cōsequenter agit de malorū vana cupiditate. Volens enim hic ostēdere Psal. malorum vitia, inter omnia elegit, vt dicit glo. agere de avaritia: quia illa radix est omnium malorū: & ex cōsequenti omnia alia mala superat. Odibilis coram Deo superbia & execrabilis omnis iniquitas: avaro autē nihil est scelerius. Vnde Bern. super illo verbo. Hæc omnia tibi dabo, si cadēs adoraueris me, dicit. Planē avaritia radix iniquitatis, ambitionis occasio, subtile malū, secretum virus, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, luorum parēs, omnium vitiōrum origo, criminū fomes, virtutū erugo, tinea sanctitatis, execratrix cordiū ex remediis morbos creans, generās ex medicina languorem, &c. Non ergo immeritō volēs Psalmista ostēdere malorū vitia, avaritiā proponit, d. *Thesaurizat & ignorat, &c.* Si ergo avaritia tantū est peccatū, cui dubiū q̄ magnā inferat penam, tam in presenti quā in futuro: Quod ostēdet Greg. super illo verbo Iob 20. *Omnis dolor irruet in eū: sic dicit. Avarus nōque primo dolorē habuit in ipsa sua cōcupiscentiæ fatigatione, qualiter scilicet cōcupita acquireret, & quomodo alia blāditis, alia terroribus auferet. Ad postquā acquisitis rebus peruenit ad desiderium, alius hūc dolor fatigat, vt cū sollicito timore custodiat, quod cum graui labore meminit acquisitū. Hinc insidiatēs metuit, atq; hoc ipse perpeti quod alius fecit, pertimescit. Formidat potiorē alterū, ne hūc sustineat violentū, pauperē vero cum cōspicit suspicatur furem. Ipsa quoq; quæ congesta sunt, curat magnopere ne ex natura proprie defectu per negligentia cōsumantur. In his itaq; omnibus quia timor ipse pœna est, tanta infelix patitur, quāta pati timet: post hæc quoque ad gehennā ducitur, æternis cruciatibus mācipatur. Omnis ergo dolor super avarū ruit, quē & hic prius pœna concupiscentiæ, postmodum vero pœna custodia, & illic quādoque pœna vltionis cruciat æternæ, &c. Et tamen nō mēte cōsiderat q̄ relinquēt alienis diuitias suas & sepulchra eorū, &c. Et bene alienis, quia *thesaurizat & ignorat cui congregabit ea.* Tales sic thesaurizantes reprehēditur Baruch 3. *Vbi sunt qui argentum thesaurizat, & aurū in quo cōfidunt homines? Sequitur, exterminati sunt, ad inferos descēderunt.* ¶ Sed hic est dubiū, quod est maius vitii, vel avarē thesaurizando cōgregare, vel prodigalitate congregata cōsumere. Ad hoc dico quod secundū Philosophū: Avaritia maius vitii est prodigalitate. Quod probat primo, quia melius est infirmari morbo cu-*

rabili, quā incurabili. Prodigalitas autē est morbus curabilis, vel ab ætate. Nam qui prodigi sunt in iuuentute cū veniūt ad senectutē, vt plurimū curatur eorū prodigalitas, quia senes avariores sunt iuuenibus. Secūdo curatur ab egestate. Nā qui prodigi sunt, vt plurimū egent, quia expellā superabundant reditibus, experiēdo autē indigentia inducūt ad prodigalitate detestationē. Sic igitur secundū Philosophū, prodigalitas est morbus curabilis, sed avaritia est morbus incurabilis. Quia quanto quis plus procedit in avaritia, & quanto plus fenescit, tanto plus avarus efficitur. Secūdo hoc idē probat Philosophus, quia prodigalitas est magis propinqua virtuti, quā sit avaritia. Nam liberalis nō libenter recipit, & libetē dat, quorū vtrūq; facit prodigus, neutrum tamē facit avarus. Non ergo differt prodigalitas à liberalitate, nisi quia prodigus nō dat vbi debet, & quibus & cuius gratia debet. Quare quod prodigus nō sit amator pecuniæ, sicut nec liberalis de leui, cum quis est prodigus, potest fieri liberalis.

**Et nunc quæ est expectatio mea? nonne dominus? & substantia mea apud te est.**

Hic cōsequenter agit de iustorū optata sinceritate. Magna enim est differētia inter vota malorū & bonorū, quia mali solū petūt vana & tēporalia, iusti autem petūt spiritualia. Vnde ista pars diuiditur in partes quatuor, secundum q̄ iusti maxime quatuor desiderāt: scilicet primo diuinā veritatē: secūdo cordis puritatem: *ibi. Ab omnibus iniquitatibus.* tertio patientiæ firmitatē: *ibi. Obmutui & non aperui os meum.* Quarto culpa punitionē: *ibi. A fortitudine.* ¶ Primo ergo affectat iusti habere Deum, non vana mundi. Et hoc est quod dicit. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Deus?* Istum verbum exponit glo. de incarnatione Christi, de qua superius dixerat. Notū fac mihi domine sine meū: id est, Christū incarnandū. Sciebat enim q̄ sine Christi aduētu ad gloriā trāsire nō poterat. Ideo ipsius aduētu ardentē expectabat, d. *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Deus?* id est, quādiu sum in vita præsentī, quid est illud quod desidero, quod expecto: certe nō tēporalia & trāsitoria, sed ipse dominus: scilicet Christus est expectatio mea, qui est dominus omnium, qui habet in semore suo scriptū, Rex regū, & dominus dominorū. Et quid expecto? certe q̄ natura mea ab ipso sit assumpta, & diuinitati vnita. Et hoc est quod dicit: *Nonne substantia mea apud te est?* id est natura mea à te assumpta. Et loquitur de futura incarnatione tanquam de præsentī, d. *Apud te est:* propter certitudinē fidei, quā de assumptione nostrē substantiæ a verbo fidei habebat. ¶ Vel hic versus de expectatione domini ad vltimū iudiciū etiā secundū glo. potest intelligi, quoniam iusti expectāt gaudēt, mali autem cū tremore: vt ostēdit Greg. d. *Visionē districti iudicis, quā iustus vehemēter expectat, iniustus venire formidat. Iustus nāque labores suos cōsiderās mercedē retributionis querit, & causā suā meritū sciēs, præsentia iudicis expectat, eūque vt veniat in flāma ignis dans vindictā impiis, & cōtēplationis suæ speciem in retributionē iustis deserēs piissimo ardore cōcupiscit. Ille vero q̄ iniustitia suā meminit, venire iudiciū perhorrescit, actusq; suos examinari metuit, quā dānari si examinētur nouit. Merito ergo iustus dicit: *Et nunc quæ est expectatio mea? nonne Deus?* scilicet vt veniat ad iudiciū. Et substantia mea apud te est. Substantiā enim dicit, bonæ cōscientiæ possessionē. Et de substantia bonæ cōscientiæ dicitur.*

Prodigalitas. Auaritia.

Mali. Bonus. Incarnatio Christi.

1. Pet. 1. 9.

Iudicium vltimum.

Greg. 13. mor. c. 28.

Hebr. 3. dicitur. Participes Christi effecti sumus, si initium substantiæ eius firmum vsque in finē tenuerimus.

643. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Erue. Hic consequenter petit mētis puritatem. Ruo, is, secundum grāmaticos componitur, cum, e, & dicitur eruo, is, & est eruere, idem quod euertere: & illud eruitur quod totaliter euertitur. Peccator ergo dum est in peccato dorsum vertit ad Deum, & faciem ad diabolū. Clamet ergo Deo & dicat. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. id est eerte. ¶ Et nota, qd dicit ab omnibus, quia multæ sunt secundum glō. etiam in homine iusto. Et si accipiantur iniquitates pro peccatis grauioribus (vt cōmuniter accipitur) quæ nō cadunt in iustis hominibus, tūc dicitur qd dupliciter Deus hominē eruit ab iniquitate. Vno modo de iniusto ipsū faciendo iustum: & tunc ista verba nō sunt hominis iusti, sed peccatoris. Alio modo ipsū ab iniquitate præseruādo, ne cadat, vel fiat iniquus: & sic sunt verba iusti hominis. Et sic intelligitur ad propositum. Considerabat enim Dauid se in magnis fuisse lapsum peccatis, sed Dei gratia liberatū: ideo timens reciduationē petit perseuerare. Sed quia iusti hodie vituperantur à malis: ideo subdit. *Opprobriū insipientiū dedisti me*, quasi dicat. Et quia sic ego declinare intendo peccata: ideo opprobrium factus sum malis. Quoniam stultus qui remanet in vanitate irridet bonos, quia deridetur iusti simplicitas.

644. Obmutui, & non aperui os meum: quoniam tu fecisti, amoue à me plagas tuas.

Tacere, malus. Hic cōsequenter petit patientiæ firmitatē. Statim enim dixerat se insipientibus datum in opprobriū, tamen opprobria superauit tacendo: propter quod dicit. *Obmutui & non aperui os meum*. Summum enim remedium contra malos homines insultantes, est tacere, quia eorum malitia responsonibus non fedatur, sed magis inflammatur: vnde Chrysostr. super illud Matt. 2. 1. Relictis illis Iesus, abiit foras, ait: Relictis illis Iesus abiit foras, vt recedendo compesceret, quos respondendo non potuit, quia malus non docetur sermonibus, sed irritatur. Malum enim hominem tacendo, vel locum dando melius poteris vincere quā respōdēdo. Nam si cōtendis irrationabile ratione placare: & ipsū nō placas, & te ipsum subiciis, &c. Consimili modo Psalmista malos tacendo superauit, d. *Obmutui, &c.* Respondere enim improperanti iniquo, signum est perturbationis interioris. Narrat Valerius, quod Egles, qui athleta mutus, cum sibi præmiū victoriæ quam adeptus fuerat, videret auferri indignatione tam magna accensus est, quod vocalis euasit. Sic & in proposito, multi in aduersitatibus & opprobriis sunt muti patienter opprobria tolerantes. Sed si cōtingat eos in vocem erumpere respondendo, hoc signum est magnæ ipsorum indignationis, & iræ: ideo dicitur. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam. Dicit ergo Psalmista: *Obmutui & non aperui os meum*. Et statim subdit à quo tantam virtutem patientiæ habuit, d. *Quoniam tu fecisti*. Scilicet me patientem, dans mihi patientiam. Et vt tall patientiā perseueret, subdit. *Amoue à me plagas tuas*, quod duobus modis intelligitur. Vbi nota qd per plagas intelligit pœnas & aduersitates à Deo nobis immittas. Percussit dominus plebem plaga magna. Ista ergo aduersa à se

remoueri postulat ne scilicet ab eis superatus cadat. Vel aliter & melius. Ista aduersa iustus à se amoueri postulat, non quidem ne patiatur aduersa, sed ne aduersa credat esse plagas, sed magis plagarum medicinas. Vt aduersa reputet esse remediū non dispendium, quia sic fortius seruabit patientiā exemplo infirmi, qui amaram medicinam recipit, quam putat remediū, quam patienter non reciperet, si putaret nocuentum. Cui satis concordat sequens litera, d. *Propter iniquitatem corripuisti hominē*. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, propter iniquitatem corripuisti hominem.

Hic enim ostendit quod Deus nos punit pro peccatis vt sanet, non vt perdat. Vbi notandum, qd flagella quæ nobis Deus pro peccatis immittit, vt nos à peccatis emundet vocantur increpationes, quia per illa nos arguendo corrigunt: de quibus dicitur Iob 5. *Beatus homo qui corripitur à Deo, increpationem ergo domini ne reprobet*. Quod exponens Greg. d. *Electus quisque vt æterna supplicia euadat & præmia acquirat æterna, debet hic afflicto flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inueniri*. Ipso nāque infirmitatis nostre pondere deorsum quotidie ducimur, nisi miri manu artificis per subleuantia flagella releuemur: propter quod dicitur. *Beatus vir qui corripitur à domino: prima autem virtus est, ne perpetrari debeant, sed vitari peccata: secunda autem saltem perpetrata corrigere*. Sed plerumque culpas immittentes non solum non vitamus, verum etiam nec cōmissas cognoscimus. Et peccatoris mens tantum altius tenebescit, quantum nec damnum suæ cæcitatē intelligit. Vnde fit plerumque diuini muneris largitate vt culpam pœna subsequatur, & flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas cecabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, vt excitetur, quatenus qui statum suæ rectitudinis securus perdidit afflictus cōsideret quo iacet. Hinc itaque ipsa asperitas correptionis origo fit luminis. Vnde per Paulum dicitur. *Flagellat autem Deus omnem filium quem recipit*. Beatus ergo vir qui corripitur à domino, quia per hoc peccator dolore correptionis præmitur, quandoque ad beatitudinem eruditur. Increpationem ergo domini ne reprobet. Et hoc bene nouerat psal. d. *A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus, &c.* defeci illo scilicet modo quo deficit iustus. Defecit in salutari tuo anima mea. Sicut enim quis peccando deficit à iustitia, quia definit esse iustus: sic quis peccata relinquendo deficit à culpa, quia definit esse peccator. Quia ergo increpationes domini (vt dictum est) animam purgant à culpa, ideo per illas iusti deficiunt: scilicet à peccatis. Et quod tales domini increpationes sint propter iniquitates nostras purgandas, subditur, *propter iniquitatem corripuisti hominem*, quasi dicat, secundum glō. Increpationes tuæ domine sunt ad correctionem, quia per eas corripuisti hominem, aliter enim iniquitas incurata maneret. ¶ Ex quibus apparet quod flagella domini & aduersa plus nobis proficiunt, quam prospera. Dicitur autem, quod aqua ei melior est quam vinum: cuius ratio est, quia vt plurimum, vinum in corporibus eorum accescit: id est fit acerum. Sic & moraliter quandiu sumus in hoc mūdo paralyti dissoluimur, sicut patet ex contrarietate metuum quos sentimus: ex hoc quod

caro concupiscit aduersus spiritum & econuerso. Et ideo plus nobis aqua proficit quam vinum. Per aquam intellige aduersa, sed per vinum prospera: quia vinum in cordibus citō accescit, id est, in amaritudinem & conscientiæ remorsum citō cōuertitur: & ideo dicitur. *Melius est ire ad domum lactus, quam ad domum conuiuij*. De isto inquam vino prosperitatis dicitur. *Fel draconum vinum eorum, &c.* De aqua autem aduersitatis dicitur. *Transiuimus per ignem & aquam, &c.* Consequenter autem modum diuinæ increpationis ostendit cum subdit.

646. Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius, veruntamen vanè conturbatur omnis homo.

Secundum grāmaticos tabeo, es, idem est, quod putrescere, deficere, vel liquefieri. Aranea igitur dicitur tabescere, quia habet corpus tenue & citō liquefit, vel deficit ad tactum alterius. Sic & iustus ad tactum Dei, quando per flagella tangitur, citō deficit à peccatis, & liquefit æternorum amore. ¶ Et notat hic glō. conditiones araneæ, propter quas eidē iustus cōparatur, d. Aranea enim corpus tenue habet, nec in terra, sed in alto stat, telas egestione viscerum texit. Consimiliter anima conuersi ad Deū & afflicti, terrena deserit stans in alto cœlestis conuersationis: & subtilis operationes perficit timore Dei tabefacta, id est, humiliata. Vel comparatur homo iustus araneæ, quia sicut aranea quoddam tabidum est & infirmum, sic anima hominis infirmitate, & humilitate eruditur, vt non de se præsumat qui displicuit fortitudine & superbia. Est ergo sensus. Ita hominem erudisti, quia tabescere fecisti sicut araneam animam eius: id est, fecisti vt anima tabesceret, id est, infirma fieret per humilitatē, deposita superbia quasi aranea, qua nihil est tabidius, quæ leniter tacta digito, deficit. Hæc enim infirmitas bona est, sicut ante fortitudō superbia erat mala. Sic enim dicitur. *Anima eorū tabescebat in malis: scilicet pœnæ*. Ex quibus apparet quod de flagellis & increpationibus Dei nullus debet conturbari, quia sunt ad correctionem non ad perditionē. Et si quis de illis conturbatur peccat. Et hoc est quod subditur. *Veruntamen vanè conturbatur omnis homo*, supple qui de flagellis Dei conturbatur.

647. Exaudi orationem meam domine, & deprecationem meam, auribus percipe lachrymas meas.

Hæc est tertia principalis pars, in qua agit de exoranda diuina bonitate. Et tria facit. Quia primo diuinam pietatem postulat: secundo suam egestatem explicat: tibi. *Ne fileas*, tertio suam voluntatem manifestat: tibi. *Remitte mihi*. ¶ Primo ergo diuinā bonitatem exorat, d. *Exaudi orationem meam domine*. Vbi nota qd differentia est inter orationem & deprecationem. Quoniam oratione, bona cōcedi petuntur, sed deprecatione mala remoueri. Sic ergo iste duo postulat: scilicet æterna bona sibi conferri, d. *Exaudi orationem meam domine*, secundo mala sua terminari, d. *Et deprecationem meam*. Vel aliter distinguit glossa, d. quod oratio est quando Deo pandimus vota, sed deprecatō est frequens supplicatio: componitur enim ex de, quod est valde & precor. Sed ne putes psalmista tantum verbis orare, subdit. *Auribus percipe lachrymas meas*: quia lachrymæ orantis Deum cogunt ad exaudiendum: propter quod

dixit Angelus Tobia. Quando orabas cum lachrymis, ego tuli orationem tuam coram domino. Ne fileas quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Hic consequenter ostendit Psalmista suam necessitatem: quia indigens aduena & peregrinus nihil habens. ¶ Notandum quod Deus quandoque loquitur nobis, quandoque vero silet à nobis. Loquitur enim nobis quādo occulte cordibus nostris salutē nobis inspirat. Sic enim ipsum sibi loqui considerabat Psal. Deo dicens. *Dic animæ meæ salus tua ego sum*. Silet autem à nobis quando salutem nobis non inspirat: id est, opera salutis nō facit nos facere. Sic enim dicebat supra psal. 27. *Ad te domine clamabo Deus meus, ne fileas à me & assimulabor descendentibus in lacum*. Dicit ergo Psalmista Deo. *Ne fileas*, id est, dic mihi salus tua ego sum. Vel *ne fileas*, id est, dic mihi, remissa sunt tibi peccata tua. Vel *ne fileas*, id est, in futuro dic mihi, venite benedicti patris mei. Et addit causam, quare hoc petit, d. *Quoniam aduena ego sum apud te, &c.* Aduena enim dicitur, qui non est in ciuitate vel loco suo, sed tanquam peregrinus & forensis alibi ad tempus habitat. Sic & spiritualiter iusti hic aduena sunt, & peregrini, quia in mundo isto mente non conuersantur, sed in cœlis. Sic enim dicit Apostolus. *Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram* inquam: sic etiam dicit: *Quandiu sumus in hoc corpore peregrinamur à domino: id est, remoti sumus à Deo spe, tamen in mente ipsum habemus per fidem*. Sed ibi querit glō. cum alibi scriptum sit. *In Christo viuimus mouerur & sumus*, qualiter ergo dicimur peregrinari à domino, vel peregrini esse apud Deum? Sic enim vbique est Deus, & in eo sunt omnia: dicimur tamen peregrinari ab eo, quia & vbique Deus est, non tamen hic videtur sicut in cœlis, peregrinamur ergo non fide, sed spe. Sic enim dicit psal. *Quoniam aduena ego sum apud te*, scilicet aduena & peregrinus sum per spem, sed apud te sum per fidem. Et hoc sicut omnes patres mei, quod ideo dicit, ne ab hac conditione aliquis putetur extraneus.

Remitte mihi, vt refrigerer priuquam abeam, & amplius non ero.

Hic consequenter suam petitionem declarat. Hoc enim principaliter petit vt sua sibi debita remittantur, sciens quod ad ciuitatem cœlestem nemo immundus accedere potest. Omnis enim peccator in vita præsentī æstu vitiorum vitur & variis concupiscentiis, sed per pœnitentiam ab æstu vitiorum mens refrigeratur. Et tempus pœnitentiæ est solum in hac vita: ideo subdit, *Priusquam abeam*, id est, recedam de præsentī vita. Nam eo, is, componitur cū ab & dicitur ab eo, is. Et est abire idem quod recedere: & quia homo per mortem ex ista vita recedit, ideo cum moritur, dicitur abire. Dicit ergo. *Remitte mihi*, scilicet peccata mea, vt refrigerer: scilicet, per pœnitentiā. Et hoc priusquam abeam, id est, per mortem recedam: quia tunc amplius non ero. Scilicet, in statu merendi, vel in statu in quo remissionem peccatorum recipere possim. Homo enim post mortē dicitur non esse, quia homo mortuus non est homo. Hierē. 4. *Intuitus sum, & ecce non erat homo*. ¶ Quia Psalmista hic querit sibi dimitti peccata antequam abeat: querit vt vtrum post vitam aliqua



peccata dimittantur. Agidius 2. artic. 2. q. 1.

PSAL. XXXIX.

650. 31. 1. 4. quid sit. 3. mis.

**E**xpectans expectavi dominum, & intendit mihi.

Secundum Magistram in glotitulis istius psalmi est. In fine psalmus David. Et licet consimilis titulus pluribus in precedentibus psalmis fuerit positus, tamen aliter hic intelligitur, quam in aliquo predictorum psalmorum. Vbi nota, quod finis in titulis psalmorum, quandoque significat Christum, qui dicitur finis, quia ad ipsum nostra fides & intentio terminatur. Rom. 10. Finis est Christus ad iustitiam omni credenti. Aliquando significat plenitudinem temporis, in quo Christus fuit incarnatus, quia tunc finis fuit promissionum. Et tunc maxima Dei charitas nobis fuit ostendendo dicitur. In finem direxit eos. Quandoque vero significat novum testamentum, & novam legem, quia in ipsa tanquam in fine omnia sacramenta revelantur. Et quia ipsa fuit finis legis antiquae, Christo, d. Non veni legem solvere, sed adimplere. Et de lege nova quae consummavit, id est, perfecit antiquam legem dicitur. Omnis consummationis vidi finem. Et sic accipitur hic finis pro lege Evangelica a Christo tradita & pro novo testamento: quod ecclesia longo tempore expectavit desiderans Christum, ut novum daret testamentum. In qua expectatione multa sustinuit a diabolo occulte & manifeste. A quibus etiam post novae legis perceptionem omnino immunis non fuit, diaboli insidias vincens aperte & occulte nocetis. Diabolus enim est leo & draco. Leo dum aperte saevit, ut fecit tempore martyrum, ubi opus fuit patientia. Draco vero cum occulte insidiatur, cum movet tentationes sicut nunc facit, ubi opus est vigilantia. Et magis timendus est, cum fallit ut draco, quam cum sequitur ut leo. Inter haec autem non desinit expectare donec Christum & novam legem receperit. Est ergo sensus tituli talis. Psalmus in finem, id est, iste psalmus dirigens in finem, id est, in novum testamentum, quia agit de mutatione veteris testamenti in novum, attribuitur David, id est, Christo qui loquitur in hoc psalm. ex persona membrorum suorum. Intentionem movet ut reliquis caerimoniis legis & superstitione idololatriae, ad novum testamentum accedamus. De materia autem istius psalmi diversa fuerunt opiniones. Prima opinio Ra. Sa. d. q. istum psalmum fecit David gratias agendo Deo pro beneficio liberationis populi Israel de terra Aegypti, & servitute Pharaonis, ubi serviebant maxime in luto facientes lateres ad edificationem civitatum, quas Pharaos faciebat fieri. Et hoc notat David, cum in persona eiusdem populi liberati gratias Deo agens dicit. Eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis. Sed haec opinio reprobatur, propter quod hic dicitur Deo. Sacrificium & oblationem noluit, &c. Ex quo ostenditur evacuatio sacrificiorum & oblationum veteris testamenti, ut patet exponendo literam. Certum est autem quod talia sacrificia tunc non fuerit reprobata, sed tunc magis instituta, & ordinata in monte Sinai. Aliorum fuit opinio: quod istum psalmum fecit David pro gratiarum actione, quando fuit liberatus a persecutione filij sui Absalon. Sed contra hoc videtur quod in principio huius psalmi dicitur. Et immisit in os meum canticum novum, &c. Certum est autem quod David fuit liberatus ab illa persecutione per morte

Rom. 10.

Rom. 10.

Mat. 5

Psalm. 138.

A ipsius Absalon, pro qua David non cecinit canticum laetitiae Deo, sed magis meroris & tristitia, quia tunc planxit David dicens. Fili mi Absalon, quis det mihi, ut moriar pro te fili mi? ut patet, 2. Reg. 8. Dicendum ergo quod istum psalmum non fecit David pro aliqua praeterita, sed in persona Christi ad literam hunc psalmum copulavit. Quod probat Apostolus ad Heb. 10. ostendens verba istius psalmi ad litteram in persona Christi dicta, d. Impossibile est sanguine hircorum, aut vitulorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit, scilicet Christus, Hostiam & oblationem noluit, corpus autem aptavit mihi, holocaustomata & pro peccato tibi non placuerunt, tunc dixit, ecce venio. In capite libri, &c. Ex quibus clare patet quod iste psalmus ad litteram de Christo intelligitur. Veritatem autem antequam ad psalmi expositionem accedamus: regulae sunt advertendae. Prima quod tanta est vis o capitis ecclesiae, scilicet Christi ad corpus quod est ecclesia, quod sub uno contextu verborum scripturae sancta quadoque loquitur de capite & statim transit ad membra, & econverso. Verbi gratia primo dicitur. Induit me vestimento salutis, &c. & quasi sponsam decoravit corona. & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Quod enim dicitur quasi sponsam, refertur ad ecclesiam caput, scilicet ad Christum: quod vero dicitur & tanquam sponsam, refertur ad corpus quod est ecclesia: ut dicit Augustinus. Quod clarius patet in novo testamento. Nam Act. 9. dicitur: Saul Saul, quid me persequeris? id est, corpus meum mysticum, quia Saul non persequetur Christum in persona propria, sed eius fideles, & tamen statim de persona propria subdit Christus, d. Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Secunda regula est de corpore domini bipartito, quia in corpore domini mystico conveniunt simul boni cum malis usque ad diem iudicii: sed tunc segregabuntur boni a malis. Et ratione huius commixtionis in praesenti, aliquando vituperatur boni cum malis: sicut Esa. 1. Cognovit bos possessorem suum, &c. Israel autem me non cognovit, &c. Aliquando vero propter bonos etiam insinuat mali commendantur indistincte. Osee 11. Puer Israel & dilexi cum: in Israel & boni & mali simul continebantur. Quibus praemis accedo ad psalmi expositionem: dividitur ergo psalmus in partes tres. Quia circa Christi incarnationem primo ponitur gratiarum actio: secundo incarnationis exprimitur ratio: ibi. Sacrificium & oblationem. tertio corporis mystici ponitur devota deprecatio: ibi. Tu autem domine. Circa primam partem tria facit. Quia ponitur primo incarnationis ingens antiquorum desiderium: secundo incarnationis adimpletum mysterium: ibi. Et statuit. tertio incarnationis Christi multiplex miraculum: ibi. Multa fecisti. Prima in duas: quia ponitur primo antiquorum desiderium: secundo desiderij perfectum adiutorium: ibi. Et exaudivit. Quantum ad primum sciendum, quod corpus Christi mysticum, scilicet, antiqui sancti patres sciebant revelatione spiritus sancti Christum incarnandum, & ex scripturis sacris yugine parituram pro redemptione generis humani, & per fide ipsius incarnationis humanum genus salvandum. Ideo cum ingenti desiderio eius expectabant adventum. Unde ad personam verbi clamando Esa. 64. d. Utinam distrumperes caelos & descenderes. Et psalm. 143. Domine inclina caelos tuos & descende. Unde in persona antiquorum patrum, scilicet corporis Christi, loquitur, d. Expectans expectavi dominum. Et nota quod differentia est inter expectare quando simpliciter

Et hoc est quod ait Greg. d. Alto naque consilio omnipotens Deus differre solet voces petentium, ut mentis patientia crescat, quatenus eo magis exaudiantur ad meritum, quo citius non exaudiuntur ad votum. Unde scriptum est: Deus meus clamabo per diem, nec exaudies, & nocte. Atque ipsa utilitas de exaudienda mora, mox subditur, cum illic protinus subinfertur. Et non ad insipientem mihi. Ad multiplicandam quippe sanctorum sapientiam proficit, quod postulat tarde percipiunt, ut ex dilacione crescat desiderium: & ex desiderio intellectus augeatur. Intellectus vero cum intenditur, in Deum ardenter affectus aperitur. Affectus vero ad percipiendam caelestia, tanto sit capax quanto fuerit loganimitas expectando. Ut ergo Deus sic augendo vota nostra intendat, ipsum rogemus dicentes illud psalm. Intende deprecationem meam. Aliomodo nobis intendit, quando vota nostra considerans annuit nobis. Sic enim orabat psalm. d. Intende voci orationis meae. Et psalm. 54. Intende mihi & exaudi me. Dicit ergo psalm. Expectavi dominum: scilicet Christum incarnandum. Et intende mihi, id est, exaudi me. Et istum intellectum declarat statim subiungens.

**E**t exaudivit preces meas, & eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis.

Hic consequenter ponitur desiderij perfecta exauditione. Fines enim Christi incarnationis erat liberatio generis humani, ipsod. Filius hominis venit salvare quod perierat. Et hoc praevideus psalm. coplendum dicit. Exaudivit preces meas: in hoc quia eduxit me de lacu miseriae. Quod enim erat futurum praedixit praeteritum propter prophetiae certitudinem. Quid enim in scriptura dicitur lacus miseriae, nisi ipse infernus, qui aliquando terra, aliquando lacus nuncupatur? ut

psalm. 5. oratio. ignis. vni.

origenes

greg. 2. e. mor. 1. 2. exaudire

psalm. 21.

psalm. 54.

651. De conse. di. 2. tit. 1. 1. 1. 1.

Mat. 18.

Expecta. re. in. edere.

ostendit Greg. d. Quid enim terra tenebrosa nominetur, nisi terra tartari claustra designant? quae & cretae mortis caligo operit, quia danatos quosque in perpetuum a vitae luce disiungit. Nec immerito infernus terra dicitur, quia quicumque ab eo capti fuerint, stabiliter tenentur. Scriptum quippe est. Generatio preteriti, generatio advenit, terra autem in perpetuum stat. Recte ergo inferni claustra terra tenebrosa nominantur, quia quos puniendo accipiunt, nequaquam poena transitoria, vel phantastica imaginatione cruciat, sed vitione solida perpetuae damnationis servat. Quae aliquando etiam laici appellatione significatur, propheta attestante qui ait. Portaverunt ignominiam suam cum his qui descendunt in lacum. Infernus ergo & terra nominatur, quia suscepta stabiliter tenet. Et lacus dicitur, quia quos ceperit semel, fluctuantes & trepidos tormentis circumfluentibus absorbet. Ille ergo infernus est ille lacus miseriae, ex quo Christus resurgendo sanctos patres eduxit. Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinclos de lacu, &c. Unde & psalm. d. Domine exaudivisti ab inferno animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum. Sic ergo & hic inferni lacus nomine notatur, dicitur. Et exaudivit preces meas, &c. Et eduxit me de lacu miseriae. Sequitur. Et de luto fecis. Quid enim pro luto facis, nisi carnalis concupiscentia significatur, quae pedes nostrorum affectionum inquinat & retinet, vel avaritia? unde Greg. ait. Luti nomine in sacra scriptura, aliquando terrenarum rerum cupiditas, aliquando sordidas iniquae doctrinae, aliquando desideria carnalis illecebra designantur. Per luto quippe terrenarum rerum multiplicitas designatur, sicut per Abacuch prophetam dicitur. Vae ei qui multiplicat non sua, quia aggravat contra se desum luto. Deso enim luto se aggravat, qui per avaritiam terrena multiplicans peccata sui se oppressionem coangustat. Rutilum per luto doctrina sordida designatur, sicut per eundem prophetam dominus dicit. Via fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, ac si diceret. Aperuisti iter praedicatoribus tuis inter doctrinas huius saeculi sordida & terrena sapienter. Per luto etiam desiderium sordidum voluptatis exprimitur: sicut psalm. deprecans, ait. Eripe me de luto, ut non insigat. Luto quippe inhærere est sordidis desiderijs concupiscentiae carnalis inquinari, &c. Ex quibus potest patere quod per luto tria peccata maxime significatur, quae hominum mentes inquinant, superbia, avaritia, & luxuria. De quibus omnibus Christus incarnatus nos eduxit: ideo dicitur, Ne obliuiscaris dominum, qui eduxit te de terra Aegypti: quodlibet enim peccatum terra Aegypti dicitur, quia animam fecit tenebrosam. Sed hic est dubium, quomodo Christus sanctus per se eduxit de lacu inferni, cum in inferno nulla sit redemptio? R. deo, supra vers. 108.

**E**t statuit supra petram pedes meos, & direxit gressus meos.

Hic consequenter ponitur de Christi incarnatione completum desiderium. Et dividitur in partes quatuor. Quia ponit primo incarnationis adimpletum mysterium: secundo novae legis praedictum Evangelium: ibi. Et immisit in os. tertio ad fidem factam conversionem Gentilium: ibi. Viderunt multi, quarto felicitatis aeternae promissum praemium: ibi. Beatus vir. Quantum ad primum sciendum, quod Petrus nomine incarnatus Christus intelligitur, teste Apostolo. Petra autem erat Christus. Haec est illa petra, de qua dicitur. Petra fundebat mihi rivus olei: quod de petra Christo exponit Grego. d. q. 1. Cor. 10.

Incog. tom. 1. y 2 petrae

Greg. 19. mor. 1. 4. 5. Terra est aeterna. Lacus. Infernus. Eccles. 1.

Zacha. 9. psalm. 29.

Lutum quid significat.

Greg. 3. q. mor. 1. 3.

Abac. 2.

Abac. 3.

Psalm. 68.

Deute 6.

Questio.

652. 1. q. 1. vos ante.

Petra. Olem. 1 Cor. 10. Job 29. Greg. 19. mor. 1. 2. 1. Cor. 10.

petra nomine in sacro eloquio Christus accipitur, Apostolus ostēdit, d. Petra autē erat Christus: quā videlicet petra nūc ad vsum sanctā ecclesiā olei riuus fundit, quia in ea loquēs dominus prādicamēta vnctōnis intīmā emanat. De hac petra Christo olei riuus exiit, liber Matthæi, liber Marci, liber Lucæ, liber Ioānis. In diuersis huiusmodi partib⁹ quot prādicamēta edidit, tot petra hæc per omniū Apostolorum ora olei riuus fundit. Toties adhuc petra hæc olei riuus funditur, quoties à sancto spiritu vn-gendis mētibus auditorū, ea quæ in libris veteribus de Christo dicta sunt, explanatur, &c. De hac ergo petra, scilicet Christo incarnato, ait. *Et statuit supra petra pedes meos.* id est, affectus quibus anima graditur, supra Christū incarnatū firmavit, quia per prādicatōnem Christi cōperūt homines tēporalia cōtēnere, & totū mētis affectū in amorem dirigere Dei. ¶ Et vide debitū ordinē, quoniā Christus per suā incarnationē prius de luto fecit, id est, de peccatis nos eduxit, consequenter autem pedes nostræ mētis per amorē supra petra Christū statuit, quia prius extirpanda sunt vitia, & consequenter inserendæ sunt virtutes. Et non solū affectiones nostras interiores ad seipsum direxit, sed etiā exteriores operationes, quā notās dicit. *Et direxit gressus meos.* id est, operationes. Direxit scilicet ad se, ne retro aspicerem, sicut vxor Loth, quæ respiciēs retro, versa est in statuam salis: propter quod dicebat saluator. Nemo mittēs manū ad araturū & respiciēs retro, aptus est regno Dei. *Direxit ergo gressus meos.* scilicet suis verbis & exemplis: actus humani generis in vitā direxit, & hoc per legem Euāgelicā, quæ ducit ad beatitudinē, quod lex antiqua facere nō potuit, quia nihil ad perfectū duxit lex. ¶ Notādū autē qualiter pedes nostros ad petra debemus dirigere. Pes enim noster, amor noster est. Et iste est duplex, scilicet dexter, & sinister. Dexter pes est charitas, & amor æternorū: pes vero sinister est cupiditas & terrenorū amor. Primus pes nunquam illaqueatur, quia vel nō est, vel est liber, quia secundū Apostolū. Charitas nō est ambitiosa, nō querit quæ sua sunt. Et ideo istū pedē in omnibus gressibus nostris semper debemus præponere, sicut generosā animalia faciūt. Quia vt dicit Aristoteli, aliqua animalia semper pedē dextrū præponūt, cū ambulare incipiūt, sicut leo. Ita & nos si volumus gressus nostros à Deo dirigere, semper pedē dextrum charitatis in omnibus nostris operibus præponamus Deo dicētes: Gressus meos dirige secundū eloquium tuū, vt nō dominetur mei omnis iniustitia.

Lucæ 9.  
Hebræ. 7.  
Pes.  
1. Cor. 13.  
Philos.  
psal. 118.  
653.  
Canticū.  
Amos 8.  
Amos 1.

legi. A ufer à me tumultū carminū tuorū, cātica lyrae tuæ nō audiā. ¶ Vel per cāticum vetus intellige canticum peccatorū, quod cantantes veteres homines facit & ducit ad interitū. Narrat fabulæ, quæ tres fuerunt in mari Syrenes ex parte mulieres, & ex parte Syrenes. Syrin enim Græcè dicitur trahere Latine, eo quod per dulcissimam cātus melodiam nauigātes per mare ad se traherēt & submergerēt: dum tamē cātantes eas audirēt nauigātes, vna illarum cātabat voce humana, altera canebar lyra, altera vero tibia. ¶ Moraliter autē istæ tres Syrenes incātatrices hominū sunt tria peccatorū genera, quæ suo sono mulcēt aures hominū ipsos ad interitū ducunt. Prima cantat voce humana, hæc est luxuria. Secunda cantat lyra, quæ Græcè dicitur stultitia, hæc est superbia. Tertia vero quæ canit tibia, hæc est auaritia. Quia sicut tibia radix videtur corporis nostri, sic auaritia corporis peccati radix dicitur esse. Radix omnium malorum cupiditas. O quales & quātos ista cātica anti-qua submerserunt, vt multi cum Iob conētur dicere. In cāticum eorum versus sum, id est, à statu gratiæ aduersus. Istud ergo est hominis veteris, & vetus cāticum. Aliud vero dicitur cāticum nouū, scilicet quod suo sono facit hominē nouum. Et hoc est lex Euāgelica, quā nouus homo attulit, scilicet, Christus, qui dicit. Ecce noua facio omnia. Hæc enim lex noua cantat factā pacē inter Angelos & homines. Facta est cū Angelo multitudo, &c. d. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, &c. Cātant de resurrectione domini, de incarnatione, de ascensione, & spiritus sancti missione. Quod Apostoli maxime cantauerunt in die Pentecostes, quando recepto spiritu sancto in signo visibili, loquebantur variis linguis magna Dei. Bene ergo de lege Euāgelica dicit fidelis psal. *Et immisit in os meū canticū nouū.* Quod totū cedit ad vtilitatē nostrā & ad Dei honorē: quod declarat, d. *Carmen Deo nost. o. id est, ad honorē Dei nostri.* ¶ Quia totus iste psal. agit de cantico legis nouæ. Ideo in isto psalmo de ipsa tractādo quarto primo, vturum canticū nouū, scilicet legis nouæ, debuerit cātari, vel dari à principio mudi vel potius in tēporis plenitudine referuari. 1. secundæ, q. 106. arti. 2.

Luxuria, Superbia, Auaritia.  
1. Tim. 6.  
Iob 30.  
Euāgelū, Apoc. 21.  
Lucæ 2.  
Actū 2.  
1. 2. q. 106. arti. 2.  
2. q. 4. hoc autē.

**D** Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in domino.

Hic cōsequenter ponit per Christi incarnationē factam cōuersionem Gētilium. Vbi notādū, quia multi ex Gētilibus vidētes signa, quæ in Christi incarnatione facta fuerunt, timuerunt Deum, scilicet timore filiali, quia cōuersi ab idololatria, ad cultum veri Dei peruenerunt, & sic in domino sperauerūt, vt fuerunt tres Magi: de quibus Matth. 2. Vidimus stellā eius, &c. venimus adorare eum. Vel hoc refertur ad id quod statim supra dictum est. *Et immisit in os meum canticum nouum.* quod verificatū fuit in missione spiritus sancti, quia tunc spiritus sanctus canticum nouum in ore Apostolorū misit, quādo loquebātur variis linguis Apostoli magna Dei. De quo mirabili signo nunc dicit. *Videbunt multi & timebunt.* quia ad vocē Apostolorū aliorūq; Deum laudantiū cōuenit multitudo, & mēte cōsula est præ nimia admiratione, vt dicitur Act. 2. *Et sperabunt in domino.* scilicet per penitentiā cōuersi ad dominū: quoniā vt ibi dicitur. Auditis verbis beati Petri, multi cōpuncti sunt corde de Christi morte, & conuersi sunt ad fidē. ¶ Sed aduertendū, quod si hoc intelligatur secundū primum modum, de vitiis in incarnatione Christi signis,

Mat. 2.  
Actū 2.

Philos.  
Audiens.  
philosofus.  
Meteo.  
655.  
De consue.  
di 4. g. 1. 1. 1.  
Iesū.  
Nomen.  
Lucæ 1.  
Actū 4.  
Vir.  
Mulier.  
Qualit.  
Grego. in moralib.  
Eclē. 1.  
Aug. 5. de ciuitate Dei.  
Templum.  
Ipsa. 15. etymo.

signis, vel de vitiis signis Apostolorum tēpore missionis spiritus sancti, certum est quod in vtroq; tēpore non solum Israëlita multa signa viderunt, sed & multa audierunt: propter quæ conuersi sunt ad dominum. Et hic solū mentionē facit visus & non auditus dicēs. *Videbunt multi.* & nō dicis audient multi: cuius ratio est: quia vt dicit Philosophus. Visus propter sui subtilitatē facilius immutatur ab obiecto, quā auditus. Sic enim docet experientia, quod si aliquem videris à remotis ligna cædentē, visus prius percipit illum actum, quā auditus sonum illius. Sic etiam & moraliter facilius ad bonum agendum immutatur cor hominis per visum, scilicet vidēdo alterius bona exēpla, quā solum per auditū, audiēdo, scilicet bona verba. Et ideo quia plus moti videntur tales vidēdo, vel Christum incarnatum, vel mirabilia per ipsum facta per visum quam per auditum, dicit. *Videbunt multi.* & non dicit audient: sic enim ad literā dicitur. Videntur ingressus tuos Deus, in ingressus Dei mei, &c. scilicet ipsum ingredientem in mundum & per mundum.

**B** Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius, & non respexit in vanitates & infanias falsas.

Hic cōsequenter ponitur ex Christi incarnatione æternum nobis promissum præmium. Vbi notandum quod proprium nomē verbi incarnati, est Iesus. Sic enim Angelus virgini. Vocabis nomen eius Iesum, &c. Iesus autē interpretatur saluator, quia nobis salutem tribuit: propter quod dicitur, quod non est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Dicit igitur. *Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius* id est, qui nō temporalia sperat ab eo, sed solum illud quod nomen eius, scilicet Iesus indicat, id est, qui solum sperat salutem apud Deum. ¶ Sed nunquid & cōsimiliter mulieres sunt beata: quarum spes est nomen domini, quare ergo solum de viro loquitur? Dicendum quod vir aliquando stat pro sexu, quādoq; vero pro virtute animi. Similiter & femina stat quandoque pro sexu, quandoque pro mollitia mentis: vt dicit Greg. Hic autē accipitur vir nō pro sexu, sed pro animi virtute, quod etiam mulieribus cōpetere potest. Et quod solum in nomine domini id est, in significato eius nostra beatitudo cōsistat & nō in temporalibus, subdit, d. *Et non respexit in vanitates & infanias falsas.* Per vanitates intellige omnia tēporalia, quæ sunt vana & instabilia. Vanitas vanitātū, &c. Per infanias vero intellige omnes mundi vel carnis voluptates, quia mentem insanā faciunt. ¶ Notandum autē ad declarationem huius. *Beatus vir, cuius est nomen domini spes eius:* scilicet, nomen Iesus, quod non immeritō spes huius nominis nos facit beatos, quoniam istud nomen est refugium miserorum, remediū infirmorum, solatiū mœstorū. Primo est hoc nomē refugium miserorum. Narratur in chronicis, & etiā hoc tangit beatus Aug. quod Romulus qui Romam cōstruxit, fecit ibi tēplum quod asylum nominatur cunctis ibi cōfugientibus impunitatē pollicitans, quam ob causam multitudinem fugitiuorum, qui apud suos ciues offensam contraxerant, tunc ad se cōfugientē habuit & recepit. Et sic aucta fuit ciuitas illa, quæ domina futura erat orbis. Sic & spiritualiter Deus ecclesiā fundaturus, in ea posuit tēplum. Dicitur enim tēplum secundū huic nomini Iesus aptissimē cōuenire. Est enim hoc nomē tectum à tegendo: id est protegendo dictum,

A psal. 90. Protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Et est hoc tectum amplū, quia in Israel magnum nomen eius. In hac autē ciuitate: scilicet ecclesiā, positum est hoc tēplum, scilicet nomē Iesus. Elegi Hierusalem, vt sit ibi nomē meum. Hinc autem templo cōcessum est, vt omnes ad eum cōfugientes impunitatē cōsequantur: ideo dicitur: *Turris fortissima nomē domini.* ad ipsam currit iustus, id est, qui vult iustificari & saluabitur. Ideo orat psal. d. In nomine tuo saluū me fac. Et hinc est quod ob spem salutis multi ad hoc nomē cōfugientes, ciuitatē ecclesię fecerunt populofam: vnde Bernardus super Can. Vnde putas in toto orbe tanta, & tam subita lux fidelis, nisi de nomine Iesu? ¶ Secundo hoc nomē est remedium infirmorum: vnde Petrus Rauē. de hoc nomine dicit: Hoc est nomē quod surdis dedit auditum, claudis gressum, mutis sermonē, vitam mortuis, totāmq; diaboli potestātē de obsessis effugauit corporibus. Vnde hoc nomē videtur quasi esse illa thiriaca, de qua dicit Auicē. 2. Can. quod est sublimior medicinarum & melior propter multitudinē sui iuuamēti. Et addit quod illis, qui ea vtuntur in horra, sanitatis, non nocent venena, & sunt securi ab agritudinibus pestilentialibus. Re vera sic est hoc nomen Iesus quod nō solum circa præsentia mala expellenda, sed etiam contra futura repellenda, & vniuersaliter cōtra omnia mala valet: vnde Bernardus super Cantic. Elestuarium habes o anima mea, recōditum in vasculo nominis huius, quod est Iesus, saluiferum certē, quodque nulli inuenitur pestilentia inefficax. Et ideo de hoc nomine dicitur Actuum 4. Neque enim est aliud nomen sub celo datum hominibus, &c. ¶ Tertio hoc nomē est solatiū mœstorum. Dicit enim Isidorus: quod oleaster est arbor inculta amara & infuētiosa. Cui tamen in seruis ramus Oliuæ vim radicis mutat & cōuertit eam in proprietatem suam, id est, illius rami. Sic & in proposito, nam arbor inculta & infructuosa erat humana natura peccatrix, quæ & amara dicitur, quoties in amaritudine & dolore recogitat annos suos attendens illud Hierem. 2. Scito & vide quā amarum est & malum te dereliquisse dominū Deū tuū, &c. Sic igitur oportet quod anima amaricata & dolenti inseratur ramus oliuæ, ille scilicet quod columba in ore suo deferens ad arcā reuerfā est, scilicet nomē Iesus. Est enim pater oliuæ fructifera duos ramos producens, scilicet filium & spiritum sanctū. Ille autē ramus insertus cōuertet radicē amaram, id est cor penitentis in sui qualitātē & suauitatē. Hæc est enim proprietates huius rami: vnde Ricardus de sancto Victo. Iesus nomen dulce, nomen delectabile, nomē cōfortans peccatorē, & nomē beatæ spei. Igitur Iesu esto mihi Iesus. Cantic. 1. Oleum effusum nomen tuum: oleum inquam de quo psal. vt exhilaret faciem eius in oleo. Quia in eo letabitur cor nostrum, & in nomine sancto eius sperabimus. Quibus cōsideratis, nō immerito nunc dicit: *Beatus vir cuius est nomen domini spes eius.*

**E** Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationibus tuis non est, qui similis sit tibi.

Hic cōsequenter ostendit circa Christi incarnationem multiplex miraculum. Et diuiditur in duas partes. Quia primo ponitur miraculorum operatio: secundo ipsorum prædicatio: ibi. *Annuncians.* ¶ Quantum ad primum sciendum quod ante Christi incarnationē, multa mirabilia Deus fuit operatus, Incog. tom. 1. y 3 quia

2. Para. 6  
Prou. 18.  
Bernard.  
Petrus Rauē.  
Nota optimas proprietates seu virtutes de thiriaca.  
Bernard.  
Actū 4.  
Isidor. 17. etymo.  
Oliuæ.  
Hierem. 2.  
Ricardus  
Cantic. 1.  
Psal 105. 656. 5. q. 15. omnia.

quia mundum creauit de nihilo, peccatores extinxit diluio. Pentapolim cōbussit sulphuris incēdio. Filios Israel eduxit per medium sicci maris, & similia quæ sunt innumerabilia: quæ omnia fuerūt mirabilia. Sed maius mirabile quod vnquam fecit fuit incarnatio verbi, quādo scilicet verbum caro factū est, quia tunc fecit Deum esse hominem, & hominem esse Deum: vnde Aug. d. q. in rebus per tempus ortis illud est summū q. homo in vnitāte diuini suppositi sit assumptus. Hæc recogitans Psalmita in persona ecclesiæ Christo Deo loquitur, d. *Multa fecisti tu domine mirabilia.* quæ omnia fecisti dicendo & cogitando, quia ipse dixit & facta sunt. Ideo si queratur quomodo illa fecit. Respōdet: *cogitationibus tuis.* Hic enim cogitatio accipitur pro dicere interiori. Sed nō est qui similis sit tibi: scilicet, inter omnia opera mirabilia, nō est aliquis effectus qui similis sit tibi, verbo scilicet incarnato, quia tu omnia alia superas incomparabiliter. Quod ex hoc probatur, quia inter omnia per verbū facta excellit rationalis creatura, quæ duplex est scilicet Angelus & homo, Angelus autem est naturæ superioris & excellentior creatura à Deo facta, sed nullus Angelus est in perfectione similis Christo, igitur nec aliquis homo vel aliqua creatura: q. autem nullus sit Angelus similis Christo, clarè probat Apostolus ad Hebræ. 1.

657. Annunciaui & loquutus sum, multiplicati sunt super numerum.

Hic ostēditur mirabiliū prædicatio. Vbi notandū q. secundū aliquos doctores ista sunt verba ecclesię, quæ per suos prædicatores mirabilia Dei & maxime facta in Christi incarnatione pronūciare conatur, quæ tamen sunt tot & tanta, q. ipsa plenè pronūciare nō potest. Et hoc est quod dicit: *Annunciaui, scilicet, mirabilia Dei.* Et loquutus sum, illa prædicando, sed illa supra virtutē meā multiplicata sunt: & hoc est quod subdit. *Et multiplicati sunt super numerum* scilicet, vt illa plenè numerare non possim, quia vt dicitur Io. 20. Multa alia signa fecit Iesus, &c. arbitror totū mundū capere nō posse eos, &c. Et dicunt aliqui q. hic est litera corrupta vitio scriptorū, quia quod dicitur multiplicati, debet dicere multiplicata sed melius est seruare literā & subintelligere effectus: vt sit sensus: *Annunciaui, scilicet, mirabilia incarnationis & loquutus sum.* Et multiplicati sunt: scilicet effectus incarnationis super numerum: scilicet effectus mirabiliū tuorū. *Aliter & magis ad sensum literę dicitur quod ista sunt verba Christi loquētis de lege Euāgelica per ipsum data.* Vbi sciēdū q. Deus primo per ora prophetarū pronūciauit legē nouā dādā per Christū. Sic enim Esaias in personā Christi loquebatur. Spiritus domini super me, &c. Euangelizare pauperibus misit me. Annunciauerūt etiā q. danda erat in mōte: ibi Super montē excelsum ascende tu qui Euāgelizas Sion, &c. Et post talē annūciationē factā per prophetas, venit ipse Deus homo factus, & ascendēs in montē, ore proprio ipsam legē Euāgelicā dedit: vt habetur Mar. 5. Et hoc est quod dicit Christus hic: *Annunciaui, scilicet primo per prophetas legē nouā dandā, postea in propria persona veni & loquutus sum.* Sed quis fuit effectus istius Christi locutionis? certè fidelium multiplicatio, quia innumerabiles audita lege Christi quā iusta quā honesta, quam piā & vtilis ad finē sunt conuersi. Et hoc no-

tans. d. *Et multiplicati sunt.* scilicet, fideles supra numerum. Non tamen per hoc sequitur q. fideles plures sint infidelibus, imo pauci sunt respectu illorū, quia multi sunt vocati pauci vero electi. Sed ne tam altam materiā annūciationis factę de Christo silentio transeā, hic noto quod multa miranda de Christo sunt nobis annūciata, quæ & nos aliis annūciare debemus. Primo annūciata fuit Christi incarnatio, quæ scilicet verbū caro factum est. Et hanc virgini Mariæ annūciavit Angelus, quod ante annūciatū & prædictū fuerat sciēdū per Angelū. Eccles. 10. Qui habet pennas annūciabit sententiā. Angelus enim pennas habere dicitur propter sui agilitatē, cum nō grauetur corpore. Quæ autē maior sententia potest esse, quā annūciare verbū virginis carnē sciēdū? Vnde recte ille Angelus Gabriel hoc annūcians Mariæ dicere poterat illud Esa. 42. Noua quoque annuncio antequā oriatur, & vobis audita faciam. Et quod fuerit id nouum quod tunc Angelus annūciavit Mariæ declarat Hier. 31. Nouum faciet dominus super terrā, femina circumdabit vitum. Quod ideo dicit, quia Christus in primo instanti suæ incarnationis fuit perfectus vir à corpore suæ matris circumdatus. Vnde prædicta verba tractās Bernar. ait: Noua Mariæ annūciavit Angelus cum eam circumdaturā virū prædixit: quæ est hæc femina? quis vero vir iste intelligitur? Aut si vir, quomodo à femina circumdatus? Aut si à femina circumdari potuit, quomodo vir? Et vt aperius dicam. Quomodo potest simul & esse vir, & in vtero matris: hoc est enim à femina circumdari. Si enim dixisset femina circumdabit infantē vel paruulū, nec nouū videtur, nec mirum. Nunc quia nihil tale fuit, sed virum, vter me ad cōceptum partūq. virginalem, si forte inter plurima noua, quæ ibi reperit diligenter inquirēs, etiā hæc quæ de propheta protuli, reperiri nouitatē. Ibi enim agnoscitur longitudo breuis, latitudo angustā, altitudo subdūta, profunditas plana. Nūquid nō facile est inter hæc agnoscere femina virū circumdare, cū Mariā videas Iesum in suo vtero circumdantē. Virū autē dixerim Iesum fuisse, nō solum cū iam diceretur vir propheta potēs in opere & sermone, sed etiā cū tenera adhuc infantis mēbra Mariæ blādo, vel foueret in gremio, vel portaret in vtero. Vir ergo erat Iesus, necdum etiā natus, sed sapiētia nō ætate, animi vigore, non corporis sensuū maturitate, nō corpulētia mēbro-rum. Neque enim minus habuit sapiētia Iesus post Angeli annūciationē conceptus quā natus, patuus quā magnus. Sive ergo latēs in vtero, sive vagiēs in præsepio, sive iam grādiusculus interrogās doctores in tēplo, sive iam perfectæ ætatis docēs in populo, quæ vir spiritus sancto fuit plenus, vt merito Angelus Mariæ dixerit. Noua ego annuncio antequam oriatur: & dicere poterat illud psal. 88. Annunciaui veritatem tuam in ore meo. *Secundo annūciare debemus Christi natiuitatem quam pastoribus annūciavit Angelus, dicens: Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est, &c. Quod verbum pertractans Origenes super Lucam, ait: Dicam venisse Angelum nato domino, & annūciasse pastoribus quod verus pastor exortus. Angeli enim ante Saluatoris natiuitatem parum poterant sibi commissi annūciari vtilitatis. Vix enim vnus ex singulis Gentibus credebatur in Deum. nunc autem populi ad Christi fidem accedunt. Istam etiam natiuitatem & nos annūciare debemus. Cantate domino quoniam magnifice fo-*

Aug. 17. de trinitate.

13. 17. in scripturis.

Joan. 20.

Esa. 61. Lucæ 4.

Mat. 5.

cit, annūciate hoc in vniuersa terra. Terrio annūciemus Christi operationē mirabilem. Nonne mirabilia fecit q. cæcis visum, surdis auditū, mutis loquelā, claudis gressum, mortuis dedit loquelā. Ideo nobis dicitur. Annūciate virtutes eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumē suū. Quarto annūciemus Christi passionē & mortem: quæ nobis salutis causā fuerunt. Annūciate de die in diem salutē eius, id est mortem quæ nobis fuit salutaris. Quinto annūciemus gloriosam Christi resurrectionem, quam Angeli annūciauerunt iudicibus: vt patet Mar. ultimo. Vnde de gloria resurrectionis annūcianda nobis dicitur psal. 95. Annūciatē inter gentes gloriā eius, in omnibus populis mirabilia eius. Sexto annūciemus Christi Ascensionem, quæ ad dexteram patris assumptus regnat in æternam. Esa. 52. Quam pulchri supra montes pedes annūciantis pacem dicentis Sion, regnabit Deus tuus. Et hæc omnia prædicta prædicādo opera Dei annūciamus, quæ omnia Christus etiam ore proprio fuit loquutus, vnde dicit. *Annūciaui, scilicet per alios omnia prædicta, & etiam ore proprio loquutus sum.*

658. Sacrificium & oblationem nolui: aures autem perfecisti mihi.

Hic cōsequenter exprimit Psalmita incarnationis Christi rationē. Vbi notandū est, q. principalis causa incarnationis Christi, fuit perditū hominis reparatio, ipso dicente. Sic Deus dilexit mundū, &c. vt filiū suū daret: &c. Quod fuit ex eo necessarium, quia lex antiqua cū suis cæremoniis vel sacrificiis, nō poterat hoīes peccatores iustificare. Fuit ergo necessariū plurimā nouā, quæ ibi reperit diligenter inquirēs, etiā hæc quæ de propheta protuli, reperiri nouitatē. Ibi enim agnoscitur longitudo breuis, latitudo angustā, altitudo subdūta, profunditas plana. Nūquid nō facile est inter hæc agnoscere femina virū circumdare, cū Mariā videas Iesum in suo vtero circumdantē. Virū autē dixerim Iesum fuisse, nō solum cū iam diceretur vir propheta potēs in opere & sermone, sed etiā cū tenera adhuc infantis mēbra Mariæ blādo, vel foueret in gremio, vel portaret in vtero. Vir ergo erat Iesus, necdum etiā natus, sed sapiētia nō ætate, animi vigore, non corporis sensuū maturitate, nō corpulētia mēbro-rum. Neque enim minus habuit sapiētia Iesus post Angeli annūciationē conceptus quā natus, patuus quā magnus. Sive ergo latēs in vtero, sive vagiēs in præsepio, sive iam grādiusculus interrogās doctores in tēplo, sive iam perfectæ ætatis docēs in populo, quæ vir spiritus sancto fuit plenus, vt merito Angelus Mariæ dixerit. Noua ego annuncio antequam oriatur: & dicere poterat illud psal. 88. Annunciaui veritatem tuam in ore meo. *Secundo annūciare debemus Christi natiuitatem quam pastoribus annūciavit Angelus, dicens: Annuncio vobis gaudium magnum, quia natus est, &c. Quod verbum pertractans Origenes super Lucam, ait: Dicam venisse Angelum nato domino, & annūciasse pastoribus quod verus pastor exortus. Angeli enim ante Saluatoris natiuitatem parum poterant sibi commissi annūciari vtilitatis. Vix enim vnus ex singulis Gentibus credebatur in Deum. nunc autem populi ad Christi fidem accedunt. Istam etiam natiuitatem & nos annūciare debemus. Cantate domino quoniam magnifice fo-*

sacrificiū, oblatio, holocaustum.

noui testamēti, quod fuit corpus Christi oblatū in cruce, & in sacramento eucharistiæ immolatū, nō solū Deo placet ratione offerētis, sed etiā ratione rei oblatæ, quæ corpus Christi per seipsum Deo placet, & etiā virtute propria ad purgationē peccatorū facit, quia Deo placet voluntas nō res inuoluntaria. Et hoc est quod primo de sacrificiis & oblationibus d. *Sacrificium & oblationem nolui.* i. res sacrificata & oblatæ ratione sui nō acceptasti pro solutione peccatorū, sicut sacrificiū corporis Christi de se Deus acceptat summè, etiam ratione sui. Et statim subdit de sacrificio nouæ legis. *Aures autem perfecisti mihi.* Per aures n. quibus audimus obediētia significatur, sicut & audire in scriptura quandoq. id est q. obedire, sicut psal. 80. Israel si me audieris, nō erit in te Deus recens. Quid est ergo aures autē perfecti mihi? sunt verba Christi. i. me fecisti ad perfectè obediēdū tibi: quod fuit, q. factus est patri obediens vsq. ad mortē crucis: vt habetur Phil. 3. Istū autē passum exponit Apostolus ad Heb. 10. vbi hic dicitur. *Aures autem perfecisti mihi.* Apostolus d. *Corpus autem aptasti mihi.* quod idē est in sententiā. Quod ibidē exponēs Mag. in gl. dicit. Dicit Christus, Hostiā & oblationē nolui: corpus autē aptasti mihi, q. d. s. præ oibus sacrificiis est aptissimū & idoneū & aptum, quia sine peccato & passibile & mortale corpus mihi dedisti: quod valet offerri in redēptionem oīm. Ablata ergo sunt signa: quia exhibitā est veritas. Nunquā enim in odoribus illorū sacrificiorum delectatus est Dñs, nisi in fide & desiderio offerētis. Et si dicas quare ergo voluit illa sacrificia offerri. Respōdet, vt ipsos ab idololatria retraheret. s. vt sibi potius quā idolis offerrentur, posuitq. illa in feruitutē, nō iustificationē, & vt figura essent sacrificij futuri. Consequenter hoc idē addit de oblatione quæ dicebatur holocaustum, dicens.

Holocaustum & pro peccato non postulasti.

scilicet ratione rei oblatæ, sed solū ratione offerentis. Et ideo ait Christus. *Ecce venio.* s. quādo vidi nullum illorū sacrificiorū ratione rei oblatæ tibi placere, tunc. s. in tempore præfinito, tunc dixi. *Ecce venio* aliqua retardatione, ad me tibi pro humano genere offerendum. Holocaustum enim erat solemnius sacrificium quod tempore legis antiquæ fiebat. Et ideo si holocaustum Deo non placebat, consequens est q. nec aliquod aliud sacrificium Deo erat placitum, ideo tunc dixi. *Ecce venio.* Mat. 8. Ego veniam & curabo eum, quia satis dictum est q. antiqua sacrificia non iustificabant, sed sacrificia nouæ legis. Ideo queritur, vtrum lex euāgelica nos à peccatis iustificare possit. 1. secundā. q. 106. articulo. 2.

In capite libri scriptum est de me: vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

Hic consequenter ostenditur Christi incarnationis perfectio. Vbi sciēdū q. diuina p̄sentia ac p̄destinatio liber quidā æternus dicitur, in quo oīa ab æterno sunt disposita inuariabiliter & bonorū electio, ac reprobatio malorū. Quæ liber ideo dī, quia licet intellectū nostro maneat sciētia, quæ tñ variat, y 4 quia

psal. 80.

Phil. 2. Heb. 10.

659. 8. q. 1. sug. gestum.

Mat. 8.

Quæstio. 1. 2. q. 106. art. 2.

660. 11. 7. 3. 11.



quia de eadē re diuersi diuersa concludunt. Quinto ideo diuersis temporibus. Sed in libro scientia scripta vniuersim manens non variatur. sic q̄ ipsa diuina præsciētia & prædestinatio inuariabilis per seuerat. Et ille liber dicitur clausus quo ad illa quæ nobis sunt occulta, apertus autem quo ad illa quæ nobis sunt manifesta. Et quia sapiētia quāuis cōmunis in tribus personis, filio tamē appropriatur, sicut potentia patri, & charitas spiritui sancto, & ideo hic liber prædestinationis & sciētiae Dei, filio Dei, id est ipsi verbo incarnato appropriatur. in quo quisque nostrum legere debet quid agendū, quid sequendū, quid cauendū, quid timendū, & quid amandū. Scilicet sum ergo Christus librum appellat d. In capite libri scriptū est de me. i. in me q̄ sum liber humani gēris i quo legere debet. i. q̄ sum forma iustitiæ hoībus. Et aduerte q̄ dicitur in capite, q̄a iste liber. s. Christus constat Deo & hoīe: Deus autē est caput Christi, sicut Christus caput est ecclesiæ, vñ 1. Cor. 11. Caput vñ Christi: caput vero Christi Deus. Sic ergo hic caput accipitur p̄ Christi diuinitate. vt sit sentus. In capite libri. i. in diuinitate quæ est caput libri, qui liber ego sum. Scriptū est de me. i. æternaliter p̄uiliū & ordinatū. Sed quid de ipso scriptū sit, subditur. *Ne facerem vol. n. uem tuam.* I. vt in assumpta humanitate legem nouā constitūā, humiliter mortē pro redemptione humani generis perferā, quæ oīa humiliter amplectens, ad perfectū duco. Ideo enim descendit de cœlo nō vt faciā voluntatē meā, sed voluntatē patris qui misit me. idcirco subditur. *Deus meus volui.* i. oīa præordinata adimplere. Et quia voluntas Christi deliberata, semper diuinæ voluntati fuit conformis ideo subdit. *Et legem tuam volui in medijs cordis mei.* i. in tota plenitudine cordis mei, vnde dicebat. *Non enim veni legem soluere sed adimplere.*

Annunciaui iustitiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu scisti.

Hic ponitur præfara Christi perfectionis explicatio. Perfectio Christi maximē stabat in tribus. i. in doctrina legis euāgelicæ, in iustitiā vnionis hypostatice, in affectione veritatis & misericordiæ. Et secū dum hæc ista pars diuiditur in partes tres. Quia pii mo ponit primū, secūdo, secūdu, i. iustitiā tuam. tertio, textū, i. i. *Non abscondi.* Quantū ad primū dicit. *Annunciaui iustitiam tuam, &c.* Vbi nota, q̄ per iustitiā intelligitur lex euāgelica, quæ perfectā docet obleruare iustitiā: & simulatā prohibet dicēs. Mat. 6. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis, &c. Quæ perfecta iustitiā in septē virtutibus cōtinetur, quas in principio euāgelicæ legis docuit Christus, in quibus docetur quid homo debet Deo, quid sibi, quid proximo. Ista autē iustitiā Christus annunciauit q̄ ascendit in montē & accesserūt ad eū d. eis & aperiens os suū do. eos. d. Beati, &c. Sed quomodo d. *Annunciaui iustitiam in ecclesia magna.* quia legē illā tunc solū discipulis annūciāuit qm̄ pauci erāt. R. spōdeo primo q̄ ipsos Apostolos vocat ecclesiā magnā, quia ipsi fundatores ecclesiæ totius fuerunt: propter qd̄ fidelibus dicit Apostolus. Fundati estis supra fundamentū Apostolorū & Prophetarū. Vel dicūt q̄ ecclesia magna, quia per ipsos lex euāgelicā p̄ totū mundū fuit annūciāta, s̄m̄ illud psal. In oēm terram exiuit sonus eorū. Et etiā quia post primā annūciationē legis per Christū factā in monte, Christus sapissimē legē p̄dicauit in tēplo, qd̄ erat ecclesia magna, quia ibi oēs Iudæi cōueniebant, propter qd̄ dicebat Christus. Apud telas mea in ecclesia magna. Et Christus quotidie erat docēs in templo, &c. *psal. 21. Ecce labia mea non prohibebo.* scilicet, a p̄dicatione cessabo, non vt multi cessant a p̄dicatione timore munda no denūti, contra quod dicit Christus. *Ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.* s. cor meum. q. d. Labia sonant hominibus, sed cor meum tibi patet.

663

Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: veritatem tuam & salutarem tuam dixi.

Hic ostenditur prædicationis vnionis hypostatice. Christus enim verus Deus erat & verus homo, qd̄ ideo fuit necessariū pro salute nostra, quia homo tenebatur satisfacere, sed nō poterat, Deus autē poterat, sed nō tenebatur. Ideo homo in vnitate personæ vnitus est Deo, vt idem Deus esset & homo, vt inquantū Deus posset nos saluare, inquantū homo teneretur, & ideo. Ideo in simul Deus & homo salutare Dei, vel salutare nostrū vocatur, quia per iustitiā ipsius saluatur est genus humanū, nō potentia, vt diffuse deducit Greg. Hanc autē iustitiā factā per salutare Dei. i. per verbū incarnatū, Christus p̄dicauit qd̄ se pro peccatis nris moriturū dicebat. Sicut Moyses exaltauit serpentē, &c. Filiius hoīs venit saluare qd̄ perierat. Et hoc est quod dicit. *Iustitiam tuam non abscondi in corde meo.* Illud enim in corde absconditur, quod intus tenetur & aliis nō manifestatur. Dicat ergo patri Christus. *Iustitiam tuam.* quia. i. redimebas genus humanū, non abscondi in corde meo. imo p̄dicauit & docui quomodo tu per iustitiā hominē volebas redimere. i. mortē meā pro peccatis omnīū iuste acceptā. Et sic per consequens duo Christum ostēdit. Dei veritatē, qui ante promiserat hominē redimere. Gratis venundati estis, & sine argento redimemini, gratis in quā venūdati, quia spōte homo peccādo diabolo se vēdidit. Sed sine argento redimendus, quia sanguine Iesu Christi. Christus p̄dicans hoc d. Filius hominis venit saluare quod perierat, &c. Veritatem patris p̄dicauit. Similiter ostendit salutare Dei: dum se venisse pro nobis saluandis ostēdit. Et hoc est qd̄ dicit. *Et salutare tuum dixi.* id est, me ipsum pro salute hominū a te dixi missum. Et nota quod proprie Iesus dicitur salutare Dei. Iesus enim saluator interpretatur, quia ipsius proprium est saluare, non solum ab hostibus visibilibus, sed etiā inuisibilibus. Exultabo in salutari tuo. Ipse enim Christus videtur illa medicina vītæ. de qua dicit Auic. sic. Medicina vna quæ est de confectioibus magnis, sic vocata, quia ratio nem bonam efficit, animum confortat & lætificat & linguam absoluit, scilicet quia expeditam & absolutam facit. Sic & Iesus salutare dicitur, quia si diligenter consideremus, inueniemus ipsam ex confessionibus magnis confectum. Quoniam in ipso inueniuntur tria maxīma salubria. i. natura diuina potentissima: anima rationalis beatissima, & humana caro mundissima. Huius autē confessionis est triplex effectus. quia rationē bonam habet facere, & hoc per fidem, animam confortare & lætificare & hoc per spem futurorum & præsentium perceptio nem: linguam absolutam facere, & hoc ad ipsum laudandum per charitatem & dilectionem. Merito igitur dicitur salutare, & quilibet spiritually iter infirmus hanc medicinam sibi debet applicare, vnde Bernardus super cantica dicit. Siquidem nō nomī Iesu. no Iesum, hominē mihi propono mirē, humilē, corde

phob.

Christus

1. Cor. 11.

Joan. 6.

Mat. 5.

661  
1. Cor. 7. 1. Cor. 11. 1. Cor. 11.

Lex euāgelica. Iustitiā. Mat. 6.

Ecclesiā. Christus.

Eph. 2.

sanctitate ac honestate conspicuū, eundem ipsum Deū oīpotentē, qui suo me sanet exēplo, adiutorio roboret & saluet passione, hoc ergo salutare humiliter postulemus a Deo sibi dicenters. Ostende nobis Dñe misericordiā tuā, & salutare tuū da nobis.

663 Nō abscondi misericordiā tuam & veritatem tuam, a concilio multo.

Hic cōsequenter ostēdit Christus suā iustitiā cōtra malos, & miām erga bonos. Vbi notādū q̄ quāuis in oī ope Dei cōcurrat simul miā & iustitiā quā vniuersæ viæ Dñi miā & veritas: tñ in aliquibus principalis relucet iustitiā & cōsequēter veritas, vt in punitione malorū. In aliquibus autē principalis miā & cōsequēter iustitiā, vt in p̄miationibus bonorum. Vnde prima dicuntur opera iustitiæ, & secunda dicuntur opera miæ, & tā prima opera manifestauit Christus quā secunda. Nōne manifestauit opera iustitiæ, qñ punitionē malorum dixit. Discedit te a me maledicti & c. & opera misericordiæ in p̄miatione bonorum dicens ibidem. Venite benedicti & c. Et hoc est quod hic Christus dicit. *Non abscondi misericordiā tuam & veritatem, &c.* Per veritatem intellige iustitiā. Et hoc, *A concilio multo.* & debet scribi per c. non. s. consilium. Vnde q̄ hic dicitur *A concilio multo.* in translatione Hieronymi habetur. *In ecclesia multa.* quod idem est. Et notādū q̄ quāuis Christus nō absconderit Dei veritatē & misericordiā, tamen ipse fuit in multis nobis absconditus, quia non plenē cognitus fuit. Vnde absconditus fuit Christus, in æterna generatione, in virginis incarnatione, in carnis apparitione, in verborū p̄dicatione, in mortis toleratione, in æterna dominatione. Primo absconditus fuit Christus, scilicet quoad verbū in æterna generatione, quia infabilis est & incōprehensibilis, sicut dicitur Esa. 53. Generationem eius quis enarrabit vñ de hoc dicitur Iob. 2. 8. Vnde sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ? Absconditus est ab oculis omnīū vuentium. Secundo fuit absconditus in virginis incarnatione, quia quod natura nō habuit, vñ nesciuit, ignorauit ratio, mens nō capīt humana, pauca cœlum, stupet terra, creatura etiā omnis miratur, hoc totum est quod per Gabrielem cœlestis Mariæ nunciatur. & per Christū adimpletur, vt dicit Hieron. in ser. de assumptione, propter quod beata Maria tūc dicere poterat. Ad me dictum est verbū absconditum. Tertio absconditus fuit in carnis apparitione siue natiuitate. Quāuis enim mando fuisset eius natiuitas nota, tamē q̄ virgo manens pepetisset, erat absconditū: vt Chrys. in ho. d. Scio q̄ verbū caro factū est, sed quomodo factum sit nescio. Miraris quia nescio, imo etiā omnis creatura ignorat. Et ista est dispensatio sacramenti absconditū, quā Apostolus p̄dicabat ad Eph. 3. d. Mihi data est gratia illuminare oēs, quæ sit dispensatio sacramenti absconditū a sæculis, &c. Quarto fuit absconditus verborū p̄dicatione, tā alta enim p̄dicabat, q̄ quādoque eius p̄dicationē nō capiebāt etiā sui Apostoli, & abscondita erat ab eis verborū intelligentia. Vnde cū eis p̄dicaret suā futurā passionē, vt dicitur Luc. 1. 8. Ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbū istud absconditū ab eis. Quinto absconditus fuit in mortis toleratione. Licet enim apertū esset q̄ ipse pateretur, & in cruce moreretur, absconditum tamē erat q̄ in crucis mysterio maneret Christi victoria, per quā vinceret hostē, propter quod dicitur de hoc fuit Abac. 3. Cornua scilicet crucis in

manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius. Sexto fuit absconditus in æterna sua dominatione. Licet enim aliquibus notū fuerit ipsum ad cœlos ascendisse, quali autē triumpho in cœlestibus regnet, nobis manet absconditum. Et istud est illud regis nostri sacramentū: de quo Angelus Raphael ait. *Sperementū regis abscondere bonū est: opera autem Dei reuelare & confiteri in terris honorificum est.* Sic igitur quamuis modis p̄dictis absconderet manifestauit Christus: mundo tamen misericordiā & Dei iustitiā patefecit d. *Non abscondi misericordiā tuam & veritatem tuam a concilio multo.*

Tu autē Domine ne lōge facias miserationes tuas a me: miā tua & veritas tua semper susceperunt me.

Hic cōsequenter ponitur corporis Christi mystici deuota deprecatio: quæ deprecatio duo cōtinet, s. primo mali amotionē, secūdo boni collationē, i. *Excitent & latentur.* Prima in duas: quia primo perit diuinā misericordiā. secūdo exprimit suā misericordiā, i. *Quoniam circumdederunt.* Quantū ad primum sciendū q̄ Christus caput ecclesiæ hic loquitur pro membris suis, dicens patri. *Tu autē Domine ne lōge facias miserationes tuas a me. a me.* i. a fidelibus meis. Sic etenim orauerat superius psal. 1. d. Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum a me, defensionem meam conspicere. Sic & conformiter nunc dicit. *Tu autem Domine ne elongaueris miserationes tuas a me.* glossa. i. noli remouere misericordiam tuam a membris meis, scilicet illos defendendo & liberando. Vbi notandum q̄ misericordia Dei aliquando accipitur essentialiter: & sic est idem quod ipse Deus. Et tunc sicut Deus est immutabilis loco, quia omnia replet: sic & ipsa misericordia. Non ergo elongatur a nobis recedendo. sed magis nos elongatur ab ipsa peccando, sicut patet de existenti in nauī quādo nauis recedit a ripa, sibi videtur q̄ ripa elongetur ab ipso: cū tamen ripa immobilis perseuetet, sed ipse cā nauis elongetur a ripa. Sic est in proposito. quia Deus nō elongatur a nobis, sed nos peccando elongamur ab ipso. Aliquando vero accipitur misericordia pro effectu miæ. Et tunc misericordia Dei nobis assistit quando nobis miseretur. Elongatur autem a nobis, quando nobis non miseretur. Et per istum modum hic orat Christus dicēs. Tu autem Domine ne elongaueris miserationes tuas a me. i. effectum misericordiæ. Et noto q̄ proprie loquendo aliud est misericordia, & aliud miseratio. Nam misericordia quia bene velle, est misericordiar actus: sed benefacere est actus miseratio nis. Est enim miseratio circa miseriam alterius compassio. Sic ergo dicendum *miserationes tuas ne elongaueris a me.* perit quod effectus misericordiæ ab ipso id est, a iuis fidelibus non remouatur. Sic enim cōsimiliter oratur Eccl. 3. 6. Ostende nobis lucem miserationum tuarum. Et ne dubites quod Christus sicut & nos orat dubitatē exaudiri a patre:ideo subdit. *Misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.* id est orationem meam exaudiendo. Omnis enim oratio Christi ex voluntate deliberata procedens, a Deo fuit exaudita. Vnde ipse dicebat Ioann. 11. Pater ego sciebā quia semp me audis. Et nota q̄ aliquæ Christi orationes erāt iustitiæ, & aliquæ misericordiæ. Ad miām spectat exaudire orationes misericordiæ.

663

psal. 21. iustitiā.

Mat. 25.

Greg. 17. mor. 1. 15. Ioan. 3. Mat. 18.

abscondere

Esa. 51.

Mat. 18.

Salutare.

Hieron. lib. 4.

psal. 112. Am. 3. 6.

Chrys. 9.

Eph. 3.

Luc. 1. 8.

Bernard. Iesu.

Abac. 3.

Thob. 12.

664  
de p̄. d. i. diuinitas  
tis natura

psal. 21.

Misericordia. Miseratio. Longe.

Eccl. 3. 6.

Ioan. 11.

seri cordis & ad iustitiam iusticie. Et ideo ostendens Christus q in vtrifq; semper fuit exauditus d. Misericordia tua, quo ad orationes petentes misericordiam, & iustitia tua: quo ad orationes petentes iustitiam.

665 Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae: & non potui vt viderem.

Hic co sequenter suorum membrorum explicat miseriam. Et duo facit: quia primo exprimit sua afflictio nē; secundo postulat iniquorum punitionē, ibi. Confundatur. Prima pars diuiditur in partes tres, q a primo suarū miseriarū exprimit diuersitate, scdo earū exprimit quantitātē, ibi. Multiplicatae sunt. tertio cōtra illas implorat Dei potestātē, ibi. Complacere. Quantum ad primū sciendū q triplex est miseria. s. poene culpae, & ignorantiae, primā ponit, ibi. Circumdederunt me mala quorum non est numerus. secundā, ibi. Compre-

henderunt me iniquitates meae, tertiā ibi. Et non potui vt viderem. Et his tribus, totū genus premittitur humanū. Has ergo exprimit d. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus. Hic loquitur de malis poenae quae praemittit: quia sunt magis nota, quā mala culpae. Quis enim numerare potest quot poenas & miseriae in hoc mūdo patimur a dextris & sinistris, ante & retro, superius & inferius? scilicet a dextris prosperitas, a sinistris aduersitas, ante cogitando futura, post recordando praeterita: supra quod, ad animam: infra quo ad carnem. Et hoc est quod dicitur. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Consequenter de malis culpae, subdit. Compre-

henderunt me iniquitates meae. Peccatū. n. dicitur hominē cōprehendere, quia ipsum seruituti diaboli subiicit. Oīs qui faciūt peccatū, seruus est peccati. Et q peccata excecāt hominē, ideo subdit. Non potui vt viderem. Soph. 1. Ambulabunt vt caeci, q a Dño peccauerunt. Et notanter d. Circumdederunt me mala, &c. Vbi noto q in hac vita triplici malo circūdāmur. s. ignorantia, miseria & malitia. Primo nāq; circūdāmur ignorantia, quoniam ignoramus opera nostra praeterita, praesentia & futura, an Deo finaliter sint grata, quae circūdatio est quaedā peccatorū nostrorū poena. Job. 3. Viro cuius abscondita est via: & circumdedit eū Deus tenebris, vnde Greg d. Via sua viro abscondita est, quia et si iā in qua sit, vitae qualitate cōsiderat, adhuc tamē ad quē finē tendit ignorat. Et si iā ad superna tēdit: & hoc plenīs desideriiis quærit, adhuc si in eis dē desideriiis permaneat, nescit. Peccata quippe deserentes ad iustitiā tendimus, & vnde veniamus nouimus, sed quo perueniamus ignoramus. Quid hesternā die fuimus scimus, sed quid cōtingat crastina nos esse, ignoramus, quia sic quisq; pedē ponit operis: vt tamē prauidere nequeat exitū cōsummationis. Est & alia qua circūdāmur ignorantia, quia nō nunquā ea ipsa quae recta agere credimus, an in districti iudicis examine recta sint ignoramus. Sape enim opus nostrū causa dānationis est quod profectus putatur esse virtutis. Sepe vnde placari index creditur, inde ad iracundiā potius irritatur. Salomone attestate qui ait. Est via quae videtur hominī recta, nouissima autem eius deducunt ad mortē, &c. Et de ista circūdatione ignorantiae dicitur. Circūdederunt nocte domū, in qua manebam. Quid enim per noctē obscurā, nisi ignorantia signi-

ficatur: q Secundo circūdatio miseriae. Quis enim in praesenti vita liber potest esse a circūdatione miseriae: quoniam hic circūdāmur poenis praesentis miseriae. Circūdederunt me sicut aqua tota die, circūdederunt me simul. Per aquā enim in scriptura poena significatur. Circūdāmur timore infernalis miseriae. Dolores inferni circūdederunt me praecocepauerunt laquei mortis. Quod ideo cōtingit, quia nemo scit vtrū amore vel odio finaliter sit dignus: & ideo semper quisq; pauis doloribus inferni debet circūdari. Circūdederunt me dolores mortis & pericula inferni inuenerunt me. Tertio circūdāmur malicia & peccato. Et hoc est quod psal. quærit d. Cur timebo in die mala. Respondet, quia iniquitas calcanei mei circūdabit me, vbi gl. Hic propheta in sui persona generalē causam agens, quærit causam timoris & dānationis malorū d. Cur timebo in die mala. In die iudicij, quae dicitur dies quia oīa tunc aperta erunt & manifesta, & dicitur mala quāntū ad iniustos qui tunc dānabuntur. Respondet ergo. Ecce cur timebo, quia iniquitas calcanei mei circūdabit me, & vocatur iniquitas calcanei quae durat vsq; in finē vitæ praesentis, sicut calcaneū nouimus extremā corporis partē. Et de ista circūdatione peccati d. Die ac nocte circūdabit sup muros eius iniquitas & dolus. Accepit diē pro p̄p̄itate, & noctē p̄ aduersitate. Et ab ista circūdatione nos liberat Deus, qn̄ sua mīa vitorū flāmas extinguit in nobis. Liberaisti me sm multitudinē mīa nois tui, & praesura flammæ quae circūdedit me. Quibus oībus cōsideratis, merito dicit. psal. Circūdederunt me mala, &c. Quia in principio huius lectionis de lege euangelica ostendit Christus q stat in corde d. Deus meus volui, & legē tuā in medio cordis mei, ideo ipsam cōparando ad legem antiquam quero. Vtrum lex euangelica sit leuior antiqua, vel econtrario. i. secunda quæstio, 107. articulo. 4.

666 Multiplicatae sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Postquā posuit miseriarū p̄sentis vitæ diuersitatē, nūc ponit earū quāntitatē. Vbi primo notandū q capilli in sacra scriptura mystice sumpti varia significat: quoniam sunt capilli iniquationis & immunditiae, quibus culpa dedit inficimus. Cogitationis & intelligētiæ, quibus Christo muniti defendimur. Iustificatiōis & ceteroniarū, quibus Christo capiti cōiungimur. De quibus oībus praesens exponitur textus. Primo sunt capilli iniquationis &c. s. peccata: per capillos. n. ipsi vicia sequacibus diaboli adherētia figurātur. Apoc. 9. d. q locustae habebāt capillos sicut capillos mulierū, & dentes eorū sicut dentes leonū erāt. L. ocusta. n. quae nō nisi saltando se mouent, ipsos superbos significant qui semper saltando appetunt alta. Et isti capillos habent vt capillos mulierum, qui sunt ad eorum vanitatem & voluptatem carnis incitandam. Et sic potes dicere, q capillus peccati est multiplex, scilicet. Primo capillus voluptatis & luxuriae: qui ab omnibus & maxime a clericis debet abscindi. Vnde super isto versiculo. Multiplicatae sunt super capillos, &c. dicit gl. Bene in comparatione aliorum delictorum carnis vitia capilli dicuntur. Nam ideo in veteri testamento sacerdotēs capillos radebāt. vt sic carnis vitia deposuisse viderentur. Secundo est capillus praesumptionis & superbiae, vñ psal. 67. Veritatem Deus cōfirmet capita inimicorū suorū, sup verticē capilli, &c. id est

id est

id est secundū glossam superba extollentiā hominū nimis se extollentiū. Tertio est capillus vanitatis & mundanae gloriae. Isti sunt capilli vanitatis Abalon de quibus dicitur: q Abalon decorns erat nimis, qui tōdebat caput semel in anno, & pōderabat capillos capitis sui ducentis siclis. Et de istis capillis peccati dicitur. Tōne capillū tuū & proice. Secundo principaliter est capillus cogitationis, &c. Cogitationes. n. nostrae, ideo capilli dicuntur, quia sicut capilli a capite procedūt, & si sint pulchri ipsum ornant, si autē turpes, ipsum deformant. Sic & nostrae cogitationes ab interiori nostro capiti procedunt, sicut mēte quae caput dicitur hominis: quae si bonae sint, eidē decorē praestant, si autē prauae, ipsam inficiunt. Vñ de bonis capillis. i. cogitationibus dicitur.

Vir de cuius capite capilli fluūt, mundus erit, quia. s. sanctae cogitationes procedentes a mente; ipsam mundā manifestāt. Similiter & male cogitationes capilli dicūtur, vt ostēdit Gre. super illo verbo Iob. Tōne capite corruēs in terrā adorauit d. Quid moraliter per capillos nisi defluentes animi cogitationes accipimus? Quid vero per caput, nisi mens ipsa significat? Caput ergo tōdere est superfluas cogitationes a mente rescicare. ille ergo tōlo capite in terram corruit, qui repressis praesumptionis suae cogitationibus, quā in semetipso infirmus sit, humiliter recognoscit. Et istos capillos malatū cogitationum euellere debemus per penitentiam. Euulsi capillos capitis mei, & sedi merens. Tertio principaliter est capillus iustificationis, &c. Et sic capillus significat sanctos & maxime ipsos Apostolos, qui sanctissimo capiti Christo per sanctitatem adherēt. Caput eius & capilli erant candidi tanquā lana alba, & tāquam nix. Christus. n. caput nostrū dicitur. Eph. 5. Christus caput Ecclesiae, huius capitis mūdicia lanae alba & nix cōparatur. Lana. n. alba & nix cōueniunt in colore, sed differant in effectu, quia lana alba calefacit, sed nix alba frigefacit. Cōparat ergo Christus caput nostrū lanae albae & nix ad denotandū q in Christo fuit ignis charitatis & frigus humilitatis. Et cōsimiliter sancti Apostoli his duobus cōparatur, quia ipsorum mēs fuit feruida per amorē charitatis cōtra frigus aduersitatis, & frigida per humilitatē cōtra ardorē cōcupiscentiae & voluptatis. Vñ gl. praesentis textus dicit. Capilli capitis Christi sunt fideles, qui in Christo capite sunt radicati, qd ornāt bene viuēdo. Et de istis capillis figuratē Eliseo dictū fuit. Ascēde caluē, ascēde caluē: quia Christus a suis capillis derelictus. s. ab oībus Apostolis, cruce ascendit. q Modo ad propositū, si capilli primo modo significēt peccata, tunc est sensus, multiplicatae sunt super capillos. &c. q miseriae nostrae multiplicatae sunt: propter peccata nostra, vt ly super denotet supra fundamēta, quia. s. peccata nra sunt causa poenarū nostrarū. Si autē accipiātur capilli scdo modo. s. pro cogitationibus, tunc est sensus, q miseriae nostrae sunt multiplicatae super capillos. i. supra cogitationes nras, quia tot sunt quot excogitari a nobis non possunt. Si autē accipiātur capilli tertio modo pro Apostolis & sanctis viris, tūc est sensus q Psalmista prauidēs quā multa aduersa Apostoli & alij sancti erāt pro Christo passuri, in personā Christi loquēs, ait. Multiplicatae sunt. s. miseriae super capillos capitis mei. i. super Apostolos & alios sanctos viros. Et inter alias miseriae: as quas pro peccato patimur est cordis ignorantia, quae cor nostrū non solū aliorū corda non cognoscit, sed neq; seipsum. Sicut Petrus seipsum nō cognouit cū Christo dixit. Etiā si oportuerit me

mori tecū, nō te negabo. Et hoc est q dicit. Cor meū dereliquit me. i. ratio cognitiua. Et nota quod ait. Cor meum dereliquit me. Dicit. n. dereliquit ad denotandū q ista cecitas nō est naturaliter in homine, sed propter peccatū a primo homine a quo cæci facti sumus propter peccatum. Vnde ab istis miseris optans liberari, subdit.

667 Complacere tibi Domine, vt eruas me: Domine ad adiuvandum me respice.

Hic ergo cōtra praedictas miseriae postulat Christi potestātē. Hic. n. Christus orat pro corpore suo mystico, vt istis malis Deus sinē imponat, quod erit per collationē gloriae. Dicit ergo cōplacere, nō distans de potentia Dei, si adit voluntas, q. d. Si tu vis tū potes. Domine ad adiuvandum me respice. quasi respice poenitētes in dolore suo. Respice autē Dei est nobis auxiliari. Et nota q hic mysteriū trinitatis personarū & vnitatis essentiae demonstratur. Vnitatem essentiae demonstrat cum dicit, tibi: sed trinitatem dicens cōplacere: placere enim vni soli cōpetere potest, complacere autē cum sit idē qd simul placere, vni soli cōpetere non potest. Continūli modo nominatur vnitatis trinitas, cū pater ait. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.

668 Confundantur & reuerentur simul qui quærunt animam meam: vt auferant eam.

Postquā Christus postulauit suorū defensionē, hic cōsequenter secundū debitā iustitiā postulat reproborū punitionem, & diuiditur in partes tres. Quia primo ponit malorū dānationē, secundo de horū conuersionē, ibi. Conuertantur. tertio conuersionis satisfactionē, ibi. Feram. q Quantum ad primum sciendū q quandoocunq; Christus vel ecclesia orat cōtra malos, hoc nō facit quia de d recto gaudeat de poenis malorū, sed solū per accidēs, in quantum. s. poena malorū proficit bonis ad ipsorū gaudiū augendū, quia sicut cōtraria luxta se posita magis elucescunt, sic & gaudia beatorū cōparata poenis malorū, clarius cognoscuntur. Vñ potius decendū q talia orat Christus magis praedicendo quae futurae sunt quā optādo. Sic ergo praedicendo malorū poenā orat d. Confundantur & reuerentur qui quærunt animā meam quae in vnitate animae cum corpore consistit. Et hic loquitur Christus non solum de seipso, sed etiam dicit, & re vera sic factum est, q Christi persecutores & aliorum sanctorum confusi sunt, non solum aeternaliter, sed etiam multoties temporaliter: vt Pilatus a Caesare fuit interfectus. Harodes vermibus consumptus: Nero a senatu interfectus: & sic de aliis. Et hic potes notare q multiplex est confusio: vt habetur supra versiculo, 146. q Item nota q reuerentidem est quod reuerendari & erubescere: de quo supra versiculo 344.

669 Conuertantur retrorsum, & reuerentur: qui volunt mihi mala.

Hic Christus orat pro electorum conuersione. Certum est enim quod inter persecutores Christi & aliorum sanctorum, multi erant: qui postea ad Deum sunt conuersi: vt Paulus Apostolus, Ceterius qui vidēs miracula in Christi morte facta clamās d. Vere filius Dei erat iste, &c. Et pro talibus hic Christus orat d. Conuertantur retrorsum: gl. id humiles sequa

665

7. q. 2. ad uersus

circūdā

Job. 14.

10. 1. 8.

Soph. 1.

4. mor. 1. 1.

Job. 3.

Greg. 5. mor. 6. 3.

Proph. 14.

1. 1. 20.

Miseria.

psal. 87.

psal. 17.

psal. 114.

Culpa.

psal. 48.

Calcanē

psal. 114.

psal. 48.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

psal. 114.

sequantur qui superbi præbāt, hoc enim Christus de suis membris futuris dicit. *Qui voluit mihi malum*. quo notatur peccati grauitas, quia grauius est vel la mala quam dicere, vel facere, quia illa non sunt peccata nisi in quantum à mala voluntate procedunt. Et nota quod dicit *Conuertamur retrorsum*. Nam qui conuertitur retrorsum, opposito modo se habet quā prius. Peccatores autē iacentes in terram vultu terrā respiciunt: sed dorsum vertunt ad Deū. Si vero conuertantur retrorsum: ut scilicet pars superior fiat inferior, & inferior fiat superior: tunc dorsum vertet ad terram & faciem ad cælum, quia sicut ante totam mentem suam habebat ad mundum, & dorsum ad Deum, sic post cor vertunt ad Deum & dorsum ad mundum. Sic etenim peccatores conuersi Deo dicunt illud. psalm. 43. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros, &c.

Conuersi retrorsum.

psal. 43.

670

**Ferant confestim confusionem suā: qui dicunt mihi euge euge.**

Hic petit conuersorum satisfactionem. Peccatū enim impunitum manere non potest, quia vel peccator ipsum punit satisfaciendo in presenti: vel Deus ipsum punit in futuro: vnde & peccata conuersorum quæ hic debite non sunt punita: in purgatorio puniuntur. Sed sine comparatione melius nobis est hic penā peccatorum nostrorū portare: quā in purgatorio, quoniam quælibet minima pena purgatorij est multo maior quā aliqua in ista vita possit portari, vt dicit Mag. hb. 4. dist. 21. & de poenit. dist. 7. quāuis licet. Et ideo Christus hic optat conuersos penam peccatorū suorum hic portare. *Ferant confestim m. i.* statim confusionem suam. i. pondus penæ & confusionis pro peccato debita. Sed quibus hoc optat, subdit. *Qui dicunt mihi euge euge.* Vbi nota quod euge est interiectio exultatis, quæ aliquando profertur ad congaudendū, sicut Matth. 25. seruo bono dicitur. Euge serue bone & fidelis intra, &c. Quæ verba exponens Rabanus, ait. Euge interiectio est letantis: per quod gaudiū suum suū Dñs inuariat qui bene laborantē seruū ad æternā gaudia inuariat. Sic ergo qui sunt illi qui Christo dicunt euge euge, nisi conuersi peccatores qui congaudent glorie Christi: Et istis optat Christus vt in presenti ferant confusionē peccatorū suorū. Aliquando tamē euge est interiectio derisionis. Sic enim persecutores martyri deridendo eos dicit. Euge euge. psal. 34. Dilatauerunt super me os suum, & dixerunt euge euge: Viderunt oculi nostri: vide supra ver. 546. 549.

Mag. hb. 4. dist. 21. & de poenit. dist. 7.

Ergo.

Matth. 25.

psal. 34.

671

**Exultent & lætetur super te oēs quæ- rētes te: & dicant semper magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.**

Postquā Christus orauit pro malorum ablatione, hic consequenter orat pro honorū collatione. s. suo corpori mystico. Et tria facit Christus, quia petit tria à patre. s. primo patrem iustis conseruare lætitiā: secūdo de iustis habere prouidentia, ibi. *Ego autem mendicans.* tertio iustorū habere custodia, ibi. *Adiutor meus.* Quantum ad primū sciendū quod omnis nostra lætitia & exultatio in solo Deo debet fundari, vel in aliquo creato, vt referatur ad Deum. Quomodo enim in presenti vita causa potest esse lætitiæ, quæ tota miseris est plena quæ à ploratu incipit, & in penā terminatur in morte: Dicunt natura les & maxime Solinus de mirabilibus mundi libro 2. quod vox prima quæ emittit homo natus est plora-

Isaia. 66. Exultatio. Gaudium.

aus quia si masculus est plorando clamat, a. Si verò fœmina clamat e. Vox autē lætitiæ vsq; ad quadragesimū diē differtur. Et si oppolitiū contingat in aliquo malū signū est eius malæ vitæ futuræ. Vnde (vt dicit idē Solinus) Zoroastes in hora suā natiuitatis risisse legitur, quod in ipso malū signū fuit, factus adulescens amplius nunquā risisit. Hic adiuuatur artium magicarum fuit, & dæmonibus dedicatus. Sic spiritualiter in presenti vita nullus in mundo debet lætari, sed semper hic plangere & in statu pœnitentiæ permanere, considerata miseria tam culpæ quam pœnæ quam propter peccatum Adam & Eux genus incurrit humanū. Vnde semper primos parentes in memoriā debemus habere, & ipsorū casum lachrymabiliter ferre. In cuius signum masculus statim natus clamat plorando a. Ad casum plorando. Et fœmina clamat, e. casum plorando. Si autē quis hic cū mūdo gaudere & lætari incipiat, signū est quod talis cito dæmonibus per peccatū est dedicandus & supplicis deputandus æternis sicut fuit Zoroaster. Ergo chausam differamus signa lætitiæ nostræ & exultationis vsque in quadragesimū diē, vt post in Deū semper gloriamur. Quid per quadragesimā dies, nisi totū tēpus vitæ presentis intelligitur? post quos ad cælū ascendimus sicut & Christus qui post resurrectionē suā cōpletis quadraginta diebus cælos ascendit, quia omnē nostrā lætitiā in futuro seruare debemus. Exemplo nationis Thraciæ, de qua narrat Valerius quod Thraciæ natio merito sibi sapientiæ laudē vendicauerat, quæ nata les hominū stibiliber & exequias cū hilaritate celebrabat: quæ verū nostræ conditionis habitū præiudicabat. Remoueat ergo omnium hominū animalium dulcedo vitæ, quæ multa facere & pati turpiter cogit, quæ eo motua, aliquā o eius felicior ac beator reperitur finis. Ex quibus omnibus patet quod solū in Deo non in mundo nostra est ponenda lætitia. Et lætentur omnes qui sperant in te: in æternū exultabunt, &c. Et hoc est quod hic Christus suis fidelibus optat, vt in solo Deo lætentur d. *Exultent & lætentur super te.* fundati omnes qui querunt te. s. in me glorificantes per bonā vitā. *Et dicant semper magnificetur Dominus.* & hoc gratias agendo. *Qui diligunt salutare tuum.* i. me Christum, quem pro mundi salute misisti. Sic enim dicitur. Ego autem exultabo & lætabor in te, psallam nomini tuo altissime.

Omnis masculus nascens e fœmina profert.

natiuitas mors.

Act. 1.

Thracia.

Valerius l. 2. c. 1.

**Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei.**

Hic autē cōsequēter ostēdit Deū de istis solertē habere prouidentia. Vult. n. hic ostēdere Christus, quod nō debemus sollicitari in factis mūdi, quia & si pauperes sumus & mēdici, bonū habemus procuratorē. s. Deū, quod suo exemplo nobis ostendit d. *Ego autem mendicus sum & pauper.* Ad literā. n. Christus pauper fuit & mēdicus, in quantum homo, quod patet ex eius natiuitate vita & morte, qui cū diues esset, pro nobis pauper fieri voluit, vt suā paupertate nos diuites faceret, vt dicit Apostolus. Pōest etiā intelligi de corpore Christi mystico: in quo multi paupertatē voluntariā proficētes Dei sollicitudine gubernantur, dicēte Dño. Quærite primū regnū Dei, & iustitiā eius, &c. Sollicitudinē nostrā in Deū proicere debemus, ps. 54. Iacta sup Dñm curā tuā, & ipse te enutriet. Nā intenti cuius mundi vitā tēporalē perdit & æternā. Qd exemplo narrat Valerius de Archimede philoso. d. quod Marcellus captus Syraculis machinationibus Archimedis philosophi diu victoriā suam

672 13. q. 4. dno.

2. Cor. 8.

Mat. 1.

Sollicitudo temporaliū. Valerius l. 8. c. 7.

suam inhabitam sentit, delectatusque eius prudentia, præcepit vt eius capiti parceretur. At is dum animo & oculis in terra defixis formam protrahendo describeret, multi qui prædandi gratia domum eius irruerant, strictoque super caput eius gladio, quisnam esset interrogante: ille autem propter nimiam sollicitudinem inuestigandi quid requirebat, nomen suum indicare nō potuit. Sed protracto manibus puluere, Noli, inquit, obsecro, figuram istam disturbare. Qui mox non cognitus, obruticatus sanguine suo lineamenta confudit. Sic est de hominibus terrenis deditis. Nam si respicimus eorum occupationes, videbis quod non sunt nisi quædam protractiones in puluere. Nihil enim aliud est plantare, edificare, & huiusmodi, nisi protrahere figuras: qui etiam sic sunt fatui, quod eorum ciuitas, id est, anima capta est ab hostibus, & ingrediuntur ex omni parte, & per omnes partes, id est, per omnes sensus. & tamen ita mundanis sunt intenti, quod cū gladius diuinæ sententiæ super ipsum caput stringat, secundum illud Danie. 13. Ecce Angelus Domini accepta sententiā, &c. ipsi non aduertunt. donec gladio feriantur, & proprio sanguine, id est, peccato opus proprium, & totam sollicitudinem vitæ suæ confundant. Et ideo contra istos ait Christus. Nolite solliciti esse, dicit, quid manducabimus, &c. Scit enim Pater vester, &c. Vnde 1. Petri 5. Omnem sollicitudinem vestram projicite in eum, quia ipsi cura est de vobis. Et hoc est quod de se suisque nūc ait Christus. *Ego autem mendicus sum, &c.*

Duo. 13.

Mat. 6.

1. Pet. 5.

673.

**Adiutor meus & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris.**

Hic ostendit Deum habere iustorum custodiam. Orat enim vt Deus protegat suos, ne tentationibus vel aduersitatibus superentur. Vbi nota quod Deus adiuuat omnes ad ipsum deuotē recurrentes, quoniam adiuuat captiuatos, eos liberando personaliter: tribulatos, eos consolando paternaliter: impugnatos, eos defendendo virtualiter: fatigatos, eos roborando socialiter: infirmatos, eos sanando spiritualiter: adoptatos, eos beatificando socialiter. Primo ergo adiuuat captiuatos, &c. Hoc enim adiutorium postulabant antiqui patres, quando Christi incarnationem pro redemptione humani generis captiuari postulabant dicentes. Exurge in adiutorium meum Domine Deus salutis meæ. Surrexit enim Deus in adiutorium nostrum, quando Dei verbum vt nos adiuuaret, est caro factum. Hunc adiutorem flagitabat Iob pro redemptione nostra, cū dicebat, *Quis tribuat mihi adiutorem vt desiderium meum omnipotens audiat?* Quod exponens Gregorius ait. Sciens sanctus Iob quod suis meritis redimi non poterat, adiutorem quærit. Et quem, nisi vnigenitum Dei filium contemplantur, qui humanam naturam in hac mortalitate laborantem dum suscepit adiuuit. Ipse quippe adiutor adiuuit hominem factus homo, vt qui puro hominī via non patebat redeundi ad Deum, via fieret per verbum Dei. Longe quippe distabamus à iusto & immortalē nos mortales & iniusti. Sed inter immortalē & iustum, & nos mortales & iniustos apparuit mediator Dei & hominum mortalē & iustus, qui & mortem haberet cum hominibus & cum Deo iustitiam, vt quia per ima nostra longe distabamus à summis, in se ipse vno adiutor noster factus iunge-ret ima cum summis. Atq; ex eo nobis via redeundi

Adiutorium.

psal. 37.

Iob. 31.

Greg. 22. moral. ca. 18.

fieret, quo summis suis ima nostra cōpuleret, &c. Istud adiutorium verbi incarnandi pro nostra liberatione petebat Psalmista. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui libera nos, &c. Conformiter nūc Christus pro nobis orat dicens. *Adiutor meus & protector meus tu es, Deus meus ne tardaueris.* Sed cū Deus in seipso nullo modo possit variari, quid est Deum accelerare adiutorium vel non tardare, nisi immobilis in se manens facere nos adiutorium suum percipere? Sic enim & Psal. dicebat. Deus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me festina, id est, fac me festinē adiutorium tuum percipere. Et hic noto quod in nobis tarditas est duplex, scilicet quædam reprehensibilis, & quædam laudabilis. Tarditas reprehensibilis est triplex, scilicet in adhesionē credēdorum. O stulti & tardi corde ad credendum. In cōuersione peccatorū. Ne tardes conuerti ad Dñm, & ne differas, &c. In adimplentione promissorum. Votum fecisti Domino Deo tuo, non tardabis reddere. In istis ergo tribus rogare debemus Deum, ne adiutorium suum tardet in nobis, dicētes. *Adiutor meus, &c. Deus meus ne tardaueris.* Est & alia triplex tarditas laudabilis. Prima est loquelæ, Sit omnis homo tardus ad loquendum, &c. Secunda est iræ, Sit omnis homo tardus ad iram. Tertia est orationis quæ est tardare, id est perseuerare in oratione. Mirabantur quod ipse tardaret in templo, &c. Quia per legem nouam euangelicam nobis adiutor factus est Deus. Ideo sequendo materiam istius Psalmsi quero: vtrum lex euangelica vsque in finem debeat durare. 1. secundæ quæst. 106. artic. 4.

psal. 66.

Luce 96. peccatorū. Ne tardes conuerti ad Dñm, & ne differas, &c. In adimplentione promissorum. Votum fecisti Domino Deo tuo, non tardabis reddere. In istis ergo tribus rogare debemus Deum, ne adiutorium suum tardet in nobis, dicētes. Adiutor meus, &c. Deus meus ne tardaueris. Est & alia triplex tarditas laudabilis. Prima est loquelæ, Sit omnis homo tardus ad loquendum, &c. Secunda est iræ, Sit omnis homo tardus ad iram. Tertia est orationis quæ est tardare, id est perseuerare in oratione. Mirabantur quod ipse tardaret in templo, &c. Quia per legem nouam euangelicam nobis adiutor factus est Deus. Ideo sequendo materiam istius Psalmsi quero: vtrum lex euangelica vsque in finem debeat durare. 1. secundæ quæst. 106. artic. 4.

Dent. 23.

Iacob. 1. Luce. 2.

**Eatus qui intelligit super e-**  
**genum & pauperem, in die**  
**mala liberabit eū Dominus.**

Psalmus iste talem habet titulum. *In finem Psal. David mellectus filijs Chore.* Ad huius intelligentiam sciendam quod vt habetur Num. 16. Cū Dathan & Abiron mouissent seditionem contra Moysen & Aaron: propter quam Dathan & Abiron cum omni familia sua viui absorpti sunt à terra. Chore vero & cum eo ducenti quinquaginta qui thuribula acciperant, vt adolerent incensum in conspectu Domini, diuino igne combusti sunt, quia officium Aaron & filiorum eius vsurpauerant. Tunc fuerunt quidam filiorum Chore, qui patris nequitiam non sunt imitati. Vnde postea successores eorum à Dauid in ministerium domus Domini assumpti fuerunt, & à Domino spiritu prophético prædotati: propter quod in titulis Psalmorum sæpe fit mentio ipsorum filiorum Chore. Non solum propter prædicta, sed maxime propter nominis interpretationem, ex qua intelligentia Psal. percipitur, vt in isto Psalmo. Chore enim interpretatur caluaria, qui fuit locus dominicæ passionis. Vnde per caluariam Christi passio intelligitur. Filij ergo Chore, i. caluarie, sunt filij passionis & crucis Christi, qui s. in cruce Domini nostri Iesu Christi gloriatur cum Apostolo. d. Mihi autem absit gloriari, &c. Et his talibus filijs Chore intellectus huius Psal. attribuitur, qui. s. credunt Christum & si pauperem mortuum, esse tamen verum Deum. Est ergo sensus tituli iste. *Iste Psalmus qui est tendēs & dirigens nos in finem, scilicet qui est Christus, est Dauid, i. factus à Dauid, qui Psal. est intellectus filijs Chore. i. filijs crucis, quia de Christi passione tractat & Incog. tom. z cruce*

674. 1. q. 1. non est.

Num. 16.

Chore.

Galat. 6.



cruce. De materia autem huius Psal. secundum quod A iste Psal. ad litteram de Christo est: quoniam David qui plura Christi mytheria vidit, praeuidit in spiritu eleuatus, praeuidens Christi passionem & resurrectionem de Christo fecit hunc Psalmum: quod manifestissime patet, quoniam littera huius Psal. Christus allegauit de se dictam, dicens de Iuda. Sed vt impleatur Scriptura, Qui manducat panem meum, leuabit calcaneum suum contra me. Quae verba secundum omnes catholicos doctores, de isto Psalmo sunt accepta, vbi dicitur. Homo pacis meum in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Et si aliqua dissonantia videatur in verbis, tamen nulla est in sententia. Sic enim etiam Euangelista narrates eandem rem, non semper concordant in verbis. Sic igitur iste Psalmus ad litteram de Christo est dictus. Et secundum hoc Psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia primo agitur de Christi paupertate. Secundo de Christi passione, ibi. *Inimici mei*. Tertio de Christi resurrectione, ibi. *Tertio autem Dominus*. Prima diuiditur in partes tres. Quia Psal. inducit primo Christi paupertatem. Secundo, ostendit eius utilitatem, ibi. *Dominus conferuet eum*. Tertio, implorat Dei pietatem, ibi. *Ego dixi*. Quantum ad primum notandum quod secundum grammaticos, differentia est inter pauperem & egenum, quia egenus dicitur qui nihil habet: sed pauper, qui aliquid habet, sed parum. Christus ergo dicitur esse pauper & egenus: pauper quidem, quia parum de mundi facultatibus possedit, si consideres eius naturam quia de paupere matre natus, in paupere loco, pauperibus pannis inuolutus, in paupere vita conuersatus propter quod ipse dicit, Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidus, Filius autem hominis, &c. In morte autem non fuit pauper, id est parum habens, sed egenus: quia omnibus etiam suis vestibus exspoliatus, & in alieno sepulchro collocatus. Sic ergo Christus dicitur & pauper & mendicus fuit, vel egenus, secundum diuersa tempora, propter quod dicit Psalmista, Egenus & pauper ego sum. De isto ergo paupere & egeno ait, *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem*. Vbi nota quod intelligo est verbum compositum, ab inter & lego legis: & est intelligere, scilicet intus in conscientia legere. *Beatus ergo qui intelligit*, id est, intus mente credit Christum quo ad humanitatem esse egenum & pauperem, tamen verum esse Deum. Et aduerte secundum Magistrum in glo. quod non dicit, *Beatus qui dat*, sed qui intelligit, vt etiam non petentibus detur. Qui enim petenti dat, bene quidem facit: qui vero tacentem intelligit, sine dubio beatus est, vnde beatus qui praecipue vocem petentis. Sequitur, *In die mala liberabit eum Dominus*. scilicet in die iudicij, qui mala erit peccatoribus: iustis autem, bona per effectum. Et nota quod quamuis illa dies sit bona & mala diuersis, saepius tamen in Scriptura vocatur mala a superabundanti, quia pluribus erit mala, & paucioribus bona. Iste versus quantum ad litteram de Christo dictus, potest etiam moraliter de membris Christi intelligi, scilicet quod beatus sit qui pauperibus miseretur & egenis. In cuius signum omnia opera virtuosa & merita sanctorum in iudicio Christus tacebit, sola opera misericordiae pauperibus facta memorans, & consimiliter caetera malorum peccata silens, solum peccatum impietatis erga pauperes allegabit. Et hoc pulcherrime inducit Petrus Ra. praedicta verba exponens. d. *Beatus qui intelligit, &c.* Tuba magistra bellorum dat suis vi-

Ioan. 13.

Super egenus.

Mat. 8.

Petrus Ra.

res, hostibus dat pauorem. Qui sine tuba dimicet, miles non est, fertur furor, non praesidio, virtute non agit, sed pericula, perire querit non vincere: haec dixerimus, vt Christi miles caelestis intelligat, quare praemissa fuit caetera. Considerati in seculi capto cum diabolo pugnamus, bella cum vicij sustinemus. Quoties ergo nobis insonat propheticus clangor, toties nos in pace cautos, in acie fortes, & in praesidio reddit inuictos. *Beatus, inquit, qui intelligit*, nuditate algidus, tabidus fame, siti aridus, lassitudine tremens, defectu liquidus: quod egenus sit, quis labor intelligere est? Et si labor nullus, vnde fructus? vt umquod ipse qui caelum regit sit nudus in paupere, quod in esuriente esturiant lacrimas rerum: quod sicut in sitierte fons fontium intelligere, quomodo non magnum est? Quomodo non beatus intelligere, quod ei sit ampla paupertas, cui angustum est caelum? Qui dat mundum quod eget in egentem, quod fructu panis, aquae calicem dator omnium querat, quod sic amore pauperis se deponat, vt non tantum assistat pauperi, sed etiam ipse sit pauper. Esturium, inquit, & dedisti mihi maducare. Se maducare dicit, quod ille comederit, & pauper bibat, sibi testatur infinium. O quid agit amor pauperis! gloriat in caelo Deus, vnde pauper ei dicitur in terra. Et hoc computat in honore sibi, quod pauperi reputatur iniuria. Verum est igitur quod verus amor non nisi passionibus probatur. In regno caeli coram oibus Angelis in conuentu omnia reingentium quod Abel passus sit, quod Noe mundum seruauit & Abraham fidem incepit, quod Moyses legem tulit, quod Petrus crucem respiciens ascendit, Deus tacet, & clamat solum quod comedit pauper. *In die mala liberabit eum Dominus*. In die mala illi deo liberator assistit: qui a malis pauperem liberat. Et sine causa accusant peccata, quem pauper excusat. Accusari non potest, quem famis pauperis excusat, &c. Et ideo dicitur. Inclina pauperi sine tristitia aurem tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua.

Dominus conferuet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum eius. 675.

Hic conuenit Psal. ponit utilitate Christi paupertatis, quae est duplex. scilicet spiritualis & corporalis, secundum ponit, ibi. *Dominus operum*. Quantum ad primum notandum quod praedestinati super pauperem Christum intendentes, & in ipsum credentes, etiam aliquando cadunt in peccatum. Et sic duobus indiget remedijs. scilicet vt a peccato iustificetur, & vt in iusticia in gratia conferatur. Et istos duos effectus hic ponit, & primo secundum. *Dominus conferuet eum*. scilicet in statu gratiae. Non derelinquet sanctos suos, in aeternum conseruabuntur. Et si tunc contingat eos cadere per peccatum, ipsos finaliter iustificat. Et ideo subdit, *Et viuificet eum*. Cum enim quis de statu gratiae cadit, in culpa mortificatur quia licet anima est vita corporis, qua recedere corpus mortificatur, & anima redeunte per resurrectionem ad corpus, ipsum corpus viuificatur. Sic & ipsa gratia est vita aeterna qua redeunte, anima mortificatur. Anima quae peccauerit, ipsa morietur, & gratia redeunte ipsa viuificatur. Ioan. 6. *Caro non prodeit quicquam, spiritus est qui viuificat*, quoadiu anima cum Christo per gratiam coniungitur viuunt, & statim morietur cum gratia perdit. Sicut A. quicquid de animalibus. Quod si apes praecidatur viuunt, dum tamen caput pectori sit viuunt: si autem caput a pectore separatur, eo festim morietur. Sic spiritualiter. Nam apes sunt Christi fide-

Notandum.

Deut. 4.

Psal. 118.

676.

Super Christum.

Luce.

Mat. 5.

Aduersa.

Psal. 36.

Viuificet.

Greg. 18.

Ioan. 6.

Ies.

les, quia secundum Isidorum Apis dicitur eo quod sine pedibus nascitur, nam post pedes & pennas accipit. Sic & nos primo nascimur filij irae, non habentes pedes, quibus recte possimus incedere: nec alas quibus possimus in altum surgere, quia nec iusta opera, nec sancta desideria, sed postmodum haec a Deo recipimus, qui operatur in nobis velle & perficere. Coniungitur autem istarum apum caput pectori, quoadiu anima nostra per gratiam Deo adheret, vnde quidquid nobis accidat solum quod vnio maneat viuimus, si autem perdatur, statim anima mors sequitur. Ideo dicitur. Vos qui adheretis Deo viuunt. Sic nos viuificat Deus quando per gratiam nos iustificat, propter quod dicit. *Dominus conferuet eum & viuificet eum*. Et hoc petebat Psal. d. Secundum misericordiam tuam viuifica me. Et in tali sic viuificat demones potentiam non habent, vnde subditur. *Et non tradat eum in animam inimicorum eius*. In animam. i. in voluntatem demonum, quia etiam aliquando in manus demonum hic corpus iusti traditur ad mercedem, tamen animam qua querit offendere non potest. Vide supra vers. 35 & 6.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius, vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Hic ostendit utilitatem temporalium, quia Deus intelligentes super pauperem Christum non solum saluat quoad animam, sed etiam multoties quoad corpus infirmitates sanando. Vbi notandum quod lectus doloris, hic vocatur lectus infirmitatis, quo quis infirmatus quiescit: qui lectus paratur infirmis sicut grabatus: sed quando est liberatus, tali grabato amplius non indiget, & sic lectus versatur siue tollitur & portatur, sicut dixit Dominus languido curato. Tolle lectum tuum & vade in domum tuam. Dicit ergo *Dominus opem ferat illi super lectum doloris*, i. illum infirmo stanti super lectum, i. sanet illum. Et statim sermonem conuertit ad Deum loquens in secunda persona, dicens. *Vniuersum stratum vel lectum eius versasti*. i. remouisti, tanquam lectus quo amplius ille sanatus non indiget. Moraliter autem magis hoc exponit Magister in glo. d. quod quasi lectus quietis sunt haec bona temporalia, sed Deus haec facit doloribus plena, ne spes ponatur in ipsis, ideo illa nominat lectum doloris. Si ergo quaeras, Cur ergo Deo opem ferere tanta patitur, iste sermonem conuertens ad Deum, exponit consilium medicinae, dicens. *Vniuersum stratum eius, &c.* Quia per ista aduersa quae in temporalibus posuit, nos docet illa non amare. Stratum enim dicit aliquid terrenum, quod infirmus licet iustus sibi elegit, in quo pauset, vt vxor filij & caetera licita cum labore mentis in Deum extensa, vt possit tolerare assidue: sed Deus volens nos amore non habere nisi aeternae vitae, his delectationibus miscet amara, & vertit infirmitatem nostram, ne in via qua peregrinamur a Domino, stabulum in quo curadi sumus pro domo aeternae beatitudinis amemus. Et hoc est quod dicit Gregorius. Electus quisque vt aeterna supplicia euadat, vt ad perennem gloriam pauper ascendat, debet hic assidue flagellis atteri, quatenus in iudicio valeat purgatus inueniri.

ad Christum, dixit. *Ego dixi, &c.* Considerabat enim peccata sua praeterita, adulterium cum Berthe, homicidium Vria, populi numerationem. Ideo pro ipsorum remissione orat, vt in Christum pauperem corde intelligere possit. Vnde non petit iusticiam, non excusat peccata sua, sed accusat, dicens. *Ego dixi, &c.* Christus enim cum sit verus Deus, virtus Christi est aeterna, & sic etiam peccata antiquorum patrum sanabat: immo a peccatis nunquam aliquid mundari potuit nisi per fidem Christi, vt ostendit Magister. Sanatur ergo anima virtute fidei per flagella & debitam confessionem peccati. Ista autem tria in se hic proficitur prius vt sanetur. Primo se Christi fidem habere ostendit sibi, dicens. *Ego dixi, Domine miserere mei*. Secundo, flagella hic petit, dicens. *Sana animam meam*, quia aduersa corporis aduersa sanant, quia vt ait Gregorius, Percutit Deus animam vt sanet, quia idcirco foras verbera admonet, vt intus anima vulnera sanet. Tertio peccatum suum confitetur, non excusat, dicens. *quia peccavi tibi*, quasi dicat, secundum Magistrum in glossa. Nullo modo excuso peccatum, sed accuso, dicens. *Peccavi tibi*. Et nota quod iste versus cantatur in hora tertia, quia operatione trinitatis & fide, anima sanatur a peccatis. Item postquam anima sanata fuerit quid ad conseruationem sanitatis requiratur, ostenditur per conseruationem sanitatis incorporalis. Dicit Auicenna, quod in ciuitate ad bonam sanitatem conseruandam, expedit quod fenestrae & portae sint orientales. Et maxime debet esse sollicitudo, vt venti orientales structuras in domo ingredi valeant, & vt sol ad vnquemque locum peruenire possit. Et idem dicit Philosophus politicae 7. Sic & spiritualiter in anima quae tanquam vna ciuitas disponitur. Eccles. 2. 4. In ciuitate sanctificata similiter requieui. Huius fenestrae sunt corporis sensus, vt visus, auditus, odoratus, &c. Portae vero sunt intellectus & voluntas. Expedit ergo quod iste sint orientales, id est respicientes ad orientem, scilicet Christum: de quo Zachariae sexto. Ecce vir nomen eius oriens. Et tunc venti orientales qui sunt optimi, secundum Auicennam & Philosophum, intrabunt hanc animam ciuitatem, ad purgationem & sanitatis conseruationem, scilicet bona spiritus sancti, qui vbi vult spirat, ab isto oriente procedentes, quia vt habetur Lucae sexto. Virtus de illo exibat & sanabat omnes, id est spiritus sanctus. Sol etiam, id est calor charitatis cum veritatis cognitione ad omnem locum veniet, si omnia opera nostra ad Deum respiciant. 4. Regum 13. Aperi fenestram orientalem. Et Baruch 5. Exurge Hierusalem & sta in excelso & circunspice ad orientem. Sic autem conspiciat conferat ad sanitatem. Quia sicut dicit Cassiodorus Psal. 15. Qui Christum acie mentis intuetur, nullatenus infirmari potest interius. Sibi ergo dicamus, *Sana animam meam quia peccavi tibi*. Et securum animam sanantem a Deo postulemus, quia ipse praeter omnibus animas nostras diligit. Quod maxime patet ex tribus, supple ex eius dolorosa animae perditione, ex eius studiosa animae inquisitione, ex eius gaudio animae recuperatione. Primum patet, sapiens enim non multum dolet de amissione rei quam sibi curam non tenet. Sed Christus Dei sapientia plus doluit de amissione paucarum animarum, quam si totum mundi thesaurum perdidisset. Nam multae ciuitates sunt perditae, multi thesauri pro quibus nunquam fleuisse legitur, sicut pro paucis animabus, quas in ciuitate Hierusalem perituras videbat: Incog. tom. 2 quando

Magister

Sanctus Gregorius

Anicenna

Eccles. 2. 4.

Videte Ventus.

Zach. 6.

Luc. 6.

Greg. 13.

Baruch.

Animam

quando videns civitatem fleuit super illam, &c. Vbi A  
secundum glo. plangit reprobos animas, qui etiã  
nesciunt cur planguntur, sed in pessimis rebus exultant.  
Et hoc fuit maximum signum Christi amoris ad animas.  
Parcis omnibus quae tua sunt Domine, qui amas animas.  
Quod bene considerans Esaias sibi dicebat. Sana animam meam, &c. Secundum patet, sapiens non multum sollicitatur si aliquid vile perdat, & non sibi carum: sed si multum sollicitatur in querendo rem perditam, signum est amoris ad illam.  
Christus autem in partibus remissionis diu scilicet per triginta tres annos auras perditas cum magnis laboribus diligentissimè perquisiuit. Narrat fabulae, quod uxorem suam perditã diu quæsuit, nec inuenit donec ad infernum descendit. Sic & Christus animas nostras sibi desponsatas per fidem, sed per peccatum perditas diu quæsuit per mundum istum, nec ipsas inuenit donec pro ipsis moriens ad infernum descëdit, propter quod dicebat ipse. Animam meã pono pro ouibus meis, propter quod sibi secure dicit Psal. Sana animam meam, &c. Tertium patet, quia Christus videns totum mundũ non sufficere pro redemptione animarum, pro ipsis redimendis animam suam exposuit dicens. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam in redẽptionem pro multis. Sed aduerte quod quamuis anima nostra à Deo sit dilecta, multi tamẽ facientes oppositum animas suas vilipendunt, nec illas appreciantur: quod patet si consideres quod studiosè aliqui animas suas perdunt, aliqui vëdunt, & aliqui impignorant. Primò animam suam perdit aliqui, scilicet negligentes ad omne opus bonum, non amãtes nisi quod transeat tempus. Est qui perdit animam suam prae confusione. Secundò animã suam aliqui vëdunt, scilicet cupidi & auari, qui pro diuitiis & temporalibus bonis animam non verentur exponere. Non est iniquius quam amare pecunias: hic enim animam suam venalem facit. Tertio aliqui animam impignorant, scilicet voluptuosi qui deliciis carnis insistant. Qui enim impignorat rem aliquam, non intendit ex hoc illam alienare, sed sibi ipsi retinere dominium rei, & ad tempus vsu rei vel custodiam alteri concedit. Sic & tales de die in diem proponunt abstinere, & se à malis retrahere: sed demones qui sunt pessimi feceratores, dant eis ad tempus mutuo quod volunt, scilicet delicias & voluptates carnis, & honores mundi, & huiusmodi: & eos in istis taliter suis vsuris implicant, quod animam suam reperere erubescunt. Et sic in malis inueterati animam suam finaliter perdunt, quod tamen in principio non proponebant. Isti figurantur per Iudam, qui vt redimeret pignus quod dederat ipsi Thamar, ipsum rehabere non potuit, vt habetur Genes 38. Sunt tamen aliqui qui iuste & virtuose animam suam dicuntur impignorare, sicut boni prelati qui animam suam ponunt pro ouibus suis, quibus dicitur. Custodi virũ istum, quoniam si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima illius. Quarto animam suam pro nihilo dant inuidi & iracundi. Cupidus enim recipit diuitias, voluptuosus delicias, ambitiosus honores, gulosus cibum. Isti autem nihil delectabile accipiunt, nisi amaritudinem, & sic animas suas gratis dant diabolo, Iudith. 9. Animam suam dedit periculis. Contra quos anima sanitatem querit Psalmista dicens. Sana animam meam, &c. Questio vtrum anima sanata per gratiam amplius possit cadere, Aegidius distinctione 14.

Inimici mei dixerunt mala mihi, 678, 6. q. 1. in moral. quãdo morierur, & peribit nomen eius.  
Hic consequenter agit de Christi passione. Et diuiditur in sex partes. Quia ponitur primò mortis Christi Iudæorũ consultatio. Secundò contra Christũ cordialis malignatio, ibi. Et si ingrediebatur. Tertio virtutum Christi iniqua diffamatio, ibi. Egrediebatur foras. Quarto contra Christum occulta insurrexio, ibi. Aduersum me. Quinto contra Christi resurrectionem vana cogitatio, ibi. Verbum iniquum. Sexto Iudæi proditoris prauisa supplantatio, ibi. Et enim homo. Quantum ad primum sciendum quod hic Psalmista mutat loquendi modum: prius enim Psalmista fuerat loquutus de Christo, nunc autem introducit Christum loquentem de seipso. Sic enim fecerat supra Psalmo secundo, in quo prius Psalmista loquitur de Christo, dicens. Asitruerunt reges, & aduersum Christum: & post consequenter introduxit Christum de se loquentem, dicens. Ego autem constitutus sum, &c. Et hæc mutatio frequenter fit in prophetis. Nunc igitur in persona Christi loquens dicit. Inimici mei dixerunt mala mihi. Quod patet, quia multoties ei vituperia dixerũt, sicut Ioan. 8. Nonne benedicimus nos quia Samaritanus, &c. & demoniolum habes? Et Ioan. 9. Nos sciimus quia hic homo peccator est. Quod totum faciebant, vt per ista mala quae de ipso dicebant, inducerent ipsum ad mortem. Et hoc est quod principaliter intẽdebant, propter quod subdit. Quando morierur, & peribit nomen eius? Quia cogitabant per Christi mortem delere eius fidem & nomen: cuius tamen oppositum totaliter euenit. Et ideo frequenter cogitauerũt de morte Christi, vt nomen eius delerent. Ab illo ergo die cogitauerũt illum occidere, &c. Sed quare talia cogitabant contra Christum, nisi quia ipsorum vitia arguebar. Vnde dicit glossa, quod hoc Iudæi faciebant, quia tædiosus erat eis & grauis ad videndum: & ex hoc timebant, ne ipsi perderent locum & gentem. Ideo dicebant, quando morierur? Iperantes quod in morte eius nomen periret, quasi dicit. Populi videntes eum mori, scient se falsè in ipsum sperasse. Sed nunquid mortem inimici quis licite quærere potest: propter quod sic Psal. Latabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit, &c. Ad oppositum, Eccles. 8. Noli de morte inimici tui gaudere, &c. Respondeo, quod mors inimici dupliciter potest considerari, scilicet aut secundum quod est malum inimici, aut secundum quod cedit ad bonum aliorum. Primum nunquam licet. Secundum verò sic. Et hoc satis deducit Gregorius dicens. Si enim quis de prosperitate inimici tristatur & de aduersitate lætatur, constat quia non amat quem non vult esse meliorem, eumque etiam stantem voto persequitur quem cecidisse gratulatur. Sed inter hæc sciendum est, quia euenire plerumque solet, vt non amissa charitate etiã inimici nos, mors vel iniuria lætificet, & rursus eius gloria sine inuidiã culpa constringat. Cum & ruente eo, quosdam bene erigi credimus, & proficiente plures iniuste opprimi formidamus. Qua in re mentem nostram nec iam defectus eius erigit, nec eius profectus addicit. Sed recta nostra cogitatio non quid in ipso, sed quid de illo circa alios agatur attendit. Sed ad hæc seruanda valde est necessarium subtilissimã discretionis examen, ne cum nostra odia exequimur, fallamur, & sub specie utilitatis alienæ. Si enim de inimici morte gaudendum omnino non esset, propheta non

ta non diceret. Latabitur iustus cum viderit vindictam, &c. Ex quibus apparet, quod sicut licite quãdo vita inimici alius est damnoſa, eius mors potest optari: sic per oppositum quando eius vita alius est vilis, eius mortem velle magnum est crimen. Et sic grauius peccabat inimici Christi, eius mortem tractantes, cum eius vita omnibus vilis esset.

Et si ingrediebatur, vt videret, vana loquebatur cor eius: congregabit iniquitatem sibi.

Hic ostendit malignitatem cordis Iudæorum erga Christum. Et hic etiam mutat modum loquendi, quia statim ante inimicos suos nominat Christi pluraliter, dicens. Inimici mei, &c. Nunc autem ipse ponit in singulari, dicens. Et si ingrediebatur, &c. Vnde more Scripturæ hic accipitur numerus singularis pro plurali: vel accipitur hic numerus singularis pro inimicorum multitudine, vt sit sensus. Et si multitudo inimicorum ingrediebatur, &c. Dicit ergo Christus. Et si ingrediebatur, s. multitudo inimicorum vel aliquis de inimicis meis: vt videret, sine decentem vel miracula faciẽtem, statim bonum quod videbatur conuertebat in malũ. Et hoc est quod subdit. Vana loquebatur, quia falsa referẽbant ad meam diffamationem, vtputa quãdo ingressi sunt ad Deũ quærentes an liceret tributum dari Cæsari. Ipse autem respondit, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari. Sed ipsi falsa retulerunt, dicens. Hunc inuenimus prohibentem tributum dari Cæsari. Sic & quando viderunt ipsum miracula faciẽtem, vana & falsa loquebantur peruertendo miracula. In Beelzebub principe demõiorum, &c. Et si quãdoque non poterant peruerrere miracula, quia erant manifesta, peruertebant modũ faciẽtis, dicens. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Et quia hæc est summa iniquitas bona proximorum in malum peruertere, ideo subditur. Cor eius congregabit iniquitatem sibi. Scilicet parans calumniam: & hoc sibi, quia tales sibiipsis non alius nocent. Vel iste versus non solum exponitur de Christi apertis inimicis, sed magis de fictis & simulatis amicis, vt fuit Iudas, de quo dicit. Et si ingrediebatur, quasi dicit, secundum gloſ. Non solum apertis inimici, sed etiam qui se simulauerant amicos, dixerunt mihi mala. Quia & si ingrediebatur aliquis eorum (vt Iudas) vt videret, id est vt exploraret. Sic enim & de subintroductis falsis fratribus ait Apostolus ad Galatas. Qui subintroierunt explorare libertatem nostram. Vana loquebatur, id est ficta, vt cum Iudas ingressus ad Iesum dixit, Ave rabbi. Et sic cor eius congregabit iniquitatem sibi, id est ad dandum suum. Et nota quod secundum philosophum, quia vaniloquium multum est damnosum, ideo pueri & iuvenes circa loquelam multũ sunt refrenandi, quia circa ipsam maxime tripliciter peccant. Primò quia de facili loquuntur lasciuia. Secundò quia de leui loquuntur falsum. Tertio, quia vt plurimum loquuntur fatua. Primò quia iuvenes leuiter loquuntur lasciuia patet, quia iuvenes sunt insequutores passionum, & ad lasciuia proni: quare cum semper sit adhibenda cautela vbi periculum imminet, cohibendi sunt iuvenes à locutione lasciuia & sermonibus turpibus, & increpandi quando talia eos loqui contigerit. Ratio autem secundum Philosophum vbi supra est, quia ex talibus loquutionibus de facili ad aperte turpia inclinantur: ipsa enim loquutio turpium facit in nobis me-

moriam illicitorum, quia facta augetur concupiscencia circa illa: concupiscencia verò aucta facilius inclinatur ad illa, propter quod bene dictum est. Quod corrumpit bonos mores colloquia praua. Secundò corrigendi sunt ne loquantur falsa. Nam iuvenes de facili mentiuntur. Cum ergo consuetudo sit altera natura, ex quo iuuenilis ætas inclinatur ad dicendum falsum, secundum Philosophum 4. Ethicorum, per debitas correctiones inducendi sunt, vt adharerent veritati, quæ per se bona est & laudabilis. 4. Ethic. Tertio corrigendi sunt ne ab (sue) prameditatione loquantur, quoniam iuuenes sunt in experti & pauca cognouerunt, ideo ad pauca inspicientes de facili enunciant: ideo monendi sunt, ne statim ad interrogata respondeant. Licet enim repente nullus sit summus, & iuuenes non statim possint esse perfecti & prudentes, tamen si affueant vt prameditati loquantur, & respondeant, per successionem temporis disponuntur, vt proferant sermones irreprehensibiles. Et hoc est quod sacra scriptura dicit. Adolescens loquere in causa tua, vix cum necesse fuerit.

Egrediebatur foras, & loquebatur in idipsum.

Hic consequenter pradicat, quomodo Iudæi virtutes & opera Christi peruertendo exterius diffamabant. Et in hoc differt versus iste à precedenti, quia in precedenti ipsum diffamabant in corde suo interiori, hic autem exterius: quia diffamationem quam prius scribæ & Pharisæi de Christo inter se ipsos primo faciebant, postea ad turbas & populares egredientes, ipsam diffamationem promulgabant. Egrediebatur ergo foras, id est ad plebeios. Et loquebatur in idipsum, s. malum, quod prius cogitauerant, vel in idipsum, id est vno consilio. Et vide in istis malum ingressum & malum egressum, quia ingrediebatur vt videret, id est vt & obseruarent, sed egrediebatur vt diffamarent. Et possimus hic notare, quod multiplex est egressio, scilicet Christi iusti & peccatoris. Egressus autem est Christus multipliciter. de folio regali carnem assumendo, à summo caelo egressio eius, de aluo virginali carnem assumendo. Egredietur Dominus de loco sancto suo. Et Mich. 5. De te enim egredietur qui sit dominator in Israel. De vita temporalis moriendo. Egredietur Dominus ante te, vt percutiat castra Philistin. Egredietur iustus multipliciter, scilicet de terra Aegyptiorum per viciorum impugnationem, Egressus est omnis populus de terra Aegypti. De terra Chanaanorum ad Dei conuersionem. Mulier Chanaanica à finibus illis egressa clamabat dicens. Domine miserere mei. De terra Babyloniorum, per morum ordinationem. Egredimini de medio Babylonis, &c. Babylon enim interpretatur confusio. De terra Chaldæorum per mundanorum despectionem. Egredere de terra tua, &c. Egreditur autem malus magis ad propositum. Ad voluptatis incendium, in quo corrumpitur castitatis integritas. Egressa est Dina vt videret mulieres, &c. Ad cupiditatis diluuium, in quo relinquunt tranquillitatis securitas, & significatur per egressum corui, qui egrediebatur & non reuertebatur, designans egressum mali religiosi de quiete claustrum ad diluuium mundi. Ad crudelitatis maleficium, in quo perimitur fraternitatis charitas. Talis fuit egressus Cain. Egrediebatur foras, &c. Et populi Iudæorum qui de interiori mala cogitatione

Quæstio vtrum anima sanata per gratiam amplius possit cadere, Aegidius distinctione 14.

1. Cor. 15

Philosoph. 4. Ethic.

Eccle. 31

6. q. 1. de superioribus.

Egressio

Psal. 118. Esa. 26. Mich. 5. Paral. 14.

Exod. 16. Mat. 15.

Hiere. 51.

Gene. 12.

Gene. 34.

Gene. 7.

Gene. 4.

ne foras egrediebantur ad Christi diffamationem: A vt noster nunc dicit textus. *Egrediebatur foras & loquebatur in iudisum.*

**681.** Aduersum me susurrabant omnes inimici mei, aduersum me cogitabant mala mihi.

Hic consequenter prædicat Iudæorum cõtra Christum occultam murmuracionem vel susurracionem. Vbi sciendum q̄ secundũ grãmaticos Susurro susurras idẽ est, quod murmurare, in aure alicuius latenter dicere, vel alicui detrachere. Vnde Greg. dicit. Qui enim susurra occulte loquitur: & vocem non exprimit: sed imitatur. Susurrabant ergo inimici Christi contra ipsũ: quia videtes q̄ turbę habebant ipsũ vt verũ pphetã non audebãt palã de ipso malum dicere: sed inter seipso secretẽ ipsi detrahebant. Quo nã vt dicitur Ioan. 7. Nemo palam loquebatur de illo ppter metũ Iudæorum. Vnde glo. Magistri. *Aduersum me susurrabant &c.* i. in auribus inimicem murmurando. Non enim audent detegere cõsilia sua q̄ in scelere focij sunt. Et hoc maxime fuit quando p̄tiffices & pharisęi timentes turbas secretũ cõsiliũ fecerunt. d. Quid facimus: hic homo multa signa facit: si dimittimus eũ sic, oēs credẽt in eũ &c. Et quia in illo susurro & secreto consilio fuit deliberatum ab oibus vt Christũ occideretur: quia ab illo die cogitauerunt vnanimi cõcordia vt interficerent eũ: ideo hoc prædicans psal. in persona Christi dicit. *Cogitabant mala mihi.* scilicet me interficere. Et quantum ad hoc possumus notare q̄ oīs malẽ cogitans aduersum Christum mala cogitat. quia cõtra eius bonitatem. Et sic aduersus Christũ est multiplex mala cogitatio, scilicet cogitatio primõ ambitionis & superbia: que etiã altas mētẽs inuadit. Vnde apostolorũ Christi etiã mētẽs percussit. Intrauit autẽ cogitatio inter eos quis eorũ videretur esse maior. At Iesũ vidẽs cogitationes eorum, apprehendens paruulũ &c. sedans eis humilitatis exemplum. Et quod illa fuerit cogitatio superbię ostendit Cyrillus ibidem. d. Insiadiatur enim diabolus multimodẽ optimã delictibus vitam. Et si quidem per carnales illecebras abscindere valeat alicuius mentẽ, affectus voluptatis exaquit. Si quis effugerit cupiditatis laqueos glorię suscitatur passio: quę quidem glorię concupiscentia suorum apostolorum corda inuasit: quia intrauit cogitatio in eos &c. Hoc enim cogitare est cupidinis super esse. Improbabile autem putat omnes apostolos hanc cogitationem incurrisse. Sed vno eam passo, ne crimen aliquod contra aliquẽ discipulorum euangelista machinari videretur indeterminatẽ exprimit. d. Intrauit autem in eos cogitatio. dominus autẽ qui saluos facere suos nouit: videns in mente discipulorum superbię cogitationem exortam, velut quandam amaritudinis radicem: prius quam augmentum susciperet radicitus ipsam euellit. Cum enim inchoant passiones in nobis facile deuitantur: sed auctę difficilẽ sunt mobiles. Ideo vidẽs cogitationes eorum apprehendens puerum statuit eum secus se &c. Hęc enim cogitatio superbię dicitur mala: quia contra nos nostrum fortificat hostẽ in eo quod diabolus famem pascat. Vnde Greg. 33. Moral. c. 2. ait. Qui in elationis suę altitudine remanent, & ad diuina eloquia flexi humiliter dedignantur: pro eo quod iuxta diaboli desiderium praua cogitare non desinunt diaboli famem resciant ex eo quod nequiter cogitant vel operantur. Et ideo ne

Susurratio. Greg. 1. Moral. c. 10.

Ioan. 7.

Ioan. 11.

Cogitatio

Luca. 9.

Cyrillus.

Gregorius.

superbi tali cogitatione superbiant cuilibet eorum dicitur. Qui de te eleuat cor tuum: & quare magna cogitans attonitos habes oculos (Ad propositum talis erat cogitatio Iudæorum contra Christum. quã videntes quod a turbis magis honorabantur: emulacione superbię moti cogitauerunt illum occidere. Et hoc est quod hic dicit Christus. Omnes inimici mei aduersum me cogitabãt mala mihi. propter quod dicitur. Ab illo ergo die cogitauerunt vt interficerent eum.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiciet vt resurgat?

Hic consequenter ostendit qualiter cõtra Christi resurrectionem vana cogitauerunt. Vbi sciendum quod Scribę & Pharisęi ac alij sacerdotum principes audierant multotiens a Christo quod ipse occisus ab eis resurgeret. Ipsi autem hoc nolentes credere putabant quod ipso mortuo discipuli corpus eius furarentur & prædicarent postea populo ipsum surrexisse & in cœlum ascendisse. Ideo huic q̄ imaginabantur volentes obuiare ordinauerunt q̄ corpus in sepulchro a militibus custodiretur ne discipuli ipsum possent furari. Et hoc fuit illud verbũ iniquum quando scilicet conuenerunt principes sacerdotum & pharisęi ad Pilatum. d. Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuẽs: post tres dies resurgam: iube ergo custodiri &c. vt habetur Mat. 27. Quod ideo fecerunt, quia non credebãt Christum resurgere posse: sed hunc per apostolos esse furandũ. Et hoc est quod dicebat. *Nunquid qui dormit. i. qui in sepulchro iacet mortuus, nõ adiciet. i. faciet vt resurgat.* q. d. non. Quę omnia dicebant conueniendo eius resurrectionẽ. Et vide q̄ ipsumet suis verbis capiuntur. quia Christum in sepulchro positum dicitur dormire. In potestate autẽ e dormientis seipsum excitando resurgere. Vel mortui ideo dicuntur dormire, scilicet, Deo: etiam si nobis sint mortui. quia Deus ad libitum illos potest excitare.

Et attende quod conuenienter Christi mors & passio quedam dormitio dicitur propter multa. Primõ quia secundum Philosophum somnus videtur quodammodo esse medium inter viuere & non viuere. Sic fuit mors Christi. Nam status præsens est non viuendum: quia hæc vita mors dicenda potius est quã vita: quoniam ipse quotidianus deus corruptionis nihil aliud est quã quedam prolixitas mortis. Satus vero glorię est viuendum. Crede videre bona domini in terra viuendum. Sed mors Christi mediauit quia per mortem transiit de vno statu ad alium: & nos consimiliter per mediationẽ mortis eius transimus. ad Heb. 9. Noui testamenti mediator est: vt morte intercedente &c. repromissionem accipiant qui vocati sunt &c. Mediauit etiam inter statum legis veteris & carnalis & nouę & spiritalis. quorum primus status erat nõ viuendum: secundus autem viuendum. Quoniam littera occidit: spũs autẽ viuificat. Secũdõ mors Christi dicitur dormitio. quia sicut docet philosophus in libro de somno & vigil. In somno redit virtus sensitiua & spiritus sensibiliẽ & sanguis ad interiora. scilicet ad cor. Sic & spiritus Christi ab exterioribus, scilicet a nobis qui extra terram habitamus. scilicet in superbie terrę, vbi primõ operabatur, reduxit se ad interiora terrę, scilicet ad infernum qui dicitur esse in centro terrę: sicut cor in medio animalis. Similiter & virtus sanguinis Christi ibi congregata est ad salutem

Ioan. 1.

682.

Mat. 27.

Dormire

Phil. 2.

de am. d.

1. Cor. 15.

Heb. 9.

litem electorum, Nam Deus noster non solum in superficie terrę operatus est salutem: sed etiam in medio terrę. Erit filius hominis in corde terrę tribus diebus & tribus noctibus. Et ideo Christus licet quantum ad corpus in sepulchro dormierit: tamen corde vigilabat. Ego dormio, & cor meum vigilat. Et possunt esse ista verba etiam ipsius Christi affirmantis resurrectionem suam contra crudelitatem Iudæorum. vt sit sensus. *Nunquid qui dormit, non adiciet vt resurgat.* q. d. immo adiciet.

**683.** Etenim homo pacis meę, in quo speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. B

Hic ponitur Iudę proditoris præuisa supplantatio. Ista enim verba ad litteram de Iuda sunt dicta. Vnde dicit Christus. *Etenim homo pacis meę &c.* q. d. Christus. Non est mirum si Iudæi inimici mei talia dicebant contra me & faciebant: quia etiam Iudas discipulus meus, & familiaris meus & communis meus contra me conspirauit cũ eis. Et hoc est quod dicitur. *Etenim homo pacis meę.* i. Iudas qui se mecum habere pacem simulauit dum in eisum prodendo est osculatus. Et sic est hic expressa propheta de osculo pacis a Iuda dato Christo. Fuit enim Iudas de numero illorum de quibus dicitur. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. *In quo speraui.* i. cui dedi signa confidentię, quod confiderem de ipso in hoc quod portabat loculos, & custodiebat illa quę Christo offerebantur ex deuotione pro necessitate Christi & apostolorũ suorum. Vel *In quo speraui.* quia pretendi me nescire intentionem suam. Vel *In quo speraui.* quantum est ex parte mea sic egeram cum illo, quod merito in ipso sperare poteram. Vel *In quo speraui.* scilicet quõ ad membra mea. quia alij fratres sperabant in illo si cut & in ceteris apostolis. Isto consimili modo etiã Christus in pauperibus se dicit esurire. *Qui edebat panes meos.* scilicet, qui mihi erat cõmensalis. Et dicit panes in plurali. quia Iudas cum aliis apostolis in cœna duplicem panem manducauit. scilicet corporale & sacramentale: quia corpus Christi in cœna cum aliis sumpsit. Et secundum glo. hic est expressa propheta de bucella panis, quam Christus dedit Iudæ: quia ipsum designauit. *Magnificauit super me supplantationem.* i. magnificauit: super me fecit deceptionem. vt scilicet me tradendo morti omnibus conuulcandũ & supplantandum. i. sub planta pedũ redderet. Sed frustratus fuit intentione sua: quia per hoc Christũ magis fuit exaltatus. Istum enim versum expresse adducit Christus dictum de Iuda: dicens. Qui manducat panem meum leuabit calcaneum suum super me. hoc enim secundum Chrysostomum dicit Christus: ostendens quod non ignorans traditur, quod sufficiens erat Iudam a proposito prodicionis reuocare. Dicit autẽ, *Qui manducat panẽ meũ &c.* i. q̄ a me nutritus est: q̄ mēsa mea cõmunicauit. Quod idẽ sic dicitur, vt si quando a famulis aut ab aliquibus vilioribꝫ patiamur aliquod malum, non scandalizemur respicientes Iudę exemplum qui infinitis potius bonis in contrarium remunerauit benefactorem. Vnde Augustinus super Ioan. illi discipuli qui electi erant manducabant panem Christi ad salutem: Iudas autem manducabat panem domini contra dominum. illi vitam, iste pœnam. *Qui enim manducat indignẽ (vt ait Apostolus) iudicium sibi manducat & bibit.* Hic queritur, vtrum mali in peccato mortali sciẽter existentes communicando recipiant verũ Chri-

Mat. 26.

Can. 7.

683.

De primi.

disc. i. ho.

m. d. i. v. s.

Iudas.

Phil. 2.

Ioan. 13.

684.

Augusti.

1. Cor. 15.

si corpus. Egidius. dist. 9. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis. 684

Postquã psalmus egit de Christi passione: hic consequenter agit de Christi resurrectione. Et diuitur in quatuor partes. Quia Christus primõ orat pro sua resurrectione. Secũdõ se certum ostendit de sua exauditione. In hoc cognoui. Tertiõ suam exauditionem ostendit ratione: ibi. *Me autem.* Quartõ ex prædictis surgit ad gratiarum actionem. ibi. *Benedicẽs.* Quantum ad primũ rogans Christus p̄ suã resurrectionem accelerandã ait. *Tu autẽ domine miserere mei.* &c. Sed quomodo in Deo cadere potest misericordia, cũ mĩa sit cordis cõpassio de aliena miseria. Dicẽdũ q̄ q̄dã virtutes sũt, q̄ dicũt pfectionẽ absque oĩ imperfectiõẽ annexã: vt est charitas, sapiẽtia, fortitudo, iustitia &c. Et istę plene sũt in Deo: imo potius Deus est idẽ q̄ illę virtutes. Vñ Deº dicitur fortitudo. Deº est charitas & hmõĩ. Quędã sũt virtutes q̄ aliq̄ imperfectiõẽ hũt annexã, vt est fides, spes, mĩa &c. q̄ a fides dicit cognitionẽ enigmaticã, spes cõsuetudinẽ de nõdũ habito. mĩa dicit volũtatẽ subleuãdi alteriº miserã cũ quadã cordis cõpassiõẽ & dolore. Et tales virtutes dicuntur de Deo sũt illud q̄ dicũt pfectionẽ nis, oĩ imperfectiõẽ semota. Vnde hanc dubitationẽ mouet Grego. & soluit. d. Dicitur enim Deus zelans sicut scriptum est. Dominus zelotes nomen eius. Dicitur iratus sicut est scriptum. Iratus est dominus contra Israel. Dicitur pœnitens sicut scriptũ est. Pœnitet me fecisse hominem. Dicitur misericors sicut scriptum est. Misericors & misericors dominus. Dicitur præsciũs cum de illo dicat apostolus. Quos præsciũt & prædestinauit. Cum tamen nec zelus, nec ira, nec pœnitentia, nec misericordia, nec præsciẽtia esse possint in Deo. hæc nanque omnia ab humanis in illum qualitatibus tracta sunt: dum ad nostrę infirmitatis verba descenditur: vt quasi quibusdam nobis gradibus factis & iuxta nos positis per ea quę nobis vicina cõspicimus ad summa Dei ascēdere quandoque valeamus. Zelari etem dicitur qui cum cruciatu mētis castitatem custodit xoris. Irasci dicitur qui furore animi cõtra puniẽdum vicium accenditur. Pœnitere dicitur cui id quod fecit displicet, & e contra mutãdo aliquid aliud facit. Misericors dicitur: qui pietate ad proximũ pmouetur. mĩa enim a misero corde vocata est: eo quod vnusquisque inuictur quẽpiã miserũ atque ei cõpatiẽs dum dolore animi tangitur ipse cor miserũ facit vt ei a miseria liberet cui intendit. Præscire dicitur: qui vnãquã que rem antequã veniat, videt: & id quod futurum est priusquã præsens fiat prævidet. Deus ergo quomodo zelus est, qui in custodiẽda castitate nĩa nullo mētis cruciatu rãgitur. Quo irascit, q̄ i vlciẽdis vicis nostris p̄turbatiõẽ animi cõmouetur: Quomodo est pœnitens, qui illud quod semel fecerit, se fecisse nunquam dolet. Quomodo habet misericordiam, qui cor miserum nunquam habet? Quomodo est præsciũs, dum nulla nisi quę futura sũt præsciãtur? Et sciũs quod Deo nihil futurũ est, ante eius oculos, præterita nulla sũt, præsciẽtia non traieunt, futura non veniũt. Quippe qui a omne quod nobis fuit & erit, in eius cõspectu, præscit est. Et omne quod præsens est, sciũ potest potius quã præsciri. Et tamen dicitur zelans, dicitur iratus, dicitur pœnitens, dicitur misericors, dicitur præsciũs: Vt quia castitatem animę vnusquisque custodit, humano modo zelus vocetur, quãuis mētis cruciatu non tangatur. Et quia culpas percutit, dicitur irasci: quamuis nulla aĩ p̄turbatiõẽ moueatur. Et quia incog. rom. i. z 4 ipse

684

M. sericor.

684.

25.

4 Re. 13.

Gen. 6.

Rom. 18.

Zelus.

Pœnitẽs.

ira.

præsciẽtia



ipse immutabilis, illud quod voluerit mutare, pœnitentia dicitur, quamvis rem mutet, cōsiliū non mutatur: & cū miserā nostrā subuenit, misericors vocatur, quāvis miseris subuenit, & miserum cor nunquā habet. Et quia ea quæ futura sunt nobis videt, quæ tamē ipsi semper præsto sunt præsciū dicitur, quamvis nequaquam futurum præuidet quod præsens videt. Nam quæcunque ab æternitate eius videntur, non ideo videntur quia sunt, sed potius ideo sunt quia videntur. Dum ergo ad verba nostræ mutabilitatis descenditur, ex eis quasi quibusdam gradibus factis ascē dat qui potest ad immutabilitatem Dei, vt videat Deum sine zelo zelantem, sine ira irascentem, sine dolore pœnitentem, sine misero corde misericordem, sine pœnitionibus præscientem, &c. Ex quibus omnibus patet propositum. s. quod misericordia quantum ad illud præcise quod dicit perfectionis. s. voluntatem tollendi alterius miserā, cadit in Deo, non autem quantum ad illud quod ad illud quod est imperfectionis. s. cordis miseria. Postquam ergo Christus narravit miserias suæ passionis, nunc vt terminetur, misericordiam Dei implorat, dicens. *Tu autem Domine miserere mei.* Et loquitur homo Christus Deo patri, vel toti Trinitati. Sed qualem misericordiam implorat, subditur. *Et resuscita me.* id est ne dimittas diu animam meam in inferno, & corpus iacere in sepulchro, reuiniendo animam meam corpori meo: quod factum fuit, quando tertia die resurrexit cum corpore glorioso, in quo iudiciariam potestatem malos puniendi recepit, quod manifestans subdit. *Et retribuam eis.* s. inimicis & persecutoribus Iudæis. Sed quid retribuatur? Respondet glossa. Retribuam eis in presenti & in futuro, in presenti. s. vt dispergantur: in futuro, vt dānentur: quod enim Iudæi dispersi sunt per mundum, ad admonitionem est non ad damnationem. Hoc autem fuit adimpletum, quando in vindictam mortis Christi Iudæorum populus per Titum & Vespasianum Romanos principes fuit occisus, captiuatus, & dispersus, sicut prædixerat Christus Luca 19. quando videns ciuitatem fleuit super illam dicens. *Quia si cognouisses & tu. s. mala, que tibi retribuuntur similiter fletes.*

685. In hoc cognoui quoniam voluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me.

Hic consequenter ostendit Christus se fore exaudiatum. Omnis enim Christi oratio ex deliberatione facta fuit exaudita, quia cū aīa Christi clarē diuinam voluntatē aspiceret, nihil nisi eidem conforme orando petebat. vnde ait, In hoc quod inimicus meus. s. populus Iudaicus, non gaudebit super me. s. de morte mea finaliter non gaudebit. In hoc. s. cognoui quoniam exaudisti me resuscitare. Populus enim Iudaicus ad tempus gauisus fuit de morte Christi, sed de resurrectione eius turbatus & anxius. Vel sic, In hoc. s. quod suscitasti me, cognoui q̄ inimicus meus non gaudebit super me, quia per resurrectionem Christi magis fuit declarata gloria Christi, & Iudæorum ostensa malitia, propter quod à Romanis dissipati fuerunt. Vel sic, In hoc, scilicet quod voluisti me, id est dilexisti me: quia velle aliquid importat dilectionem eius, quasi dicat. Per hoc quod me dilexisti, cognoui q̄ inimicus meus finaliter non gaudebit super me. id est de morte mea. Sed hic cadit dubium. Cū anima Christi ab instāti suæ creationis

habuerit omnium perfectam cognitionem & scientiam, quomodo per suam resurrectionē, vel per patris dilectionem cognouit futuram Iudæorum punitionem? vel quomodo per talem punitionem cognouit se fore exaudiatum? Respondeo, quod præter scientiam diuinam quæ competit Christo inquantū Deus, à doctoribus ponitur in Christo triplex notitia. Prima est, quæ cognoscit verbū, & alia in verbo. Et secundū istam notitiam, non cognoscit vnā creaturam per aliam, vel vnū effectum per alium, quia in hac notitia nō sunt cognitiones volubiles ab vno in aliud trāsueunt: sed per verbum immediate cognoscuntur, quia videns verbum, insimul omnia in ipso videt. Secunda est notitia quā à principio suæ cōceptionis cognouit res in proprio genere per scientiam sibi diuinitus infusam. Et ista notitia potest cōsiderari dupliciter. Vno modo ad acquisitionē, & sic non cognoscit vnū per aliud, quia notitia omnium quæ sic cognoscitur, fuit sibi simul infusa. Alio modo quantum ad vsum, & sic bene cognoscit vnū per aliud, sicut habens notitiam acquisitam, aliquando vidēdo causam, concludit effectum, vel ecōtrario, & vnū simile per aliud, & sic de aliis modis concludendi. Et isto modo Christus cū quæ suisset à Petro, Reges terræ à quibus accipit tributum, à filiis suis an ab alienis: concludit Christus, ergo filij sunt liberi. Tertia est notitia experimētalis, quæ fuit acquisita per lumē intellectus agētis. Et ista cognouit vnū p̄ aliud, non solum quantum ad vsum, sed etiā quantum ad acquisitionem experimētis. Et secundum hoc de Christo dicit Apostolus, quod didicit ex his quæ passus est obedientiam. i. experimētiam obedientiam. Item notādum quod Christi ac etiam Dei cognitio in Scriptura variē accipitur. s. quādoq; pro simplici eius notitia Et sic oīa cognoscit bona & mala, præsentia, præterita, & futura. Et sic dicebat Apostolus. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Et Dan. 13. Deus æternæ qui absconditorum es cognitor, tu nosti omnia antequā fiant. Aliquādo verō accipitur Dei cognitio pro sua approbatione, & sic illud quod approbat dicitur cognoscere, & illud quod non approbat nescire. Et isto modo de populo Gentili quē ante Deus non approbabat. d. Populus quem non cognoui, seruiuit mihi. Et quantum ad hoc ait Greg. sup̄ illud Iob. 12. Ipse nouit decipientem & eum qui decipitur. Cum omnis qui proximum decipit, iniquus sit, & iniquis ipsa veritas dicat, Non noui vos, discedite à me operarij iniquitatis, qualiter in hoc loco rur, q̄ Deus cognouit decipientem, & eum qui decipitur: Sed q̄ scire Dei aliquādo cognoscere dicitur, & aliquando approbare: & scit iniquū, quē aliquādo cognoscēdo iudicat. Neq; enim iniquū aliquādo iudicaret, si eū nequaquā cognosceret. Et tñ iniquū nescit, quia eius facta nō approbat. Cognoscit ergo quia eum deprehēdit & non nouit, quia hunc in sapientia suā specie non recognoscit, sicut de veraci quolibet viro dicitur, quod falsitatem nesciat: non quia vel cum ab alijs falsum dicitur hoc deprehendere ignoret, sed eandem ipsam fallaciam, & scit in examine, & nescit in amore, vt videlicet hanc ipse non agat, quam prolatam ab alijs damnat, &c. Sic igitur notitia simplicis visionis malos & peccata cognoscit. Vnde reprobis Iudæis Dominus dicit. Tātū modo vos cognoui ex oībus cogitationibus terræ, idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Et sic isto modo cognouit malitiam Iudæorū. & pœnam eis correspondentem dicens. *In hoc cognoui quoniam voluisti me.* &c. Et sic notō quod isto modo

Cognitio Christi Notitia Christi

Mat. 17.

Hebr. 5.

Hebr. 4.

Dani. 13.

Psal. 17.

Greg. 10. mora. c. 8.

Quasi. 7.

Respon. 10.

Amos 3.

do ad nostram vtilitatem Christus multa cognoscit scilicet nostram ambitionem & superbiam, nostrā fragilitatem & miseriam, nostram asperitatem & pœnitentiā, nostram iniquitatem & malitiam, nostram humilitatem & iustitiam, nostram in aduersitate patientiam. Primò cognouit nostram ambitionem & superbiam, sed à longe. Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit, & alta à longe cognoscit. vbi glo. Humilia respicit Dominus oculo misericordis. Si autem aliqui sint superbi, non cum laudent, sed à longe cognoscuntur ab eo, quia per gratiam non est cum eis. Non ergo hoc agat superbus, vt minus perfectē ab eo cognoscatur: sed vt non sit cum illo à quo videtur. Et hoc est, alta à longe cognoscit. Secūdo patet, quoniam per hoc inclinatur ad nobis cōpatiedum & miserēdum. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorum: miserus est Dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrū, vbi glo. Cognoscit enim Deus figmentum nostrum. i. infirmitatem & miseriam nostram. Nouit em̄ quod fecit, quomodo dilapsum sit, quomodo habitandū sit. Creatura enim Dei sumus, sed peccando repulsi, ipsi nos finximus. Tertium patet, quoniam ipse cognouit pœnitentiā quā agimus per aduerā quæ nobis immittit. Domine probasti me & cognouisti me, tu cognouisti sessionem meā & resurrectionem meam, vbi glo. Cognoscit Dominus sessionem nostram & resurrectionem, quia ipse nobis donat. Sedent humiles in patientia, surgunt recti in spem vitæ æternæ. Item, sedent confidentes peccata sua, surgunt iustificati gratia suā. Dicamus ergo Deo, Tu cognouisti sessionem meam. s. quod in humilitate patientiam habeo, & peccata confiteor. Tu cognouisti resurrectionem meam, quia per tuā gratiam iustificatus surgo, & in spem erigor æternæ vitæ. Et hoc Deo dicere nihil aliud est quā eius dona cognoscendo sibi gratias agere. Quātum patet, quomodo in spem vitæ peccata iuste iudicare possit, nisi clarē cognosceret illa, ideo dicitur, Nonne Deus requirit ista? ipse enim nouit abscondita cordis. Et Hiere. 17. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognosceret illud? ego Dominus, &c. Quintum patet. Aliter enim bona opera iustorum præmiare non possit, propter quod ipse ait, Ego cognosco oues meas, &c. Sexta patet, quia ipse nostram in aduersitate patientiam cōsiderat. Quoniam nouit Dominus viam iustorū, & iter impiorū peribit. Et Psal. 46. Nouit Dominus dies immaculorum, & hereditas eorum in æternū erit. Per immaculatos intellige in aduersis seruantes patientiam.

Psal. 137.

Psal. 102.

Psal. 13.

Psal. 43.

Hiere. 17.

Iohan. 10.

Psal. 1.

Psal. 46.

686.

Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmaisti me in conspectu tuo in æternum.

Hic ratione ostendit suam innocentiā. Vbi notandum quod istam litteram quidam exponunt de assumptiōe incarnationis, vt quia Deus præuidit innocentiā & sanitatē futuram humanitatis Christi, ideo illam ad vnionem assumpsit hypostaticam, & illum impeccabilem fecit. Vnde hoc notās Christus, dicit. *Me autem suscepisti.* s. verbo vniendo: & rationem assignat, dicens. *Propter innocentiam.* s. meam futuram quā præuidisti. *Et confirmaisti me in conspectu tuo in æternum.* s. me faciendo impeccabilem. Sed ista expositio stare non potest, quia tunc in Christo præmū præcessisset meritum, ac etiam quia tunc meruisset antequā eius anima fuisset, quod implicat contradictionem. Est ergo iste versus intelligē-

Suspici.

adus de assumptione resurrectionis, vel ascensionis in cœlum, vt sensus sit iste. Me autē propter innocentiam, s. propter meritum innocentis vitæ meæ, quia sine peccato suscepisti me. s. in resurrectione conferendo mihi corpus gloriosum. Et confirmaisti me in conspectu tuo in æternum, quia Christus in resurrectione realsumpsit corpus impassibile & immortale, propter quod dicebat Apostolus. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur, mors illi vltra nō dominabitur. Non est autem hic intelligēdum (sicut quidam putauerunt) quod in morte Christi humanitas eius à verbo fuerit dimissa, & in resurrectione realsumpta, propter q̄ nunc homo Christus dicat verbo. *Me autem propter innocentiam suscepisti.* s. de nouo ad vnitatem personæ. Quia licet in morte Christi anima separata fuerit à corpore, anima fuerit in limbo, & corpus in sepulchro: tamen ipsi verbo & aīa semper vnita remansit & corpus, quia q̄ semel assumpsit nunquam dimisit, vt dicit Damascenus. Sed fuit assumptus homo Christus ad gloriā & immortalitatem corporis, quam ante resurrectionem non habuerat. Et de hoc Christus gratias Patri agēs, dicit. Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloriā suscepisti me. Vel potest hoc exponi de ascensione Christi, in qua gloriosus in cœlum fuit assumptus, vt dicitur Mat. vlt. Et Dominus quidem Iesus postquam loquutus est eis, assumptus est in cœlum. Et quia assumptio sic est stabilis, vt nullus ibi assumptus amplius cadere possit, quæ stabilitas p̄ federe significatur: deo subdit. Et sedet à dextris Dei. Quod hic alijs verbis exprimit, dicens. *Et confirmaisti me in conspectu tuo in æternum.* Et nota quod iste conspectus Dei tāta est efficacis, quod non solum ante ipsum stantes confirmat, sed etiā in præsentī vitæ, & in futuro nos illuminat, expellendo ignorantiam, nos purificat nostram ostendendo pœnitentiā, nos humiliat nostram acceptando iniusticiam, nos beatificat nostram satiando conscientiam. Primò conspectus Dei nos illuminat, &c. Si em̄ corpus solare suo conspectu tenebras expellit, quanto magis Deus suo conspectu nostras animas illuminat, vt ipsum Deū & nos ipsos cognoscamus? Viuemus in conspectu eius, sciemus, sequemurque vt cognoscamus Dominū. Iste ergo est ille Dei conspectus nos erudiens & illuminans, de quo ad litterā dicitur. Et in conspectu sedis tanquā mare vitreū simile crystallo. Ex quibus nota quod conspectus Dei maxime hic de tribus nos illuminat, q̄ per illa tria quæ in isto conspectu sunt posita designantur. s. mare, vitreū, & crystallo. Per mare quod est salsum & amarū, intelligit supplicij dānatorū acerbitatem. Per vitreū autē quod est fragilissimū, nostræ humanitatis fragilitatē. Per crystallo verō quod est album, lucidum & diaphanum intellige virtutū claritatem, puritatem ac honestatem. Stātes ergo in conspectu sedis diuinæ efficiūtur mare, dum in illo conspectu intelligunt tormentorū amaritudinē. Efficiuntur vitreū, dum in illo conspectu intelligunt propriam miseriam & fragilitatem. Efficiuntur crystallo, dum in illo conspectu solidantur ad virtutum claritatem & stabilitatem, propter quod tales albis vestibus. s. virtutū dicuntur induti. Sunt stātes ante thronū in conspectu agni amici stolis albis, &c. Secūdo diuinus conspectus nos purificat. Quid em̄ stare ante conspectum Dei, nisi per pœnitentiā & lachrymas propria peccata lauare? Psal. 55. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. Sic & in conspectu Dei Iob pœnitentiam suam agebat, dicens

Fon. 6.

Psal. 72.

Cōspici. 2.

Illumina. 2.

Osee 6.

Aper. 4.

Aper. 7.

Purificat.

Psal. 55.

Iob

In conspectu eius arguam vias meas, & ipse erit Saluator meus. Quod ad propositum exponens Gregorius ait, cum Apostolus dicat. Si nos ipsos iudicemus, non vtrique iudicemur: eo tunc Dominus saluator inuenitur, quo nunc per timorem Domini peccata nostra a nobismetipsis in conspectu ipsius redarguuntur. Vnde electi quoque suis culpis nunquam parcere sciunt, vt possint culpam iudicem placatum inuenire, Saluatorem credunt, quem modo iudicem metuunt. Nam qui sibi nunc in culpa parcat, ei postmodum in culpa non parcat. Dicat ergo, Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit Saluator meus. Et infra, Sciendum quoque est, quod duobus modis in conspectu Domini venimus, vno quidem quo hic peccata nostra subtiliter pendentes in eius conspectu nos ponimus, & stendo dijudicamus. Nam quoties conditionis potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu eius stamus. Vnde recte quoque per virum Dei Heliam dicitur, Viuit Dominus in cuius conspectu sto, Alio quoque modo in conspectu Domini venimus, cum in extremo iudicio ante tribunal eius astamus, &c. Ideo quod iste conspectus nos ad poenitentiam prouocet & lachrymas dicitur, Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Et per consequens iste conspectus nos facit immaculatos, Elegit nos vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius. Tertio iste conspectus nos humiliter. Quis enim ante conspectum Domini considerans se iniustum, vilem & inutilem seruum, non humiliter? Quilibet enim quatumcumque iustus si ante conspectum Dei se statuatur, stanti sibi ipsi apparebit immundus. Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustus appareat? Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, & celi non sunt mundi in conspectu eius, Quod exponens Gregorius dicit, Caelorum nomine homines iustos significauit, de quibus dicitur, Celi enarrant gloriam Dei. Celi ergo non sunt mundi in conspectu eius, quia per semetipsos ante districtum Dei iudicium: nec ipsi esse mundi ad perfectum possunt, qui munditiam predicatorum sunt, Ioanne attestante qui ait: Si diximus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Si igitur celi sic in conspectu Dei non sunt mundi, quis quantumcumque iustus in conspectu Dei se ponens de iustitia presumat & non potius humilietur? Et hoc est quod orabat Psalmista dicens. Non intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quarto iste conspectus nos beatificat, quod ostenditur Psal. 16. cum dicitur, In conspectu tuo sanabor cum apparuerit gloria tua. Et Psal. 67. Iusti epulentur in conspectu Dei, & delectentur in letitia. Sic ergo nunc & Christus ostendendo se immortalem & gloriosum factum, dicit, *Confirma mihi me in conspectu tuo in aeternum.* Vel dicamus quod Christus ista oia dicit in persona membrorum suorum, dicens, *Me autem, i. meos suscepisti propter innocentiam & sanctitatem meam, & confirmasti, &c.*

**Benedictus Dominus Deus Israel a saeculo & in saeculum, fiat fiat.**  
 Hic ex omnibus praedictis Christus surgit pro se & suis ad gratiarum actionem, dicens, *Benedictus, &c.* quamuis enim per creationem & gubernationem sit Dominus omnium, tamen per verum Dei cultum erat specialiter Deus Israel, quia gentes ipsum non colebant. *Fiat, fiat,* in Hebraeo habetur, amen, a-

Job. 1.  
 1. Cor. 11.  
 Greg. 1.  
 moral. c. 4.  
 19.

Psal. 78.

Humilia-  
 re.

Job. 15.

Greg. 12.  
 moral.  
 cap. 17.

1. Io. 11.

Psal. 14.

Psal. 16.

Psal. 67.

687.

men. Notandum quod secundum Hieronymum, liber Psalterij distinguitur in quinque libros, sic quod vbiusque in fine Psalms dicitur fiat fiat: quod idem est quod amen. ibi est finis libri. Et secundum istam opinionem, hic finitur liber primus Psalterij. Secundus finitur in fine Psal. 71. Tertius finitur in fine Psal. 88. Quartus finitur in fine Psal. 105. Quintus finitur ibi Omnis spiritus laudet Dominum. Quia in principio huius lectionis, Christus a Patre postulat resurrectionem suam, dicens. Tu autem Domine resuscita me, &c. Quarto verum Christi resurrectio sit causa nostrae resurrectionis. Aegi. dist. 43.

PSAL. XLI.



**V**enadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus.

Iste Psalmus talem habet titulum secundum Magistrum in glo. *In fine intel. Etus filij Chore.* Ad huius intellectum oportet recurrere ad illa quae sunt dicta in titulo Psalms immediate precedentis, scilicet filij Chore, qui patris iniquitatem non fuerunt imitati datus fuit a Deo spiritus propheticus. Vnde & multos Psalms fecerunt, quorum iste est vnus secundum Hieronymum. Item vt ibidem dictum fuit, Chore interpretatur caluaria, qui fuit locus Christi passionis & crucis. Et sic p. Chore hic intelligitur crux Christi atque passio. Et sic filij Chore dicuntur filij crucis Christi & passionis. Filij ergo caluarie sunt filij calui, i. hominis Christi in calua Heliseo praefigurati. Dum enim Heliseus ascenderet de Hiericho in Bethel, vt habetur 4. Reg. 2. Egredi sunt de Bethel quadraginta duo pueri iridentes Heliseum, & dicentes, Ascende calue, ascende calue. Tunc iussit Heliseus duos vros exire de saltu, a quibus pueri iridefacti sunt. Ita spiritualiter. Cum Christus ascenderet in Bethel, i. in carne assumpta, & veniret ad synagogam, quae prius erat domus Dei, q. sonat Bethel, quae domus Dei interpretatur, irrisus fuit a paruulis clamantibus, ascende calue, i. a Iudaeis puerili faturitate clamantibus. Tolle tolle, crucifige eum, qui deuorantur a duobus vris, scilicet a Tito & Vespasiano, quos Deus misit ad destructionem Iudeorum quadragesimo secundo anno post Christi resurrectionem, sicut illi pueri quadraginta duo fuerunt a duobus bestijs deuorati. Sic ergo filij Chore sunt qui tropheum Christi, i. signum crucis in fronte cordis & corporis susceperunt, quibus attribuitur Psal. iste. Est ergo sensus tituli iste. *Intellectus* huius Psalms dirigit nos in finem, id est in Christum conuenit filij Chore, id est crucis, qui in caluaria fuit. Conuenit enim iste psal. omni Christiano qui flamma diuinae charitatis accenditur, de qua iste psal. agit. Est enim totus iste psal. vox fidelis populi Deum desiderantis charitatis amore accenti. De materia autem litterali istius psal. est notandum quod praedicti filij Chore spiritu propheticam praedicti longe ante praeriderunt captiuitatem Babylonicam populi Iudeorum factam tempore Iosue regis Iuda. Praeriderunt etiam populi Iudeorum captiuitati magni desiderium liberationis ab illa captiuitate & reuersionis ad terram propriam & ad domum Dei, scilicet ad templum quod erat in Hierusalem. Et sic iste Psalms narratio historice illorum desiderium, ostendit mystice desiderium fidelis populi desiderantis liberari a captiuitate & miseria presentis

688.  
 De pen.  
 dist. 1. re.  
 suscitatur.

Hierony.

Chore.

4. Reg. 2.  
 Calum.

Cruce.  
 P. sio  
 Christi.

predica-  
 to.

Psal. 27.

Paup-  
 101.

sentis vita, & pueniendi ad domum Dei. scilicet ad caelestem Hierusalem. Et primo narrabo historiam Psalms. Secundo intellectum historiam. Quantum ad primum, psalms iste diuiditur in partes duas. Quia primum ostenditur desiderium liberationis. Secundo, tedium liberationis, ibi. *Fuerunt mihi lachrymae meae, &c.* Dic vt N. Quantum verum ad intellectum historiae iste psalms agit de iustorum desiderio perueniendi ad Deum faciem visum. Et diuiditur in partes duas. Quia ponitur primum iustorum desideratio. Secundo, desiderantium confortatio, ibi. *Quare tristis es anima mea, &c.* Prima in duas, quia ponitur primum desiderium primum ponitur quaedam similitudo. Secundo similitudinis applicatio, ibi. *Situi.* Quatum ad primum ponit similitudinem de desiderio cerui ad fontes aquarum, & de desiderio animae ad Deum. Inter alias proprietates cerui (vt dicunt naturales) haec est: quod naribus trahit serpentes de cauernis suis, & ipsos interimit: quo facto, causa bibendi ardenti desiderio fontem quaerit. Sic ceteri fontem contemplationis desiderant, vt relictantur. Vnde ait Magister in glo. *Quemadmodum desiderat, &c.* Ecce exquisita similitudo. Nam cum secundum multas alias proprietates, ceruus fidei coparetur, ob hanc velut excellentiorem & expressiorem hic in coparationem adducitur. Ceruus enim grauat excrementibus cornibus atque pilis, serpentes naribus haurit, & ipsorum haurito veneno atuat: vnde fontem ad bibendum ardentissime desiderat, quo haurito, cornua & pilos deponit, & consequenter applicat vt dixi. Per cornua accipe peccata superbia: sed per pilos peccata carnis, quae fidelis deponit bibens aquam fontis vitae. Gratia ex desiderio perueniendi ad Deum. Et aduertendum quod multis proprietatibus ceruus significat diuersimode iustos. Nam in Scriptura ceruus multa significat, quae iustus copetunt. scilicet. predicationem euangelicam, pauperitatem voluntariam, pastoralem eminentiam, doctrinale sapientiam, fraternale amicitiam, fidelitatem catholicam. Primum patet, vt enim dicit Magister de proprietatibus rerum, ceruus hoc est proprium quod naturaliter serpentes inimicantur. Vnde spiritu eos naribus de cauernis educit, & sumptu veneno eorum, ipsorum pabulo relictantur. Quid enim serpentes, nisi infideles & haeretici designant, qui venenum falsae doctrinae & perueritae operationis emittunt ad alios inficiendum, quibus naturaliter praedicationis euangelicae inimicantur, non ratione persona sed veneni. Vnde ad hoc laborat praedicator, vt eos de cauernis peccatorum abstrahant, & sibi eos incorporent per amorem. Vnde de ceruis praedicatorum, dicitur, Vox Domini praeparantis ceruos, & reuelabit condensam, &c. Quod ab proponitur exponit glofa dicens. Vox Domini praeparat ceruos, quando praedicatoribus quibusdam tribuit sapientiam spiritum, per quem superant & repellunt venenosas linguas haeticorum. Et sic per eos reuelat condensam, id est, diuinitatis occulta. Secundum patet, nam vt dicit liber de proprietatibus rerum, ceruus est tanta agilitatis quod currendo vel saltando, quasi terram non tangit, & inter spinas saltando, eas non sentit, & pascitur summitatibus virgularum. Sic & quilibet voluntarius pauper est magna agilitatis, quia mente totus caelestis, intantum quod quando hic habitat, quasi terram vel terrena non tangit, dicens cum Apostolo. Habentes alimenta, & quibus regamur, his contenti

sumus. Vnde & inter spinas, id est, diuitias, saltans eas non sentit, quia in ipsis cor non apponit. Summitatibus virgularum pascitur, quia pius caelestem appetit cibum quam terrenum. Vnde quilibet talis pauper dicit. *Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum super excelsa statues me.* Vbi glofa perfecit pedes meos ceruorum currentium, ne scilicet, fluentium rerum cupiditates impediatur gressus meos, id est, opera mea. Perfecit, inquam, pedes meos, id est, amorem meum, quo ad ipsum vado. Tanquam ceruorum. scilicet ad tranfienda spinosa & vmbrosa saeculi implicamenta. Et super excelsa statuit me, sup. in caelestibus, non in terrenis intentionem meam locauit. Vnde quilibet voluntarius pauper dicit. *Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos sicut ceruorum, & super excelsa deducet me.* Tertium patet, scilicet de ceruo qui est pastor. Ceruus enim naturaliter montes quaerit, & diligit aquas. Sic & quilibet praelatus, vt ceruus in montibus contemplationis & perfectionis vitae debet habitare, & inde haurire aquas sapientiae. Vnde de praelatis dicitur. *Herodij domus dux est eorum, montes excelsi ceruis, petra refugium herinacis.* Vbi secundum glo. *Herodius auis rapacissima est, & omnium volantium maior, qui etiam aquilam vincit.* Et sic per Herodium intelligitur tribus Benjamin, de qua fuit Paulus, de quo dicitur. Benjamin lupus rapax mane rapit praedam, & vespere diuidet escas, quia Paulus in sua adolescentia persequutus est ecclesiam, & postea spolia rapuit, scilicet a diabolo praedicatione. Dominus ergo Herodij, id est Paulus de tribu Benjamin dux est eorum ceruorum, scilicet praelatorum, quia non suis meritis & exemplis praelatis ducatum praestitit, sed etiam eis singularem viuendi regulam conscripsit, vt patet 1. Tim. 3. *Mores excelsi ceruis, quia excelsa scripturarum praepcepta ceruis, id est praelatis, qui transcendentis suo cursu omnia spinosa facula in altis mente conuersantur. Vel montes sunt altiora scripturarum praepcepta, quae praelati praeter ceteros obseruare debent. Et petra refugium herinacis.* Per petram accipe Christum, quia petra erat Christus. Per herinacium autem vel hericum, animal spinosum & timidum, accipe diuites huius saeculi, qui alta tenere non possunt. Quibus tamen refugium factus est Christus, quia si pauperes extollit, non tamen diuites expellit. Istos tales ceruos, id est praelatos, subditi sibi incorporare debet per imitationem. Et hoc est quod quilibet subdito dicitur. *Ceruorum comedes duntaxat absque esu sanguinis, quem effundes super terram.* Et notanter dicit absque esu sanguinis. Per sanguinem significatur peccatum, vt ait Gregorius. Quia si contingat praelatum quandoque peccare, in hoc ipsum imitari non debet. Quartum patet de ceruo, scilicet qui est doctor spirituali eruditus sapientia. Dicit naturales, quod cum cerua parere vult, se incuruat, & cum magno dolore suus parit. Sic & sancti doctores, vt filios spirituales pariant, a spirituali contemplatione se incuruant, subditis condescendendo cum magno dolore pariant, cadentibus compatiendo & timendo destantibus ne cadant. vnde de doctoribus sub ceruarum nomine dicitur. *Nunquid parturientes ceruas obseruasti? incuruantur ad fectum, & pariunt, & rugitus emittunt.* Quae de doctoribus exponit Gregorius diffusae. Vnde de doctore qui praedicationis eloquio alios habet filios, concipere, & parere dicitur. *Genesis quadragesimo nono. Nephthim ceruus emissus, dans eloquia pulchritudinis*

Psal. 27.

Habac. 3.  
 Pralatis.

Psal. 103.

Gen. 49.

1. Tim. 3.

Dent. 12.

Greg. lib.  
 13 moral.  
 cap. 10.  
 Doctor.

Iob. 37.  
 Greg. lib.  
 30 moral.  
 cap. 20.  
 Gen. 49.

EXPOSITIO

278

Compara-  
tio proxi-  
mor.

Prou. 5.

Esai. 35.

Esai. 80.  
De pan-  
is. 1. si  
miseretur.

Quira.  
desidera-  
re.  
Iob. 18.  
Greg. 14.  
moral.  
cap. 5.

Esai. 80.

Mut. 5.

chritudinis. Neptalim enim qui interpretatur con-  
uerrens eos significat doctores, qui sua doctrina a-  
lios ad Christum satagunt conuicere. ¶ Quintum  
paret. s. de ceruo amicitie, vel amico: qui dicitur qui-  
libet homo misericors proximis & pius. Nam vt di-  
cit magister de proprietatibus rerum. Cerui tantam  
humanitatem ad seinuicem habent: quod quando  
magnam aquam habent transire, fortiores debilio-  
ribus compatiuntur sic. s. quod cerui debiliores ca-  
pita cornibus præcedentium superponunt: & sic sibi  
inuicem succedentes nullum laborem oneris sen-  
tiunt. Quo ergo exemplo charitatis amicitia potest  
demonstrari, quam exemplo cerui, qui in submer-  
sionis periculo potentior inuau infirmum ne pe-  
reat. Et hinc est quod ipse ceruus dicitur animal  
charissimum à charitate: & gratissimum à gratia.  
Prou. 5. Cerna charissima & hinnulus gratissimus:  
vbera eius inebriant te omni tempore: & in amore  
illius delectate iugiter. Ergo charissimi ceruorum e-  
xemplo omnibus compatiatur, & infirmos quan-  
tum possumus adiuuemus: & tunc ante Deum si-  
cut cerui saltantes ascendemus. Esai. 35. Tunc saliet  
sicut ceruus claudus. Claudus dicitur ille qui com-  
passionem, quam in affectu gerit, ad proximum per  
effectum ostendere non potest. Sextum patet, s. de  
ceruo fidelitatis: qui est quilibet fidelis & iustus: qui  
toto corde desiderat videre faciem Dei. De quo præ-  
sens textus intelligitur cum dicitur, *Quomodo  
desiderat ceruus ad fontes: &c.*

**Sitiuit anima mea ad Deum fontem  
vium: quando veniam & apparebo  
ante faciem Dei?**

Hic ponitur similitudinis applicatio. Nota quod  
hic textus variatur: quia aliqui dicunt. *Sitiuit anima  
mea ad Deum viuum.* Sed in translatione Hieronymi  
iuxta hebraicam veritatem, fontem, ibi non ponitur:  
sed vitio scriptorum in libris nostris communiter ad-  
ditur, & dicitur *ad Deum fontem, &c.* vel ex imperitia  
aliquorum correctorū qui posuerunt *ibi fontem*: eo  
quod in precedenti versiculo ponitur, quemadmo-  
dum desiderat ceruus ad fontes aquarum. Sciendum  
quod sitis desiderium significat tam in bono quam  
in malo. De siti mala dicitur de auaro. Exardescit cō-  
tra eum sitis. i. desiderium & amor terrenorū. Vnde  
dicta verba exponens Gregor. ait. In eius quippe aīo  
contra eum exardescit sitis. s. auari. quia quo agere  
peruersa consuevit eo ad ebibenda mala vehementius  
accenditur. Impio quippe sitire est huius mundi  
bona concupiscere. Vnde Redēptor noster ante Pha-  
risæi domum hydropticum curat. Et cum cōtra auar-  
ritiam disputaret scriptum est. Audiebant autē hæc  
omnia Pharisæi qui erant auari, & deribebāt illum.  
Quid est ergo quod ante Pharisæi domū hydropti-  
cus curatur, nisi quod per alterius ægritudinē cor-  
poris in altero exprimitur ægritudo cordis? Hydro-  
pticus quippe quo ampli⁹ biberit, amplius sitit: quia  
omnis auarus ex potu sitim multiplicat: quia cum  
ea quæ appetit adeptus fuerit, ad appetēda alia am-  
plius anhelat. Qui enim adipiscendo plus appetit:  
huic sitis ex potu crescit. Significat etiam sitis quan-  
doque desiderium bonū. sic enim dicebat Christus.  
Beati qui esuriūt & sitiunt iustitiam, i. secundū glo.  
desiderant iustitiam. Sic & Christus ardens deside-  
rium nostræ salutis siti significat. Ioan. 19. d. Sitio. id  
est, desidero salutem humanam. Et sic conformiter  
sitim pro bono desiderio accipit Psalmista dicēs. *Si-  
tiuit anima mea ad Deum, &c.* glo. Id est desiderat ani-

ma mea ad te Deus. Et quid sitiuit, vel desiderauit.  
subdit. *Quando veniam & apparebo ante faciem Dei?*  
Quasi cum Apostolo diceret. Cupio dissolui & esse  
cum Christo, quia sitio in peregrinatione: fatiabor  
in aduētū. Et notanter dicit *ante faciem*, quia in præ-  
senti solum dorsum Dei videmus: quia solum per  
creaturas ipsum cognoscimus, sed in futuro faciem  
videbimus: quia videbimus eum sicuti est. Idcirco  
cum Moyses oraret Dominum, d. Ostende mihi fa-  
ciem tuam, vt sciam te. Respondit Dominus, Non  
poteris videre faciem meam: non enim videbit me  
homo & viuēt. Vel aliter. Desiderādo videre faciem  
Domini, quid aliud desiderabant, nisi Christi incar-  
nationem: quæ recte per faciem designatur. Dicit enim  
Philosophus. Non est rectū vt in aliquo vocetur faci-  
es, nisi in homine. Et quia Christus verus fuit ho-  
mo: ideo propriè facies vocatur. quam faciem opta-  
bat Psalmista dicēs. Ostende nobis faciem tuam &  
salui erimus. Hæc autē facies non videbatur à nobis  
donec apparuit Christus: cuius visionē maximè de-  
siderabant patres antiqui. Nec mirum, quoniā sicut  
dicit Augustinus: Bona facies tria continet, quia sci-  
licet est dimensa pariliter: affecta hilariter, & colo-  
rata luculēter. Sic & natura humana in Christo as-  
sumpta fuit dimensa pariliter. id est, proportionali-  
ter & correspondēter: quia singule eius partes. s. tam  
corpus quam anima & earum virtutes sibi debite  
correspondebant: non sicut in nobis, vbi pars infe-  
rior superioris propositionem excedit. Erat etiam  
quo ad bonos affecta hilariter. Vnde de ista facie di-  
citur. Dignos seipsa circuit, & in vijs ostendit se il-  
lis hilariter. Fuit etiam colorata luculēter: quia  
nullus color videretur faciei conuenientior, quam il-  
le de quo Cano. 5. Dilectus meus candidus & rubi-  
cundus. Sed in ista facie lucebat isti duo colores.  
Quantum ad candidum patet per illud Sapien. 7.  
Candor est lucis æternæ, &c. Quantum ad rubicun-  
dum patet consideranti Christum pro nobis san-  
guine cruentatum, vt sibi competat illud 1. Reg. 16.  
Erat autem rufus & pulcher aspectu.

**Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes  
die ac nocte: dum dicitur mihi quoti-  
die, vbi est Deus tuus?**

Hic ponitur dilationis desiderati afflictio. Affligi-  
tur autem iustus in presenti vita ex tribus. s. propter  
præsentiæ vitæ miseriam. Secundò propter status  
perditi memoriam ibi. *Hæc recordatus sum*. Tertio  
propter æternæ felicitatis latitiam, ibi. *In voce*.  
Quantum ad primum sciendum, quod vita iusti in  
præsenti vita semper est luctu & miseria, quia si  
prospera mundi sibi arrident, illa despiciunt: si aduer-  
sa, in illis gemit. Et hoc notat dicēs, *Fuerunt mihi la-  
chrymæ meæ panes die ac nocte*. Nam per diem, intelligit  
prospera mundi: sed per noctem, aduersa. Vnde ipse  
demon nos dicitur impugnare tam de die quam de  
noctē: quia tam in prosperis quam in aduersis sem-  
per nos Deo culpabiles conatē reddere. Vnde Greg.  
dicit. Scriptura autē sacra sæpe diem pro prosperis,  
noctē autem pro aduersis ponere cōsuevit. In die  
autem & noctē nos insequitur demon & accusat,  
quia modo nos in prosperis, modo in aduersis accu-  
sabiles ostendere contendit. In die accusat, cum pro-  
speris malè nos vti insinuat. In noctē accusat, cum  
in aduersis nos non habere patientiam demon-  
strat. Et nota quod per tales lachrymas habi-  
tas tœdio vitæ præsenti diuina sapientia eruditur  
homo

Phil. 15.

Philosophus  
de animas  
liber.

Phil. 79.

Aug. 8.  
de tri-  
nitate.

hilarit.

Sapien. 6.

Cano. 5.

Sapien. 7.

1. Reg. 16.

690.

11. q. 1. ad  
moum.

Domus.  
Tabernaculi.

Apoc. 11.

hanc 14. q.

Greg. 2.  
mora. 5.

homo ad Deum magis cognoscendum & seipsum, A  
talis autem eruditio & sapientia panis in scriptura  
dicitur. Cibauit illum pane vitæ & intellectus. Et  
ideo hoc notās, has lachrymas panes vocat. d. *Fuerunt  
mihi lachrymæ meæ panes &c.* Quia per has lachry-  
mas se cognoscit à Deo peregrinari. 16. causa harū  
lachrymarū ostēdit d. *Dū dicitur mihi quotidie vbi est  
Deus tuus?* q. d. Inde sunt lachrymæ: quia à Deo elō-  
gatū me video. Ex hoc enim vult ostēdere taliū la-  
chrymarū vtilitatē Vbi nota quod philosophus di-  
cit: quod aqua pluuialis magis est fructifera & ma-  
gis cōuenit plātis, quā aqua fontis vel fluminis. Et  
nihil vniuniformiter benè crescit, nisi aqua pluuiali  
imbibatur. Similiter duplex est aqua lachrymarum  
s. aqua pluuialis. s. lachrymæ quæ veniunt pro desi-  
derio cœlestis patriæ, & aqua fontis vel fluminis. s.  
lachrymæ emisse pro amissione terrenorū. Et primè  
lachrymæ sunt secundatæ, sed nō sic alia. Vnde ait  
psal. Cibabis nos pane lachrymarū. Dum ergo intel-  
lectus & affectus vidēt se elōgatos à Deo, & dicunt  
interius: *vbi est Deus tuus?* tunc lachrymæ erumpunt.

**Hæc recordatus sum, & effudi in  
me animam meam, quoniam trasibo  
in locum tabernaculi admirabilis, vs-  
que ad domum Dei.**

Hic ostendit suam afflictionem ex status perdit  
memoria. Quis enim considerans statū in quo pri-  
mus homo fuit creatus, in quo nihil pœnæ vel mo-  
lestiæ, sed omnia erant ordinata ad votū, ibi angelo-  
rum beatorum cōfortium, ibi Deus præsens vide-  
batur, & statum in quo modo sumus lapsi miseria  
plenum & ignorantia, qui non nisi per mortē ter-  
minatur. Quis enim ista recordans nō gemat? non  
affligatur? Et hoc est quod hic dicit iustus. *Hæc re-  
cordatus sum*. s. primum statū & istum. *Et effudi in me  
animam meam*. Effunditur anima quādo dilatatur ad  
cogitādum vel orādum. Sic & iustus cogitans mun-  
di miseria dilatat animum suū, vt Deum querat, &  
non valēs hic Deum inuenire recurrit ad fidē, vt si  
Deum hic videre nō possit per speciem salutis, ipsum  
contēpletur per fidem quousq; perueniat ad clarā  
visionem: propter quod dicit. *Quoniam introibo in lo-  
cum tabernaculi admirabilis &c.* Vbi nota q. differen-  
tia est inter domum & tabernaculū: Quoniā domus  
dicitur māsio firma. Tabernaculum autem mansio  
transitoria, sicut māiones quæ sunt in capis armo-  
rum, vel quas sibi faciunt viatores ad manendum  
per breue tēpus. Et sic tabernaculum significat ec-  
clesiam militantē quæ continuè est in peregrinatio-  
ne. Domus autem significat ecclesiā triumphātem,  
quæ stabilis manet in termino. Vnde ecclesiā mili-  
tans, in qua nobiscum manet Deus per fidē & gra-  
tiam, dicitur Apoc. 21. Ecce tabernaculum Dei cū  
hominibus & habitabit cum illis. De domo autem  
ecclesiæ triumphantis, vbi secundum diuersitatem  
meritorum præmia dantur, dicit Christus. In domo  
patris mei māiones multæ sunt. Iustus ergo in tot  
aduersitatibus positus sibi hoc statuit, vt stet in ta-  
bernaculo militantis ecclesiæ per fidē donec veniat  
ad domum triumphātis. Et hoc est quod dicit. *Quo-  
niam introibo in locum tabernaculi admirabilis*. s. per fi-  
dem, & verè admirabilis propter mirabilia in fide  
& ecclesiæ contenta. Et quādiū stabo in hoc taber-  
naculo declarat. d. *Vsq; ad domum Dei*. i. vsque quod  
perueniam ad domum patriæ.  
Incog. Tom. j.

In voce exultationis & confessio-  
nis, sonus epulantis.

Hic cōsequenter affligitur iustus cōsiderando æ-  
ternæ felicitatis lætitiā, à qua peregrinatur. Vbi o-  
stendit quod in æterna gloria est exultatio: quia in  
*voce exultationis*. psalmus. Exultabunt sancti in glo-  
ria, lætabūt &c. ibi est gratiarum actio, quia in *vo-  
ce confessionis*. psal. Confitebor domino nimis in ore  
meo: in medio multorū laudabo eum. Ibi est æter-  
na satietas & refectio, quia *sonus epulantis*. Iusti epu-  
lentur & exultent in cōspectu Dei, & delectentur  
in lætitia. Quia in toto isto psal. agitur de desiderio  
iustorū quo Deum appetunt videre beatificē: ideo  
quæro generaliter vtrum omnes homines appetāt  
beatitudinem veram. Egi. dist. 49.

**Quare tristis es anima mea, & qua-  
re conturbas me?**

Hic consequenter ponitur iustorum cōfortatio.  
Et diuiditur in partes duas. Quia ponitur primò cō-  
fortatio. Secundò eiusdē explicatio ibi. *Quare tristis  
es anima?* Prima in duas. Quia primò super hoc mo-  
et quæstionē. Secundò ponit respōsionem, ibi. *Spe-  
ra in Deo*. Quantum ad primum notādum quod a-  
nima secundum philosophos est triplex. s. vegetati-  
ua, sensitua, & intellectua, quæ triplex est in ho-  
mine. continentur vel ipsarum operatio, sed duæ pri-  
mæ. s. vegetatiua & sensitua actus suos habent in  
carne & sensibus corporalibus, tertia autem actū  
suum in seipsa retinet interior. Ad positum ergo  
quia ex aduersis & miseriis mundi anima exte-  
rior, i. sensualitas turbatur, quæ turbatio etiam dif-  
plicentiam infert rationali animæ, ideo ipsa anima  
rationalis, vel ipsa ratio confortans sensualitatem,  
sibi loquitur, d. *Quare tristis es anima mea? &c.* q. d.  
Tranui vsq; ad tabernaculum Dei per verā fidem  
& spem, quibus indubitanter trasibo ad domum pa-  
triæ. Si ergo hoc fide credis, spe tenes, quare ergo  
tristaris? q. d. nō debes tristari, sed patienter expecta-  
re. Istorum enim consideratio summè valet ad om-  
nem tristitiam remouendam. Norāt naturales &  
medici quod aurum verum & falsificatum licet ex-  
terior in apparētia æqualiter lætificent aspectum,  
tamē in hoc differunt, quia aurum verum in medi-  
cinis positū infirmum habet cōfortare & lætificare,  
sed aurum artificiale magis granat infirmum & cō-  
turbat. Sic est de auro gloriæ Dei & gloriæ mundi  
quia licet vterq; videatur delectabilis & placida, ta-  
men gloria Dei quia vera gloria ostensa infirmo &  
tribulato statim ipsum cōfortat & lætificat, gloria  
vero tēporalis per oppositū. Et ideo ratio sensualita-  
tē volēs cōsolari sibi gloriā Dei pponit, d. vñ sequit.

**Spera in Deo quoniā adhuc cōfite-  
bor illi, salutare vul⁹ mei & Deus me⁹.**

Hic ergo respondet ad motā quæstionem osten-  
dens quod hic turbati nō debemus, sed omnia ex-  
pectādo Deum patienter tolerare. Et ad hoc multa  
nos debent inducere quæ hic ponit. s. primò habita-  
de Deo confidentia, in principio. Secundò plena de  
seipso diffidentia: ibi. *Ad me ipsum*. Tertio vniuersq;  
le-  
gis cōsonātia, ibi. *Abyssus abyssū*. Quarto aduersita-  
tū pœna transitoria, ibi. *Omnia excelsa*. Quintò ipēsa in-  
pennis misericordia, ibi. *In die mandauit*. Sextò ostēsa  
Aa nobis



nobis Christi patientia, ibi. *Apud me*. Septimò impenfa nobis Dei beneficia, ibi. *Quare oblitus*. Octauò exquisita diaboli malitia, ibi. *Dum confringuntur*. Quantum ergo ad primum ostēdit quòd nos cōsolatur & fortificat in aduersis confidentia & spes habita in Deo, sicut infirmum confortat spes habita in medico. Cuius ratio est, quia ipsa spes est sicut anchora quædā firma qua nauis animæ nostræ firmatur quandiu sumus in magno mari huius mundi. Vnde Chrysostom. in de reparatione lapsi. Spes est nostræ salutis anchora, & vitæ nostræ fundamētū. Accedamus ergo ad tenendā propōsitam spern quā sicut anchorā habemus. Ad anchoram autē spectat firmare & stabilire nauē, ne à fluctibus rapiatur. Dicit enim Ambro. q. echinus. s. animal marinū exitum vile ac despicabile cum procellam veterum præsenferit, calculum validum arripit, eumq; tanquam anchorā trahit, ne excutiat fluctibus. Itaq; non suis se liberat viribus, sed alieno stabilitur pondere. Sic & nos imminente tempestate tentationis vel aduersitatis huius mundi eripiamus calculum illum de quo Apoc. 2. dicitur. Dabo calculū candidum & in calculo nomē meum scriptum. i. Christū, & huic fortiter inhæreamus in ipso sperantes, & nō in viribus nostris, ne inundatione fluctuū moueamur, quoniā scriptum est. Qui cōfidunt in domino sicut mons Sion, non cōmouebitur. &c. Et hoc hic facere docet confortans seipsum & d. *Spera in Deo & c. q. d.* Si anima dicat ideo conturbor, quia ibi non sum quòd desiderio tendo, & ideo grauior, non sic sed spera in Deo, s. interim, quem si modo plenè nō habes, in futuro tamē plenè ipsum habebis, cū illum videbis sicuti est. Interim ergo cōfitebor illi per fidē: sed quid confitebor subdit: quia ipse. *Christus est salutare vultus mei.* quòd salus mea non est ex me sed è Christo qui est *salutare vultus mei.* i. ex forma mea quā assumpsit: & etiam est Deus meus ratione verbi quòd humanitatem nostrā suscepit. Et sic, cōfitebor quòd ipse Deus est & homo.

Spes.

Anchora.

Chrysost.

Ambrosius humilia 5. 22. memor.

Apoc. 2.

Psal. 124.

695. 36. 93. c. vti.

**Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.**

Hic ostendit q̄ vt cōfortemur in aduersis, sicut ideo debemus habere plenam cōfidentia, sic in nobis plenā diffidentia, quia omnis nostra tribulatio est ex nobis, sed consolatio ex solo Deo. Ex nobis sunt cōturbationes, sed ex Deo finis earū. Primā partem ponit. d. *Ad meipsum anima mea conturbata est.* q. d. Anima tristis est. Itā me: quæ à Deo reficitur. Nō est mihi firmitas vel spes in me; ideo nō præsumo de me, sed sperabo in Deo. Spera in Deo & fac bonitatem &c. Et hoc est quod subdit. *Propterea memor ero tui.* i. tuarum miserationū, vnde festino ad te qui excludis omnia mala. Ecce ergo remediū quo euadit tribulationes, nō in seipso cōfidere, sed in Deo. Quomodo autē confidendum sit in Deo, hoc ostēdit quòd hoc est per memoriam suorum beneficiorum & exemplorū, quibus omnia peccata liberè relaxat, & ad veram humilitatis formam inducit. Et hoc est quod subdit. d. *Memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico.* Vbi notandū quòd per Iordanē in quo Christus fuit baptizatus & virtus lauandi animas aquis tradita, significatur baptismus in quo omnia peccata remittuntur, in quo

Psal. 36.

Memorari.

**A** & virtutes infunduntur quibus anima fit terra ster. Et sicut per productionē meritorū. Dicit ergo *Memor ero tui de terra Iordanis.* i. de beneficio baptismi vbi fit remissio peccatorū, quæ tamen dico terram, quia de terra Iordanis: quia ex hoc homo fit terra fructifera reddēs fructum meritorum trigessimū, vel sexagesimū vel centesimū. Et hoc non sufficit recordari nisi etiā sim memor humilitatis Christi ipsam imitando. Hermon namq; est mons quidā iuxta Iordanē, modicus quidē fructuosus multum. Et significat Christū qui mons fuit luminosus per sapientiam, sed modicus per humilitatem, & fructuosus per spiritus sancti missionem. *Quid est ergo, memor ero Hermonij à monte modico.* nisi memor ero humilitatis Christi ipsam imitando: quòd enim per montē Hermon Christus significetur qui totus spiritus sancti dotauit ecclesiam, patet psal. 13. vbi dicitur. Sicut ros Hermon qui descendit in montē Sion. Non enim est intelligendum materialiter quòd ros de monte Hermon descendat in montē Sion: tum quia mons Sion de multo est altior: tum quia isti montes multū ab inuicē distant. Sed ros modicus Hermon est Christus, mons vero Sion est ecclesia. Ros ergo, i. gratia spiritus sancti descendit à monte Hermon, i. à Christo in montē Sion, i. in ecclesiam, & etiā quia spiritus sanctus à Christo missus realiter descendit supra apostolos existētes in montē Sion. Ad propositum vult ostēdere q̄ prædictorū memoria nos fortificat in aduersis. Vel aliter exponunt aliqui. Nam Hermon qui est mons modicus interpretatur anathematizatio, & significat illa quæ in Iordane, i. in baptismo promissū, ibi enim anathematizati diabolus mundū & pōpas eius, ipsis abrenunciādo, ibi te promissū modicum facere, i. humilem & Deo subiectum. Dicit ergo. *Memor ero tui de terra Iordanis.* i. beneficii remissionis peccatorum in baptismo factæ. Memor ero etiā eorum quæ tibi promissū ibi: quia memor ero *Hermonij.* i. anathematizationis qua renunciaui diabolo, mundo &c. ac etiā à monte modico: quia promissū me facere montē per constantiā fidei, & modicum per humilitatē.

Hermon.

Psal. 13.

Psal. 65.

John. 3.

698. 24. 9. 109. 10. 10. 10.

696. 23. 9. 548.

Abyssus.

Eccl. 14.

Tab. 5.

Judith. 8.

Apoc. 1. 1. 1. 1.

**Abyssus abyssum inuocat, in voce cataratarum tuarum.**

Hic ostendit quòd ad patiēter aduersa tolerāda nos inducit vtriusq; testamenti cōsonantia. Vbi nota quòd abyssus dicitur secundū grāmaticos altitudo vel profunditas aquarū, quæ tāta est q̄ videri nō potest. Vnde dicitur ab ab, quod est sine, & visus, quasi sine visu. Et quia scripturarū profunditas tanta est quòd à nobis penetrari nō potest, ideo scriptura nuncupatur abyssus, quam sola Dei sapientia penetrare potest, ipsa dicente. *Gyrum cœli circuiui sola, & profundum abyssus penetravi.* Ista ergo abyssus scriptura duas partes habet, scilicet antiquū testamentum & nouū, quarū qualibet nos docet patientiam in aduersis tenere & q̄ aduersa sunt signa diuini amoris. Vnde in prima parte huius abyssus, scilicet in antiquo testamēto dicitur. *Beatus homo qui corripitur à domino.* In crepationē ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit & manus eius sanabunt; & Iudith. 8. Omnes qui placuerunt Deo per multas tribulationes transierunt fideles. In hoc etiam concordat nouū testamētum. Ego quos amo corrigo & castigo, & flagellat aut Deus omnē filiū quē recipit. Hæc ergo cōcordiā abyssus scripturarum ad nostram confortationem præuidens

**Apud me oratio Deo vitæ meæ, dicam Deo, susceptor meus es.**

Hic consequenter ostendit q̄ ad tolerantiam aduersorum nos inducit ostēda nobis paciētia Christi. Vbi nota q̄ Christus suscipiendo hominem, suscipit omnes infirmitates nostras & defectus, sola ignorantia excepta. Et in omnibus aduersis exemplū nobis paciētiæ dedit. Tanquam agnus ad occisionem ductus est &c. Et 1. Pet. 2. Qui cū malediceretur, nō maledicebat &c. quod psalmista spiritu preuidens propheticò ipsum Christum futurum in exemplum sibi proponit. Cogitans Christum suscipit hominem, & pauper erit non habēs quid Deo offerre possit, nisi seipsum & patientiam in aduersis, eodem modo eius exēplo & ego facere debeo. Et hoc est quod dicit. *Apud me oratio vitæ meæ Deo meus.* q. d. In his omnibus tribulationibus domine Deus noster, nō habeo quid tibi offeram, nisi orationem meā & vitam meam, quæ est apud me, & non extra me, quia intus habeo quod offeram tibi nō de lōginquo offerā tibi thura & aromata, nō de grege vitulum vel arietem. In me est quod tibi offeram. s. oratio vitæ meæ. i. volūtaria oblatio vitæ meæ quam per aduersitates offero tibi probandā. Et hoc exemplo Christi, qui seipsum obtulit Deo patri. Et hoc est quod subdit. *Dicā Deo susceptor meus es.* Quia sicut suscepisti Christum in aduersitatibus patienter, ita sperando tibi dicam. *susceptor meus es.*

699.

Esai 53. 1. Petri. 2.

Christus.

Oratio Christi.

**Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?**

Hic cōsequēter ostēdit idē ex beneficiis nobis in aduersitate impensis. Hoc enim ostēdit per modum cuiusdā querelæ dicens Deo. *Quare oblitus es mei.* i. quare pateris me nūc his miseris vexari? quare sic prolongasti incolatum meum. Videbat enim iste quæ sit dulcedo patriæ, & quanta sint pericula mundi, quæ horrebat. *Et quare tristis incedo & c.* Hic loquitur secundū sententia quæ has horret difficultates. Et hoc est petere quare sic ordinasti quòd solum per tristitia & aduersitates incedamus ad patriam? Incedimus enim tunc maximè ad patriam, dū nos inimicus affligit, scilicet diabolus tentādo, mundus alliciendo, caro spiritui repugnando. Et hoc est quod dicit. *Quare tristis incedo.* s. ad patriam: & maximè dum affligit inimicus triplex prædictus. Proponit ergo quæstionem, & ipsam tanquā clarā ex dictis supra, ibi. *In die mandauit.* &c. ipsi nō responderit Et responsio stat in hoc, quia tales miseriæ, & aduersitates inter magna Dei beneficia cōputantur, quia si patienter tollerentur, culpas purgant, augent meritā, & ad vitam transmittunt æternam. Sicut enim mali prosperitatibus ad infernum trahuntur, sic contrario boni aduersitatibus tendunt ad patriam vnde Greg. dicit. *Quisquis in via presenti recta agit & aduersa sustinet, laborare quidem ex aduersitate cernitur, sed ad benedictionem hereditatis perpetuæ cōsummat.* Quisquis verò peruersa agit, & tamē prospera recipit, seq; à malis actibus nec donorū largitate cōspicit, prosperari quidē cōspicitur sed reatui perpetuæ maledictionis ligatur. Si ergo iustus à Deo querat. *Quare oblitus es mei & c.* Sibi responderet Deus: vt te ad patriam ducam. Arctā est enim via, quæ ducit ad vitam &c. Matth. 7.

700.

Gloria æterna. Aduersitas Prosperitas.

Greg. 16. mo. cap. 30.

præuidens psalmista dicit. *Abyssus abyssum inuocat.* id est euāgelium & lex in hoc concordant, quia lex confirmatur per euāgelium, & econtrario. Et hæc inuocatio fit in voce cataratarum tuarum. i. secundum glo. per doctrinam apōstolorum & prophetarum: de quibus fluēta Dei manant. Nam cataractæ cœli dicuntur fenestræ cœli: quæ per quasdam similitudines videntur aperiri in voce tonitruī & fulguris & magnarum pluuiarum. Dicuntur ergo pphetæ & apōstoli cataractæ: qui ex eis fluxit aqua pluuialis. scilicet sanctorum scripturarum, fulgura miraculorum & tonitrua comminationis tormentorum.

**Omnia excelsa tua, & fluctus tui super me transierunt.**

Hic ostendit habendam patientiam ratione breuitatis pœnarum, quia omnia mundi aduersa sunt breuia & cito transeunt. Et hoc est quod dicit. *Omnia excelsa tua.* vbi secundum glo. Per excelsa intellige omnes aduersitates maiores & pœnas, sed per fluctus minores. Vel per excelsa intellige aduersitates ab excelsis, scilicet Deo immixtas, per fluctus autem aduersa à mundo vel diabolo procurata. Et tamen omnia transeunt: & si patienter tolerentur ad perpetuum refrigerium ducunt, iuxta illud psal. 65. Transiuius per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Sic & per oppositum omnis mundana delectatio facilliter transit, sed ad perpetuam pœnam deducit. Transit mundus & concupiscētia eius. Si ergo facilliter aduersa transeunt, ergo sunt patienter toleranda. Et hanc rationē facit psalmista hic d. *Quoniā omnia excelsa tua & fluctus tui super me.* s. immixta transeunt. i. transibunt, ponit enim præteritum pro futuro prophetica certitudine.

**In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.**

Hic ostendit q̄ misericordia Dei in pœnis nobis immixta ad paciētiā in aduersis habendam nos inducere debet. Vbi notandum q̄ per diem intelligit prospera, & per noctē aduersa. Et tam in die prosperitatis, quam in nocte aduersitatis omnia ad salutem nostram disponit. Quia in die prosperitatis mandauit nobis misericordiā suā facere, s. alii subuenire: vt. s. quilibet alteri misereatur secundum facultatem suę prosperitatis. Sic enim præcipitur Tobias. 4. Ex substantia tua fac elemosynam, & noli auertere faciem tuam ab illo paupere. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exiguum tibi fuerit, etiam illud libenter impartire. Ideo enim diem prosperitatis alicui dat Deus, vt tanquam dispensator misericordiam faciendo alios illuminet. Et hoc est quòd dicit. *In die mandauit dominus misericordiam suam.* s. alii fieri. Et hoc est magis ad vtilitatem dantis quam recipientis. Et per consequens diem ad salutem nostram disponit, similiter & noctem. Ideo enim immittit aduersa, vt nos corrigat & purget à peccatis, & per consequens adoptet in filios, quia nulla lætitia maior esse potest, quia nulla gratia maior: propter quod dicebat apōstolus. *Gloriamur in tribulationibus, scientes q̄ tribulatio paciētiā operatur, paciētia autem probationem: probatio autē spem, spes autem non cōfundit.* Sic igitur in aduersitatibus gaudere debemus finem cōsiderantes. Et hoc est quòd dicit. *Et in nocte mandauit canticum eius:* quia in tribulationibus præcepit exultare in ipso. Incog. Tom. j.

697. 1. aduers.

Aduersitas.

John. 65.

John. 3.

698. 24. 9. 109. 10. 10. 10.

696. 23. 9. 548.

Abyssus.

Eccl. 14.

Tab. 5.

Judith. 8.

Apoc. 1. 1. 1. 1.

701 Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi, qui tribulant me, inimici mei.

Hoc idem hic inducit ex exquisita diaboli malitia. Tanta est enim diaboli malitia, qd ad hoc solu nobiscum in aduersitatibus cerat, vt nos peccare faciat per impatientia, & ex hoc nos ad damnatione trahat. Si ergo hostis malitiam cognoscimus: oportet nos contra ipsam armis patientia muniri: propter quod dicitur. Aduersarius vester diabolus, tanquam Leo rugiens, circuit querens que deuoret cui resistite fortes. Et quanto fortiores superat, tanto amplius exultat. Et hoc est quod dicit. Dum confringunt ossa mea. Quid enim per ossa, in quibus fortitudo corporis consistit, nisi viri fortes in ecclesia & virtuosus designantur: in quibus maxime Deus laudatur, propter quod Deo dicit ecclesia. Omnia ossa mea dicent, Domine quis similis tui: quia nullus quantuncq; iustus Deo potest assimilari. Quando ergo diabolus aliquem iustum ad impatientia per aduersa ducere potest, eidem improperado laetatur. Et hoc est quod dicit. Dum confringuntur ossa mea. dum viri fortes ecclesiae & iusti per impatientia franguntur, tunc exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei. Idemones. Et si quaras, quid exprobrando dicunt? consequenter ostenditur, cum dicitur.

Perri. 5.

Ossa.

702. 55. 95. ne mirum.

Dum dicit mihi per singulos dies, vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea, & quare conturbas me?

Sic enim loquitur diabolus, vt ad casum ducat in aduersis. Vbi est Deus tuus? Hoc enim maxime intentionibus ecclesiae dicitur fidelibus. Vbi est Deus tuus? q. d. Deus tuus nullus est, vel Deus tuus de te non curat, liberet te si potest. Sed quia ex hoc turbatur sensualitas, ideo ipsam increpat ratio dicens. Quare tristis es anima mea: &c. vt versiculo. 693.

703.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.

vt supra versiculo. 694. Quia vt dictum est totus iste psal. agit de beatitudine; ad qua per aduersa tendimus. Quero vtrum omnes iusti in caelo sint aequaliter beati. Aegydius distinctione. 49.

Questio.

PSALM. XLII.

704. de conse. dist. 2. credere.

Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me.

Psalmus iste talem habet titulum. In finem psalmus David. Hic per David secundum magistrum in glo. intelligitur Christus, non vt caput ecclesiae, sed vt corpus. Ipsa Christi ecclesia, qua Christi corpus dicitur, scilicet ipsa iustorum congregatio, qua hic inter malos habitat, habens cum eis multa communia, vt puta nasci, mori, prospera & ad-

David. Christus.

uersa, bellum, pestem, salutem & morbos: per hoc enim omnia non discernantur boni a malis, nec econtrario. Non tamen habet causam istorum comunem nec merita: quia aliter & alio merito ista accidunt iustis, aliter malis. Et ideo ecclesia iustorum a malis hominibus petit saltem in futuro separari dicens Deo. Iudica me Deus &c. Est ergo sensus tituli. In finem psalmus David. i. iste psal. dirigens nos in finem scilicet, in Deum qui est finis in omnium est David: id est corporis Christi, quod hic loquitur. Intentio psal. est mouere nos, ne in aduersis & pressuris mundi deficiamus. De materia autem supra quam iste psal. fundatur sciendum quod est eadem cum psalmo praecedente. Quia sicut filij Chore prauidentes spiritu propheterico futuram captiuitatem populi iudaeorum per regem Babylonis, ad mouendum eos ad patientiam & ad spem liberationis, fecerunt psalmum praecedentem. I. Quem admodum desiderat. Sic David eandem captiuitatem prauidens istum psalmum composuit. Praedita enim captiuitas fuit facta tempore ioachim regis iuda, quem rex Babylonis cum suo populo captum adduxit in Babylonem. Sic ergo istum exponendo psalmum, primo applicabo literam psal. ad historiam: secundo ostendat intellectu psal. Quantum ad primum psalmus iste allegat Deo rationem pro sua liberatione, qua sumitur ex malitia gentis Babylonis, qua idololatriam erat dedita. Et ideo videbatur rationale, quod populus qui verum Deum colebat, ab eius seruitute liberaretur. Et sic iste psal. diuiditur in duas partes: quia populus captiuatus primo a Deo suam petit liberationem, secundo pro liberatione se offert ad gratiarum actionem, ibi. Et introibo ad altare Dei &c. Dic vt. N. Quantum vero ad intellectum psal. sciendum, quod tota eius intentio est mouere fideles, ne hic deficiant in aduersis. Et circa hoc duo facit. Quia primo ostendit mala, qua hic patimur, secundo ostendit bona qua in futuro expectamus, ibi. Et introibo. Circa primum tria facit. Quia primo suam liberationem postulat: secundo suam tribulationem explicat, ibi. Quia tu es Deus. tertio modum suae liberationis manifestat, ibi. Emitte lucem tuam. Quantum ergo ad primum iste videns malos cum bonis simul corpore mixtos, & bonos a malis multa mala pati, postulat a malis liberari, & si non loco tamen merito, scilicet quod Deus discernat causam suam a causa malorum, id est ipsam faciat manifestam, dicens. Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta. No hoc petit iustus confidens de sua iustitia, sed magis confidens de diuina misericordia: vnde gl. Iudica me Deus &c. q. d. No metuo iudiciu, quia noui misericordiam tuam. Non metuolator: quia te cognosco indultor: timere, si districtum mecum ageres, misericordia tua opus mihi est. Na si iudiciu exhibueris sine misericordia, quo ibo? Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? In misericordia ergo tua sperandum est, & insistendum humili confessioni, vnde iudicij metus tollitur vel mitigatur, vt metum poenae superet spes gloriae. Omnis tamen homo iudicium Dei horret. Quid enim faciet virgula deserti: vbi concurrit cedrus paradisi? Ex quibus apparet quod iste petens a Deo iudicari, primo praesupponit Dei misericordiam, de qua plene confidit. Item nota quod duplex est iudicium, & quomodo hic mali cum bonis semper sunt mixti, supra versiculo. 367. Ab homine iniquo & doloso erue me. Haec est gens non

Miser. dist. 2. iudicium.

in. 8. Lux dicitur Christus.

Aduentus Christi.

Magister. 11. 1. 19.

non sancta, aqua petit segregari. Vbi notat glossa, quod iniquus est qui mala facit aperte, sed dolosus qui occulte, a quibus erui postulat, id est separari desiderat, sciens quod malorum societas multos bonos corrumpit, psalm. Erue me de manu filiorum alicororum, quorum os loquutum est vanitatem, hic est vir dolosus, & dextera eorum dextera iniquitatis, hic est vir iniquus.

Quia tu es Deus fortitudo mea, quare me repulisti, & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Hic consequenter suam tribulationem explicat. Et ne videatur in tribulationibus diffidere de Deo, primo totum seipsum Deo committit, dicens. Quia tu es Deus fortitudo mea. q. d. Ideo dixi, erue me quia tua est potentia, non mihi arrogo fortitudinem quam mala ferro patienter, sed ipsam attribuo tibi, dicens. Quia tu es Deus fortitudo mea. Qualiter autem Deus dicatur fortitudo nostra, cum nostra fortitudo sit exilis, Dei autem fortitudo immensa, vide superius 439. Quare me repulisti. Sed nunquid iustos repellit, cum dicatur. Non repellit dominus plebem suam? Respondeo, quod sicut anima non deserit corpus, nisi propter defectum corporis, sic nec Deus aliquem a se repellit ipsum deserendo, nisi propter defectum alterius ipse prius repellatur. Sed ideo sic nunc loquitur psalmista, dicens. Quare me repulisti. cum sis fortitudo mea, quia omnis aliquid petens putat se repulsam statim cum non habet quod petit, cum tamen ex hoc quod non exaudit ad votu magis sit acceptus, sicut patet de infirmo sanando, quem medicus non exaudit ad votum, sibi concedendo petita, sed magis ad vtilitatem ipsum exaudit illa prohibendo. Et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus. dic vt supra versiculo. 700.

706. 19. 1. 6. 1.

Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Hic manifestat modum suae liberationis, qui modus est Christi incarnatio, per qua saluari & liberati sumus. Et hac postulat, dicens. Emitte lucem tuam, &c. Ad literam enim Christus dicitur lux & veritas. Dicitur lux. Ioan. 8. Ego sum lux mundi. Dicitur veritas. Ioan. 9. Ego sum via, veritas & vita. Et istam lucem & veritatem mitti in mundum desiderabat dicens. Emitte lucem & veritatem tuam. Vnde magister in glo. Emitte lucem, &c. id est Christum. Lux enim mundi & veritas patris est Christus, qui veniens in primo aduentu modo discernit causam meritorum, sed in secundo eruet ab iniquo & doloso: quia mittet angelos suos qui separabunt bonos a malis, triticum a paleis, vt colligat de regno eius omnia scandala. Et consequenter denotat vtilitatem aduentus Christi dicens. Ipsa scilicet lux & veritas me deduxerunt & adduxerunt, &c. Vbi nota qd in primo aduentu Christus nos liberavit a peccato portando in corpore eius nostrorum poenam peccatorum & pro nobis satisfaciendo: quod nemo alius facere potest. Et per consequens nos eduxit de manibus diaboli, vt ostendit Magister. Et hoc notans psalmista dicit. Ipsa me deduxerunt. scilicet, a peccatis. Deducere enim idem est quod extra du-

Incog. Tom. j.

cere, sic enim dicitur Thren. 2. Deduc quasi torrentem lachrymas, id est extra duc. In secundo autem aduentu omnes iustos, in corpore & anima suscitatos adducet ad regnum, d. Venite benedicti, &c. Et hoc notans dicit. Et adduxerunt in montem sanctum tuum, &c. Quid enim est mons sanctus domini, nisi gloria caelestis? Quis ascendet in montem domini, &c. In quo monte sunt tabernacula plura secundum diuersitatem meritorum. Vnde statim gloriae significabat Petrus per tabernacula, quando vidit gloriam Christi transfigurati. d. Faciamus hic tria tabernacula. Et aduerte quod licet Christus qui est lux & veritas sit vnus & idem, sit Dei veritas & lux tamen propter diuersa connotata hic ponitur in plurali, cum dicitur. Ipsa me deduxerunt, &c. Et nota quam congrue hic verbum incarnatum lucem appellat, d. Emitte lucem tuam, &c. Nam secundum naturales, & vt experientia docet, lux habet aliquas proprietates, quas omnes eminenter habuit Christus, propter quod & merito lux appellatur. Lux enim vt patet, est peccatorum correctiua. Est viatorum directiua. Est aduersorum linitiua. Est terrenorum secundatiua. Est distinctorum vnitiua. Est oculorum miratiua. Primum patet, sicut enim docet experientia, omnis male agens timet lucem, nec coram aliis in luce auderet facere, qua in tenebris nullo vidente facit. Cuius ratio est: quia ipsa lux male agentes arguit intrinsecus. Vnde etiam ipsi demones lucem sustinere non possunt, & ad ortu lucis fugantur. De ipsis dicit psalmista. Ortus est sol, & congregati sunt. & incubilibus suis collocabuntur. Vnde & Grego. dicit in hymno hoc. f. Ortus lucis omnis errorum chorus viam nocendi deserit: quia ipsi demones non tantum nobis in luce quantum in tenebris nocere audent. Et hoc confirmans Christus. d. Omnis qui male agit, odit lucem &c. glo. quia ipsa lux peccata detegendo arguit. Sic & conformiter Christus ad instar verae lucis sua puritate peccatores arguendo increpat, vt ex decursu totius sacre scripturae patet, & Maxime Matt. 23. Vae vobis hypocritae &c. vnde de ipso dicitur. Lux in tenebris luget, &c. f. Christus inter peccatores. Sed dolendum est qd huic luci peccatores obstinati rebellant, dum suis correctionibus contradicunt, de quibus dicitur. Ipsi fuerunt rebelles lumini, i. Christo, qui eos illuminare venerat, ipsius correctiones contemntes, Et hoc est quod ipse Christus de seipso dicit. Ego lux veni in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum opera mala. Secundum patet, quis enim gressus suos recte dirigere potest sine luce? certe nullus, te te saluatore. Si quis ambulat in die non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit, quia lux non est in eo. Sic & conformiter Christus ad modum verae lucis iustos viatores per vias iustitiae dirigit, ne tenebris opetti pedibus affecti non labantur, propter quod de seipso Christus dicit. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi, si iustos per vias diriget iustitiae. Et ideo Christus fuit figuratus in illo angelo luminoso, de quo Apoc. 18. dicitur. Vidi angelu descendente de caelo habentem potestatem magnam, & omnis terra illuminata est a gloria eius. Moraliter iste angelus est Dei filius, qui ideo dicitur angelus, i. nuncius: quod proprie sibi competit: quia a patre velut nuncius in hunc mundu fuit missus, vt nobis (secundu Christostomu) annunciaret amicitiam Dei ad nostram factam naturam, diaboli superationem, & apertione paradisi.

Thren. 2. Psalms. 13. Matt. 17. Christus. Psalms. 103. Ioan. 3. Ioan. 1. Job. 2. Ioan. 3. Apoc. 18. Hic.

707. d.

Mat. 26.

708. d.

709. d.

Sardius. Onyx.

Hester. 8.

Deute. 33.

Mat. 26.

Magister lib. 2. dist. 25. Esa. 60. Apoc. 21.

Eccle. 24.

Iaco. 1.

Hic angelus de celo descendit: dum pro nobis redi-  
mendis de celo, veniens in uterum virginis nostrae  
naturam assumpsit. Ego descendendi de celo, ut faciam  
voluntatem patris &c. Hic habet potestatem ma-  
gnam. Data est mihi omnis potestas in celo & in ter-  
ra. i. in iustis hominibus qui celum dicuntur: & in  
peccatoribus qui sunt terra. Iste autem angelus dum  
esset in presenti vita tantum fuit sanctitatis quod om-  
nis terra. i. omnis homo de terra creatus est suis ex-  
emplis illuminatus & virtutibus. Erat lux vera que  
illuminat omnem hominem. ve. in hunc mundum. scilicet  
quantum ex parte sua. Tertium patet. docet enim  
experientia oriente solis luce infirmi alleviantur:  
lux in carceris praestita ipsorum mitigat poenam:  
lux redita caecis ipsis magnam ingerit consolatio-  
nem. Intantum quod sine luce quasi nullum gau-  
dium potest haberi. Tobias angelo dixit. Quale gau-  
dium mihi erit, qui in tenebris sedeo: & lumen coeli  
non video, Vnde dicit Damascenus. Lux tenebras  
expellit, meriores dissolvit: aegritudines alleviat:  
& omnem speciem laetam iocundamque facit:  
omnibusque rebus formam tribuit & decorem. Sic  
& Christus ad modum verae lucis omnes infirmitates  
alleviat & adversitates: dum suo, scilicet exemplo  
patientiam nobis tribuit in adversis. In cuius  
praesagium statim ipso nato angelus cum magna luce  
apparuit pastoribus dicens. Annuncio vobis gau-  
dium &c. Dicit magister de proprietatibus rerum  
quod duo sunt preciosi lapides ad se invicem quasi  
contrariantes, scilicet, sardius & onyx. Nam sardius  
sua luce expellit timores & laeticiam ingerit, atque  
securitatem. Onyx autem habet excitare rixas & li-  
tes. Veruntamen sardius positus in praesentia onyx-  
eis ipsum totaliter a suis nocentibus prohibet. Mo-  
raliter onyx qui est lapis nigri coloris significat ad-  
versitatem, vel etiam ipsum diabolum, qui quantum  
potest nobis adversatur. Sardius autem qui est rubi-  
bei coloris ad modum sanguinis, significat Christum  
proprio sanguine rubicatum. Hic ergo sua praesentia  
& luce expellit timorem & securitatem praestat, dum  
nostram mentem fortificat, ne diabolum timeamus  
gaudium donat, dum spem praemij dat nobis, ut me-  
ritum Christi sit illa lux de qua Hester 8. Nova lux  
oriri visa est gaudium cunctis, honor & tripudium.  
Quartum patet. docet experientia quod illa terra  
quam sol magis directe sua virtute tangit illa fecundior  
est: & plures ac meliores fructus producit. Illa  
vero quasi sterilis manet: quae luce solis caret, pro-  
pter quod dicitur. Deute. 33. In fructibus lucis solis  
& lunae erit benedictio tua. Sic & Christus ad mo-  
dum verae lucis terram nostrae humanitatis fecun-  
dam facit per virtutes & merita: quia ille quem lu-  
ce suae gratiae tangit: ille fructus bonos facit. In cuius  
figuram statim cum Christus luce suae gratiae  
Petrum respexit: ille bonum fructum poenitentiae  
fecit. Ille autem a quo lucem gratiae suae auertit,  
nullum fructum bonum potest facere ut ostendit  
Magister. Vnde de ista luce cuilibet iusto dicitur. E-  
rit tibi dominus in lucem sempiternam. Huius figu-  
ra habetur Apoc. 21. ubi Ioannes ait. Vidi civitatem  
sanctam descendentem de caelo, habentem clarita-  
tem Dei in se: & lumen illius simile lapidi precio-  
so iaspidi & crystallo. Haec enim civitas dicitur ani-  
ma sancta, in qua Deus habitat per gratiam & requie-  
scit. Eccle. 24. In civitate sanctificata requiescit, quae  
de caelo dicitur descendere: quia omnis gratia & vir-  
tus per quam Dei civitas efficitur, de caelo descendit  
a patre luminum, Iaco. 1. Sed attende quod lumen istius

civitatis, per quod fecunda redditur, est simile iaspidi  
& crystallo: quia Christus, qui verum lumen est, fecun-  
dans animam, istorum lapidum in se continet prop-  
rietates. Nam secundum magistrum de proprietatibus  
rerum. Iaspis praestat fecunditatem generationis, vnde  
& mulieres parturientes iuvat. Crystallo autem ra-  
diis solis oppositus ignem de se excutit & accedit pa-  
leas. Sic & Christus lux animarum nostrarum ad mo-  
dum crystallo ignem charitatis de se excutit, & accedit  
paleas aridas. i. animas nostras ad suum amorem accen-  
dit, ipso dicente. Ignem veni mittere in terram, &c.  
Item ad modum iaspidis praestat generationis fecun-  
ditatem, dum lucem suae gratiae nobis infundit,  
quae in nobis bona opera generat, dum de cenebris  
nos vocavit in admirabile lumen suum. Sic ergo  
Christus ad modum verae lucis terram nostram hu-  
manitatis fecundat. Fructus lucis est in omni boni-  
tate iustitia & veritate. Quintum patet: est enim  
lux quoddam vinculum quo caelum & terram con-  
nectuntur: quia lux de caelo ad terram effusa est velut  
medium continuans caelum cum terra. Et ideo ab an-  
tiquis ipsa lux est dicta catena aurea ligans caelum  
cum terra: quia una lux numero omnia a caelo usque  
ad terram inclusivum comprehendens illuminat. Lu-  
men illius super omnes terminos terrae. Sic & Chri-  
stus ut vera lux distincta copulat, dum in una persona  
Deum & hominem coniungit, ac etiam dum nos per  
peccatum separatos a Deo ut verus mediator Deo  
copulavit, de quo Iob 33. Haec omnia operatur per  
singulos ut revoceat animas eorum a corruptione,  
& illuminet in lumine viventium. Et ideo vos per  
Christum, qui eratis aliquando tenebrae, nunc autem  
lux in domino, ut filij lucis ambulate. Sextum pa-  
tet, vnde dicit Damascenus, quod sine luce omnia  
occulta sunt & ignota. Aufer lumen, & omnia in te-  
nebris ignota manebunt, vnde Ephe. 5. Omne quod  
manifestatur in lumine est. Sic & Christus est om-  
nium occultorum manifestativum, dum luce suae  
sapientiae nostras illustrat animas. Ego sum lux mundi,  
qui sequitur me, non ambulat in tenebris, &c. In  
cuius figura dicitur Exo. 10. In tota terra Aegypti  
erant tenebrae, ubique autem habitabant filij Israel  
erat lux. Sic verum moraliter, Aegyptus qui interpretatur  
tenebrae peccatorum, significat homines in tenebris  
peccatorum existentes, de quibus dicitur  
Esa. 31. Vae his qui descendunt in Aegyptum. Filij  
autem Israel qui interpretantur videntes Deum signi-  
ficant fideles, qui Deum hic vident per spem, in  
futuro autem facie ad faciem videbunt. In terra ergo  
Aegypti sunt tenebrae: quia peccatores hac luce  
quae Christus est, privati sunt. Sed ubi habitant filij  
Israel, id est iusti & contemplativi, est lux: quia in ta-  
libus habitat Christus ipso ad supernorum cogni-  
tionem illuminando, dicente Christo. Ego illumina-  
bo omnes sperantes in domino. Quid ergo mi-  
rum, si psal. sub nomine lucis Christum petit incar-  
nandum, dicente. *Emitte lucem tuam & veritatem  
tuam, ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem san-  
ctum tuum, & in tabernacula tua.*

**E**t introibo ad altare Dei, ad Deum  
qui laetificat iuventutem meam.

Hic consequenter ostendit bona quae expectamus  
in futuro, & tria facit. Quia primum aeternam explicat  
laetitiam, secundum divinam recognoscit gratiam, ibi.  
*Confitebor*, tertium in Deo suam ponit confidentiam:  
*Spera in Deo*. Quantum ad primum sciendum quod  
quamvis altare sit multiplex ut ostensum fuit versu.

de proprietatibus rerum lib. 11.

Luce. 11.

1. Petri. 1. Ephe. 5.

Iob 37.

Iob 33.

Ephe. 5.

Ephe. 5.

Ioa. 8. Esa. 10.

Esa. 31.

Esa. 31.

707. d. 11. q. 3. dist. 107.

Alam.

372.

372. tamē aliter hic altare accipitur: scilicet pro glo-  
riam caelesti quae dicitur altare. Quoniam sicut hic in  
altari Christus per fidem esse creditur: ita in illa glo-  
ria per speciem facie ad faciem cernitur. Vnde de  
gloria caelesti sub nomine altaris dicitur. Angelus  
stetit ante altare aureum habens thuribulum aureum  
& data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus  
sanctorum super altare aureum, quod est ante thro-  
num. Quod ideo dicit: quia beati angeli oratio-  
nes nostras ante conspectum Dei offerunt: sicut &  
nos oblationes nostras ante altare offerimus. Et hoc  
sonat nomen altaris: quod componitur ex altus &  
ara quasi alta ara. Et ad istud altare: hic iustus intro-  
ire desiderat nunc dicens. *Et introibo ad altare &c.*  
Vbi gl. i. ad illud mirabile altare caelestis Ierusalē:  
ad quod qui accedit sumitur in holocaustum: diu-  
ni no igne totus succensus. Et ibi notat glo. quod ad  
altare missam celebraturus sacerdos istum versicu-  
lum accedens dicit. *Introibo ad altare &c.* q. d. Deside-  
rio illius superioris altaris ad hoc altare visibile ac-  
cedo: non caduca periturus: ut Christi celsitudinem  
humilis sequar. Et quod de isto altari gloriae intel-  
ligat subdit. *Ad Deum qui laetificat iuventutem meam.*  
Quod ideo dicit: quia omnes caelestem gloriam in-  
trantes in iuvenili aetate resurgunt, scilicet, in aetate  
triginta duorum annorum & trium mensium si-  
cut fuit Christus: secundum quod dicit apostolus  
ad Ephe. 4. Quia omnes occurremus in mensuram  
aetatis plenitudinis Christi, ut ostendit Magister li-  
bro. 4. distin. 44.

**C**onfitebor tibi in cithara Deus, Deus  
meus: quare tristis es anima mea, &  
quare conturbas me.

Hic divinam recognoscit gratiam. Notat hic  
quod aliud est confiteri Deo vel Deum laudare in  
cithara: aliud in psalterio. Quoniam cithara in infe-  
riori parte sonat: sed psalterium in superiori. Et  
ideo qui praecepta Dei facit & non patitur in psalte-  
rio confiteri: qui verum facit & patitur quod est ex  
inferiori natura in cithara confitetur. Et est sensus  
*confitebor tibi in cithara*, id est gratias agam tibi in  
tribulatione, &c. patet in superiori psalmo.

**S**pera in Deo, quoniam adhuc con-  
fitebor illi, salutare vultus mei & Deus  
meus.

Hic ut supra versiculo. 69. Quia tactum est su-  
pra quod omnes resurgent in iuvenili aetate. Ideo  
quaro utrum omnes in eadem aetate ad altare coe-  
leste introibunt. Aegidius distinctione. 44. circa lite-  
ram.

**D**eus auribus nostris audiivimus, pa-  
tres nostri annunciauerunt nobis.

Titulus. *In finem filijs chore ad intellectum.* Ad hu-  
ius tituli intelligentiam est sciendum: quod contra-  
rium modo se Deus habebat in antiquo testamento  
cum populo suo, quam se modo habeat in nouo.  
Quoniam in antiquo testamento multis iustis con-  
tulit Deus abundanter temporalia bona tanquam rudibus:  
ex hoc alliciens eos ad suum cultum: paucos vero

in operatione affligi permittit. In nouo autem testa-  
mento opposito modo facit, quia paucis iustorum  
florem mundi aliam rerum apponit & multos pari-  
& affligi permittit, castigans eos tanquam filios, ut  
fiant filij Chore. i. Caluariae Christi. spassionis. Et  
dicat alia bona esse quaerenda quae non sunt comunia  
malis, scilicet bona spiritualia & aeterna, quae figura-  
tur per illa temporalia bona quae populo rudi data  
fuerunt. Et sic in antiquo testamento suis dabat Deus  
temporalia bona & inferiora. In nouo autem dat spi-  
ritualia bona & superiora. Et ad hoc significandum  
ordinavit ecclesia quod prophetae, quae de veteri  
testamento leguntur voce submissa terminetur. Sed  
epistola quae de nouo testamento sumuntur, voce  
elevata finiuntur, quia ibi scilicet in veteri testamen-  
to temporalia & inferiora bona promittebantur, hic  
autem, id est, in nouo testamento superiora & aeterna.  
Et ad hoc significandum in titulo ponitur *ad intel-  
lectum*. Et est sensus tituli, psalmus iste dirigens nos  
in finem, id est in Christum, attribuitur filijs chore,  
id est filijs passionis Christi, scilicet, sanctis martyri-  
bus, quorum vox haec est. Et hoc ad intellectum, s.  
ut ex hoc intelligamus cur martyres Deus videntur  
reliquisse eis subtrahendo temporalia, & ipsos permit-  
tendo affligi, cum patres antiquos defenderit valida  
manu, & ipsis contulerit temporalia bona. Quod ideo  
facit Deus ut desideret aeterna, & temporalia non  
ament, nec sic sibi quaerant fieri sicut rudibus est fa-  
ctum. Illis enim prospera concessit Deus ut crede-  
rent. Istis aduersa infert ut futura quaerant: & intel-  
ligant per temporalia illorum significari spiritualia  
sua. Et sic iste psalmus est quaedam infirmorum con-  
fortatio. De historia autem psal. notandum quod  
filij chore spiritu prophetae eleuati praeviderunt  
persecutionem populi iudaeorum tunc futuram sub  
Antiocho nobili factam tempore Machabeorum.  
de qua diffusè habetur in duob. libris Machabeo-  
rum. Vnde in isto psalmo loquuntur in persona po-  
puli oppressi ab ipso Antiocho. Et secundum hoc  
psal. iste dividitur in tres partes. Quia primum descri-  
bitur antiquorum beneficiorum Dei recordatio, secun-  
do ponitur praesentium malorum deploratio, ibi.  
*Nunc autem repulisti*, tertio pro liberatione ponitur  
diuina misericordiae imploratio, ibi. *Haec omnia,*  
&c. Dic ut, N. Quantum vero ad intellectum psal.  
tota intentio istius psalmi est, nos inducere ad con-  
temptum terrenorum & ad desiderium aeternorum.  
Et secundum istum intellectum psalmus iste dividitur  
in partes tres. Quia primum patribus antiquis multa fa-  
cta numerantur beneficia, secundum praesentis tempo-  
ris multiplex recolitur miseria, ibi. *Nunc autem repu-  
listi*, tertio pro adiutorio Dei imploratur misericor-  
dia, ibi. *Exurge quare obdormis*. Prima in tres: quia pri-  
mo ponitur beneficiorum Dei perceptio, secundum  
beneficiorum explicatio, ibi. *Opus &c.* tertio pro be-  
neficiis gratiarum actio, ibi. In Deo laudabimur.  
Quantum ad primum, quod hic filij chore non lo-  
quuntur in persona propria dicens. *Deus auribus no-  
stris audiivimus, &c.* sed in persona populi futuri. Ut  
enim patebit, ipsi loquuntur de beneficio quo Deus  
extraxit patres miraculose de Aegypto, quo ipsos  
miraculose per desertum adduxit: & in terra promif-  
sionis collocavit. Ista autem Dei beneficia isti non  
audierunt ab aliis, nec fuit expediens quod patres sui  
haec narrarent eis, quoniam ipsi praesentes erant, &  
oculis propriis conspexerant. Loquuntur ergo in  
persona futuri populi. Et tempore Machabeorum, sed  
talia Dei beneficia audierant a patribus eorum, sed



1. Machab. 4.

nō oculis conspexerāt. Sic enim iudas Machabæus confortando populū, multoties sibi narrabat dicta Dei beneficia. Memērote quomodo salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cū persequeretur eos Pharaō cū exercitu suo. Et hoc est quod illi recolēs Deo dicebāt. *Deus auribus nostris audiuitimus, &c.*

710

**Opus quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.**

Creationis mundi opus

Hic fit beneficiorū explicatio. Et diuiditur in partes quinque, secundū quod quinque beneficia in singulari facta commemorat. Primum est mundi creationis, secundū introductio in terrā promissionis, ibi. *Manus tua*. tertium est Christi incarnationis, ibi. *Non enim in brachio*. quartū est nostrę redemptionis, ibi. *Tu ipse rex meus*. quintum est diaboli superationis, ibi. *In te inimicos*. Quantum ad primū agit de beneficio creationis mundi, quo Deus sua gratuita bonitate totum mundum de nihilo creauit, & creatū sub potestate hominis dedit. Quare autem hic ista beneficia commemorat, est ratio: quia volens exprimere magnā presentis temporis miseriam, in quā nos Deus permittit cadere, ostendit primō Dei beneficia, quibus ante Deus exaltauit hominē: quia opposita iuxta se posita magis elucescunt. Agēs ergo de beneficio mundi creationis, dicit. *Quid audiuitimus à patribus nostris?* Respondet. *Opus quod operatus es in diebus eorum, &c.* Tēpus enim creationis mundi vocantur dies antiqui, quia ceteris antiquiores, vocātur etiam dies patrū nostrorum: quia omnia illa propter hominē creata fuerunt. Quamuis enim Deus semper operetur. Pater meus vsq; modo operatur, &c. tamen illo tempore creationis mundi scriptura dicit Deum spiritualiter operatū, quia omnia genera creaturarum condidit. Et post dicit eum quienuisse ab omni opere, non quia nunc & cōtinuē nō operetur: quia omnia quę sunt ipse facit. Sine ipso factum est nihil. Sed quia post noua creaturarum genera non cōdidit, vt dicit Aug. Et per istam operationem vult psalmista intelligere, quod omnia illa creationis opera etiam nunc Deus specialiter operatur in nobis, quod satis deduxi supra versic. 253. vide ibi.

2. corin. 5.

2. corin. 2.

711  
7. q. 1. cum percussio.

**Manus tua domine gentes disperdidit & plantasti eos, afflixisti populos & expulisti eos.**

Liberatio de egypto

Hic agit de beneficio liberationis de Ægypto & introductionis in terrā promissionis. Quādo enim Deus eduxit Israel de Ægypto, multas gētes disperdidit, multas afflixit, & multas eiecit. Nam disperdidit Pharaonem & virtutem eius in mari rubro, & per desertum multos resistere volentes populo Dei, & etiā multos in terrā promissionis, quos filij Israel occiderūt gladio, vt patet in libro Iosue. Aliquos vero afflixit diuersis plagis, sicut Philisteos. Aliquos vero eiecit: quia multi ante introitū filiorum Israel in terram promissionis audientes quod Deus sicauerat mare pro filiis Israel, & eis viā fecerat per medium Iordanis, timore istorū fugerūt. Et omnibus istis gentibus eiectis plantauit, id est firmauit populum suum in terra promissionis. Et hoc est quod hic dicit. *Manus tua domine*. i. potestas tua quę per manum designatur. *gentes disperdidit*. l. alios submersit, alios occidit. *Afflixisti populos*. l. Philistinorū. *Et expulisti eos*, qui timore tuo recesserūt.

1. Reg. 4.

**A** *Et sic plantasti eos*. filios Israel in terra promissionis. Simile habetur psal. 79. Vineam transtulisti de Ægypto, eiecisti gentes & plantasti eum. Per hoc enim psalmista vult ostēdere quod omnia ista spiritualiter hodie sunt in nobis: quia vt nos plantet in terra promissionis. l. celestis patrię per amorē à nobis gentes. i. vitia expellit, quod patet consideranti quas gentes de terra promissionis eiecit. Sex enim nationes gentiū inde eiectę fuerunt. De quibus dicitur Exo. 33. Eiecit dominus Chananaum, Amorraeum, Ethæum, Euaum, Hiebusæum, & Pherezeum. Iste enim sex nationes malorum hominū quę tēpore antiquo terrā promissionis occupabāt iniuistē, significat sex vitiorū genera, quę ante Deorum nostram animā occupant, quas hodie Deus per suam gratiā expellit: quia expellit Chananaum cupiditatis & auaritię. Amorraum carnalitatē & luxurię. Ethæum torpeditatis & acidia. Pherezeum temeritatis & superbię. Euaum iniquitatis & inuidia. Hiebusæum obsecritatis & ignorantia. De quibus omnibus nunc dicitur. *Manus tua domine gentes disperdidit, &c.* Primō expulit Chananaum cupiditatis, &c. Chananaus enim cōmotio interpretatur. Et quid magis totum cōmouet orbem quā peccatum auaritię? Quod commonet seculares & clericos, famulos & dominos, feminas & masculos. Hiere. 6. à maiore vsq; ad minotē, quo ad laicos, à propheta vsq; ad sacerdotē, quō ad clericos omnes auaritię studēt. Et hanc Chananaū eiecit Christus à nobis suę paupertatis exēplo: quia cū diues esset pauper pro nobis fieri voluit, &c. Secundō Amorraus significat vitium luxurię. Amorraus enim idē est q̄ reus Amor, & significat vitium luxurię: quo diabolus amore reo personas adinuicē ligat vt eas capiat facilius, quoniā voluptates arma sunt hostis antiqui ad miserās animas capiēdas, extra de reu. nisi cum pridē. Et hunc eiecit Christus à nobis castitātē docens seruare, dicēs. Sint lumbi vestri, &c. Tertio Ethæus significat peccatum acidia. Ethæus enim formidans interpretatur. Et quid magis formidat facit hominē ne ad opera surgat pereagenda quā acidia: Et hūc à nobis Christus eiecit, suo exemplo nos docens, semper patris facere voluntatem, dicens. Meus cibus est vt faciā voluntatē eius qui misit me. Quarto Pherezaus significat peccatum superbię. Pherezaus enim separatio interpretatur, quod maximē conuenit superbię: quę demones à Deo separauit atq; homines. Et hūc à nobis Christus eiecit suę humilitatis exemplo dicēs. Discite à me, &c. Quinto Euaus significat peccatū inuidia, quia Euaus interpretatur pessimus, & significat peccatū inuidia, quod præ ceteris est peius, eo q̄ inuidia in interioribus medullis radicē habet absconditā. Hunc à nobis eiecit suę charitatis exēplo, quia pro nobis seipsum dedit in mortē. Maiorē charitatem nemo habet, &c. Sexto Hiebusæus significat ignorantiam, interpretatur enim conculcatio. Et quid magis conculcat hominem quā ignorantia, per quam bestiis similis efficitur? Homo cum in honore esset non intellexit, &c. Ista sunt ergo gētes, quas manus domini eiecit à nobis, vt nos per amorem plantet in terram promissionis, de quibus nunc ait psal. *Manus tua domine, &c.*

Psalm. 79.

Exod. 31. Eiecit. Pottatum. Gentes.

Hiere. 6.

2. corin. 8.

Eua. 11.

Ioan. 4.

Matth. 11.

Ioan. 15.

Psalm. 48.

711

**Non enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluabit eos.**

Hic

Hic consequenter agit de beneficio incarnationis. Vbi sciēdū quod à gaudiis paradisi per peccatū expulsus, ad illa reuerti ppriis virib. non poteramus. Et ideo filius Dei carnem suscepit, vt perditū hominē ad regna cęlestia reuocaret. Et ideo circa istud duo facit. Quia primō ostēdit quod homo nō poterat redire per seipsum, secundō quod reductus fuit per Christum incarnatum, ibi. Sed dextera. Quātū ad primū hoc ostendit sub exēplo antiquorum patrum. Quia si antiqui patres nō potuerunt intrare terrā pmissionis virtute ppria, vt quātū magis nos terrā cęlestis patrię virib. nostris intrare poterim⁹? Et hoc est quod dicit. *Non enim in gladio suo possederunt terram, &c.* Similiter nec nos gladio nostro terrā possidemus. Vbi nota quod p gladium in scriptura pœna significatur, quā quis, scilicet, punitur ab alio vel ponit seipsum, propter quod dicit apostol⁹. Nō sine cā gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei, qui malē agit. Et sic gladius dicitur alien⁹, q̄ pro peccatis nostris punimur ab alio. Dicitur autē noster, q̄ nō ipsos propter peccatum punimus, scilicet, per penitentiam. Quid est enim dicere. *Non enim in gladio suo possederunt terrā*, nisi q̄ homo non est per se sufficiens ad puniēdum peccatū suū, vt pro ipso plenē per seipsum satisfaciat? Et sine debita peccati satisfactione, nullus regnū cęleste potest intrare. Et hoc est quod statim inferius dicit. Gladius meus non saluabit me. *Et brachiū eorum non saluauit eos*. Vbi notādū quod per brachiū virtus corporalis ostenditur & potestas. Populus autē iudeorum multos contrarios habuit, antequā terram promissionis possēt possidere, qui ipsū totaliter delere cupiebant, à quibus omnibus fuerūt saluati, sed nō potestate propria, sed diuina. Et hoc est quod dicit. *Et brachium eorum non saluauit eos*, scilicet ab inimicis. Consimiliter ergo per brachiū intelligitur virtus spiritualis & bona operatio. Posuit vt arcum areum trahalis mea. Per hoc ergo vult psalmista intelligere, quod homo per se tātā virtutem & opera bona habere non potest, quod per ipsa saluetur. Et hoc est quod dicit. *Et brachium eorum non saluabit eos*, sed quod saluat, subdit: quod Christus incarnatus dicit Deo.

Gladius.

1. corin. 13.

brachium.

psal. 77.

713

**Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, quoniam cōplacuiisti in eis.**

Per hoc quantum ad literā intelligit quod non propria virtute vel potestate, sed solū potestate diuina fuerunt ab inimicis saluati & possederunt terrā promissionis. Et per hoc vult intelligere quod sola virtute Christi incarnati ab inimicis spiritualibus saluamur, & ad possessionem cęlestis patrię introducimur. Vbi notandū quod hic Christum triplici nomine describit, quia ipsum vocat dexteram brachium & illuminationem. Primō ergo Christus incarnatus per dexterā significatur, cuius ratio est, quoniā secundū Isidorum, dextera dicitur à dando quia per ipsam pignus pacis dabatur antiquit⁹. vnde. 1. Macca. 6. dicitur. Demus dexterās hominib. istis. Et ratio potest esse, quia pars dextera est principii motus, & mēbra dextera sunt fortiora sinistris, secundū Philosophū. Et ideo qui dat alteri dexterā signū facit quod sibi adimit potētiā ad nocēdū, immo quasi voluntarium sibi præstat impedimentum nocendi. Sic & Deus pater in signum

Dextera.

psal. 117. Eym. 1. Macha. 6.

Philosophus de animalib.

hominibus concessum filiū suum vt dextera suā nobis dedit in assumptione nostrę humanitatis. Me suscepit dextera tua id est filius tuus in cuius signū tunc angeli cātauerūt. Gloria in excelsis Deo, & in terra pax &c. Et ideo datio dextere fuit conueniēs signum pacis. Quia in dando nobis dexteram, quasi sibi ademit potēstatē nocendi, immo quod plus est mirabile, vt securiores essemus, hanc dexteram permisit fortiter ligari & clavis affigi cruci, vt quasi impotēs ad nos percutiēdū redderetur. Et ideo si timemus potētiā Dei patris, summū temediū est fortiter amplecti & stringere dexterā suā, nec ipsam dimittere. Tunc enim si percutiat, percutiet solū sinistra: cuius percussio tolerabilis est. Nā ablatio æternorum pertinet ad dexteram, ablatio vero tēporalium ad sinistra. Longitudo dierum in dextera illius: & in sinistra illius diuitiæ. vnde psalm. 20. Dextera tua inueniat omnes qui te oderūt, pones eos vt clibanum &c. Ista est ergo illa dextera, cui⁹ virtute saluamur. Dextera domini fecit virtutē, dextera domini exaltauit me. Secundū Christum vocatur brachium. Cuius ratio est. Nam secundū Catholicon: brachiū dicitur à bari, quod est forte. Et quis fortior Christo cui data est omnis potestas in cęlo & in terra: propter quod sibi nullus resistere potest. Propter quod dicitur Sapient. 11. Virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momentum statherę, sic ante te est omnis orbis terrarum. Momentum enim statherę quasi nullam habet resistentiā quia cum stathera in æqua lance manet, nulli ponderi addito resistere potest, quin statim cadat deorsum. Sic & per comparisonem omnis creatura res pectū brachij potētię Christi. Propter quod dicitur. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum id est diabolū. In brachio virtutis tuę deposuisti omnes inimicos tuos. Tertio Christus dicitur illuminatio vultus diuini. Vbi notandū quod vultus Dei dicitur gloria æterna, in qua Deus clarē cognoscitur. vnde Grego. super illo verbo 10. 36. Qui tenet vultum solij sui. dicit. In vultu solet cognitio designari. Solij ergo sui vultum Deus tenet à nobis in hac vita, regni eius gloria, non quanta intrinsecus habetur cognoscitur, super quo rectē expandi nebula dicitur, quia sicut est illa cęlestis regni gloria, non videtur &c. Sed quis amplius cognitio nem istius vultus nobis dedit quam Christus, qui primus regnum cęlorum predicauit? Et sic vultū Dei illuminauit, quando æternam gloriam nobis in lucem posuit, propter quod Christus lumen vultus tui Dei dicitur. Domine in lumine vultus tui ambulabunt, id est, in Christo, scilicet per eius exempla. Quibus omnibus consideratis benē de Christo, qui nos saluauit dicit. Sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, scilicet, Christus illos saluauit. Et vnde hoc facit? certē nō meritis nostris, sed solum gratuita sua bonitate, quod notans dicit. *Quoniam complacuiisti in eis*, id est hoc fecisti ex beniuolentia tua. Et istam complacentiam sancti patres suppliciter postulabant, dicens. Complaceat tibi domine, vt eruas me. Sed quia dictum est, quod sine Christo de peccatis nostris non valemus satisfacere, versiculo 713. Ideo quero vtum peccator de peccato commissio Deo possit satisfacere ægidius distin. 15.

Psalm. 62.

Proverb. 3. Psalm. 20.

Psalm. 117.

Brachium.

Mat. vltio. Sapient. 11.

Psalm. 88.

Vultus.

Grego. 17. mo. cap. 13.

Psalm. 88.

Psalm. 39.

Questio.

**Tu es ipse rex meus, & Deus meus,**

714.

qui

qui mandas salutes Iacob.

Hic consequenter ostendit beneficiū nostræ redemptionis. Vbi notandum quantum ad literā quod antiqui patres vt Moyses, Iosue, Gedeon & alij bel lacores populi Dei, vidētes victorias mirabiles quas Deus dabat eis contra hostes suos, vt vnus fugaret mille, & duo decem millia, istas victorias nō sibi, sed Deo attribuebant, ex hoc sperātes etia in futurum per Deum de inimicis triumphare. Vnde & Iudas dicebat, Non in multitudine exercitus est victoria belli, sed de celo. Sic & antiqui bellatores Deo attribuentes victorias suas dicebant. Tu es ipse rex meus, scilicet, qui me regis in bellis contra hostes. Et Deus meus per specialem cultum, quia solum tunc notus erat in Iudæa Deus. Qui mandas salutes Iacob. Mandas id est facis salutes id est victorias. Iacob id est populi hebræorum, qui exiit de Iacob per duodecim patriarchas filios suos. Ex ista autē litera psal. vult intelligere beneficium nostræ redemptionis. Quia sicut Deus sua virtute contra hostes corporales victoriā dabat illis eos liberādo & saluādo ab inimicis. Sic & modo Christus qui est rex in quantum homo. Ipse est rex regū & dominus dominātium, qui etiā est Deus ratione suppositi, quia verbum caro factū est, nunc salutē nostram operatur, nos à peccatis redimēdo. Et hoc est quod dicit, Qui mandas salutes Iacob. Per Iacob intellige omnes fideles qui supplantant diabolu, carnē & mundum Nam Iacob supplantator interpretatur. Et hanc nobis salutem per Christum esse factam ostēdit Zacharias dicens. Benedictus dominus Deus israel, quia visitauit & fecit redemptionē plebis suæ. Sequitur Salutē ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderūt nos quod de hostibus spiritualib. intelligitur. Vnde Origenes dicta verba exponēs ait, Nō autē putemus nunc de corporalibus inimicis dici, sed de spiritualib. Venit enim dominus Iesus foris in prælio destruere omnes inimicos nostros, vt nos ab eorum insidiis liberaret. Sic ergo meritō Christo dicamus. Salus nostra in manu tua est. Quod nunc attendens psalmista, ait Christo. Tu es ipse rex meus & c. qui mandas salutes Iacob.

2 Macha. 3.

Salutē Christi susceperunt

Apo. 19.

Luc. 1.

Origenes.

Gen. 47.

714. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis.

Hic cōsequēter agit de beneficio diabolicę superationis. s. qualiter cōcessum est nobis per Christū vt diabolū superare possimus. Et quantum ad hoc tria facit. Quia ad hoc ostēdit primō quod in Christo nostra debet esse cōfidentia. Secūdo quod de nobis debet esse diffidentia, ibi. Non enim in arcu. Tertio quod per Christū habetur, ibi. Saluasti enim nos. Quantum ad primum notandum quantum ad literam quod iste victoriā inimicorum suorum omnē corporalium ipsi Deo iā attribuerat, dicens. Non enim in gladio suo possederunt terram & c. Et ex præteritis fumebant spem futurę victorię de hostibus futuris. Et hoc est quod nunc pro futuris sperat in Deo ponens dicit. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. i. per tuam virtutem fugabimus inimicos nostros. Et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis id est eorum insultus non timebimus, confidentes in virtute tui nominis. Quia turtis fortissima nomen do

Victoria est Dei.

Proverb. 18.

mini, ad ipsam currit iustus & saluabitur. Per hoc autē spiritualiter vult intelligere quod inimicos nostros spirituales per Christum superamus. Hoc maxime, quia Christi virtute ipse diabolus manet ligatus, ne ad libitum nos seducere possit. Dicit ergo Deo. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Vbi notandum quod per cornu Christi potestas designatur de quo Luc. 1. Exerxit nobis cornu salutis in domo David pueri sui, vbi Chrysostomus ait. Cornu salutis vocat potentiam Christi, à brutis animalibus illud accipiens, quibus loco fortitudinis Deus cornua dedit. Nec mirum si Christus per cornu magis significatur quam per alia ossa, quoniam vt ait Beda. Omnia inquit ossa carne sunt inuoluta, cornu excepto quod carnem excedit. Et ideo Christus cornu vocatur, quia ipso mundus & gaudia carnis superantur. Vnde de ipso dicitur. Protector meus & cornu salutis meæ. Item notandum quod cornua sunt animalibus data loco armorum, non solum ad defensionem, sed etiam ad inuadendum. Et ideo Christus dicitur cornu, quia per ipsum inuadimus spiritus malignos. Notandum autē quod (sicut dicit philosophus) quando animal hēt vnum solum cornu, illud hēt in medio capitis, sicut patet de vni cornio. Sic & Christus qui est vnicum cornu nostrū in medio capitis nostri, s. nostræ mentis hēre debemus semper, vt dicere possimus cum psal. Exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. Qui autem istud cornu sic hēt in medio mentis, nullum hostem dēt timere. Dicit enim Vegetius lib. 1. Necessē est vt dimicandi acriorem audaciam sumat, qui munito capite vulnus non timet. Qui vero habet Christum in capite, satis est munitus. Sic munitus & cornutus erat Moyses, de quo dicitur Exod. 34. Cornuta erat facies Moysi ex confortio sermonis domini. id est Christi. Et talis acriorem audaciam impugnantidæmones habet. vnde dicit. In te inimicos nostros ventilabimus cornu. Sed aduerte quod aliqua cornua sunt magis impediēta salutis, quam iuuamenta. Dicit enim Philosophus, quod aliqua animalia non habent iuuamentum magnum à cornibus. sicut cerui. Quia magnitudo corporis & multiplicatio ramificationis cornuum est propinquior suo nocimento quam iuuamento. Et Albertus. 12. de animalibus dicit, quod cornua cerui magis sunt purgamenta naturæ, quam iuuamentum. Et propter hoc eiicit ceruus cornua sua. Sic & moraliter quidam potentes sæculi cornua habent magna, id est, potestatem in hoc mundo, de quibus Ezech. 34. Cornibus vestris ventilabatis omnia. Sed talia cornua non sunt ad iuuamentum salutis, sed potius impediēta, quia multitudo ramificationis eorū est eis nociua, vt facilius capiantur. Et ideo tanquā nociua sunt reiicienda, alioquin à domino sunt cōstringenda. psalm. 74. Omnia cornua peccatorum confringam. Non ergo sic, sed totam fiduciam nostram in cornu Christi potestatis ponamus, dicentes. In te inimicos nostros ventilabimus cornu.

Non enim in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me.

Postquam ostendit quod in Christo tota nostra debet esse confidentia. Ex hoc sequitur quod nullam confidentiam in viribus nostris debemus ponere, quia à nobis ipsis non possumus habere salu-

Cornu Christi potestas

psalm. 74

Philosoph. 12. de animalibus.

psalm. 91.

Veget. lib. 1.

Exod. 34.

Bellat. Cornu. Philosoph. animalibus.

Albertus. 12. de animalibus.

Gen. 34.

psalm. 74.

715

tem, propter quod quantum ad literā antiquus dicebat populus. Non enim in arcu meo sperabo & c. Per hoc autem spiritualiter psalmista vult intelligere, quod nullus in seipso quantumcunque sapiens vel potēs cōfidere dēt. Et notāter dicit se non speraturum in arcu suo neque in gladio. Vbi nota quod duo maxime sunt in quibus mundani cōfident, quia aliqui in sapientia vel astutia sua, aliqui autē in mundi potentia vel diuitiis. Iste autem dicit in neutro esse cōfidendum. Per arcum enim qui ferit à longē intelligit sapientiam mundi vel astutiā quæ à longē scit de rebus iudicare. Sed per gladium intelligit potestatem, quæ alios ferit de prop. Multoties enim & sæpe accidit, quod arcus, id est sapientia vel astutia mundi decipitur & superatur. 1. Regum. 2. Arcus fortium superatus est. Sic & de mundi potentia. Deposuit potentes de sede & c.

Arcus signis

per sapientiam gladius potestatem

1. Reg. 2. Luc. 11.

716.

Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confundisti.

Hic consequenter concludit quod per Christum omnis nostra constat victoria. Quantum ad literā clarus est textus, quia omnem victoriā de hostibus habitam attribuit Deo. Quantum vero ad intellectum psalm. hoc idem intelligitur de hostibus spiritualibus. Et secundum glo hic ly saluasti & confundisti, quamuis sint temporis præteriti, tamē accipiuntur pro tempore futuro, vt sit sensus. Saluasti, id est saluabis Confundisti id est confundes, quia propheta quæ reuelata habent à Deo futura, ita certū habent illa futura, sicut certum est pæteritum esse pæteritum. Ideo de futuris multoties loquuntur per verba pæteriti temporis. Et nota quod idē est nos saluare, & hostes nostros confundere, quia eo ipso hostes nostri quo de nobis intemum suum habere non possunt, confunduntur in seipsis. Et nota quod in hoc Christus demones nos odientes confundit, quod nos tripliciter saluat, s. primō nos saluat per pœnitentiā de sceleribus, quia virtute passionis Christi nostra pœnitentiā ad nos saluandū habet efficaciam. Hiere. 23. In diebus illis saluabitur Iuda. Iudas enim qui confitens interpretatur, quēlibet pœnitentiē significat. Secūdo saluat per mūditā in operib. quia munditia sine eius gratia haberi non pōt. Saluabitur innocēs munditia manuum suarum. Tertio saluabar per paciētiā in aduersitatibus. Tu flagellas & saluas. Sic & quilibet patiens in aduersis Deo dicere potest. Saluasti nos de affligentibus nos & c. Et odientes nos confundisti, quia odientes iustos æternaliter cōfunduntur à Deo. Qui, oderunt te induēt cōfusione, quod intelligitur tā de hominib. quā de demonib. Et nota quod hoc nō solū intelligitur de cōfusione dānationis æternę, qua demones & mali ab initio damnabātur, sed magis de cōfusione cuiusdā indignationis, qua mali cōfunduntur in seipsis & indignātur, quā malitiā cōtra iustos cōceptā ad effectū perducere nō possunt. Sicut quā amici Iob vidētes virtutes ei⁹ & cōstātiā, à qua ipsū flectere nō poterūt vt cōceperāt, cōfusi fuerūt in seipsis. Vñ Iob de eis dixit. Cōfusi sunt quia speraui venerūt vsq; ad me & pudore cooperi sunt. Quod ad propositū exponēs Greg. ait. Cū bonis mala reprobri ingerunt, si hos à spe intima labefactari cōspiciunt, & effectū deceptionis hilarescunt. Lucrum namque maximum erroris sui reputant, quia habere se ad perditionem socios exultant. Cum ve

ro bonorum spes interius figitur, & nequaquam malis exterioribus ad ima declinatur prauoium mētē confusio occupat, quia dū puenire ad afflictōrū intima nequeunt, incallum se existere crudeles erubescunt. Et talē inimicorū confusionem querēbar alibi psal. dicens. Fac mecum signū in bonū, vt videant qui me oderunt & confundantur, quoniā tu domine adiuisti & consolatus es me.

psalm. 85.

In Deo laudabimur tota die, & in nomine tuo confitebimur in sæculum.

Hic consequenter ex omnibus prædictis Dei beneficiis psal. surgit ad gratiarū actionē. Hic. n. quantum ad literā de prædictis Deo laudatur. Quantum vero ad intellectū nos admonet Deo semper gratias reddere. Si autē queras quid sit laudari in dño. vide supra versic. 502. Dicit ergo. In Deo laudabimur tota die. Dies. n. hic significat claritatem lucis æternę. Et est sensus. In Deo laudabimur tota die, id est in perpetuitate, quæ nō est interpolata noctibus. Et in nomine tuo confitebimur in sæcula id est in confessione laudis. Propter quod alibi dicitur. Beati qui habitant in domo tua dñe, in sæcula sæculorum laudabunt te. Et hoc in nomine tuo quod est Iesus, scilicet quia nos saluasti.

Dies significat claritatem glorię.

Nunc autem repulisti & confundisti nos & non egredieris Deus in virtutibus nostris.

Hic consequenter explicatur multiplex miseria pñtis tps. Et duo facit. Quia primō multas enumerat miseras. Secūdo bonorū explicat iustitias, ibi. Hęc omnia venerunt super nos. Et diuiditur in partes quinque, secundū quod quinque miseras enumerat. Et ponitur primō adiutorij subtrahctio, secundō inimicorum psecutio, ibi. Auertisti nos. tertio martyrum trucidatio, ibi. Dediti nos. quarto opprobriorum insultatio, ibi. Posuisti nos. Omnes. n. istas miseras literaliter passus est populus Dei tēpore Antiochi regis, vt apparet ex libris Machabeorum, quas hic psal. enumerat vt facilius Deum flectat ad misericordiam. Prima ergo miseria fuit subtrahctio diuini adiutorij. Quā (vt ex præmissis apparet) Deus solēbat pugnare pro ipsis cōtra hostes. Sicut pugnauit contra Pharaonē ipsum submergēdo, contra Seon regem Amorraeorum, contra Og regem Basan, contra Amalech. in deserto contra omnes habitatores terrę promissionis. Tempore autem Antiochi ipsos pemittebat ab hostibus superari, propter quod videbatur Deus eos à se repulisse nō pugnando pro ipsis. Et hoc est quod dicit. Nunc autem scilicet tempore Antiochi repulisti, quia tunc videbatur gens iudæorum à Deo repulsa. Et confundisti nos, non quidem interius, sed exterius in facie hominum, quia omnib. gentib. erant in confusionem, propter quod dicitur. 1. Macha. 1. quod vniuersa domus Iacob induit confusionē. Et maxime quia Antiochus altare aureū quod erat in templo & omnia vasa tēpli comminuit & asportauit. Et posuit idolum desolationis in templo. Iudei autē illi non poterant resistere, quia Deus non pugnauit pro illis. Et hoc quod subditur. Et nō egredieris Deus in virtutibus nostris. Hic enim virtutes accipiuntur pro exercitiis, secundum Hieronymū. Et est sensus. O Deus non exhibis tu amplius nobiscum ad pugnandum contra hostes, sicut alias faciebat. Quod ideo dicit, quia iudæi præcepto Antiochi exercitum congregare

717.

718.

1. q. 4. hominū

Antiochus.

Repellit Deus nos qualesc.

1. Mach. 1. 4. adiutorium Dei.

1. Mach. 1.

Hierony.

gare

gare non poterant. Quantum ad intellectum ista sunt verba iustorum desiderantium dissolui & esse cum Christo. Vñ dicunt Deo. *Nunc autem repulisti.* Hoc dicunt, quia differtur prouiso, dum hic iusti habentur iniquis opprobrio, omni enim desiderari tempus longū esse videtur. *Et confundisti,* non qui dem confunduntur iusti in conscientia, sed in facie hominum. *Et non egredieris in virtutibus nostris.* In continuo enim bello sumus cum diabolo, cui sine Dei adiutorio resistere non valemus. Et ideo adiutorium petit per modum interrogationis dicens. *Et non egredieris &c.* quasi dicat immo egredieris.

**Auertisti nos retrosum post inimicos nostros, & qui oderunt nos diripiebant sibi.**

Hic ponitur inimicorum persecutio. Hoc realiter impletum fuit tēpore Antiochi, qñ iudæi fugerūt à facie Antiochi psequētis vnde dicitur. 1. Macha. 2. Et fugit Machabias & filij eius in montes, & reliquerunt omnia que habebāt in ciuitate, quæ omnia s. fuerunt ablatæ ab hostib. Et hoc insinuās dicit. *Auertisti nos retrosum post inimicos nostros.* s. nos insequentes. *Auertisti.* id est fugere fecisti. *Et qui oderunt nos diripiebant sibi.* s. inimici nostri diripiebant sibi bona nostra: que in ciuitate dimiseramus. Quātum vero ad intellectū, hoc secundū gl. dicit pro illis qui in aduersitatib. deficiunt à fide vel in tentationib. victi cadunt in peccatis. quasi dicat. *Auertisti nos &c.* quia illi victores & nos victi sumus. Et quia cadēs in peccatū pdit omnia merita quæ prius habebat, ideo dicit. *Et qui oderunt nos,* scilicet dæmones, diripiebant sibi. s. dissipabant omnia merita nostra. Et nota quod dicit. *Auertisti nos.* Deus enim nos auertere dicitur quādo nō prestat adiutorium Vel auertit nos Deus, qñ multoties peccatis nostris prouocatus suā profectionē subtrahit auertendo se à nobis. sic enim dicitur. Auertisti adiutoriū gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Et nota quod ista diuina auersio quādoq; est tēporalis, & quādoq; æterna. Tēporalis. n. est poenitentib. sed obstinatis æterna. Et æternū formidādo Dauid dicit. *D* Vsq; quo domine obliuisceris me in fine? vsquequo auertisti faciē tuā à me? Auertit enim se Deus quādoq; à nobis, & hoc ad nostrā vtilitatē. vt scilicet homo seipsum sine Deo nihil posse cognoscat, & sic non superbiat, sed Deo subditus humiliter uiuat. Sic enim accidit ipsi Dauid: qui in principio regni sui videns quod Deus erat cum eo, & quod ipse prosperabatur in omnib. quasi in seipso nimis confidēs dixit. Ego dixi in abūdātia mea, non mouebo in æternum. Et hoc quia cōsidebat in decore & fortitudine à Deo sibi data propter quod subdit, *Domine in voluntate præstitisti decori meo virtutem.* Volēs igitur Deus ipsum ad cognitionem suæ proprię fragilitatis reducere, se ad tempus auertit ab eo, qui factō statim ipse per adulterium & homicidiū graniter fuit lapsus. Et ideo subdit. Auertisti faciē tuā à me, & factus sum conturbatus, scilicet, in graua peccata deiectus. Sed ista fuit tēporalis auersio Dei. Vnde post orabatur, dicens. Auerte faciē tuā à peccatis meis &c. Et ideo, & si Deus quādoque pro nostra vtilitate tēporaliter auertatur à nobis, tamen ne æternaliter auertatur ipsum orare debemus, dicentes illud psalm. 84. *Cōuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuā à nobis.*

1. Macha. 2.

Auertisti.

Psalmus. 38.

Psalm. 12.

Psalm. 29.

Psalmus. 84.

**Dedisti nos tanquam oues escarū, & in gentibus dispersisti nos.**

Hic ponitur martyrum trucidatio. Oues occiduntur vt edātur Sic ad literā tempore Antiochi multi iudeorū fuerūt occisi & insepulti dimisi, & per consequēs in escā bestijs terræ dari. Nam gētes Antiochi intrulerunt iudæis bellum die sabbati & mortui sunt ipsi iudæi & vxores eorum & filij eorum & pecora eorum, vsq; ad mille animas hominū. Et sic multis alijs vicib. sunt trucidari. Legitur etiam quod duæ mulieres delatæ sunt natos suos circumcidisse, quas infantib. ad vbera suspensis publicē per ciuitatem circunduxissent, per muros precipitauerunt. Quid de septē fratrib. crudelissimē cū matre occisis vidē ca. 7. Et sic de multis alijs. Istas ergo martyrum trucidationes præuidētes filij Choro, in ipsorum martyrum persona dicit. *Dedisti nos tanquam oues escarum.* Et subdit. *Et in gentibus dispersisti nos.* quia illo tēpore multi ex iudæis fuerunt & in seruitutem aliarum gentium venundati. vt patet in li. macha. Istam et martyrum illo tēpore trucidationem finiedam præuiderat psalm. cum dicit. Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli &c. Et nota quod dicit Deum hoc fecisse, eo quod omnia potestate Dei fiunt vel permittuntur. Hic notat gl. diuersa genera martyri notari, quia alij fuerunt esca feris, alij gentib. traditi in seruitutem. Quantum at ad intellectū vult psal. notare, quod ad verum martyrium requiritur in nobis mortificatio onis. ideo martyres cōparat ouib. mortificatis, dicens. *Dedisti nos tanquam oues escarum,* que sunt oues mortuæ. Vbi notādum quod ouium nomine præfens vita designatur, cuius ratio est. Quo niā (vt dicit naturalis & experientia docet) oues in æstate tēpore caloris insimul strictæ cōgregātur. In hyeme at quando frigus est ab inuicē magis dispersuntur quod faciunt pp frigiditatem flatus ipsarū. Sic & vita præfens tempore æstiuo & prosperitatis homines adinucem copulat & vnit. Sed hycemali tēpore. s. aduersitatis ipsos separat & dispigit. Quod accidit propter frigiditatem flatus. i. propter puritatem caloris charitatis, dicente sapiente. Est amicus mensæ & non pmanebit in die tribulationis. Sic ergo oues significat vitā præsentē, dicens. psal. Posuit sicut oues familias. Quid ergo sunt oues mortificatæ, nisi mortificatio vitæ præsentis. Ille ergo verē martyr vocatur qui moritur mundo, posito quod mundus sibi viuat. Ille autē martyr est solo nomine qui mundo viuat, posito quod mortuus sit sibi mundus. Hic sequendo materiā primæ lectionis consequenter quæro, vtrū quis de vno peccato satisface re possit nō satisfaciendo de alio. Agydius distin. 15.

**Vēdidisti populum tuum sine pretio, & non fuit multitudo in commutationibus eorum.**

Hic ponitur captiuorum venundatio, quæ facta fuit tempore ipsius Antiochi. Tot. n. de iudæis vendebātur qd dabatur pro modico pretio, qd quasi nihil reputabatur. Ita qd non solum fuerunt trucidati, sed etiam captiuati & venundati. De hac trucidatione & venditione dicitur. 2. Macha. 5. quod Antiochus rex armis cepit ciuitatem Hierusalem, & iussit militibus omnes interficere, nec parcere occurrentibus, & per domos ascendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum & seniorum, mulierum & natorum exterminia, virginumque & parvulorum nees. Erant autem toto triduo octo-

Occisi v. a. oues faceret iudæi.

1. Macha.

Et. 2. Macha. cap. 5.

Psalmus. 11.

Martyr. Onis.

Eccl. 8.

Quæstio.

723.

Occiso in dæorum.

2. Macha.

aulorum nees. Erant autem toto triduo octo-ginta millia interfecti quadraginta millia vinci non minus autem venundati. Postquam ergo in præcedenti versiculo egit de ipsorum interfectione. hic agit de ipsorum venundatione. d. *Vēdidisti populum suum sine pretio.* Erat enim pretium modicum: quia tot iudæi venditione etiā expositi: q; respectu multitudinis illorum pauci erant emptores. Et hoc est quod subditur. *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum.* scilicet multitudo emētium. Vel aliter: *non fuit multitudo in commutationibus &c.* Ad hoc enim martyres Deus ordinauit in ecclesia: vt ipsorum exemplo alij ad fidem conuertantur. Illo autem tēpore multi erant casti & venundati: pauci tamen ex hoc conuertebantur ad Dei cultum. Et hunc intellectum habet Magister in glo. d. Martyres dum dantur alienigenis venduntur sine pretio. Videmus enim quos dedisti: sed nō quos accepisti: quia quasi nullus acquiritur vel si quis acquiritur pauci tamen sunt. Moraliter autem populus Dei sine pretio venditur: quando quis opera de se virtuo pro laude facit humana, vnde Greg. ait: Quid enim in cūctis operibus suis hypocritæ sperat nisi honoris reuerentiam: gloriam laudis: a melioribus metui: sanctus ab omnibus vocari. Et infra. Magna quippe vecordia est laboriosa agere: & aure laudibus inhiare: forti opere præceptis cælestibus inferuire: sed terrena retributionis præmiū querere. Vtenim ita dixerim: qui pro virtute quam agit humanum fauorem desiderat: rem magni meriti vili pretio venalem portat. Vnde regnum cælorum emi potuit: inde nummum transiit: sermonis ieronimus. Vili ergo pretio opus vendit: qui magna impedit & minima recipit.

**Posuisti nos opprobrium vicinis nostris subannationem & derisum his, qui in circuitu nostro sunt.**

Hic consequenter ponitur opprobriū insultatio. Vbi sciendum quodd opprobrium vituperum alicui illatum quatuor modis aggrauatur. Et secundum hoc ista pars habet quatuor partes. Nam aggrauatur opprobrium, primō vilipensione in principio. secundō demonstratione: ibi. *Posuisti nos in similitudinem.* tertio continuatione: ibi. *Tota die:* quar tō diffamatione: ibi. *A voce.* Quantum ad primum dicit. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris.* Gentes enim quæ stabant circa terras iudæorum que colebant idola: videntes iudæos vnus veri Dei cultores sic crudeliter persequi: & per consequens cultū veri Dei quasi ad nihilum redigi gaudebant: & ipsi iudæis insultabant dicētes. Vbi est Deus vester: liberet vos si potest. Quasi ex hoc inferentes: quod Deus quem colebant iudæi verus Deus non esset. Per hoc enim quodd vicinis nostris & his qui in circuitu nostro sunt: aggrauatur opprobrium: quia secundū glo. Grauior est afflictio quæ a vicinis ingeritur quàm quæ a remotis: quia non transitorie dicitur quod à circumstantibus irrogatur. Hanc autē insultationē vt grauē ostendat: tribus nominibus vocat. s. opprobrium, subannationem & derisum. Primum dicitur opprobrium. Vbi notat secundum grāmicos q; probro. as. idem est quod vituperare & iniuriari: à quo deriuatur probrium. i. vituperium. Incogn. Tom. j.

Vendere. Greg. 8. mor. cap. 38.

722

Opprobrium. Dimissio.

Et componitur cū ob & dicitur opprobrium. i. magna vituperatio vel iniuriatio. Subannatio vero dicitur derisio facta despectiue contracto naso & rugato. Derisus vero dicitur quadam vox cōfusa lartitæ insultationē immoderata lætitia denūcians. Per hoc autē moraliter denotatur, q; sicut iudæi qui cōfidentes interpretatur à gētib. & malis deridebantur. Sic & hodie per bonā vitam Deū cōfidentes à malis hominibus vilipenduntur: quia sicut iudæi quidō est causa dilectionis, ita & dissimilitudo causa est odij. Cum vita bonorū malis sit dissimilis, hinc est q; mali bonos odiunt, & ipsos vilipendendo deridēt. Et hoc est quod ait Greg. Hoc nāq; propriū vniuscuiusq; solet esse, vt qualis ipse fuerit tales sibi cōiungi & alios velit. Mali ergo simplicitatem vitæ re fugientes, hoc imitandum alijs imprimunt quod amant. Vnde & apud malos simplicitas omnis in cramine est. A pertas quippe mentes diiudicat, & puritatem cordis hebetadinē appellat. Omnesq; quos sibi adherere cupiunt, à simplicitatis itinere diuertunt. Nunc itaq; simulatores gaudeant: despiciantur iustorū simplicitas: atq; à malis fatuitas vocetur. Sed citius despectus simplicium transit, citius maiorum gloria percurrit: quia despectum bonorum Deus glorificādo erigit, & malorū gloriam reprobando confringit &c. Ex quibus patet, quodd opprobria à malis iustis illata sunt ad bonorum meritum & gloriā: sed malis ad supplicium & poenā. Sed forte d. Opprobria alicui propter culpā illata posito q; patienter illa sustineat, nunquid illi sunt meritoria? Ad hoc respondet Greg. d. Sunt nonnulli quos etiā humanæ derisiones deprimūt: & tamē diuinis auri bus exaudibiles non sunt, quoniā cum derisio contra culpam nascitur, profecto nullum virtutis meritum in derisione generatur. Sacerdotes enim Baal clamoris vocibus hunc implorantes derisū ab Helia fuerant, qui dicebat. Clamate voce maiore, Deus enim vester aut forsitam loquitur, aut in diuersorio est. Sed hæc eis irrisio eis ad virtutis vsum non fuit: quia per culpæ meritum venit.

**Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis.**

Hic consequenter ponit derisionem ex demonstratione. Iudæi enim in tantum opprobrium denuncerant, quodd digito demonstrabantur à gentibus. Sicut demonstratur quis ex abundantia gloria: vt cum dicimus, ille est sapientior homo ciuitatis vel dominus. Sic ex infortunio, vt dicendo, ille est qui tantum erat superbus, & ecce quomodo est humiliatus. Sic ergo & iudæi erāt in similitudinem gentibus. Vel aliter. Quando gentes loquebantur de infortunio aliquorum ponebant pro exemplo vel similitudine infortunium iudæorum. Vel quando volebant alicui maledicere pro exemplo adducebant maledictionem iudæorum, vt puta dicendo. Sic accidat tibi, sicut iudæis accidit. Sicut si quis alteri maledicens diceret: vtinam pereas sicut periit Laurentius. Vel aliter secundum glo. vt sit sensus. *Posuisti nos gentibus in similitudinem Christi:* quia sicut Christus à gentibus fuit illusus, flagellatus & mortuus, sic illo tempore accidit iudæis. Et sic iste propheta hic non solum præuidit futuram persecutionem iudæorum, sed etiam passionem Christi cui passionē iudæorū assimilauit. Et quantū ad hoc subditur

Philosophus & Gallicorū

Greg. 8. mor. cap. 39.

Greg. 10. mor. cap. 27.

3. Reg. 18.

723

Similitudo gentibus.

B b subditur



subditur. *Commotionem capitis in populis.* Sic enim A mouet quis caput contra aliquem quasi ipsum despiciendo & sibi minando vel ad insultandum. Dicitur ergo. *Posuisti nos commotionem capitis in populis,* sed nobis insultandum sicut & Christo insultauerunt in sua passione mouentes capita sua. Per hoc autem mystice notatur quod gentes idololatrarum quae ante Christi passionem fidelibus iudeis qui verum Deum colebant: erant dissimiles per Christi passionem: si miles fidelibus efficerentur verum Deum colendo. Et hoc notans dicit. *Posuisti nos in similitudine gentibus* ut scilicet ad nostram similitudinem conuerterantur & nobis similes fiant. Et de hac similitudine dicitur. In similitudinem lapidis aquae indurantur. Per lapidem intellige Christum: vel Christi fideles. 1 Corin. 10. per aquas vero ipsos gentes qui per idolatriam & alia vitia non constantes sed fluxibiles erant: Aquae ergo indurantur in similitudinem lapidis: quando gentilis populus ad Christi similitudinem super fundamentum fidei stabilis fuit effectus. Et quid sequitur ex hoc nisi quod sequitur. *Et commotionem capitis in populis:* Quia ex hac conversione caput amotum fuit a gentibus. s. vitium superbiae: quod caput est omnium vitiarum. vnde Abacuc. 3. Percussisti caput de domo impij &c. scilicet superbiam de corde impij. scilicet populi idolatrarum. Istud est illud superbiae caput: quod septem capita portat: quia septem principalia & capitalia vitia ex hoc capite oriuntur. Apoca. 13. Vidisti bestiam ascendentem de mari habentem capita septem. Haec bestia dicitur esse superbia: quia homines extra cognitionem propriam trahens vertit in bestias. Haec ascendit de mari, s. huius mundi: quia ex rebus mundanis. scilicet diuitiis, potentiis, scientiis & huiusmodi oritur. haec habet capita septem: quia septem capitalia vitia ex ipsa procedunt. s. inanis gloria, inuidia, iracundia, ventris ingluties, auaritia & luxuria. vt deducit diffusus Grego. Tunc ergo facta fuit commotio capitis in populis. s. gentium: quando deposito capite superbiae humiliter se fidei Christi submiserunt Christi capitis. quod praeviderat psalmista in persona Christi. d. Eripies me de contradictionibus populi. scilicet iudeorum, constitues me in caput gentium.

724. **Tota Die verecundia mea contra me est: & confusio faciei meae cooperuit me.**

Hic consequenter auget opprobrium ex continua tione. d. *Tota Die* &c. Ad huius intelligentiam videamus primò quid est verecundia. Verecundia enim proprie est quidam timor. Sed nota quod dupliciter quis timere potest. scilicet quia vel timet mala corruptiva: vel mala turpia & inhonorantia. si primò vocatur timidus. si secundò dicitur verecundus. Nihil ergo aliud est verecundia: quam timor inhonorantionis: vel inglorificationis. Vnde verecundia aliquando dicitur erubescencia: quia verecundatè cõter erubescunt: sicut timetes pallefcunt. Nã ex eo quod aliquis amittit vitia (quod est bonum substantiale) credit dicitur timere. Sed ex eo quod timet se amittere gloriam honorè & hmoi: quae sunt bona exteriora verecundatur. In timedo ergo sanguis venit ad intima & ad interiora recurrit ad confortandum cor. Et ideo mēbra exteriora pallefcunt: quia timor cõsurgit ex eo quod quis credit se amittere interiora bona. Sed cū quis verecundatur: sanguis fugit ad exteriora & facies apparet rubea. Currit enim tunc sanguis ad exteriora: quia verecundia cõsurgit ex eo quod quis credit se amittere

Job. 38.

1 Corin. 10.

Caput. Super bla. Abacuc. 3.

Apoca. 13.

Grego.

psal. 17.

verecundia timor.

bona exteriora. Ad propositum ergo iudei virtuosii in illa persecutione omnia temporalia ac etiã vitia corporis inter bona exteriora computabãt. Animã autem & virtutes inter bona interiora ponebãt. Et sic nõ timebant amittere nisi bona extrinsecapropter quod talis timor proprie verecundia vel erubescencia dicebatur. Sed quia pro tunc talis timor continus, erat in eis, ideo dicunt. *Tota Die verecundia mea contra me est.* vbi glo. Verecundia grauis erat contra sanctos vel coram sanctis. i. ante oculos sanctorum, quando quos impios sciebant sibi insultare videbant. Vel dicitur *contra me.* i. cõtra hoc quod boni erant: quia ideo persequebantur quia fideles. Non enim commiserant: vnde verecundari deberet. Vnde subdit. *Et confusio faciei meae* &c. Quodam enim pallio confusionis vultum dicit operum idum nube sanguinea facies inflammata rutilat. Aliquando tamen aliter accipitur verecundia secundum Philosophum, s. prout est quaedam erubescencia de turpi actu. Et istomodo verecundia nõ cõpetit virtuosis: & maximè in senibus est abominabilis. Cum ergo virtuosus nihil agat: ex quo debeat timere turpitudinem se factibilem verecundari nõ pot. Etiam quia senes sic debent esse dispositi vt nihil agant verecundia dignum: ideo in eis verecundia nõ cadit, vt dicitur. 4. ethicorũ. Si tamẽ senex faceret aliquid verecundia dignum plus vituperabilis esset quàm iuuenis: vt ibidem dicitur. Ex prædictis patet potest quod verecundia quandoque cõsurgit ex facto alieno: & sic in iustis cadere potest: quãdoque ex facto proprio & sic nõ cadit. Notandum etiam quod quamuis verecundia nõ cadat in iustis: timor tamen verecundiae cadit & est vilis: sicut malis nõ timere verecundiam occasionem praestat peccandi. Vnde de hoc Grego. Sunt nonnulli quos ad perpetranda nequitiam oborta subito malitia inuitat: sed tamen humanam verecundia hos reuocat. Et plerunque per hoc quod exterius erubescunt: ad interiora sua redeunt: & contra se internum iudicium sumunt: quia si propter hominẽ mala facere metuunt: quãto magis propter Deum qui cuncta inspicit: nec appetere mala debuerunt. In quibus fit vt mala maiora corrigant per bona minora. s. per exteriorẽ verecundiam interiorẽ culpã. Et sunt quidam qui postquam Deum in mente cõtēperint multo magis humana iudicia spernunt: atque omne malũ quod appetunt audacter peragere nõ erubescunt. Quos ad perpetranda malũ occulta iniquitas inuitat: & nulla aperta verecundia retardat. Sicut de quodam iniquo iudice dicitur: quod Deum nõ timebat nec hominẽ verebatur &c.

**A voce exprobrantis & obloquẽtis, 724**  
**à facie inimici & persequentis.**

Hic cõsequenter aggrauat opprobriũ ex diffamatione. Vbi aduerte quod exprobrare est in facie maledicere: sed obloqui est absenti detrahere. quod iudeis accidit tempore Antiochi. Et quia nõ solum verbis & oblocutionibus: sed magis ipsos gladiis persequerentur: ideo subdit. *A facie inimici & persequentis.* Inimici nomine significatur animus malus: sed persecutione malus exterior actus. Notandum quod exprobratio est multiplex: quoniam quãdã pertinet ad cõtumeliã. psal. Tota Die exprobrabant mihi inimici mei. Quãdã ad fallaciã. Secretũ extraneo nõ tuellesine fortè insultet tibi cum audierit: & exprobrare non cesset. Quaedam ad blasphemiam. Cui exprobrasti vel quem blasphemasti: Quaedam ad charitatis amicitiam: quo ad exprobrantem. Exprobrasti incredulitatem illorum. Quaedam ad felicitatis gloriam

144. 5.

725

144. 2.

Matthias.

Grego. 4.

Obiit.

144. 5. 7.

144. 6.

144. 5.

144. 5.

144. 5.

illorum. Quaedam ad felicitatis gloriam: quoad tolerantem. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis. Et Matth. 5. Beati eritis cum maledixerint &c. & exprobrauerint &c. Exprobratio autem de qua hic loquitur pertinet ad contumeliam.

**Hac omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo.**

Hic cõsequenter exprimit inter tot aduersa bona rã iustitiã & constantiã. Et diuiditur in partes duas. Quia ostendit primò iustorum patientiam. Secundo replicat iustorum miseriam: ibi *Quoniam humiliasti nos.* Quantum ad primum sciendum quod licet multi iudeorum in persecutione regis Antiochi recesserunt a cultu Dei ad idolatriam vt persecutiones euaderent: tamen maior pars vel saltem portio elegit ante mortem corporis subire quam Dei legẽ derelinquere. Nam cum Antiochus misisset eos qui cogerent iudeos immolare idolis, & legẽ Dei derelinquere multi ex iudeis consenserunt: sed Matathias & filij eius constanter steterunt. Vnde qui missi fuerant a rege dixerunt Matathias. Princeps magnus es & ornatus filiis & fratribus: ergo accede prior & fac iustum regis: & eris tu & filij tui inter amicos regis &c. Respondit Matathias magna voce dixit. Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt vt discedat vnusquisque a lege patrum suorum: ergo tamen & filij mei & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Non enim est nobis vile relinquere legem Dei &c. Et multa similia habentur de bonis iudeis tempore illius persecutionis. Istorum ergo constantiam in lege Dei praevidens ante longẽ psal. in ipsorum persona praedixit. *Hac omnia scilicet mala praedicta venerunt super nos.* Et notanter dicit. *Venerunt super nos.* scilicet ab extra: quia illa ab intra non merueramus per culpam. *Nec obliti sumus te.* scilicet cultus tui: quia scimus te gratis esse colendum. *Et iniquè non egimus in testamento tuo.* Iniquè cagit in testamento Dei: qui transgreditur eius praecepta. Quantum ad intellectum psal. ista sunt verba sanctorum martyrum qui tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia: & omnes admodum memoriã Dei semper habere. Si enim facti martyres tam dura tolerãdo Deum nõ sunt obliti: quãto magis nos alij obliuisci nõ debemus: propter quod bene dicitur Ecclesi. vlt. Memeto creatoris tui in diebus iuuentutis tuę *Quae* verba pertractans Gualfredus. d. hoc solum concionator noster intendit: vt quã sit necessaria creatoris memoria insinuet: dũ persequitur quã grauia mala pariat eius obliuio. memeto inquit creatoris tui: dũ ipsũ videre adhuc nõ licet memoriã eius habere debemus: si eius praesentia videre cõcupiscimus. Memeto inquit creatoris tui nihil melius: illa nepe memoria tollit excellentiã & sub eo humiliat: tollit diffidentiã & aduersũ inimicũ erigit & confortat. memeto inquit creatoris tui: parũ est hoc: Ego ampliò addo, & quod memeto redemptoris tui. Nihil enim creati pfuit nisi redimi pfuisset Salomõ suę generõnis hominib⁹. quod erat notũ p tempore loquẽtibus. Nobis autem clamat apostolus. Empri estis praetio magno &c. Nõ mediocriter periculosa est beneficij huius obliuio. Odibilis foret omnibus bonis: si quis hominũ homini inueniretur ingratus. Per cui⁹ operã videretur auditũ recepisse vel visum &c. Sed de malis dicitur. Obliti sunt Deum qui saluauit eos &c. Et cõtra bõi dicitur. *Hac omnia venerunt super nos &c.* Et quod plus est ostendit quod ista aduersa nõ solum nocet in

feredo obliuionẽ Dei: sed et pficiunt ad Deum nos dirigendo. vnde subdit.

**Et non recessit retro cor nostrum: 726**  
**& declinasti semitas nostras à via tua.**

Quasi dicat. Nõ nocuerunt nobis aduersa vt remoueret cor nostrum a te per apostasiam idololatrarum. Retro enim recedere est: nõ solum bonũ inchoatum vel per motum contrarium. Et isto modo loquebatur Christus. d. Nemo mittet manum suam ad aratrum & respiciens retro: aptus est regno Dei. Et addit per seclum. d. *Et declinasti semitas nostras à via tua.* Vbi notandum quod via Dei dicitur illa via arcta quae ducit ad vitam. s. beatam, quae stat in obseruatione mandatorum spe regni celestis: nõ temporalium honorũ. psal. 118. Viam mandatorum &c. Semita autem nostra dicitur affectio vel desiderium prosperitatis & voluptatis mundanę. Et dicitur semita. i. via stricta: quia omnis prosperitas mundi multũ arctat hominẽ diuersis praesuris & amaritudinibus. vnde foris apparet via lata: sed in mente est semita stricta. sicut ecõtra: via Dei foris apparet arcta: sed intus est multum lata: quia per ipsam cor dilatur. psal. Viam mandatorum tuorum cucurri cū dilatasti cor meum. vnde de istis semitis dicitur. Inuolunt sunt semitae gressuum eius. scilicet multis amaritudinibus. Notandum etiã quod ista praepositio. a. quandoque notat separationem. sicut Matt. 23. Discedite a me maledicti &c. Quandoque notat causalitatem: sicut Matt. 11. Discite a me quia mitis sum &c. Sic in proposito cū dicitur: a via tua. i. a. notat causalitatem: & est sensus. a via tua. i. propter viam tuã. Dicit ergo quod in praefatis aduersitatibus *declinasti semitas nostras à via tua.* i. tulisti vel remouisti semitas nostras. i. affectiones & desideria temporalia: a via tua: i. propter viã tuã imitãdam. Et ad istum intellectum exponit magister in glo. d. Semitę enim nostrae erant in prosperitatibus & voluptatibus seculi. sed tulisti eas a via tua: quia ostendisti nobis arctã viã quae ducit ad vitam. in isto versiculo spiritualiter ostenditur quod quamuis aliqui sit licitũ cessare a bono opere: nunquã tamẽ licet retroire. i. facere cõtrarium. vnde ait glo. *Non recessit retro cor nostrum.* i. nõ nostra: ita. s. quod retroiret: desperando de bonitate Dei. Etem si aliqui defecdar a cõtēplatione veritatis: nõ tñ retroit. Et ideo nõ dixit simpliciter nõ recessit cor nostrum sed addidit retro. Sequendo materiã satisfactionis: quæro vtrũ per opera extra charitatẽ facta: quos possit satisfacere penitentiã sibi impositã. Agidius dist. 15. 727

**Quonia humiliasti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis.**

Hic cõsequenter ostendit alia via vtilitatẽ ex aduersis habitã. Et diuiditur in quatuor partes secundum quod quatuor vtilitates procedunt ex aduersitatibus. Prima e mētis humiliatio. scda est Dei memoratio: ibi. *Si obliuisti sumus.* tertia est peccati detestatio: ibi. *Nonne Deus.* quarta est carnis mortificatio: ibi. *Quonia propter te mortificamur.* Quãtu ad primũ sciendũ quod ipsa aduersa superbiã cordis deponunt: & ad humilitatẽ inclinant. Sicut per oppositũ prospera mundi mētẽ per superbiã inflat. Quod satis ostendit Grego. super illo verbo Job. 6. Qui cepit, ipse me conterat. d. Saepè namque fiducia longẽ prosperitatis inflat in quodam fastu elationis erigimur: cunque nos extolli cõditor cõspicit: sed amorẽ suum erga nos per verbera nõ exercet: quasi ad feriẽda nostra vitia

Re: 144. 5. 726

Luce. 6.

17a.

psal. 118. Semita.

Job. 6.

Matth. 25. Matth. 21.

Quæstio.

727

Aduersitas deponit superbiam prospera superbiã inducunt Grego. 7 moral. c. 8.

Bh 2 manum

manu ligata tenet. An non affectus sui manu ligauit  
 ratu peccanti populo dicebat. Iam non irascar tibi,  
 & zelus meus recessit a te. Soluat ergo manum di-  
 citur. i. exerceat affectum. Recte autem subditur. Et  
 succidat me. Cum. n. securos nos ac de virtutum af-  
 fluentia elatos repentinus vel flagelli dolor, vel in-  
 firmitatis tetatio pcurit, protinus a status sui verti-  
 ce metis nostrae elatio succisa cadit, vt de semetipsa  
 nihil audeat, sed infirmitatis suae icu prostrata ma-  
 num leuantis quaerat. Hinc est quod sancti viri cu  
 de occultata erga se dispositione suspecti sunt, plus  
 prospera ipsa pertimescunt, tetari appetunt, flagel-  
 lari concupiscunt, quatenus incauta mentem merus  
 & dolor erudiat, ne in hac peregrinationis via, ho-  
 ste ex insidiis erumpente, sua eam deterius securi-  
 tas sternat. Hinc psalm. ait. Proba me Domine &  
 tenta me. Et rursum. Quoniam ego in flagella para-  
 rus sum. Quia enim sanctae mentes corruptionis  
 suae vulnus sine putredine non esse considerant; li-  
 benter se sub manu medici ad sectiones parant; vt  
 aperto vulnere virus peccati exeat; quod sub sana  
 cute intus occidebat. Ex quibus apparet quod prospera  
 metem eleuant; sed aduersa humiliant; sic quod maxi-  
 ma difficultatis est in prosperis humilitatem serua-  
 re. Hoc autem hic notans psalm. dicit. Quoniam hu-  
 miliasti nos in loco afflictionis. i. quia afflicti nos hu-  
 miliati sumus. Tempore enim Antiochi humiliati  
 fuerunt iudaei ex maxima afflictione: quoniam illo  
 tempore fugerunt iudaei ad loca deserta quae erant  
 afflictionis. Nam vt dicitur. 2. Machabaeo. 5. Iudas au-  
 tem machabeus secessit in locum desertum; ibique  
 inter feras vitam in montibus cum suis agebat: &  
 feni cibo vescentes demorabantur. Quis autem in  
 tali afflictione vel in loco afflictionis existens su-  
 perbiret, certe nullus; sed magis humiliaretur. Vel  
 per locum afflictionis accipe praesentem vitam: in  
 qua multis miseris humiliantur & deprimuntur;  
 sed in futura exaltabimur. vt ait glo. Sequitur. Et  
 cooperuit nos umbra mortis. Vbi notandum quod aliud  
 est vera mors; aliud est figuratiua mors: quae dicitur  
 umbra verae mortis. Quoniam mors vera est illa: qua  
 anima separatur a Deo vel mors aeterna. Umbra au-  
 tem mortis dicitur mors corporalis, vnde Grego.  
 super illo verbo Iob. 12. Producit in lucem vmbra  
 mortis: ait. Ista enim mors in qua caro separatur ab  
 anima: vmbra illius mortis est in qua anima separa-  
 tur a Deo. In lucem ergo vmbrae mortis Christus  
 producit cum intellecta morte spiritus mors car-  
 nis minime timetur. Volens ergo iste exprimere af-  
 flictionem populi iudaici dicit in ipsorum persona,  
 Cooperuit nos umbra mortis. continuè eramus sub-  
 morte corporis & in periculo mortis.

aduersitas. Similitas.

2. machab. 5.

Umbra mor- tis. Mors.

Grego. lib. 11. moral. c. 12.

728

De pan. dis. 1. medicina.

aduersa aper- riuat. oculo- los prospera claudunt. Grego. 6. moral. c. 16.

**Si oblitus sumus nomen Dei nostri & si expandimus manus nostras ad Deum alienum.**

Hic ostendit quod aduersitas inducit in nobis  
 memoriam Dei. Sicut enim prosperitas claudit me-  
 tis oculos ne Deum consideret: sic contra aduersi-  
 tas aperit vt Deum & seipsum cognoscat, vnde Gre-  
 gori. ait. Flagella oculos mentis aperit: quos in-  
 ter vitia securitas prosperitatis caecabat. Torpens  
 quippe animus percussione tangitur vt exciterur:  
 quatenus qui statum suae rectitudinis securus per-  
 didit afflictus consideret quo iacet. Hinc itaque ip-  
 sa asperitas correctionis origo fit luminis &c. Et

hoc est quod hic ait psalmista. quod in aduersitatibus si ob-  
 litus sumus nomen Dei nostri, &c. Vbi aduerte quod in sa-  
 cra scriptura ly si, multoties accipitur negatiue, vt  
 psal. 94. Quibus iurauit in ira mea si introibunt &c. Psal. 114.  
 i. non introibunt. sic, & hic ly si, stat pro no. & est sen-  
 sus. Si oblitus sumus. non sumus oblitus nomen Dei nostri  
 Si expadimus. i. non expandimus manus nostras ad Deum  
 alienum. id est idolatriam committendo. Et hic notat gl.  
 d. Ecce iste est intellectus filiorum Chore: de quo  
 agit titulus: qui propter omnia mala non obliuiscuntur  
 dominum. Qui non expandunt manus suas ad  
 Deum alienum: sed solum crucifixum adorant. quia  
 qui manus extendit de seipso crucem facit: per hoc  
 significans se crucifixum adorare. Et nota hic quod  
 per Deum alienum intelligit idola: quia aliena sunt  
 a realitate bonitatis Dei in vocabulo Dei designa-  
 te: quia scilicet nomen habent Dei: sed realitate ca-  
 rent. Vnde & de idolis dicitur. Israel si me audieris:  
 non erit in te Deus recens: neque adorabis Deum  
 alienum. vbi glo. Alienum Deum dicit idolum: quia  
 nomine non essentia Deus est. vnde & Exo. 20.  
 Non habebis Deos alienos coram me.

**Nonne Deus requirit ista: ipse enim nouit abscondita cordis.**

Hic consequenter ostendit quod aduersitas pec-  
 cati detestationem inducit. Vnde potest formari ta-  
 lis ratio. Quoadocumque ad aliquod antecedens neces-  
 sario sequitur aliquod consequens: quicumque fu-  
 git consequens, fugere debet antecedens: sed ad pec-  
 catum necessario sequitur poena: igitur qui timet  
 poenam multo fortius peccatum timere debet & fu-  
 gere, quod autem peccatum necessario poena sequi-  
 tur ostendit hic psalmista. d. Nonne Deus requirit  
 ista. q. d. sic requirit ad iudicandum. Vbi notandum  
 quod cum ly ista sit pronomen demonstratiuum so-  
 lum illa peccata significat quae possunt demonstra-  
 ri. Cum ergo proprie loquendo solum exteriora o-  
 culariter possunt demonstrari consequens est quod per  
 ly ista intelliguntur peccata exteriora quae Deus  
 iudicando requirit, quod probat: quia etiam peccata oc-  
 culta cordis ipse cognoscit, propter quod subdit. Ip-  
 se enim nouit abscondita cordis. Non est intelligendum  
 quod Deus peccata requirit, sed ad cognoscendum qua-  
 si ante te non cognouerit, illa, scilicet dicitur illa requirere  
 & cognoscere quoniam per aduersa te facit peccata tua re-  
 quirere & cognoscere ad illa detestanda. Et hoc est quod  
 hic ait glo. Noscere dicitur Deus: quia te facit no-  
 scere. vnde ad Abraham ait. Nunc cognoui quod ti-  
 meas Deum. i. te & alios cognoscere feci. Nouit ergo  
 Deus eo modo quo requirit: sed non pro se sed pro  
 pro te. scilicet quando aduersa facit: vt tu inuenias te, vt tu  
 peccatum cognoscas & fugias, vt ei gratias agas. Et  
 nota quod hic peccata dicuntur abscondita cordis:  
 quia mali quantum possunt nituntur sua peccata abscon-  
 dere & occultare. Cuius ratio est: quia quasi naturali-  
 ter omnis qui male agit odit lucem. Non aduerrentes  
 quod scribitur prouer. 28. Qui abscondit scelera sua  
 non dirigitur &c. Hoc non faciebat Iob qui dicebat.  
 Si abscondi quasi homo peccatum meum. si pro-  
 non. Quod dicit contra illos quae peccata sua excu-  
 sando nituntur abscondere ac per hoc Deum accu-  
 sare & seipsos excusare nituntur more primi paren-  
 tis vt ostendit Grego. d. Haec namque sunt verae hu-  
 militatis testimonia: iniquitatem suam quemque  
 cognoscere & cognitam voce confessionis aperire.  
 At ubi

abscondunt peccata multa.

Altem.

Psalm. 114.

Exo. 20.

729

prouer. 6.

prouer. 19.

Iob. 34.

Grego. 25. moral. c. 6.

Dan. 13.

prouer. 10.

Geno. 31.

abscondunt peccata multa.

Ioan. 3. prouer. 28. Iob. 31.

Grego. 25. moral. c. 6.

At contra humani generis vitium est & labedo pec-  
 catum committere, & commissum negado abscondere,  
 & conscientiam defendendo multiplicare. Ex ipso quip-  
 pe lapsu primi hominis haec argumeta nequitiae du-  
 cimur, ex quo ipsam radicem traximus culpe, &c. vi-  
 de ibi. Et nota quod specialiter mali quaedam abscondunt  
 peccata. scilicet quia abscondunt cupiditate auaritie. Vol-  
 untate immunditiae. Ociositate pigritiae. Ambitionem  
 superbiae. Detractiones fallaciae. Infidelitatem  
 idololatriae. Primum patet Matr. 25. Abies fodit in  
 terra, & abscondit pecuniam domini sui. Nonne pec-  
 uniam domini sui. Dei abscondit in terra, qui diui-  
 tias abscondas retinet & pauperibus, vt fidelis dispensa-  
 tor non tribuit illas iuxta domini sui praecceptam.  
 Vnde tales maledictione Dei merentur & mundi.  
 Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis.  
 Quinimmo & morte temporalem & aeternam meren-  
 tur. Cuius figura gessit Achae de quo Iosue 7. Vidi  
 enim inter folia pallium & ducentos siclos argenti  
 & regulam auream, & concupiscens abis, & abscondi in  
 terra, &c. Qui propter hoc consequenter fuit lapida-  
 tus. Secundum patet in illis immundis senibus, qui  
 in Susanna libidine exarserant qui absconditi sta-  
 bant, de quibus. Dan. 13. Dicitur. Non erat ibi quisquam  
 praeter duos senes absconditos contemplantes eam.  
 Et ibidem de Susanna dicitur, quod nesciebat senes  
 intus esse absconditos. Et tamen istud luxurie pec-  
 catum difficiliter absconditum potest manere quin  
 statim publicetur per aliqua signa. Propter quod  
 ad litteram de isto peccato dicitur. Nunquid abscon-  
 dere potest homo ignem in sinu suo, vt vestimenta  
 illius non ardeant, aut ambulare super prunas, vt non  
 comburantur plantae eius? Sic qui ingreditur ad mu-  
 lierem, &c. Tertium patet, quoniam pigri quasi sem-  
 per latent absconditi. Abscondit piger manum suam  
 sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Manus sub  
 ascella abscondita est virtus operandi ligata. Quartum  
 patet de superbis qui sub humilitatis habitu vel  
 verbis, cor superbum tenent absconditum, non aduer-  
 rentes quod (vt hic dicitur) Deus nouit abscondita cor-  
 dis. Et Iob 34. Non sunt tenebrae, non est umbra  
 mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniqui-  
 tatem. Quod exponens Grego. ait. Lux aeterna quae  
 Deus est quantum incommutabiliter fulget, tantum pe-  
 netrabiliter videt. Et neque occulta nescit, quia cum  
 cuncta penetrat, neque penetrata obliuiscitur, quia in-  
 commutabiliter durat, proinde quotiens indigni argui  
 superbi aliquid corde concipimus, totiens in lucem  
 peccamus, quia ipsa nobis etiam non sibi praesen-  
 tib. praesto est & peruersis gradientes in ipsam im-  
 pingimus, a qua per meritum longè sumus. Cum  
 verò videri non credimus in sole clausos oculos: te-  
 nemus, illum videlicet nobis abscondimus non nos  
 illi. Propter quod Dan. 13. Deus aeternae qui abscon-  
 ditorem es cognitor, &c. Quintum patet, quia detra-  
 ctorem venenum sub specie compassionis vel sub  
 alio abscondunt colore. Proverb. 10. Abscondunt  
 odium labia mendacia. Sextum patet, quicumque  
 enim plus aliud colit quam Deum, est idololatra.  
 Sed quanti sunt qui sub specie religionis plus a-  
 mant creaturas quam Deum, Et tales sub specie re-  
 ligionis abscondunt idola, verbis & operis men-  
 tientes. Quorum figuram gessit Rachel, de qua Ge-  
 nes. 31. Rachel festinans abscondit idola sub stra-  
 menta camelis, & sedit desuper. Omnis autem pra-  
 dicans absolutionem apud Deum esse, bene non  
 nouerat psalm. dicens. Nonne Deus requirit, &c.  
 ipse enim nouit abscondita cordis.

Incog. Tom. j.

**Quoniam propter te mortificamur tota die, aestimati sumus sicut oves occisionis.**

Hic consequenter ostendit quod aduersitas indu-  
 cit carnis mortificationem. Quantum enim caro for-  
 tior est, tantò amplius contra spiritum reluctatur,  
 quòd autè debilius spiritui magis subiicitur. Quid  
 autem tantum mortificat carnem sicut aduersita-  
 tes toleratae patienter? Et haec est vox sanctorum  
 martyrum, qui non mortificantur vel patiuntur  
 propter peccata sua, sed fidem Christi confirman-  
 dam. Et sonat ista vox, d. Deo. Quoniam propter te. i.  
 non pro criminibus nostris, sed vt fides tua gentibus  
 augeatur. Ad litteram enim iusserat Antiochus om-  
 nes Iudaeos occidi qui nolent transire ad ritum gen-  
 tilium. Tamen boni libentius mortem tolerabant,  
 quam cultum Dei relinquere vellēt, vt patet de Elea-  
 zaro antiquo qui ait. Senectute quidem dignus ap-  
 parebo, adolescentibus autem exemplum forte relin-  
 quam, si propro animo ac fortiter pro sanctissimis  
 legibus, honesta morte perfungar, & sic fuit de mul-  
 tis aliis. Et ideo ad denotandum quod sine reclama-  
 tione mortem acceptabant pro lege Dei seruanda,  
 dicit. Aestimati sumus sicut oves occisionis. i. secundum  
 glo. sine aliqua reluctatioe occisi. Spiritualiter au-  
 tem hoc coepit omnibus sanctis viris qui seipsos  
 mortificant super terram, vt Deo viuant. Vnde pre-  
 dicta verba exponens Ricardus ait. Quoniam propter  
 te mortificamur tota die, &c. Quare mortuus non cre-  
 ditur qui quotidie mortificatur? An forte quia non  
 dixit morimur: sed mortificamur. Scimus tamen  
 quia in Dei oculis maioris meriti est saepe mortifi-  
 cari quam mori. Nonne mors martyrum tantò erat  
 pretiosior, quantum mortem praecedens poena pro-  
 ductior erat quibus volentibus mori non dabatur  
 occidi. Nonne praedestinati ad vitam hoc ipsum  
 ad gloriae cumulum proficit quod sine graui pu-  
 gna sine acerba poena carnalis in eis vita non suffi-  
 cit. d. Quoniam propter te mortificamur tota die. Mor-  
 tificate ergo secundum apostolum membra vestra;  
 mortificate inquam in die tantum: vt omnia in lu-  
 ce discretionis fiant: ne ultra citraue mensuram  
 operum nostrorum rota discurrat.

**Exurge, quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finem.**

Hic consequenter pro adiutorio imploratur Dei  
 misericordia. Vbi notandum quod Christus om-  
 nes suos fideles adiuvat virtute fidei in ipsum ha-  
 bitae. Fides autem Christi maximè creuit in mun-  
 do ratione suae resurrectionis mundo manifestatae.  
 propter quam gentes Christi fidem receperunt. Et  
 ideo iste pro adiutorio postulat: vt Christus a mor-  
 tuis resurgat. Et diuiditur ista pars in tres. Quia pri-  
 mò petit Christi resurrectionem. Secundò assignat  
 ad hoc suam rationem: ibi Quoniam humiliata. Ter-  
 tiò petit humani generis redemptionem: ibi Exur-  
 ge adiua nos. Primò ergo petit Christi resurrectio-  
 nem. Iste enim spū eleuatus prophético prauidit  
 mysterium Christi passionis. Et quod in eius passio-  
 ne multi etiam qui ante fideles fuerant apostata-  
 rent à fide: sicut Thomas, cui Christus dixit. Noli  
 esse incredulus, &c. sicut Lucas & Cleophas, qui  
 iam amissa fide dixerunt Christo. Nos autem spe-  
 rabamus quod ipse esset redempturus Israel. quasi di-  
 cat, Amplius non speramus. Prauidit etiam quod  
 per Christi resurrectionem fides perditam recupe-  
 raretur.

730

1. macha. 2. macha. 6.

Mortificari marty. Ricardus.

passio Christi. Fideles.

B b 3 raretur

raretur sicut factū fuit in predictis: ac etiā gētes ad fidē reducerētur. Et ideo pro suo & aliorū adiutorio Christi resurrectionē postulat cōtra omnia mala prædicta. *Exurge, quare obdormis domine.* s. Christe. Videtur enim dormire Deus quando differtur quod postulat. Et dicit. *Quare obdormis.* s. causa quare tantū differtur resurrectio tua tibi cognita est nō nobis. *Et ne repellas in sinē.* Repellere videtur Deus quos in manib. persecutorū reliquit. Dicit ergo *ne repellas in sinem.* q. d. Et si modo nos flagellas & percutis, non hoc facias finaliter damnando. Spirituāliter vero hic sancti martyres orant, vt Christus per fidem resurgat in gentibus: quia & si sciūt Christū non dormire, & sibi resurrexisse, præcātur tantū ipsum resurgere per fidē, non sibi, sed gentibus quæ Christū putant esse mortuū. Si enim crederent Christum resurrexisse, credētes in eum non persequerentur. q. d. Tota die mortificamur. Et vt hoc finiatur, præcamur exurge per fidē: quia tu domine obdormis, nō quidē nobis credētib. sed gētib. quæ nō credūt. *Exurge & ne repellas in sinē.* quia si per fidē resurgis in eorū mētibus cessabit omnis persecutio. Et idem aliis verbis postulat, dicens.

732

**Quare faciem tuam auertis, obliuisceris inopia nostrā & tribulationis nostrā.**

Vbi nota quōd aliquos respicit Deus, qui etiam Deum respiciunt, sic bonos respicit quib. dat prospera. Aliquos non respicit, qui etiam nec ipsum respiciunt sicut malos quib. dat aduersa. Aliquos respicit qui ipsam non respiciunt, sicut malos, quib. dat prospera. Sed aliquos non respicit, qui tamen ipsum respiciunt, sicut bonos quibus infert aduersa. Vide versic. 245. Quia ergo sanctos martyres exponebat persecutionibus, illos dicebatur non respicere, sed ab eis auertere faciem, & eodem modo de ipsis non recordari. Vbi notandum quōd per faciem Dei, eius misericordia significatur. Deus enim habet faciem & tergum. s. misericordiam & iustitiā sed misericordia est pars anterior: quia omnia opera incepit à misericordia: quia gratis omnia produxit. Et sic illis ostendit faciem quib. misericordiam facit. Ab illis vero auertit faciem, quos flagellis exponit. Clamant ergo sancti martyres, *quare faciem tuam auertis:* scire cupientes sui certaminis finem.

733

**Quoniam humiliata est in puluere anima nostra conglutinatus est in terra venter noster.**

Oratio. Humilitas. Iudith 9.

Hic suam allegat rationem. s. quare ipsum Deus debeat exaudire. Inter omnia enim humilitas orationem facit exaudibilem. Iudith 6. Humiliū & mansuetorū tibi domine semper placuit deprecatio. Sed humiliari sumus: quia *humiliata est in puluere anima nostra.* & c. Igitur nos exaudire debes. Ad literam enim Iudæi tēpore persecutionis Antiochi humiliabantur in puluere orantes. Quoniam vt habetur 1. Mach. 3. Induerunt se ciliciis, & cinerē impoferūt super capita sua, & c. Et hoc est quod hic dicunt. *Quoniam humiliata est in puluere anima nostra.* i. vita nostra: quia in signum humiliationis ponebāt cinerem super capita sua sicut mos erat Iudæorū in afflictione postorum. Tum etiam quia vt dictū est habitabāt in montib. inter feras, vbi leuiteria non habebāt, & sic iacebāt in terra. Et ideo subdit.

1. Mach. 3.

*Conglutinatus est in terra venter noster.* i. corpus nostrū terræ adhareret. Quantum ad intellectū psal. ista est vox martyrum & penitentium qui animam suam in puluere humiliant, quādo cōsiderantes peccata sua per ipsorum memoriam animā suam cruciant secundū morē penitentium. Cinis enim & ciliciū sunt arma penitentiū. Hinc est quod in capite quadragesimæ, cinis spargitur super caput penitentū ob humilitatē & memoriā suæ fragilis conditionis. Et hoc est. Non debes obliuisci. *quoniam humiliata est in puluere anima nostra.* i. ad penitentiā conpūcti sumus. Et *conglutinatus est in terra venter noster.* i. corpus nostrum orando terræ adhæsit. Hoc autē dicendo summā humilitatē ostendit. Qui enim genua orādo flectit in terrā habet quo plus humiliatur. Qui vero sic humiliatur vt venter hæreat terræ nō habet vltra quo humilietur: quia venit ad summum signum humilitatis: quia bassior ex omni parte fieri non potest. Et isto modo orando se Christus humiliavit, qui primū genua flectit, secundū procidit in faciem suam, sed terriū totum corpus ad terram prostravit, quando scilicet factus in agonia prolixius (scilicet corpore) orabat.

**Exurge domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.**

*Exurge* hic petit redemptionē à malis. Hic enim nullum allegat suum meritū, sed totum gratiæ Dei attribuit. *d. propter nomen tuum.* Hic nō solum petit bonos liberari, sed etiā malos predicat puniēdos. *d. Exurge, & c.* Vbi nota quōd quādo quis iacet, torus occultatur, quādo verò sedet occultatur secundū partē inferiorē & videtur secundū superiorē, quādo vero stat, videtur secundū omnē partē. In Deo autē sunt quasi due partes, misericordia & iustitia, quarū misericordia est pars superior, psal. Miserationes eius super omnia opera eius. Intantum q. à iustitia licet appellare ad misericordiā. Misericordia superexaltat iudicium. Deus autē nunquā legitur iacēs: quia nullus est qui non sentiat misericordiā eius, vel iustitiā, nec aliquod est tempus quod non sit misericordiæ vel iustitiæ. Sed quādoq. Deus ostendit hominib. partem superiorē s. misericordiā & occultat inferiorē. s. iustitiā, & tunc dicitur sedere. Quādo verò ostendit vtrūq. dicitur stare. Quādo autē dissimulat punire, tunc ostendit misericordiā & nō iustitiā, & ideo dicitur sedere, quod pertinet ad statum præsentē, sed in futuro ostendit suā misericordiam bonos beatificando, & iustitiā malos puniendo. Ideo tunc dicitur stare & exurgere quādo. s. iudicabit, psal. Terra tremuit & quieuit, cum exurgeret in iudiciū Deus. Petens ergo psalm. vt Christus exurgat, quid aliud nisi vt ad iudicium veniat requirit, vt boni præmientur & mali puniantur. Quia in præcedenti quæst. dictum est quōd per opera extra charitatem facta quis potest satisfacere. Ideo nunc quæro, vtrum illa alicuius sint meritoria. Agidius distinctione 15.

P S A L. XLIIII.

**Eructauit cor meum verbum bonū dico ego opera mea regi.**

Iste psal. talem titulum habet. *In finem pro his que commutabuntur filiis Chore ad intellectum pro dilecto.* Pro cuius euidentia sciendum quōd totus iste psal. agit de sanctis nuptiis sponsi & sponse. s. Christi & ecclesiæ saluatoris & saluatorum. Vnde iste psal. dicitur

dicitur epithalamium carmen. i. laus thalami, quia laus sponsi & sponse hic catur. Cōsuetudo enim fuit in nuptiis ad honorem sponsi & sponse quedā cantari carmina, quæ dicebātur epithalamia. i. laudes thalami. Epi enim Græcè. i. supra, cōponitur cū thalamo, & sic dicitur epithalamium. i. cantus super thalamum. Tale cantum primū Salomon aduenit in laudē Christi spōsi & ecclesiæ suæ spōsæ, vt patet per totū librū qui dicitur cātica canticorum. Vnde Hiero. in epistola ad Paulinum dicit. Salomō pacificus & amabilis domini mores corrigit, naturam docet, ecclesiam & Christum cōiungit, & sanctorum nuptiarum dulce canit epithalamium. Similiter ergo filij Chore præuidētes has sanctas nuptias Christi & ecclesiæ futuras, istum psal. epithalamium in laudē sponsi & sponse fecerunt. Harum nuptiarum copulam in thalamo veteri virginalis nuptiæ Dei gratia quando verbum caro factum est, & humana natura verbo diuino vnita, & sponso Christo ecclesiā spōsa primū charitate & post immortalitate est coniuncta. Est ergo sensus tituli talis. *Iste psal. in finem.* s. Christus nos dirigēs, est scriptus filiis Chore. id est filiis Christi suæ crucis. Et hoc ad intellectum. s. tanti mysterij cōiunctionis Christi & ecclesiæ. Et est iste psal. *pro his qui commutabuntur.* s. de veteri homine in nouum. Et etiā est *pro dilecto.* i. pro Christo sponso qui est à patre dilectus. Hic est filius meus dilectus. Hic enim describitur per quem cōmutabuntur & laus sponsi & spōsæ decantatur. Iste ergo psal. factus fuit à filiis Chore pro nuptiis Christi & ecclesiæ. Sed de materia psal. quo ad literā diuersæ fuerunt opiniones. In isto enim psal. secundū literā exprimitur quædam magna proprietates & letitia filiorū Israel quæ fuit præuisa à filiis Chore. Sed que fuerit illa prosperitas & letitia, variæ sunt opiniones apud Hebræos. Aliqui dicunt quōd fuit illa quæ fuit sub rege Assuero ad procuracionem reginæ Hester ad statum prosperum Iudæorum & hostiam suorum confusionem. Et ad hoc satis litera videtur aptari. Alij dicunt q. loquitur de prosperitate quæ fuit sub Salomone, quæ satis describitur tertio regum per multa capitula. Et secundū istos, psal. iste ad literam loquitur de rege Salomone & filia Pharaonis quam in vxorē accepit. Alij dicunt quōd iste psal. ad literā loquitur de rege Dauid & vxore sua Bersabe ex quib. descendunt multi reges & iusti, vt Ezechias, Iosias, & alij plures. Sed nulla istarum opinionum stare potest: quia rex de quo iste psal. loquitur est perpetuus, & est Deus, propter quod dicitur in psal. isto, Sedes tua Deus in sæculū sæculi, virga directionis, & c. Et infra de isto rege & regina dicitur. Audi filia & vide & inclina aurē tuam, & c. subditur. Et cōcupiscet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus Deus tuus, & c. De Assuero autem vel de Dauid vel Salomone, vel alio quolibet rege prædicta verificari non possunt. Propter quod dico quōd ad literam iste psal. loquitur de Christo rege vero Deo & æterno & de sponsa sua. s. ecclesia. Ad huius probationē apostolus Paulus adducit literā istius psal. de Christo dictū ad Heb. 1. d. de Christo. Ad filium autem thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Sic ergo iste psal. literaliter agit de Christo. Et secundum istum intellectum psal. iste diuiditur in duas partes. Quia primū præmittitur quædā præfatio. Secundū subsequitur narratio, ibi. *Speciosus forma.* Prima in duas, quia primū huius psal. ostēditur causa materialis & subiectiua. Secundū causa principalis effectiua, ibi. *Lingua mea.* Quantum ad pri-

maum sciendum est quōd totus iste psal. est de verbi incarnatione & cōiunctione ecclesiæ cum Christo, quā in spiritu præuidit vnus ex filiis Chore. Et hoc est quod hic præmittit, q. in isto psal. de vero rege. s. Christo intēdit loqui, dicens. *Eructauit cor meū verbum bonum.* Eructare enim est ructū facere & emittere, quod fit quando sapor recepti cibi reducit ad rumē. s. ad superiorem partem gutturis, tunc enim ructus emittitur. Vnde sicut venter cibo repletus eructat, sic cor istius prophetæ spiritu prophético repletus hunc sermonem quem intus à spiritu sancto didicerat, eructauit exterius & emisit. Et hoc est. *Eructauit cor meum verbum bonum.* i. sermonē de Christi incarnatione & ecclesiæ desponsatione. Hoc mysterium verbum bonū dicitur: quia in ipso omnis nostra salus consistit. Vnde verbum bonum accipitur pro laude Dei in isto psal. contenta. Sicut enim qui blasphematur eructat verbum malū, ita qui Deum laudat eructat verbum bonum. Et de qua materia sit istud verbum bonum, subdit, *d. Dico ego opera mea regi.* i. ad laudē regis regum Iesu Christi. Et notat glo quōd hic per ly opera intelligit istum psal. & Dei laudē. Sic ergo per regē intelligit Christum, & meritū. Vbi notandum quōd proprie rex noster dicitur Christus. Et hoc propter duo que ad verum regem requiruntur, vt distingatur à tyrāno. Requiritur enim primū ex parte plebis liber consensus. Dicit enim philosophus, quōd regnum est principatus voluntarius, si autem per fraudē principatur aliquis vel per violentiam iam hic non rex sed tyrannus dicitur. Est autē differentia inter Christū & diabolum: quia Christus solū regnat in volentib. & amantib. eius principatum. Vnde Bernar. li. de diligendo Deum, ait Iustus non est lex imposta. i. non tanquā inuitis imposta, sed voluntariis liberaliter data, quo suauiter inspirata. Vnde & pulchrè dicit. Tollite iugum meum super vos, ac si diceret. Non impono inuitis, sed vos tollite si vultis, alioquin in non requiē, sed laborē inuenietis. Et Chrysostr. homil. 14. super Matth. Verè iustū regnum est quando & rex vult homines habere sub se, & homines cupiunt esse sub eo. Quando autem rex per violentiam cogit eos subesse illud quantum ad veritatem non est regnū, sed tyrannus. Et ideo Deus quamuis homines habeat in potestate, tamen solū recipit volentes ne tyrannus videatur, sed rex. Diabolus autē proprie tyrānus dicitur, quia nolentes etiā cōpulsit facere voluntatem suam, hæc Chrysostr. Ideo de Christo rege dicitur. Dominus regnauit, exultet terra. Secundū est ex parte regis paternus affectus. Dicit enim philosophus, q. pater principatur filiis principatu regali. Et q. rex debet esse quasi pater subditorum. Sicut Homerus vocauit Iouem patrem hominum, volens innuere q. erat pater hominum & rex. Et Seneca li. 1. de clemētia. Hoc quōd parētī etiam principi faciendum est quē appellamus patrem patriæ. Cetera enim nomina honori data sunt. Sic & Christus ad suos paternum ostēdit affectum. Pater noster qui est in cœlis, & c. Adueniat regnum tuum. Et sic pater q. Christus est verus rex, & vt rex à tyrāno distinguitur. Et ideo sibi debemus timorē & amorē. Dicit enim Ambros. in exameron, q. apes regē suum summa protectione defendunt pro iuo rege perire pulchrum putāt. Et nos multo magis & si mori oporteret pro rege nostro, illud pulcherrimum reputare debemus. Nam de Christo dicitur. Ipse est Deus viuēs & rex sempiternus. Et huic regi istum psal. iste canit, *d. Dico ego opera mea regi.*

Cin.

Humilia.

Luc. 21.

734 De consp. 2. i. iustitiam

Iacere. Exurgere Dei. Sedere

Iaco. 2.

Quæst.

735 De pœn. dist. 2. b. sermo.

Epithalamium.

Eructare.

Rex Christi.

Tyrannus.

Philosophus 5. politica.

Bernardus.

Matth. 23.

Chrysostr. 14. super Matth.

Philosophus 1. politica.

Seneca lib. 1. de clemētia.

Matth. 6.

Ambrosius.

Idem. 10.



736 De conse. d. 5. de sancto.

Lingua mea calamus scribæ, velociter scribentis.

Spiritus sanctus dicitur scriba & lingua prophetarum calamus.

Hic ponitur principalis causa effectiua istius psal. que. s. fuit spiritus sanctus. Vbi notandū qd sicut calamus scriptoris precise se habet in scribendo: vt instrumentū scriptoris motum per manum ipsius scriptoris. sic lingua prophetarum in prophetando erat precise instrumentum motū à spiritu sancto. Et hoc est quod dicitur. 2. petri. 1. Non enim voluntate humana allata est aliquando propheta: sed spiritus sancto inspirati loquuti sunt sancti Dei homines. Sic ergo spiritu sanctus hic dicitur scriba: & lingua prophete calamus scribæ. Et hic scriptor velociter scribit: quia spiritus sanctus ad scribendū in corde alicuius. i. ad ipsum docendum non requirit temporis processum: sed velociter & subito mentes quas tangit illuminat. vt ostendit Greg. in homil. de pentecost. d. Libet fratres charissimi oculos fidei in virtute spiritus sancti attollere: & sparsim patres veteris ac noui testamenti considerare &c. Hic enī doctor nulla addiscendum mora agitur: sed in omne quod voluerit subito mentem illuminat. Et ideo dicitur velociter scribentis. Vnde magister in gl. Hoc dicitur vt notetur virtus prophetiæ, que nō sub cruciatu humano cogitat, que de arcano diuinitatis aliis diuulgat, sed statim spiritus sancto tacta illuminatur. Et ideo dicitur, Qui emittit eloquium suum terræ, velociter currit sermo eius.

Grego. in homilia. pen. pentecost.

Psal. 148.

737 De conse. d. 3. c. vltimo.

Speciosus forma præ filiis hominū, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum.

Heb. 2.

Eccle. 43.

Hic consequenter ponitur narratio sine psal. executio. Et diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò regis Christi spōsi magnificētia. Secundò sponse Christi condecētia, ibi. *Assitit regina*. Tertio genitricis prolis continentia, ibi. *Adducentur regi*. Prima pars diuiditur in quatuor secundum qd à quatuor commendat Christum sponsum. s. primò à decoris speciositate. Secundò à vigoris potestate, ibi. *Accingere gladio*. Tertio à iudicii æquitate, ibi. *Sedes tua*. Quarto ab ornatus varietate, ibi. *Mirra gutta*. Primò ergo commendat Christum sponsum à speciositate & pulchritudine, nō tantum corporis quàm animæ. Species enim idē est quod pulchritudo. vnde speciosus est idem quod pulcher & decorus. Volens ergo psal. præferre Christum omnib. aliis hominibus, dicit. *Speciosus forma præ filiis hominū*. Hoc ideo, quia immunis à peccato, quod de nullo alio dici potest quin peccatum actuale vel originale cōtraxerit formaliter vel causaliter. Et quamquā Christus speciosior sit nō tantum præ omnib. hominibus, sed etiā præ omnib. angelis, vt deducit apostolus ad Heb. 1. Tamen hic solum mentionē facit de hominibus, per hoc volens demonstrare ipsum verum hominē esse, & non angelū naturā, quāuis officio. Vnde de Christo sub nomine arc' cœlestis dicitur. Vi de arcū &c. valde speciosus est in decore suo. Sequitur. *Diffusa est gratia in labiis tuis*. i. p. labia tua: quod dicit ad differentiā aliorū sanctorū patrū, qui legē antiquā dederunt que lex erat timoris. Sed Christus personaliter aperiens os suū & labia sua dedit legē euāgelicā que est lex gratiæ. vnde. Ioan. 1. Lex per Moysen data est: sed veritas & gratia per Iesū Christū facta est: vel *diffusa est gratia in labiis tuis*: quia omnia verba que de ore suo exibant; erant gratiosa.

Mirabantur omnes de verbis gratiæ quæ exhibat de ore eius. Propterea benedixit te Deus in æternum. Itā benedictionē accepit Christus in resurrectione & ascensione ad cœlum. s. corpus immortale & gloriosum: quod in conceptione non acceperat: quia Christus resurgens ex mortuis iam nō moritur &c. Qualiter autem Christus præ omnibus aliis sit speciosus: ostendit Greg. exponens illud io. 28. Non adæquabitur ei topazium de Æthiopia. d. Nullus sanctorum quibuslibet virtutibus plenus æquari potest ei: de quo dictum est. Quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Nos quippe etiam sancti efficiuntur, non tamen sancti nascimur: quia ipsa natura corruptibilis conditione restringimur: vt cum propheta dicamus. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Ille autē veraciter sanctus natus est: qui vt ipsam cōditionem naturæ corruptibilis vinceret, ex commixtione carnalis copulæ non est cōceptus. Hic sapientiæ aliōs æquare voluit quidā hæresarcha, qui dixit. Nō in uideo Christo Deo factō, si volo & ipse possum fieri. Qui Iesum dominum nostrum, non per mysterium conceptionis sed per profectum gratiæ Deum putauit, peruersa allegatione astruens eum purum hominē natū: sed vt Deus esset per meritum profecisse, atq; ob hoc extimās se & quoslibet alios ei posse cœquari qui filij Dei per gratiam fiunt. Non attendens, qd aliud est natos homines gratiā adoptionis percipere, aliud vnum singulariter per diuinitatis potentiam Deum ex ipso cōceptu prodisse. Nec æquari potest gloria vniuenti per naturam habita aliis concepta per gratiā. Mediator quippe Dei & hominum homo Christus Iesus non (sicut iste hereticus desipit) in humanitate alter, alter in diuinitate est, nō prius homo cōceptus atque editus, post per meritum vt Deum esset accepit, sed nunciante angelo & adueniente spiritu, mox per verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro, & manente incommutabili essentia, quæ ei est cum patre & cum spiritu sancto cœterna assumpsit intra virginica viscera, vt & im passibilis pati & immortalis mori, & temporalis æternus ante sæcula posset esse in fine sæculorum, &c. Notandum autem qd totum textum præcedentem aliter exponunt, omnia verba prædicta nō sunt verba psal. sed verba Dei patris (vt quidam putant) vt dicunt Aug. & Hieron. magis superfluo quàm verè: arbitrat̃ur autem omnia ex persona patris dicta intelligi sic, commendat enim Deus pater Christum secundum vtrāq; naturam. Et prius secundū naturā diuinā, d. *Eruit eum cor meum* quasi nō extrinsecō cōiugio genui, sed de corde, sicut homo generat cōsiliū suum de corde, antequā sit illud quod per cōsiliū est facturus. Cōsiliū vero patris est filius quē ante omnia creata ex se pater genuit. Et est sensus. *Cor meū eruicauit verbum bonum*. i. secreta essentia mea genuit verbum. i. filium qui dicitur verbum: quia per eum pater est notus, quod verbum bonū dicitur: quia Dei filius in natura sui solus bonus est cum patre & spiritu sancto. Vnde nemo bonus nisi solus Deus. Est etiam bonum hoc verbum quia omnia bona per ipsum facta sunt. Sequitur. *Dico ego*. i. verbum profero, idē dicit hic quod prius dixerat, sed addit *opera mea regi*. Vbi in ipso verbo omnia opera Dei dicit. Vnde alibi. *Quod factū est in ipso vita erat*. s. quod factum est in tempore, vt. s. nihil sit in opere quod prius non fuerit in consilio. Et est sensus. *Dico ego opera mea regi*. i. verbum eternaliter gigno, cum quo & in quo omnia dispono antequam

Christus speciosus Greg. 18. mor. 2.

Psal. 51.

Gladius verus in Dei.

Philosophus. Sacerdotum.

Math. 10.

Eph. 6.

Hebr. 4.

Miserordia ostendit Christus si potest.

ante quam sint in opere. Idem verbū etiā vocat linguam dicens. *Lingua mea calamus scribæ*. Aperta cōparatio. Vt enim scriba nihil sine calamo, nec calamus sine scriba operatur. Sic cooperatur pater & filius. Et nota quod non sono qui transit comparati verbū, sed scripto quod manet, vt ostendat filiū patri cōternū. Scribē dico velociter scribere, quia non vnum post aliud. s. omnia simul in vno verbo æterno pater disposuit. *Speciosus forma, &c.* Supra pater commendauit filium secundū naturam diuinam, hic commendat secundū humanū, q. d. Genit' est filius secundū quod Deus de mea essentia. Et ipse idem secundū quod hō est speciosus forma præ filiis hominū. Hęc omnia ex parte Dei patris dicta. Sed consequenter psal. in psona propria loquitur, dicens. *Propterea benedixit te Deus in æternum*, id est propter tuam speciositatem Christus dedit tibi regnū, cuius regni non erit finis. Hęc omnia ponit magister in glo. Sed prima expositio data. s. vt omnia ista verba sint psal. in persona propria loquentis, proprior est quamuis ista sit subtilior.

738 Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime.

Hic consequenter commendatur Christus à vigoris potestate. Vbi nota quod Christus incarnatus suam potestatem maximè mūdo ostendit in quatuor que hic ponuntur. s. primò cōiunctos carne separando. Secundò cōpunctis corde miserendo, ibi. *Specie tua*. Tertio opera mira faciendo, ibi. *Propter veritatem*. Quarto inimicos suos. conuertendo ibi. *Sagitta tua*. Quantum ad primum sciendum quod amor patris ad filium & e contrario, viri ad uxorem, & e contrario, natus ad socrum est naturalis amor, vt patet. 8. Ethico. Ideo difficiliter pater separatur à filio, vir ab vxore &c. Sed Christus suo verbo prædicationis omnes istos facilliter separauit d. Matr. 10. Nō veni pacē mittere in terrā, sed gladiū. Veni. n. separare hominē aduersus patrem suum, & filiū aduersus matrem suā, & nurum aduersus socrum suum. Quod fuit factū tempore Christi prædicationis & apostolorum, quia multi relinquētes patres carnales in infidelitate conuertebantur ad Christum, & sic separabantur, quia amor spiritualis carnalem superabat. Et hoc prædicens psal. ait. *Accingere gladio tuo, &c.* q. d. Christo. Accingere ad modū pugnatū gladio tuo. Gladio tuo non quidem materiali gladio, quo Christus non fuit vsus, sed gladio spirituali qui est verbū Dei, vt dicit apostolus. *Super femur tuum*, id est super carnem tuam. Femur enim est humanæ propagationis seminariū, per quod congrue caro accipitur. *Potentissime*. Quod ideo dicit. Quia gladius sermonis Christi magnam potestatem ostēdit. Vt puta qd vnus homo Christus ex pau perib. parentib. natus mūdo cōtēptibilis in paruo tpe gladio sue prædicationis torū mundū diuideret à pristino, s. statu, vt relictis idolis, verū Deum coleret. Iste est ille gladius Christi, de quo apostolus ait. Vn' est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio &c.

739 Specie tua & pulchritudine tua intendere prospere, procede, & regna.

Hic cōsequenter ostendit Christi patrem in miserendo cōtritis. Potentia. n. Christi magis ostenditur miserando quā puniendo, pp quod in oratione dicit ecclesia. Deus qui omnipotentia tuā maximè miserando & pcedo manifestas &c. Cui' rō sumitur à nobis. Nul

lan. maior potētia quā vincere seipm. Hō at magis naturaliter inclinatur ad vindictā offensę quā ad pcedendū. Et iō vincēs in hoc naturā suā, vt nō vindictā offensę q̃rat, sed libēt' parcat offendenti, potētor dicitur quā si vindictā quæretet. Sic ergo à simili Christi potētia in hoc demonstratur, quod proptē parcat peccati. Et hoc notans psalmista dicit. *Specie tua &c.* Vbi notandū quod ad remissionē peccati & ad miserationē cōcurrit diuinitas Christi quæ culpā delet. cōcurrit & humanitas que pro culpis nostris satisfacit. Ista duo hic tangit. d. *Specie tua & pulchritudine tua*. Nam secundū quod ait gl. Species hic refertur ad humanitatem, in qua mūdo apparuit. Pulchritudo autem ad diuinitatem, qua omnia pulchra sunt & decora. Ista duo b. humanitate & diuinitate, Christus culpas relaxando in fidelib. regnat. Et hoc est quod dicit. *Specie tua*. id est humanitate, qua pro peccatis satisfacis. *Et pulchritudine tua*. id est diuinitate, qua. s. peccata dimittis. *Intende prospere* id est hominem misericorditer & prospere respice. Quod vt facias, *procede*. s. de vtero virginali, vt sponus de thalamo suo. Quo facto & regna id est tunc regnabis in hominib. qui tibi per fidem subiciētur quādo processeris de vtero virginis, & intendes prospere in nobis culpas remittendo. Vel aliter. *Specie tua &c.* Vbi sciendum quod speciositas personæ propriè cōsistit in viuacitate coloris & proportionē mēbrorum, sed pulchritudo vltra ista requirit perfectionē debitæ quantitatis. Vnde 4. ethico. dicitur quod parui homines possunt esse speciosi & formosi. i. debitè cōmensurati & proportionati, sed nō possunt esse pulchri, quia carent debita quantitate, Christus autē etiam quo ad humanitatem fuit speciosus & pulcher, quia nihil sibi de fuit ex his quæ pertinent ad debitā perfectionē corporis, quoad viuacitatē coloris & membrorum proportionem, & iō speciosus. Nec etiam quoad debitam corporis quantitatem, quia staturā cōmunis, & iō fuit pulcher. Sibi igitur loquitur psal. d. *Specie tua & pulchritudine tua* id est cum specie & pulchritudine, *intende prospere* id est respice genus humanum prospere & non aduersè. *Procede*. s. per viam nostræ mortalitatis, prospere procedes, quia sine offensione Dei. Et sic regna id est per hoc regnabis, quia. s. finito decursu vitæ mortalitatis, obtinebis regnū æternū tantū ad executionē, licet quātū ad iurisdictionē habuit regnū à principio sue cōceptionis, pp qd post resurrectionē ait. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. Quia totus iste psal. agit de vnitate sponi & sponse, scilicet, humanitatis & verbi, ideo quæro, vtrum per verbi incarnationem ista propositio sit concedenda. De' est hō.

Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua.

Hic consequenter ostendit Christi spōsi potestatem ex miraculorum operatione. Ad cuius intelligentiam primò notandum quid hic per veritatem quid per mansuetudinem, quid per iustitiā, & quid per dexteram intelligitur. Quantum ad primū sciendum quod veritas de qua hic loquitur psal. est veritas, non quidem verborum, sed vitæ, de qua dicebat Ezechias. Memento domine quomodo ambulauerim corā te in veritate. Hęc autem veritas consistit in quadam æquatione hominis interioris ad Deū & exterioris hominis ad interiorem. Sicut enim il

Speciositas Pulchritudo.

Philosophus. 4. ethico. 1.

740 De conse. d. 2. narratur.

Veritas.

Ezech. 38.

le qui plus dicit quam sit deuiat à veritate per superabundantiam, & ille qui minus dicit quàm sit deuiat à veritate per defectum. Sic & homo interior quando plura appetit quam Deus velit ipsum appetere, deuiat à veritate per superabundantiam, & quòdo minus, deuiat per defectum. Sic quòdo tantum appetit vt Deus vult, nec amplius nec minus, tunc talis æquatio veritas est interioris hominis & vitæ. Sic & conformiter de homine exteriori respectu interioris, quia quòdo quis de se verbis vel factis plura vel maiora ostendit quàm sint: tunc deuiat à veritate per superabundantiam, quòdo autè de se fingit aliqua vilia quæ non sunt, vel negat de se qui sunt tunc à veritate deficit per defectum. Oportet igitur dare aliquam virtutem mediam: per quàm moderantur diminuta & reprimuntur superflua, & ista virtus vocatur veritas. Hæc autem veritas fuit in Christo sponso quia eius ratio interior semper conformis fuit voluntati patris, & homo exterior interiori, propter quod de seipso. d. Ego enim ad hoc natus sum & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati &c. Quantum ad secundum sciendum quod mansuetudo est quedam virtus mediâ inter iram & inirascibilitatem. In vindicando autè exteriora mala ab aliis facta aliqui superabundant, vt iracundi nimis vindicant. Quando enim vindicta vehementer & nimis desiderat tunc sanguis accenditur circa cor, quo accenso irascitur. Quidam autè per oppositum sunt inirascibiles, omnè iniuriam dissimulantes: & aliorum mala semper impunita relinquentes. Et horam quodlibet est vitiosum, irasci enim cuiuslibet & semper & de quolibet vindictam exposcere, vt faciunt iracundi, vitiosum est. Rursum nunquam irasci & in nullo velle aliquem puniri, etiâ vitiosum est, quia est agere contra ordinem rationis. Ratio enim dicitur punitiones aliquas esse faciendas, & quod est irascendum cui debet & quando & quomodo, irasci enim loco & tempore est virtus secundum philosophum. Et ista virtus vocatur mansuetudo. Quando quis alteri non irascitur quando non est irascendum, & irascitur quando est irascendum. Et quando vindictam non desiderat quando non est vindicandum, & desiderat quando oportet. Hæc autè virtus mansuetudinis fuit in sponso nostro, quia mala patienter sustinuit non vindicans, quando non oportuit. Tancquam agnus mansuetus &c. Quando autem oportuit rigidè malos increpabat, vt patet Matt. 23. Quantum ad tertium sciendum quod iustitia est duplex. I. legalis & æqualis. Iustitia legalis est quid generale, & est quodammodo omnis virtus. Nam ex hoc quis habet iustitiam legalem, quia adimplet præcepta legis, sicut dicitur in primo magnorum moralium. Lex autem præcipit actus omnium virtutum, præcipit. n. lex operari fortia temperatè & prudenter, & vniciueque debita reddere. Et, s. ethi. dicitur quod lex præcipit non derelinquere aciem, nec fugere, nec abiicere arma quod spectat ad fortitudinem, præcipit non machari quod pertinet ad temperantiam &c. Ex quo patet qualiter iustitia legalis est omnis virtus. Iustitia autè æqualis vocatur quedam virtus specialis, per quàm redditur vniciueque quod suum est, vt patet ibidem. Hæc autem virtus fuit in Christo perfectissimè. De iustitia legali p. 3, quia ipse totam legem adimpleuit, non veni legem soluere, sed adimplere. De iustitia autè æquali patet, potissimè in hoc quod vt Deo redderet honorè debitum primis parentibus ablatum, seipsum ad Dei honorè patri obtulit in cruce. Quid fuit opus su-

g. ephi.

Ioan. 16.

Matth. 23.

Philosophus 4. ethicorum.

Matth. 23.

Iustitia.

Philosophus 4. ethicorum.

Philosophus 4. ethicorum.

Matth. 5.

me iustitiæ, vt meritò ipse Ioanni dixerit. Sic decet nos implere omnè iustitiam. Quantum ad quartum, quod p. dexteram intelligitur. Notandum quod in Christo erat duplex natura. s. diuina & humana, quarum diuina dicitur dextera quia fortior, sed humana dicitur sinistra, quia debilior. Vñ quia diuina assumpsit humanam, id dicit psal. Me suscepit dextera tua. Ex prædictis omnibus patet textus, cum Christo loquitur psal. d. Propter veritatem. s. vitæ quàm habuisti, & mansuetudinem quàm. Cōseruasti puniendo & parcendo sicut oportet, & iustitiâ quàm. s. exercuisti p. nobis Deo satisfaciendo, pp. omnia ista. Deducet te mirabiliter dextera tua. i. diuinitas tua deducet te per mundum mirabilia facièdo. Quod id dicit, quia miracula quæ Christus faciebat, erant virtute diuinitatis. Vel deducet te de populo ad populum, de populo iudæorum ad populum gentilem, vel de mortalitate ad immortalitatem.

**Sagitta tua acuta, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis.**

Hic cōsequenter ostenditur Christi potestas ex inimicorum cōuersione. Magna est. n. potestas animi hominis immutare, & ex inimico amicum facere, quod Christus sua potestate fecit suis verbis & inspirationibus. Hic primò quatuor ad cōstructionem literarum notandum quod vt dicit Rabbi Salomè litera istius versus est transportata. Vñ ad habendum planum intellectum eius sic est situanda. **Sagitta tua acuta** cadet in corda inimicorum regis, & id populi sub te. ferunt. Per sagittas. n. quæ emissa à longè & acuta ferunt, intelliguntur verba Christi quæ à longè corda hominum penetrant. Vel etiâ sagittæ dicuntur ipsi apostoli à Christo ad prædicandum missi per mundum. Eures docete omnes gentes &c. Ille autem sagittæ ceciderunt in corda inimicorum regis, s. Christi. Ita penetrantes corda infidelium & gentium, qui Christo inimicabantur, quod ipsorum multi cōuersi sunt ad Christi fidem, & de inimicis facti amici, vt qui prius Christum & sua membra persequerantur ad mortem, postmodum istis sagittis vulnerati taliter Christi amici sunt effecti, vt pro eius nomine mortem acceptarent libenter. Vñ hic ait glo. **Sagitta tua acuta** &c. i. verba tua Christe & sacræ scripturæ quæ corda hominum penetrant, & velociter quo vult spiritus perueniant & longè diriguntur. Et sic incōprehensibilis potentia Christi hic ostenditur. Vñ populi istis sagittis vulnerati sub te cadent, vt scilicet de inimicis fiant amici. Sicut Saulus prius erectus contra Christum coelitus emissâ sagitta percussus est, & cecidit per humilitatem. d. Domine quid me vis facere? Et sic secundum gl. **ly cadent** refertur ad **ly populi**, non ad **ly sagitta**. Vt sit sensus populi cadent sub te. Et aduerte quod non incōgruè per sagittas significatur apostoli. Sagitta. n. secundum Raba. dicitur à sagaci iactu quia sagaciter iacitur. Sic & apostoli sagaciter & prudenter sunt emissi. Vñ & apostoli missi interpretatur. Rom. 10. Quo prædicabunt nisi mittantur? Tâ sagaciter vero emissi sunt à Christo sagittario inter infinita obstacula, vt quoscūq; vellent vulneraret in cord. Act. 13. Et crediderunt quotquot prædicati erant &c. Vñ Aug. de ipis loquens dicit, Inter maledicta & opprobria, inter cōtumelias, grauissimasque persecutiones & crudeles penas non sunt deterriti à prædicatione salutis humanæ, tanto fremitu offensionis humanæ & debilitatis quodammodo cordibus duris, atque introducta pace iustitiæ ingressi in ecclesia Christi gloria cōsequuntur.

Matth. 23.

Proverb. 15.

Psalm. 119.

742

741.

Sagitta.

Matth. 23.

Sagitta.

Philos. 22.

Sedes.

Luc. 1.

Index.

Iustitia.

Pellis.

Valerius 11.

6. cap. 2.

Matth. 23.

August. 5. 22.

cinquante Dei.

est. Sagitta eius quasi viri fortis non reuertetur vacua. Secundò, apostoli sagittis comparantur propter cōpositionem. Sagitta. n. cōponitur ex ligno rectissimo, quod pennis inuolutum aptatur & ferro armatur. Sic apostoli erant quasi lignum rectissimum, prouer. 15. Lingua placabilis lignum vitæ. Aptati erant pennis virtutum. Esa. 40. Assument pennas vt aquilæ &c. Erant etiam armati ferro, cuius virtute penetrabant obstantia & illæsi manebant. Ferrum Christus erat. Daniel. 2. Ferrum omnia domat. Et ideo de ipis nunc benè dicitur. **Sagitta tua acuta** &c. psalm. 119. Sagittæ potentis acutæ &c.

**Sedes tua Deus in sæculum sæculi, virga directionis virga regni tui.**

Hic consequenter Christus sponso cōmendatur à iustitia & æquitate. Et diuiditur in duas partes. Quia ponitur primò iustitiæ Christi rectitudo & stabilitas. Secundò eiusdem iustitiæ plenitudo & utilitas. **Dilexisti iustitiam**. Quantum ad primam nota quod p. sedem potestas Christi iudiciaria significatur. Vñ & quòdo Christus ad iudicium veniet, tunc sedebit sup. sedem maiestatis sue, quia. s. in iustitia & iudicio iudicabit. Vñ secundum grammatikos. Rex hêt thronum suum solius, doctor cathedrâ, iudex tribunal suum sedem. Sic ergo p. sedem hic significatur potestas iudiciaria Christi. Et est ista sedes in sæculo sæculi, quia quicquid iudicat Christus nunquam mutatur, quia iustitia sua semper est iusta, & ab ipso appellari non potest. Est ergo sensus. **Sedes tua Deus in sæculo sæculi**. i. iudicium tuum Christe inuariabile est & sempdurabit. Vñ quòdocūq; in scriptura ponitur sæculum sæculi, denotatur illius rei perpetuitas à parte post. Et hoc aliis verbis exprimit, dicens. **Virga directionis virga regni tui**, quia. s. est iudicium tuum sic directum, quod nunquam obliquari potest. Per hoc etiam vult ostendere quod dominium Christi est dominium regale & non tyrannicum quia in hoc secundum philosophum differt rex à tyranno, quia tyrannus quirit utilitatē propriam p. subiecto rû oppressionem, rex autè quirit bonum cōmune & subditorum directionem. Et hoc de Christo notat. d. **Virga directionis virga regni tui**, q. d. Regimè tuum est ad dirigendum subditos, non ad opprimendum, vel est virga directionis vniciueque tribuè secundum merita. s. bonis premia, & tormenta malis. Nâ quoad bonos est virga cōsolationis. Virga & Baculus tuus ipsa me cōsolata sunt, sed quoad malos est virga punitionis. Reges eos in virga ferrea &c. Nemo ergo sibi de misericordia Christi multum blâdiatur, quia virga directionis est ei, nâ sic alios regit vt alios conterat. Vel p. sedem intellige humanitatē Christi, in qua verbum Deus vt in sede quiescit & habitat, de qua sede dicitur. Luc. 1. Dabit ei dominus sedem David &c. quia Christi humanitas secundum carnem de semine David processit. Ista sedes est in sæculo sæculi, quia humanitas Christi immortalis est effecta. Ista sedem semper cōsiderare debemus, vt peccata omnia vitemus. Narrat Valerius, quod Cãbyfes rex, cuiusdam iudicis cupiditate corrupti pellè detractâ sedem iudiciali apponi fecit & in ipsa sede filium dicitur iudicis iudicè factum sedere fecit, vt pellè patris in sede sua continuè videndo æquum iudicium semper ferret, & timeret iudicium peruertere. Sic mortaliter. Adam pater omnium cupiditate scientiæ corruptus, iudicium dedit corruptum, dum magis vxori quam Deo obediendum decreuit, & se in sciētia Deo voluit æquare. Cãbyfes autem rex. scilicet Deus pater, vt omnibus eius filius timorem incuteret, quod iustum iudicium darent, pellè ipsius

Adq. detraxit, scilicet, ab eius humanitate corpus detraxit humanum, quo anima inuoluitur, per mortem detraxit & excoriatum. s. quando corpus ab anima separauit. Et ipsam pellè vel carnem humanam sedi iudiciali affixit. Ipsi verbo, à quo omne iudicium emanat. Et tunc filium excoriatum iudicis, i. omnem hominem ex Adam natum in illa sede à seipso iudicandum sedere facit, dum per considerationem tibi proponit pellem Adæ propter iniustum factum iudicium ab ipso separatam & Dei filio vnitam, in qua iudicaturus est iustè, vt ista considerando & iustitiam summi regis timendo nullum iniquum de te audeas iudicium dare, sed Deo obediendo semper iudices iustè. Et de ista sede Christi humanitatis iam glorificata dicitur. Sedes posita erat in celo & supra sedem sedens &c.

**Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ cōfortibus tuis.**

Hic ostenditur iustitiæ Christi plenitudo & utilitas. Iustitiæ enim sunt duæ partes. s. odire malum & diligere bonum, quod Christus plenè seruauit. Quod hic declarat, dicens Christo. **Dilexisti iustitiam**. Hęc est dilectio boni & odium iniquitatis, ecce odium mali. Vñ hic ait gl. **Dilexisti iustitiam**, quia non solum in te iustus es, sed etiam in alios diligis iustitiam. **Et odisti iniquitatem**, non homines, sed iniquitatem, aliter non perfecte diligitur iustitia nisi odiatur iniquitas. Si ergo homo iniquitatem in se odit, cum Deo facit. Odit Deus iniquitatem, odieris & tu, vt vnam rem ambo oderitis. Eris enim Deo amicus si displiceat in te ipso iniquitas tua, & placeat creatura ipsius. Sequitur. **Propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ**. Hic enim Deus duplicatur, quia licet sit solus vnus Deus essentialiter, est tamen vnus vnus personarum. Hic ergo bis ponitur Deus. Vbi primò est casus vocatiui, & stat pro filio. Secundo vero est casus nominatiui & stat pro patre, vt sit sensus. O Christe Deus, Deus pater vnxit te &c. Est etiâ notandum quod ista Christi vnctio dupliciter intelligitur. Fuit enim primò vnctus vnctio gratiæ, quoniam in primo instanti suæ creationis animam habuit tantam gratiam quantam ei Deus dare potuit, quia Ioan. 3. Non est ei datus spiritus ad mensuram. Et tunc **ly propterea** notat causam, non quidè quod quia dilexit iustitiam, &c. id fuit vnctus p. gratiam, quia non prius dilexit iustitiam quàm habuerit gratiam, sed magis cōuerso, vt sit sensus. **Propterea**. s. vt diligeres iustitiam, & odires iniquitatem vnxit te Deus, quia. s. id dilexisti iustitiam &c. quia à Deo fuisti vnctus per gratiam. Et sic **ly vnctio** est causa dilectionis iustitiæ. Secundò fuit Christus inunctus quòdo. s. regni sui possessio accepit. Reges enim quando possessionem regni accipiebant vngebantur. Christus autem accepit possessionem regni post resurrectionem suam quando. s. dixit. Data est mihi omnis potestas &c. Et tunc est sensus. Ideo te Christe Deus pater vnxit in regem dando tibi possessionem, quia tu dilexisti iustitiam &c. pro qua seruanda & iniquitate destruenda, mori voluisti, iuxta verbum apostoli Phil. 2. Factus est obediens &c. propter quod Deus exaltauit illum &c. Et nota quod in vtraque vnctio Christus fuit vnctus præ cōfortibus suis, id est præ omnibus apostolis & aliis omnibus sanctis quoad primam vnctioem, quia maiorem gratiam habuit omnibus aliis sanctis, quoad secundam, quia maiorem potestatem & dignitatem obtinet, quia

Apo. 4.

743

vnctio Christi.

Ioan. 3.

Matth. 23.

vt

vt dicitur Daniel.7. Potestas eius, potestas æterna, A que non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur.

744

Myrrha & gutta & cassia à vestimētis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filia regum in honore tuo.

Myrrha.

Matth. 2.

Matth. 26.

Ioan. 4. Cant. 5. humilitas.

Matth. 21.

Cassia.

1. Corin. 3.

Hic consequenter commendatur sponsus ab or natu, quia, scilicet, omnibus virtutibus fuit ornat. Vbi notandum quod ista diuersarum specierum genera, scilicet, myrrha, gutta & cassia diuersarum virtutum genera significat. Myrrha enim quæ est species amara & vermes mortificans, & carnem à putredine conseruans, significat carnis mortificationem, quæ sensualitati est amara, quæ vermes inanimorum desideriorum repellit & præseruat à putredine vitiorum. Vnde Virgilius super illo verbo. Apertis thesauris suis &c. ait. Myrrha in corde tuo dolor est, myrrha in corpore labor, si tamen iste vel ille penitentiæ est, myrrha namque amarissimum gustum sui etiam nomine perdit. Effectum autem præter alias sui utilitates corruptioni resistit. Et quid gustu amariū? & quid effectū salubriū quā dolor quo peccator ad penitentiam contristatur? Quid vero labor corporis, non tam myrrha est quā fusciculus myrrhæ &c. Sic ergo per myrrham intelligitur carnis mortificatio. Ista autem virtute sponsus Christus fuit ornatus, nonne in ipso fuit myrrha doloris in corde? quando ait. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Nonne myrrha laboris corporalis, scilicet, ieiunando, famescendo, prædicando, clamando & suum corpus fatigando, quia Iesus fatigatus ex itinere sedebat &c. Vt merito de cubili sui corporis nobis dicat. Digni mei, id est, opera mea pleni sunt myrrha probatissima. Gutta autem est quædam species aromatica, quæ pellit omnes inflaturas & tumores. Quid ergo significat nisi virtutem humilitatis, quæ omnem tumorem superbiæ sedat & expellit? Et ista virtute fuit Christus præ omnibus ornatus, qui cum in forma Dei esset semetipsum exinanivit factus obediens &c. Et hanc nobis commendat, d. Matth. 11. Discite à me &c. vbi Cassianus. Humilitas semper est necessaria, quæ superbiæ tollat tumorem, opera autem signorum non semper sunt necessaria: nec omnibus commoda, nec omnibus conceduntur. Humilitas autem est omnium via, omnium virtutum magistra, ipsa cœlestis ædificij est fundamentum firmissimum, ipsa donum proprium atque magnificum saluatoris &c. Cassia autem est species quæ & fistula dicitur, quæ nascitur in locis inaquosis, & crescit in immensum. Et significat virtutē fidei quæ per baptismi aquā in immensum crescit. Hac virtute fuit ornatus sponsus ecclesiæ, non quidem in se quod fidem habuerit quia semper fuit comprehensor, sed quia fundamentum fidei fuit. De quo dicit apostolus. Fundamētum aliud nemo ponere potest præter illud quod positum est Christus &c. Iste autem virtutes fluunt à vestimentis sponsi ecclesiæ. Vestis autem Christi dicitur humanitas eius, qua verbum cooperiebatur, vt vestimento. Est ergo sensus istius versiculi. Myrrha, scilicet, carnis mortificatio, gutta, scilicet, humilitas, & cassia, scilicet, fides, à vestimentis tuis, id est, ab humanitate tua spiraauerunt, quia omnium istarum virtutum no-

his dedisti exemplum. Et non solum per te ipsum sed etiam per tuos apostolos qui post te etiā istarum virtutum nobis dederunt odoris exemplum. Et hoc est quod subdit. *A domibus eburneis.* Domus eburneas vocat ipsos apostolos ceterosque sanctos qui dicuntur domus, quia in ipsis per gratiam habitat Christus, dicuntur etiam domus eburneæ propter mentis castitatem. Ebur enim est frigida natura, vt dicit glossa, & ideo in eo figuratur castitas, etiam elephas animal castissimum dicitur. Dicit ergo quod prædictæ virtutes, scilicet, myrrha gutta & cassia fluxerunt à domibus eburneis id est ab apostolis & cæteris sanctis, in quibus Deus per gratiam habitat vt in domo. Sequitur. *Ex quibus delectauerunt te filia regum &c.* Rex in singulari significat Christum, qui est rex regum, in plurali autē significat reges terrenos. Dicit ergo. *Ex quibus, scilicet, virtutibus delectauerunt te* id est delectabilem habuerunt. *filia regum, scilicet, terrenorum.* Et hoc in honore tuo, scilicet, præferentes honorem tuum honori regum patrum suorum, vt fuit beata Caterina regis filia, quæ honorem Christi prætulit honori paterno. Sic & beata Cecilia & de multis aliis, quæ attractæ ex virtutibus Christi præfatis, Christum honori patrum carnalium prætulerunt. Vel per istas filias regum (vt Nicolaus de lyra dicit) intelligitur Magdalena cum aliquibus mulieribus, quæ secū venerūt, vt corp⁹ Christi mortuū pingerent. Vnde sic dicit. *Myrrha & gutta & cassia.* Per istas species aromatics, intellige aromata, quæ sanctæ mulieres emerunt ad vngendum corpus domini, quia de talibus speciebus erant confecta. Et quia corpus dominicum erat quasi vestimētum diuinitatis, vt dicitur phil. 2. Habitu inuentus vt homo, ideo subditur. *A vestimentis tuis.* quod dicitur in plurali propter diuersas corporis partes. *A domibus eburneis.* Domus eburneæ fuerunt pixides factæ de ebore, vel de alabaistro quod est simile ebore, in quibus illa aromata erant reposita sicut in domibus suis. *Ex quibus delectauerunt te,* quia deuotio illarum mulierum fuit accepta à Christo, licet non vixerint cum in sepulchro, iam enim resurrexerat. *Filia regum.* Inter illas enim mulieres fuerunt Maria Iacobi & Salome quæ fuerunt sorores virginis Mariæ ex parte matris, de qua certum est quod descendit de stirpe David & aliorum regum à David descendentium. Et ideo verisimile est de suis fororibus. Ideo dicitur hic. *Filia regum in honore tuo,* quia illam vocationem facere voluerunt ad Christi honorem. Hic sequere quæstionē de gratia superius inchoatam. 1. secundē. q. 109.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Narrata superius Christi sponsi magnificentia hic consequenter inducitur sponsa Christi decentia. Hic enim commendatur ecclesia Christi sponsa non tamen ita excellenter, sicut supra commendatus est sponsus. Commendatur autem à quinque principaliter, scilicet, primo ex multiplici virtutum dignitate. Secundo ex legis euangelicæ excellentia, ibi. *Audi filia.* Tercio ex diuina voluntatis conformitate, ibi. *Et concupiscet.* Quarto ex genitricis prolis fecunditate, ibi. *Et filia tyri.* Quinto ex interioris conscientia puritate, ibi. *Omnis gloriæ.* Quantum ad primum sciendum quod hic per istā reginam

reginam sponsam Christi intelligitur sancta mater ecclesiā, tam in præsentī vita militans, quam in cœlis triumphans, quæ assistit in conspectu Dei à latere dextro. Sto enim istas quod idem est quoddam erectus manere, componitur cum a. & dicitur asto, astas, quod idem est quoddam ante & in conspectu stare. Astar ergo ecclesiā triumphans ante Deum: quia omnes sancti sunt in conspectu agni amici solis albis, Et star à dextris. Pars enim dextera nobilior est quam sinistra, & per consequens significat bona æterna: & sinistra bona temporalia. Star ergo à dextris quæ manet in bonis æternis. Ecclesiā autem malignantium quæ non est regina sed ancilla: star à sinistris peritura. Ecclesiā etiam militans star à dextris spe erecta, & si non adhuc re. Vel per dexteram accipere bona gratiæ, quæ sunt priora bona præsentis vitæ. *In vestitu deaurato.* Vbi sciendum quod sicut sancta ecclesiā est vestis Christi, sic & vestis ecclesiæ sunt ipsi fideles, vt ait Greg. dicens. Vestis sanctæ ecclesiæ est fidelium vita. Nam sicut tora simul ecclesiæ vestis Christi est, ita fideles quique eiusdem ecclesiæ vestimentum reputantur. Si enim sancta ecclesiā vestimentum Christi non esset, Paulus profecto non diceret, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiā non habentem maculam nec rugam, id est nec per peccatum habentem maculam, neque per dupliciter rugam: quia & per iustitiam munda est, & per simplicem intentionem tena. Quæ ergo ablata est ne habeat maculam, tena est ne habeat rugam, vtique Christi vestis. Sicut ergo vestimentum Christi tota generaliter ecclesiā dicitur, sic vestis ecclesiæ sunt singulorum animæ qui ab errore conuersæ, eandem ecclesiā credendo & in harendo circumdant. Istud autem ecclesiæ vestimentum, scilicet fideles, est deauratū & non de auro. Per aurum enim intelligitur ipsa charitas quæ omnes alias virtutes excellit sicut aurum metalla. Quod n. est aureū, totum est de auro: quod vero est deauratum aureum habet, & tamen aliud est. Deaurati ergo dicuntur fideles quia charitatem habent, sed non sunt charitas: sicut albus habet albedinem: non tamen est albedo. *Circundata varietate, scilicet vitæ & meritorum.* Quamuis enim vna sit fides ecclesiæ, tamen varij sunt gradus vitæ & meritum. Nam varietatem facit in ecclesiā, ista tus coniugatorum, status virginum, status continentium, status martirum, status confessorum, status actorum, status contemplatiuorum, status clericorum, status laicorum, status prælatorum, status subditorum. Qui tamen omnes sic varij gradus sunt vnum vestimentum ecclesiæ, sic diuersis coloribus meritum variatum. Et in figuram huius varietatis, dixit dominus Moyse. Facies velum pulchra varietate contextum. Aliter autem istum textum exponit Ricardus de sancto Victore de sacra scriptura, d. O suauissima lux purgatoris mentis: sapientia cunctarum ancillarum scientiarum regina, quæ semper astas à dextris Dei in vestitu deaurato, circumdata varietate. Et nunc vt prece ante regē, nunc vero vt vox ante verbum: nunc vt iustitia corā Deo, nunc vt lex coram prætore: mira officiorum varietate vestiris. Tu quidem lex immaculata, tu testimonium domini fidele, tu iustitiæ recta, tu præceptum lucidum, tu iudicia vera, tu timor domini sanctus, signatum eloquium tuum, meditatioque suavis, ac totius diuinitatis nuncijs diceris & interpres. Tu ponderas iustitiam, tu promulgas præcepta, tu suades optima, tu præmia polliceris &c. Sed ista

expositio est magis moralis, quam literalis. Aliter istum textū exponit idē Ricardus de virtute Charitatis. d. *Astitit regina à dextris tuis &c.* Merito regina virtutum charitas esse dicitur: quia virtutis nomen amittit, quæ nō iungitur charitati. A sinistris Dei sunt bona temporalia, à dextris autē bona æterna. A dextris ergo Dei charitas stare dicitur, quia bonis æternis nō temporalibus innititur. In solis nāq; illis charitas regnat, quos amor æternorum inflammar. *In vestitu deaurato.* Manifestū est eā sereni regis oculis velle placere: iug tā pretiosas vestes querit habere. In vestitu, opera iustitiæ: in auro intellige claritatem sapientiæ. Vestimēta ergo deaurata opera sunt discretæ. *Circundata varietate.* decet sanā reginā multiplicē habere vestē ac variā. Qui ergo semper vult esse in cōtēplatione, vestiri nescit varietate. Quisq; enim vno quolibet quātumlibet precioso semper delectatur opere charitatis, ornatū non habet circumdatā varietate &c. Hæc consimiliter expositio magis est moralis quam literalis.

Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum & domum patris tui.

Hic regina cōmendatur ex legis euangelicæ credulitate. Vnde hic psal. alloquitur reginā. f. ecclesiā tanquam vnus de patribus, i. de apostolis. d. O regina filia mea, i. mea prædicatione genita, *audi & vide* i. audi intus corde, vide foris opere: ipsum. f. Christū spōsum tuū. q. d. Iudæi enim ipsum audierunt, viderunt, sed occiderunt. Tu autem audi euangelij & credendo videbis Deū: hic per imaginem, sed in futuro per speciē. Vel audi antiquas prophetias: quæ Christi incarnationē prædixerunt: & vide ipsas esse impletas: quia qui diligenter antiquas prophetias audire voluerit, quæ prædixerunt nō solū verbum incarnandum, sed ex quibus quāto & vbi, oculariter videbit illas omnes impletas esse in Christo. Verum quia multi audiunt scripturas, & ipsas nō intelligunt, de suo nimis cōfidentes ingenio, volentes ratione intelligere quod sola fide cogitatur. Ideo volens prophetias de Christo dictas intelligere: nō superbē sapere, sed humiliter cor suū ad illa debet inclinare: quoniam vt ait Greg. Lumen intelligentiæ humilitas aperit: & superbiā abscondit. Et ideo reginā istam vt intelligat quæ de Christo sunt dicta, psal. ad humilitatē hortatur. d. *Et inclina aurem tuam.* glossa. i. vt humiliter audias: parum est enim audire nisi humiliter audieris. Et attende quod hic alloquitur psal. ecclesiā quæ nondū erat: sed facturā. i. ipsam gentilitatem ostēdens quid debeat facere: vt à Christo in spōsā, & reginā accipi mereatur. d. *Audi filia &c.* *Et obliuiscere populum tuum.* Ecclesiā enim pro maiori parte de populo gentili est ad Christum cōuerfa, nec tamen omnes gentiles: sed pars ipsorum. Et isti parti quæ ventura erat ad fidē loquitur. d. *Obliuiscere populum tuum* gentilem dimittendo ipsum & suas ceremonias ac idololatriam. Nullus enim ad fidem Christi venire potest nisi primō idololatriā & ritum gentilium derelinquat. Et hoc idem aliis verbis exprimit. d. *Et domū patris tui.* Multi, n. patres & domos & patriā relinquentes ad Christum sunt cōuersi: vt in vitis sactorū multorū legitur. Vel aliter, *Et domū patris tui.* Vbi nota quod oīs idololatra fili⁹ est diaboli iuxta verbū Christi. d. Vos ex parte diaboli estis: domus autē diaboli est conscientia mala quam

746. 23. q. 13. loquitur.

ad dno scrip. tur. am.

Greg. 25. mo. cap. 17.

Ioan. 8.



diabolus inhabitat in peccatum. Quid dicitur seu iubeatur ergo genti populo, & idololatram relinquere domum patris sui, nisi conscientiam suam qua domus erat diaboli, facere, ne sit amplius diaboli domus sed Dei. Et notandum quod hic singulariter actus duorum sensuum praecipit volenti ad fidem venire. *Audite & videte.* Secundum enim philosophum libro de sensu & sensato, inter omnes sensus corporales auditus & visus magis sunt necessarii prudentibus. i. scientiam volentibus addiscere, quia isti duo sensus plures rerum differentias nobis ostendunt quam alij sensus. Et ideo magis valent ad discernendum verum a falso in contemplatione, & bonum a malo in operatione. Verumtamen visus propter suam simplicitatem & subtilitatem certius & velocius immutatur ab obiecto suo, quam auditus, vt dicit philosophus: vt patet de vidente & audiente a remotis hominem cadentem ligna: quia citius videbit actum quam auditus percipiat sonum, & sic sensus auditus est imperfectior visu. Cum ergo nostra cognitio incipiat ab imperfecto tendens ad perfectum: hinc est quod fidem volens Christi percipere prius se disponere debet humiliter ad audiendum quam ad videndum ea quae sunt fidei. Et hunc ordinem psal. dicit. *Audi filia & vide.* i. prius audi quae sunt fidei, & postea illa videbis. Et notandum quod si consideremus quantam utilitatis est auditus diuinae legis, merito illam debemus audire. *Aure cordis.* Quonia auditus verbi diuini debet circumstantionatus, ipsis audientibus multa bona confert. *Primo* dat criminis victoriam: quia de infidelitate ad fidem adducit. Multi eorum qui audierunt verbum crediderunt. Ideo dicit apostolus. Sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad edificationem fidei, vt detur gratia audientibus. Et hoc est quod dicit apostolus quomodo inuocabunt, in quae non crediderunt? aut quomodo credet ei quem non audierunt? Et concludit infra. d. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Secundo dat diuinam iustitiam. Quae est enim vera iustitia, nisi ex Deo nasci per veram fidem & imitationem? *Qui est ex Deo verbum Dei audit.* Sed cauemus ne nobis dicatur quod subditur. Propterea vos non auditis, quod ex Deo non estis. Tertio dat roborem potentiam, quia nos fortes contra diabolum facit, ne confundamur ab eo. Eccl. 24. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me non peccabunt. Vnde Prouer. 1. Qui audit me absque terrore requiescet, & abundantia perfruetur malorum timore sublato. Quarto dat in opere constantiam spatientiam in aduersis, & in bonis perseverantiam. Luca 8. Hi sunt qui corde bono & optimo verbum audientes retinent, & fructum afferunt in patientia. Quinto dat luminis scientiam: quia, scilicet mentem illuminat veritate. Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate. Et prouer. 1. Audiens sapiens sapientior erit. Sexto dat felicitatis gloriam. Ioan. 5. Qui audit verbum meum &c. habet vitam aeternam. Auditus enim verbi diuini, primo peccatorem terret, sed post consolationem ingerit menti. Quod ostendit Greg. dicit. Notandum vero est quod vox Dei, non in gaudio sed in terrore audiri perhibetur: quia nimirum peccator qui quidem solum quae terrena sunt cogitat, dum cor oppressum in infimis cogitationibus gestat, si repente diuinam gratiam inspiratione agitur: ante omnia intelligit quod cuncta quae agit, districti iudicis animaduersione puniantur. Auditio igitur vocis Dei primo in terrore fit, vt post in dulcedine vertatur, quia ante districti iudicij nos timore ca-

Audiu. Visu.

Philosophus 3. metaph.

Philosophorum

Audire verbum Dei.

Actuum 4. Ephes. 4.

Rom. 10.

Ioan. 3.

Eccl. 24. Prouer. 1.

Luca. 8.

Iob 34. Prouer. 1.

Ioan. 5.

Greg. 27. mo. cap. 13.

**A** rigat: vt iam castigatos, supernae dulcedinis consolatione reficiat. Vnde & dominus ait. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

Luca. 11.

**E**t concupiscet rex decorem tuum quoniam ipse est dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

747

Hic commendatur sponsa ex diuinae voluntatis conformitate. Vbi nota quod sacrificia quae fiebant in lege antiqua pecundum ex se Deo non erant placita ratione operis operati: sed solum ratione operis operantis: vnde illi populo data fuerunt: non tanquam diuinae voluntati conformia, sed magis vt per illa corporalia sacrificia tenerentur, ne ad idololatriam declinarent. Omnia autem illa antiqua sacrificia sunt terminata per vnum verum sacrificium in ecclesia a Christo institutum. scilicet eucharistia: cuius sacrificia omnia illa aequaliter erant figuratiua. Illud sacrificium ex se ipso conforme & acceptum est diuinae voluntati: quia ibi realiter continetur Christus Dei filius dilectus a patre. Et istud sacrificium vocatur pulchritudo & decor ecclesie. De quo decore dicit psal. Domine dilexi decorem domus tuae. De isto ergo sacrificio a Deo sic accepto, dicit. *Et concupiscet rex decorem tuum:* quia rex Christus & ecclesia sponsa cum magno desiderio istud sacramentum conficere dicitur. Propter quod dicebat de isto sacramento. Desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum &c. Vbi per pascha realiter intelligit eucharistiae sacramentum. Vnde dicta verba exponens Eusebius ait. Cum dominus nouum pascha celebraret oportune dixit. Desiderio desiderauit hoc pascha. i. nouum mysterium noui testamenti quod tradebat discipulis: quod plures ante eum prophetae & iusti concupiscerant: sed ipse sitiens communem salutem hoc tradebat mysterium quod toti mundo competere. Sic ergo de isto sacramento praedicat psal. ecclesiae. *Et concupiscet rex decorem tuum.* Et quod de isto sacramento intelligat, subdit. *Quonia ipse est dominus Deus tuus.* Quia si quaeratur ab eo quis est iste decor: Respondet. *Ipse est dominus Deus tuus.* Quod ideo dicit quia in isto sacramento realiter Deus continetur, quia totus Christus qui est Deus, & est ab omnibus fidelibus adorandus: propter quod subdit. *Et adorabunt eum:* sicut magi fecerunt. Et praedicantes adorauerunt eum. Sed forte dices. Quomodo Deus aliquid potest concupiscere, cum concupiscentia sit quoddam desiderium, desiderium autem non habiti volitio: vult ergo Deus habere aliqua quae non habet, si concupiscit. Respondet primo, quod hic accipitur concupiscentia non proprie, vt est desiderium respectu non habiti, sed vt est quaedam complacentia, & sic est respectu praesentis. Sic enim accipitur Iosue 7. quando Achan accepit pallium & virgula auream, ait. Concupiscens abstuli & abscondi, & tamen de facto illa habebat. Vel dico secundo quod dicitur Deus concupiscere & desiderare, quando nos concupiscere facit & desiderare, sicut & cognoscere, quando nos cognoscere facit.

Psal. 45.

Luca. 11. Eusebius.

Mat. 2. Concupiscere quomodo potest Deus et desiderare.

Iosue. 7.

**E**t filiae tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

748

Hic commendatur sponsa ex genitricis prolis fecunditate. Ad praedicationem Christi & apostolorum filij spiritualis nati

nati sunt ecclesiae, quia multae gentes conuersae sunt ad fidem sponsae, offerendo se ipsas Deo, ac etiam temporalia bona. Et hoc significat psal. aperte ponendo rotum. Tyrus enim ciuitas erat gentilium, & sub nomine illius ciuitatis ceteras gentes gentiliu rates comprehendit. d. *Et filiae Tyri.* i. filiae gentilium in muneribus venient. scilicet se ipsas Christo offerendo. Et si dicas cum primitiae gentium ad fidem Christi venientium fuerint tres magi qui ab oriente nato domino venerunt Hierusalem ipsum adorare, vt habetur Matr. 2. De quibus dicit August. in sermone de Epiphania. Isti magi quid fuerunt, nisi primitiae gentium, Israelitae pastores, magi gentiles: illi prope, isti longe. Quare ergo cum isti fuerint filij & non filiae, mares & non feminae: dicit. *Et filiae & non dicit.* Et filij. Respondeo quod in scriptura sacra, vir vel masculus quandoque ponitur non pro sexu sed pro animi virtute. Similiter & femina siue mulier ponitur quandoque non pro sexu, sed pro meritis inconstancia siue molitiae. Cu ergo Gentes omnes essent idololatrae, & per consequens non virtuosae: sequitur quod non filij sed filiae magis debuerunt appellari. Et ideo tales ante conuersionem filiae & non filios vocat. d. *Et filiae Tyri in muneribus.* Et horum omnium figuram gessit illa mulier Chanaanica quae de finibus Tyri & Sidonis egressa venit adorare dominum. Et dicit in plurali. *In muneribus:* quia munus est triplex scilicet ab obsequio, a manu, & ab ore. Quae tria muneris gentiles conuersi obtulerunt domino. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Per diuites plebis, intellige mundi sapientes & potentes ex gentibus conuersos, qui honorant Christi sponsam, scilicet ecclesiam, & in ipsa suas orationes offerunt Deo. Vel aliter eadem sententia interduci potest. Na tyrus interpretatur angustia. Quae ergo sunt filiae tyri, nisi animae gentilium quae erant in angustiis peccatorum quae ad fidem conuersae domino offerunt. scilicet se ipsas per poenitentiam affligendo, bona sua dando, ecclesias construendo, & ecclesiarum ministris prouidendo. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis:* quia solum in vnitae ecclesiae orationes factae valent ad salutem: quia salus extra ecclesiam haberi non potest. 2. q. 1. quia ex sola.

Quasi.

Matth. 2.

Vir. Mulier.

3. q. 7.

Matth. 15. Moos. 1. q. 1. sum. 1. q. 1. nulli.

Luca. 11. Eusebius.

Tyri.

749 2. q. 1. sum. 1. q. 1. 1. q. 1. 1. q. 1.

Gloria hypochondri.

1. Cor. 1. Gloria iustorum ecclesia.

Matth. 11.

**O**mnis gloria eius filiae regis ab intus in fimbriis aureis, circumamicta varietatibus.

Hic commendatur Christi sponsa ex puritate interioris conscientiae, quod dicit ad differentiam synagogae. Synagoga enim omnem gloriam suam ponebat in rebus exterioribus, puta in templi mirabili structura, in deuratione parietum, in variis ceremoniis. Sed non sic ecclesia, quae totam suam gloriam ponit intus in bonitate conscientiae, non in exteriori apparatu, dicente Paulo apostolo. Gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae. Quod notans nunc psal. dicit. *Omnis gloria eius ab intus.* ad differentiam etiam hypocritarum qui gloriae habent seu quaerunt ab extra non ab intus. Et si quaeras cuius eius? quia dicit omnis gloria eius, statim explicat. d. *Filiae Regis.* Ecclesia enim vt in pluribus scripturae locis patet, quadoque vocatur mater Christi, quia fratres generat Christo. Dixit Christus de ecclesia. *Quicumque fecerit voluntatem patris mei &c. hic mater est &c.* Quandoque vocatur soror: quia in cogn. Tom. j.

**A** Deo patre genita. Veni in hortum meum soror mea. Quandoque sponsa. Veni ostendam tibi sponsam nouam agni. Quandoque filia vt hic. *Omnis gloria eius ab intus filiae regis.* Et attende quod quauis omnem gloriam principaliter ponat intus in conscientia, tamen etiam curat exteriora opera munda seruare, vt alijs de se bona praestet exempla, sibi Christo. d. Sic luceat lux vestra &c. propter quod subdit. *In fimbriis aureis circumamicta varietatibus.* Per quod denotat quod etiam exteriora opera haec aurea, i. charitate ornata. Vnde Greg. exponens ista verba dicit. Quisquis enim exteriora sua bene disponit, sed interiora negligit, in circuitu oculos habet, sed intus non habet. Sancti vero omnes quia & exteriora sua circumspectiunt vt bona de se exempla fratribus praebant, & interiora sua vigilanter attendunt, quia sese irreprehensibiles aeterni iudicis obtutibus parant, in circuitu oculos & intus habere perhibentur: magisque se quo Deo placeant, sua aeterna componunt. Sicut per psalmistam de sancta ecclesia dicitur. *Omnis gloria eius filiae regis ab intus.* Sed quia exteriora sua etiam irreprehensibilia custodit, iure de ea subdidit. *In fimbriis aureis circumamicta varietatibus* vt & pulchra intus sibi sit, & alijs foras: & se prouehens per internam gloriam, & alios erudiens per exteriora operum exempla. Vel per fimbrias quae sunt vltima pars vestis intellige sinem vite vniuersi inique: quia quantumque quis sanctitatem polleat in vita, solum tamen iudicatur secundum sinem vite. Et sic est sensus, quod ecclesia gloriae intus principaliter retinet in conscientia & consequenter in exterioribus quae perseverantiam usque ad finem requirunt. Vel per fimbrias vestimenti ecclesiae. scilicet electorum, intellige ipsum Deum, ad quem vt ad finem corda liter tendunt: & dicit in plurali *fimbrias* propter per sonarum pluralitatem: quae non deauratae sed aureae sunt, quia sunt ipsa charitas. Et aduerte quod fimbriae dicuntur aureae, sed vestis supra dicitur deaurata: ideo quia charitas in fine erit consummata & perfecta. *Circumamicta varietatibus,* exponitur vt superius versiculo. 745. Accipe quaestionem de gratia vbi supra.

Cant. 5. Apoc. 21.

Matth. 5.

Greg. 19. mo. cap. 10. Exteriora opera.

Fimbriae.

**A**dducetur regi virgines post eam proxime eius afferentur tibi.

750

Hic consequenter describitur prolis conuenientia. Et diuiditur in partes duas. Quia primo agitur de generatione filiarum. Secundo de generatione filiorum, ibi. *Pro patribus.* Prima in duas. Quia primo agitur de filiarum propagatione. Secundo de generationis exultatione, ibi. *Afferentur tibi in latinita.* Quantum ad primum sciendum quod ista generatio filiorum & filiarum ecclesiae, non est per propagationem carnis vel sanguinis, sed per regenerationem spiritus per fidem, de qua dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit &c. Et non solum mares in fide generantur, vel solum feminae, sed etiam & mares & feminae. Verum quia maior apparet dubitatio de feminis, vt per sacramentum baptismi possent regenerari sicut & mares: quia circumcisio antiquae legis quae homines ad synagogam ducebat, solum viris & non mulieribus coperebat. Ideo ad hoc remouendum, primo agit de generatione feminarum. d. *Adducetur &c.* Vbi sciendum quod gloriosa virgo Maria fuit inter mulieres prima, quae in ecclesia Christi sponsa votum virginitatis emisit, & suam virginitatem Deo consecrauit. Et sic fuit prima

Generatio spiritualis. Ioan. 3.

Maria.

prima quæ ad sponsum adducta fuit, quam cæteræ A  
virgines sequuntur, quia exemplo eius aliæ multæ  
mulieres virginitatem suam Christo sponso dedica-  
uerunt. Et hoc notans hic psal. dicit, *Adducuntur ve-  
gi virgines: & hoc post eam*, s. post gloriosam virginem  
Mariam, quæ omnium fuit prima, quæ cæteræ vt do-  
micelle reginam sequuntur. Et statim sermone suum  
conuertit ad regem Christum, d. *Proxima eius affe-  
rentur tibi*. Vbi notandum quod triplex gradus in  
ecclesia, s. virginum, continentium, & coniugatorum:  
vt dicit August. super illo verbo Matth. 13. Et attul-  
it fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum,  
& aliud trigessimum. Ceteris fructus virginibus,  
sexagesimus viduis & continentibus, trigessimus au-  
tem sancto matrimonio deputatur. Maioris enim  
meriti est virginitas quæ continentia vidualis vel cō-  
iugium, ipsa vero continentia vidualis sicut mino-  
ris meriti est quam virginitas, sic est maioris quam  
sit sanctum matrimonium. Ex quibus patet quod status  
continentium approximat virginitati, & status cō-  
iugalis continentia. Et per consequens omnes  
tam continentes quam coniugatas proximæ dicuntur  
virginitati. Virgo autem Maria omnes istos status in  
se habuit, quoniam virginitatē Deo cōsecrauit: vidua  
fuit: quia tēpore Christi passionis iam mortuus fue-  
rat Ioseph maritus eius: aliter enim ipsam Christus  
Ioanni nō commendasset: fuit etiam cōiugata, quia  
veto matrimonio ipsi Ioseph desponsata. Et ideo  
eius exemplo non solum virgines ipsam sequuntur  
sed etiam *proxima eius*, s. tam continentes quæ con-  
iugata. Et hoc est quod psal. dicit Christo, *Proxima  
eius afferentur tibi*, s. exemplo eius. Et ista videtur in-  
tertio glossa, d. *Post eam*, s. reginam, *Adducuntur regi  
virgines*, s. robusti & fortes, *Proxima eius*, s. viduæ ca-  
stæ quæ sunt in gradu secundo, & alij in firmi quasi  
imbecillitate fatigati afferentur tibi.

751. **Afferentur in lætitia & exultatione  
adducuntur in templum regis.**

Hic consequenter agit de generationis exulta-  
tionis. Vbi sciendum quod omnia opera meritoria  
debent esse voluntaria: quia nō placent coacta ser-  
uitia. Cū ergo omne voluntariū inducat lætitiā mē-  
tis, sic omne inuoluntariū & coactū tristitiā, sequi-  
tur quod omne opus meritorū cū lætitiā mētis est quā-  
uis nō semper cum lætitiā carnis. Et hoc notās hic  
psal. dicit, *Afferentur in lætitiā & exultatione*: quia vo-  
luntariè tam virgines quæ proximæ se Deo afferunt:  
propter quod dicit apostolus. Hilaritē enim datorē  
diligat Deus, id est voluntarium. Vnde ibi magi-  
ster in glossa, ait. Hilaritatem enim datorem diligit  
Deus, i. qui ex voluntate dat. Deus hunc diligit, i.  
approbat & remunerat: non tristitiam & murmurā-  
tē. Qui enim dat vt careat tēdio interpellantis: non  
vt reficiat viscera indigentis: & rē & meritū perdit.  
Quicquid ergo boni facis cū hilaritate fac & bene-  
facis. Si autē cum tristitia facis: hoc fit de te non tu  
facis. Verum quia nō omnes virgines continentes  
vel coniugatas sunt infra ecclesiam quia etiā inter  
paganos multi seruant virginitatē: multi viuunt cō-  
tinētē & matrimonio multi vtuntur debite. Quod  
etiā est de multis qui nomē Christianitatis habēt  
vt sunt hypocritæ: qui non sunt tēplum nec habita-  
tio Dei: sed magis diaboli. Ideo tales excludens de  
illis virginibus & proximis quæ Christo offerunt:  
dicit quod *adducuntur in templum regis*, i. ad hoc ad-  
ducuntur vt sint templum regis, scilicet *Christi sicut  
virgines prudētes adductæ fuerūt ad Christum*: fa-

Gradus ec-  
clesie triplex  
s. virginū, cō-  
iugatorū &  
viduarum.  
Matth. 13.  
Augustin.

Lætitiā.  
v. Corint. 9.  
Dare.

tuæ autē foras manserunt. Qualibet enim anima  
quæ est in statu gratiæ: & per consequens mēbrū ec-  
clesiæ templum Dei dicitur: quia in illa sicut in tē-  
plo suo habitat Deus 1. cor. 6. Templū sanctū Dei  
est quod estis vos: & spiritus Dei habitat in vobis.  
*Adducuntur ergo in templum regis*, i. ad hoc adducen-  
tur fideles ad Christum: vt sint Dei templū. Ad quod  
intelligendum est notandū quod meritū qualibet  
iusta anima dicitur Dei tēplū: cuius ratio est. Quo-  
niā tēplum dicitur à theos quod est Deus, & platea  
inde templum quasi platea Dei. Quia igitur anima  
sancta est platea Dei eo quod in illa specialiter ha-  
bitet Deus: hinc est quod talis anima templum re-  
gis dicitur. Vnde magister dicit. In sanctis habitat  
Deus: in quibus est per gratiam. Non enim vbicun-  
que est Deus ibi habitat, vbicunque verò habitat:  
ibi est. Sed in solis sanctis habitat qui sunt tēplum  
eius & sedes. Vnde dominus per Esaiā ait. Cælum  
mihī sedes est, quia in electis tibi sub cælum ha-  
bitat Deus & regnat qui eius voluntati deuoti ob-  
temperant. Vnde sapien. 7. Thronus sapientiæ ani-  
ma iusti: quia in iustis specialiter est quā in aliis  
rebus. In quibus tamē omnibus torus est. Quæ ad-  
modum anima (vt ait August. in epistola ad Hiero-  
de origine animæ) per omnes particulas corporis  
rota adest simul, nec minor in minoribus, nec in  
maioribus maior est. Sed tamen in aliis intensius,  
in aliis remissius operatur. Ita Deus cum in omni-  
bus sit essentialiter, ac totus: tamen plenius esse di-  
citur in illis quos inhabitat, i. in quibus ita est vt fa-  
ciat eos templum suum &c. hæc magister. Istud est  
ergo illud tēplum quod à rege Christo, qui est fons  
& origo omnium gratiarum ædificatur. De quo Za-  
cha. 6. prædictum. Ecce vir oriens nomē eius, & ædi-  
ficabit tēplum domino, s. per gratiā habitatio animæ  
Ad videndum autem moraliter qualiter istud tem-  
plum ædificatur, est sciendū, quod ad similitudinem tē-  
pli materialis à Salomone constructi, qualibet ani-  
ma, quæ Dei tēplum vult esse, quatuor cōditiones  
debet habere. Nam in illo materiali templo inter  
cætera quatuor erant. s. Fundationis solidata per-  
manentia. Habitationis tripartita differentia. Fene-  
strationis requisita congruentia. Decorationis ex-  
quisita resplendentia. Primum patet quia illud tēplū  
erat fundatum de lapidibus magnis & quadratis,  
qui sunt magnæ firmitatis. Vnde, 3. reg. 5. præcepit  
rex Salomon vt tolerent lapides grandes in funda-  
mentum tēpli & quadrarent eos. Et in hoc notatur  
fundamentum templi spiritualis cōscientiæ, quod  
fundamentum est humilitas: quia sicut fundamen-  
tum statum in parte inferiori omnē sustinens stru-  
cturam, sic & humilitas in fundamento templi spiri-  
tualis. Vnde Cassiodorus de spiritu superbiæ: ait.  
Nullo modo poterit in anima nostra virtutum stru-  
ctura consurgere: nisi prius iactata fuerint in corde  
veræ humilitatis fundamenta quæ perfecte collo-  
cata, perfectionis culmen valeant sustinere. Sed no-  
ta quod in isto fundamento debent poni lapides gran-  
des & quadrati. Quia humilitas huius templi fun-  
damentum debet esse dura vt lapis cōtra præsum-  
ptionem. Magna & grandis erga inferiorem. Qua-  
dra & foris præter defectionem. Sit ergo humili-  
tas dura vt lapis &c. Quia sicut lapis sua duritia re-  
sistit vento. Sic humilitas vera sua duritia resistere  
debet vento superbiæ. Et hoc contra humilitatem  
fictam quæ non resistit superbiæ sed ipsam includit  
de qua eccles. 19. Est qui nequit se humiliar &  
interiora eius plena sunt dolo. Si ergo humilitas sit

Templum  
Anima.

Magist. 1. d. 10.

Esai.

Hier. 30.

Aug.

Zacha. 6.

Templi  
tuale.

3. Reg. 5.

Humilitas

Eccl. 19.

lit stabilis & fortis velut lapis, erit huius tēpli fun-  
damentum de lapidibus preciosis, vt dicitur 3. Re-  
gum 7. Secundō sit humilitas magna & grandis,  
&c. vt, scilicet altiorē gradum humilitatis habeat.  
Ideo præcepit rex vt in isto fundamento ponerentur  
lapides grandes. Vbi notandum quod humili-  
tas etiam vera, est triplex, s. sufficiens, abundans &  
grandis, quæ alio nomine omnis iustitia dicitur.  
Vnde glo. Matth. 3. ait, quod perfecta humilitas ha-  
bet tres gradus. Primus est subdere se maiori, & se  
non præferre æquali, & hic dicitur sufficiens. Se-  
cundus est subiacere se æquali, nec se præferre mi-  
nori, hic dicitur abundans. Tertius est subdere se  
minori, in quo omnis habetur iustitia, & hic dicitur  
humilitas grandis. In hoc igitur quod dicitur  
quod præcepit rex vt ponerentur lapides grandes,  
notatur quod qui seipsum regis tēplum vult facere  
quod istum gradū grandis humilitatis debet habere.  
Et sic iuxta illud quod habetur Hier. 30. Tem-  
plum iuxta ordinem suum fundabitur. Tertio hæc  
humilitas debet esse quadra, quia sicut lapis qua-  
drus magis est stabilis &c. omni alio lapide, sic ista  
humilitas debet esse quadra, i. stabilis per perseue-  
rantiam. Sic enim vt habetur Esdræ 5. Præcepit rex  
Cyrus vt ponerent in templo fundamenta de lapi-  
dibus supportantia altitudinem & latitudinem.  
Tunc enim solum fundamentum altitudinē & la-  
titudinem ædificij dicitur supportare quando sub  
ipsis dicitur perseuerare. Et talis debet esse humili-  
tas per perseuerantiā, propter quod ait Bern. super  
cantica, quod spirituale ædificium non potest stare  
nisi super humilitatis stabile fundamentū. Et in fi-  
gura huius dicitur, quod cum tēplum edificaretur,  
malleus & securus & omne ferramentum non sunt  
audita in domo domini: quia, sancta in tali debet  
esse humilitas, vt in sua mente nulla murmuratio  
cadat vel audiat. Secundō principaliter in tēplo  
Salomonis erat habitationis tripartita differentia.  
Nam vt habetur 3. Reg. 6. In templo erant tres man-  
siones sic quod ab inferiori per cochleam ascende-  
batur in mediā, & à mediā in superiorē. Et per hoc  
significatur quod qui templum Dei se construit in  
seipso tres mansiones debet habere. Sinfinitam, me-  
diam, & supremam, vt in tali anima sit pro inferiori  
mansione peccati cognitio, pro mediā peccati con-  
tritio, pro suprema peccati remissio. Nec immeri-  
to peccati cognitio dicitur mansio inferior: quia  
stante generali influentiā, à solo homine potest esse:  
quia nō includit gratiam gratum facientem: cum  
multi peccata sua cognoscāt, & nō relinquunt. Est  
tamē magna hominis ad bonum prouocatio: quia  
initium salutis hominis est cognitio peccati. Qui  
enim peccare se nescit: corrigi non vult. Et ideo ani-  
mæ peccatrici, vt fiat templum Dei, dicitur. Hier. 3.  
Leua oculos tuos in directum, & vide vbi prostrata  
sis, &c. Et sic talis anima, quæ considerat peccata  
sua, erit de numero illorum de quibus dicitur 1. Esdr.  
5. quod cœperunt ædificare tēplū domini. Secunda  
mansio templi dicitur peccati contritio, quæ bene  
dicitur mediā: quia sicut medium participat natu-  
ram extremorum. s. Dei & hominis: quia nō potest  
esse contritio sine voluntate hominis, nec sine gra-  
tia Dei gratum faciente. Et ad istam secundā man-  
sionem ascenditur à prima: quia contritio præsup-  
ponit confessionem. Tertia habitatio est peccati re-  
missio, quæ suprema dicitur: quia à solo Deo fit sine  
hominis cooperatione: quia solus Deus peccata re-  
mittere potest. Et tunc anima talis poterit dicere  
Incog. Tom. j.

A illud 3. Reg. 5. Cogito ædificare templum nomini 3. Reg. 5.  
domini Dei mei. Principaliter in materiali templo  
Salomonis erat fenestrationis, &c. Vnde 3. Reg. 6. dicitur  
quod Salomon fecit in tēplo fenestras obli-  
quas, quæ serant exterius strictæ, sed interius late.  
Hæc enim sunt bene dispositæ ad illuminandum  
interius. Per hoc autē spiritualiter intellige, quod  
anima Dei templum effecta quæ vult speciali gra-  
tia per cōtemplationem cœlestiū perlustrari, quod  
debet habere fenestras, id est, affectiones volutaris  
quæ fenestras dicuntur, quia illis tanquam fenestris  
illuminatur domus conscientia. Et istæ debent esse  
strictæ exterius, s. respectu temporalium, & late in-  
terius, s. respectu spiritualium. Et tunc talis ani-  
ma habebit fenestras per circuitum obliquas. 1. Mach. 4.  
B Mach. 4. Accenderunt lucernas & lucebant in tē-  
plo. Quarto principaliter in tēplo erat decoratio-  
nis &c. quia, 3. Reg. 6. dicitur quod nihil erat in tem-  
plo quod non auro tegetetur. Et per hoc significatur quod  
templum animæ triplici virtute debet ornari per  
aurum significata, s. castitate, charitate & paciētia.  
Nam aurum inter cætera metalla habet splendore  
charitatis: & sic significat castitatem quæ summe lu-  
cet. Oquā pulchra est casta generatio cum elati-  
tate, Valorem bonitatis: & sic significat charitatē  
quæ summe valet. 1. cor. 13. per totum & in finem.  
Maior autem horum charitas. Pondus grauitatis:  
& sic significat patientiam quæ hominem summe  
stabilem facit & ponderosum: vt non flexiter per in-  
iuriam moueatur. In patientia vestra possidebitis  
animas vestras. Auro igitur totum templum tege-  
batur: quia istis tribus virtutibus omnis actio tēpli  
Dei spiritualis debet decorari. Et sic omnis ædifi-  
catio constructa crescit in templum sanctum in do-  
mino. Et sic de talibus nunc dicit psal. quod *adducē-  
tur in templum regis*.

Pro patrib. tuis nati sunt tibi filij: cō-  
stitues eos principes super omnē terrā.

Vbi sciendū quod Christus & si secundum di-  
uinitatem non patres sed solum vnum patrem ha-  
bet: tamen secundum humanitatem plures habuit  
patres: eo modo quo scriptura omnes illos patres  
appellat: ex quibus alij mediatē vel immediatē  
processerunt, sicut enim Christus iudæis dice-  
bat. Patres vestri manducauerunt manna in de-  
serto &c. Consumili modo Christus plures habuit  
patres, ex quibus secundum carnem descendit, vt  
puta Abraham, Isaac, Iacob, David &c. Patriar-  
chæ & prophætæ. De quibus psalm. Christo regi  
nunc loquitur, dicens. *Pro patribus tuis &c.* Et sic  
hic agitur de filiorum generatione. Et diuiditur in  
partes tres. Quia agitur primō de filiorum genera-  
tione. Secundō de ipsorum prædicatione, ibi. *Memores  
erunt*. Tertio de gentium cōuersione, ibi. *Propterea po-  
puli*. Quantum ad primum sciendū quod loco patrum  
Christi patriarcharum & prophetarū Christo sunt  
nati spirituales filij, s. apostoli & discipuli dñi, qui  
patriarchis & pphetis successerūt, qui fuerūt eccle-  
siæ principes & prælati per totū mundū ad prædi-  
candum Christi fidē dispersi, vt ex illis alij spiritua-  
liter generarentur, & sic ecclesia Christi vtiq; in finē  
cōtinuaretur. Vel aliter, vt ista verba psal. loquatur,  
nō Christo sed ecclesie. Vnde ista verba Aug. expo-  
nit dicens, & habetur dis. 68. quorū vices, sic. *Pro pa-  
tribus tuis nati sunt tibi filij*. Nā patres ecclesie fuerūt  
apostoli, pro apostolis nati sunt filij, i. episcopi. Hodie  
C c 3 enim

Mat. 3.

Esdræ 5.

Bernardus

3. Reg. 6.

3. Reg. 6.

Penitentia,  
Peccati  
cognitio,  
Contritio,  
Remissio.

Hier. 3.

1. Esdræ, 5.

Esdræ 5.  
1. Mach. 4.

3. Reg. 6.

Aurum,  
Castitas,  
Sapientia,  
Charitas,  
Patientia.

Luca. 21.

Eph. 2.

752

Patres ha-  
buit Chri-  
stus.  
Ioan. 6.

enim episcopi qui sunt per totū mundū diffusi vnde nati sunt. Ipsa ecclesia patres illos appellat ipsa illos filios genuit, & ipsa illos constituit in sedib. patrū. Quasi psal. dicat ecclesie. Nō te putes desertā: quia non vides Petru: quia nō vides Paulum: quia non vides illos per quos nata es, de prole tua creuit tibi paternitas. *Pro patrib. tuis nati sunt tibi filij, consuetud.* filios genuit ecclesia, & constituit eos pro patrib. suis principes super omnem terrā. Ad intelligendum autē hāc natiuitatē spirituales, quia dicit, nati sunt tibi filij. Sciendū q̄ ista natiuitas spiritualib. licet plurib. modis fiat vnum solū hic tangā. Fit enim virtute sacramenti baptismi. d. Christo. Oportet vos nasci denuo: quia nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto nō potest introire in regnū Dei, nec per cōsequens filius Dei fieri, cui iure hæreditarij regnū Dei debeat. Quod sic patet. Nam per ipsum baptismū anima de non esse spiritualiter venit ad esse spiritualiter, & tota renouatur. Et ideo baptismus habet hominē spiritualiter regenerare & renouare, ad Titum 3. Per lauacrū regenerationis & renouationis spiritus sancti, quem effudit in nobis abundē. Quærit Arist. quare aqua pluuialis habet magis virtutē generatiuā eorū quæ nascuntur de terra, & meliores fructus facit, q̄ aqua putealis. Respondet: q̄ aqua pluuialis est subtilior, & ideo facilius penetrat terrā & poros arborum & sic citius illas germinare facit. Aqua autē putei grossior est, & ideo tardius generat. Similiter quia aqua pluuialis est magis subtilis & depurata ab elemento grosso terræ, ideo fructus dulciores facit & meliores q̄ aqua putei. Spiritualiter. Quid est aqua pluuialis de alto descēdens nisi ipsa aqua baptismalis ab ipso spiritu sancto sanctificata & depurata. Si igitur aqua pluuialis absq; speciali influētia spiritus sancti virtutē multā habet generandi, quid miraris si aqua baptismalis per assitentiam spiritus sancti & benedictionē tota spiritualis effecta habet virtutē spiritualiter hominē generandi? Ad cuius cōfirmationē attēde q̄ si fetus conceptus in corpore matris secundū astrologos nascitur in octauo mense, viuere non potest. Si autē nascitur in septimo vel in nono viuere potest. Cuius causam ipsi assignāt dicētes q̄ quilibet planeta per mēsem integrum dominatur supra factum conceptū, eo ordine quo sunt situati. Sic q̄ in primo mense dominatur Saturnus, in secūdō Iupiter, in tertio Mars, in quarto Sol, in quinto Venus, in sexto Mercurius, in septimo Luna. Et sic iterum incipiēdo in octauo Saturnus, in nono Iupiter, &c. Dicūt ergo quōd si nascitur in octauo mēse nō viuūt: quia nascitur sub Saturno, qui habet duas qualitates mortificatiuas, scilicet siccitatem & frigiditatem. Si autem nascitur in septimo mense viuūt, quia nascitur sub dominio Lunæ quæ habet virtutem generatiuā: quia dominatur aquis. Similiter si nascatur in nono mense viuūt, quia nascitur sub dominio Iouis quæ est planeta torus dulcis & beniuolus, propter quod dicitur Iupiter quasi iuuans pater. Moraliter, Saturnus qui est planeta mortificans propter suam frigiditatem & siccitatem significat peccatū quod animas mortificat, quod est frigidū carens igne charitatis. Matt. 24. Quoniā abundauit iniquitas multorum, refrigeret charitas. Est etiam siccum: quia caret humiditate aquæ baptismalis. Et sic nascentes sub Saturno sunt existētes in peccato q̄ caret charitate, & baptismali gratia. Et ideo viuere nō possunt, vt semē ortū supra petra, quod natū aruit: quia nō habebat humorē. Luc. 8. Quid autē

Natiuitas

Joan. 3.

Titum. 3.

Philosophus in lib. de proprietatibus animalium. aqua pluuialis.

Quia baptisimus

Planeta Saturnus. Luna. Iupiter.

Peccatum,

Matt. 24.

per Lunā, quæ dominatur aquis nisi aqua baptismalis intelligitur. Iupiter autē qui iuuans pater dicitur, est ipse spiritus sanctus qui adiuuat infirmitatē nostrā. Nascētes ergo sub dominio lunæ, i. sacramēto aquæ baptismalis regnati viuunt, ac etiā sub dominio Iouis, i. gratia spiritus sancti baptizati, tales viuunt spiritualiter & fructificant multipliciter. Scitote quoniam omnis qui facit iustitiam, natus est ex Deo. Et isto modo nati sunt ecclesie filij, scilicet apostoli & eorum successores episcopi, de quibus dicitur. *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.*

**Memores erūt nominis tui domine, in omni generatione & generatione.**

Hic agitur de ipsorum filiorum natorum prædicatione. Quia ipsi apostoli vel episcopi pro eis nati fidē Christi per oēs generationes orbis prædicauerunt. Et sic per oēs generationes memores fuerunt nominis Christi, ipsum exaltādo & verū saluatore prædicādo. Vel vt alia littera habet. *Memor ero nominis tui.* & tunc loquitur populus Christianus. q. d. Christo. Cōstitues eos principes super oēm terrā, scilicet ad prædicandū nomē tuū. Ideo per eorū prædicationem. *Memor ero nominis tui.* Et non solū vno tēpore vel in vna generatione, sed in omni generatione & generatione, quia populus christianus per omnes generationes vsq; ad finem sæculi durabit.

**Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in sæculum sæculi.**

Hic consequenter agit de gentium cōuersione, quia ad prædicationē apostolorum & successorum ipsorum populi gentilium cōuersi, Christi nomen cōfiterentur & confitebuntur vsq; in sempiternum. Hic accipe quæstionem de gratia, vt supra,

PSAL. XLV.

**Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.**

Iste psalmus talē habet titulū. *In suam filiis Chore pro arcanis psal.* Ad cuius intelligentiā sciendum, quōd vt dicit Ra. Sa. alijq; doctores hebræorum, q̄ filij Chore hunc psalmū fecerūt, quādo miraculose fuerunt saluati pereunte Chore patre eorum cum alijs multis vt habetur Nume. 16. Tunc enim factum est grāde miraculum, vt pereunte Chore nō perirent eius filij, quōd quidem miraculū sic fuit, vt dicit Ra. Sa. & satis verisimiliter. Nā vt habetur Num. 16. Chore Dathan & Abiron, qui erāt magni principes in populo cupientes dominari insurrexerunt cōtra Moysen nolentes ei obedire, quia ipsi summū sacerdotiū sibi vendicare volebāt quōd ipsi Aaron dederat dominus. Tunc & Moyses dixit ad eos. Tu & omnis cōgregatio tua stare seorsum corā domino, & Aaron die crastina separatim. Tollite singuli thuribula vestra & incensum offerētes domino ducēta quinquaginta thuribula, quia tot numero illi rebelles Moysi erant. Aaron quoque teneat thuribulū suū. Tunc dixit dominus ad Moysen. Præcipe omni populo, vt separetur à tabernaculis Chore Dathan & Abiron. Cūq; recessissent filij Chore non recesserunt, sed remanserunt cum patre suo suadentes ei, vt se humiliaret Moysi & sibi

753 ex psal.

754 ex psal.

751 ex psal.

Nume. 16.

Nume. 16.

sibi obediret. Et tunc ipso non acquiescente, sed in rebellionē perdurante, subito dirupta est terra sub pedib. eorum: & aperiens os suum, deuorauit illos cum tabernaculis suis, & vniuersa substantia eorū, descendēruntq; viui in inferno aperti humo. Filij autem eius diuina virtute protecti remāserunt in aere in medio illius apertura, quousq; terra sub pedibus eorum fuit reclusa. Et hoc fuit grāde miraculum & arcanum mysterium. Si enim recessissent cū alijs à tabernaculo patris sui ante aperturam terre, nullum fuisset miraculum de salute ipsorum, sicut nec de salute aliorum. Vnde ergo tāto miraculo Dei circa se, cōuersi sunt ad dominū toto corde gratias agentes Deo. Et tūc in ipsis requieuit spiritus propheticus. Et pro gratiarum actione fecerunt hunc psalmum. Ex prædictis autem apparet littera tituli qui est. *In suam psal.* iste psal. dirigēs nos in finē, scilicet in Deum, vt puta ad considerandum Dei potentiā. *Filius Chore.* attribuitur: quia hunc psalmum ipsi fecerunt. Et hoc *Pro arcanis.* quia sagit de arcanis Dei & secretis, quæ in dicto miraculo apparuerūt. Ex quib. etiam patet materia psal. quoad litteram & eius effectiua causa. Exponendo ergo istū psalmū, primò declarato litteram, secūdō intellectū psalmistæ. Quātum ad primū iste psal. diuiditur in duas partes. Quia filij Chore primò de sua liberatione Deo gratias agūt. Secūdō aliqua de proximo futura prædicunt, ibi. *Fluminis Impetus, &c.* Dic vt. N. Quātum ad intellectū psalmistæ, quoad declarationem tituli, sciendum est quōd iste psal. agit de arcanis diuinæ dispositionis, quæ sunt q̄ Deus sit homo, & homo Deus, q̄ salus est promissa vtrique populo, quōd Iudæi in aduentu Christi excecaci fuerunt, & gentiles illuminati, quōd apostoli relictis Iudæis trāsierunt ad gentes, quōd pax summa fuit in mundo tēpore Christi natiuitatis & passionis. Ista ergo sunt arcana de quib. agit iste psal. Dicit igitur titulus. *In suam psalm. filij Chore pro arcanis.* Qui sunt filij Chore, nisi filij crucis & passionis Christi, quoniam Chore caluaria interpretatur, vt supra dictum est vers. 709. qui de arcanis prædictis hic loquuntur. Intentio autem psal. est nos ad fidē mouere & inducere. Iste ergo psal. diuiditur in partes tres. Quia ostendit primò aduentus Christi mysterium. Secūdō ecclesie in Christo fundato dominium, ibi. *Fluminis impetus.* Tertio incarnationis Christi multiplex factum miraculum, ibi. *Venite & vi.* Prima diuiditur in tres: quia ponitur primò circa nos diuina miseratio, secūdō diuini verbi incarnatio, ibi. *Propterea non timebimus.* tertio apostolorum per orbem prædicatio, ibi. *Somnauerunt.* Quātum ad primū ponitur diuina erga nos protectio per mysterium incarnationis. Vbi notādum quōd ante Christi incarnationē Deus multū natura distabat à nobis: quia ille creator, nos creatura, ille dominus nos serui, ille immortalis, nos mortales, ille Deus, nos homines. Et sic nihil commune erat nobis & Deo. Et sic quādoq; dicebatur noster, semper tamē per supereminentiā: nunquam tamen per equiparantiam, vt puta quia dicebatur noster rex noster noster dominus. Sed post verbi incarnationem, dictus est noster per æquiparantiam & æqualitatem, quia cōmunia nobiscum accepit, vt puta carnē & animam, seruitutem, passionē, & mortem. Vnde nobiscū dicebatur homo, passibilis, mortalis & huiusmodi. Vnde merito dicere de ipso poteramus illud Gen. 37. Caro enim & frater noster est. Cum ergo hoc pronomen noster propriē importet quandam

Noster dicitur Deus

Gen. 37. Incarnatio Christi.

cōmunitatē, sequitur q̄ propriē per incarnationē Deus factus est noster, qui ante nihil cōmune nobiscum habebat, hanc ergo cōmunitatē præuidens psalmista dicit. *Deus noster.* glo. i. nobis factus communis carne assumpta est. Et quid ex hoc sequatur adiungit dicens. *Refugium & virtus.* Vbi nota quōd refugium cōponitur ex reo & fugio, q̄s, & dicebatur refugium locus, ad quem rei pro sui saluatione poterant fugere. Nam vt habetur Deut. 19. Præcepit Deus, vt in terra promissionis tres essent ciuitates, ad quas rei fugiētes salui essent & securi. Sicut modo ecclesia dicitur refugium, i. fugium sine fuga reorum. Sic igitur propriē Christus incarnatus non solum dicitur refugium, quia ad ipsum rei & peccatores confugientes saluantur. Et hoc notans psalmista dicit. *Deus noster refugium & virtus.* de hoc vi de supra vers. 43 8. & 43 9. Sequitur. *Adiutor in tribulationibus, &c.* Vbi nota secundū glo. quōd nullę tribulationes sunt maiores, q̄ illæ quæ sunt intra nos. Nulla enim maior tribulatio, quā delictorū conscientia, & in his tribulationibus peccatorum adiuvat nos Christus incarnatus: quia peccata dimittit. Et aduerte q̄ dicit quōd tribulationes inueniunt nos: & non dicit quōd nos inuenerimus eas. Et ideo notandum quōd poenitens quādoq; inuenit tribulationes peccatorum, quādoq; tribulationes inueniunt eum. Quādo enim quis sine admonitione alicuius cōsiderat peccata sua, & poenitet, tunc ipse inuenit tribulationē peccatorū, dicens. Tribulationem & dolorem inueni. Quādo autem persuasione alterius poenitet, & peccata sua per alterū ponit ante ipsum, vt ipsa recognoscat: tunc tribulatio inuenit hominem. Quia ergo Christus incarnatus nos poenitere suadebat, dicit. Poenitentiam agite, &c. Peccata nostra ante oculos nostros consideranda ponebat. Idcirco tribulationes peccatorum inuenerunt nos, & nō econtrario. Vel potest exponi de tribulatione poenæ, & etiam ex prædictis clarus est sensus, vt sic legatur. *tribulationes, scilicet poenæ & miserie mundi, inuenerunt nos.* scilicet eis per Adam expositos.

**Propterea non timebimus, dum turbabitur terra & transferentur montes in cor maris.**

Hic ponitur verbi incarnatio. Vbi sciendū quod tempore Christi natiuitatis caput totius orbis erat Romana ciuitas: in qua tunc multa mirabilia fuerunt ostensa: inter quæ maximum fuit de subuersione templi pacis, quod in illa mirabiliter erat constructum: quando totum mundum pacificē Cæsar Augustus possidebat. De quo templo à diis responsum habuerāt quōd durare debebat: quousque virgo pareret infantem. Et quia hoc impossibile crediderunt: ex hoc concluderunt quod illud templū semper esset duraturum. propter quod ipsum intrulauerunt Templum pacis æternum. Sed in ipsa hora natiuitatis Christi terra supra quā fundatum erat illud tēplū fuit turbata, i. mota: quia ibi terræ motus est factus: & illud templum funditus est euersum. Quod signū Christi natiuitatis psalmista præuidens ait. *Propterea non timebimus dum turbabitur terra, q. d.* Dicitum est quōd Deus est refugium nostrum & adiutor: propterea non timebimus Sed quando erit hoc? certe quando turbabitur terra, scilicet, tunc veniet Christus refugium nostrum

Refugium.

Deute. 19.

Tribulatio.

Psal. 114.

Act. 17. 3.

756

Templi pacis.

Natiuitas Christi.



Et virtus. Consiuile alibi dicitur. Terra mota est: etenim coeli distillauerunt, s. verbum incarnatum iuxta illud Esa. 45. Rorate coeli desuper, &c. Completo autē incarnationis Christi mysterio apostoli ad praedicandum per totum mundum missi fuerunt, Et hoc est quod subditur. *Et transferentur montes in cor maris.* Vbi notandum quod per montem in singulari significatur in scriptura Christus incarnatus, sed per montes in plurali significantur praedicatores & apostoli, vt ostendit Greg. d. Mōs quippe in singulari dominum incarnatum significat, sicut scriptum est. Et erit in nouissimis dieb. preparatus mons domus domini in vertice montium. Mons quippe in vertice montium est incarnatus dominus transcendēs celsitudinem omnium prophetarum. Per montes autē in plurali apostolorum atq; prophetarum celsitudo demonstratur, sicut scriptum est. Iustitia tua sicut montes Dei. Et Pauli voce dicitur. Vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso. Per mare vero quid nisi incredulitas gentium significatur. vt ostendit Greg. dicēs. Quid autem maris nomine nisi praesens saeculum designatur, in quo corda hominum terrena quaerunt diuersis cogitationū fluctibus intumescunt? quia elatione superbia incitati: dum alterna intentione se impetunt, quasi aduersantes se vnde collidunt. Sed iam incarnato domino discordantia saecularium corda concorditer credunt. Iam Petrus in mari ambulat, quia mirum Christi praedicatoribus illa quondam gentilium tumida corda, humili auditu subiiciuntur. Quid igitur sunt montes, nisi apostoli? Quid autem cor maris, nisi corda gentilium? Tunc igitur montes in cor maris sunt translati, quando sancti apostoli & praedicatores Iudaeam relinquentes, ad docenda corda gentilium sunt translati. Propter quod ipsi apostoli Iudaeis dixerunt. Actuum 13. Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, sed quoniam illud repulisti, &c. ecce conuerimur ad gentes. Hoc ergo prauidens psalmista dicit *Et transferentur montes in cor maris.* Sic enim istum textum exponit Greg. d. In scriptura sacra montium nomine, praedicatorum altitudo designatur. De quibus per psalmistā dicitur. Suscipiant montes pacem populo. Electi quippe praedicatores aeternae patriae non immerito montes vocantur: quia per vitam suae celsitudinem, ima terrarum deserunt, & caelo propinqui fiunt. Sed montes Christus transfudit cum praedicatores sanctos obduratione Iudaeae subtraxit, & misit ad gentes. Vnde per psalmistam dicitur. *Transferentur montes in cor maris.* In corde enim maris montes translati sunt, cum sancti apostoli ad Iudaeae perfidia repulsi ad intellectum gentium venerunt. Vnde & ipsi quoque in suis actibus dicunt, Actuum 13. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, &c.

Esa. 45.

Mons Christi in cor maris.

Grego. 33. 1. 1.

Psal. 35. 2. 5. 1. 2.

Grego. lib 17. c. 15. Mare increditiss.

Actuum. 13.

Grego. 9. 1. 2. Psal. 71.

Psal. 45.

Actuum. 13.

757. 7. 9. 1. aduersitas.

Sonerunt & conturbatae sunt aquae eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Hic ponitur consequenter ipsorum montium, id est apostolorum per orbem praedicatorum. Vbi notandum quod dum apostoli Christi fidem per mundum praedicebant, quamuis aliqui gaudenter assumerent ipsorum verba, multi tamen turbati sunt, videntes quod ex hoc cultus Deorum ipsorum disturbaretur. Vnde & ipsos apostolos vsque ad mortem persequebantur. Est ergo sensus. *Sonerunt.*

Eccle. 15. Aqua signi spuat scientiam.

A scilicet apostoli praedicando Christi fidem. *Et conturbatae sunt aquae eorum.* In scriptura enim per aquam scientia significatur. Aqua sapientiae salutatis. &c. Quid est ergo aqua maris, nisi gentium per mare significatarum scientia, qua docebant idola esse colenda, quae scientiae fuerunt ad praedicationem apostolorum conturbatae: quia cultus idolorum dissipatus, quoniam vt hic dicit gloss. Ad sonum praedicationis apostolorum aquae maris, scilicet populi gentium, vel doctrinae eorum sunt conturbatae: quia sunt infatuatae corrumpente doctrina saluatoris. Stultam enim fecit Deus sapientiam hominis mundi. Vbi scriba, vbi doctus, &c. sicut scriptum est. Perdam sapientiam sapientiam, & prudentiam prudentiam reprobabo. Et quia multi proceres gentilium videbant per praedicationem montium, id est, apostolorum cultum Deorum suorum euacuari, ideo turbati contra apostolos per fortitudinem temporalem ipsos montes persequebantur & trucidabant. Et hoc est quod dicit. *Conturbati sunt montes.* id est apostoli, in fortitudine eius. scilicet asperae persecutionis. Conturbati sunt apostoli martyrizati, non mente sed carne, sicut & Christus morte imminente dixit. Tristis est anima mea, &c. Cum enim omnis homo naturaliter fugiat poenam, quis est qui secundum exteriorum hominum non conturbetur, intentata sibi morte? quinimodo & ipse Christus dicit. Nunc anima mea turbata est. Similiter & apostoli, de quibus nunc dicit. *Conturbati sunt montes in fortitudine eius.* s. durae persecutionis mundi. Quia iste psal. agit de Christi incarnatione, qua verbum caro factum est. Idcirco quare vtum ista sit vera propositio, Deus factus est homo, &c. in scripto meo.

Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Hic ostendit multiplex privilegium ecclesiae suae Christi fundatae. Et circa hoc facit quatuor quia quatuor ostendit de ecclesia per Christi incarnationem facta, s. quod ecclesia per Christum plenè iucundatur, in principio. Secundò per Christum iuste gubernatur, ibi. *Deus in medio eius.* Tertio per Christum mundo dominatur, ibi. *Conturbatae sunt.* Quartò per Christum Deo copulatur, ibi. *Dominus virtutum.* Quantum ad primum sciendum quod per flumen rectè sacra scriptura designatur ab antiquis patribus docta. vnde Greg. Quid nanque per flumen nisi antiquorum patrum dicta designantur? Quis nanque pensare sufficere quam vehemens fluitus dum legem conderet ex peccatore Moyses erupit: quae vehemens fluuius ex Dauid corde prorupit: quanta Salomonis ore atque omnia prophetarum flumina manarunt. Quibus scilicet ecclesia Dei irrigatur: ipsa sacra scriptura dicente. Ego sapientia effudi flumina. Quid est ergo fluminis impetus nisi abundantia intellectus scripturae sacrae: quam Christus donauit ecclesiae suae: dum legem nouam ore proprio sedens in monte dedit: declarans omnia quae in lege continebantur. Quid autem per ciuitatem Dei nisi sancta ecclesia accipitur. De qua ad literam dicitur. Vidi ciuitatem sanctam Ierusalem descendentem de caelo, sicut sponsam ornata viro suo. Quod ideo dicitur, quia ipsa ecclesia est Christi sponsa, vt supra dictum est psal. 44. *Fluminis*

Fluminis ergo impetus laetificat ciuitatem Dei, quia lex noua à Christo data laetificat ecclesiam, dū per legē nouā felicitatē aeternā spōsae suae pmittit, dū ipsā in sponsam assumit, dū ipsam suo sanguine ornat. vt merito huic ciuitati dicatur. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Et aduerte quod sancta ecclesia non solū ciuitas, sed etiā tabernaculū dicitur. Ciuitas enim dicitur pp vnionē ciuiū, quos coniungit charitas, sed tabernaculū, quia in cōtinuo bello manet in praesenti. Tabernaculū dicitur habitatio pugnantū. Vñ de ecclesia subdit. *Sanctificauit tabernaculum suū altissimus.* i. ecclesiam suā quā sanctificauit, dū proprio sanguine lauit à peccatis, & donis spiritus sancti ipsam dotauit. Et notādū qd nō immeritō ecclesia tabernaculū dicitur. Primò propter non minis expositionē. Dicit Cassiodorus sup psalmū. 14. quod antiqui domos pauperū tabernas appellabāt, pp hoc qd solū de trabib. & nō dū tegulis tegebantur, quasi tabernas. Et quia ibi cibū sumebāt ex duob. nominib. s. taberna & caenaculū vnū traditur esse factū vocabulum. s. tabernaculū. Dicitur igitur ecclesia militās tabernaculū, quasi taberna & caenaculū. Et merito, quia modo taberna proprie ad potū ptinet, caenaculū vero ad cibū. In ecclesia vero est vtrūq; qd sicut dicitur. Caro mea verè est cibus &c. & sanguis &c. Iō de ecclesia dicitur. Sapientia edificauit sibi domū, miscuit vinū & posuit mēsam. Ista enim duo semp sunt in ecclesia ad sustentatio nē fidelī, cuius rō est, quia sicut in corpore huma no calor naturalis agēs in humidū radicale consumit ipsum, & iō nisi fieret restauratio, citò periret corpus, haec at restauratio fit per cibū & potū. Sic spiritualiter est de anima. Nā calor fomitis. i. cōcupiscentiē inordinatē cōtinuē agit & inclinat ad consumptionē humoris gratiē, vt eā auferat, & saltem per dispositionē per peccata venialia virtutē gratiē debilitet. Et iō nisi fieret restauratio per cibum & potū spirituale, citò periret, ad Hebra. 9. Tabernaculū factū est primū in quo erat mēsa & propositio panū. Secundò ecclesia dicitur tabernaculū, propter rei significatē cōditionē. Tabernaculū enim nō est firma domus, nec habet fundamentum sed huc illucq; mutatur, & cū transmigrāte migrat Et secundū Cassiodorū tabernaculū dicimus expeditionales & subitas mansiones. Sic & ecclesia in praesenti non habet firmitatem, scilicet, in terra vbi collocatur, quia sicut dicit apostolus. Non habemus hic ciuitatem manentē &c. Vnde & cū fidelibus qui super huius tabernaculi habitatores discedentibus à mundo & ipsum et descendit. Hic etiā fundamentū nō hēt, quia in terra nō figitur, sed vix terrā tāgit, quia terrena nō amat, nisi quātū ad sustentationē vitā tēporalis necessariū est, quia Philip pē. 3. Nostra cōuersatio in caelis est, & per consequens, qui in terra figuntur, non sunt huius tabernaculi habitatores, sed ille solum qui potest dicere cum Petro illud. 2. Petri. 1. Cerrus sum quod velox est depositio tabernaculi mei. Si velox est depositio, ergo non est in terra profunda eius fixio. Vnde solum simplices in hoc ecclesiae tabernaculo possunt habitare. Iacob vir simplex habitabat in tabernaculis. Et de isto tabernaculo quod est ecclesia, nunc dicitur. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus*, quod tabernaculum sanctificatur quando Deus per gratiam secretè manet in ecclesia. Iob. 29. Deus erat mecum in tabernaculo meo.

1. Tim. 2.

Tabernaculum. Euseb.

1. Tim. 2.

1. Tim. 2.

Hebra. 9.

Hebra. 9.

Philip. 3.

1. Petri. 1.

Gen. 28.

Iob. 29.

759. 1. 7. 1. 7. 1. 7. 1.

Deus in medio eius non commo-

uebitur, adiuuauit eam Deus mane di luculo.

Hic ostenditur quod ecclesia per Christū rectè gubernatur. Ciuitas. n. tunc rectè p regē gubernatur, quando nō est partialis, nec personarum acceptor. Si enim plus ad vnum declinaret quā ad aliū, iam partialis foret, & non iuste regeret. Deus autē ciuitatē ecclesiae sine partialitate & acceptione personarū regit, quia stat in medio ecclesiae, & quē omnibus consulens aequaliter, personas non accipiēs. Sicut punctus qui stat in medio circuli aequaliter respicit omnem circumferentiam circuli aequaliter distans à qualibet parte, & aequaliter cuiuslibet appropinquans. Et in hoc satis figuratur virtus iustitię, quę nō attendit ad psonas, sed ad merita personarum & demerita, quae de seipsa dicit. In viis iustitię ambulo in medio semitarum iudicij. Notandū quod Christus stat in medio ecclesiae sua multipliciter, s. tanquam Medium placati uum diuinæ iracundiæ. Medium donatiuum vitæ nostræ animę. Medium instructiuum nostrę ignorantiae. Primum parit, quoniam Christus videns nos à Deo diuisos, & per peccatū in odiū Dei constitutos se ponens in medio, Deum iratum nobis placauit & nos Dei amicos constituit, propter quod appellatur mediator Dei & hominum. 1. Tim. 2. Mediator Dei & hominum vnus Christus Iesus. Quae verba exponens glo. ait. Vnus est mediator Dei & hominum, id est, ad cōponendum pacem, quia medius arbiter s. Christus Iesus pro hominib. factus homo vt sic esset mediator, non enim aliter quā per hominē mediat. Mediator enim inter Deum & homines oportebat vt aliquid hominibus, simile haberet, & aliquid simile Deo, ne per omnia hominibus similis longè esset à Deo, aut per omnia similis Deo longè esset ab hominib. atque ita mediator non esset. Verè itaque mediator Christus inter mortales peccatores & immortalem iustum apparuit mortalis cū hominibus, & iustus cum Deo, ideo dicitur mediator Dei & hominum, quia inter Deum immortalē & hominem mortalem est Deus homo reconciliās hominem Deo. Vnde nobis dicere potest. Ego sequer & medius fui inter Deum, & vos, quia. Srigorem iustitię contra peccatores placauit, & nos per poenitentiam Deo reconciliauit. Figura huius mediationis habetur Ezech. 9. vbi sententialiter dicitur quod Ezechiel vidit sex viros missos ad occidendū populum, & in medio eorum vidit hominem lineis indutum, & atramentarium scriptoris ad renes eius, qui signabat signo thau omnes gementes super peccata facta. Et istis signatis non poterant illi sex viri nocere, ceteros autem omnes occiderunt. Moraliter isti sex viri parati ad occidendū omnes homines peccatores, sunt sex mundi aetates Christi praecedentes, in quibus contra peccatores rigidè procedebatur. Prima fuit ab Adam vsque ad Noe, vbi rigor iustitię apparuit, quia per diluuium omnes homines fuerunt delicti, octo exceptis. Secunda fuit à Noe vsque ad Abraham, vbi apparuit rigor iustitię in punitione Sodomorum. Tertia fuit ab Abraham vsque ad Moysem, vbi apparuit rigor iustitię in submersione Aegyptiorum. Quarta à Moyse vsque ad Dauid, vbi apparuit rigor iustitię in punitione occisionis vxoris leuitae, ex quo octuaginta quinq; millia sunt occisi. Quin-

Acceptio personarum.

Proverb. 8. Mediū Cluī.

1. Tim. 2.

Deute. 5.

Ezech. 9.

1. Aetatem di sex.

1. Indi. 20.

3 Reg. 19.

Quinta à David vsq; ad transmigrationē Babylonis vbi apparuit rigor iustitię in occisione prophetarū Baal per Heliam. 3. Reg. 19. Sexta à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, in qua apparuit rigor iustitię ex multis victoriis Machabeorum. Isti ergo sunt sex viri parati ad occidendum populum, quia in illis sex Aetatibus iustitię rigor erga peccatores obseruabatur. Sed attende quod in medio istorum erat vir indutus lineis. s. Christus, quia qualibet Aetate illarum fuit Christus figuratus. Fuit autē indutus lineis, quando mundissimā vestē carnis assumpsit de purissimis sanguinib; virginis gloriosę. Tunc enim facta sunt vestimēta eius alba sicut nix. Hic atramentarium scriptoris portabat, quia ipse vt mediator rātę seueritatis legē misericordię scripsit temperās iustitię cum misericordia dicens. Misericordiam volo & nō sacrificium, quia veni vocare peccatores ad pēnitentiam, quia ipse omnib; pēnitentib; debite liberē parcat. Vnde omnes gentes pro peccatis signat signo thau. i. signo crucis, dum tales facit participes suę passionis. Et ideo quia talib; sic signatis parcat, rigor iustitię istis non nocet, ceteros autē occidit dum omnes impenitentes perpetuo dānat. Nisi pēnitentiā egeritis, omnes simul peribitis. Et id quia sic fuit mediū placatiuū, id ipse stans in medio, pacē cum Deo factam annuncianit, quādo, s. morte pro nobis tolerata, stetit in medio discipulorum, & ait. Pax vobis. Quod benē nūc cōsiderans psalmista, ait. *Deus in medio eius.* Secundum patet. s. quod est mediū vitę donatiuū. Dicunt naturales quod cor cuius virtus ad cetera membra effluens eis vitā tribuit, est in medio corporis, & si influxus suę virtutis impediatur, ne ad aliquem mēbrum trāseat, statim illud membrum arefcit & mortificatur. Sic spiritualiter Christus à quo omnis vita gratię procedit stat in medio animę nostrę ipsā viuificans. Et si per aliquod peccatum fluxus suę gratię impediatur statim anima mortificatur. Et id multum letari dēt anima quando Christum sic habet in medio sui. Latere Hierusalem, quia habito in medio tui ego dominus. Et in hoc figuratur Christus per lignum vitę, de quo Gen. 2. Produxit Deus lignum vitę in medio paradisi. Vbi nota quod secundum Damasc. libro. 2. Paradisus terrestris est locus purissim⁹ omni terra altior & luminosus. Et sic significat deuotam cōsciētā, quę est pura per expulsiōnē vitiōrū altior omni terra per dilectionem supernorum, luminosa per cōtēplationē diuinorum. Vnde de tali anima dicitur, qd est sicut paradisus benedictionis. Sed per lignum vitę cuius esu vita conseruabatur, propriē Christus significatur, cuius manducatio vitam in nobis cōseruat. Qui manducat me, ipse viuet propter me. Hoc ergo lignum vitę plantauit Deus in medio paradisi, quia. s. in deuota anima Christum qui est vita spiritalis facit habitare in medio eius existēns velut cor in medio corporis, omnes eius potētias viuificet, propter quod cuiuslibet deuotę animę dicitur illud psal. Magnus in medio tui sanctus Israel. Tertium patet. s. quod Christus est medium informatiuū &c. Sicut enim sol est in medio cęli, vt omnes stellas melius illuminet, sic Christus in medio conscientię nostrę, vt ipsam illuminet ad subuertēdum vitia. In cuius figura sol stetit in medio cęli, donec populus Dei subuertisset ciuitatem Hay. Iosue. 10. Quia Christus stat in medio conscientię nostrę ipsam, scilicet, illuminando, donec subuertat ciuitatem Hay,

Math. 27.

Math. 9.

Actu. 3.

Ioa. 10.

Cor.

Zacch. 1.

Gene. 2.

Damas. 1.

Paradisus.

Eccle. 40.

Ioa. 6.

Iosue. 10.

A scilicet, mundum cum suis concupiscentiis. Nam Hay interpretatur quęstio vitę, eius peccata significans. vt de Christo dicatur. Quasi stella matutina in medio nebulę, & quasi luna plena in dieb; suis lucet. Sic ergo stat Christus in medio ecclesię, quę scilicet, est congregatio fidelium, ipso dicente. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Quod benē nunc p̄uidens psal. de ecclesia dicit. *Deus in medio eius non commouebitur.* id est ipsa ecclesia durabit firmiter, quia Deus est in medio eius, vt dictum est. Sequitur. *Adiuuabit eam Deus manē diluculo.* Vel secundum aliā literam. *Adiuuabit eam Deus vultu suo.* Ad intellectū primę literę sciendum quod per manē quod est principium diei, significatur principium boni operis, sed per diluculum quod est principium luminis, significatur spiritus sancti illuminatio, vel inspiratio. Et sic est sensus literę. Quia Deus est in medio ecclesię, ideo iuuabit eam manē, i. in principio boni operis. Et si quæras quomodo, respondet. *Diluculo.* i. per inspirationem spiritus sancti. Quantum vero ad secundam literam sciendum, quod p̄vultum per quē cognoscitur quis, significatur incarnationis Christi mysterium: per quod Deus nobis est manifestatus, de quo dictum est psal. 44. Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. s. Christum incarnatum. Et sic est sensus. *Adiuuabit eam de vultu suo.* i. per mysteriū suę incarnationis.

Eccle. 19.

Math. 12.

Psalm. 4.

760

119. 3. ad mē sum.

**Conturbatę sunt gentes, & inclinata sunt regna, dedit vocem suam, mota est terra.**

Hic ostēditur quomodo ecclesia per Christum mundo dominatur. Ad p̄dicationem enim Christi & apostolorum suorum gentes mundi in aduersis regnis & partibus relinquentes idola Christi fidem susceperunt & contritę de peccatis suis pēnitentiam egerunt, & se iugo Christi humiliter inclinauerunt. Et hoc est quod dicit. *Conturbatę sunt gentes* id est de peccatis contritę pēnitentię agentes. *Et inclinata sunt regna.* s. sub fide Christi humiliata. Et vñ talis cōturbatio, vñ talis inclinatio? certē nō, nisi per Christi p̄dicationē & apostolorū. Vnde subdit. *Dedit vocem suam,* scilicet, p̄dicationis. *Et commota est terra,* id est terreni & peccatores homines commoti, scilicet, sunt ab idololatria ad veram Christi fidem. Attende quod cōgruē peccatorum conuersio dicitur esse quędam commotio, quoniā magna est commotio quando peccator per pēnitentiam de vitiis ad virtutem, de odio ad gratiam de idololatria ad fidem, de filio perditionis ad filiū Dei commutatur. Et de tali commotione dicitur. *Commouisti terram & conturbasti eam,* sana contritiones eius, quia commota est, quod de commotione pēnitentię intelligitur. Vnde ibidē ait glo. *Commouisti terram,* scilicet, ab errore ad pēnitentiā Et hoc vibrato gladio spiritus, s. p̄dicationis, dū dixisti. *Pēnitēmini & credite euangelio,* appropinquet enim regnum cęlorum. Commota est ergo terra ad pēnitentiam conscientia peccatorum accusante &c. Sic & nunc de tali commotione pēnitentię loquitur psalmista dicens. *Dedit vocem suā & commota est terra.*

761

24. 9. 1. quid dicitur.

**Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.**

Hic ostēditur quomodo ecclesia per Christum Deo copulatur. In Christo enim coniuncta est in

762.

762.

762. f. m. m. i.

Natiuitas Christi.

Pax prodigiū.

1. paral. 14.

763.

Natiuitas Christi.

Arms. Incor. 12.

764.

una persona natura diuina & humana. Et sic nobiscum est Deus, & nos cum ipso. Quod exprimens ait. *Dominus virtutum nobiscum.* Virtutes enim sunt quidā ordo angelorū, ad quos spectat miracula & mirabilia signa facere. De quib; dicitur. *Benedicite domino omnes virtutes eius.* Et per istū ordinē angelorū hic omnes alij ordines intelliguntur, cum dicitur. *Dominus virtutum.* i. omnium angelorum nobiscum. s. per carnis assumptionem. q. d. Qui olim ad homines mittebat angelos ipse in propria. s. p̄sona venit, & est nobiscum. Et quod loquitur quod sit nobiscum per incarnationis mysterium, declaratur cum subdit. *Suscceptor noster.* i. nostrę humanitatis, *Deus Iacob.* s. ille Deus verus, quē adorabat Iacob. Et aduerte quod cum dicit. *Dominus virtutum nobiscum,* innuit proprium Christi nomē quod est Emanuel, quod interpretatur nobiscū Deus. Vel moraliter. *Dominus virtutum nobiscum.* s. per gratiā, & cū quib; s. cū filiis Chore, qd. iste psal. attribuitur. i. cū filiis crucis, p̄ filios Chore significatur. Et sic *Suscceptor noster Deus Iacob.* q. d. Ipse est *Deus Iacob.* i. illorum qui figurantur per Iacob, qui, scilicet, supplantant vitia mundi carnem & diabolum. Nam Iacob supplantator interpretatur.

**Venite & videte opera domini, quę posuit prodigia super terram, auferens bella vsque ad finem terrę.**

Hic consequenter ostēditur multiplex miraculum in Christi incarnatione factum. Et diuiditur in tres partes secundum tria maxime miranda facta in Christi incarnatione. Primum fuit totius orbis pacificatio, in principio. Secundū fuit nostrę mentis expurgatio, ibi. *Arcum conteret.* Tertium fuit populi gentilis subiugatio, ibi. *Vacate.* Quantum ad primū sciendū quod tēpore Christi natiuitatis pax generalis fuit per vniuersum orbē quia totus orbis Cæsari Romano erat subditus. Et hoc ad denotandū quod ille nascebatur qui totius orbis verus erat dominus, & peccatores Deo reconciliare veniebat, propter quod & tunc primō per angelos fuit decantatū Gloria in altissimis Deo & in terra pax hominib;. Hoc signum mirandum p̄uidit psalmista dicens. *Venite & videte opera domini, quę posuisti prodigia super terram.* Et quę sint ista opera & prodigia, ostēdit dicens. *Auferens bella vsque ad finem terrę,* quia in tota terra nullum erat bellum, sed pax mutua. Et aduerte quod tale opus pacis per orbem factę vocat prodigium. Prodigium enim dicitur procul à digito, scilicet, quando p̄ vñ factum aliud factum procul futurum designatur, quod sic fuit in proposito, quia per pacem illam tēporalem significatur pax æterna omnib; electis dāda per Christum, vel pax futura inter carnem & spiritum post resurrectionem, vt de Christo merito dicitur. Nulla temporibus eius surrexerunt bella pacem domino largiente.

**Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni:**

Hic ostēditur secundum mirandum mentis expurgatio. Sicut enim Christus nascendo pacem exteriores per mundum esse, sic in mente nostrā pacem voluit facere. Et auferēdo vitia ab animabus nostris, quib; impugnamur interius, quę per arcū arma & scuta significantur. Per arcum qui à remotis vulnerat, intellige peccatum luxurię, quod longē positos vulnerat, & concupiscentię flamma ac-

cendit, psalm 7. Arcum suum tetēdit &c. sagittas suas ardentibus effecit. Per arma accipe peccatum auaritię. Arma enim cum sint ferrea sunt dura & frigida, sic & peccatum auaritię homines auaros erga suos proximos duros & crudeles facit, & frigidus absque aliquo igne charitatis. Vnde de quolibet auaro dicitur. *Pinguis cernice armatus est.* Per scutum vero accipe peccatum obstinationis & superbicię. Quia sicut scutum iacula emissā repellit ne interiora penetrent, sic & superbia iaculis, i. verbis diuinis & inspirationibus resistit ne pertingat ad cor, ne conuertatur ad Deū. Vnde de quolibet superbo dicitur. *Corpus eius quasi scuta fusilia, & cōpactum scamis sese premētibus,* quod de superbis intelligitur, vt ostēdit Greg. d. Corpus illius quasi scuta fusilia, quia omnes superbi ne ad se corripientium verba pueniāt, cōtra aduersantium iacula scuta defensionum parant. Sic igitur peccata, luxurię, auaritię, & superbicię, per arcum arma figurantur & scutum, quę Christus veniens igne spiritus sancti consumpsit, vt etiam interius homo pacem haberent. Et hoc psalmista p̄uidēs de Christo dicit, qd omnia hic *comburet igni.* s. spiritus sancti.

Arma auaritię.

7615.

Scutum obstinationis.

Iob. 41.

Grego. 33.

moral. 1. 31.

764.

11. q. 3. ad mensuram.

**Vacate & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.**

Tertiū mirabile fuit gentiū subiugatio, quę per Christi incarnati p̄dicationē Christo sunt subiugata. Vnde hic loquitur Christus dicens. *Vacate & videte.* Loquitur enim omnib; vt cōsiderēt miracula eius ex quib; Christū verū Deū esse cognoscāt. Ex hoc. n. quod corda gētiliū ad se cōuertit, vt rū se Deū probat. Cuius cōuersionis in natiuitate sua clarū signū ostēdit, quoniā in hora suę natiuitatis omnia idola Ægypti corruerunt, ad significandum quod per suam p̄dicationē & apostolorū idololatria erat tollenda, & gentes sibi subiuganda per fidē, propter quod subdit. *Exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.* Vbi secundū gl. Per terram intellige iudęos, qui principalē terrā mūdi. s. terrā promissionis habitabāt. Per gētes autē populum gētilē idololatrū. Christus autē in sua natiuitate fuit exaltatus in gētib; quādo caput orbis. s. Octavianus imperator ad informationem Sybillę puerum natum adorauit, & thura sibi exhibuit. Quando tres magi gentiles ad terram procidentes Christum natum adorauerunt. Quod p̄uidens psalmista in persona Christi dicit. *Exaltabor in gentibus.* Fuit etiam subito exaltatus in terra, scilicet, in populo iudęorum, quando à pastoribus iudęis fuit spiritua-liter adoratus, & ab Anna prophetissā & Simeone Deus p̄dicatus. Et ideo dicit. *Exaltabor in terra.* propter quod ait psalm. 148. Exaltatum est nomen eius solius.

Natiuitas Christi.

Idolum.

Psal. 148.

765.

**Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob.**

Hic ostēdit Christi incarnationem factam &c. Dic vt supra versiculo. 761. Quia hic dicitur dominus virtutum nobiscum, scilicet, per incarnationē, & ostensum est in p̄cedenti quęstione, quod ista propositio est vera, Deus factus est. Ideo consequenter quærō vtrum ista sit vera, homo factus est Deus, in scripto meo.

766

Omnes gentes plaudite manibus, iubilare Deo in voce exultationis.

Hic psalmus talem habet titulum. Ad victoriã filijs Chore psal. Pro cuius expositione sciẽdũ quod filij Chore (de quib. dictũ est in ritu. præcedentis psalmi) spiritu prophetico multa futura præviderunt. quæ significabãt alia futura tẽpore Christi. Et inter cetera præviderunt multas victorias futuræ populũ Dei tẽpore Iosue. Et de illis victoriis habitis à populo Dei de inhabitãtib. terrã promissionis. hic aliquæ narrãtur. Et sic sensus tituli est. Iste psal. factus ad ostendendã victoriã. s. multiplicẽ habitã tempore Iosue. attribuitur filijs Chore. quia scilicet ab eis est factus. Intentio psal. est monere nos ad laudẽ Dei & gratiarum actionem de beneficiis receptis ab ipso. Quantum vero ad intellectũ psalmistæ aliter exponitur. Nam filij Chore significant filios crucis. i. deuotos Christi passionis. Et est sensus. iste psal. qui est ad victoriã Christi per crucẽ habitã. attribuitur filijs Chore. i. redẽdẽ cõpetit filijs crucis. Ithũ ergo psalmũ exponẽdo primõ exponã literã. secundõ dicam intellectũ psalmistæ. Quantum ad primũ iste psal. habet duas partes. Quia primõ Dei beneficia narrãtur. Secundõ omnes ad gratiarum actionem inuitantur. ibi. Psallite &c. vt. N. Quantum vero ad intellectũ psalmistæ. iste psalm. agit de victoriã Christi & beneficiis per Christum nobis collatis. Et diuiditur in duas partes. Quia primõ narrantur Christi beneficia. Secũdõ ostenditur debita sibi reuerẽtia. ibi. Psallite. Prima in duas. quia ostenditur primõ Christi gloriosa operatio. Secũdõ eius gloriosa ascensio. ibi. Ascendit Deus. Prima in duas. quia primõ populus ad Dei laudem excitatur. Secũdõ ratio laudis demõstratur. ibi. Quoniam dominus excelsus. Quantum ad primũ sciendũ quod psal. gentilem populũ. quẽ in præcedenti psalmo Christo per fidẽ subiugãdũ prædixit. in præsentĩ psal. ipsum iam cõuersum ad laudem Dei inuitat dicẽs. Omnes gentes &c. Vbi nota quod secundum grammatikos plaudo. dis. idem est quod manus adinuicẽ ex lætitiã repercutere. claudere vel simul iugere. vel manib. sonum ex gaudio facere. Secũdũ theologos autem per manus quibus operamur. opera nostra significãtur. vt ait Grego. Quid est ergo plaudere manib. nisi opera bona operibus bonis cõiungere. & sic hilaritatẽ mẽtis & exultationem resonare. Vnde hic ait gl. Omnes gentes plaudite manibus. i. gaudete bonis operibus. Cõsimiliter dicitur. Flumina plaudent manu simul. vbi ait glo. Sancti pleni spiritu sancto exultabunt bonis operibus. Et aduerte quod in isto inuitat gentes ad plaudendum Christo. & nõ iudæis. eo quod præuidebat iudæos nõ recepturum Christũ. secundum illud Ioan. 1. In propria venit. & sui eum nõ receperunt. sed gentes eius fidem recepturas. Idcirco ad gentes se cõuertens ait. Omnes gẽtes plaudite manibus. q. d. secundum gl. Et si iudæi ipsi nostro Chore. i. caluo Christo insulrent deridendo dicentes. calue calue. Vos tã omnes gentes ad quas transiuit gratia plaudite manibus Christo id est bonis operibus gaudete. Et aduerte quod hoc signum vniuersale omnes hic stat pro generibus singulorum. non pro singulis generum. Iubilare Deo in voce exultationis. Vbi notandum quod secundum

Plaudere.

Manus significat opera.

Psalm. 97.

Ioan. 1.

Iubilare.

A grammaticos iubilus est gaudium mẽtis tantum quod verbis recitari non potest. nec tamen penitentia reticere. Et sic iubilare est quadam voce confusa gaudium mẽtis ostendere. Et cõformiter Grego. dicit. Iubilum dicimus cum tantã lætitiã corde concipimus. quantam per sermonis efficaciam non explemus. Et tamen mẽtis exultatio hoc quod sermone non explicat voce sonat. Quid ergo propriẽ est homini iubilare. nisi purgatis prius vitiis supernæ patriæ præmia considerare. & inde tantã in corde lætitiã concipere. vt ipsam sermone explicare non possit. sed quadam voce confusa ipsam resonare. Quod ostendit Greg. dicens. Deus innotescendo homini. prius ipsum afficit. postmodum exhilarat. Aliter enim quisque compungitur cum interna intuentis malorum suorum pauore terretur. B. Aliter vero compungitur. cum gaudia superna cõspiciens spe quadam in securitate roboratur. Illa cõpunctio tristis. hæc vero lætas lachrymas mouet. Iubilum namque dicitur. quando ineffabile gaudium mente concipitur. quod nec abscondi potest. nec sermonibus aperiri. & tamen quibusdam motibus proditur. quamuis nullis proprietatibus exprimat. Vnde Daniid propheta intuentis electorũ animas tantum gaudium mente concipere. quantum sermone non valent aperire. ait. Beatus populus qui scit iubilationem. non ait qui loquitur. sed qui scit. Quia sciri quidem iubilatio intellectu potest. sed verbis exprimi non potest. Sentitur quippe per illam quod vltra sentit est. & quamuis ad hanc contemplandã sufficiat conscientia scientis. ad hanc tamen dicendam non sufficit lingua dicentis. Et subdit. Sic ergo cordibus nostris. lux se veritatis insinuans iustitiam præterendo contristat. postmodum æterna gaudia aperiendo lætificat. vt post lachrymas ad iubilũ confurgat. Ex quibus apparet quod gentili populo dicere. Iubilare Deo in voce exultationis. nihil aliud est dicere quam prius considerando peccata vestra. illa per penitentiam purgate. & post iubilare Deo per internum gaudium de cõsideratione præmiorum id est Deũ laudate. Iubilare Deo omnis terra. psalmum dicite nomini eius &c.

Greg. 8. m. cap. 4.

Greg. 14. m. cap. 4.

Psalm. 33.

760

Psalm. 69.

767.

Rev. Ch. sum.

Eccl. 1.

Dominus.

Capit.

Quoniam dominus excelsus. terribilis. rex magnus super omnẽ terram.

Hic cõsequenter ostenditur ratio quare sic Deũ laudare debemus. Et diuiditur in partes tres. secundum quod hic ostendit quod triplici ratione Deo iubilare debemus. scilicet. Primõ ratione diuinæ maiestatis excelsæ. Secũdõ ratione dignitatis ecclesiæ concessæ. ibi. Subiecit. Tertio ratione hereditatis nobis promissæ. ibi. Elegit nobis. Quantum ad primũ sciendum. quod regis nobilitas & excellẽtia. non parum subiectos lætificat. propter quod dicitur. Beata terra. cuius rex nobilis est. Sed quis nobilior rege & domino nostro Iesu Christo. certõ nullus. Et hoc est quod dicit. Quoniam dominus excelsus & terribilis. Excelsus in potentia. terribilis in iustitia. Excelsus bonos eleuando. terribilis malos iudicando. Quod ideo dicit. vt bonos ad iubilum de tanto domino inducat. & malos terrendo conuertat. vt se dominum habere credãt. Narrat. P. Alfonso. quod quidam in tantam dementiam venerat & insaniam quod credebat se non habere caput. nec cor. neque aliqua interiora. nec aliquis ab hac opinione aliquibus persuasionebus poterat ipsum

ipsum remouere. Quidam vero medicus subtiliter agens circa ipsum. fecit fieri pilleum plũbeum multã grauitatis & imposuit capiti illius. Et sic ille partim ex onere quod gerebat in capite. & partim ex repercussione sanguinis & caloris qui ex tali põdere ad caput ascendebar. deductus est paulatim ad suã nouitiã. vt sentiret se caput habere. Sic & moraliter multi sunt qui nõ se credũt habere caput. i. dñm. s. se qui eos iudicare vel punire possit. dicentes illud psal. 11. Quis nr̄ Deus est? Itis ergo Xps vt se illorũ ostendat dñm. nã quia ex visu hoc percipere nolũt ex põdere penã hoc experienter eis æternaliter infli gende. eorũ superbiã. q̄ semper ascẽdit deprimente. Quæ quidẽ æterna penã pp grauitatẽ põdus plũbeũ dicitur. q̄ nulla grauior penã põt esse. sic ut nil grauius plũbo. Eccl. 22. Super plũbum quid grauiatur. Sic. n. ex grauitate penẽ ille superbius Antiochus Deũ esse dñm recognouit: quẽ ante nolebat recognoscere. De quo dicitur. 2. Macc. 9. Is qui sibi videbatur fluctibus maris imperare: & motũ altitudines in statera appẽdere. diuina admonitus pla ga. ad agnitioẽ sui cõpẽt venire. ita vt diceret. Iustũ est subditum esse Deo: & mortalẽ nõ paria Deo sentire. Sic & superbos penã cõminãdo. psalmistã terret. d. Quoniam dominus excelsus & terribilis. Sequitur Rex magnus super omnẽ terrã. q. d. Nõ solum Xps in vna parte mundi dñatur. sed super oẽm terrã dominium suum se extẽdit. Et hoc bene figuratũ fuit in titulo crucis suæ. in quo rex Christi dicebatur Qui tã titulus triplici lingua erat inscrip̄t. ad quas oẽs aliæ linguę reducebãt. s. Græcõ. Hæbraicõ. & Latinẽ. Nã græca toti mundo præerat rõne sciẽtiæ. Hæbraica rõne diuini cultus & reuerẽtiæ. Sed latina rõne dominij. & potentia. Et idẽ de Christo dicitur. Quoniam Deus magnus dominus. & rex magnus super oẽs deos.

768. q. 1. sum. m.

Deus.

Psalm. 8.

Rev. Ch. sum.

Eccl. 1.

Dominus.

Capit.

Subiecit populos nobis. & gentes sub pedibus nostris.

Hic ostendit Christum esse laudandum ratione dignitatis cõcessæ spõsæ suæ. i. ecclesiæ: cui orbem terrarum subiecit. Vbi notandum q̄ sicut spõsa nomen dignitatis sponsi cum spõso participat. vt pura spõsa regis dicitur regina. imperatoris dicitur imperatrix &c. sic & dignitatem cum spõso participare debet. Christo autem Deus subiecit orbem terrarum. psal. 8. Omnia subiecit sub pedibus eius. Sic & per cõsequens orbẽ terræ Christus suæ spõsæ subiecit. Et hoc est quod ecclesia de Christo dicit. Subiecit populos nobis. Quid n. per populos nisi iudæos intelligere debemus. sicut per gentes ipsos gentiles idololãtras: vt patet supra versic. 8. Dicit ergo sancta mater ecclesia. Subiecit populos nobis. i. iudæos Qui & si fide discordant ab ecclesiã. nec sperãt nobiscum æterna bona percipere. tamen ex omni parte orbis profugij apud solam ecclesiã refugium habẽtur: & eius dominio subiiciuntur. Et hoc clarẽ hic notat glo. d. Loquitur hic psalmistã in persona totius ecclesiæ. q. d. Ideo plaudite & iubilare Deo. quia subiecit populos nobis. i. vniuersali ecclesiæ. Hoc enim dicere omnibus fidelibus vniuersaliter conuenit: quia omnes extrinseci. s. iudæi subiecti sunt. Quot enim modo currunt ad ecclesiã nondum Christiani rogantes auxilium ecclesiæ subueniri sibi tẽporaliter volunt. & si in æternum adhuc regnare nobiscum nolunt Psal. ergo præuidens populum iudæorum solum ad ecclesiã habi

Incogn. Tom. j.

iturum recursum in persona Christianorum dicit. Subiecit populos nobis. Sic enim dominus prædixit iudæis. Si non audieritis me subiciemini iis qui vos oderunt. s. Christianis qui odio habent infidelitatem vestram. Sequitur. Et gentes sub pedibus nostris. Vbi notandum quod hic per pedes sancti & apostoli & prædicatores intelliguntur: quia sicut pedes corpus portant. ita sancti apostoli & prædicatores Christum & Christi fidem portauerunt per orbem. Isti enim pedes à iudæis repulsi ad gentes se traiecerunt & ad illas fidem Christi portauerunt: vt ostendit Greg. super illo verbo tob. 28. Quos oblitus est pes egentis hominis: dicens. Quis hoc loco alius accipitur egenus. nisi ille de quo per Paulum dicitur. Qui propter nos egenus factus est. cum esset diues. Cuius egentis hominis pedes sancti prædicatores fuerunt. per quorum profectio præsentiam gentilitatem circuitens mundum perambulauit vniuersum. Sed iudæos pes egentis hominis est oblitus. quia in ipso initio nascentis ecclesiæ dum sancti apostoli iudææ regnum celorum prædicare voluissent. videntes quod eis nihil omnino proficerent. ad prædicandum gentibus deslexerunt. De quibus per prophetam dicitur. Transferentur montes in cor maris: quia repulsi à iudæa apostoli. in hoc gentilitatis sæculo sunt translati &c. Præuidens ergo psalmistã gentes per prædicationem apostolorum ad fidem ecclesiæ subiciendas. in persona ecclesiæ dicit. Et gentes sub pedibus nostris. s. subiecit. Vel ista possunt esse verba apostolorum. d. Subiecit gentes &c. Vnde ait glo. hic. Apostoli enim passi à iudæis à iudæis honorantur à gẽtibus: vnde & dicitur. Et gentes. s. subiecit sub pedibus nostris. i. sub prædicatione nostra. Per pedes enim prædicationem accipe quibus gentes subiecit.

Leuit. 26.

Ves. s. p. s. c. 1. q. 1. q. 1.

Greg. 18. m. ca. 19.

2. Corint. 8.

Psalm. 49.

Elegit nobis hæreditatem suam speciem Iacob quem dilexit.

769. De p. m. dist. 2. scio.

Hic ostendit Christum à nobis laudandum ratione hereditatis promissæ: ad quam gratis & non ex meritis nostris nos Deus ab æterno elegit: dicitur apostolo. Deus benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo Iesu: sicut nos elegit in ipso ante mundi constitutionem &c. Et ibi notat magister in glo. quod duæ sunt Dei electiones sue prædestinationes. & duplex earum effectus: quarum altera est de præsentĩ ad iustitiam & altera de futuro ad gloriam. Nec tamen intelligens quod sint in se duæ Dei electiones vel prædestinationes: cum vna tantum sit prædestinatio quæ est ipse Deus. sed quia de duobus est ipsi Dei electio vel prædestinatio. s. de iustitia in præsentĩ & de gloria in futuro. Deus enim ante mundi constitutionem cum nullus adhuc aliquid meruerat: præordinauit quod in tempore gratiæ aliquos à perditis separaret: & iustos & immaculatos faceret: præordinauit etiam quod & illos iustos ad æternam hæreditatem perduceret. Alteram electionem hic implet quæ iustos facit: alteram in futuro implebit quæ erit omnium perfectio. Et ab ista vltima apostolus incipit. d. quod Deus benedixit nos in omni benedictione. scilicet in cœlestibus: accipiens præteritum pro futuro propter certitudinem rei futuræ. d. Benedixit. id est benedixit. id est in futuro exultabit ad gloriam. Sed de prima electione quæ est in præsentĩ ad iustitiam: tubdit. Sicut

Ephes. 1.

Electio. Prædestinatio.

D d nos



nos elegit in ipso ante mundi constitutionem, q. d. A  
 Benedicet nos in futuro, qd & si videtur ex meritis  
 nostris, ita tamen gratis erit sicut & prima electio.  
 Sed iustitia est gratuita: quia merita que precedunt  
 futuram gloriam ex gratia sunt, & dona Dei sunt.  
 Coronat ergo Deus in nobis dona sua, non  
 quæ ex nobis sunt merita. Et hoc est quod ait.  
 Sicut elegit nos ante mundi constitutionem, q. d. Ita  
 gratis nobis dabit gloriam sicut gratis nos elegit in  
 Christo ante mundi constitutionem, sine aliquibus no-  
 stris meritis. Quo autem elegit eos qui nondum erant  
 nisi predestinando? Sicut ergo non elegit nos ante  
 mundi constitutionem, eo quod tunc facti essemus: quia non-  
 dum eramus: sed solus gratis elegit nos ut facti esse-  
 mus: ita quod diuina electio est causa quare facti su-  
 mus, & non sanctitas nostra est causa quare nos Deus  
 elegit. Ita omnia intelliges psalm, hic ait. *Elegit nos heredi-  
 tate sua.* scilicet elegit nos ad iustitiam ut nobis hereditate  
 sua, scilicet gloriæ daret. Et si quæras: qui sunt illi quos  
 sic Deus elegit. Respondet. *Specie Jacob que dilexit.* q.  
 d. Illi à Deo sic sunt electi, quod specie Jacob imitantur, scilicet  
 vitam speciosam Jacob, scilicet qui terrena dat pro cælesti-  
 bus: sicut Jacob dedit edulium lentis pro primo geni-  
 tis Esau. Et nota quod hic textus in multis libris varia-  
 tur: quia aliqui habent specie Jacob que dilexit, & ali-  
 qui quæ. Et tunc utroque modo textus est clarus: quia si di-  
 catur quæ, tunc refertur ad specie, si autem dicatur que  
 tunc refertur ad Jacob. Et quia hic innuit psalm, quod  
 gratis & sine meritis sumus à Deo electi & prede-  
 stinati: ideo ad hoc declarandum quero, utrum elec-  
 tio vel predestinatio in nobis habeat causam me-  
 ritoriam &c. Bonaventura primo, di. 41. q. 1.

**Ascendit Deus in iubilo, dominus  
 in voce tubæ.**

Hic agitur de gloriosa Christi ascensione. Vbi nota-  
 dum quod sicut propter nos de celo descendit ad terras: sic  
 & propter nos de terris ascendit ad celos. Vnde de ipso  
 ait apostolus: quod autem ascendit quid est, nisi quia de-  
 scendit primum in inferiores partes terræ? Qui descen-  
 dit ipse est: & qui ascendit super omnes celos. Et de ista  
 ascensione nunc ait psalm. *Ascendit Deus in iubilo.* Acci-  
 pit preteritum pro futuro, d. *Ascendit.* id est ascendet. Do-  
 cet, n. experientia quod res naturaliter tamen ascendere po-  
 test quantum descendit: sicut patet in conductis aque  
 per quos aqua quantum prius descendit tamen postea as-  
 cendere potest. Christus ergo cum descenderit de caelis ad  
 terras: quid mirum si de terris ad celos ascendit? Et  
 circa istam ascensionem notandum quod tripliciter Christus  
 ascendit, scilicet euidenter, sapienter, & letanter. Primum as-  
 cendit euidenter: & non in occulto, ut viam nobis ostē-  
 deret: vnde scribitur. *Vidētibz illis eleuatus est &c.*  
 Sicut n. palam crucem ascenderat, quæ ascensio fuit me-  
 ritum suæ glorificationis: quia per ascensum crucis  
 meruit ascendere celos. Sic & iustum fuit, ut palam  
 ascenderet celos: propter quod de ascensu crucis di-  
 cebat, *Ascendā in palmā & apprehendā fructus eius.*  
 Sic ergo palam ascendendo nobis ascendendi viam  
 demonstrauit. Ascendit iter pandens ante eos. Secundum  
 ascendit sapienter. Sapiens n. ædificiū suū in altū  
 erigere volens primum fundamentū solidū facit. Sic  
 & Christus primum ascendit fundamentū suæ  
 ascensionis collocauit, quod fuit crucis & passionis as-  
 census. d. Oportuit Christū pati, & ita intrare gloriā  
 suā. Et sic primum descendit ad penā, ut inde ascenderet  
 ad gloriā. Qui descendit ipse est, & qui ascendit. As-  
 cendit sapiēter. Ciuitate fortitū ascendit sapiēs. Ter-  
 tiū ascendit letatē, Et hoc est quod nunc ait psalm. *As-*

770.

Ascensio  
Christi

Ephes. 4.

11. q. 2. in qua  
dicit.

Actuum. 1.

Philipp. 2.

Cant. 7.

Michee. 2.

Lucæ. 24.  
Ephes. 4.  
Prover. 2. 1.

*Ascendit Deus in iubilo.* Quam n. credere debemus fuisse  
 se apostolorum letitia quam videntibus illis assumptum  
 est in celum. Vnde hic ait gl. *Ascendit Deus in iubilo.*  
 scilicet Christus: quia gaudium admiratum apostolorum  
 non poterat exprimi verbis. Est n. iubilus ineffabile  
 gaudium quod nec taceri potest, nec exprimi valet. Quod  
 ecclesia repræsentat in præcipuis solennitatibus circa  
 eandem vocem variis formando melodias: ut in na-  
 tali domini cantat, tanquam spiritus: quasi non valens ex-  
 primere mentis hilaritate sentiens de se: sicut Hieremi-  
 as ait. A. A. Domine Deus puer sum, nescio lo-  
 qui. Et Moyses postquam cepit loqui cum domino, dicit  
 se factum esse impeditioris & tardioris linguæ: qui  
 ante omni sapientia Aegyptiorum fuerat eruditus. Nam  
 cum quis accedit ad intelligendum & loquendum  
 de verbo quod erat, in principio apud Deum, mens de-  
 ficit: vox silet &c. Præfatos autem ascensionis Christi  
 gradus notans Ber. super illo verbo apostoli. Nemo  
 ascendit in caelum &c. d. Dominus noster Iesus Christus  
 volens nos docere quomodo ascendere debemus  
 in caelum fecit quod docuit. Ascendit in caelum. Et quia  
 ascendere non potuit nisi prius descendisset, assump-  
 sit descendendo naturam in qua ascendere posset. Des-  
 cendit itaque: quo inferius non decuit, ascendit quod  
 celsius non potuit. Ipsumque descensum egit fortiter:  
 quia Dei virtus erat, ascensum vero disposuit suaviter  
 quia Dei sapientia erat. Descendit autem non cecidit:  
 quia qui cadit sine gradibus, qui autem descendit grada-  
 tim pedem ponit. Sit ergo in descendendo: sit in ascen-  
 dendo gradus. In descendendo quidem primus gradus est.  
 A summo celo usque ad carnem. Secus usque ad crucem. Ter-  
 tius usque ad mortem. Ecce quousque descendit. Vidimus  
 descendens, videamus & ascensum. Similiter & ascensus  
 tres gradus habet. Primus ascensionis gradus est gloria  
 resurrectionis. Secundus potestas iudicialia. Tertius  
 ascensus ad dexteram patris. De morte, n. meruit resur-  
 rectionem. De cruce iudicialia potestas: quoniam in illa iniu-  
 ste iudicatus est: ut de illa iuste obtineret iudicis ce-  
 lum. Ipsam n. serui formam, in qua passus est & mor-  
 tuus resurrectione euegit super omnes celos & super omnes  
 angelorum choros usque ad dexteram patris. Quid hac  
 dispositione suauis, ubi mors absorbetur in victo-  
 ria: ubi ignominia crucis vertitur in gloria: ubi ip-  
 sa carnis humilitas ex hoc mundo ascendit ad pa-  
 trem? Sic ergo per suam incarnationis mysterium des-  
 cendit Christus: & postmodum gloriosus ascendit,  
 relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ei-  
 us, ut descendamus per viam humilitatis. Ponaturque  
 primus gradus eius nolle dominari. Secundus velle sub-  
 iici. Tertius in ipsa subiectione quasi libet iniurias  
 & contumelias illatas: æquanimiter pati. Et tunc Christus  
 nobis dicit. *Ascende mecum in sortem meam.* Sic ergo ascen-  
 dit dominus in iubilo sequitur. *Et dominus in voce tubæ.* Vbi  
 nota quod vox angelorum tuba vocatur: cuius ratio est,  
 quia vox tubæ procedit ab homine, alio à se assum-  
 pro instrumento: quia tuba non per se sonat, sed per  
 hoiem, cuius est instrumentum. Similiter & angeli cum  
 de se corpus non habeant, per se vocem formare non pos-  
 sunt, sed assumunt corpora in quibus loquuntur: &  
 ideo eorum vox dicitur vox tubæ. Ipse dominus in voce ar-  
 changeli & in tuba Dei descendit de caelo. Et certum  
 est quod ipse dominus ascendit cum voce an-  
 gelorum manifeste clamantium. Vari Galilæi quid  
 stans aspicientes in caelum, &c.

**Psallite Deo nostro, psallite, psallite  
 regi nostro, psallite,**

Hic ostenditur debita Christo reuerentia. Ita autem  
 reue-

Remard.  
Ephes. 4.  
Defini  
Christi.

Incl.

Thom. 4.

771

reuerentia Christo debita penes quatuor potest con- A  
 siderari. scilicet ista reuerentia in qua re debet sibi fieri,  
 quomodo, quare, & quis finis. Et in hoc ista pars  
 habet quatuor partes: quia ostenditur istius reue-  
 rentia Christo debita. Primum causa materialis & sub-  
 iectiua. Secundum causa formalis & discretiua ibi.  
*Quoniam rex.* Tertium causa mouens & allestiuua, ibi. *Re-  
 gnauit.* Quartum causa finalis & primatiua, ibi. *Prin-  
 cipes populorum.* Quantum ad primum sciendum quod reue-  
 rentia Christo debita non consistit in verbis, sed ma-  
 gis in operibus, ipso d. Non omnis qui dicit mihi do-  
 mine dñe, intrabit in regnum celorum, sed qui facit &c.  
 Hoc notat psalm, d. *Psallite Deo &c.* Vbi nota quod in  
 grammatice psallere proprie est gestu corporis ex-  
 primere gaudium mentis: & sic psallere id est quod psal-  
 lere in voce qua in opere. Quod verbum à psalterio scriptum  
 est: quia David psalmos decantabat domino, non solum  
 voce humana, sed principaliter psalterium decem chor-  
 darum manu tangendo. Et sic psallere id est quod psal-  
 lerium decem chordarum tangendo pulsare. Quid autem  
 per psalterium decem chordarum intelligitur nisi deca-  
 logus decem præceptorum? Tunc ergo psallimus domino  
 cum decem domini præcepta manu tangentes adim-  
 plemus opere. Et sic laus Christo debita stat in ope-  
 re virtuoso, non in voce: vnde hic ait gl. *Psallite Deo no-  
 stro.* id est operibus laudate dominum Iesum Christum, que  
 irriserunt iudæi. Et nota quod in isto versu quater dicit  
*psallite.* Pro cuius enidertia notandum, quod reuerentiam  
 Deo quatuor modis exhibemus. scilicet ipsum humiliter  
 postulando, obsecrando, orando, & gratias agendo. Ut  
 ergo dominum Iesum Christum istis quatuor modis ho-  
 noremus, & hic quater dicitur psallite. Vnde Ber.  
 de multis modis orandi dicit in epistola ad Carul-  
 d. Reuerentiam Christo offerre debemus quadrupli-  
 citer. Postulatione, obsecratione, oratione, & gra-  
 tiarum actione. Postulatio est quam primam posuimus  
 circa obtinenda temporalia, & necessaria aliqua vite  
 huius, in qua Deus postulantis quidem approbas bo-  
 nam voluntatem, facit tamen quod melius ipse iudi-  
 cat, & dat libenter sequi bene postulanti. Obse-  
 cratio vero in exercitiis spiritualibus est annexa ad  
 Deum instantia, quibus ante gratiam succurrentem  
 qui apponit scientiam non apponit nisi dolorem. Ora-  
 tio vero est hominis Deo adherentis officio & fa-  
 miliaris quedam & pia allocutio. Porro gratiarum  
 actio est in intellectu & cognitione gratia: Dei bo-  
 nae voluntatis indeficiens ad Deum & interflexa in-  
 tentio &c. Quia ergo istis quatuor modis Deum lau-  
 damus, ideo in isto versu, quater nobis dicitur *psal-  
 lite.* q. d. *Psallite Deo nostro* postulando. *psallite* obse-  
 crando. *psallite* orando regi nostro. *psallite* gratias a-  
 gendo. Sed forte d. aliquis: quare vtrum psallere sem-  
 per sit orare: hoc est vtrum omnis psalm, sit oratio. Et  
 hanc questionem mouet Hugo de sancto victore in  
 libro de virtute orandi, d. Quosdam mouere solet,  
 quod in orationibus nostris illos etiam nonnunquam  
 psalmos, qui vel petitionis verba non habent, vel qui  
 ad nostram petitionem non pertinent, decantare sole-  
 mus, cum inquit, Deum pro indulgentia pecca-  
 torum nostrorum deprecari volumus, quid nobis pro-  
 dest si psalmos, quare fremuerunt gentes, vel atten-  
 dit popule meus: vel alium huiusmodi psalm, decan-  
 tamus. Respondet quod cum oratio sit ascensus me-  
 tis in Deum, omne illud ad orationem pertinet, quod  
 dicendo nostram deuotionem erga Deum auget &  
 eleuat. Vnde sic respondet idem, d. Dicamus ergo  
 omnes illas scripturas idcirco conuenienter posse  
 inter vota precum nostrarum ab orantibus recita-

ri, quæ in nobis affectionem pie deuotionis excitant  
 & cor nostrum vel narrando laudē Dei ad eius a-  
 morem prouocant, vel nostram commemorando mise-  
 riam ante conspectum eius nos humiliant, vel mali-  
 tiam aduersariorum nostrorum exaggerat: & vtilē nobis  
 sollicitudinē & fiduciam coram ipso ampliorē præ-  
 stant. Siue ergo laudē Dei in bonitate & potētia, si-  
 ue miseriam nostrā in infirmitate & culpa nostrā:  
 siue malitiā aduersariorum nostrorum in tyrannidē  
 eorum & astutiā ad exercitationē mentis & augmē-  
 tum bonæ deuotionis orātes commemoramus: nihil  
 ineptum facimus, sed per ipsam affectū, quē ipsa  
 in nobis verba excitant, vbiq; orantes sumus. Vnus  
 quisq; ergo cum in oratione vel psalm, vel alias quas-  
 cunq; scripturas decantat, diligenter consideret cui  
 effectui deseruiat, & ad illum affectū toto nisu cor-  
 suū excitet, ad quē illud quod loquitur magis per-  
 tinere videt. Sicq; per intelligentiā verborū in amo-  
 rem & deuotionē affectum ascendet. Nos ergo præ-  
 cibus nostris præueniamus faciē domini. Et ut me-  
 reamur obtinere quod petimus, non simulatā deu-  
 tionē, sed veram charitatē offeramus. Beatificemus  
 amicos domini nostri, indignemur inimicis eius,  
 laudemus in eo potentiam, pietatē, sapientiā, æqui-  
 tatem. Itē narremus ei miseriam nostrā, offeramus  
 ei obedientiā nostram: dicamus & credamus alium  
 non esse per quē possimus eripi, per quem speremus  
 liberari. Item ostendamus ei aduersariorum nostro-  
 rum demōnū ac peruersorum hominū malitiā cru-  
 delitatem, iniquitatē, tyrannidem, quod ei aduersantur  
 qui nos persequuntur: quod nos odimus quod ille o-  
 dit: quod diligimus quod ille diligit: malle nos pro  
 pter eum omnia odia inimicorū eius perpeti quā  
 contra eius voluntatem habere pacem eorū: hęc ille.

**Quoniam rex omnis terræ Deus  
 psallite sapienter.**

Hic consequenter ostenditur diuine laudis ratio forma-  
 lis & discretiua, scilicet quod discretē & sapienter ipsum  
 venerari debemus pro quod dicit *psallite sapienter.* Vbi  
 sciendum quod ut dictum est in præcedenti versu, psal-  
 lere idem est quod operibus laudare vel orare. Ille  
 autem Deum laudat sapienter, quod discretē, ille autem discre-  
 tē qui colit quod est colendus, & quod non est colendus non  
 colit. Quod dicit propter gentiles & idololatrias qui co-  
 lebant lapides & ligna qui facturā suam adorabāt:  
 & tales non psallebant sapienter sed stultē: postquam  
 autem per Christi & apostolorum prædicationē ad verum  
 Deum sunt conuersi sapienter psallunt: quia colunt quod  
 est colendum. Vnde hic dicit glo. d. *psallite sapienter.*  
 hic docet quomodo sit psallendum, scilicet sapien-  
 ter, olim enim sine sensu psallebant gentes dum  
 lapides colerent. Nemo n. sapienter facit quod non in-  
 telligit, vel qui exhibet deuotionem idolo, quod non  
 habet intellectū. Vel ille psallit sapienter qui sapienter  
 orat. Ille autem sapienter orat quod Deum querit oran-  
 do, non quæ sunt supra terram. Vel ille sapienter psal-  
 lit qui Deum quē verbis colit, corde & operibus ve-  
 neratur. Sapientia n. veritatem includit, ille autem  
 veritate caret: qui vnum verbis loquitur & opposi-  
 tum cogitat & operatur. Vel aliter *psallite sapienter.*  
 id est psallendo amor vester tendat in Deum. Ipsa e-  
 nim sapientia per Dei amorem causatur in nobis.  
 Quod declarat Liconiēsis in sermone de pastoribz,  
 d. Sicut cera mollis sigillo applicato formatur omnē  
 imitationē formatū & figurarum sigilli recepti, sic  
 anima per amorē ad Deum applicata similē formā  
 ipsius pulchritudinis recipit. Et cum summa pulchri-  
 tudine

772.

Sapientia  
Amor Dei

Sapientia,  
Amor Dei

rudine nulla sit superior pulchritudo, nec aliqua si-  
bi desit pulchritudinis cōditio: ideo anima per amo-  
ris copulā à summa pulchritudine impressa nō ca-  
rebit aliqua pulchritudine quæ est supra illā, & om-  
nis pulchritudo inferior parum refulgebit respectu  
istius. Amor ergo qui facit hominē Dei formē, facit  
eū summæ sapiētīæ participatione sapiētē: quia ip-  
se amor est ipius veritatis notitia. Et hinc est quod  
per sapiētīa deuenimus in cognitionē creatoris. Ex  
quibus patet, q̄ sapiētīa includit amorem Dei, &  
sic psallere sapiēter, est psallēdo principaliter Deū  
amare. Et sic sapiēter psallebat apostolus. d. Psallā  
spiritu, psallā & mente. Et huius causam præmittit  
d. *Quoniam rex omnis terræ Deus.* per hoc volens ve-  
rum Deum à falsis diis distinguere. Nullum enim  
fuit idolum vel falsus Deus, qui ubiq; coleretur. Sed  
vna ciuitas vel patria vnū idolū colebat vel deū fal-  
sum, & alij alium: quia illi dii virtutē suā per demo-  
nes illis applicatam non generaliter in omni ter-  
ra, sed solū in aliqua terra demonstrabant. Sed Deus  
noster nō sic, sed ubi regnat, omnia regit & guber-  
nat. Et hoc est quod dicit. *Quonia rex omnis terræ Deus.*  
Vnde hic ait glo. *Quonia rex omnis terræ Deus,* in om-  
ni terra prædicatus & cognitus. Nō est Deus tātum  
partis terræ, vt Iupiter Cretæ, Mars Thraciæ &c.  
Sed Deus noster rex vnīuersalis rex æternus. Deus  
aut noster rex ante secula. Est ergo sensus versiculi.  
*Psallite Deo sapiēter.* s. per amorem, ratio: quia ipse  
est rex omnis terræ.

**Regnabit Deus super gentes, Deus  
sedet super sedem sanctam suam.**

Hic cōsequēter ponitur laudis diuinæ causa mo-  
uens & alleclua, quia quilibet suū verū regē & do-  
minum honorare & laudare tenetur. Christus aut  
est verus omnīū rex. Et hoc est qd̄ ait. *Regnabit Deus*  
&c. Et si dicas, quare de futuro loquitur. d. Regna-  
bit & nō regnauit? Respondeo q̄ s̄m philosophum  
s. politic. ad hoc quōd aliquis verē regnet & aliquo-  
rum rex dicatur, duo cōcurrunt. s. vnum ex parte re-  
gentis. s. amor subditorū & reipublicæ, & aliud ex  
parte subditorū. s. amor erga regē & voluntaria sub-  
iectio. Modo quāuis ante Christi prædicationē &  
apostolorū ipse Deus esset omnium gētium verus  
dn̄s & rex: quātum ad id qd̄ spectat ex parte dn̄i vel  
regis, nō tamē quātum ad id qd̄ spectat ad subditos,  
quia gētes Christi dn̄ium refugiebāt, sed per præ-  
dicationē dictā voluntariē se Christi dn̄io submis-  
erunt, & integraliter factus est rex eorū. Et hoc præ-  
uidēs psal. de futuro dicit. *Regnabit &c.* Et si in mul-  
tis locis psalmorum inuenias de præterito regnauit  
hoc est intelligēdum, quātum ad id quod requira-  
tur ex parte regētis, vel q̄ ibi accipitur præteritum  
pro futuro more scripturæ. Dicat ergo regnabit  
Deus super gētes. q. d. Qui olim regnauit super vnā  
solā gentē iudæorum ( quia solum in Iudæa notus  
erat Deus) regnabit super omnes mundi gētes, quæ  
voluntariē eius cultū recipiēt. Oēs gētes quascunq;  
fecisti, veniēt & adorabunt corā te &c. Et quia ad  
regē spectat iudicare subditos, bonos præmiare, &  
punire malos, ideo subditur. *Deus sedet super sedē san-  
ctam suā:* quia in fine veniet omnes iudicare. Cū ve-  
nerit filius hominis &c. tunc sedebit super sedē &c.  
Sed quæ erit illa sedes? Respōdet Origenes ibidē d.  
Sedes autē Christi aut quidā perfectiores sancto-  
rum dicuntur, de quibus scriptū est. Illic sederunt  
sedes in iudicio, aut quedam virtutes angelicæ, quæ  
thrōni dicuntur. Vel per sedē intellige ipsas gentes

1. Corint. 14.

Psal. 71.

773

Regnare, Philosoph. politicorum.

Esai. 35.

Matt. 25. Origenes.

A qua prius sedes erāt demoniorum, sed nunc sedes  
factæ sunt Christi per fidem: vt Christus in ipsis ha-  
bitet. De sede Christi vide supra versic. 74. 2.

**Principes populorum congregati  
sunt cū Abraham, quoniam dii fortes  
terræ vehementer eleuati sunt.**

Hic ostendit diuinæ laudis causa finalis & præ-  
miatiua: quia. s. se venerātes debite beatificat. Vbi  
notā q̄ sicut peccato principis q̄nq; populus puni-  
tur: vt patet. 2. Reg. 22. vbi peccato Daniid numerā-  
tis tot millia subditorum perierūt. Sic etiā multo-  
tiēs in scriptura etiā sub nomine principis subditi  
includuntur: quia sine subditis nō consistit princi-  
patus. Sic. n. dicitur psal. 2. Principes cōuenerunt in  
vnum aduersus &c. quia nō solum principes iudeo-  
rum, sed etiā plebeij in vnum contra Christū cōue-  
nerunt. Similiter in proposito: *principes populorum*  
&c. i. principes & dn̄i gētium cum suis subditis cō-  
uenerunt per fidē cū Deo Abraham. i. cum Christo, qui  
specialiter vocatur Deus Abrahā: quia sibi primō  
promissus q̄ descēderet ex semine suo. Et dicit prin-  
cipes populorum in plurali: quia nō solum vna na-  
tio, sed de omnibus nationibus gētium ad Christū  
sunt per fidē cōgregati. Et si quaras causā, quare gē-  
tes ad Xpm̄ per fidē cōuenerūt. Respōdet. *Quonia dii  
fortes terræ vehementer eleuati sunt.* Ipsi. n. iudæi dii in  
terra vocabāt: qm̄ vt ait Xps. Illos dixit deos ad quos  
sermo Dei fact⁹ est. Et sermo Dei maximē iudæis fuit  
reuelatus, vt ex scripturis patet: ergo ipsi dii meri-  
to erant vocati. Vnde ipsi ad literā dicitur. Ego di-  
xi dii estis &c. Quæ ergo causa cōuersionis gētium  
hæc est. *Quonia dii fortes terræ. i. iudæi vehementer eleua-  
ti sunt.* i. superbiebant cōtra Christum & eius apo-  
stolos. Superbia. n. iudeorum apostolos trāsmisit ad  
prædicādum fidē gētibus. Vel aliter per deos fortes  
accipit apostolos qui dii dicuntur: quia ad illos spe-  
cialiter factus est sermo Dei, qui dicuntur fortes, quia  
neq; mors neq; vita, vel aliud aliquid potuit eos se-  
parari à charitate Christi, qui *vehementer sunt eleuati.*  
i. doctrina & miraculis exaltati. Est ergo sensus, q̄  
ideo gētes congregatæ sunt per fidē cum Deo: quia  
ipsi apostoli miraculis & doctrina mirabiliter cla-  
ruerunt. Hæc ergo gētium congregationē ad Chri-  
stum per fidē præuidens psalmista dicit. *Principes  
populorum congregati sunt &c.* & ponitur præteri-  
tum pro futuro ratione certitudinis prophetiæ. Istā  
cōgregationē per suos seruos apostolos fecit Chri-  
stus, dicēs eis. Ite ad exitus viarū, & quoscunq; in-  
ueneritis bonos & malos vocate ad nuptias: regres-  
si autē serui congregauerūt oēs quoscunq; inuene-  
runt bonos & malos. Quod exponēs Origenes di-  
cit. Egressi serui. i. apostoli de iudea egressi & veniē-  
tes ad vias diuersas morum diuersorum congrega-  
uerunt quoscunq; inuenerunt: & non curauerunt  
vtrum ante vocationē fuerint boni vel mali. Bonos  
autē hic intelligere conuenit humiliores & rectio-  
res ex eis qui veniebant ad cultum Dei. De quibus  
dicebat apostolus. Gētes quæ legē non habent, ea  
quæ legis sunt faciunt, sibi ipsi sunt lex. Et ista fuit  
miraculosa cōgregatio: vt ostendit Greg. super illo  
verbo Iob. 39. Nunquid credes ei q̄ reddat semētē  
tibi, & arēa tuam cōgreget. d. Quid aliud semen, ni-  
si verbum prædicationis accipitur? Sicut dominus  
in euangelio dicitur. Semen est verbum Dei. Quid  
autem arēa, nisi ecclesia debet intelligi, de qua præ-  
cursoris voce dicitur. Et permūdabit arēa suā. Quis  
ergo

774.

37. 1. 2.

Principi Sabina 2. Reg.

Psal.

Deu. Iudau.

Leuit. 7.

Psal. 30.

Sabbatum

Leuit.

38. 6.

Matt. 23.

Origenes

Leuit. 18.

Theophi.

Grego. 1. moral. ca.

Matt. 13.

Matt. 13.

1. 1. 1. 1.

ergo in initio nascētis ecclesiæ crederet dū contra  
eā ille indomitus principatus terre tot minis & ter-  
rorib⁹ sequebat. Quis posset tūc infirmorū credere:  
q̄ eius arēa sic Deus semine prædicationis cōgrega-  
ret. Ecce enim mō pro ecclesia principes populorū  
leges promulgant: qui dudum contra eam per va-  
ria tormenta sequebant. Ecce qualiter gentes cape-  
re potuit: quia eas ad fidei gratiam suadendo per-  
duxit. Cur hoc. Quia videlicet nunc arēam cōgre-  
gat: quam aliquando diabolus superbo cornu ven-  
tilando dispergebat. Audiant ergo reges, audiāt &  
principes quanta nunc deuotione famulentur eccle-  
siæ gentes, quæ ipsam alias persequebatur: quia  
nunc *principes populorū congregati sunt cum Deo Abra-  
ham* per prædicationem apostolorum: quare dii ter-  
ræ. & c. Quætionem prosequere præcedentis lectio-  
nis.

**Magnus dominus & laudabilis ni-  
mis: in ciuitate Dei nostri in non  
te sancto eius.**

Iste psalmus talem titulum habet. *Psalmus cantici  
filiorum chore. s. cunda sabbati.* Hic ad memoriam o-  
porter reducere quod alias fuit dictum. s. q̄ oratio-  
nes in isto libro psalmorū contentæ variæ à pphe-  
tis Deo decātabantur, quia aliquando sola voce &  
tunc dicebantur canticum, aliquando solo instru-  
mento musico & tunc dicebatur psalmus, aliquā-  
do humana voce pariter & instrumento & tunc va-  
riè: quia quando illas incipiebant voce humana &  
consequēter instrumento musico: & tūc dicebantur  
psal. cantic. quādoque vero ecōtrario: & tūc dice-  
bantur cantic psal. Ex quo apparet quare ista ora-  
tio dicitur *Psal. cantici filiorum chore.* quia scilicet  
iste psal. ab illis fuit factus. Et hoc *secunda sabbati.*  
Vbi norandum quōd sabbatum idem est quod re-  
quies. Bis aurem maximē requieuisse dicitur popu-  
lus Dei postquam exiuit terrā Egypti, scilicet, pri-  
mō tempore Iosue: quando Iosue interfectis trigin-  
ta vnum regibus terram permissiois pacificæ po-  
pulo diuisit, vt habetur Iosue. 12. & infra. Secundo  
quienit tempore Salomonis: quando cessantibus  
vindicque bellis, Salomon edificauit solemniter ciui-  
tatem Hierusalem & mirabile templum extruxit  
in ipsa, vt habetur. 3. Reg. 6. Et quia de edificatio-  
ne ciuitatis & templi in qua fuit secunda requies  
agit iste psal. ideo dicitur psal. pro secunda sabbati.  
Ex quibus apparet sensus literalis tituli. Quantum  
verō ad intellectu psalmistæ norandū q̄ sabbatum  
in scriptura: quādoque significat totā septimanā,  
sicut Lu. 18. vbi phariseus ille dicebat. Ieiuno bis  
in sabbato. Res enim denominatur à suo fine. cum  
ergo finis septimanæ sit sabbatum ideo totam sep-  
timanam sabbatū dicebant, vnde Theophilus ex-  
ponens prædicta verba dicit. Sabbatum dicebant  
hebdomadā totam ab vltima die quietis. Ieiuna-  
bāt enim pharisei secunda & quinta feria. Quan-  
do verō significat solum vnum diem septimanæ:  
& tunc sabbatum aut ponitur absolute sine articulo  
aut cum articulo numerali. Si absolute significat  
solum vltimam diem septimanæ ab ipso Saturno  
sic dicta vel à requie: quia in illa cessauit Deus ab  
operibus suis, s. à nouis generibus creaturarū pdu-  
cendis. sic accipitur Ioa 9. Nō est hic homo à Deo,  
q̄ sabbatū nō custodit. Quādoq; verō accipitur cū  
articulo numerali: vt cū dicitur prima sabbati, secū-  
Incog. Tom. j.

da sabbati &c. Et sic prima sabbati est dies prima  
septimanæ, s. dies dominicus: secūda sabbati dies  
quæ immediatē sequitur primam & sic &c. Prima  
ergo sabbati est dies dominicus: quæ deputatur re-  
surrectioni: quia illa die Christus resurrexit: & sic  
significat resurrectionē. Sed secūda sabbati erit  
illud quod immediatē sequitur, s. Christi resurrectio-  
nē. Et hoc fuit ecclesiæ fundatio. Vnde sicut pri-  
ma die Deus fecit lucē: & diuisit lucē à tenebris. sic  
in dominico die Xpm̄ à mortuis suscitauit: & lucē  
imortalitatis à tenebris mortalitatis discreuit. Se-  
cūda autē sabbati. i. secūda die: De⁹ fecit firmamē-  
tū, sic immediatē post resurrectionem suā fundauit  
ecclesiā: quæ ecclesiā post Christi resurrectionem fun-  
data est supra firmā petrā: à qua dimoueri non pōt.  
Et sic secūda sabbati significat ecclesiæ firmamē-  
tū. Est ergo sensus tituli talis. Iste psal. cantici est filiorū  
chore. s. crucis & Christi passionis. *Secunda sabbati.* s.  
quæ est agens de ecclesia, quæ post Xpi resurrectione-  
nē est firmata. his visis venio ad psal. Et primō ad  
expositionē literale: secūdo ad intellectu psal.  
Quantum verō ad expositionē literale, dic. vt. N.  
Et istam impugna consimiliter. Propter quod vr-  
dē ait iste psal. ad literam exponendus est de Chri-  
sto cuius aduentus iā trāsiit. In cuius aduentu ipse  
sine cōparatione magis glorificauit ciuitatē Hieru-  
salē & tēplum quam alias ante fuerit. vt puta: quia  
ibi ante offerrebatur oues & boues & animalia bru-  
ta: sed ibi est ipse verus Deus homo factus oblat⁹  
in templo à beata virgine, & à Simeone in vlnis re-  
ceptus. Ibi pluries docuit: ibi apertissima miracula  
fecit: ibi cum discipulis cenauit moritur⁹ & sacra-  
mētum eucharistiæ instituit: ac ibi pro nobis se ip-  
sum obrulit patri. Ibi primō suā resurrectionē ma-  
nifestauit: & de mōte Oliueti qui est ppe Hierusa-  
lē in cælum ascendit & in mōte Sion spiritum sanctum  
discipulis misit. Et ppter ista & similia multa  
Deus hō factus: ciuitatem Hierusalem, & tēplum  
multū glorificauit. Vnde de aduentu xpi dicitur. Ad  
huc modicū & ego mouebo cælū & terrā & mare  
& aridā. Et veniet desiderat⁹ cūctis gētibus. & im-  
plebo domū istā gloria: dicit dominus. Et subditur.  
Magna erit gloria dom⁹ istius nouissimi: plus quā  
prima. Et certum est q̄ ppheta iste loquebatur de  
tēplo reedificato post reditōnem de captiuitate  
babylonica. Et istud quasi nullius reparationis fuit  
respectu templi prioris per Salomonem cōstructi,  
propter quod in nullo potest verbum propheta  
verificari, nisi per hoc quod ipsum glorificauit præ-  
sentia sua modis p̄dictis. Illud templum reedifica-  
tum durauit vsq; ad destructionem ciuitatis per  
Tirum & Vespasianum. Intelligitur ergo iste psal.  
ad literam de Christo. Et secundum hoc psal. iste  
diuiditur in partes tres: quia pōitur primō prophe-  
tiæ denunciatio: scđo denunciatio impleri: i. i.  
ibi. *Sicut audivimus.* Tertiō implerionis publicatio:  
ibi. *Ciuitate Sion.* Quātum ad primā p̄c psalmista  
de ecclesia multa p̄dicit & ipsam cōmendādā præ-  
uidit multipliciter. Vnde de ecclesia duo p̄dicit.  
s. qualiter edificatur: secūdo qua liter multiplicata  
tur: ibi. *Ipsi viātes.* Circa edificatiōem ecclesiæ tria  
ostēdit. s. primō locū vbi sitatur. scđo materiā ex  
qua edificatur: ibi. *Edificatur.* tertio lumen quō pluffra-  
tur: ibi. *Deus in domibus.* Quādo ad primū sciēdū q̄  
i scriptura mōs scđo maxime dn̄s dicitur iel⁹ xps: q̄  
ad modū veri mōris fuit alt⁹ p̄ vbi diuinitatē: fuit  
elat⁹ p sciētiē clar⁹: fuit firm⁹ p paciētiē stabilita  
tē: fuit fertilis p opū scđitatē. Et de isto mōte dicitur.

Agg. 2. 0.

Mons Christi.

352  
Matt. 5  
Chryso.

Pan. 2.

Es. 2.

Magnus  
Regum 2.

Isa. 2.  
Job. 36.

Es. 47.

Civitas  
ecclesiæ.

Isa. 33.

Grego. 25.  
moral. 1. 11.

Isa. 33.

Nō potest abscondi ciuitas sup mōtē posita. quod exponens Chrysoſtom⁹ ait. hæc autē ciuitas eccleſia ſancta eſt: de qua dicitur. Glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei. cuius ciues ſunt oēs fideles. De quibus apoſtolus ait. Vos eſtis ciues ſanctorū. hæc ergo ciuitas eccleſiæ poſita eſt ſuprā montē xpm: de quo Daniel ait. Lapis abſciſus ē ſine manib. & fact⁹ ē mōs magn⁹: q̄a xps ſine ope carnali cōcept⁹ factus eſt mōs magn⁹ oīs virtutis & gratiæ. Vnde de iſto monte xpo dicitur. Erit præparatus mōs domus domini in vertice mōtiū: & flu:nt ad eum oēs gentes. ſ. credendo p̄fidē. Iſte autē mons xps dicitur magnus dominus: quia magnus in ſanctitate. Magnificus in ſc̄itate terribilis atque laudabilis. magnus in dignitate: quia filius Dei hic erit magnus & filius altiſſimi vocabitur. magnus. in ſapientiæ charitate Deus magnus vincens ſcientiā noſtrā. magnus in poteſtate: quia eius voluntas eſt om̄ps. p̄fal. Magnus dominus & magna virtus eius. magnus laude: quia ad plenū laudari nō pōt. Benedicentes Deū exaltate illū quātū pōtis: maior eſt em̄ omni laude. Et p̄s. Magnus domin⁹ & laudabilis nimis: & magnitudinis eius nō eſt finis. De iſto ergo domino. ſ. Ieſu xpo ait p̄ſalmiſta. *Magnus dominus & laudabilis nimis. i. excedens noſtrā facultatem ad ipſū laudādū.* Sed in loco vel à gbus ſit laudādus ſubdit *In ciuitate Dei noſtri.* Per ciuitatē enī Dei. intellige eccleſiam catholicam quæ verē ciuitas dicitur quia ad modum ciuitatis vnū habet principem. ſ. xpm & p̄ charitatem vnitate ſuorū ciuium cōtinet: & ſuos ab hoſte maligno defendit. hæc eſt illa De i ciuitas: q̄ ex iudeis & gētib⁹ edificādā Hieremias præuidit. d. Ecce dies veniunt dicit dominus: & ædificabitur ciuitas domino à turte Ananahel vſ. que ad portam anguli. q̄ de ciuitate eccleſiæ. exponit Greg. dicens ſic. Ciuitatē nāque eſſe domini ſā ctā eccleſiā nullus ignorat. Ananahel verō gratia Dei interpretatur. In angulo autem duplex paries iungitur. Ciuitas ergo domini à terra Ananahel vſ que ad portā anguli ædificari phibetur: quia ſancta eccleſia à celſitudine ſupernæ gratiæ inchoans vſ que ad ingreſſum ſuſceptionemque vtriuſque populi iudaici videlicet atque gentilis dilatur. Ante enim incarnationem Chriſti hæc ciuitas ſolum iudaos continebat: ſed per Chriſtum gentibus eſt aperta. vnde Hieremias. 39. dicitur. Aperta eſt ciuitas: & ingreſſi ſunt omnes principes regis babilonis. qui ſcilicet gentiles erant. Ex quibus omnibus patet præſens litera. quæ dicit. *Magnus dominus. ſ. licet Ieſus Chriſtus & laudabilis nimis: quia eius ſā ctitas noſtram facultatem excedit. In ciuitate Dei noſtri.* ſcilicet in ſancta eccleſia: quæ ſcilicet ciuitas eccleſiæ fundata eſt. *In monte ſancto eius.* ſcilicet in ipſo domino Ieſu Chriſto. Et hæc expoſitio eſt ſecundum intellectum p̄fal. Sed quantum ad literā magis ſic exponitur. Vt per ciuitatem Dei intelligas ciuitatem Hieruſalem quæ diuino cultui erat mancipata: & per montem ſanctum ipſum montem. Et tunc ſic exponitur. *Magnus dominus & laudabilis nimis.* ſcilicet dominus Ieſus Chriſtus erit magnus dominus &c. ex magnis ſuis beneficiis. *In ciuitate Dei noſtri.* ſcilicet Hieruſalē quæ fuit ad cultum Dei electa. *In monte ſancto eius.* ſcilicet in monte Sion qui erat in parte ciuitatis: in quo erat templum Deo conſecratum: Et ideo dicebatur mons ſanctus: quia ſanctum in vna ſignificatio

770  
A ne idem eſt quodd diuino cultui deputatum. ſicut & veſtes ſacerdotales dicimus ſanctas. In iſtis enim locis magnus dominus fuit Ieſus Chriſtus: & laudabilis præcādo ſanando. & peccata remittendo. & ſimilia.

Fundatur exultatione vniuerſe terræ. mons Syon. latera aquilonis ciuitas regis magni.

Hic cōſequenter oſtenditur materia de qua fundatur eccleſia: quia ſ. de omni natione mundi. Nam torus orbis diuidebatur inter cultores Dei & idololorum: quia omnis natio aut erat ex Iudæis. aut ex gentib⁹. Et ex omnib⁹ iſtis fundata eſt eccleſia. Vnde ait. *Fundatur exultatione vniuerſe terræ.* quia in primitiua eccleſia. qui præordinati erant cū magno gaudio verbum domini audiebāt. & ſic cū exultatione omnium tam Iudæorum q̄ gentilium fundabatur eccleſia. Vnde de apoſtoliſ dicitur. Ibant apoſtoli gaudentes. &c. de gentib⁹. autem dicitur. Audientes gētes gauifa ſunt. &c. Et de gaudio & exultatione quæ fuit in fundatione eccleſiæ factus fuit p̄fal. ſingularis. ſ. Incōuertendo dominus. &c. Et cōſequenter oſtendit partes ex quib⁹. ipſa eccleſia fundatur dicit. *Mōs Sion latera aquilonis.* Vbi nota q̄ per montem Sion intelligit populū Iudæorum ſed per latera aquilonis populū gētilem. cuius ratio eſt. Nā principalior ciuitas populi Iudæorū erat Hieruſalem. principalior autem pars ciuitatis erat mōs Sion. Et per cōſequens principalior pars totius terræ Iudæorum erat mons Sion. & ſic à Monte Sion vt à principaliori parte tota terra Iudæorum intelligitur. Per latera autem aquilonis gētes intelligit. cuius ratio eſt. Quia per aquilonē qui eſt vētus frigidus & durus. ſignificatur diabolus qui ait. Ponā ſedē meā ab aquilone. & de quo Hier. 1. Ab aquilone pandetur omne malū. quia à diabolo omne malum proceſſit. Qui ſunt ergo latera aquilonis niſi qui diabolo hæcēt? Quicunq̄ enim alteri adheret. larus ei⁹ ſolet dici. Vnde ſolemus dicere de aliquo ille eſt bonus homo. ſed habet latera mala. i. mali ſunt qui ei coniuſti ſunt. Sic & gentes: quia per idololatriam adhærebant diabolo. ideo dicebātur aquilonis. i. diaboli latera. Vnde quodd diabolus per aquilonē designetur. oſtendit Greg. dicens. Aquilonis nomine in ſacro eloquio appellari diabolus ſolet. qui vt torporis frigore gentiū corda conſtringeret. dixit. Sedebo in mōte teſtamenti in laterib⁹. aquilonis. &c. Ex dictis patet ſenſus literæ. qui talis eſt. *Ciuitas regis magni. ſ. ſancta mater eccleſia. fundatur exultatione vniuerſe terræ.* quia ex omni natione terræ aliqui exultantes Chriſti fidē receperunt. Et hoc declarat oſtendendo ponens duas nationes ex quib⁹. fundatur. Prima eſt mōs Sion. qui populū Iudæicum designat. Alia eſt latera aquilonis. quib⁹. gentilis ſignificatur populus. Et iſte duæ nationes ſtatim Chriſto nato ad ipſum adorandum concurrerunt. Iudæi vt puta paſtores. gentiles vt puta magi. Quantum ad literam magis notandum q̄ mōs Sion erat in ciuitate Hieruſalē in parte aquilonis. in quo monte erat tēplum in quo Chriſtus pluries prædicauit. Et in illo monte poſt aſcenſionē ſuam ſpiritu ſanctum miſit apoſtoliſ. ex cuius miſſione totus in orbe terrarum mōdus exultat. quo ſpiritu ſancto repleti apoſtoli fidē Chriſti primō in Iudæa deinde per mundū diſperſi gentib⁹. prædicauerunt. Et ſic fides Chriſti ab illo monte Sion exiit primitus

770

Alim.

Hier. 1.

Grego. 25.  
moral. 1. 11.  
Aquil.  
Eſa. 14.

771

Articuli ſ.

Quæſtio.

Alim.

Philophus.

Dion. 7.  
de diuinitate.

mitus ſecundum quodd prædixerat Eſa. De Sion exiit lex. & verbum domini de Hieruſalem. Eſt ergo ſenſus literæ. *Ciuitas regis magni. ſ. eccleſia. fundatur exultatione vniuerſe terræ.* i. ad exultationē vniuerſe terræ. quia fides catholica de Hieruſalē ad alias partes orbis per prædicationē apoſtolorum eſt deriuata. quod eſt cauſa exultationis cunctis fidelibus. Et locus huius fundationis fuit *mons Sion latera aquilonis.* ſ. qui eſt in parte aquilonari ciuitatis Hieruſalem. Quia hic agitur de fundamento eccleſiæ. cū dicitur quodd *fundatur exultatione vniuerſe terræ.* fundamenta autē eius ſunt articuli fidei. Ideo circa iſta fundamenta quæro. vtrum articuli fidei in Symbolo conuenienter ſint poſiti. Et arguo quodd non. primō ſic. Primus articulus nō ſpectat ad fidē. ergo non eſt articulus fidei. ergo variē poſitus. probatur antecedens: quia quod ratione naturali poteſt demonſtrari. nō ſpectat ad fidē. quæ eſt de his quæ nō vidētur. Primus autem articulus qui eſt credere Deū eſſe vnū ratione naturali deducitur. ſic patet 12. metaphiſicæ: & et multi alii philoſophi ad hoc demōſtrationes induxerūt. & ſic de multis aliis articulis: ſi puta q̄ Chriſtus natus fuerit de virgine. hoc mater p̄ experitiā ſciuit. q̄ fuerit paſſus. mortuus & ſepultus & reſurrexerit: oculis corporalib⁹ viderunt apoſtoli. cum ergo fides ſit de his quæ nō vidētur. ſequitur q̄ de talibus fides eſſe nō pōt: & cōſequēs neq; de iſtis articulis fidei dēt eſſe. Ad oppoſitū eſt ſacra auctoritas eccleſiæ: cui cōtradice re hæreticum eſt: quia iſta quæſtio magna difficultate includit. ideo in ipſa tria faciā. Primō articulos fidei enumerabo. Secundō de quolibet ſpecialiter pertractabo. Tertio ad quæſtionē formaliter reſpōdebo. Quantum ad primū ſciendū. q̄ aliquorū fuit opinio q̄ articuli fidei plures eſſe non poſſunt. ſed q̄ ſit tātū vnus. quia ſi in fide poſſet eſſe multitudo articuloꝝ. aut hoc eſſet ratione formalis obiecti dei. aut rōne creditorū. Nō ratiōe formalis obiecti. quia illa eſt vnica & inuariabilis. quæ. ſcit veritas prima. quia fides noſtra nō aſſertit alicui verbo niſi in quātum formaliter eſt reuelatū à prima veritate. & ipſi primē veritati tanquā medio inſallibili innititur. vnde Diony. de diuinis nominib⁹. dicit. q̄ fides eſt circa ſimplicē & ſemper exiſtentē veritatē. nec etiā debet diſtingui penes creatā materiā. quia tūc nō ſolū eſſent duodecim articuli. immo eſſēt quāſi infiniti. quia equaliter obligor ad credendū q̄ ſpiritus domini ſerebatur ſup aquas. & q̄ Deus poſt peccatū eiecit hominē de paradifo. & q̄ ipſi Iacob loco Rachelis Lya fuit ſuppoſita. & cetera omnia quæ in textu canonis continentur. ſicut quodd Chriſt⁹ paſſus ſit ſub Pōtio Pilato. Si igitur ſecūdū numerū creditorū deberēt articuli diſtingui & multiplicari. tunc infiniti eſſent q̄n eſt incōtinens. Sed iſta opinio eſt falſa. Propter quod ſciendū. q̄ articuli vel fundamēta fidei debēt eſſe plures & diſtingui & hoc penes rationē formalē. Sed hæc eſt duplex. ſ. ex parte obiecti fidei. & illa eſt ſolū vnica vt dicebatur. Alia eſt ratio formalis ex parte noſtræ. & hæc eſt multiplex. ſecūdum quod credita variā & multiplicē difficultatē includunt. Verbi gratia. Licet aliud ſit credere Chriſtū paſſum ſub Pilato. & aliud ipſum eſſe mortuum. & aliud ipſum eſſe ſepultum. tamen de iſtis omnib⁹. vnus ſolus exiſtit articulus: quia omnia iſta vnā difficultatē includūt. & omnia vna facilitate creduntur: quia credenti quodd ſit paſſus. nulla difficultas ingeritur q̄ etiā ſit mortuus & quodd ſit ſepultus. Sed quia eius reſurrectio aliā

XLVII.  
difficultatē includit. ideo alium etiā facit articulū. ſic de deſcēſu ad inferos. ſic de aſcēſu ad cœlos. Nec valet dicere quodd etiā iſto modo quāſi infiniti erūt articuli: quia aliā difficultatē includit quodd lex data fuit Moyſi. Alia quodd ad tactum corporis Heliſci mortuus reſurrexit. Et ſic de infinitis in ſacra ſcriptura cōtentis. quæ tamen omnia credere oportet. & ſic infiniti erūt articuli. Reſpōdeo & dico quodd non: quia talia per ſe non faciunt articulū. Vbi notandum quodd credibilia ſunt duplicia. quædam de quib⁹. eſt fides ſecundum ſe. & quædam de quib⁹. non eſt fides ſecundum ſe. ſed tamē in ordine ad alia ſicut in aliis ſentētiis. quædam proponitur vt per ſe intenta. quædam vero ad manifeſtandum alia. Fides autē noſtra eſt principaliter circa illa quæ videre ſperamus in patria. ſecūdū illud apoſtoli. Fides eſt rerum ſperandarum. &c. Duo autē ſolum ſunt. quæ in patria principaliter videre ſperamus quib⁹. beatificamur. ſ. diuinitas & humanitas Chriſti ſecūdū illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna. &c. Et ideo quando circa iſta duo occurrerit noua difficultas. & ratio noua credendi ex parte noſtræ. tunc diſtinctus formatur articulus. Alia autē quæ ponuntur in ſcriptura. vt quodd Deus dedit legē Moyſi. q̄ Abraham fuit pater Iſaac. &c. non ſunt credita tanquam principaliter intenta. ſed tanquā aliorū manifeſtatiua. & ideo nouū articulum p̄ ſe nō faciunt. Ex prædictis ergo patet. quodd articuloꝝ diſtinctio debet ſumi penes diuinitatē & Chriſti humanitatē. circa quæ principaliter intētiō fidei fundatur. Et quia illa circa ſunt duodecim diſtinctæ difficultates. ſicut & duodecim erant apoſtoli. ideo fidei noſtræ ſunt articuli duodecim. Sic q̄ quilibet apoſtolorū antiquā abinuicē diſperſi eſſent ad prædicandū p̄ mundum cōpoſuerunt ſymbolum fidei. in quo ipſorum quilibet vnū poſuit articulum. Et primō incepit apoſtolorum princeps Petrus ponens primum eccleſiæ fundamētum & articulum. dicens. Credo. &c. proſequar in lectiōnibus ſequentibus.

Exo 20.  
4. Re. 4.  
Credere. ſid. 9

Ad heb. 11.

Ioan. 17.

777  
Pe p. a. diſ. 2.  
dum ſancti

Deus in domibus eius cognoscetur. cum ſuſcipiet eam.

Hic cōſequenter oſtenditur lumen quo ciuitas eccleſiæ perluſtratur. Sicut enim quelibet ciuitas & habitatio debito lumine indiget. ſic & ciuitas eccleſiæ quæ non perluſtratur lumine corporali. ſed magis ſpirituāli. ſ. claritate diuina. per q̄ Deum cernit & omnia credēda: hic p̄ fidē & ſpem. ſed in futuro videbit facie ad faciē. ſicut de ciuitate eccleſiæ ad literam dicitur. Ciuitas illa nō eget ſole neq; luna vt luceant in ea. nā claritas Dei illuminabit illā. Iſta claritas Dei eſt credendorū reuelatio & inſpiratio in præſenti. ſed in futuro erit aperta demōſtratio. Et hoc eſt quod hic dicit p̄fal. *Deus in domibus eius cognoscetur.* Eccleſia enim plures habet domos licet ſit vna eccleſia ſola. ſicut & vna ciuitas plures habet domos & in præſenti & in futuro. in præſenti plures habet domos ſecundum diſtinctionē ordinum vel meritum. In futuro etiam plures habet domos ſecūdū diſtinctionē præmiorum. Sic enim Chriſtus dicit. In domo patris mei māſiones multe ſunt. Legitur ergo iſta litera & de præſenti & de futuro. De præſenti ſic. *Deus in domib⁹ eius.* ſ. ciuitatis eccleſiæ. *cognoscetur.* ſ. per fidē. *Cum ſuſcipiet eam.* ſ. naturā humanā. Et hoc eſt quod hic dicit glo. *Deus in domib⁹ eius.* ſ. ciuitatis eccleſiæ. *In domibus.* dicit pluraliter: quia iam plures domus ſunt in ciuitate eccleſiæ. multi enim ſunt eccleſiarum ordines. *Cognoscetur*

Domus eccleſiæ.

Apoca. 21.

Ioan. 14.



scernit Deus per fidem: quod totū erit ex gratia sci-  
 sciētis. unde subdit. *Cum susceperit eam*. s. naturā  
 humanā curādā. Vel domos huius ciuitatis dicit  
 ecclesias particulares: quia ipsa vniuersalis ecclesia  
 multa habet mēbra. sicut cū dicitur ecclesia Raue-  
 natis: ecclesia Alexandrina: ecclesia Cōstātinopolis:  
 quorū tamē oīm ecclesia Romana caput est & ma-  
 gistra. Istas tamē domos exponit Gre. de gradibus  
 meritorū & virtutū: quia in meritis & virtutibus  
 gradatim sicut de domo inferiori ad superiorē pfi-  
 cimus. De futuro autē legitur iste textus: quia secū-  
 dū gradus meritorū erit & gradus prēmiorū: quia  
 qui maiori merito hic fuerit p̄dorati maiori p̄mio  
 erūt eleuati. Et hoc est quod hic dicit gl. *Deus in do-  
 mibus eius*. i. scdm gradus meritorum singulis dabit  
 cognitionē sui: *cū suscipiet eā*. s. ecclesiā i aeterna bea-  
 titudine: quia licet hī oēs ēqualiter videāt Deum:  
 tamē elarius vnus videt alio: scdm maius lumē gra-  
 tiā vel minus quod habet: scdm maius vel minus  
 meritū quod hic habuit. Et de ista Dei cognitione  
 dicebat apostolus. Nūc cognosco ex pte: tunc  
 cognosca sicut & cognitus sum. q. d. scdm p̄portionē  
 qua Deus hic p suā gratiā me cognoscat: sic & in  
 futuro Deum cognosca. Ex quibus sequitur quod  
 cognitio patrie qua Deū cognoscat sancti est ma-  
 ior vel minor scdm p̄portionē. qua in p̄sēti cogno-  
 scimus Deum per charitatis amorem.

Aliter hōbe-  
 tur in origi-  
 ni grego-  
 ri. Greg. c. 22.  
 moral. c. 10.

1. corin. 13.

7. 8.  
 2. 1. 7. non su-

persecutio.

psal. 2.

Mat. 2.

**Quoniam ecce reges terre congre-  
 gati sunt: conuenerunt in vnum.**

Hic cōsequenter ostenditur fidei multiplicatio.  
 Ista pars dupliciter exponitur. Vbi sciēdum quod  
 ecclesia xp̄i ex p̄secutiōibus tyrānorum & infide-  
 lium creuit & fuit dilatata. Sicut tpe martirū: quo-  
 rum cōstātia vitā sc̄ticitatē & miracula multi viden-  
 tes cōuerrebāt ad fidē. Quod p̄uidēs psal. vt ostē-  
 dat ecclesie multiplicationem hic ponit ecclesie  
 p̄secutionem: q̄ incipit statim xp̄o nato: qui statim  
 ad mortem fuit p̄secutus ab Herode rege & suis  
 cōp̄licib. fuit p̄secutus ab Herode filio primi  
 Herodis tpe suę passiois. Et hoc p̄uidens psal. dicit.  
*Quoniam ecce reges terre cōgregati sunt &c.* Simile  
 dixit Dauid ps. 2. Aliter ut reges terre & principes  
 cōuenerūt in vnum &c. vide ibi. Et tales p̄secuto-  
 res videntes mirabilia q̄ xp̄s faciebat admirabātur  
 & irascebantur in cordibus suis. Vnde de Herode  
 dicitur Mat. 2. quod audiens xp̄m natum turba-  
 tus est: & omnis Hierosolyma cū illo. p̄pter quod  
 & innocentes occidit. Et hoc est quod subditur. *I-  
 psi videntes sic admirati sunt. conturbati sunt.* s. animo  
 cōmoti sunt ad p̄sequendū. Et quā fuit causa sub-  
 dit. *Tremor apprehendit eos:* quia Herodes timuit re-  
 gnum suum perdere, audiens natum regem iu-  
 daeorum. Et magnitudinē doloris eius exprimit  
 p quādā similitudinē dicēs. Ibi scilicet in Herode  
 & suis cōp̄licibus: dolores vt parturētis: quia cru-  
 ciabatur dolorib⁹: dū parere non potuit iniquitatē  
 quā cōceperat. s. occidere Christū. Et si querās qua-  
 re nō potuit cōplere cōtra Christū iniquitatē suā.  
 Respōdet. quia tu Deus in spiritu vehemēti cōte-  
 res naues Tharsis. Per naues Tharsis superbia per-  
 secutorum intelligitur. Tharsis namque interpre-  
 tatur exploratio gaudij. Ad naues autem pertinet  
 per diuersas mūdi partes facilliter discurrere. Quid  
 ergo significat naues Tharsis. nisi persecutores ec-  
 clesie discurrentes per mundum explorātes vana  
 gaudia mundi: quos Deus spiritu irę suę contri-  
 uit. dum ipsorū potestatem rededit ad nihilum. vt

A dicitur Job 4. Vidi eos qui operātur iniquitatē spi-  
 ritu irę suę esse cōsumptos. Aliter autē ista litera le-  
 gitur de cōuersione gētū ad fidē. Et primō ostēditur  
 qui fuerunt primi ex gentibus cōuersi ad ecclesiā.  
 Ibi namque fuerūt tres magi siue reges: qui statim  
 nato domino venerunt Christum. vt verum Deū  
 adorare: qui videntes stellā quę Christi natiuitatē  
 ipsis ostendit. *Congregati sunt & conuenerunt in vnum.*  
 vt insimul venientes Christum adorarent. Quod  
 pr̄uidens plāmista dicit. *Quoniam ecce reges terre  
 congregati sunt &c.* Et quod isti magi fuerint primi  
 ex gentibus cōuersi ostendit Augustinus in sermo-  
 ne de epiphania. dicens. Isti reges & magi quid fue-  
 runt nisi primitiæ gētū. sicut primitiæ iudaeorū  
 pastores. magi gētilēs. postores Israelitā. illi p̄pe-  
 isti lōge. vt iū. tū ad ā gularē lapidē cōuenerūt. Ma-  
 nifestat⁹ est ergo Iesus nec doctis quia pastoribus.  
 nec iustis quia magis gentilibus. p̄ualer nāque impe-  
 ritia in rusticitate postorū: impietas in sacrilegiis  
 magorū. vt iō. que sibi ille lapis angularis attri-  
 buit: quia ipse est qui venit stulta eligere vt cōfundat  
 sapientēs: & nō vocare iustos sed peccatores. vt  
 nullus magnus superbiat: nullus infirmus despe-  
 raret. Isti ergo sunt isti reges qui cōgregati sunt ad  
 adorādū dominum. de quibus dicitur. Esa. 60. Veni-  
 ent ad te curui filij eorum qui humiliantur: &  
 adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui de-  
 trahebāt tibi: & vacabunt te ciuitatem domini Sio  
 sancti Israel.

**Ipsi videntes sic admirati sunt. con-  
 turbati sunt. commoti sunt: tremor ap-  
 prendit eos.**

Ipsi enim reges & magi vidētes stellā ducentē eos:  
 videntes stellā disparuissē cū intrāssent Hierusalē:  
 vidētes eā iterū eis apparere admirati sūt p̄ gaudio.  
 Vnde dicitur ma. 2. Vidētes stellā magi gaudij sūt  
 gaudio magno valde. q̄ enim admiratio p̄uēiat ex  
 gaudio dicitur Lucē. 2. 4. de apostolis. Illis autē ad-  
 mirantib⁹ pr̄ gaudio &c. Cōsimiliter & isti magi  
 videntes: sic admirati sunt. sed quomō mirati sunt  
 pr̄ gaudio cū statim sequatur. *Admirati sunt. contur-  
 bati sunt.* Respōdeo quod magi vidētes puerū cum  
 Maria matre eius: statim spiritu sancto inspirati cog-  
 nouerunt ipsum esse verū Deū: & fidem eius reci-  
 pientes plenā contritiōē de cultura idolorū & de  
 aliis suis peccatis habuerunt: hac autē cōturbatio  
 pro peccatis nō excludit gaudij mētis. sed ipsum  
 augeat. Quia certum est quod quāto quis amphorē  
 habet gratiā. quāto autem quis est in maiori gratia  
 tanto amplius gaudiū mentis hēt. *Cōturbati sunt* er-  
 go p̄ peccatis. *Cōmoti sunt.* Aliud est enim moueri:  
 aliud cōmoueri. Mouetur qs̄ p̄prie quādo secūdu  
 partē mutatur. cōmouetur autē quādo totus simul  
 mutatur. Verbi gratia. Quis faciēdo reuerentiam  
 alteri. mutatur. quādo scdm vnam sui partem facit  
 sibi reuerentiā: vt puta quādo stando caput illi in-  
 clinat vel manibus plauidit. sed cōmouetur quā-  
 do totus se ad eius pedes prosternit quod magi fe-  
 cerunt videntes Christum: quia nō solum capite  
 vel manibus vel genibus Christum sunt venerati:  
 sed toto corpore ante ipsum se prostauerunt ad  
 terram. propter quod dicitur. Et p̄cidentes adora-  
 uerunt eum. Et hoc idem hic aliis verbis dicit. *Com-  
 moti sunt.* Et causam subdit. *d. Tremor apprehendit  
 eos.* Hic fuit timor filialis reuerentię: sine quo  
 nullus

Magi.

August.

Esa. 60.

779

Magi.

Mat. 2.

Luc. 2.

Mont.

Mat. 2.

nullus iustificari potest. Ad clarius intelligendū q̄  
 de magis dicit. quod vidētes Christū cōturbati sūt  
 est notādū quod cōturbatio duo pōt notare. s. pec-  
 cari defectū. vel p̄nitentis affectū. Primō mō cō-  
 turbatio capitur dupliciter. q̄ conturbatio quādo  
 que opponitur puritati. sicut quādo dicimus. aquā  
 turbatā siue turbidā. Et sic ex peccatō cōturbatur  
 conscientia. dum species rerū quas illicitē aperit.  
 immiscēt se cogitationib. nostris & implent fon-  
 tē conscientię aqua turbida. psal. Torrentes iniqui-  
 tatis conturbauerūt me. Tali nēpe aqua turbida po-  
 tatur diabolus. Dicit enim philosophus q̄ æquus  
 diligit aquā turbidā. vnde si inueniat eam clarā. eā  
 pede cōturbat. Sic & diabol⁹ cogitationes nostras  
 que ad modū aque sunt cōtinuē fluxibiles. si cla-  
 ras & mundas inueniat eas. ipsas cōturbare nitit-  
 ur. quia non diligit aquas claras. Et ideo de illo di-  
 citur. Quid tibi in via Agypti. vt bibas aquam tur-  
 bidam? Alio modo conturbatio opponitur ordini  
 per quē modū exercitū dicitur cōturbatus quā-  
 do nō tenet ordinē debitū. Et sic peccatū contur-  
 bat animam. quia soluit debitū ordinē dū sensualit-  
 atē rationi proponit. immō & quamlibet animā  
 parē peruertit tanquā debito regimine perditō.  
 Vñ August. diffiniens virtutē dicit. quod virtus est  
 ordo amoris. & per cōsequēs qui virtutem perdit  
 hunc ordinē perdit. Et propter hoc anima pecca-  
 trix non est dēmonibus terribilis vt castrorū acies  
 ordinata. sed potius est sicut castrorū acies dissipata.  
 & ideo disposita magis ad fugiendū quā ad re-  
 sistendū. ad succūbendū quā ad vincendū. Dicit e-  
 nim Vegetius libro primō. Periculū ab hostib⁹ gra-  
 uissimū semper sustinuit diuisus & inordinatus e-  
 exercitus. Vñ Iudith. 15. Omnia itaque castra  
 conturbata sūt. & vociferantes fugerunt. Alio modo  
 turbatio dicit p̄nitētis affectū. Et sic dicitur ani-  
 ma cōturbata quādo est plenē de peccatis contri-  
 ta. & anxia pro peccatis. Dicitur. n. anima p̄nitēs  
 conturbata. quia quamdiu placent homini fœces  
 peccatorū & homo delectatur in ipsis. tādū fœces  
 peccatorum quasi resident in profundo cōscientię  
 quasi immobiliter. Sed quādo incipit cogitare tur-  
 pitudinē peccatorū. & ipsam reuoluerit. tunc quasi  
 de profundo conscientię incipit fœces moueri.  
 & ideo sic conscientia agitatur & cōturbatur. psal.  
 Anxius in me spiritus meus. & in me conturba-  
 tum est cor meum. Sic in proposito. isti reges vidē-  
 tes verbū incarnatū incaperunt cogitare. quā ma-  
 lē & superstitiosē idola coluerant. & p̄nitere. &  
 per consequens isto modo conturbati. propter qd̄  
 dicitur. *Ipsi videntes sic admirati sunt. conturbati sunt  
 &c.* Sic enim cuiuslibet nostrum istorum exēplo p̄-  
 cipitur Eze. 12. Fili hominis panē tuum in contur-  
 batione comedet. & aquam tuā cum mēre bibe.

780.  
 2. 1. 5. non  
 est in vno.

**Ibi dolores vt parturientis. in spi-  
 ritu vehemēti cōteres naues Tharsis.**

Aliqui istū versum referunt ad primam expo-  
 sitionē. s. de turbatione Herodis pp̄ Christi natiuita-  
 tem. pp̄ qd̄ multa millia innocētū fecit occidi. sic  
 quod hic agit de dolore matrum puerorū occi-  
 sorum pp̄ Christum. cū dicitur. Ibi dolores vt par-  
 turientis. quia non minorē dolorē habebāt ille ma-  
 tres videndo filios suos occidi quam haberint i-  
 p̄sōs pariedō. quia dolorem partus mitigat spes naf-  
 citurę prolis. quæ in ista occisione locū nō habe-

bāt. Et ad huius expositionis veritatē facit qd̄ sub-  
 ditur. *In spiritu vehemēti cōteres naues Tharsis.* In  
 hebræo autem habetur *in spiritu vidētis*. qui dicitur  
 ab herodis vis. Herodes enim audiens quod magi  
 per aliam viam redissent in terram suam. s. per ma-  
 re in nauib. Tharsis. irat⁹ illas naues reueras igni  
 succēdit. vt habetur in historia scholastica. Et ibidē  
 dicitur quod ista p̄phetia fuit tunc adimpleta. Hęc  
 expositionem nō improbo. Sed sequēdo expositio-  
 nem p̄missam in duob. versiculis p̄cedentib. sciēdum  
 quod dolor p̄nitentię assimilatur dolori par-  
 turientis. quia sicut ex dolore partus fructus geni-  
 tæ prolis procedit. sic ex dolore p̄nitentię in no-  
 bis nascitur Christus & spiritus salutis. Vñ Esa. 26.  
 A timore tuo domine concepimus & parturimus  
 spiritu salutis. Ex tali enim dolore p̄nitentię  
 omnis tumor mundanę superbię deprimitur. Et  
 hoc est quod subditur. *In spiritu vehemēti cōteres  
 naues Tharsis.* i. per spiritū sanctū qui est spiritus ve-  
 hemens. deponitur omnis superbia gentium. pro-  
 bo. nam isti magi erant reges gentiliū ante alii &  
 elati. Et vide quod per dolorē p̄nitentię spiritu  
 sancto in eis vel Christo nato humiliati omnē su-  
 perbiā deposuerunt. Vñ p̄cidentes adorauerūt eū.  
 Ad literam. n. isti erāt reges Tharsis. vt dicitur psal.  
 71. Reges Tharsis & insule munera. Quid ergo sūt  
 naues quæ per mare discurrunt. nisi superbia ma-  
 gnorum. quæ per mare mundi vāga discur-  
 rit. quæ tamen per aduentum Christi fuit cōtrita.

**Sicut audiuius sic vidimus in ci-  
 uitate domini virtutum. in ciuitate  
 Dei nostri. Deus fundauit eam in æ-  
 ternum.**

Hic consequenter ponitur prophetie adimple-  
 tio. Loquitur. n. psal. hic in persona regū illorum.  
 qui Christū adorauerunt. quia omnia p̄dicta de  
 Christi natiuitate prophetizata. vt puta quod ma-  
 tre nasceretur virgine. quod nasceretur panper &  
 in Bethleē. quod audierunt magi in Hierusalē quā  
 do Herodes. sciscitabatur a scribis & principib. fa-  
 cerdorum. vbi Christus nasceretur. audierūt quod  
 in Bethleem. quod a regibus gentilibus adoraretur  
 Reges tharsis & insule &c. omnia ista propriis o-  
 culis magi viderunt. quę apte per prophetas audie-  
 rant. Vel aliter hic loquitur psal. in persona omnīū  
 fidelium. Vnde gl. hic ait. Decursis omnib. que tem-  
 pore incarnationis & natiuitatis Christi acta sunt  
 cōcludit. q. d. Et quia ita est. Ergo sicut audiuius  
 in promissionib. prophetiis. sicut est illud. Adora-  
 bunt eum omnes reges terre. omnes gentes seruiēt  
 ei. & illud In femine tuo benedicentur omnes gē-  
 tes &c. Sic vidimus in exhibitione. omnes enim re-  
 ges & omnes gētes adorabunt eum. Et nota quod  
 quamuis nondum sit totaliter adimpletum. s. quod  
 omnes reges & gentes Christum adorent. implebitur  
 tur quando in iudicio omnes videbunt eum. vel  
 in celesti patria. Et ideo id quod hic dicitur. *Sic vi-  
 dimus*. de p̄terito. accipitur p̄teritū pro futuro. *vidi-  
 mus*. i. videmus. Et hoc in ciuitate domini virtutum. i.  
 in ecclesia q̄ dicitur ciuitas dñi virtutū. i. dñi ange-  
 lorū. quia propter reuerentiā cultus diuini. angeli fre-  
 quētant ecclesiā. Vel per ciuitatē dñi virtutū acci-  
 pe ciuitatē Hierusalē. in qua p̄missa quod ad maio-  
 rem partem sunt adimpleta. Et hoc. idē aliis verbis  
 repetit. d. *In ciuitate Dei nostri.* i. in ecclesia catholi-  
 ca. quā dicit Dei nostri ad differentiam infidelium &

Dolor parti-  
 rentis.  
 parturientis.  
 Esa. 26.

Actus. 2.

psalmus. 71.

81.

Esa. 7.

Matth. 2.

psalmus. 75.

&c.

& hæreticorū, qui non sunt de hac ciuitate ecclesie. Sequitur de ciuitate ecclesie. *Deus fundauit eam in æternum.* id est Christus qui fundauit ecclesiam in fide quæ stabilis est, quia & si fides transeat, quod tamen fide creditur, æternaliter manet. Et quia de fundamentis huius ciuitatis quæ sunt articuli fidei incepti agere in præcedenti lectione, ideo hic persequor de quolibet in speciali. Primum fundamentum huius ciuitatis posuit Petrus primus apostolorum d. Credo in Deū patrem omnipotentem creatorē cæli & terræ. Vbi primò sciendū quod cōsuetudo erat iudeorū ad illud quod loquebatur adducere parabolas vel exēpla, vt quod dicebatur per similitudinem magis cōmendaretur memoria, sic. n. & Christus multotiens sua dicta per parabolas & exempla cōfirmabat vel declarabat. Similiter & Ioānes euangelista ista duodecim fundamenta ciuitatis. s. ecclesie quæ sunt duodecim articuli per duodecim lapides p̄tiosos expressit. Apoc. 2. vbi ait. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide p̄tioso ornata. Fūdamētū primū iaspis, secundū saphirus, tertium calcedonius, quartū smaragdus, quintū sardonyx, sextū sardius, septimū chrysolithus, octauū berillus, nonū topazius, decimū chrysolitus, vndecimū hyacinthus, duodecimum amethystus. Primum ergo fundamentum est iaspis, per quem primus articulus intelligitur. Quoniam vt dicit magister de proprietatib. & patet per Albertum li. 2. de mineralib. Iaspis inter alias conditiones tres habet proprietates, quib. primus declaratur articulus. Quoniam iaspis disgregationis pluralitatem vetat variā. Generationis fecunditatem præstat placidā. Operationis potestatem hēt maximam. Sic & primus fidei articulus diuinitatis docet vnitatē, qua in Deo tollitur diuersitas. Credo in Deum. Fecunditatis p̄dit veritatem, qua in Deo creditur paternitas. Patrem omnipotentem. Fertilitatis tradit potestatem: qua Dei cernitur immensitas. Creatorem cæli & terræ. Primò iaspis vetat diuersitatem & pluralitatē variā. In t̄q̄m. n. vnitatē diligit, quod sanguinē ab homine diuidi & à seipso separari nō p̄mittit, sed in humano corpore vnium facit permanere, vt dicit magister vbi supra & Albertus. Ex quo cōcluditur quod iaspis naturaliter vnitatē diligit & indicat. Et per hoc declarat diuinitatis vnitatem quæ in prima parte articuli ponitur, cū dicitur. Credo in Deum. Ista pars in simbolo maiori exponitur de vnitare diuinitatis. Vbi dicitur istum passum declarando Credo in vnum Deum. Et ista pars à duob. nos liberat errori bus. s. ab errore gētiliū, q. nō credunt in Deum, sed in idolum, vel in aliā creaturā, & ab errore Manichæorū, q. dicunt plures Deos esse, vel plura principia. Et istā partē articuli accepit Petrus deuterō. 6. Dominus Deus tuus vnus est. Tanta. n. vnitare omnia in diuinis essentialiter sunt vnium, quod in hac vita mortali à creatura plenē cognosci nō p̄t. Vnde Dionysius de diuinis nominib. c. 1. Illud inquit incognitum vnium super essentialiter per se optimum, quod quidem trinam vnitatem dico, nec dicere nec intelligere possibile est. Hæc autem diuinitatis vnitare declaratur. Primo exemplo naturali, quoniam in anima rationali sunt tres potētiæ quarum vna non est alia, q. tamen tres sunt vna mens, vna essentia animæ, vt dicit magister li. 1. dist. 3. Secundo typo figurati. Gene. 40. vbi p̄nterna Pharaonis vidit vnus vitis tres esse propagines, ad denotandum quod in vna diuinitatis essentia est perfo-

Primum articulus fidei.

Apoc. 1.

Iaspis.

Deute. 6.

Dionysius.

Magister li. 1. dist. 3. Gene. 40.

Ephe. 4.

narum trinitas. Tertio verbo prophetali. Eph. 4. *Quæsi. Credo.* Vnde Deus, & pater omnium. Sed hic dubitatur, vtrum existens in peccato mortali licite dicere possit istam partem. Credo in Deum: probatur quod non, quia talis non diligit Deum per charitatem, igitur consequentia patet per Augustinum, & al legatur à magistro. d. Aliud est credere in Deum, aliud Deo, aliud Deum. Credere Deo est credere vera esse quæ Deus loquitur, quod & mali faciunt & nos credimus homini, sed nō in hominem. Credere Deum, est credere Deum esse, quod & dæmones credunt. Sed credere in Deum, est credendo amare & credenda in eum ire. Ad oppositum quia talis vt puta sacerdos tenetur dicere horas suas, in quib. credo in Deum continetur, ergo. Respondeo quod talis vel hoc intendit dicere tanquam persona priuata, & pro ipso solo, & sic sciens loquendo peccat, vt probat præfata auctoritas. Vel loquitur non in persona sua, sed totius ecclesie, & sic nō peccat, nec dicit falsum. Vbi nota quod confessio fidei dicitur in simbolo in persona totius ecclesie, fides autem ecclesie est fides formata quæ est in omnib. qui sunt membra ecclesie numero & merito. Et ideo confessio fidei traditur in simbolo, secundum quod competit fidei formata. Secunda conditio iaspidis est quod præstat generationis fecunditatem. Nam secundum quod dicit Albertus vbi supra. Hic lapis inuatur cōceptum & regit partum Et ex hoc declarat secundam partem articuli. s. primæ personæ fecunditatem, cum dicitur. Patrem omnipotentem. Ista pars à duobus erroribus nos liberat, s. ab errore iudeorū qui in diuinis negant pluralitatem suppositorū, & per consequens ibi negant patrem, cum patre sine filio esse non possit. ideo dicit patrem, & ab errore philosophorū q. dicunt ex nihilo nihil posse fieri, cōtra quod dicit omnipotentē. Cū. n. quæquid est p̄fectionis in creatura Deo debeat attribui, & generare sibi simile in quorum hmōi in nobis dicat p̄fectionē, ergo Deo attribui dēt, propter quod Deus pater dicit. Nunquid ego qui alios parere facio, ipse non paria, & q. generationem cunctis tribuo, sterilis ero. q. d. nō. Sed hic est dubium, cum omnipotentia sit tribus personis communis, quare Petrus ipsam appropriat patri. d. Patre omnipotentē: Respondet magister q. licet in Deo sit vna potentia, vna bonitas, vna sapientia omnib. tribus personis communis, tamen scriptura non sine causa attribuit patri potentiam. s. ex antiquitate defectus potentie in eo esse creditur, filio sapientiæ &c. Tertia conditio iaspidis est quod operationis p̄tate habet multam. Vnde dicit magister de proprietatib. quod est lapis maxime efficacia, vnde tot habet virtutes quot venulas hēt. Sic & Deus quot sunt creaturæ, tantā se nobis ostendit hēre virtutis potestatem. Et p̄ consequens iste lapis explicat tertiā partē huius articuli. d. Creatorē cæli & terræ. Sed forte statim dices. Quare in simbolo apostolorū dicit Petrus. Creatorē cæli & terræ. In simbolo autē maiori dicitur Factorē cæli & terræ, visibilibus &c. Respondeo quod create proprie est de nihilo aliquid facere, facere vero est commune ad operari aliquid ex nihilo, vel aliquid ex aliquo. Vt ergo ostendatur quod Deus facit & operatur, non solum illa quæ produciuntur ex nihilo, vt sūt animæ & angeli, sed etiam illa quæ sūt ex materia præiacente, vt corpora & arbores ex terra. ideo dicitur Petri declaratum fuit in maiori simbolo cū dicitur. Factorem cæli & terræ &c. Et de hoc vide

Quæsi. Credo.

Magister li. 3. dist. 3.

Templum.

Matth. 3.

Luc. 2.

Esa. 66.

Omnipotentia.

Magister li. 1. dist. 3.

Magister li. 1. dist. 3.

Eph. 4.

Joan. 1.

in postil. Ioannis. 18. **Suscipimus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui.** Postquā psal. legit de ecclesie fundatione. Hic cōsequenter agit de ecclesie decoratione. Maxime at ecclesia fuit decorata q̄ Christi p̄sentia fuit visitata, vt pura quādo Christus in ea fuit p̄sentatus & à Simeone receptus in vlnis. Et diuiditur ista pars in tres. Quia agit primò de Christi in tēplo p̄sētatione. Secundò de nominis Christi per orbē p̄sētatione. ibi. *Secundum nomen tuum.* Tertio de mūdī per fidē exultatione, ibi. *Lætet mons Sion.* Quantū ad primū sciendū quod ista litera dupliciter exponitur. s. de tēplo materiali in quo Christus p̄sentaliter fuit p̄sentatus, & de tēplo spirituali. Si de tēplo materiali exponatur sciendū qd̄ propheta p̄uiderunt Christū statim post natiuitatē suā tēplū iudaicū sua p̄sentia visitaturū. Sic. n. de ipso dicitur. Statim veniet ad tēplū sanctū suū dominator dominus, quē vos q̄ritis, & angelus testamenti, quē vos vultis, qd̄ ad literā d̄ Christo intelligitur. Hoc per Christū fuit adimpletū, q̄n̄ vt habetur Lucæ. 2. Jēcōpletis dieb. purgationis Mariæ, Simeō spiritus sancto inspiratus venit in templū. Christus in templo fuit p̄sentatus, & ipse accepit eū in vlnas suas & benedixit Deum &c. Hoc autē psal. spiritus propheticus tacite p̄uiderit. d. *Suscipimus Deus misericordiam tuā.* i. Christū per quem accepimus misericordiam in medio templi tui. Et dicit in medio, vt denotet quod Christus publicē & non in angulo tēpli fuit p̄sentatus. Et more propheticō p̄ certitudine prophetia, pro futuro p̄teritū ponit. Istā expositionē ponit gl. magister. d. Hic agit de actuali susceptione Christi qua susceptus fuit à Simeone & aliis quādo in templo est p̄sentatus. Et est sensus *Suscipimus Deus misericordiam tuam.* i. filium tuum in medio templi tui quod est in Hierusalem. Et per hoc grauius accusantur iudei, qui cōtemnunt eū, qui in medio eorum conspectus est. Et per hoc notatur incarnatio Christi, qui secundū quod homo in templo est p̄sentatus. Si autē legatur de tēplo spirituali, qd̄ est fidelis anima, vt supra patuit, verba. 75. tunc secundū glossam hic agit de susceptione Christi per fidem, qua ab omnib. credentib. suscipitur. Et est sensus. *Suscipimus. s. fide, Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* i. in cōmune populi tui. Et de ista susceptione in templo spirituali loquitur Ber. ista verba exponens ostendendo quāte nobis sunt vtilitatis, dicens. *Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* In medio templi nostre animæ misericordia Dei est nō in angulo aut diuersorio, quia nō est apud Deū acceptio p̄sonatum. In cōmuni posita est omnib. offertur, & nemo illius expertus est, nisi qui renuit. *Suscipimus Deus misericordiam tuam.* s. c. Lōgē est hæc gratiarū actio à voce illa gemētis. Dñe in cælo mia, Quid. n. Vide tur ne tibi in medio fuisse mia cū apud solos cæli genas spūs haberetur? Aut vbi Xps minorat? pau lomius ab angelis factusque est Dei & hominis medius, ex hoc. *Suscipimus Deus misericordiam tuam* &c. Eramus enim nos natura filij iræ, sed consequuti sumus misericordiam. Cuius iræ filij & quam misericordiam cōsequuti? Nēpe filij ignorantie impotentie & captiuitatis, sed cōsequuti sapientiā, virtutē & redemptionē. Ignorantia mulieris seductæ excæcauerat nos. Mollicies viri abstracti & allecti à p̄p̄ia cōcupiscentia eneruauerat nos. Malitia diaboli expositos nos iussit à Deo captiuauerat nos.

A Sic ergo nascimur vniuersi, signari, de fides, & captiui. Nūc ergo cū iā salui facti sumus ab hac triplici ira per Christū q. factus est nobis à Deo patre sapientia, sanctificatio, & redemptio, videmus ne denuo cōtingat irā incidere, ne sint nouissima nostra peiora priorib. q. nō iā natura, sed propria voluntate filij sumus iræ, hæc ille. Possumus etiam hic notare qualiter Christum in medio tēpli anime nostre recipimus. Vbi notandum quod Christum in medio nostri multipliciter suscipimus, scilicet. Per officium intercessionis, Per cōmunitatē conuersationis, Per immensitatem adimplentionis, Per doctrinam inspirationis, Per scripturas antiquę legis, Per æquitatē operationis. Primò suscipimus Christum in medio nostri per officium intercessionis. Ad hoc enim venit in carnē, vt medius staret inter Deū & homines pro nobis patre interpellado. Istū modū ponit magister li. 1. dist. 19. Xps verē dicitur Dei & hominū mediator, eo q. medi⁹ inter Deū & homines ipsos reconciliat Deo, reconciliat at̄ dū offendicula hominū tollit ab oculis Dei, i. dū p̄tā delet, q. b. Deus offendebatur &c. Istō mōdō si mile officium interpelladi Moyses stetit medius inter Deū & populum, ipso. d. Ego seq̄ster & medius fui inter Deū & vos in t̄p̄e illo, vt annūciatē vobis verba ei⁹. Sed fuit medius per cōmunitatē cōuersationis, q. s. sua cōuersatio omnib. erat cōmunis nō solū iustis, s. & peccatorib. & publicanis, aliis hominib. similis factus. Vñ super illo verbo. Medius at̄ vestrū stetit &c. ait Chrysost. decē erat Xpm populo vt vnū multorū se vbiq; humilē eē doceret, p̄pter qd̄ ipse. d. Ego at̄ in medio vestrū sū, sicut q. ministrat. Tertio fuit medi⁹ per suā immensitatem qua omnia replet & omnia occupat, cū. n. verbum Dei sit infinitū, immensū & illimitatū, oportet q. omnia sua immensitate repleat. Si. n. alicubi esset & n̄ vbiq; iā finiretetur & eēt limitatū. Et iō ipsū verbum rōne suę immensitatis dicit. Cælu & terrā ego impleo, d̄ dñs. Sic ergo dicitur Xps Dei verbū in medio omnū rerū, q. vniuersam implet creaturā. Quarto fuit medi⁹ p̄ doctrinā inspirationis. Vbi notādū q. quīs intellect⁹ noster sit immaterialis & careat organo corporali, & sic sit nobili⁹ q. est in homine tñ multoties in scriptura nō ē corporalis mēbris. s. cordis nūcupatur, eo q. cor sit nobili⁹ mēbrū qd̄ sit in homine, Sic. n. accipitur cor p̄ intellectū. puer. 2. Si intrauerit sapientia cor tuū &c. Et Salomō inq̄. Dabis seruo tuo cor docile. Et Lucē 2. Maria at̄ cōseruabat omnia verba hæc &c. S. s. secundū naturales cor ē in medio corporis cōstitutū. Vñ & ps. 21. Cor meū tāq̄ cera liq̄scēs in medio vētris mei. Sic ergo nomine medij intelligitur cor qd̄ est in medio: & noīe cordis intellect⁹, & sic de primo ad vltimum nomine medij intellectus intelligitur. In isto autem medio stat Ies⁹, q. q. d. sapientiæ & lucis est in intellectu nostro, totū puenit à Xpo, secundum illā Ioan. 1. Illuminat oēm hoīem &c. Sed q. multi illuminantur à Xpo q. tñ ipsū cognosce re nolūt, ideo dicitur. Medi⁹ aut̄ vestrum stetit quē vos nescitis. Qd̄ exponēs. Origenes, ait. Qd̄ dicitur medi⁹ vestrum stetit &c. intelligendū est de nobis hoīb. cū. n. sum⁹ rationales, in medio nostrum existit ex eo q. p̄cipale mēbrum. s. cor in medio rot⁹ corporis insertum est. Qui igitur Xpm in medio gerunt, non autē cognoscunt, de quo fontē manant, nec

Medi⁹ Christi.

Deute. 5.

Ioan. 1. Chrysost.

Lucæ. 22.

Hebre. 3.

Philosophus. 3. de anima.

Proverb. 2. 1. Reg. 3. Lucæ. 2.

Psalmus. 21.

Ioan. 1.

Origenes.

nec quod consistat in eis. hi verbu caro factu in medio obrutares ignorat. Quito fuit medi p scripturas legis antiq. Scriba. n & pharisai scripturas maxime antiq. teltam et meditatator, in qb. Xpm p nuciabatur. Act. 3. Tunc oes pphera testimoniu p hibet & c. Pharisais, n. dixit Ioanes. Medi vestrū ite rit que vos nescitis. i. in sacra scriptura q̄ sēp i medio vestru habetis. S; tñ ipm nesciebāt, q̄ scripturas quas de ipō legebāt n̄ itelligebāt. Sexto fuit medi p iustitiā opatiōis. Noīe. n. medij ipa iustitia merito itelligitur, q̄ oīs vīr cōsistit in medio. Ipa at iustitia est oīs vīr. r. ethi. In medio ergo stat Iesus q̄ in oib. suis opib. fuanit iustitiā. pp̄ qd. d. Vbi duo vel tres sunt congregati in nomine meo, ego in medio eorum sum. Vñ proverb. 8. In viis iustitiæ ambulo in medio semitarum iudicij.

783. De pan. di. 3. cap. 3. **Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ, & iustitia plena est dextera tua.**

Hic consequenter ponitur noīs Christi p mundū p̄dicatio. Istud nomē Christi qd̄ p totū orbē laudatur est nomē Iesus, de quo dicit apostolus, Dedit illi Deus nomen quod est super oē nomen vt in noīe Iesu & c. Est ergo sensus. *Secundū nomē tuū & c.* i. secundū magnitudinem nominis tui quæ est infinita, sic & laus tua in fines terræ. i. diffusa est per totū orbē terrarū per apostolorū p̄dicationē. Vel secundū glo. sic exponitur *Secundū nomē tuū Deus*, quod s. vbiq; diffusū est. q̄ nullus est qui nomini Iesu nō se subiiciat, & si nesciat cultū. *Secundū ergo nomen tuū*. i. sicut reuerentia tui nominis dilatatur, sic & laus tua quæ non est nisi in sanctis. Et verē dilatata est, q̄ in fines terræ. i. in ecclesia q̄ toto orbē terrarū diffusa est, laus tibi datur. Non. n. desunt q̄ te laudent per oēs terras. Cuius rationem reddit, q̄ *iustitia plena est dextera tua*. i. q̄ dextera. i. virtus tua iustificavit multos qui te laudāt. Quod iō dicit, q̄ de omni natione orbis, & de omni parte terræ aliquos elegit & vocavit ad gratiā. Vel *iustitia plena est dextera tua*. i. dextera tua. i. aterna beatitudo plena est iustitia. i. iustis, quia multi sunt iusti qui stabūt ad dexterā. De hoc nomine Iesu & eius laude vide supra versicu. 675. Item qualiter nomen Christi est admirabile, vide supra versiculo. 82.

784. **Lætetur mons Sion, & exultent filia Iudæ, propter iudicia tua domine.**

Hic agit de exultatione facta per orbē de fundatione ecclesiæ. q̄ exultatio maximē fuit quādo fundamenta ecclesiæ fuerunt confirmata ne amplius cadere possent. i. in missione spiritus sancti, in qua totus mundus exultavit, quia ibi erāt ex omni mū di natione p̄sentes, vt habetur Act. 2. quæ missio spiritus sancti in monte Sion facta fuit. Vñ dicit. *Lætetur mons Sion & c.* Vbi notandum quod hic per montem Sion intelligit iudæos, & per filias Iudæ gentes. Cuius ratio est. Quia mons Sion erat principalior & nobilior locus totius terræ iudæorum, & sic per illum tota terra iudæorum intelligitur. Filia at Iudæ sunt gentes ad fidem cōuersæ, sicut nos dicimus, quod regenerans aliquem est pater illius, & regeneratus est filius. Sic & cōuertens aliquem ad fidem sua p̄dicatione est pater illius & conuersus est eius filius. Cum ergo gentiles per p̄dicationem apostolorum ad fidem Christi sint con-

Actuum. 2. Mons Sion.

uersi, conueniens est quod filij dicantur apostolorū qui omnes iudæi fuerunt, p̄pter quod & ipsi apostoli patres dicuntur fidelium. ps. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij & c. Dicit ergo. *Lætetur mons Sion*. i. ipsi iudæi. s. apostoli & alij iudæorum fideles. *Et exultent filia Iudæ*. i. gentiles per p̄dicationem iudæorū ad fidem cōuersi. Et causam subdit. d. *Propter iudicia tua domine*. De quibus iudiciis dicit apostolus. O altitudo sapientiæ & scientiæ Dei & c. q̄ incomphensibilia sunt iudicia eius, vt pote quod ab æterno sapientia diuina istum ad fidem elegerit, & illum dimiserit, quod maior pars iudæorū in aduentu verē lucis excæcata fuerit q̄ ante erat fidelis, & gentiles q̄ ante idololatræ erant Christi fidē receperint. Ista sunt iudicia Dei nobis occulta quæ nullus hoim intelligere potest. Et ista est intentio gl. d. *Lætetur mons Sion*. i. iudæa, quæ primos radios fidei recepit. *Et exultent filia Iudæ*. i. confessionis. s. gentes à Iuda. i. ab apostolis genitæ per confessionem. Et hoc *propter iudicia tua domine*, q̄b. cæcitas contingit in Israel, vt plenitudo gentium intraret. De istis iudiciis diuinis sic à nobis occultis ait Grego. Iudicia Dei comprehendere à nobis non possunt. Vñ. n. vnum ex multis loquar. Duo ad hanc lucem paruuli veniunt, sed vni datur vt ad redemptionē per bap̄tismum redeat, alter at subtrahatur, q̄ hūc r. generationis vnda perfundat, & sape fidelium filius sine fide rapitur, sape infidelium cōcesso fidei sacramento, renouatur. Sed fortasse aliquis dicet, q̄ peccare etiam post bap̄tisma hunc Deus nouerat, & idcirco eum ad bap̄tismatis gratiam nō perducit, quod si ita est, peccata quorundam p̄culdubio priusquam sint perpetrata puniuntur. Et quis ista rectē sentiens dixerit quod omnipotens Deus q̄ alios à perpetratis facinori liberat, & hæc etiam in aliis non perpetrata condemat. Occulta itaque sunt Dei iudicia. Et quanta obscuritate à nobis nequeunt conspici, tāta debent humilitate venerari & c. Ex quib. apparet q̄ quilibet ad fidē à Deo electus sola Dei gratia bonitate est electus, & sic tā iudæi quam gentiles à Deo electi, de hoc debent latari, propter quod tam de iudæis q̄ de gentib. cōsimilis sententia ponitur. psal. 96. *Audiuit & lætata est Sion. Et exultauerunt filia Iudæ propter iudicia tua domine.*

785. **Circundate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius.**

Hic consequenter ponitur impletio p̄missionis publicatione. Et diuiditur in duas partes, q̄a Primō ostenditur locū in quo dēt publicari fides. Secundō qd̄ debet p̄dicari, ibi. *Quoniam hic est Deus*. Prima in duas, quia ostendit q̄ primo p̄dicanda esset iudæis. Secundō gentib. ibi. *Ponite corda vestra* Quantum ad primū sciendum q̄ iudæis quibus Christus fuerat p̄missus & ex quibus fuerat natus, & cum quib. fuerat conuersatus, tāq̄ p̄p̄inquoib. primū fides erat p̄dicanda, ne exultatione de ipsorum infidelitate habere posset, p̄pter qd̄ Paulus & Barnabas dixerunt iudæis. Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, sed quoniam illud repulistis & c. ecce c. nuertimur ad gentes. Et hoc est quod dicitur apostolis & primis fidei p̄dicatoribus. *Circundate Sion*, quia, scilicet, in monte Sion vbi erat templum, & etiam in alijs locis circa templum ipsi circuibant constanter, Christum p̄dicando, & miraculis Christi fidem affirmando. In tantum quod in plateis

Grego. cap. 2.

Ophiomali.

psalm. 96.

785.

plateis ponebant infirmi, vt veniēte Petro, saltē vmbra illius obumbraret quosq̄ & liberarentur ab infirmitatibus suis: vt habetur Actū 5. Et q̄ ista si dei p̄dicatio deberet esse facta nō in secreto, sed publicē & apertē, s̄m q̄ Christus suis p̄cepit discipulis. d. Quod vobis dico in tenebris, dicite in lumine. Et qd̄ in aure auditis, p̄dicare supra tecta. Et ideo hoc p̄cauidēs psal. dicit. *Narrate in turribus eius*. i. manifestē & publicē p̄dicare, sicut p̄cones clamātes in turribus audiūt à tota ciuitate. Et attende quōd ait p̄dicatoribus. *Circundate Sion & complectimini*: q̄a p̄dicator p̄dicare debet subditis nō amore tēporalis lucri: quia tunc venderet Dei verbum, sed loco amore charitatis totū referendo ad Dei laudem & vtilitatem subditorum. Et hoc est quod dicit. *Circundate & complectimini*. i. brachijs charitatis amplexamini.

786. De off. dist. 2. nomēs bap̄tismi. **Ponite corda vestra in virtute eius, & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.**

Hic consequenter ostenditur quōd postquā p̄dicata erat fides iudæis, quōd p̄dicanda erat gentibus. Vbi aduertendum quōd postquam apostoli expulsi fuerunt de iudæa diuiserunt se per orbē, & episcopos ordinavit Petrus in diuersis partibus orbis, vt domos. i. ecclesias ordinaret in quibus diuina celebrare possent, & verbum Dei alienigenis, scilicet alijs à generatione iudæorum. i. gentibus p̄dicare. Qd̄ p̄cauidēs psal. p̄dicat apostolis. *Ponite corda vestra in virtute eius*. i. in virtute nominis Christi, in cuius. s. virtute miracula faciebant, vt diffusē in actibus apostolorum habetur. *Et distribuite domos eius*. i. ecclesias per orbē distribuere & ordinare. Quāuis. n. vna sit ecclesia generalis, multę tñ sunt particulares, vt puta ecclesia Hierosolyma distributa fructu iacobo. Romana Petro. India Bartholomeo. Achaia Andree. Grecia Ioāni: & sic de singulis. Et hoc est qd̄ dicit. *Distribuite domos eius*. Et ad qd̄ certe, vt enarretis in progenie altera. s. gētib. quæ nō erāt de p̄genie iudæorū. Ex istis autē verbis ostēdit q̄ p̄dicatores nō tñ verbis quātū opetib. bonis p̄dicare debēt: p̄pter qd̄ ipsi dicit. *Ponite corda vestra*, non tantum ora vel verba. *In virtute eius*. i. in charitate, quæ est virtus huius ciuitatis & c.

787. **Quoniam hic est Deus noster in eternū & in seculū seculi, ipse reget nos in secula.**

Hic consequenter ostendit quid debeāt p̄dicare. Tota enim p̄dicatio apostolorū in hoc fundabatur ad ostendendū q̄ Christus erat verus Deus & verus homo: ideo postquā dixit, vt enarretis & c. ostēdit qd̄ dicit. *Quoniam hic est Deus*. i. Christus est Deus Deus noster. s. qui seipsum dedit nobis: & bis dicit *Deus Deus noster*: & hoc ad maiorem expressionē: quia hoc est quod principaliter p̄dicare debebant. Et ad differentia deorū siue idolorum, quæ gētiles deos appellauit subdit. d. *In æternū & in seculū seculi*: q. d. Nō est Deus noster ad tēpus, vt falsi dij gentium. Quod dicit cōtra illos qui tēporales homines deos faciebant. Vel. q. d. *Hic est Deus Deus noster*: quia seipsum dedit nobis, & nō solum in p̄senti per gratiam, sed etiā erit noster, in eternū: quia seipsum nobis dabit per gloriā. *Ipsē reget nos in secula*. Christus enim non in p̄senti vt rex suos regit, ne finaliter cadēt à gratia, sed in æternū eos reget, ne cadere possint à gloria. In trāslatione autē Hieronymi habetur. *Ipsē reget nos in morte*: & idem valet: quia qui regitur in Incogn. Tom. j.

A morte, ne cadat à gratia, postea semper erit in gloria. Sequēdo materiā inceptā de fundamētis ciuitatis ecclesiæ. i. de articulis fidei, sequitur agere de secundo fundamēto. Secundū fundamētum ciuitatis erat sapphyrus, cui correspondēt secundus articulus fidei quem posuit secundus apostolus. s. Andreas dicens. Et in Iesum Christum filium eius vnici, dominum nostrum. Circa quē duo sunt videnda. s. primū qualiter iste articulus per ecclesiā exponatur: secundū qualiter per secundū fundamētum quod sapphyrus est figuratur. Quantum ad primū notandum, q̄ circa istum articulum qui est de persona filij multi errauerunt & maximē Arius: qui fuit dominum Guidonem circa istum articulū errauit in quinq; s. dicebat. Primō filiū nō esse eiūsdem substantiæ cum patre. Secundō filium nō esse patri cōternum, sed natum ex tempore. Tertiō filiū nō esse æquale patri, sed minore patre. Quartō Christum nō esse filiū naturalē Dei, sed adoptiuū. Quintō filium Dei dicit Iesum Christū purā esse creaturā. Cōtra istos quinque errores ecclesia declarans istum articulū in maiori simbolo quinque addit. d. Et in vnum dominū Iesum Christum filiū Dei vnigenitū. Per hoc enim quod dicit filiū, ostendit ipsum esse eiūsdē substantiæ cum patre. Vnde Aug. in lib. de simbolo dicit. Cum audis filium, agnosce hunc esse Deū. Si enim verus est filiū: est id qd̄ est pater. Si ergo pater est Deus & filius est Deus: hanc cōsubstantialitatem filij ad patrem cōtra Arianos cōcludit Christus. d. Ego & pater vnū sumus. Vbi Augu. vtrunq; audi, & vnum & sumus. Quod dicit vnū, liberat te ab Ariis: quod dicit sumus, liberat te à Sabellio. Secundus error Arii erat q̄ filius nō est patri cōternus. Quod p̄babat vt refert Augst. i. de Trinitate. d. Omne quod natum est principium habet, omne autem quod habet principium, nō semper fuit: ergo si filius natus est, patri nō est cōternus. Cōtra istum errorem ecclesia addit Et ex patre natū ante omnia secula. Quod declarat exemplo familiari. d. Lumen de lumine: quia cū lumen procedat à corpore luminoso, est tamen sibi coequum. Et ideo ad arguendū Arii respōdet Augst. vbi supra d. Qui homo dicit: nō intelligit natū esse sempiternum Deo, vt sit cōternus patri filius sicut splendor qui gignitur ab igne cōternus est illi, & esset cōternus si ignis esset æternus. Tertius error Arii fuit q̄ filius est minor patre, qd̄ probabat quia oīs mittens alium: maior est illo quem mittit. Pater autem misit filium, & filius missus est à patre, ad Gal. 4. Misit Deus filium suum & c. Ergo contra istum errorem addit ecclesia. d. Deū de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. q. d. Sicut contradictionem implicat aliquem esse Deo maiorem, cum Deus sit quo maius cogitari non potest: sic quōd filio Dei qui est Deus de Deo natus patre esse maiorem vel illum patre esse minorem implicat contradictionem. Ad argumētum autem Arii respondet Aug. d. Non ideo putandū est filium minore esse patre: quia missus est à patre: quia propter principij commendationem non propter imperitatem vel inæqualitatem vel dissimilitudinem substantiæ in scriptura hæc posita intelliguntur & c.

E Vnde hanc æqualitatem cum patre se filius habere ostendit, dicens se habere à patre quo nihil maius est. d. Pater meus, quod dedit mihi, maius omnibus est. Vbi Augu. vide quōd non crescendo, sed nascendū filius æqualis est patri: qui semper natus est de patre filius: de Deo verus Deus: hoc est ergo quod dedit mihi pater, quod maius est omnibus, vt sim splendor lucis eius sibi æqualis. Quartus error

Galat. 4.

Art. 1. fidei. Sapphyrus f. i. 2. de Christus.

Errores Arii.

To. 2. 10. Augustinus.

August. 4. de trinitate.

Ioan. 10.



ror Arrij fuit, quod filius Dei non sit filius natura-  
lis, sed adoptiuus: probat: quia nullus pater sine sui  
deitione generat filium sibi naturalē, quod de Deo  
dicere est absurdum: & sic restat q̄ Deus pater nun-  
quam habuit filiū sibi naturalē. Cōtra hoc addit ec-  
clesia. d. Filium Dei vnigenitum, q. d. licet adoptiuū  
filij sint multi: hic autē q̄ vnigenitus, est naturalis.  
Et ideo ad argumentū suū respōdētō & ponēdo  
differētiā inter filios adoptiuos & filiū vnigenitum  
Hilarius 12. de trin. dicit. Vero patri solus filius qui  
ex eo nascitur verē filius est. Nos quidē filij Dei sum-  
us, sed per facturā: suimus. n. aliquādo filij iracun-  
diā, sed filij Dei per adoptionē facti sumus &c. Vult  
dicere ad argumētū q̄ habet veritatē de generatio-  
ne qua filij deducuntur de nō esse ad esse: qd̄ nō ha-  
bet in proposito locū: vnde Iesus se verum esse Dei  
filium natura nō adoptione ostēdit. d. Sic Deus di-  
lexit mundū vt filiū suum vnigenitū daret. Vbi Hi-  
larius. Hic est verus Dei filius naturali veritate nō  
adoptione. Quintus error Arrij fuit, q̄ filius Dei nō  
erat Deus sed creatura. Qd̄ cōcludebat ex prēdictis  
erroribus, ex eo quia alterius substātia à patre: q̄  
natus ex tēpore: quia minor patre & adoptiuus fi-  
lius nō natiuitatis proprietate: ex quibus percipitur  
quod sit pura creatura. Cōtra hoc addit ecclesia in  
maiori simbolo. d. Per quē oīa facta sunt: quasi sic  
arguens. Si omnia per filium facta sunt: ergo filius  
nō est factus: pater cōsequētia: quia nulla res seip-  
sam facere potest. Si ergo omnia per filiū facta sūt  
ergo ipse nō est factus: sed si factus nō est, ergo crea-  
tura nō est: & si creatura nō est, ergo creator & De-  
us est. Et sic ex prēdictis apparet qualiter ecclesia de-  
clarat in maiori simbolo s̄m articulum fidei posi-  
tū in simbolo apostolorum, vbi solum dicitur. Et in  
Iesum Christum filium eius vnicū dñm nrm. Cō-  
sequēter restat videre qualiter iste articulus per se-  
cundum fundamentum ciuitatis, s̄per sapphyrum  
declaratur: quod fiet in sequenti lectione.

Hilarius 12. de trinitate.

Iuan. 3.

788.

**A**udite hęc omnes gentes, auribus  
percipite oēs, qui habitatis orbē.

Hic psalmus talē habet titulum. *In finē filijs Chore psalm.* Iste psal. historix alicuius fundamentum  
nō habet, sed totus est doctrinalis atq; moralis fa-  
ctus à filiis Chore, de quibus dictum est 3. in prin-  
cipio psal. 45. Hic ostendit mundum cum illis quæ  
sunt in mundo: vt diuitias, honores, & gloriā nō es-  
se diligendum, ostēdens oēs mundi amatores cum  
sua gloria citō perituros. Et quod Christus est redē-  
ptor, nō illorum qui mundum colunt: sed illorum  
qui mundum & ea quæ in mundo sunt cōtēnunt.  
Insuper illos redarguit, qui ideo Deum colunt vt  
asperantur prospera mundi, & qui murmurant de  
prosperitate malorum. Est ergo sensus tituli talis. Iste  
psal. à filiis Chore factus *In finē*. s̄m Christum nos  
dirigit. Vel iste psal. dirigit nos in finē cōpetit  
filij Chore, i. crucifixi: vt fuit dictum in titulo psal.  
41. Iste ergo psal. diuiditur in partes quatuor. Quia  
primō auditores ad intelligentiā dicendorum exci-  
tat. Secundō quæ corde intus cōceperat extra ver-  
bis explicat ibi. *Cur timebo.* Tertiō supplicia malo-  
rum & honorū præmia p̄dicat, ibi. *Sicut oues.* Quar-  
tō ad mundum nō timendum bonos quæ vocat, ibi.  
*Ne timearis.* Primō ergo oēs excitans ad attentē  
percipiendum dicenda, ponit quatuor quæ audito-  
res attentos debet facere. Quorum primum est di-  
cendorum cōsutilitas. Secundum est audientium

status diuersitas, ibi *Quique terrigena.* Tertium est di-  
cendorum profunditas ibi. *Osmcum.* Quartum est  
apertē locutionis facilitas, ibi. *Inclinabo in parabolā.*  
Quantum ergo ad primum, quia quod omnes  
tangit, ab omnibus debet meditari. Et est doctrina  
in psalm. ipso tradita, omnes tangit tam bonos  
quam malos, tam diuites quam pauperes, ideo ab  
omnibus debet audiri & meditari: propter quod  
omnes ad audiendum excitat. d. *Audite hęc omnes  
gentes.* Vbi notandum quod secundum glo. per gen-  
tes quæ idola colebant, intelligit peccatores & in-  
iustos, sed per habitantes orbem, intelligit iustos  
qui, scilicet, sunt domini rerum & orbis non serui  
eorum. *Habitant enim orbem, qui non tenentur  
ab orbe, nec eius implicantur erroribus.* Istos  
ergo omnes prouocans dicit. *Audite & percipite  
auribus:* quoniam non sufficit audire verba Dei, nisi  
adit & percipere. Nam percipio percipis secundū  
grammaticos cōponitur ex per & capio. pis. & in-  
de percipere, id est, perfectē capere & intelligere. Il-  
le ergo audit qui verborum sonum capit, sed ille  
auribus percipit qui quod dicitur perfectē & atten-  
to corde intelligit. Et non frustra dicit *auribus per-  
cipite.* Vbi notandum quod per aures vult intelligen-  
re perfectam cordis intelligentiam. Auribus enim  
corporalibus natura tria tradidit. Primō ipas fecit  
apertas, quod non fecit de organo visus, quod clau-  
ditur palpebris, & gustus quod clauditur dentibus  
& labiis: ad denotandum quod prouocantes esse de-  
bemus ad audiendum quam ad videndum vel gu-  
stādum. Vnde & Seneca ait. Auribus quam lingua  
frequentius vtire. Sic etiam & Iaco. 1. dicitur. Sit autē  
omnis homo velox ad audiendum, tardus autē ad  
loquendum. Secundō natura aures fecit paruas: a-  
nimalia enim bruta secundum sui corporis quan-  
tatem (vt in pluribus) maiores habet aures, quam  
homo, vt pater de asino, boue, equo, cane, lepore &  
similibus. Ad denotandum quod illa quæ audimus  
distinctē atque discretē recipere debemus, vt, scilicet,  
non omnia audita credamus. Et ad istum sen-  
sum dicitur ecclē. 28. Sepi aures tuas spinis & noli  
audire linguam nequam. Vnde & Seneca in pro-  
uerbiis dicit. Difficilem oportet habere aurem ad  
crimina. Vnde & in canone dicitur. In scriptura nar-  
ratur Constantinum imperatorem dixisse. Verē si  
oculis propriis vidissem sacerdotem Dei aut ali-  
quem eorum ( qui monachali habitu circum ami-  
cti sunt) peccantem, chlamydem meam explicarem  
& cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. In quo  
commonemini &c. Sed hæc quidem diximus, cae-  
tos vos reddere cupientes, vt si de domini sacerdo-  
tibus aliquid contrigerit vos audire, quod confu-  
sionem piis mentibus ingerat non infirmitum sed  
pudoratos filios Noe imitantes, paternam de reli-  
quo verecundiam contegatis, vt affluenti, quem ad  
modum vt illi, benedictione repleti moderante do-  
mino mercamini &c. Et sunt verba Nicolai pa-  
pæ Ludouico imperatori. Tertiō natura aures fe-  
cit homini non cadentes sicut habent canes, sed  
stantes. Ad denotandum quod verbis terrenis  
aures inclinare non debemus, sed solum cœle-  
stibus audiendis & spiritualibus. & ad verba le-  
gis diuina. Vnde & Neemia. 8. dicitur quod au-  
res omnis populi erectæ erant ad librum legis.  
Quibus omnibus consideratis non est contentus  
psalm. hunc psalm. audire etiam nisi addat. *Auri-  
bus percipite.*

Quique

**Quique terrigena & filij hominū, simul in vnum diues & pauper.**

Hic tangitur status auditorum diuersitas. Vbi no-  
tandū q̄ quamuis oēs homines creati sint de terra,  
tñ aliqua corpora terrena gerētēs animum habent  
cœlestem: alij vero sicut & corpora ita & animū  
gestāt terrenum. i. terrenis applicatū. Cum ergo  
a nobilitate parte totum debet denominari, illi ho-  
mines vocātur cœlestes qui animū habent cœlestē  
& illi *terrigena.* i. terrenæ generationis qui animum  
habent terrenum. Sic. n. legimus in toto genere hu-  
manæ naturæ duos hoīes principales. s̄. vnum ter-  
renum & causam mortis qua corpora nostra redi-  
gantur in terrā. f. Adā, & aliū cœlestē & causam vi-  
tæ. f. Xpm. Sic & hodie sunt duæ generationes. f. i.  
filij Adæ terreni hoīs, qui ipsum imitantur, & filij  
Xpi cœlestis, qui ipsum imitantur. Has autē duas  
generatiōes. f. bonorū & malorū hic excitat psal. d.  
*Quique terrigena filij hominum.* Per terrigenas, intelli-  
git iustos Christi imitatores: qui in scriptura dicitur  
filius hominis. Cōsimilē distinctionē bonorum  
& malorum licet sub aliis verbis faciebat apostolus.  
d. Primus homo. f. Adā de terra terrenus: secun-  
dus. f. Xps de celo cœlestis. Et hanc intentionē habet  
gl. hic. d. Terrigena sunt qui vitia terrena sequun-  
tur: quasi geniti à terra: hi sunt in parte Adæ qui fuit  
homo: sed non filius hominis. Filij autē hoīm sunt  
iusti, qui sunt in sorte Xpi, qui fuit filius hominis:  
cuius gestant imaginē. Hos ergo oēs tā bonos quā  
malos, excitat psal. d. *Quique terrigena &c.* Ac si dicat,  
Nulli sermonē subtrahō. Audiat hares terra, quia  
loquar de iudicio vnde iudicetur vt sic timeat. Au-  
diant filij hominū. i. iusti, qui loquar de regno cœ-  
lorum: vbi regnent & sic diligāt. Sed statim insurgit  
dubium, quō per filios hominum intelligit filios  
Christi & imitatores, cum ipse Xps nō sit filius ho-  
minum, sed solum hoīs. Respōdeo q̄ primi à Xpo  
geniti vt fuerunt apostoli, & illi bene possunt dici  
filij hominis: quia Christi imitatores immediatē.  
Sed quæ illis filiis primis medianibus alios plures  
genuit fideles, isti ab illis geniti filij hoīm dici pos-  
sunt. Et quæ in presenti vita simul sunt corpore mix-  
ti boni cum malis, licet merito distincti. Ideo sub-  
dit. *Simul in vnum diues & pauper.* Diues refertur ad  
terrigenas, pauper autem ad filios hominum. Et  
est sensus. *Diues.* i. terrigena, *pauper.* i. filius homi-  
nis. Audite: qui estis simul in vnum nō separati vsq;  
ad messē quādoq; non simul eritis, quandoque  
separabuntur Zizania à tritico: oues ab hædis.  
Audiatis ergo omnes qui nunc estis simul in vnum  
antequā veniat qui segreget oues ab hædis, & po-  
nat oues ad dexterā: hædos autē ad sinistrā: tunc. n.  
auditus erit ad iudicādum nō ad corrigēdum. Mo-  
raliter autē per hoc q̄ auditores suos vnitos desi-  
derat, d. *Simul in vnum diues & pauper.* vult ostendere  
q̄ quilibet qui fructuose verbum Dei vult audire,  
vnitatē & cōcordiam cum proximis debet habere  
propter quod dicitur. Congregatus est omnis po-  
pulus quasi vir vnus ad audiendam legem. Qui  
enim discordiam cum proximis habet, ipsum Deū  
non amat. Docet autem experientia quod graue est  
omni homini audire verba illius quem non amat.  
Vnde sicut graue est iustis audire verba malorum,  
ita graue est malis audire verba bonorum & Dei.  
Et hæc differentia est inter bonos & malos: quia  
boni qui per amorem vniuntur personæ malorum

In cogn. Tom. j.

789.

Audi. Percipite

Amu.

Seneca in de moribus. Iaco. 1.

Ecclē. 28.

Dist. 96. in scripturis.

Psalm. 45.

Neemia. 8.

Neemia. 8.

sed non vitios, libenter audiunt malorum bona ver-  
ba, sed non vitiosa. Mali autem qui per odium sepa-  
rantur à bonis nulla bonorum verba possunt audi-  
re libenter. Quod ostendit Greg. lib. 9. mor. d. Per-  
uersæ mentes si semel ad studium cōtrarietatis eru-  
perint: siue rectū quid à bonis audiāt, aduersis hoc  
responsionibus impugnant. Quia cum persona dis-  
plicet, nec recta quæ protulerit placeant. At contra  
bonorum corda quibus in odium non venit perso-  
na sed culpa, sic peruersa diiudicant, vt quæ recta  
dicuntur assūmāt. Sic enim male prolata respuunt:  
vt approbent quæ ex veritate cognoscunt &c. Hic  
ergo psal. volens auditores ad audiēdum aptos red-  
dere ipsos admonet in vnum. s̄. amore primo cōue-  
nire, dicens. *Simul in vnum diues & pauper.*

Gregorius

**Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.**

Hic consequenter reddit auditores attentos ex  
profunditate dicendorum. Proponit enim de duo-  
bus se locuturum. s̄. de sapientia & de prudētia, quæ  
duo sunt profunditatis maximæ. Quoniā secundū  
glo sapientia spectat ad diuina quæ sunt altissima:  
& prudentia ad mores instruendos. Et sic per sapi-  
entiam intelligit Christum, sed per prudentiam vitam  
morum honestis regularam. In his enim duobus  
omnis sermo diuinus cōtinetur. Est autem aduer-  
tendum q̄ duplex est sapiētia. s̄. increata quæ Deus  
est, & creata qua homines dicuntur formaliter sa-  
pientes. Sapientia autem increata appropriatur fi-  
lio Dei: vnde dicit apostolus. Nos prædicamus Chri-  
stum Dei virtutem & Dei sapientia. Quod exponēs  
magister i gl. d. Xps. n. sapientia patris est quā ipse est  
verbum patris & manus patris: per quē tanq̄ manu &  
verbo pater oīa facit. Vñ est illud, Oīa in sapientia  
fecisti, & verbo domini cœli firmati sunt. Quod ergo  
verbo facit pater, hoc & manu & quod manu hoc  
& verbo fecit. Dicit ergo apostolus, prædicamus Xpm  
Dei virtutē & Dei sapientiam. Caue ne intelligas  
filium Dei sapientiam Dei patris, tanq̄ ipse solus fi-  
lius sit intelligens, vel sapiens sibi & patri & spiri-  
tui sancto. Si enim solus filius intelligitur sapiens  
sibi, & patri & spiritui sancto sapiens, rectē dicitur  
ad illam absurditatem: vt pater non sit sapiens de  
seipso, sed de filio. Nec sapientia sapientiam gene-  
rit, sed ea sapientia dicatur pater sapiens esse quam  
geniuit: vbi enim nō est intelligentia, nec sapientia  
pōt esse. Et inde. s̄. pater ipse non intelligit ipse sibi  
sed filius intelligit patri, profecto filius patre sapi-  
entem fecit. Et sic hoc est Deo esse quod sapere, & i-  
dem sapientia quod essentia: non filius à patre est  
sed à filio potius pater habet essentiam: quod fal-  
sissimum est. Est ergo Deus pater sapiens ea quæ  
ipsa est sapientia sua. Et filius sapientia patris est sa-  
piens, sapiens de sapientia quæ pater est, de quo est  
genitus filius. Sic pater intelligens est, ea quæ ipse  
est sua intelligentia: filius autem intelligentia patris  
est, intelligens de intelligentia quæ est pater. Et sic  
hæc increata sapientia cum sit idem quod diuina  
essentia, tamen appropriatur ipsi Christo qui dici-  
tur Dei virtus & Dei sapientia. Et de ipsa increata  
sapientia se loquiturum dicit psal. d. *Os meum loque-  
tur sapientiam.* id est Christum Dei filium. Alia est  
sapientia creata qua nos formaliter dicimur sapien-  
tes. Et ista est quidam habitus in mente nostra  
creatus, quo diuina sapidē cognoscuntur, qui ha-  
bitus differt ab habitu prudentiæ: quia sapientia  
est diuinarum & humanarum rerum cognitio. Et

790. 14 q. 1. c. 7. 117.

Sapientia. Christus.

1. Cor. 1.

Ecclē. sic

fic sapiens diuina & humana rimatur, sed prudens A ea que corporis sensibus experiuntur. Vñ sapiens in diuinis, sed prudens in humanis. Grammatici autē (vt catholicos) distinguunt inter sapiētiam, scientiā & intelligentiā, d. d. Sic distingui pot inter sapiētiam, scientiam, intelligentiā & prudētiā. Quia sapiētia creator tm inspicit, & scū sapida delectatione. Scientia vero ad cognitionē refertur oim: etiā sine delectatione & bonis moribus. Intelligentia autē ad creatoris & creaturarum cognitionē visibiliū & inuisibiliū. Prudētia verō ad rerū tēporaliū administrationē & inter bonos & malos debitā cōuersationē. Ex quibus patet, q aliud est sapiētē esse, aliud prudētē: & q aliquis est prudens qui nō est sapiens: & econtrario. In hoc ergo quod psal, dicit se loquurum de sapientia: quia de diuinis reddit auditores attentos ex B profunditate dicendorum.

Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

Hic consequenter reddit auditores attentos ex parte facilitatis locutionis. Vbi primō sciēdū, quid per parabolā & psalterium intelligit. Parabola. n. fm Grammaticos est reum genere dissimiliū cōparatio, vt illud. Simile est regnū cōlorū grano sinapis. illud. Sicut Moyses exaltauit serpentē in deserto: ita exaltari oportet filiū hominis. Et illud. Semē est verbum Dei. Et cōponitur parabola à para qd est iuxta, & bole qd est snia: inde parabola, qd iuxta sniam: nō .n. parabola est ipsa snia que sonat, sed iuxta illā. Sic ergo loquēs in parabolis nō aperte loquitur, sed similitudinariē & arigmaticē: qd nō oēs capiunt. Et aduerte q quāuis parabola nō statim intelligatur, quia nō est aperta locutio, sed similitudinaria: tm intellecta multū persuadet & inducit ad cognitionē veritatis. Et ideo Xps turbis loquebatur in parabolis: vt dicit Chrysostomus: quia loquebatur idiotis indigentibus ab his induci. Dicit ergo psal. *Inclinabo in parabolā aurē meā*. i. humiliabo me veritati quæ per parabolās & enigmata me docet: quia quātū tota scriptura sacra parabolis est plena. i. figuris & enigmatibus, qd cū per vnū factū etiā ostēdit aliud ab illo genere distinctū: siēdum est parabola. Sicut q Moyses aquā de petra eduxit: erat parabola docēs q de Xpi latere (qui vna petra dicitur) aqua baptisimalis erat exitura & c. pp qd dicit apostolus. Oīa in figura cōtingebāt illis. *Inclinabo ergo in parabolā aurē meā*. i. ad sanctā scripturā quæ parabolicē loquitur. Sequitur. *Aperiam in psalterio propositionem meā*. Vbi notādū q aliqua instrumēta pulsanur ore vt tuba vel mīsa: & aliqua manu: sicut organum & psalteriū. Prima significāt doctrinam prædicationis quæ promitur ore, sed secūda significāt doctrinam operationis, quæ efficitur manibus, sicut qn aliquis aliū docet, nō modo verbis, sed magis operib⁹, quæ doctrina est efficacior prima, & hæc maximē in psalterio decē chordarū denotatur: in quo obseruatio per opera decē mandatorū figuratur. Dicit ergo psal. *Aperiam in psalterio propositionē meā*. i. factis ostēdā propositionē meā. i. factis & operibus ostēdā quæ dico: quia sicut dico æternā beatitudinē ceteris omnibus esse præponendā, ita hoc esse faciendū factis ostēdam. Et hoc est qd dicit. *Aperiam*. i. declarabo, quod clausum est dissoluā: quia parabolās explicabo: quod ideo dicit, quia multa alibi parabolicē dicta, hic factis aperiuntur. Et cōformiter dicitur psal. 32. *In psalterio decem chordarum psallite illi.*

79  
32 q 4. mēre  
vices.

Parabola.

Matth. 13.  
Chrysostom.

1. Cor. 10.

Psalterium.

Moraliter autē in psalterio aperit ppositionē suam, qui bonū suā mētis ppositum per facta etiā exteriora manifestat. Quod facere nō possunt terrenis dediti: qui psallere Deo dignē nō possunt. Dicit Isidorus 3. etymol. agens de prima diuisione musica, q illa vox cæca dicitur quæ mox vt emissa fuerit cōticescit atq; suffocatur, & nequaquā lōgius producit: sicut est in valis fictilibus. Sic moraliter. Quid enim sunt vasa fictilia. i. de luto facta: nisi corda hominū terrenorum: de quibus psal. 2. Tanquā vas figuli cōfringes eos. Habēt enim ista chorda lutea, id est igne cupiditatis & auaritiē decocta & indurata: vnde vox eorū cæca est, nec apta suauī melodīa: qualem regem angelorum audire decet: vnde sicut merito fatuus reputandus esset, qui pulsan do vas fictile corā rege terreno suauem melodiam & regiæ celsitudini cōuenientem crederet facere: sic aliqui corā fictili luctuoso & terrestri Deo psallendo credit sibi placere. Vox enim illa cum sit cæca mox emissa cōticescit, nec longius producit: & per consequens cœlum nō ascendit, nec ad aures perducitur Dei. Vnde Ber. in meditationibus. Nō potest fieri, vt cum Deo loquatur, qui cum toto mundo tacens fabulatur. Cōtinuando materiam articulo rum fidei superius inceperam: nunc restat videre qualiter secundus articulus per sapphirū qui erat secundum fundamentum ciuitatis declaratur. Vbi sciendū q sapphirus lapis quāsdā habet proprietates, per quas huius secundi articuli singulas significat partes: ac eiusdē filij Dei (de quo iste est articulus) pproprietates. Nam fm magistrum de proprietate. Sapphirus habet virtutē distinctorum vnitium. Virtutem infirmorum sanatiuā. Virtutē turbatorū solatiuā. Virtutē oculorū seruatiuā. Virtutē gemarum prælatiuā. Sic & verē filius Dei (vt in ver bis isti articuli ostēditur) hēt virtutē quia distincta rum vnitium vnitiuā, naturarū: quia Et. Sanatiuā quæ pditorū redēptiū peccatorū: quia Iesum. Solatiuā quia afflictorū solatiuū miserorū: quia Christum. Seruatiuam oculorum: quia cunctorū cognitiuus occulorum: quia Christum. Prælatiuā: quia dominium tenet ceterorum: quia filium Dei vnicum do minum nostrum. Primō ergo sapphirus habet virtutē vnitiuam. Nam vt ibidem dicit magister. Sapphirus fm Dioscor. habet virtutem reconciliatiuā discordantium, inultum enim valet ad pacem refor mandam. Sic & conformiter filius Dei humanam naturam per peccatum à Deo diuisam reconciliauit & vniuit, dum in vna persona naturam diuinam & humanam coniunxit. Vnde Hieronymus in explicatione fidei catholice. Confitemur in Christo vnam esse filij personā: vt dicamus duas integras & perfectas esse substātiās. i. diuinitatis & humanitatis & c. Et hæc filij virtutē vnitiuā notat iste articulus d. Et. est. n. & copulatiua cōiunctio: vnde istam vnitatem per ly &, ostēdit Paulus. d. Mediator Dei & hominum Christus Iesus & c. Secūdo sapphirus habet virtutē sanatiuā. i. multarum infirmitatum. Vnde secundum magistrum vbi supra: valet cōtra tumore apostematis: quia apostematum reprimit & inflaturam, valet contra atrocē: quia habet virtutē malitiæ & venositatis atrocis expulsiuā. valet contra venenum: cuius experientia est: quia si araneā infra pixidem posueris: & verum sapphirum supra pexidis orificium aliquandiu retinueris aranea eius virtute victa: quasi subito morietur. Hanc virtutem singulariter habet Dei filius qui humanam naturam peccato morbida et infirmam sanauit: ac

Psalm. 32.

Isidorus.

Orati.

Psalm. 1.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

Matth. 11.

ac p peccatis eius satisfaciendo saluauit. Quā virtutem de ipso notat secundū verbum articuli. d. Et in Iesum. Iesus enim saluator interpretatur. Et ideo de ipso dixit angelus. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluū faciet populū suū à peccatis eorū. Et sic quia Iesus in saluatione fundatur, ideo sibi dicitur. Fundabo te in sapphiris. Tertio sapphirus habet virtutem solatiuā. Nā vt dicit magister vbi supra habet virtutē lætificatiuā cordis, vnde valet cōtra cardiacum, & quamlibet passionē melancholicā Sic & Dei filius eius aspectus fideles lætificat, ipso teste. Videbo vos & gaudebit cor vestrum. Et hæc virtutē de ipso ponit secundus articulus. d. Christū, q vnctus interpretatur: quia vnxit nos oleo lætitię. Ideo ait angelus. Annūcio vobis gaudiū magnum, quod erit omni populo: quia natus est saluator mū di, qui est Christus, & c. Et de hac virtute solatiua sapphiri dicitur. Porta Hierusalē ex sapphiro, & p vicos eius alleluia cātabitur. Quarto sapphirus habet virtutē visus saluatiuā. Nā vt dicit magister vbi supra, de sapphiro dicit Dioscorides, q tollit de oculis fordes, & de fronte dolorē. Sic & Dei filius q est lux vera illuminans omnē hominē: venientē in hūc mundū, in quē p ipsum solū oculis cordis possumus cognoscere patrē. Hæc virtutē de ipso secundus narrat articulus, dicens. Filiū, cui attribuitur sapiētia. Hæc virtutē nomine filij demonstrat Christus dicens, q nemo nouit patrē, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Hæc virt⁹ cognitiua in sapphiro figuratur, quādo in rationali Aarō, quod rationē & intelligentiā significat, poni iubetur. Quinto habet virtutē prælatiuā, quoniā ppter sui excellentiā rex lapidū dicitur. Vnde magister vbi supra hic lapis est, gēma præciōsa, regū digitis præ ceteris apta. Vnde hic lapis in lapicidario ppter sui excellentiā gēma gemmarū vocatur. Sic vere Dei filius rātam habet super ceteros excellentiā, q eius nomen est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, & c. Et hæc virtutem de ipso demonstrat iste articulus dicens, ipsum vnicum dñm nostrum. Apoc. 19. Ipse est rex regum & dñs dominantium. Et hæc virtus prælatiua in sapphiro figuratur. Job. Preciosissimo sapphiro non aequabitur.

Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Hic psal. per modum tractatus incipit verbis explicare: q prius corde cōceperat. Intentio enim psal mistæ est ostendere quod mundi prosperitas non est affectanda. Et circa hoc primo proponit questionem & eam soluit. Secūdo solutionis ponit declarationē: ibi. *Qui confidunt*. Quātū ad primū sciendū: quod vltimum iudicium iustis erit valde delectabile: sed in iustis valde formidabile. Quā diuersitatem non faciet diuersitas iudicis: sed diuersitas conscientiarum iusti & peccatoris. Quod declarat Greg. d. In extremo iudicio Christi in semetipso incommutabilis manens, nulla vicissitudine aut cōmutabilitate variatur. Sed tamen electis ac reprobis nequaquam sub specie eiusdem incommutabilitatis ostenditur: quia & tranquillius iustis & iratus apparebit iniustus. Testem enim conscientiam intra semetipfos deferunt: vnde & eorum mentes æque vnum respiciant, sed non equaliter modificentur: quia & istis eū benignū ostēdit ante acta iustitia: & illis terribilē culpa. Quorū pauorē q̄s explicet: cum contigerit miseris & intra se culpas cerne re, & ante se iudicem iustum videre? Hoc nimirū Incog. Tom. j.

A quotidie in vsu vitæ præsentis agitur, vt de qualitate venturi iudicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad iudiciū pergunt, alius innocētię sibi cōsciū, & alius culpæ, ante platam sententiā adhuc tacentē iudicē vtriq; conspiciunt, & tamen culpę debitor grauē cōtra se irā, hoc ipsum iudicis silentium suspicatur. Quā irā sibi non denūciat perturbatio iudicis, sed recordatio prauitatis. Quia & si adhuc foris reū sententiā nō clamat, intus iam cōscientia grauiter accusat. At cōtra iustitię amicus decernentis iudicis vultum cōspicit, sed intus detestimonio bōæ recordatiōis hisarescit. Et quo apud se quod metuat nō habet omne quod cōtra ipsum est blandum videt. Ex quib. apparet q dies iudicij malis erit multū formidabilis. Et super hoc psal. fundat intentionē suam querens: quare mali timebūt in die iudicij. Et sic format quæstionem suam. d. *Cur timebo in die mala*. i. in die iudicij. quæ dicitur dies: quia erit clara: quia tunc omnia erūt manifesta & aperta. Et dicitur mala quantum ad iniustos: quia tunc dānationis sentētia cōtra ipsos fulminabitur. Vnde de illa die respectu malorum dicitur. Dies illa tribulationis & angustię, dies calamitatis & miseria, dies renebrarum & caliginis, dies nebula & turbis, dies tubæ & clāgotis. Horum ergo causam querit. d. *Cur timebo in die mala* Et statim respondet. d. *Iniquitas calcanei mei circumdabit me*. hæc enim est causa. Vbi notandum quod per calcaneum qui est extrema pars corporis & finis, intelligitur finis vitæ præsentis. Et quia Deus omnem hominem iudicat secundum statū finis, quia & si in vita malus fuerit & bon⁹ in fine inter bonos iudicabitur, vt patet de latrone, & si bonus in vita & malus in fine, inter malos iudicabitur: quia secundum Isidorum quemlibet in dicat Deus, nō de præterita vita, sed de fine vitæ. Ideo Diabolus maximē hunc calcaneum. i. finem nostrū obseruat. Sic enim dicitur fuit serpenti à principio. Ipsa cōteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius. i. finis vitæ. Et demonibus dicitur. Ipsi calcaneum meum obseruabunt. Et sic iniquitas calcanei est peccatum in quo quis moritur. Et hæc est causa quare timebit quis in die mala. Et istam intentionem ponit magister in glo. d. Ecce cur timebo: quia *iniquitas calcanei mei circumdabit me*. i. pro iniquitate timebo, quam tamen tunc vitare possum. q. d. Nō est quod timere me oporteat si volo, cum iniquitatem quæ est causa timoris vitare in mea sit potestate, pro qua tamen timebitur in die nouissima quæ erit mala damnatis, non iustis. Ideo ergo tunc timet iniustus: quia *iniquitas calcanei mei circumdabit me*. Per calcaneū enim finis vitæ intelligitur, cui maximē diabolus insidiatur. Circundabitur enim tunc peccator ab iniquitate sua: quia ex omni parte erit manifesta. Sic enim dicitur psal. 17. Circundederunt me dolores mortis, torrentes iniquitatis conturbauerunt me.

Qui confidunt in virtute sua, & in E multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Hic explicat solutionē datā superius, ostendens ex quo puenit iniquitas calcanei quæ timorē inducit in die iudicij. Et ostēdit q puenit ex duob. f. ex nimio appetitu p̄sentis felicitatis. Secūdo ex contemptu futuræ felicitatis, ibi. *Non videbit.* Ec 3 Circa

Sopho. 1.

Calcaneus.

Psal. 55.

Psal. 17.

393  
De penit. dif.  
3. quamquā.

Carca primū duo facit. Quia priō ostēdit in quo cō  
 fidentia vitæ præsentis. Scdō ostēdit q̄ illa in  
 die mala nō p̄ficiat, sibi. *Frater nō redimet.* Quantum  
 ad primū ostēdit q̄ felicitas huius mundi maximē  
 in duob. cōsistit. s. in potestatis robore, & in diuitia-  
 rum multitudine. Et quantum ad hoc dicit. *Qui cōsistit  
 in virtute sua.* q. d. Si quæras q̄ sunt illi quos cir-  
 cundabit iniquitas calcanei. Respondet, q̄ illos cir-  
 cundabit q̄ cōsistunt in virtute sua. Vbi notandum  
 q̄ bona mundi in quib. mundani cōsistunt sunt du-  
 plicia. s. quædā intrinseca, vt scientia, fortitudo, elo-  
 quentia, pulchritudo, & huiusmodi. Et hæc omnia  
 nomine virtutis intelliguntur. Quædā sunt extrin-  
 seca, vt diuitiæ, honores, amici, fama, &c. Et hæc om-  
 nia nomine diuitiarum significantur. Prima enim  
 sunt quodāmodo intrinseca personæ, & ideo nomi-  
 ne virtutis, s. q̄ quodāmodo intrinseca est homini, de  
 notantur. Alia autē sūt extrinseca, sicut & diuitiæ.  
 Et in istis summa omnium honorū tēporalium cō-  
 sistit. Quasi d. pl. Timor est de iniquitate, iniquitas  
 autē ex cōfidentia terrenorum cōsistit. Et quia rex,  
 iste multū est notabilis & multos t̄git, ideo ipsum  
 magis explicando est notandum, q̄ cōsistunt aliqui  
 in rebus tēporalib. multipliciter malē: quia cōsiden-  
 tia mala est multiplex, s. cōfidentia Auarorum  
 terrenalis abundantia. Superborū personalis san-  
 ctimoniam. Hypocritarū exterioris vanæ gloriæ. Ty-  
 rannorum mundialis eminetiæ. Reprobatorum sæcu-  
 laris sapiētia. Primū est cōfidentia auarorum. Sunt  
 enim quidam tantum excæcati, q̄ totā suā cōfiden-  
 tiam in mundi diuitiis ponunt, nō cōsiderantes q̄  
 illē tēpore necessitatis. i. mortis deserunt hominē.  
 Et de istis dicitur. Vbi sunt principes gentiū, q̄ do-  
 minantur bestiis terræ, q̄ in auib. cœli ludunt, q̄ ar-  
 gentum thesaurizant, & aurū in quo cōsistunt ho-  
 mines, & nō est finis possessionis eorū? Et tamē ex-  
 terminati sunt, & ad inferos descenderunt. Vnde ta-  
 lium cōfidentia q̄ sit vana ostendit Greg. 22. mor. c.  
 2. dicit. De creatore desperasse est, in creatura spem  
 posuisse. In rebus autē dubiis fixerit cōfidentiam  
 suam diues ille q̄ dicebat, Anima mea habes multa  
 bona reposita in annos plurimos, req̄sce comede  
 bibe, epulare. Sed hūc superna vox increpat. d. Stul-  
 te hac nocte animam tuā tolleat a te, quæ autē pa-  
 rasti, cuius erunt? Eadē enim nocte sublatus est, q̄  
 in rebus abundantia multa sibi fuerat tpa præstola-  
 tus, vt. s. q̄ in lōgum subsidia colligenda p̄pexerat,  
 sequentem diem vel vnum minimē videret. Quasi  
 enim in aquis defluentib. fundamentum ponere, est  
 in rebus labentib. cōfidentia spei velle solidare. Stā-  
 te enim in perpetuum Deo, transeūt omnia. Quid  
 ergo nisi a stante fugere est transitoris rebus inhe-  
 rere. Quisquis ergo defluere deuittat: superest vt qd̄  
 defluit fugiat: ne per hoc quod amat in hoc cogat-  
 ur peruenire quod vetat. Qui enim rebus labētib.  
 inheret: illo trahitur quod tendit quod tenet. Prius  
 itaque curandum est ne quisque tēporalia dili-  
 gat ac deinde ne ī eis dē tēporalib. qui nō ad dilectio-  
 nem sibi sed ad vsum retinetet cōfidentiam ponat  
 Et infra. Sed sūt pleriq; q̄ & si in rebus transitoris  
 nequaquā fiduciā ponunt, cum tamen sibi ad vsum  
 necessarios abūde assunt mēte tacita lætātur. Qua  
 in re dubium nō est, quia tūc quisq; minus dolet q̄  
 de sint æterna, quāto magis gaudet q̄ ad sunt tēpo-  
 ralia. Et q̄ minus dolet q̄ de sunt tēporalia interius,  
 magis expectat vt assint æterna, hæc Greg. propter  
 qd̄ dicitur. Qui cōsistit in diuitiis corrueat. Secundū  
 est cōfidentia superborum. Quidam enim aliqua sua

bona cōsiderātes & mala, nulla aliorum autē mala  
 & nulla bona volentes attendere, in seipsis superbe  
 cōfidentes, ceteros despiciunt. De quorū numero  
 fuerat ille phariseus, de quo dicitur. Phariseus stās  
 à lōgē hæc orabat. d. Gratias ago tibi dñe, quia nō  
 sum sicut ceteri hominū, &c. Ille enim in seipso de  
 sua sanctitate cōfidit, q̄ bona quæ facit non Deo sed  
 sibi attribuit, quod maximē superbiq̄ est iudicium.  
 Vnde Theoph. prædicta verba exponēs sup. Lucā d.  
 Quia enim superbia plūquā aliæ passiones vexat  
 hominum mētes, ideo crebrius de hac nos dñs mo-  
 net. Est autē superbia Dei cōtēptus, quotiens enim  
 aliquis, nō Deo sed sibi ascribit bona quæ facit, qd̄  
 est aliud q̄ Dei negatio? Causa ergo cōfidentium in  
 seipsis, nō autē totum attribuētiū Deo, sed ob hoc  
 etiā ceteros cōtēnentū, parabolā dñs proponit,  
 ostendens q̄ iustitia hominū quamuis approximet  
 Deo, si tamē assumat superbiā, hominē ad infimū  
 deicit. Et ideo dicitur. Qui cōsistit in corde suo, stul-  
 tus est. Tertio est cōfidentia hypocritarum. Multi  
 enim suā cōfidentia solum in exteriori apparētia &  
 gloria ponunt, nihil de interiori veritate curantes.  
 Et tales idolum videntur colere. Quoniam idolū ex-  
 terius præterit formā rei animatæ, cuius virtutē  
 caret interior. Similiter faciunt hypocritæ: de quib.  
 dicit psal. Similes illis fiāt, s. idolis q̄ faciunt ea, & q̄  
 cōsistunt in eis. Quartū est cōfidentia tyrannorū, s.  
 mundialis eminetiæ, sicut illorum q̄ cōsistunt in tē-  
 porali potētia in aliorum amicitia, in robore vel vir-  
 tute p̄pria. Et de istis ad literam hic dicit psal. *Qui  
 cōsistunt in virtute sua, & c.* Sed q̄ vana sit talis cōsiden-  
 tia, multa natura docet exēpla. Nōne multo-  
 tiens qd̄ fortius est, à debiliore superatur? Nōne  
 petra diuissimā aqua mollis suis paruis guttīs exca-  
 uat? Nōne ferrum sua rubigine cōsumitur? Cæcus  
 piscis maximus à crocodillo paruo animali sepe oc-  
 ciditur? Nōne gigas ille magnus Goliath & fortissi-  
 m⁹ à puero David fuit occisus & decapitatus? Nōne  
 Sanson ille fortissimus ab vna vili meretricula  
 captus fuit & ligatus? Ideo dicitur. Maledictus ho-  
 mo q̄ cōsistit in homine, & ponit carnē brachium  
 suum, &c. Consimiliter dicendum de cōfidentib. in  
 potētia mundi. Cæsar enim imperator potētissim⁹  
 orbis, qui in potentia cōsistebat armorū, cum stilis  
 ferreis à Romanis in concilio fuit occisus. Ille po-  
 tentissimus Alexander, amicorum veneno interit.  
 Quoniam ergo vanum est cōsistere in tpali potentia  
 quæ sibi adhaerentes in casu defendere nō potest.  
 Ideo dicitur psal. Nolite cōsistere in principib. in fi-  
 liis hominum, in quib. nō est salus. Nam sæpe con-  
 tingit, q̄ hodie quis maior est ciuitatis, crastina die  
 expellitur, hodie imperat, cras decapitatur, hodie  
 dilectus, cras habitus odio. Quin tō est cōfidentia  
 reprobatorum qui. s. in sæculari sapientia cōsistunt.  
 Quāti enim sunt hodie qui in astutia verborum &  
 in stilo sæcularis sapientiæ cōsistunt ceteros posse  
 suppeditare, & ad libitū ducere mundum? cum ta-  
 men tales ignorantes verā sapientiā sint cæci & du-  
 ces cæcorum. Et istis dicitur. Nolite cōsistere in ver-  
 bis mendacij, &c. Vnde in sapientia sæculari vel elo-  
 quētia nō est cōsistendum: quia nō solum in se cōsiden-  
 tib. plerunq; est causa mortis æternæ, sed etiam  
 tpalis. Quid profuit catoni sapientia sua in qua plu-  
 rimum cōsistebat, vt per eā inuidens potestari Cæ-  
 saris, s. se occiderit propria manu? Quid Senecæ sua  
 sapientia, p̄pter quā à Nerone coactus fuit eligere  
 sibi mortem? Quid ipsi Achitofel sua sapientia quæ  
 tanta erat, vt eius cōsiliū Dei putaretur, qui eam  
 in se

Confidentia

Baruch. 3.

Auaritia.

Greg. 22. moral. ca. 2.

Luc. 12.

Psalm. 11.

794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900

in se semel vidēs despectā, laqueo suspēdit seipsum. A  
 Et ideo dicitur. Qui cōsistunt in cogitationib. suis,  
 impiē agit. Cōsistendū nō est in prædictis, sed solū  
 in Deo. psal. 124. Qui cōsistunt in dño sicut mons  
 Sion, non cōmouebitur, &c. Omnes ergo in tēpo-  
 ralibus cōfidentes, reprehendens psal. ait. *Qui  
 cōsistunt in virtute sua & in multitudine, & c.*

**Frater nō redimet, redimet homo?  
 & non dabit Deo placationem suam.**  
 Hic cōsequenter ostendit q̄ talia tēporalia in die  
 mala nō p̄ficiunt, nec iuuare possunt. Vbi notandū  
 q̄ nomine fratris hic Christus intelligitur, q̄ nostrū  
 se fratrem appellat. d. Narrabo nomen tuum fratrib.  
 meis. Vnde post resurrectionem dixit Magdalena.  
 Vade & dic fratrib. meis, ascendo ad patrē meum,  
 &c. Et de ipso dicit apostolus. Ipse est primogenit⁹  
 in multis fratribus. Iste frater. s. Christus solus, pec-  
 catores redimere potest: quia solus pretiū sufficiens  
 p̄ nostris peccatis, Deo soluere potuit. Et quamuis  
 vita illius quā pro nobis dedit in mortē fuerit suffi-  
 ciens pretiū p̄ redemptionem omnū peccatorū,  
 non tamē omnes redemit p̄ efficaciam, sed solū illos  
 q̄ ad participandū pretiū suū passionis debite se  
 disponunt. Cum ergo in tēporalib. cōfidentes se nō  
 debite disponāt, ideo Christi passio eis nō proficit,  
 nec redimit eos. Si autē Christus nō redimit tales,  
 & nullus alius eos redimere pōt: quia nullus alius  
 homo à Christo debitum precium quo Deus pla-  
 cetur peccatori & peccator redimatur exoluere  
 potest. Sequitur quod tales in die mala dam-  
 nantur, & tēporalia bona, in quib. cōsistebant eos  
 iuuare non poterant. Et hoc est quod dicit hic de  
 ipsis. *Frater nō redimet.* hoc dicit affirmatiuē, i. frater  
 Christus nō redimet tales. Cōsequenter interroga-  
 tiuē dicit. *Redimet homo?* q. d. Non; quia nullus alius  
 homo à Christo potest, quare? quia nullus alius pla-  
 cationē Dei p̄ peccato, vel precij redēptionis debi-  
 tum soluere potest. Et ideo subdit. *Non dabit Deo  
 placationē suam.* & precium redēptionis animæ. Si  
 ergo tales in mundo cōfidentes nō redimentur in  
 die iudicij, quid erit de ipsis, nisi q̄ damnabuntur  
 æternaliter? Vnde de quolibet tali subdit. Labora-  
 bit in æternum. Nōne magnus est labor perpetuū  
 sustinere cruciatum, inuitē pati, mori velle & non  
 posse mori? Desiderabūt enim mori, & mors fugiet  
 ab eis. Ideo subdit, & viuet in finem. Quia & si vita  
 præsit in qua cōsistebat hic finitur, viuet tamen  
 in finem, i. post finem vitæ viuet secundum animā:  
 quia non moritur anima cum corpore, sed dolori  
 referuabitur quousq; reassumpto corpore, vt trunq;  
 simul crucietur. Ideo dicit.

**Et precium redemptionis animæ  
 suæ, & laborabit in æternum & viuet  
 adhuc in finem.**  
 De damnatorū dolorib. & vita sine morte loquit-  
 ur Greg. 15. mor. de quolibet dānato dicens. Perso-  
 uit enim in tormento quæ hic illicita seruauit de-  
 sideria, & flāmis vlticrib. traditus semper moritur  
 quia semper in morte seruatur. Non enim in morte  
 cōsumitur: quia si cōsumeretur vita morietis: cum  
 vita etiā pena finiretur, sed vt per eā in fine sine crucietur,  
 viuere sine fine in pœna cōpellitur, vt cui⁹ vita hic  
 mortua fuit in culpa, illic eius mors viuat in pena.  
 Crucietur enim & non exstinguetur, moritur &  
 viuet, deficit & non subsistit, finitur semper, & sine

sine semper erit. Hęc solo auditu valde sūt terribilia  
 quantō magis passione? hęc Greg. Cōtinuando ma-  
 teriam articuloꝝ supra inceptā, nunc restat ter-  
 tium articulum declarare, ex tertio ciuitatis funda-  
 mento. Vbi notandū q̄ tertiu articulu posuit Ioan-  
 nes euangelista d. de Christo. *Qui cōceptus est de  
 spiritu sancto, natus ex maria virgine. Qui articu-  
 lus figuratur p̄ tertium fundamentū, qui est Cal-  
 cedonius.* Ad hoc autē intelligendum est notandū,  
 q̄ secundū magistrum vbi supra Calcedonius mul-  
 tas habet proprietates, istū articulum declarantes.  
 Habet enim Mititatis apparētia in colore. Charita-  
 tis cōgruentiam in calore. Vtilitatis abundantia in  
 valore. Puritatis efficaciam in vigore. Sic & conformi-  
 ter iste articulus cōtinens verbi incarnationem &  
 natiuitatē cōtinet quatuor dicta. s. verbi mititatem  
 humanitatis nostræ, fragilitatē assumendo. Qui cō-  
 ceptus est. Spiritus charitatem liberationis nostræ,  
 vtilitatē peragēdo. De spiritu sancto. Fructus vber-  
 tatem humanitatis verbi natiuitatē demonstrando.  
 Natus. Matris puritatē virginis sacræ, sincerita-  
 tem cōseruando. Ex Maria virgine. Prima proprie-  
 tas Calcedonij est, quod habet in colore mititatis  
 apparētia. Habet enim colorē pallidū & hebetē,  
 vt dicit magister vbi supra. Hic autē color signifi-  
 cat humilitatem. In cuius signū regina Hester cor-  
 ram Assuero rege humilis apparens in palatē colo-  
 re mutato reclinauit caput. Hanc virtutē cōtinet  
 articulus iste, ostendēs verbi humilitatē, &c. d. *Qui  
 cōcept⁹ ē. i. cū carne simul capt⁹. Quod clari⁹ aperit⁹  
 manus symbolum ait. Et incarnatus est. Hæc autē  
 fuit verbi humilitas maxima, vt carne mortali sibi  
 vnita formā serui acciperet dñs omnium. Philip. 2.  
 Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitra-  
 tus est, &c. formam serui accipiens in similitudinē  
 hominum factus, & habitu inuentus, vt homo. Ista  
 cōceptionem prædixit Esa. Ecce virgo cōcipiet &  
 pariet filiū, & vocabitur nomē eius Emanuel, quod  
 est nobiscū Deus. Est ergo sensus huius partis. Qui  
 conceptus est. i. qui nostræ humanitati vnitus est:  
 quia secundū magistrum. Verbum totum hominē  
 in hac cōceptione assumpsit, simulq; sibi vnuit a-  
 nimā & carnem, nec caro prius cōcepta, & postmo-  
 dum assumpta, sed in conceptione assumpta & in  
 assumptione concepta. Ex ista parte istius articuli  
 excluduntur errores. Primus est Valentinianorum  
 & Eutichis qui dicunt verbū corpus cœlestē secū  
 attulisse, nihilq; de Maria virgine assumpsisse. Quo-  
 rum ratio est secundū magistrum: quia humana ca-  
 ro cum de se sit immunda, verbo diuino sine eius  
 iniquatione non posset vniri. Cōtra istum erro-  
 rem dicit Ioannes *Qui cōceptus est:* quia si verbū illud  
 tale corpus de cœlo in virginis vterum attulisset,  
 iā ibi cōceptus nō fuisset, sed solum receptus. Ideo  
 istum errorem Aug. exterminans in libro de agone  
 Christiano, & recitatur à magistro, vbi supra, dicit  
 Non sunt audiendi qui nec verū hominē filiū Dei  
 suscepisse dicūt, neq; natum de femina, sed falsam  
 carnē & imaginē corporis simulatā ostēdisse viden-  
 tib. In quē errorem proropunt: quia timent q̄ fieri  
 non potest, ne humana carne veritas & substantia  
 Dei inquinetur. Et tamen prædicant istū visibilem  
 solem radios suos per omnes feces spargere, & eos  
 mundos seruare. Si ergo visibilia mūda à visibilib.  
 immundis contingi possunt & non inquinari: quā-  
 to magis in cōmutabilis & inuisibilis veritas totū  
 hominem sine sui contaminationē assumpsit: &c.  
 hunc ergo errorem extirpans ait. *Qui conceptus  
 est.**

Articulus tertius.

Calcedonius

Conceptio Christi.

Hester 25.

Philip. 2.

Esa. 7. Matth. 1.

Lib 3 di. 4.

Lib 3 di. 2.

Aug. in lib. de agone Christiano. c. 2.



est. Secundus fuit error Photini: qui dicit, q̄ iste A  
 cōceptus in virginis utero fuit purus homo. Cuius  
 ratio est. Quia cum omnis natura cōposita ex cor-  
 pore & anima humana sit homo, & per cōsequēs  
 persona creata, si persona verbi talē personā assum-  
 pisset, iam Christus esset duę personę. Cōtra istū  
 errorē dicitur. Qui cōceptus est. Nā ly qui, refertur  
 ad personā filij, de qua superius immediatē dictū  
 est. Et in Iesum Christū filium Dei. Ipse ergo filius  
 cōceptus est. i. simul carni vnitus. Cōtra istū errorē  
 instat Theoph. in sermone. d. Dicat nūc Photinus,  
 quomodo humana natura p̄ vuluā virginalē nata,  
 vuluē virginitatē seruauit incorruptā. Nulli⁹ enim  
 hominis mater virgo permāsit. Sed quia natus est  
 de carne Deus verbū custodiuit matris integritatē  
 seipsum p̄ hoc verbū esse ostēdens. Neq; enim no-  
 strum verbū cum cōcipitur vel paritur corruptū  
 mentem, nec Deus verbū in cōceptione vel partu  
 peremit virginitatē. Ad rationē autē ipsorum patet  
 q̄ assumit falsum. s. q̄ persona verbi personā homi-  
 nis assumpit, quod est falsum, vt deducit magister  
 lib. 3. dif. 5. Nec etiā assumpit animā prius corpori  
 vnitam, vt supponit. Quia illa in cōceptione fue-  
 runt assumpta, & in assumptione cōcepta. Ex prę-  
 dictis apparet q̄ istum cōceptū habemus credere  
 Christum esse verum Deum cōtra secundum er-  
 rore & verum hominē cōtra primū, vt sic virgo  
 ipsum cōcipiens dicat. Cōcepi hominē per Deum,  
 vbi vide nostrā humanitatē: quia cōcepi hominē,  
 vt verbi diuinitatē: quia p̄ Deum. Istas duas natu-  
 ras in isto cōceptu esse vnitas clarē ostendit ange-  
 lus Marię. d. Ecce cōcipies & paries filium, quem  
 demonstraui esse Deum. d. & filius altissimi voca-  
 bitur, & verum hominem, ipsum appellans filium  
 Dauid. d. Et dabit illi Deus sedē Dauid patris sui.  
 Vbi Beda. Omittat ergo Nestorius dicere Chri-  
 stum hominem tantum à virgine natum, & hunc  
 cum verbo Dei non in vnitate personę esse recep-  
 tum. Angelus enim qui asserit eundem ipsum  
 patrem habere Dauid, quem filium altissimi vo-  
 cari pronunciat, in duabus naturis vnā Christi  
 personam demonstrat. De alijs partibus articuli  
 dicam in sequentibus.

**Non videbit interitum, cum vide-  
 rit sapientes morientes, simul inci-  
 piens & stultus peribunt.**

Hic consequenter ostendit q̄ malitia mundano-  
 rum prouenit ex contēptu supernę scēlicitatis, ex  
 eo. s. quia mundani non credunt aliā vitā nisi prę-  
 sentē: ideo liberius ad peccata currūt. Et diuiditur  
 in duas partes. Quia ponitur primo illorū opinio  
 falsa. Secundō fideiū opinio vera, ibi. *Homo cum in  
 Honore.* Prima pars diuiditur in partes tres. secū-  
 dū quōd tripliciter probant suam falsam opinionem.  
 Primō ex parte personarū quę æqualiter moriūtur.  
 Secundō ex parte diuitiarum quę æqualiter relin-  
 quūtur, ibi. *Et relinquent.* Tertio ex parte edificio-  
 rum quę solenniter fabricātur, ibi. *Tabernacula eo-  
 rum.* Quantum ad primū sciēdum q̄ mundanorū  
 falsa opinio est quōd nō sit alia vita post istā, & q̄  
 sicut moritur corpus ita moriatur & anima, p̄pter  
 quōd dicunt quōd in pręsenti vita homo debet vo-  
 luptuosē viuere & frui tēporibus bonis, vnde in  
 persona talium dicitur. Dixerunt impij apud se co-

Theoph.

Lib. 3. dif. 5.

Gene. 4.

Luce. 1.

Beda.

796

Vita futura  
Mori.

Sapient. 2.

gitates nō rectē. Exiguū est & cum tēdio tēpus vite  
 nostrę, & nō erit refrigerium in fine hominis, & nō  
 est agniti⁹ qui sit reuerus ab inferis. Et infra. Venite  
 ergo fruamur bonis quę sunt & vtamur creatura,  
 vino precioso & vnguentis nos impleamus, non p̄-  
 transeat nos flos tēporis, coronemus nos rosis an-  
 tequam marcescāt, nullum pratum sit quod nō p̄-  
 trāseat luxuria nostra, quia post hoc erimus tāquā  
 nō fuerimus &c. Et ista opinio est occasio omniū  
 peccatorum, quia tales ponunt scēlicitatē suam &  
 finē pręcisē in vita pręsenti. Probant ergo istā opi-  
 nionē, primō ex hoc quōd omnes æqualiter mori-  
 untur iusti & iniusti & sapientes & stulti. Et ideo  
 ex æqualitate mentis arguunt q̄ nō sit alia vita in  
 qua iusti pręmientur & mali puniantur. Et sic nō  
 intelligunt verum interitum & damnationem ma-  
 lorum. Et hoc est quod de vnoquoque illorum di-  
 cit psā. *Non videbit interitum.* i. non intelliget quis  
 sit verus malorum interitus. Et hoc *cum viderit sa-  
 pientes morientes.* i. quia videt æqualiter mori bonos  
 & malos, q. d. Si sapiens qui Deum coluit mortuus  
 est, cur sequar eum, faciam ergo mihi bene dum vi-  
 uo. Et ita nescit iste quis sit verus interitus, qui il-  
 li imminet æternus. Ex hoc concludens, quōd si  
 cur moritur sapiens, similiter & insipiens. Et hoc  
 est quod subdit. Simul. idē similiter sicut *sapiens in-  
 sapiens & stultus peribunt.* Vnde ad istum intelle-  
 ctum hunc textum exponit Gregorius. 26. morali-  
 um. c. 15. d. Cum viderit sapientes morientes. Quos  
 enī mali mori visibiliter conspiciunt, inuisibiliter  
 viuere posse non credunt, atque eo reatum infide-  
 litatis suę cumulant, quo viā morte fidelium de  
 æternitate desperant. Tales ergo facilliter peccant,  
 quia animam nostram credūt cum corpore mori.  
 Sed quōd hoc sit falsum, non solum patet ex fide,  
 sed etiam ex dictis antiquorum & naturalium phi-  
 losophorum. Nam Plato in *Timæo. cap. 4. inter*  
 alia dicit, quōd anima est immortalis, & secundum  
 quōd passionis vicerit, vel ab eis victa fuerit, prę-  
 miabitur vel punietur post separationem. Vnde  
 ponit ibidem. quōd si anima existens in corpore  
 virili vincitur à passionibus corporis, post separa-  
 tionem à corpore virili, in corpus muliebre pone-  
 tur. Et si male ibi se habuerit, postea ponetur in  
 corpore pecoris. Et secundum quōd melius vel  
 peius se habuerit, mittetur in nobiliori corpore  
 vel ignobiliiori. Finaliter tamen dicit, quōd post  
 expiationem malorum omnium ad originalem  
 redibunt innocentiam. Secundō hoc idem patet  
 per Pithagoram, sicut recitat Ouidius metamor-  
 pho. li. 3. d. More carent animę semper priore reli-  
 cta, & nouis in domibus habitant viuuntque re-  
 ceptę. Tertio hermes ad Asclepium dicit, quōd  
 anima si virtuosa in corpore fuerit post mortem  
 premiabitur, si vitiosa punietur. Item Aristoteles  
 16. de animalibus dicit, quōd solus intellectus est  
 ab extrinseco, & solus hēt esse diuinum. Item  
 tertio de anima dicit, quōd anima separatur a cor-  
 pore tanquam perpetuum a corruptibili. Ad hoc  
 etiam legimus de quodam religioso qui alium re-  
 darguit, qui dicebat animam esse mortalem dicens  
 sibi. Quęro à te an anima sit mortalis vel immor-  
 talis. Si mortalis nullum incommōdum ex hoc  
 infligetur illis qui credunt illam esse immortalem  
 ex quo ipsa non est post separationem. Si vero sit  
 immortalis sequitur aliquod bonum credentibus  
 ipsam esse immortalem, & per consequens melius  
 est credere ipsā esse immortalem quam mortalem.  
 Et

797

3. parta

in futura.

Diuitia.

Greg. 18.

mor. c. 9.

lib. 7.

Gregori. 18

mor. c. 11

Anim.

Plato.

798.

Dijoni. di.

3. id. ergo.

**Et relinquent alienis diuitias suas,  
 & sepulchra eorum domus illorum in  
 æternum.**

Hic cōsequēter phant opinionē suā. s. q̄ nō sit a-  
 lia scēlicitas q̄ vitę pręsenti, ex eo q̄ diuitiæ equa-  
 liter relinquantur in morte, quasi arguāt sic. Si a-  
 lia vita esset post istā in illā melius deberet esse iu-  
 stis q̄ iniustis, bonis q̄ malis, q̄ maximē apparere  
 deberet in morte, sed nō est melius in morte bonis  
 quā malis, q̄ sicut mali nihil secū portāt in morte  
 de suis diuitiis, sed alienis omnia dimittūt, cōsimi-  
 liter & iusti. Et hoc est quōd dicit. *Et relinquent alie-  
 nis diuitias suas.* Sed ista ipsorum rō falsum supponit.  
 Quia & si peccator post mortē de suis diuitiis ni-  
 hil habet, iustus tñ ex eis nihil perdit, q̄ illas ante  
 se ad perpetuā vitā transmittit, vt ostēdit Greg. 18.  
 mora. c. 9. super illo verbo 1ob. 27. Diues cum dor-  
 mierit, nihil secū afferet. d. huc sententię psā con-  
 cordat. d. Dormierunt somnū suū, & nihil innene-  
 runt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Vt. n.  
 in sua manu diuites post mortē suam suas diuitias  
 inueniant eis ante mortē dicitur, in quorū manib.  
 diuitias suas ponant. Facite vobis amicos de mam-  
 mona iniquitatis, vt cū de re. v. &c. Diues ergo cū  
 dormierit. secū nihil afferet. Res. n. suas cū morie-  
 ris secū tolleret, si ad perentis vocē cū viueret, sibi  
 tribuisset. Nā terrena omnia q̄ seruādo amittimus,  
 largiendo seruamus, patrimoniumq; nostrū retē-  
 rit perdit, sed manet erogatū, diu. n. cum reb. no-  
 stris durat, nō possumus, q̄ aut nos illas amittē-  
 do deserimus, aut ille nos viuētes quasi deserunt  
 pereūdo. Agendū ergo nobis est, vt res absolutē pe-  
 rituras ipsos erogando in nō pereuntē transire fa-  
 ciamus mercedē. Ex quib. apparet quōd iusti nō di-  
 mittūt alienis diuitias suas, vt peccatores, sed illas  
 ante se per pauperes trāsmitūt. Cōsimili. n. modo  
 dicebat beatus Laurentius Decio. Nā & facultates  
 ecclesię, quas requirit in cōlestes thesaurus ma-  
 nus cauperū deportauerunt. Ad opinionem autē  
 illorū sequitur q̄ mortuo homine moritur anima  
 & sic de homine mortuo nō remanet nisi cadauer  
 quod in sepulchro ponitur, p̄ quod sequitur. *Et se-  
 pulchra illorum domus illorum in æternum.* i. in æternū  
 alias domos non habebunt. Quasi d. Tā iusti quā  
 iniusti post mortem nihil habent, nisi quod cada-  
 uera eorum in sepulchris manent in æternum. i.  
 absque spe resurrectionis futurę.

**Tabernacula eorum in progenie  
 & progenie, vocauerunt nomina sua  
 in terris suis.**

Hic ponitur tertia ratio ex parte edificiorum,  
 quę stat in hoc. Si alia vita esset post istā, homines  
 non quaerent cum sumptuosis edificiis memo-  
 riam suam perpetuare, cuius oppositum videmus  
 quia homines faciunt quandoque magna & fortia  
 edificia, quę longo tempore possint durare & in  
 multis generationibus, ad istum finem, vt in illis re-  
 maneat ipsorum nomen & fama. Sicut videntes pa-  
 latium Iulij cæsaris, eius famam sibi reducant ad  
 memoriam. Et sic per talia edificia vocauerunt. i.  
 ad memoriam reduxerunt *nomina suā in terris suis.*  
 Homo enim tam in vita quam post mortem ma-  
 gis cupit famam & suum nomen dilatari in terra

suā quam in aliena. Simile enim legitur. 2. Reg. 18. 2. Re. 18.  
 de Absalon. vbi dicitur. Porro Absalon exererat si-  
 bi titulum, cū adhuc viueret. Dixerat enim. Nō ha-  
 beo filium in quo. Remaneat memoria mea, & hoc  
 erit monimētum nominis mei. Cōsimile habetur  
 Gene. 11. Dixitq; alter ad proximū suū, venite facia-  
 mus ciuitatem & turrem, cuius culmē pringat ad  
 cœlū & celebremus nomen nostrū. Ista āt non fa-  
 cerent homines, si post hęc vitam viueret, q̄ cum  
 ipsis nomen ipsorū & fama duraret. Sed hoc argu-  
 mentū non valet, q̄ & si peccatores qui aliam vi-  
 tam nō sperāt, per talia transitoria famam suam p̄-  
 durare conantur, non āt iusti q̄ solum per virtutes  
 famam suam apud Deum ponere laborant, vt no-  
 rat Greg. 11. li. mora. d. Omnes q̄ cogitatione terre  
 na huic scēculo conformātur, per omne quod agūt  
 huic mundo relinquere sui memoriam conantur.  
 Alij bellorum titulis, alij altis edificiorum mani-  
 bus, alij desertis doctrinarum secularium libris  
 instanter elaborant, sibi mer memoriam & famam  
 edificant. Sed cum ipsa ad finem celerius vita per-  
 currat, quid in ea fixum stabit, quando & ipsa cele-  
 riter mobilis pransit? Aura etenim cinerem rapit  
 sicut scriptum est. Non sic impij non sic, sed tan-  
 quam puluis quem proicit ventus à facie tenę.  
 Rectē ergo stultorum memoria cineri comparatur  
 quia illic ponitur, vbi ab aura rapiatur. Quantum  
 libet etenim quisque p̄ perficienda gloria sui no-  
 minis elaboret, mē mortiam suam quasi cinerē po-  
 suit, quia hanc citius vētus mortalitatis rapit. Quo  
 contra de iusto scriptum est. In memoria æterna  
 erit iustus. Eo enim ipso quo facta sua solius. Dei  
 oculis imprimit, nomen suę memorię in æterni-  
 tatem figit.

**Homo cum in honore esset, non in-  
 tellexit, comparatus est iumentis insi-  
 pientibus, & similis factus est illis.**

Hic consequēter ponitur vera fidelium opinio  
 scilicet, q̄d homo ad imaginem Dei capax est, &  
 post hęc vitā Deum habere. Et duo facit. Quia pri-  
 mō ostendit hominem ad imaginem Dei factum.  
 Secundō vnde sit infidelium scandalum ibi. *Hac  
 via.* Quantum ad primū notādū q̄ magnū honorē  
 Deus dedit homini quando ipsum ad suam imagi-  
 nem & similitudinem formauit, quia per rationē  
 capax est Dei, & per amorem ei potest stabiliter in-  
 herere. Et per hoc homo ordinatur ad æternā bea-  
 titudinem, hanc autem dignitatem carnalis homo  
 non intelligit. Et hoc est quod dicit. *Homo cum in  
 honore esset* id est ad imaginem Dei factus, *non intel-  
 lexit*, scilicet, suam dignitatem, scilicet, quod per in-  
 tellectum homo pręest iumentis non viribus. Et  
 ideo perdendo rationem id est dum viuit secūdum  
 sensualitatem & nō secūdum rationem, *comparatus  
 est iumentis & similis factus est illis.* quia in nullo est  
 homo superior iumētō nisi per rationem, qua per-  
 dita non est superior iumento. Ideo de peccatore  
 qui perdita ratione, bestialiter viuit dicitur. Vnus  
 est interitus hominis & iumentorum, & vtriusq;  
 æqua cōditio, & nihil hēt hō iumētō ampli⁹. Vnde  
 Gre. 24. mo. ad propositiū istū textū inducit. d. Scri-  
 ptura sacra aliqñ homines dicere solet humana fa-  
 piētes, sicut ait apostolus. Cū. n. sit inter vos zelus  
 & cōtentio, nōne carnales estis, nōne hoīes estis?  
 Nōnunquam vero homines dicit eos quos à be-  
 stis

memoria.

Gene. 11.

Fama.

Greg. 11. lib.

moral. c. 17

Psalm. 1.

Psalm. 3.

799.

Eccle. 3.

Fomo.

Greg. 24. mo.

cap. 8.

1. Corin. 3.

illis ratione distinguit. i. illos quos non subici pas-  
 sionum motibus. demōstrat. Quibus per prophetā dicitur.  
 Vos autē greges mei hoīes estis, quia illos nimirum  
 Deus pascit quos voluptas carnis iumentorum more  
 non afficit. At contra hi qui carnali affectioni succubunt  
 non ita hoīes sed iumenta nominantur, sicut de quibus in  
 peccato suo morientibus per prophetā dicitur. Cōpu-  
 truerunt iumenta in stercore suo. Iumenta quippe in ster-  
 core suo cōputrescere est carnales hoīes in fetore  
 luxurię vitę finire. Nō enim esse homines sed iumenta  
 declaratur de quibus per prophetā dicitur. Carnes asino-  
 rum, carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorum. Vñ  
 & per David dicitur. Homo cum in honore esset, non intel-  
 lexit, cōparatus est iumentis insipientibus. & similis factus est  
 illis. Sic ergo merito vocantur homines qui iustitię  
 ratione suffulti sunt, sic & irrationabilia animalia  
 vocantur hi qui carnali delectationi deseruiunt, hæc  
 ille. Istum textum pulchrè sub aliis verbis deducit  
 Ber. A. Homo cum in honore esset non intellexit & c. Heu  
 quō de grege facta est egregia creatura. Puto dice-  
 rent iumenta si possent loqui. Ecce Adam factus  
 est quasi vnus ex nobis. Cum in honore esset, inquit.  
 In quo honore certè quia habitabat in paradiso in  
 loco voluptatis cōuersatio eius nihil moleste, ni-  
 hil indigentię sentiebat, odoriferis stipulam malis,  
 fultus floribus gloria & honore coronatus, & constitu-  
 tus super opera manuum plasmatoris. magis autē ob in-  
 signē diuinę similitudinis & imaginis p̄cellerat.  
 Erat illi societas cū angelis & cū omni militia cæ-  
 lestis exercitus, sed mutauit istā gloriā ad similitu-  
 dinē vituli comedentis fœnū. Inde est quod panis an-  
 gelorum factus est fœnū peccatorum. Ergo cibus homi-  
 nis mutauit se in cibum peccatoris, homine mutato  
 in pecus. Heu tristis & lachrymosa mutatio, vt homo  
 paradisi accola, terrę dñs, cœli ciuis, domesticus  
 dñi sabaoth, spūm celestium sibi copulauit. Quā  
 repentina se cōuersione inuenit propter infirmitatē  
 iacentē in stabulo, propter pecorinā similitudinē  
 indigentē fœno, & propter indomitā feritātē  
 alligatū p̄lapiō. Agnosce tū o bos possessorē tuum  
 & tu asine p̄sepe dñi tui. Cognosce pecus, quē nō  
 cognouisti hō. Adora in stabulo quem fugiebas in  
 paradiso. Adora eius præsepium, cuius contempsisti  
 imperium. Sed quare est causa tantę deiectionis, hæc  
 est, quia homo cum in honore esset, non intellexit & c.  
 hæc Bernard.

Hæc via illorum scandalum ipsius  
 & postea in ore suo complacent.

Hic ostendit unde tū peccatorū processerit scā-  
 dalum, s. ab amore vitę p̄sentis. Vñ notandum quod  
 p̄sens vita in rei veritate nihil aliud est quā quædā  
 via: quia cōtinuo p̄gim⁹ ad mortē: quia cōtinuē iusti  
 pergūt ad patriā & mali ad gehennam. vnde Greg.  
 d. Viator quippe dicitur, qui præsentē vitā viā sibi  
 esse & nō patriā attēdit: qui in dilectione prætereū-  
 tis sæculi cor figere despicit: qui non remanere in  
 transeuntibus, sed ad æterna peruenire concupiscit  
 & c. Dicat ergo ps. Hæc via illorum scandalum. s. hæc  
 præsens vita quę realiter est via, est scandalum illorū, s.  
 casus illis, quia amor vitę p̄sentis omne scandalū  
 causat peccatorum, quia inde procedit omnis do-  
 lor, omnis stimulus, securitas nulla, sed timor om-  
 nis. Hic enim amor facit eis scādalu, quia facit eos  
 quere de peccato in peccatū. Et tū istis non obsta-  
 tibus peccatores in præsentī vitā felicitatē suā po-

300.  
 6. q. 1. imit a.  
 72.  
 Greg. 15. mo.  
 pap. 27.

nentes iactant se de tali vitā tanquā assecuti felicitate  
 tē homini possibilē. Et hoc est quod subditur. Pos-  
 stea in ore suo complacent. s. habita huius vitę felici-  
 tate, ex hoc verbis sibiipsis cōplacentibus se extol-  
 lūt. C. n. sequitur articulo, restat secūda  
 pars tertiū articuli, declarata primā quę dicit. Qui  
 concept⁹ est. Sequitur. De spū sancto, quę particula de-  
 clarat secundū fundamētū, s. Calcedoni⁹. Nā vt di-  
 cebatur, secūda p̄prietās Calcedonijs est quę hēt in ca-  
 lore charitatis cōgruētā. Conditio. n. charitatis est  
 quod hō ipsa calefactus & inflāmat⁹ alios quibus debi-  
 liores & impfectiores sibi vnit & ad se attrahit, iux-  
 ta illud. In charitate p̄prietās dilexi te, iō attraxi te  
 miserās. Hęc autē cōgruētā & similitudinē hēt Cal-  
 cedoni⁹, quod suo calore res et viles ad se attrahit & si-  
 bi vnit, quā scdm̄ magistrū vbi supra. Calcedoni⁹ ca-  
 lefactus paleas ad se attrahit. Hęc conditiōne con-  
 tinet hic secūda pars articuli ostēdēs spūm charita-  
 tē, dicēs de spū sancto. Vbi notandū quod cū charitas  
 spiritui sancto approprietur, iō ad ostēdēdū quod iste  
 concept⁹ nullis nostris meritis p̄cedentibus, sed solū  
 charitate, qua nos dilexit Deus est fact⁹, quo natu-  
 rā humanā noiē paleę significatā calore suā chari-  
 tatis velut Calcedoni⁹ paleas sibi vnuit. Vñ magi-  
 ster dicit, quod cū Xps de spū sc̄to concept⁹ dicitur,  
 insinuat⁹ nobis Dei gratia, quia homo nullus  
 suis meritis p̄cedentibus, in ipso exordio natura suę  
 quo esse cepit, verbo Dei copularetur in tantā perso-  
 nę vnitate, vt idē esset filius Dei quod filius hominis &  
 e contrario, quę gratia per. s. est significata, quia ipse p̄-  
 p̄rie sic est Deus, vt sit et donū Dei. Per hoc ergo  
 quod de spū sc̄to concept⁹ est Xps dicitur, quod aliud quā  
 ipsa gratia demōstratur, quia hō mirabili & ineffabi-  
 li mō vbo Dei est vnit⁹ & c. Sic ergo xps tanquā Calce-  
 doni⁹ paleas attrahit, dū feruore suę charitatis accē-  
 sus paleas nostrę humanitatis sibi copulauit. Quā  
 confirmat magister ibidē. d. De spū sc̄to concept⁹  
 dicitur xps, quia. s. est charitas & donū patris & fi-  
 lij, & ineffabili Dei charitate verbum Dei caro fa-  
 ctū est, & inextimabili Dei dono filius Dei sibi vni-  
 uit formā serui. Et iō filius Dei summa charitate  
 hūc concept⁹ quo sibi nostrā naturā copulauit eē  
 factū ostēdit an̄ lōgē cū de omnib. p̄lixerat. Osee.  
 11. d. Trahā eos in funiculis charitatis. Aduertendū  
 autē quod ex ista particula, de spū sc̄to, quod aliq. sum-  
 pserūt occasione erroris, dicentes quod xps quātū ad hu-  
 manitātē est filius spūs sancti, sicut quātū ad diuinitatē  
 est filius patris. De quibus ait Aug. in enchiridion.  
 Nunquid ideo dicitur sumus patrē hominis Chri-  
 sti esse spūm sanctum, vt Deus p̄ verbum genuerit  
 & spiritus sanctus hoīem? Quod aut absurdum  
 est vt nullę fidelium aures id velint sustinere. Et cō-  
 sequēter ponit argumentū eorum. d. Quō ergo eū  
 dicimus de spū sancto natum vel conceptum, si nō  
 eū genuit spiritus sanctus. Ad hanc rationē respō-  
 det Hiero. in expositione fidei catholice. d. Non si-  
 cut quidā sceleratissimē affirmant spūm sanctum  
 dicimus fuisse p̄ semine, s. potētia ac virtute crea-  
 toris dicimus operatum. Et ideo hūc conceptū  
 effectiue nō naturaliter de spū sancto fuisse prædi-  
 xit angelus Marię. Lucę. 1. d. Spūs sanctus superue-  
 niat in te: & virt⁹ altissimi & c. Tertiā p̄prietās Cal-  
 cedonijs est quod hēt in ortu tēporis plenitudinē. Nā  
 vt ait magister vbi. s. hic lapis inuenitur ad repeti-  
 tum plenę lunę. Hanc conditiōne cōtinet hic  
 articulus ostēdēs verbi incarnati natiuitatē in tē-  
 poris plenitudine factam. d. Natus est verē hic na-  
 tus est, vt Calcedoni⁹ in plenilunio. Vbi nota quod  
 lunę

Augul.  
 Natus.  
 plenitudinē  
 p̄p̄t.

lunę noiē in scriptura tēpus designatur, & hoc pp  
 suā mutabilitatem, quia sicut temp⁹ est res successi-  
 ua nūq̄ in eodem statu p̄manens, sic & luna. Et iō  
 hebraei menses & tempus s̄m lunationes mensu-  
 rāt, secundū Aug. Et iō lunā p̄ tēp accipiens ps. d.  
 Fecit lunā in tēp. Si ergo p lunā tempus significa-  
 tur, quod significat, nisi temporis plenitudinē? Sed  
 natiuitas xpi fuit in plenitudine temporis, ergo in  
 plenilunio, & p cōsequens xps vt Calcedoni⁹ ap-  
 paruit in plena luna, quod aut xps natus fuerit in  
 plenitudine temporis ap̄s. d. At vbi venit plenu-  
 do temporis, misit Deus filium suū & c. In ista par-  
 te insurgunt duo dubia. Primū quare tēpus natiui-  
 tatis xpi dicitur plenitudo tēporis. Ad hoc respon-  
 det magister Io. Bachon. in postilla ad gal. d. quod  
 pp multa. Primū pp plenitudinem pacis & bono-  
 rum tēporalium. iuxta illud Esa. 2. Cōflabunt gla-  
 dios suos in vomeres & c. ps. 71. Orietur in dieb. e-  
 ius iustitia & abundantia pacis. Secūdo pp plenu-  
 dinem gratiarum. Io. 1. De plenitudine eius omnes  
 accepimus. gratiā pro gratia. Tertiū pp adimpletio-  
 nem figuratū & legalū. Marth. 5. Non veni legem  
 soluere, sed implere. Quartū pp plenitudinem diui-  
 narum promissionum. Io. 1. Corinth. 1. Quotquot. n.  
 p̄missiones Dei sunt, in illo est, iō per ipsum. Quin-  
 tū pp impletionem p̄pheticarū visionum. Dan. 9.  
 Vt impleatur visio & p̄phetia & c. Sextū p̄pter im-  
 pletionē tēporis. 1. Corinth. 10. Nos sumus in quos fi-  
 nes sæculorum deueniunt. Septimū p̄pter imple-  
 tionē ruinę angelorum. ps. 109. Implebit ruinas,  
 Octauū propter plenitudinē p̄miorum. Esa. 58. Im-  
 plebit splēdorib. aiām tuā & c. Non d. p̄pter plenu-  
 dinē vniuersorum. Ephe. 1. Proposuit in ipso i dispē-  
 satione plenitudinis ipsi⁹ istaurare omnia, & quæ  
 in cœlis & quę in terra. Secundū dubium est quō Ioā-  
 nes hic dicat xpm natū, cum apostolus dicat eū nō  
 natum sed factū. Gal. 4. Misit Deus filium suum fa-  
 ctum ex muliere & c. Rñdeo, quamuis xps verē de  
 Maria virgine sit natus teste angelo. Lucę. 2. Annū-  
 cio vobis gaudiū & c. quia natus est & c. Apostolus tū  
 dicit eundē factum, vt ostēdat differentia inter hu-  
 ius natiuitatē & aliorum. vñ magister. d. Querī pōt  
 cur nos saluatorē natum profitemur, cum aposto-  
 lus eum factum dicat ex muliere, cum aliud sit fieri  
 & aliud nasci. Aliquid. n. significat homo. Quia  
 enim non humano semine cōcreata est caro domi-  
 ni in vtero virginis & corpus effecta, sed effectū &  
 virtute. s. iō apostolus dicit eum factum, nō natū.  
 Aliud est. n. semine admixto & sanguine coagula-  
 to generare. Aliud est si permixtione, sed virtute  
 procreare. possunt. n. homines generare filios, sed  
 non facere. Ecce ergo quare dicit apostolus xpm fa-  
 ctum nō natum: n. eius natiuitas quæ fuit sine  
 viri semine nostrę similis putaretur, quę seminum  
 commixtione conficitur & c. Est istam natiuitatem  
 Esa. prædixit. d. Puer natus est nobis & c. & vocabi-  
 tur nomen eius admirabilis, Deus fortis & c.

Sicut oues in inferno positi sunt,  
 mors depascet eos.

Hic consequenter explicat bonorum præmia &  
 supplicia malorū. Et diuidit in tres partes. Quia  
 ponit primū malorum supplicium. Secundū bono-  
 rum dominium, ibi. Et dominabuntur. Tertiū Chri-  
 sti adiutorium, ibi. Verumtamen. Quātū ad primum  
 sciendum quod propheta multoties de futuris lo-  
 quuntur per verba de præterito vel de præsentī, eo  
 quod sicut præterita sunt certa carētia omni dubio,

fic & prophetis futura reuelata erāt certa. De illis  
 ergo quę i præsentī vitā bonis creatis fruuntur. d. Sicut  
 oues in inferno positi sunt. i. ponētur post ipsorū mor-  
 tē. Sicut oues. n. quia sicut ouis ignoratē ducitur ad  
 mortē, sic isti ignorantes vitā futuram ad infernū  
 ducuntur. Hunc at passum sic exponit Ber. d. Sicut  
 oues in inferno positi sunt, quā bñ sicut oues, quæ de-  
 tracto vellere terrenarū diuitiarum dure p̄sleg; de-  
 toni sempiternis nudi dānabitur incēdiis. Sequit⁹  
 Mors depascet eos. Quod iō dicit secundum Ber.  
 quia in inferno semper moriuntur ad vitā & sem-  
 per viuunt ad mortē, vñ hic ipsorum caro vermibus,  
 illic anima dæmonibus deputatur, donec rursus in-  
 fœlici collegio tormentis pœnalibus socientur, qui  
 socij in vitis fuerunt. Vbi notandū quod res mul-  
 totiens ab effectu accipit nomen sicut dicitur pi-  
 ctor ad picturā, vñ quia Christus est vitæ dator, dici-  
 tur vitæ, sicut dicit, Ego sum via veritas & vita. Sic  
 & quia diabolus fuit prima cā mortis, non immerito  
 ipse mors appellatur. Sapient. 2. Inuidia diaboli  
 mors introiuit in orbē terrarum. vnde ad literā de  
 diabolo dicitur. Et nomen illi mors. Sic ergo mors  
 depascet eos. i. diabol⁹. Vnde glo. Mors depascet eos. i.  
 diabolus, hoc. n. dicitur a simili iumentorū qui nō  
 radicitus corrodendo herbas, euellunt, sed summi-  
 tates capiunt, vñ iterum herbæ nascuntur ad pas-  
 tum. Sic & in inferno morte depasci remiscit  
 quia nunquam deficiunt, vel depascet eos. i. de pas-  
 tua ad pascuā. i. de pœna ad pœnā deducet. Alia li-  
 tera vt dicit magister habet sic. Mors pastor. s. eis,  
 quia sicut Christus suis est vitæ, ita diabolus est  
 mors malis, qui pastor est illis vt ouibus quas tra-  
 hit ad pascuā mortis.

Et dominabuntur eorum iusti in  
 matutino, & auxilium eorum veteras-  
 cet in inferno à gloria eorum.

Hic ponitur bonorum præmium ad dominium  
 Vbi notandum quod per matutinū sive per manē  
 intelligitur resurrectio generalis, vbi omnia omni-  
 bus erunt nuda & aperta. In resurrectione autem  
 iusti præmiabuntur & honorabuntur, quia cum  
 Christo iudicabuntur, vnde sicut iudex hēt dominium  
 supra reū ipsum iudicando, sic & in matu-  
 rino resurrectionis iusti dominabuntur peccatorū.  
 Hoc dominium beatorū supra damnatos bene præ-  
 uiderat Salomon. d. Seruus prudens dominabitur  
 filiis stultis. Iusti. n. in præsentī vitā sunt serui pru-  
 dentes per humilitatem Christo seruientes, pecca-  
 tores autē qui florent in mundo & habent liberta-  
 tem malitię, vt filij diaboli stulti dicuntur, quia v-  
 su rationis carent, sibi de auxilio in tēpore oppor-  
 tuno prouidere nolentes, propter quod subditur.  
 Et auxiliū eorū veterasceat in inferno. i. auxiliū quod  
 hic viuentes habebant, vt puta auxiliū diuitiarum  
 potentiam scientiarum vel amicorū ibi nihil profi-  
 ciet illis. Et hoc est quod dicit. Veterasceat in inferno.  
 I. cessabit, quod. n. antiquatur, deficit. Et si quæras  
 qualiter veterasceat vel deficiet, Respondet, à gloria  
 eorum id est iuxta quantitatem glorię ipsorum,  
 quam in præsentī vitā habuerunt. Quia quanto ali-  
 quis malus in præsentī nifus est habere gloriam  
 inter homines, tanto in inferno amplioem corru-  
 ptionem patietur, iuxta illud quod habetur Apoc.  
 18. Quantum glorificauit se & in delitiis fuit, tan-  
 tum date ei tormentum & luctum. Alia autem li-  
 tera habet. A gloria sua expulsū sunt.

Verumtamen

Calcedoni⁹  
 Charitas  
 Spiritus  
 eius.  
 Hiero.  
 Gal. 4.  
 Lib. 2. d. 4.  
 Corin. 1.  
 1. Corinth. 10.  
 Phil. 109.  
 Ephe. 1.  
 Christus na-  
 tus est in  
 vtero dicitur  
 factus non  
 natus, sed ex  
 matre dicitur  
 factus.  
 d. d. d. d. d.  
 802.  
 M. me.  
 Resurrectio.  
 Matth. 25.  
 Proverb. 13.  
 Apoc. 18.

Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cum acceperit me.

Redimere.

Iob. 26.

Greg. 17. mo. cap. 11.

Quasi. Infernus.

Greg. 12. mo. cap. 7.

Osee. 13.

804. 12. g. 2. gloria

Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius.

Hic ponit Christi adiutorium. Quia quis de malis dixit superius qd frater. i. Christus non redimet. s. malos, boni tamen per ipsum redimuntur. vnde in persona omnium iustorum dicit. Verumtamen Deus redimet &c. Et nota quod redemptorem nostrum verum fatetur Deum & hominem, verum hominem, quia per humanitatem ipsum nostrum fratrem appellat dicens. Frater non redimet verum Deum. vnde hic dicit, Verumtamen Deus redimet &c. Et sicut superius tenuit malos per desperationem redemptionis. d. Frater non redimet. Ita modo bonos consolatur spe redemptionis. d. Deus redimet &c. Et quia redemptorem nostrum oportebat Deum & hominem esse. s. Deum quod posset, hominem quod deberet. Idem hic utrumque ponit. s. Deum cum dicit, Deus redimet, & hominem cum addit, cum acceperit me. id est humanitatem meam in unitatem suae personae. Et notandum quod nomine inferi quoadque intelligitur ipse diabolus, quoadque vero poena infernalis sine locus. Significatur. n. inferni nomine diabolus. Iob. 26. Nudus est infernus coram eo, quod dicitur de diabolo, quia omnis eius malitia & cogitatio Deo nuda est & aperta, ut exponit Greg. 17. mora. c. 11. Et tunc est sensus. Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferni. i. de potestate diaboli. Quod factum est etiam in presenti peccata dimittendo. Significatur et inferni nomine locus inferior, ad quem ante Christum omnes qui tuncque; iusti descendebant, licet diuersimodum, de quo inferno sanctos patres redemit, cum illos secum extraxit ibidem dimittendo reprobos. Sed quomodo redimet animam de manu inferni, cum in inferno nulla sit redemptio. Ad hoc respondet Greg. 12. mora. d. Quia ante aduentum mediatoris Dei & hominum omnis homo quis mundae probataeque fuerit vita, ad inferni claustra descendit, dum tamen non est, Quoniam homo qui per se cecidit, ad paradisi requiem per se redire non potuit, nisi venisset ille, qui suae incarnationis mysterio eiusdem nobis paradisi iter aperiret. Nec tamen ita iustorum animas ad infernum dicimus descendisse, ut in locis poenalis, tenebantur, sed esse alia inferiora inferni loca, alia superiora credenda sunt, ut & in superioribus iusti requiescerent, & in inferioribus iniusti cruciarentur. Vnde & psal. per praeuenientem se Dei gratiam dicit. Erripisti animam meam ex inferno inferiori. Ex inferno ergo electos eduxit, & reliquit reprobos. Vnde per Osee, propheta dominus dicit. Ero mors tua o mors, ero morsus tuus o inferne. Quod. n. occidimus agimus penitus ut non sit, ex eo vero quod mordimus, partem abstrahimus partemque relinquimus. Quia ergo in electis suis dominus funditus occidit mortem, mors mortis extitit, quia vero ex inferno partem abtulit partemque reliquit: non occidit funditus, sed momordit infernum. Dicit ergo. Ero mors tua o mors, i. in electis meis te funditus petimo. Ero morsus tuus inferne, quia sublati eis te ex parte transigo. Vult ergo Grego. dicere, quod in inferno sunt diuersa loca. Aliqua poenarum, aliqua sine poenis. In primo nulla est redemptio, sed bene in secundo. Vel secundum alios, idem locus erat bonorum & malorum, sed malis erat locus poenarum, & non hominis. Sicut idem locus carceris, vni potest esse locus damnationis, ad mortem alteri vero ad requiem.

Hac est quarta pars principalis, in qua ad mundum non timendum iustos prouocat. Admonet. n. non timere mundi aduersitates, nec affectare mundi gloriam. Et hoc propter tria. Primum quia prosperitas & gloria mundi in morte terminatur. Secundum quia solum verbis commendatur, ibi. Quia anima eius. Tertiū quia in poenis terminatur, ibi. Introibit. Quantum ad primum sciendum quod multi videntes malos prosperari in mundanis, & bonos aduersa multa pati, admirantur quomodo Deus talia permittit. Et ex hoc timent bonos esse, ne aduersa patiantur. Et quemlibet talem admonet psal. d. Ne timueris. s. esse bonus. Et hoc cum videris quod diues factus fuerit homo, & tu pauper, cum etiam videris quod multiplicata fuerit gloria domus eius, & tu sis alius in opprobriū. Ne timueris ista, i. ne mireris ista quia prosperitas mundi signum est calamitatis aeternae. Aduersitas autem est signum felicitatis future. Secundum, n. naturales vnumquodque denominatur bonum vel malum a suo fine. Sic quod illud cuius finis est bonus illud quoque bonum est, & illud cuius finis est malus, illud quoque malum est, cum ergo finis prosperitatis mundi sit malus, ipsa erit dicenda mala, & per consequens fugienda, & cum finis aduersitatis sit bonus, ipsa erit bona & appetenda. Sic. n. dicitur de homine siluestri, quod quoadocumque habet pulchrum tempus, ipse tristatur, sciens quod post pulchrum tempus, sequitur pluuia. Consimiliter quoadocumque habet aduersum tempus laetatur, sciens quod post tempestatem sequitur tranquillitas. Vnde Greg. 16. moral. dicit. Quisquis in vita presenti recta agit & aduersa sustinet, laborare quidem ex aduersitate cernitur, sed ad benedictionem hanc dicitis perpetuae conseruatur. Quisquis vero peruersa agit, & tamen prospera recipit, sequetur a malis actibus necdolorum largitate compescit, prosperari quidem cernitur, sed reatu perpetuae vitiorum ligatur. Quod idem Gre. familiari exemplo ostendit lib. d. Proprium infirmantium, i. peccatorum indicium esse solet, ut tanto quempiam existimant iustum, quanto hunc adipisci conspiciunt omne quod appetit. Cum tamen nouerimus bona terrena, non nunquam iustis subtrahi, quae largo munere tribuuntur iniustis. Quia & desperatis agris medici quicquid possunt dari praecipiant, & eos quos reduci posse ad salutem prauidet, quae appetunt dari e contra dicunt. Sic ergo non admirari de temporaria prosperitate malorum nos admonet psalm. d. Ne timueris cum diues &c. id est ne mireris ex hoc vel turberis. Consimiliter admonet Matathias filios suos, d. A verbis viri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius steruus & vermis est, hodie extollitur & non inuenietur, quia, scilicet, omnis talis gloria in morte terminatur. vnde subdit,

Quoniam cum interierit non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius.

Et notanter dicit, descendet, quia talis quilibet in morte ad inferni tormenta cadit, & ab omnibus diuitiis & amicis derelinquitur. Et ideo ratione suae breuitatis omnis mundi gloria vel apparatus

ratus despici debet. vnde Greg. 15. mora. c. 1. Ex praeteritis colligitur quam nulla sunt quae videntur aliquid esse dum sunt. Si enim ab ipso humani generis exordio vsque ad tempus in quo sumus, mentis oculos ducamus, omne quod finiri potuit quam breue fuerit videmus. Ponamus enim quemlibet hominem a primo die mundi conditum, vsque ad hodie num diem vitam ducere, hodie tamen eandem vitam quam longam ducere videbatur finire. Ecce finis adest, praeterita iam nulla sunt, quia cuncta transferunt. Futurum in hoc mundo nihil est, quia nullum ad vitam vel breuissimum restat momentum. Vbi est ergo longum tempus quod inter initium finemque depressum ita consumitur, ac si nec breue vnquam fuisset? Impij itaque, quia praesentem vitam diligunt in ea proculdubio elati prosperari appetunt, gloriae quae sunt, non esse boni, sed videri appetunt, quae prosperitate & gloriam longam esse existimant dum assequuntur, sed breue intelligitur fuisse, dum amittunt. In fine quippe eis ostenditur, quod nihil fuerit quod amauerunt. d. psal. Quoniam cum interierit non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.

806

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur, confitebitur tibi, cum benedixeris ei.

Hic ostenditur quod prosperitas vitae praesentis solum verbis commendatur. Vbi notandum quod diuitibus & magnis adulantur homines: non pauperibus & patientibus. aduersa. Ideo quamdiu manet homo in prosperitate vitae praesentis, anima eius id est ipse vel ipsius sensualitas benedicatur per adulationem & vanam laudem. Confitebitur tibi cum benedixeris ei, quia tales laudant illos qui ipsos adiuuant ad statum prosperitatis tenendum vel ampliandum. Et ideo sicut alij ipsi adulantur, ita & alijs ipsi. Sed ista est falsa laudis confessio quam parit prosperitas, vera autem quae fit in aduersis. Vnde istum textum exponens Greg. 8. mora. ait. Per psal. contra confessionem peccatoris dicitur. Confitebitur tibi cum benedixeris ei. Despecta quidem vox confessionis est, quam format iocunditas prosperitatis. Sola autem illa confessio habet magnum meritum poteris, quam a veritate rectitudinis nequaquam separare vis doloris, quae vsque ad iudicium vocis excurrit aduersitas testis cordis. Quod ideo dicit, quia confessio facta in prosperitate adulatio quaedam esse videtur, quae multum nocet ipsi, cui adulatur. Dicit philosophus, quod cum ventus fuerit meridionalis, illud quod nascitur de ouibus erit foemina. Ventus meridionalis est placidus, quia temperatus, & significat linguam blandam adulatoris, quia suo flatu. i. loquela foetus qui esset futurus masculus, i. opus quod quis virtuosum ageat efficitur foemina. Vbi debile, vel simpliciter nullius virtutis. Quia opus virtuosum bono fine inchoatum superueniens confessionis adulatio, ipsam inani gloria permiscet. Et tunc efficitur partus foemineus, & nullius in meriti, sed monstruosus.

807

Introibit vsque in progenies patrum suorum, & vsque in aeternum non videbit lumen.

Hic consequenter ostenditur quod mundi profecogn. Tom. j.

peritas in poenis terminatur. Sicut enim filius alicuius dicitur ille qui eius est imitator, sicut dicit Christus. Si filij Abraham estis, opera Abraham facite, sed vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Sic & conformiter patres malorum vocantur priores iniusti, quorum illi peccata imitantur, ut Cain fuit pater omnium malorum, & etiam diabolus cum omnibus angelis suis apostatis, & ad istorum societatem malos ducit, prosperitas mundi. Quod de quo liber notat psal. Introibit vsque in progenies patrum suorum, quia quae patres pessimos imitantur, eorum societate sunt dani. Et quod de damnatione intelligat subdit. Et vsque in aeternum non videbit lumen. Quia sicut hic in peccatis manentes tenebras interiores patiuntur, sic in inferno positi tenebris exterioribus & aeternis inuoluuntur. Sic ergo vide quae diuersus sit finis prosperitatis mundialis malorum, & finis iustorum. Nam iusti bona sua ante se praemiunt, mali autem illa alienis relinquunt. Iusti redimuntur, malos autem non redimet frater. Iusti in lumine Dei aeternum lumen videbunt, mali autem in aeternum non videbunt lumen. Quod fuit figuratum sap. 17. vbi dicitur, Ignis liminalis nulla vis poterat illis lumen praebere, nec siderum limpidae flammam illuminare poterant illam noctem horrendam.

Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Hic replicando reddit rationem praedictorum malorum ostendens, quod mala voluntas nostra est causa quia non conseruauimus honorem a Deo nobis collatum, expone ut supra versu. 799. Sequendo materiam tertij articuli, restat declarare quartam partem articuli ex quarta proprietate Calcedonij. Nam ut dicebatur, quarta proprietate Calcedonij est, quod habebat in vigore puritatis effeciam. Hic enim lapis secundum magistrum, vbi supra. & Diosco. est conseruatiuus castitatis, quia valet contra illusiones. Hanc virtutem ponit quarta pars huius articuli, ostendens matris virginitatem in partu conseruatam, dicens. Ex Maria virgine. Merito enim deceit salua matris virginitate Christum nasci ex Maria virgine. Vnde Ansel. in de conceptu virginali, inquit. Decebat ut illius hominis conceptio de matre purissima fieret. Nempe decens erat: ut ea puritate qua sub Deo maior requiritur intelligi virgo illa niteretur, cui Deus pater vnicum filium suum, quem de corde suo aequalem sibi genitum tanquam seipsum diligebat, ita dare disposuit, ut naturaliter esset vnus eiusdemque communis Dei patris & virginis filius. Et quamuis hoc sit mirabile, quod virgo concepit & peperit, non tamen impossibile videri debet. Cuius possibilitatem ostendit Bacho super Matth. multis exemplis virginem de spiritu concipere & parere posse. Primum virtute spiritus elementaris. Nam ut dicit Aristot. foeminae perdes si fuerint maribus opposita & flauerit ventus concipiunt. Similiter Beda libro primo de imagine mundi dicit, quod in Cappadocia equae concipiunt de vento. Sic in proposito multo fortius ad inspirationem spiritus sancti qui in euangelio venro comparatur, virgo concipere potuit & parere. Et ista comparatio ponitur Ioan. 3. vbi dicitur. Spiritus. i. ventus vbi vult spirat. Et sequitur

F f tur



Aug. li. de mirabilibus no. et veteris testamenti.

tur ibi. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Secundo hoc pbatur per spiritum vitale. Alimētū enim cōuertitur in naturam aliti. primò de generatione. Et hoc sic per spiritum vitalem. Ergo à simili virtute spiritus sancti sanguis beatæ Mariæ cōuertit potuit in naturā hominis Iesu Christi. Tertio hoc pbatur per spiritum animalē. Apes. n. sine patribus in materno vtero crescunt. Et hoc exēplum ponit Aug. ad ostēdendum q̄ virgo possit parere de spiritu sancto. li. 3. de mirabilib. noui & veteris testamenti. Et addit ibi. q̄ multæ aues possūt sine marib. oua gignere. & hoc sic virtute spiritus animalis. Cōsimiliter in p. posito erit possibile. Quarto hoc pbatur per spiritum intellectualē. Secundū. n. philosophos intelligentia mouēs cœlum. causat vermes ex terra. ergo à fortiori intelligentia prima p̄t ex sanguinib. beatæ Mariæ. quæ est materia p̄pria fact̄ causare hominē. Et cōfirmatur. quia sol ex materia phœnicis reducta in cineres p̄ducit formā nouæ phœnicis. ergo à fortiori. prima intelligentia de sanguinib. fecerunt p̄ducere hominem. probatur cōsequenter. quia mulieris propinquit materia est ab homine. quā cineres ad mundū. Secundō eius publicationē per mundū. ibi. *A solis ortu*. Quantū ad primū notādū q̄ primus versus quo ad sententiā determinatur ibi inclusiue. *A solis ortu vsque ad occasum*. Et secundus versus incipit. *Ex Sion*. Prædicando ergo Christi aduentum in carne dicit. *Deus deorum dominus &c.* Vbi notandū q̄ hoc nomē Deus in scriptura accipitur tripliciter. s. naturaliter & substantiue. Vt Deus trinitas pater & filius & spiritus sanctus. deute. 6. Dominus Deus tuus vnus est. Itē spiritualiter & adoptiue. & sic omnis iustus Deus dicitur. & filius Dei. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Itē vocaliter & nuncupatiue. & sic idola & demones dii vocantur. ps. Omnes dii gētiū dæmonia. Deus autem essentialis & verus dñs est omnium aliorū deorū. quia generaliter omnes sibi subiaciuntur. Tamē specialiter dicitur dominus p̄phetarum qui spiritu sancto inspirati ipsius diuinitatis magis sunt participes. Et sic per Deos intellige sanctos p̄phetas. de quib. dicitur. Ego dixi dii estis. & filij excelsi omnes. Quod exponit Christus de prophetis. Ioan. 1. d. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est. Sic ergo dicitur. *Deus deorum*. i. p̄phetarum dominus. *Locutus est*. i. nostrā assumpsit humanitatem. in qua ore proprio nobis est locutus. q̄ nobis per orā p̄phetarū loq̄ solebat. Iuxta dictū apostoli. ad hebræos. 1. Multifarie multisq; modis olim Deus loquēis patrib. in prophetis. nouissime locutus est nobis in filio &c. gl. Locutus est nobis in filio. i. per filium vniciū incarnatum q̄ maior est omnib. prophetis & omnium p̄phetarū dñs. Quid aut sit locutus subdit. *Et vocauit terrā*. *A solis ortu vsque ad occasum*. Vbi aduerte q̄ xps loquēdo nobis legē dedit euāgelicā. quā nō vni tm gēti dedit. sicut lex Moyſi soli populo iudeorū fuit data. sed omnes mundi partes ad ipsam vocauit per seipsum p̄dicando. & per apostolos eis. d. Euātes docete omnes gētes baptizantes eos &c. docentes eos seruare omnia &c. Quod ipsi deuote impleuerunt. quia ex omni parte mundi gentes ad fidem vocauerunt. vnde psal. 18. In omne terram exiuit sonus eorum &c. Et hoc est quod hic dicit. *Vocauit terrā a solis ortu vsque ad occasum*. s. per apostolos suos. Notandū autem quod ait. *Et vocauit terram*. Terra enim hic peccatores significat. quos vocare ad fidē & penitentiā xps venit. ip̄o d. Nō veni vocare iustos sed peccatores. Significat

24 q. 3. ad. 11. b. 1.

27. 7. 2.

10. 10. 6.

809. 6. q. 1. summo.

Paral. 26.

**D**eus deorum dominus locutus est, & vocauit terram.

Titulus huius psalmi est. *Psalmus Asaph*. vt enim habetur. 1. paral. 15. Asaph cū multis alijs fuit à Dauid positus super cātōres. qui laudes domini in tabernaculo habebāt cātare. Et hic habuit spiritum p̄phetiū. & multos psal. fecit. vt apparet inferius. Et hic istum psal. fecit. Et sic dicitur ps Asaph. s. ab ip̄o factus. Etia alia ratione dicitur ps Asaph. quonia Asaph hebraicè latinè dicitur cōgregatio. gracè vero synagoga. Et sic Asaph idē est quod synagoga

congregatio. Synagoga autem duas partes habuit. Quia aliqui in synagoga fuerunt fideles & Deo deuoti. vt Dauid Ezechias. Iosias. & multi alij reges. Aliqui autē infideles & Deo recalcitrantes. vt fuit Roboā. Achab. & multi alij reges. Iste ergo in hoc psal. loquitur in persona synagogæ quoad partē fidelē. vt per ipsam alios infideles. quasi per testes magis certos. ad fidē reducat. Quantū vero ad materiā ps iste de multis agit. s. de duplici aduētū Christi. p̄ primū allicies fideles. & per s̄m terrens peccatores. Agit de datione legis euāgelicæ. Agit de mutatione sacrificiorū legalium in sacrificium laudis & euāgelicæ. Per omnia ista mouēs fideles. ne ad sacrificia legalia iam terminata redeant. Et sic intelligēdo psal. iste ps diuiditur in partes tres. Quia agit primò de Christi aduentu & manifestatione. Secundo de lege euāgelicæ & sacrificiorum terminatione. ibi. *Audi populus meus*. Tertio de p̄sumptione peccatorū & ipsorum increpatione. ibi. *Peccatori auertem*. Prima in duas. Quia primò agit de aduētū Xpi in mundum. Secundo de eius aduentu ad iudicium ibi. *Deus noster manifeste*. Prima in duas. Quia primò ostēdit aduētū xpi in mundū. Secundō eius publicationē per mundū. ibi. *A solis ortu*. Quantū ad primū notādū q̄ primus versus quo ad sententiā determinatur ibi inclusiue. *A solis ortu vsque ad occasum*. Et secundus versus incipit. *Ex Sion*. Prædicando ergo Christi aduentum in carne dicit. *Deus deorum dominus &c.* Vbi notandū q̄ hoc nomē Deus in scriptura accipitur tripliciter. s. naturaliter & substantiue. Vt Deus trinitas pater & filius & spiritus sanctus. deute. 6. Dominus Deus tuus vnus est. Itē spiritualiter & adoptiue. & sic omnis iustus Deus dicitur. & filius Dei. Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Itē vocaliter & nuncupatiue. & sic idola & demones dii vocantur. ps. Omnes dii gētiū dæmonia. Deus autem essentialis & verus dñs est omnium aliorū deorū. quia generaliter omnes sibi subiaciuntur. Tamē specialiter dicitur dominus p̄phetarum qui spiritu sancto inspirati ipsius diuinitatis magis sunt participes. Et sic per Deos intellige sanctos p̄phetas. de quib. dicitur. Ego dixi dii estis. & filij excelsi omnes. Quod exponit Christus de prophetis. Ioan. 1. d. Illos dixit Deos ad quos sermo Dei factus est. Sic ergo dicitur. *Deus deorum*. i. p̄phetarum dominus. *Locutus est*. i. nostrā assumpsit humanitatem. in qua ore proprio nobis est locutus. q̄ nobis per orā p̄phetarū loq̄ solebat. Iuxta dictū apostoli. ad hebræos. 1. Multifarie multisq; modis olim Deus loquēis patrib. in prophetis. nouissime locutus est nobis in filio &c. gl. Locutus est nobis in filio. i. per filium vniciū incarnatum q̄ maior est omnib. prophetis & omnium p̄phetarū dñs. Quid aut sit locutus subdit. *Et vocauit terrā*. *A solis ortu vsque ad occasum*. Vbi aduerte q̄ xps loquēdo nobis legē dedit euāgelicā. quā nō vni tm gēti dedit. sicut lex Moyſi soli populo iudeorū fuit data. sed omnes mundi partes ad ipsam vocauit per seipsum p̄dicando. & per apostolos eis. d. Euātes docete omnes gētes baptizantes eos &c. docentes eos seruare omnia &c. Quod ipsi deuote impleuerunt. quia ex omni parte mundi gentes ad fidem vocauerunt. vnde psal. 18. In omne terram exiuit sonus eorum &c. Et hoc est quod hic dicit. *Vocauit terrā a solis ortu vsque ad occasum*. s. per apostolos suos. Notandū autem quod ait. *Et vocauit terram*. Terra enim hic peccatores significat. quos vocare ad fidē & penitentiā xps venit. ip̄o d. Nō veni vocare iustos sed peccatores. Significat

Dent. 6.

Ioan. 1.

Hebræ. 1.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

psal. 110.

Significat autē terra peccatores pp̄ ei⁹ tres cōditio nes. Nā terra inter cætera elemēta. est in quāitate minima. Est in qualitate frigida. Est in capacitate pessima. Primò terra est in quāitate minima inter omnia elemēta. quia terra est inclusa intra omnia elemēta. Et iō sicut circulus inclusus infra circulum necessario est minor circulo infra quē clauditur sic & terra omnib. alijs elemētis. Vñ & s̄m Basiliū in hexameron. Terra dicta est scabellū Dei. eo q̄ in corpore mūdi minima est. minima est species in ter elemēta. Hoc directē peccatori congruit. quia peccatū nō solū homines facit paruos: imo ipsos à vero esse elōgando annihilat. Quia secundū Aug. su p̄ Ioan. Pctm̄ est nihil. & nihil sunt hoies cū peccant. Cuius ratio pōt esse. quia sicut corpus opacū se elōgans à corpore luminoso aliquid p̄dit de claritate. & quanto magis elōgatur tanto plus eius claritas p̄ditur. sic cum verū esse soli Deo cōueniat. vt dicit magister li. 1. di. 8. hinc est q̄ quāto q̄s magis Deo appropinquat. magis de esse participat. Et quāto plus elōgatur à Deo: tanto ampli⁹ ab esse recedit & p̄dit ipsam esse. Qualiter autē pōt hō se elōgare à Deo. nisi p̄ peccatū. vt docet magister li. 2. di. 3. 5. d. q̄ p̄ peccatū priuatur hō illo bono. cuius participatione cætera sunt bona. quo tanto magis priuatur. quo magis se ab eo elōgat. Ab eo autē se elōgat p̄ peccatum. nō locorū distantia. quia vbiq; totus p̄sens est omnib. & omnia in ip̄o sunt. sed quia per peccatū ab eius similitudine recedit. & tanto longi⁹ q̄to fit dissimilior. Et iō quia peccatores pctō cōsumuntur. dicitur thre 4. q̄ cōsumpti sunt à sterilitate terræ. s. à pctō. Secdō terra est in qualitate frigida. Quia secundū Basiliū in hexamerō. terra est corp⁹ frigidum & siccum. Et iō pōt esse. quia magis distat ab elemēto ignis quolibet alio elemēto. Et hoc directē peccato cōgruit. qd̄ animā priuat igne diuini amoris. Quia vt dicitur Hiere. 6. Sicut frigidam facit cisterna aquā suā. sic frigidam fecit malitiam suam. Et iō dicitur. Maledictū adulterium homicidium & furtū inundauerunt. & p̄pter hoc iugebit terra. Tertio terra est capacitate pessima. quia capit pessimum. s. infernū. quia secundū doctores Infern⁹ est in cætro terre. distās à superficie terræ p̄ tria millia & ducēta 45. miliaria cū dimidio. vt dicit Catholicō in vocabulo terra. Hoc directē peccatorib. cōgruit. quia infern⁹ est i medio cordis eorum. dū p̄ cogitationes suas & opera ad infernū cōtinuē redunt. vt ibi virga diuine iustitiæ puniatur. p̄pter qd̄ dicitur Esa. 11. q̄ Deus p̄cutiet terrā virga otis sui. Sic ergo quia per terram significantur peccatores. ideo tunc Deus deorum dominus vocauit terrā. quando venit in hunc mundum vocare peccatores ipsos iustificando. Rom. 8. Quos p̄destinauit hos & vocauit. quos vocauit hos & iustificauit.

**A solis ortu vsque ad occasum. ex Sion species decoris eius.**

Hic consequēter ponit aduentus xpi publicatio nē per mundū. Vbi nota quod species decoris xpi. & eius pulchritudo dicitur ipsius humanitas assūpta. quæ tota decora fuit. nō solum quoad animā q̄ nullā peccati habuit maculā. sed et quo ad corpus. sicut de ip̄o dicitur ps. 44. q̄ est speciosus forma p̄ filiis hoim. Vñ de humanitate xpi. qua velut indumento tegebatur diuinitas dicitur. Dñs regnabit decorē indutus est. Iste autē decor publicatus fuit ex Incogn. Tom. j.

Sion. quia in mōte Sion manifestatus. qm̄ in monte Sio erat tēplū in quo xps multoties p̄dicado seipsum manifestauit mundo. Etia ex alio. quia in mōte Sio apostolis datus fuit spiritus sanctus. quo accepto ipsi plenē illuminati se per totum orbē dimiserunt verbū caro factū p̄dicando. quia in illo mōte receperunt virtutē linguarum oim. per quā omnib. gētib. xps p̄dicare possūt. Et hoc est qd̄ dicit *Ex Sio species decoris eius*. quia p̄dicatio nois xpi in illo mōte ichoata ex illo ad alias partes mundi fuit deriuata. sicut p̄dictū fuerat. Esa. 2. De Sion exhibit lex. & verbū dñi de Hierusalē. Et si q̄ras ad quas partes mundi ex Sion p̄cessit p̄dicatio species & decoris xpi. Rñdet. *A solis ortu vsque ad occasum*. i. ad omnes mundi partes. Et nota quod ista p̄dicatio Christi quanto ad remotiores partes orbis processit. plus fideles calefecit & instruxit. Iō notanter dicit. *A solis ortu vsque ad occasum*. quia iudæa vnde cepit origo fidei. frigida in incredulitate remansit. Iō gētes quæ ad occasum solū habitabāt cōuersæ fuerunt. In occasu. n. & in parte occidentali hodie fides remāsit. vt in Italia. Francia. Alemania. Anglia. & hmoi. Vnde nota q̄ vt tradunt astrologi & experientia docet. Sol quāto magis elōgatur à nobis. magis nos calefacit & illuminat quā qm̄ nobis appropinquat. vt puta qm̄ est in summo circuli zodiaci. vt in Cancro vel Leone: quā qm̄ est in infimo. vt in Pisce vel Aquario. Et ratio. quia in estate quādo est in sūmo directius ad nos immittit radios suos. quādo at est in imo in basso. tunc magis obliquē nos respicit. Sic accidit de vero sole iustitiæ Christo. q̄ illos qui erant à remotis à loco natiuitatis eius & cōuersationis. directius respiciēdo calefecit per suum amorē & illuminauit per fidē. vt meritō dicatur illud psal. 112. *A solis ortu. s. incipiendo. vsque ad occasum* illuminando. laudabile nomen domini.

**Deus manifeste veniet. Deus noster & non silebit.**

Hic consequēter agit de aduētū Christi ad iudiciū Circa autē istum aduentum quatuor ostendit. s. q̄ iste aduentus primò cunctis erit publicus mundi perlustrando oia. Secundò malis erit timidus igne cōburendo sæcula. ibi. *Ignis in cōspectu eius*. Tertio defunctis erit validus ipsorum suscitādo corpora. ibi. *Aduocauit calum*. Quarto bonis erit placidus iustorum p̄miādo merita. ibi. *Congregate*. Quantum ad primum. q̄ Christus ad iudiciū veniens cunctis tā bonis quā malis (in forma humana tñ glorificata) apparebit manifestus. vt ostendit magister lib. 4. di. 48. d. Solet q̄ri cum in humana forma cōster xpm̄ in iudicio cunctis appariturū. an in illa forma gloriosa apparebit sicut verē est. an in forma infirma qualis in passione extitit. Quidā putant à malis talem videri qualem crucifixerunt. s. infirmum. quia dicit scriptura. Vt videat in quem pupugerunt. S3 aperte Aug. dicit formam serui glorificatam à malis & bonis tunc videri. vñ Aug. super Iohel. Cum in forma serui glorificata viderit boni & mali. tolleturim pius vt nō videat claritatem Dei. quia Deus est quā soli mundo corde videbunt. Forma ergo humana in Christo glorificata videbitur à cunctis. Et hoc est quod hic dicit psal. *Deus noster manifeste veniet*. Vel & alio modo *Deus manifeste veniet*. quia manifestum dabit iudiciū. Manifestū. n. dicitur iudicium qm̄ cā iudicij est clara & manifesta. quod tunc erit

128. S. 100

Esa. 2.

Sol. Coristm. Occident.

811

Iudicium vltimum.

Questio. veniet Christus manifeste.

Aug. 26.

quia sicut merita bonorum p qb.dabitur sententia p illis omnib. erunt manifesta, sic & omnia demerita peccatorum , p qb. cōtra illos sententiabitur, omnib. erunt nota. Et ideo dicitur iudicium vltimum dies. Vnde magister li. 4. di. 43. dicit. Aduent⁹ domini ad iudicium, dies domini dicitur, n̄ p qualitate tps. sed rerum. qa tunc cogitationes & cōsilia singulorum patebunt, vnde in Dan. dicitur. Vestitus dietum sedit & libri aperti sunt corā eo. Libri sunt cōscienziarū singulorum, q̄ tunc aperientur aliis. & tunc implebitur quod scriptū est. Nihil occultum qd̄ nō reueletur. Adueniente. n. summo iudice nō solum tenebrarū aeris illuminabuntur, sed etiam abscondita cordium manifestabuntur. Virtute. n. diuina fiet, vt vnicuiq; omnia opa sua bona vel mala cuncta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excuset hominem cōscientia, eaq; teste saluetur, vel dānetur. Sic. n. dicit apostolus. Veniet dominus q̄ illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit cōsilia cordium. Vbi gl. Abscondita tenebrarū. i. peccatorū & manifestabit cōsilia cordiū. i. bonas cogitationes qa omnia gesta vel cogitata bona vel mala tunc erunt aperta. Et hoc notās hic psal. dicit. *Deus noster manifeste veniet. f. ad iudicandū illa que erunt manifesta. adi psalmi spectabit p bonis, & contra malos pferre sententiā. Et hoc est quod subdit. d. Et non filebit, quia. f. dabit sententiā p bonis d. Venite benedicti &c. & cōtra malos dicit. Discedite a me &c. Dicit ergo nō filebit, s3 hic dubiatur, vtrū illa sententiā dabitur verbis vel alio mō. Hāc q̄stionē magister mouet & indiscussam dimittit li. 4. di. 47. d. Solet quēri qualiter dabitur iudicij sententiā sed nō est perspicuū illud explicare. Non. n. scriptura aperte diffinit; an voce illa pferantur, veniet benedicti, & ite maledicti, an virtute iudicis ita fiat ( cōscientiis singulorū attestātib. ) vt modo dicitur futurum, vt iudicis potentia effectus ipsius dictione significetur. Illa etenim, cōfuti & nō dedisti mihi, & huic modis magis cōscientiis exprimēda plurimi putant q̄ verbis, quia apostolus in momento & in ictu oculi cōsummandum iudiciū tradit. Sed illud ad resurrectionis statum tantum referunt illi, qui iudicij sententiā & malorum increpationē, & honorum precōnia verbis exprimēda asserūt. Ex litera tamē videtur qd̄ sententiā dabitur verbis, q̄a dicit. *Et non filebit.**

Daniel. 7.

Matth. 10.

1. Corin. 4.

Matth. 25.

Quæstio.

Sententia iudicij vltimi.

812.

Ignis peccatorum iudicium

**Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.**

Hic ostenditur quod illud iudicium malis erit rimidum, quia ante iudicium erit ignis cōflagratio nis, quo corpora malorum qui viui reperientur cōsumentur, sed nō honorū. Vnde dicit magister lib. 4. di. 48. Domino enim veniente ad iudicium pcedet ante eum ignis, quo cōburetur facies mundi hui⁹, & peribit cœlum & terra non quidem secundum substantiam sed sm̄ speciē q̄ imutabitur, cœlum qd̄ æreum non æthereum. Tātum. n. ascēdet ignis in iudicio q̄rū ascēderunt aque in diluuiio. Ille autem ignis malis qui reperti fuerint viui, erit cōsumptio bonis vero nō. Vt. n. ait August. hoc erit incendium mōdis sanctis quod fuit caminus ignis tribus pueris. In quib. quod purgatū fuerit per illum ignē pur

A gabitur, aliis vero nullam ingeret molestiam. Et hoc est quod hic dicit psal. Ignis in conspectu eius exardescet. Et hic merito malis incutitur timorem quia ipso cōburentur. vnde gl. *Ignis ante ipsum exardescet.* Timeat ergo palea se arsuram, quia exardescet. i. torquetur impios, & hoc in conspectu eius, quia etiam ignis malē conscientie malos cōburet cum cōspiciēt iudicātē. Sed de isto igne quærent doctores qualis ignis erit vel de nouo à Deo creatus, vel ignis naturaliter productus. Ad hoc dico qd̄ sicut prima purgatio mundi in diluuiio facta per aquam nō fuit per aquā miraculose productā, sed per aquā elementarē & naturalē, sic & secūda purgatio in iudicio faciēda per ignē, fiet per ignem naturalē & elementarē. Vt enim dicit Aug. quod ille ignis tunc fiet mundanorū igniū cōflagratione: sicut enim factū est aquarum inundatione diluuium. Et ideo vt dicit Agidius li. 4. di. 47. huic autoritati inharendo, dico quod in diluuiio nō sunt nouæ aquæ creatæ, sed eēdem ipse multiplicatæ sunt in hoc operatione & adiutorio superiorum corporum per quæ facta est eleuatio vaporum. Sic & dico quod nō solum ignis qui est in sphaera sua, sed etiam omnes ignes qui in terra & supra terrā & infra terram sunt cōcurrent ad illā cōflagrationem. Et benē credo quod virtus superiorū corporum adhuc cōcurreret ad ignis multiplicationem & actionem. De isto ergo igne quo purgabuntur omnia elementa dicit. *Ignis in conspectu eius exardescet.* Sequitur. *Et in circuitu eius tempestas valida.* Hæc tempestas nō erit tēpestas realis quæ fit ventis vel procellis, sed ista tempestas erit iudicio Dei, quo fiet vt per eius potentiam statim post ignem prædictū area ventiletur, & boni separentur à malis. Quæ iudicatio dicitur tempestas, quia sicut tempestas subito veniet. Et sicut tempestas cadens super messem separat à paleis grana, sic illa Dei iudicatio subito bonos separabit à malis. Hæc autem tempestas erit in circuitu eius, quia primū erunt in simul loco permixti boni & mali. Christus in medio omnium veniens existens in suo circuitu diuidet. ponendo hædos à sinistris, oues autē à dextris. De ista enim tempestate dicitur Nau. n. Dominus in tempestate & turbine veniet. Sequendo materiam figurarū qui erat smaragdus, quæ quartū articulū posuit Iacobus maior. d. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & sepultus. Et hic duo faciam, quia primū ostendā qualiter iste articulus quo ad suas partes per smaragdū figuratur. Secūdo qualiter huius articuli, s. virtus passionis xpi & mortis per dictū lapidē declaratur. Quātū ad primū sciēdū qd̄ smaragdus habet tres proprietates huius articuli declarauas. Nā sūmagistrū vbi supra. Iste lapis aduersitatis aq̄lone inquirētib. inspiratē reuelatur. Viriditatis colore excellētis rusticitate coloratur. Immanitatis tremore ab hominib. circūdante occultatur. Sic & conformiter Dei filius in isto articulo est Aq̄lone aduersitatis realiter sub Pilato flagellatus. Passus sub pōtio pilato. Colore viriditatis amariter crucis morte vulneratus. Crucifixus mortu⁹ Tremore immanitatis occultatur in sepulchro tumulatus. Et sepultus. Prima ergo conditio smaragdi est qd̄ in aquilone aduersitatis &c. Quā hīc lapis maximē flāte aquilonari vērō reperitur. quod smaragdī maximē inueniuntur flāte aquilone, quia tellure discooperta intermicāt, q̄a arenē mouētur maximē

Augst.

Agidius.

Tempest.

Articuli.

lib. 4.

Smaragd.

maximē his ventis. Quid autem per ventum aquilonarem, nisi passio, aduersitas intelligitur & pena: Quoniam dictus ventus frigidus est & tepidus. Et c. sic & status aduersitatis. Vnde aduersitate & penā aquilonis nomine vocat Hieremias. Malū ego adduco ab aquilone & cōtrictio nē magnā. Iste vento aduersitatis & penæ ad modum smaragdi Christus reuelatur: quia ex his qd̄ verus sit homo demonstratur. Quia. n. aliqui ipsum negabant verum hominē esse: ideo talibus per tales aduersitates se verum hominē manifestat. Quoniā teste magistro lib. 3. di. 15. Dei filius naturam accipit passibilem. s. animam passibilem, & carnē passibilem & mortalem: vt enim probaret se verum corpus habere suscepit penas corporis: & vt veram animam probaretur habere suscepit penas & defectus animæ. Isti autē defectus & penæ maximē in ipso apparuerunt passionis tēpore: quādo. s. est passus sub Pōtio Pilato: vbi omne penē malū in Christi corpore apparuit: vt de tali aquilone passionis Christo dicitur illud Hierē. 1. Ab aquilone pandetur omne malum. Et verē in aquilone Christi passionis omne malum est reperitum: quia corpus eius omni genere passionis fuit respersum: quā passus fuit omni genere passionis quom quis homo potest pati. Quod patet tripliciter. Primū ex parte illorū à quibus est passus, quoniam passus est à gentilibus & iudæis, à masculis & fœminis; vt patet de ancilla accusante Petrum. Passus est à principibus & ipsorum ministris, & popularibus sū illud psal. 2. Quare fremuerunt gentes &c. Passus est à notis & familiaribus: patet de Petro ipsum negante, de iuda ipsum prodete. Ex quibus patet qd̄ ab omni hominum genere fuit passus. Secūdo hoc potest patere ex parte rerum in quibus aliquis homo pōt pati: quoniam passus fuit in amicis eū deserētib. Mat. 26. Tūc omnes discipuli eo relicto fugerunt. Passus fuit in suis parentibus videndo matris angustiam, quam doloris pertrāsibat gladius. Lucæ. 2. Et tuam ipsius animā &c. Passus fuit in fama per blasphemias, cōtra ipsum illatas Matth. 27. Prætereuntes blasphemabant eum &c. Passus fuit in honore & gloria per cōtumelias. Mat. 27. Dederunt arundinē in manu eius & genu flexo ante eum illadebant &c. Passus fuit in rebus: quia suis vestibus spoliatus. Passus in anima per timorē & tristitiā. Mat. 26. Cepit cōtristari & mæstus esse: & ait. Tristis est anima mea &c. Passus est in corpore per vulnera & flagella. Ioan. 19. Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit eum. Tertio hoc potest patere ex parte mēbrorum, in quibus fuit passus. Nā passus fuit in capite per spineam coronam: in manibus & pedibus per clauorū cōfessionem: in facie per alapas & sputa: in collo per collaphos: in lingua per vinum cum felle mixtum. Passus in toto corpore dum torum corpus eius pro nobis penderet in cruce. Esa. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas &c. Fuit etiam passus secundū omnē sensum corporeum, scilicet secundum tactū, quia flagellatus: secundum visum, quia oculis velatus: secundum auditum, quia blasphematus: secundum odoratum, quia in loco fetido crucifixus: secundum gustum, quia aceto & felle potatus. Sic omni genere passionis fuit passus. Propter quod merito de ipso dicit Iacobus. Passus sub Pontio Pilato: per quæ omnia verus homo fuit demonstratus: vt merito dicat illud. Iob. 16. Apparuerunt super me ora sua, exprobrantes percuterunt maxillam meā: saturati sunt opprobriis meis; hæc passus Incogn. Tom. j.

A lum absque iniquitate manus mea &c. Secunda conditio smaragdi est, quod viriditatis colore excellēt⁹ insignitur. Vnde dicit magister vbi supra, qd̄ smaragdus gemarum omnium obtinet principatū. Tanta. n. viriditate fulget, qd̄ nullis gemis vel herbis maior inest viriditas. Nā herbas virentes & frōndes superat, inficiens circa se viriditate nimia, nec ei⁹ viror in sole aliquo modo obscuratur. Hæc cōditionem cōtinet secunda pars huius articuli ostēdēs. d. Crucifixus & mortuus. Vbi notandū quod per viriditatem smaragdi, amaritudo crucis & mortis Christi denotatur. Quoniā sūmagistrū Isidorus omne satis viride amarum dicitur. Si ergo smaragdus hēt summam viriditatem, sequitur quod significat summā amaritudinē, quæ in cruce Christi & morte fuit. In cuius articulo, myrrha & felle fuit potatus, quæ sunt amarissima. Vnde de ista cruce & mortis amaritudine quæ fuit causa nostræ pacis, dicit Iesus. Ecce in pacē. s. humani generis, amaritudo mea amarissima. Ex ista parte articuli excluditur error Basilidianorum, inter alios errores quarto loco ponuntur, qd̄ Christus non fuit crucifixus nec mortuus, sed loco sui Simon Cyrenæus, qd̄ probat p̄ illud quod dicitur Lucæ. 23. quod cum ducerent Iesum apprehēderunt Simonem Cyrenensem, & imposuerunt illi portare crucem post Iesum id est penam crucis. Si cur cum dicitur. 1. Petri. 2. Peccata nostra prulit super lignum crucis in corpore suo, id est penam peccatorum nostrorum. Hic error hic excluditur cum dicitur. Crucifixus & mortuus. Vnde de seipso Christus dicit. Filius hominis tradetur principibus sacerdotum: & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendum, flagellandum & crucifigendum. Et teste angelo. Iesum queritis crucifixum &c. Terra conditio smaragdi est, quod immanitate tremoris circūdante, custoditur ab hominibus. Nam vt dicit magister vbi supra, & Isidorus libro 16. Flic lapis à gryphis eripitur, & ne possint smaragdi in copia inueniri, gryphorum immanitate visus hominis impeditur. Sic & Christus occultabatur in sepulchro tumulatus quia sepultus. Vbi nota quod gryphi habent corpus leonis, & alas & plumas aquilæ. Quod autem per leonem, nisi Christum intellige, qui est leo de tribu Iuda. Apoca. 5. Quid autem per aquilam quæ teste Iob. 39. In petris manet, nisi sepulchrum Christi in petra excisum designatur? Sic ergo in grypho corpus leonis sub alis aquilæ absconditur, ad significandum Christi sepulchrum, vbi verus leo Christus sub alis aquilæ id est lapide sepulchri fuit absconditus. Ideo in fine articuli dicitur Sepultus.

Crux.

Isidorus. 16. etymo.

Esa. 21.

Luce. 23.

1 Petri. 2.

Matth. 28.

Mar. 16.

Isidorus.

Sepulchrum Christi.

Apoca. 5. Iob. 39.

813. 6. q. 1. si omnium.

Iudicium vltimum.

**Aduocauit cœlum desursum, & terram discernere populum suum.**

Hic ostenditur quod Christi aduentus ad iudicium, defunctis erit validus, ipsorum suscitando corpora. Vbi notandum est quod vt dicit magister li. 4. di. 47. Purgato in fine mundi mundo per ignem, tunc mittet angelos suos, & archangelus Michael in voce tubæ, scilicet, in voce magna & sonora clamabit. d. Surgite mortui, venite ad iudiciū. Et tūc surgēt omnes mortui misterio angelorū id est virtute data illi tubæ vel voci angelicæ à Deo. Quo facto, angeli congregabunt omnes bonos, q̄ rapiētur, Christo veniēti obuiā i aera, Ff 3 reprobis

Dextera. Sinistra.

reprobis remanētibus in terra. qui terrā dilexerunt. A Et hæc est illa collocatio bonorum à dextris, & malorum à sinistris: quia boni erunt sursum in aera cū Christo, malis in terra remanētibus. Pars. n. sursum per dexterā: quia nobilior, inferior autē per sinistrā significatur. Et tūc præconia bonorū. f. Esuriis & didistis mihi &c. & increpationes malorū proferētur. f. Esuriis & nō didistis mihi mēducare &c. & cōsequēter vitiorū: quia. Venite benedicti &c. Ex quibus apparet q̄ in iudicio Xps̄ primò vocabit angelos, vt sua voce mortui resurgant: secundò vocabit terrā. f. corpora malorū & sanctorū in terrā reuersa vt resurgāt cū animabus suis & veniāt ad iudiciū. Angeli autē q̄a cælestes, significātur per cælū. Corpora autē mortuorū, per terrā. Et hæc oīa notās psal. d. *Adiucauit cælū de sursum. i.* vocabit sanctos angelos quibus dabit officiū tubæ, ad cuius vocē mortui resurgāt. Deinde vocabit terrā. i. corpora defunctorū, vt f. virtute dictæ tubæ resurgāt. Et hoc totū erit *discernere populū suū. i.* vt discernat & separet populū suū. f. bonos à malis, vt. f. bonos beatificet, & dānet malos. Sed hic insurgit dubiū: quia vt hic dicitur, Christus vocabit terrā. i. corpora nostra defuncta ad resurrectionē solum in fine mundi: ideo cū Christi resurrectione sit forma nostræ resurrectionis: quæret aliquis cū Christus surrexit statim tertia die post mortem: quare nostrā resurrectionē tardare voluit vsq; in finē? Ad hoc respondetur q̄ propter tria. Primò, p̄pter meritōrū multiplicatiōē. Resurrectio. n. futura est vnus articulus fidei, quæ si enidēter statim quilibet mortuus resurgeret, nō esset meritū ipsam credere: quia fides nō habet meritū, cui humana ratio præbet expectimētum: vt ait Greg. in homil. Et quia fm̄ magistrum li. 3. di. 32. Fides est de his quæ nō vidētur: vel quæ nō habentur per sensum & experiētiā. Nec valet dicere q̄ virgo Maria habuerit certā experientiam, se Christum peperisse, saluo virginitatis sigillo: huius tamen veram fidem habuit sicut de articulo fidei, q̄ est q̄ Christus natus ē ex Maria virgine. Cōsimiliter Petrus vidit experimentaliter Christum pati & tñ articuli passionis & mortis habuit fidē. Ad ista duo Ad primum dico, q̄ virgo Maria non habuit fidem in hoc quod sciebat se virginem peperisse: sed in hoc quod credebat se peperisse Deum & hominē: de hoc autem experientiam non habuit, sed fidem. Cōsimiliter dico quod Petrus non habuit fidem, in hoc quod hominē Christum credebat in cruce pati, quem videbat, sed in hoc quod illum hominem credit esse Deum, quod non videbat. Secundò nostrā distulit resurrectionē, propter suffragiorum multiplicatiōem. Si enim mortui statim resurgerent, suffragia pro ipsis opus non haberent. Et sic nō solum defuncti multa adiutoria perderent, sed etiam viui facientes pro mortuis suffragia multa merita omitterent, quæ non omittunt. Tertio propter hæreticorum extirpationem. Quoniam si mortui statim resurgerent non deessent hæretici qui dicerent resurrectionem esse virtute naturā: sicut est natiuitas. Et quod sicut corpora cælestia conferunt ad natiuitatem: sic & ad resurrectionem. Et sicut natiuitas nostra nō est virtute natiuitatis Christi, sic & resurrectio nostra nō esset virtute resurrectionis Christi: quæ falsa sunt & hæretica. Omnes ergo tales errores volens Christus extirpare, dignum duxit vsque ad diem vltimum terram nostram per resurrectionem vocare.

Questio Resurrectio.

Gregorius.

814

Congregate illi sanctos eius, qui

ordinant testamentum eius super sacrificia.

Hic cōsequenter ostendit quod aduentus Christi ad iudiciū bonis erit delectabilis & placidus, quia tunc cū Christo in aīa & corpore viuēt simul vbi notādum est quod in antiqua lege plura erant sacrificia, vt puta agnorum, arietum, & vitulorum: ex eo quod nullum illorū erat perfectum. Si enim vnū esset perfectum & sufficiens frustra multiplicarētur. Sicut dicim⁹ qd̄ fili⁹ in diuinis nō pōt multiplicari: quia tantā virtutē intelligentiæ habeat filius sicut pater: quia tantæ perfectiōnis est ipse vnus Dei filius, quod in se cōtinet perfectiōne omnē cuiuslibet possibili filiationis. In nouo autē testamento vnū solum est sacrificium. f. Eucharistiæ. Et quia est perfectissimum oēm p̄fectiōne cōtinet ideo multiplicari nō pōt. Et vnū sacrificium fide tenuerunt etiā patres antiqui testamēti, sciētes oīa sacrificia antiqua ad istud ordinari tanquā diuersæ figuræ ad vnū figuratum. Hic ergo per testamentum in singulari accipe sacrificium vnū eucharistiæ noui testamēti: de quo dixit Christus. Hic est sanguis meus noui testamēti. Istud sacrificium ordinauerunt sancti patres tā antiqui, quā noui testamēti: quia ipsum extulerunt sup̄ oīa sacrificia. Vel etiā: quia est Christus hoc sacrificiū ordinauit, quantum ad illud qd̄ eo est essentialē, tñ sancti patres ad eius decorē & solennitatē multa circa illud fienda ordinauerunt, vt est de ordine missæ, de tōtura, de vestibus sacerdotibus, de consecratione altaris, & huiusmodi. Psalmista ergo futura præuidens quasi p̄sentia, ad angelos loquēs, ipsos hortatur vt oēs sanctos de omnibus mundi locis cōgregent, & Christo in iudicio adducant, cum ipso in perpetuum regnatos. Et hoc est qd̄ angelis loquens dicit. *Congregate. i.* cōgregabitis illi. f. Christo sanctos eius. Et quos sanctos. Sequitur. *Qui ordinant testamentū eius super sacrificia.* vt dictum est. Vbi sciendum quod cōgregatio sanctorū in die iudicii fiet per sanctos angelos. i. ipsorum ministerio. Sic. n. de ista cōgregatione dixit Christus. Videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli. f. ad iudiciū & mitter angelos suos cum tuba & voce magna, & cōgregabunt electos eius à quatuor vētis à summis cælorum vsq; ad terminos eorum. Ex quibus apparet quod sicut Christi aduentus malis erit timidus, vt dictū est versic. 812. Sic per oppositum iustis erit placidus: quia cum Christo cōgregabuntur, vt cum ipso regnent in p̄teritū. Tunc. n. nō solum gaudebit iustus de Christi cōsortio, de visione Dei, de securitate felicitatis, sed etiam de damnatione malorum: quia lætabitur iustus cum viderit vindictam.

Et annunciant celi iustitiam eius quoniam Deus iudex est.

Hic ostendit psalmista quod antequam prædicta de die iudicii eneniant, omnia erunt per apostolos & sanctos prædicatores mundo annunciata. q. d. In iustitiam Christi quam in iudicio exercebit bonos præmiando & damnando malos, cæli. i. apostoli & alij prædicatores mundo annunciant, ostēdētes quod Deus iudex est. Et hoc iam adimpletum videmus: q̄a cæli annunciant nobis iustitiā. I. i. quod quidam erunt ad dexterā, & quidā ad sinistram.

Sacrificium.

Prophet. 15.

Eucharistia. Math. 11.

Math. 24.

815

6. q. 1. p. 1. n. 1.

Cælum. Iustus. Iustus.

Prophet. 15.

Gen. 1.

1. Corin. 15.

Gen. 1.

nullū granum tunc erit cū palea, & si nūc maneat pmixta. Et sic annunciant quoniam Deus iudex est. i. discernēs bonos à malis. Et attēde quod sanctos apostolos, aliosq; iustos noie cælorū designat. d. *Annunciant celi iustitiam eius.* Nec mirū. Quoniam si celi cæteris corporibus, sunt altiores, sic sancti p̄ donum patientiæ. Puriores, sic sancti p̄ donum obedientiæ. Clariore, sic sancti p̄ donū sapientiæ. Aptiores sic sancti p̄ donum obedientiæ. Primò enim cæli sunt cæteris corporibus altiores. Quātum enim aliqd̄ corpus naturaliter est nobili⁹ tātum naturaliter altius situatur. Sicut pater in ordine elementorū, vbi aqua est altior terra, aer altior aqua, ignis altior aere, quia subtilioris & melioris est naturæ. Ideo dicitur. Cæli sursum & terra deorsum. Hæc enim duo extrema maximè nominauit, vt per istā ordinē mediōrū itelligas, quod q̄to corpus est nobilius, tāto p̄ximus cælo, & cōtra. Cōformiter sic apostoli & alij sancti p̄ donū patientiæ cæteris sunt sublimiores, vt nec minis terreantur, nec inclinētur verbis. Et quod maius est nec blandis vel laudib. dissoluantur. Quātūcūq; enim ista inferiora agitentur, nūquā tamē cæli à sua pace turbatur. Sic & quāuis quādoq; iniustos viros inferiores agitentur, ratio tamē ipsorum semper in tranquillitate quiescit. Et in figurā huius cæli quod postū est in medio aquarū, dicitur firmamentum. Nō quia nō moueatur, quinimmo ad ipsius motū stellæ in eo fixæ mouentur, sed quia in suo motu nō fatigatur vel perturbatur. Vnde de quolibet iusto virtute patientiæ stabilito dicitur. Gen. 1. Vocauit Deus firmamentum cælum. Secundò cæli sunt cæteris corporibus, puriores. Lux. n. est tāte puritatis vt p̄ fæda loca transiēs nō maculetur, vt pater de hortatur vt oēs factos de omnibus mundi locis cōsequens est naturaliter sint purissimi. Nec obstat quod dicitur. Job. 15. Cæli nō sunt mundi in conspectu eius, quia hoc dicitur cōparatiuè ad munditiam Dei, respectu cuius puritatis omnis nostra puritas sordescit. Conformiter apostoli & ceteri iusti in se puritatē cōseruant, licet enim omnes nascantur filij iræ, tamen p̄ baptismum mundati celestes efficiuntur, quod figuratiter ostendebat Paulus d. Primus homo de terra terrenus. f. primo natiuitate carnis, sed secundus homo de cælo celestis. f. natiuitate spirituali. Tertio cæli sunt aliis corporibus pulchriores, quod patet si cōsideres eorum ordinatum luminarium stellarum & planetarum, in quibus pulchritudo cæli consistit. Propter quod dicitur Eccl. 43. Species cæli in visione gloriæ. Sic & sancti apostoli alique iusti & doctores diuersis virtutibus ornati, quasi stellis pulchri redduntur. In illis enim tanquam in cælo reperiuntur Saturnus pietatis & clementiæ. Iouem charitatis & beniuolentiæ. Martem fortitudinis & cōstantiæ. Solem claritatis & sapientiæ. Venerem amoris & complacentiæ. Mercurium disertæ eloquentiæ. Lunam castitatis & continentiæ. Sicut enim Deus cælum istis stellis ornauit, sic & sanctos præfatos virtutibus illis significatis decorauit. Gene. 1. Fecit Deus duo magna luminaria & stellas, & posuit eas in firmamento cæli &c. Quarto cæli præ aliis corporibus sunt ad motum aptiores. Corpora enim quanto magis sunt sphericā, tanto amplius ad motum sunt apta. vt experientia docet. Cælum autem est summè sphericum, cui simile nullius ars producere posset. Et ideo facilliter est mobile, & motoribus obediens. Idcirco ad

miratiuè de tanto ordine cælorum, quo suo motu riodediunt, dicitur. Nūquid nosti ordinem cæli, &c. Sic conformiter sancti apostoli & doctores per virtutem obedientiæ à primo motore mouentur facilliter, plus Deo obedire curantes quā hominibus. d. Obedire oportet magis Deo, quam hominibus. Isti sunt cæli intellectuales, qui domini intelligentes voluntatē eidē in omnib. famulantur, de quib⁹ psalm. Fecit cælos in intellectu, quos mirabiliter Deus ornauit. Job. 26. Spiritus eius ornauit cælos. Isti ergo sunt cæli qui iustitiā Christi iudicis mundo annunciant, de quib. supra psal. 21. *Annunciant celi iustitiā eius* populo q̄ nascetur, quē fecit dominus.

Audi populus meus & loquar israel & testificabor tibi, Deus Deus tuus ego sum.

Hic consequenter agit de legis euangelicæ datione facta per Christū. Vt autē legē nouā ostendat duo describit principaliter. Latoris nouæ legis diuinitatē. Secūdo sacrificij nouæ legis subtilitatē, ibi. *Non in sacrificiis.* In istis. n. duob. principaliter cōsistit lex euangelica. In dignitate legis latoris, per quā probantur omnia esse vera q̄ in ipsa cōtinentur & in sacrificij nobilitate, q̄ ad ipsum omnia sacrificia antiquæ legis reducantur. Quātū ergo ad primū sciendum est, q̄ tāta est dignitas Christi latoris legis, q̄ nō solū est verus homo, vt fuit Moyses dator legis antiquæ, sed et est verus Deus: q̄ nec falli nec fallere p̄t. Et hanc diuinitatē. i. se esse verū Deū ipse probauit verbis & factis. Verbis. d. Ego & pater vnū sumus. Factis autē, q̄a faciebat miracula imperatiuè p̄pria potestate, q̄ nullus alius à Deo facere potest. Si. n. alij sancti miracula faciebāt, nō autē virtute p̄pria, sed Dei, vnde & Deū inuocabāt vt illa faceret. Sic ergo dicebātur alij sancti facere miracula, q̄a Deus ad ipsorum orationem illa faciebat. Vnde & nūc psal. in persona Christi loquens populo israelitico dicit. *Audi populus meus &c. Deus tuus ego sum.* Lex. n. euangelica primò fuit data solum filiis israel, quibus prædicauit Christus. Vñ dicebat. Nō sum missus nisi ad oues, q̄ perierunt domus israel. Si. n. aliquādo prædicauit Samaritanis, tñ ita raro quod quasi p̄ nihilo reputatur. Et hoc ē qd̄ populo suo iudeorū nūc loquitur. d. Audi populus meus quia, f. de te carnem assumpsisti. Et loquar tibi israel, quia ad te principaliter sum missus. Et testificabor tibi per scripturas & p̄ miracula, quid testificabor hoc. f. quod Deus tuus ego sum. Dicat ergo, *audi populus meus.* Vbi notādum quod propriè loquendo, nō mine populi solum boni & iusti intelliguntur, in tātū quod mali nūq̄ populū facere possunt. Nā vt recitat Augustinus secundū sniam Scipionis & Ciceronis populus sic diffinitur. Populus est cætus multitudinis iuris cōsensu & vtilitatis cōmuniōe sociatus. Ex quib. sequitur quod vbi iustitia nō est, ibi populus esse nō potest. Quod sic ibidem deducit Aug. Nā iuris consensus sine iustitia geri nō potest. Vbi ergo iustitia nō est, ibi ius esse nō potest. quod enim iure sit profecto iuste sit, quod autem sit iniuste, nec iure fieri pōt. Nō enim iura dicēda sunt vel putanda iniqua hominum statuta. Quo circa vbi vera iustitia non est, iuris consensus sociatus cætus hominum non potest esse. Et ideo nec populus iuxta illam Scipionis vel Ciceronis diffinitionem. Ex istis sequitur quod peccatores & mali non faciunt populū, quia in malis non est vera

Job. 28.

Actuum. 5.

Job. 26.

Psalm. 21.

816.

De conse. di. 3. c. vltimo.

Joan. 10.

Math. 15.

populus.

Aug. 19. de ciu. cap. 21.

ra



ra iustitia. Quonia vt dicit cano. Iustitia cu scelerato homine consortium habere non potest. Quod ibidem declarat Augustinus subdens. Quapp vbi homo Deo non seruit; quid in eum putandum est esse iustitia; quado quidem Deo non seruens, nullo modo potest iuste animus corpori, aut humana ratio vitis imperare. Et si in homine tali qui, c. Deo non seruit, non est vera iustitia, proculdubio nec in hominum ceteri qui ex talibus hominib. constat. Non est hic ergo ille iuris consensus, qui hominu multitudinem populum facit. Et infra in principio capituli vicesimi quarti concludit August. propositum. d. Quapropter vera iustitia est populi, vt secundum suam gratiam ciuitati obedienti, Deus imperet vnus & summus. Et per hoc in omnib. hominib. ad eadem ciuitatem pertinentib. atq; obedientibus Deo, animus etiam corpori atque ratio vitis ordine legitimo fideliter imperet. vt quemadmodum iustus vnus, ita ceterus populusque iustorum vnus est fide qua operatur per dilectionem, qua homo diligit Deum, sicut diligendus est Deus, & proximum sicut semetipsum. Vbi ergo non est ista iustitia, profecto non est ceterus hominum iuris consensus & utilitatis communione sociatus, quod si non est, utique populus non est, si vera est hac populi definitio. Hanc omnia Aug. Ex quib. sequitur, qd apprie loquedo populi noie solum boni intelliguntur. Et isto modo loquebatur Petrus gentibus ad fidem conuersis. d. Vos estis genus electum &c. qui aliquando non populus, nunc autem populus. Veru est tamen qd populus accipitur qnque magis largi. Et sic populus definit Aug. d. qd populus est ceterus multitudinis rationalis reru quas diligit concordia comunione sociat. Et isto modo improprie mali etia populum faciunt, si qd Dei, sed magis diaboli. Vnde de malis dicitur. Quare fremuerunt gentes & populi meditati sunt inania; Et Marth. 15. Populus hic labiis me honorat, cor at eoru loge est a me. Sequendo materiae foundationis ecclesie & articuloru, nunc circa quartu articulu restat videre quo huius quartu articuli. s. passionis & mortis xpi efficacia p quartu fundametu. s. smaragdi significatur. Vbi notadu qd hic lapis smaragdus multas het proprietates, qb. significat multas utilitates per xpi passionem nobis collatas. Na vt dicit magister vbi supra. Het iste lapis ex nature bnficio multas virtutes. Est. n. viro- ris sui multiplicatiu. Ex se. n. generat radiu, quo virote circumcingit aerem circumfusum, het corpore speculare ac pspicuu obiecta u figurari & imaginum ostensiuus, diuersarum infirmitatu est curatiuus, auget opes, in causis dat suaforia verba, visum conferuat. & debile confortat, lasciuos motus compescit reddit memoriã, valet contra illusiones & phantasmata dæmonum, & tepestates sedat. Ex quib. verè elicio, qd iste lapis decet het virtutes significates de cetero utilitates xpi passionis. Na hic lapis radios multiplicat, plia specificat, languidos sanificat, facundia clarificat, diuitias amplificat, luxuria refrigerat oculos illuminat, memoriã fortificat, phantasmata exterminat, turbidos latificat. Sic & passio xpi conformiter radios multiplicat, virtute charitatis diffundendo, prelia specificat, nostru hostem superando, languidos sanificat, nostras culpas remittendo; facundiam clarificat, grata verba proferendo, diuitias amplificat, cœlu nobis referando, lasciuia refri- gerat, carnem menti subiugando, oculos illuminat, nobis fidem inspirando, memoriã fortificat, morte mortem redimendo, phantasmata exterminat

August.

1. Petri. 2.

August. 15. de ciuitate Dei. cap. 24.

Psalmus 2. Marth. 15. smaragdus.

A tentationes expellendo, turbidos latificat, captiuos redimendo. Prima virtus huius lapidis est qd suos radios multiplicat. Vnde dicit magister vbi supra, quod hic lapis est virois sui multiplicatiuus. Ex se enim generat radiu, quo cingit aerem circumfusum. Istam virtutem in sua passione confirmiter habuit Christus, virtutem charitatis diffundendo. Tunc enim admodum Smaragdi radios sue charitatis emisit & multiplicauit, quia ex hoc maximam nobis charitatem ostendit. Rom. 5. Com- mendat Deus charitatem suam in nobis, quia cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et sicut smaragdus de se emittedo radios circumstantem aerem afficit sua viriditate. Sic & Christus in passione populum circumstantem id est sibi per fidem adhaerentem sua viriditate confectit, dum virtute sue passionis ipsum virote virtutum virefcere fecit, quia ipsum a peccatis liberauit & viriditate pradorauit charitatis. Dicente magistro li. 3. dist. 19. Per mortem Christi in nobis commendatur eius charitas. i. apparet eximia & commendabilis Dei charitas erga nos in hoc quod filium suum tradidit in mortem pro nobis peccatoribus. Exhibita autem tanta charitatis artha, & nos mouemur accendimurque ad diligendum Deum, quæ tantum fecit pro nobis. Et hanc charitatem nobis insinuat Hier. d. In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserans. Secunda conditio huius lapidis est quod imagines & obiecta representat. Quoniam vt dicit magister, habet hic lapis corpus speculari ac perspicuum, obiectarum figurarum & imaginum ostensiuum. Et hic lapis licet imagines obiectas representet, specialiter tamen antiqui illo vrebantur ad prelia in ipso specularanda. Vnde dicit Isidorus. 16. etymo. quod Nero Cesar in smaragdo gladioru pugnas presciebat. Hoc passioni Christi conuenit quæ prelia specificat &c. In hoc enim singulariter potes speculari prelium, quod pro humano genere inter Deum vrebatur & diabolum, quod in Christi cruce fuit terminatum, vbi misericordia & iustitia simul in vnu conueniunt, in quo vt tam iustitia quam misericordie fatisheret, decreuit Deus vt filius Dei in cruce mortis penam pro omnibus toleraret. Vnde pater filio dixisse videtur, illud. 3. Reg. 22. Sume arma scilicet, humanitatis, & ingredere prelium, quod & fecit pro nobis. Tertia conditio lapidis huius est, quod langores sanat. Vnde magister vbi supra dicit, quod est diuersarum infirmitatum curatiuus & inter alios morbos curat caducum. Hoc Christi passioni conuenit, quæ languidos sanificat &c. & maxime curat morbum caducum, scilicet, mortale peccatum, quo anima cadit a Dei gratia ad gehennæ tormenta. Et modum huius sanationis ostendit magister. d. Per mortem Christi a peccato, diabolo, & pœna redempti sumus. Quia vt ait apostolus. In sanguine ipsius iustificati sumus id est a peccatis soluti, a diabolo liberati sumus, qui nos vinculis peccatorum tenebat, hoc ideo, quia per fidem mortis huius a peccatis mundamur, vnde apostolus. Quem posuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius id est per fidem passionis eius, vt olim aspicientes serpentem aeneum, in ligno erectum a moribus serpentum sanabantur. Si ergo recto fidei intuitu in illum aspiciamus qui pro nobis pependit in ligno, a vinculis diaboli soluiamur, id est a peccatis &c. Vnde. 1. Petri. 3. Christus pro nobis mortuus est iustus pro iniustis, vt nos offerret

817.

passio Chri.

Roma. 1.

Hier. 31.

Isidorus. 16.

3. Reg. 22.

Magist. 16. dist. 19.

Roma. 5.

1. Petri. 3.

ret

ret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu &c.

**Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper**

Hic consequenter describit sacrificij nouæ legis sublimitatē & dignitatem, quod est sacrificium eucharistiæ summæ laudandum ac venerandum. Et diuiditur in duas partes. Quia ponitur primò sacrificiorum antiquæ legis terminatio. Secundò sacrificij nouæ legis institutio, ibi. *Immola Deo*. Quantum ad primu sciendum quod sacrificia antiquæ legis aliquando fuerunt necessaria. s. a tpe quo fuerunt instituta per Moysen diuino præcepto vsq; ad mortem Christi, quando fuit sacrificiu eucharistiæ institutum, per quod omnia illa terminata fuerunt, pro tempore. n. illo peccatu fuisset omitttere illa. Aliquæ vero fuerunt neutralia. s. a tpe xpi mortis vsque ad nouæ legis publicationem facta p apostolos. Illo. n. medio tempore nõ erant necessaria, quia iam cessauerant, nec erant mortalia, quia hoies illa offerentes, excusabatur ignorantia. Aliquæ aut fuerunt mortalia s. post nouæ legis publicationem. Et fm hoc preses pars diuiditur in duas. Quia primò ponitur tempus in quo fuerunt neutralia. Secundò tps in quo fuerunt mortalia, ibi. *Non accipiam*. Quantum ergo ad primum sciendum qd tpe inter xpi passionem & legis euangelicæ promulgationem, quia antiqua sacrificia erant neutralia qui illis vrebatur & illa obmittiebant, nisi aliquod istorum ex contemptu fieret nõ erant culpabiles. Et quatu ad hoc dicit. *Nõ in sacrificiis tuis argua te*. s. p tpe illo, nec illa omittedo neõ illa faciendõ quia vbi non est culpa, ibi non cadit reprehensio. Sed quia illa sacrificia etiã sic neutralia, nõ semper durare debebant. immo lege xpi publicata & sub pœna peccati erant prohibita & mortifera. Ideo subdit. *Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper* id est non semper. In translatione aut Hieronymi iuxta hebræã veritatem dicitur, *holocausta autem tua coram me sunt semper*. Vbi aduertendum quod quando aliquid propositio hypotheticea & copulatiua in principio habet negationem, illa vnica negatio deseruit ambabus partibus propositionis. vt cum dicitur. Non dabit Deo placationem suam & prætium animæ suæ. Et est sensus. Non dabit Deo placationem suam, & non dabit prætium &c. Similiter & in proposito cum dicitur. *Non in sacrificiis tuis arguam te, & holocausta non sunt*. i. non durabunt *semper in conspectu meo*, quia, scilicet, facta publicatio legis euangelicæ nullo modo erunt licita, vt dicamus quod illa secunda pars tenet interro- gatiuè, quasi dicat. *Holocausta tua erunt semper in conspectu meo?* supple, non. Vel aliter illa quæ nullo modo sunt ex nobis non possunt esse meritoria, cum omne meritum sit a voluntate & gratia. Illa ergo sacrificia cū non essent ex nobis de se & ratione operis operati meritoria non erant, sed solum ratione operis operantis, scilicet, deuotionis & fidelitatis offerentium, vnde illa sacrificia non dicebantur nostra, sed mentis deuotio quæ a voluntate est, dicitur nostra, & istud est sacrificiu Deo placitum, vnde istum textum sic exponit magister. *Non in sacrificiis tuis arguam te*. id est non quæro animalia in sacrificiis, hæc nolo, sed holocausta tua quæ s. sunt tui iuris non sunt in conspectu meo, scilicet, & non ad tempus, illa volo, illa mihi placent. Holo-

causta autem dicit animam totam igne charitatis inflamatam, vnde & alibi. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Ad huius euidentiam est sciendum quod sacrificium nostrum quod Deo placet est bona operatio, ex amore & Dei gratia procedens. Ad hoc enim Dei templum erat institutum, vt in eo offerretur sacrificium. Et secundum apostolu. Nos sumus templum Dei. Ergo in hoc templo. s. in nobis ipsius est sacrificium Deo offerendum Eccl. 35. Salutare sacrificium est attendere mandatis domini, & discedere ab iniquitate. Notandum est ergo quod in antiqua lege triplex erat sacrificium, scilicet, hostia pacifica, hostia pro peccato, & holocaustum. Primum sacrificium Deo offerunt, qui Deo offerunt & cõseruant munus innocentie, qui. cum Deo se per pacem seruant, quales sunt qui pactu cū Deo factu in baptismo semper custodiunt. Et istud dicitur sacrificiu iustitie cõseruata. Secundum sacrificiu Deo offerunt, qui pro peccatis perpetratis rigore pœnitentiæ se affligunt, quod sacrificiu pœnitentiæ magis ad iustitiã pertinet, quã sacrificia legis antiquæ. Quia in antiqua lege in sacrificio pro peccato immolabatur animal, qd nõ peccauerat. Iõ minus iustum videbatur, quod vno peccate, alius occideretur, sed erat signum quod peccans sic occidi merebatur. Sed in sacrificio pœnitentiæ, qui peccat immolatur, dum. s. homo mortificat membra sua per pœnitentiam quib. fuerat vsus ad culpã, & spiritus qui carni conserferat, affligitur cum carne. Iuxta illud psal. 50. Sacrificiu Deo spiritus contribulatus. Et istud dicitur sacrificiu iustitie, quia peccans nõ ex arbitrio suo, sed secundu arbitriu sacerdotis sacrificiu pœnitentiæ agere debet. In cuius signum in veteri lege de hostia pro peccato offerens nihil habebat, sed vnã partem habebat sacerdos, residu Deo offerebatur. Tertium sacrificium Deo offerunt qui perfectione legis euangelicæ seruant. Dicitur enim holocaustum quasi totum incensum. Et istud erat Deo gratissimum. Vnde in illo sacrificio nihil seruabatur, sed totum Deo offerebatur resolutam per ignem. Sic sacrificant Deo, qui Deo totã vitam suam offerunt: nihil sibi de propria voluntate relinquentes, sicut perfecti religiosi, qui nõ solum præcepta, sed etiam consilia Christi obseruare student vt tota vita ipsorum sit spiritualis & tota igne charitatis accendatur. Et hoc est sacrificium iustitiæ perfectæ, de quo dicit Gregorius super Ezechielem. Sunt quidam, qui nihil sibi metipsis reseruant, sed sensum, linguam, cunctamque substantiam, quam petceperant omnipotenti Deo immolant &c. Ista sunt ergo sacrificia Deo accepta, in quibus debite factis nulla reprehensio cadit, vt dominus cuiuslibet sic sacrificanti dicat. *Non in sacrificiis tuis arguam te, holocausta &c.*

sacrificium.

1. Cori. 6.

Eccl. 35.

Hostia mixta.

Psalm. 50.

Holocaustum.

Grego.

**Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.**

Hic agit de sacrificiis antiquæ legis pro tempore quo fuerunt mortalia. scilicet, post publicationem legis euangelicæ. Vbi notandum quod antiqua sacrificia acceptabat Deus, non ratione animalium quæ offerebantur, sed solum ratione significationis, quia in illis figurabatur verum sacrificiu corporis Christi. Ideo quia in illis sacrificiis offerentes spiritu sancto inspirati verum Christi sacrificium

818.

3. 7. in gra. n. l. m.

Eucharistia sacrificium.

ficiunt venerantur, ideo tali ratione illa Deus ac-  
 ceptabat, quia ergo sicut adueniente sole cessat im-  
 bra, adueniente figurato, cessat figura. Sic adueni-  
 te vero sacrificio Christi corporis, cessauerunt om-  
 nia sacrificia antiqua, & ideo Deo amplius accepta  
 non fuerunt, nec ratione significationis ipsorum:  
 nec ratione Dei, quia ipsis indigeret. Et ideo duo  
 facit. Quia primò ostendit qd Deo non sunt ampliù  
 accepta ratione significationis. Secundò quod nec  
 ratione indigentie Dei vel necessitatis, ibi. *Si esurie-  
 ro non dicam tibi.* Quatum ad primù notandum quod  
 sacrificia antiqua de diuersis rebus fiebat, quæ om-  
 nia cessauerunt, s. de animalib. & de auib. & fructi-  
 bus terræ. Et duo facit. Quia primò ostendit sacrifi-  
 cium animalium esse finitum. Secundò sacrificium  
 & fructus terræ & auium, ibi. *Cognoui.* Prima diuidi-  
 tur in duas partes. Quia ostendit primò quod in il-  
 lis nõ habet cõplacentiã. Secundò quod illis nõ ha-  
 bet indigentia, ibi. *Quonia meæ sunt.* Quatu ad primù  
 ait. *Non accipiã de domo tua vitulos &c.* Id est sacrifi-  
 cium vitulorũ vel hircorum, s. publicata lege euari-  
 gelica. Illa enim duo animalia maximè Christum  
 figurabant, s. vitulus pp habitatẽ nutrimenti, Nã  
 vt dicit magister de proprietatib. rerum, vitulus in-  
 ter cetera animalia hẽt carnes laudabilis nutrimen-  
 ti, quia est facilis digestionis pp calorẽ & humidum  
 dominantẽ in illo. Sic & Christus est nobis cibus  
 perfectissimũ nutrimentũ, quoad vitã nutrimitur eter-  
 nã. Ioan. 6. Caro mea verè est cibus ac. Hircus vero  
 significat Christũ ratione suæ potestatis. Nã tanta  
 potestatis dicitur esse hircus, quod caliditate sui san-  
 guinis frangit adamantiẽ, q nulla alia re domari po-  
 test. Et sic significat Christũ, qui calore sui sangui-  
 nis, i. charitate in suo sanguine exhibita superauit  
 diabolũ, quẽ nullus aliù superare potuit. Si ergo  
 illa sacrificia facta, per vitulum & hircũ figurabant  
 sacrificiũ corporis Christi, nõ meritò per istud sac-  
 rificiũ illa cessare debuerunt. Et hoc est quod di-  
 citur, instituro sacramento eucharistia. *Non accipiã  
 de domo tua vitulos &c.* Magis moraliter. Per vitulũ  
 & hircum significatur duo peccata quæ inter cetera  
 regnabant in iudaicũ populo, s. per vitulam ac-  
 cipe peccatũ auaritię, & per hircũ peccatũ luxurię  
 quia est animal inter cetera magis luxuriosũ. Per  
 vitulum significatur peccatũ auaritię. Nã vt ha-  
 betur Exo. 3. 2. Dũ Moyses esset cum Deo in monte  
 ad accipiendum legẽ, Aarõ remansit inferiũ cum po-  
 pulo. Populus autẽ dixit ipsi Aarõ, Fac nobis Deos  
 qui præcedant nos, Moysi enim nescimus quid ac-  
 ciderit. Tunc Aarõ postulauit à populo in aures au-  
 reas, aurũ ipsorũ & argentum, vt ex illis faceret eis  
 Deos, qd cum accepisset fecit ex eis vitulum cõfla-  
 tilẽ, in quo populo fuit occasio idololatriæ, suisq;  
 successorib. exemplũ idololatrię dedit. Vnde Moy-  
 ses cum descõdisset, ex hoc fuit turbatus, quia Aarõ  
 dixit. Dederunt mihi aurum, & projecit illud in i-  
 gnẽ, & egressus est hic vitulũ. Vnde p̃dicta verba ad  
 oppositũ exponẽs Gualf. dicit. Aurum dederunt mi-  
 hi &c. Mira res, sed tamẽ vera, quod huius idolola-  
 triæ sacerdos actor extiterit. Audi ergo sacerdos.  
 Quare aurum tibi datum est? Nõ. n. ex tuo thesau-  
 ro habes, patrimonio, vel labore, sed ex oblatione  
 fidelium. Sed acceptum aurum sacerdos misit in i-  
 gnem. Et hoc est in auri cõcupiscentiã per auaritiã  
 hominum corda inflãmare. Ignis enim auaritiã si-  
 gnificat ardorẽ, & in hunc ignem à sacerdotib. mit-  
 titur aurum, quorum exẽplis agit vt ardentur a-  
 metur. *Quæ est enim sabuersio maxima populorũ*

vitulos.

hircus.

Auaritiã.  
Exo. 32.

Gualfredus.

A nõnne auaritia sacerdotum? vnde studium hoc &  
 cura vehementius terrena colendi, immoderatus  
 incumbendi humõ lucris agendis, non in solis iam  
 secretis oritur, sed foris etiam manifesta õperis exe-  
 cutione profertur. Et ideo quia in illo vitulo au-  
 reo aliis datum est exemplum auaritiæ. Moyses re-  
 prehensens Aaron sibi dixit, *Quid fecit tibi popu-  
 lus iste, vt induceres super eo peccatũ?* Verum tam-  
 en Aaron in fabricatione huius vituli excusatur  
 aliquantulum, quia ipsis petentibus ab eo, vt eis face-  
 ret Deos, ipse studiose ab eis in aures aureas postu-  
 lauit, vt ex difficultate rei postulata, ipsos à suo ma-  
 lo proposito reuocaret. Vnde Rabanus super eodẽ  
 dicit, quod iubet Aaron aurum sibi dari ab auib.  
 vxorum & filiarum, vt illis faceret Deos, non absur-  
 dè intelligitur difficulta voluisse p̃cipere, vt diffi-  
 cultate p̃cepti eos ab intentione idololatriæ faci-  
 lius reuocaret. Et si dicas, postquã ex hoc non po-  
 tuit eos reuocare, nõ tamen debuit ex dato auro vi-  
 tulum, p̃ idololatriã sibi facere. Ad hoc dicitur qd  
 ipse acceptum aurum nõ proiecit in ignem dicitur qd  
 petitione ipsorum, iocasta ipsorum destruxerit. Sed  
 ex auro illo arte dæmonis vitulus fuit formatus.  
 Vnde magister in hystoria super Exo. dicit. Tradunt  
 quidam Aaron in aures proieciẽ in ignem, sed o-  
 pere dæmonis cõstat fuisse caput vituli, quod  
 tamẽ qnq; vitulum, quãdõq; caput vituli vocatur.  
 Vnde in excusationem sui Aaron dixit Moysi. Pro-  
 ieci illud in ignem, & egressus est vitulus iste. Sic  
 ergo per vitulum, auaritiã quæ est idolorum ser-  
 uitus, & per hircum intellige luxuriã, quæ maxi-  
 mè in domo ecclesiæ Deus detestatur. propter qd  
 & nunc dicit. *Non accipiã de domo tua vitulos &c.*

**Quonia meæ sunt omnes ferẽ silua-  
 rum, iumenta in montibus & boues.**

Hic cõsequẽter ostendit quod istorum nõ habet  
 indigentiam. s. vt de manu nostra ista accipiat, quia  
 omnia sunt sua & nõ nostra. q. d. secundũ gl. Quia i-  
 sta nõ est tua sed mea, cur ergo querã à te qd meũ  
 est. Vbi notandum qd animalium qdam sunt silue-  
 stria, q nõ possidentur ab homine, q sunt indomita  
 Et ista notat d. *Quonia meæ sunt omnes ferẽ.* Quaedam  
 vero sunt domita, q ab homine possidentur & nu-  
 triuntur, vt boues, eq, & oves. Et ista notat d. *Iumẽ  
 ta in montib. & boues.* Sub istis duobus generibus ce-  
 tera omnia includens animalia.

**Cognoui omnia volatilia celi, & pul-  
 chritudo agri mecum est.**

Hic cõsequẽter ostendit cessasse sacrificiũ  
 qd fiebat antiquit̃ ex auib. & fructib. terræ. Fiebant  
 enim aliqua sacrificia de auib. vt de turturib. & pas-  
 serib. & aliqua de fructib. terræ. Et omnia cessau-  
 erunt sicut sacrificiũ animalium, & eis dẽ rationibus  
 vt supra. Notat ergo primũ cum dicit, *Cognoui om-  
 nia volatilia celi.* Ac si dicat. Omnia sunt in ea non  
 tua, q cognoui ab æterno, quod nullus hominum  
 fecit, s. quæ & quot sunt. Notat secundũ d. *Et pul-  
 chritudo agri mecum est.* i. vbẽtras omnium ex terra  
 nascentium, *meũ est.* i. mihi seruit, vel *meum est.* qd  
 ego vbiqu; sum. Vnde propheta. Cælum & terram  
 ego impleo. Vel *meum est.* quia apud me nihil p̃re-  
 teriit, nihil futurũ est, cum illo sunt omnia. Et hic  
 notandum qd Dei cognitio accipitur dupliciter, quia  
 est quædam Dei cognitio simplicis notitiæ, & sic  
 omnia cognoscit bona & mala. Dan. 13. Deus æter-  
 nũ

Aaron.

819

Aaron.

819

820

6 q. 1. f. 107.

Cogniti  
Dei.

pæ

ne, qui absconditorũ es cognitor, tu nosti omnia, an A  
 nequã fiant. Quædam vero dicitur cognitio appro-  
 bationis & cõplacentiæ, & sic solum bonos & bo-  
 na cognoscit, sed nõ malos nec mala, quia non ap-  
 probat illa. Sic enim populo gentili, quem non ap-  
 probabat, dicit. Populus, quẽ non cognoui, seruiuit  
 mihi. i. seruiet. Ad propositum ergo omnia illa sa-  
 crificia quæ fiebant de animalibus auibus & fructi-  
 bus terræ, ante institutionem veri sacramenti, co-  
 gnoscebat etiam approbatiõẽ. Instituto autem ve-  
 ro sacrificio, illa non approbat, licet cognoscat. Et  
 hoc est quod dicit. *Cognoui omnia &c.* i. approbau-  
 de p̃terito, nunc autem non approbo. Quæ p̃ter-  
 itio se tenet ex parte nostra, non Dei.

**Si esuriero nõ dicam tibi, meus est  
 enim orbis terræ & plenitudo eius.**

Postquam ostendit quod illa sacrificia amplius  
 Deo non sunt accepta ratione significationis, hic  
 ostendit quod sibi non sunt accepta ratione suæ ne-  
 cessitatis. Vbi notandum quod nullius boni creati  
 Deus habet indigentiam, quia essentia sua eminen-  
 ter & excellentissimè omnia creata & cetera, ac pos-  
 sibilitia & non creanda continet. propter quod psal-  
 mista. d. psal. 15. Bonorum meorum non indiges. Et  
 hoc est quod hic dicit. *Si esuriero non dicam tibi.* q. d.  
 Si ita esset quod esurirem (quod tamen est impossi-  
 bile) non oporteret quod aliquid à creatura peterẽ,  
 cum omnia potestati meæ sint subdita, quia meus  
 est orbis terræ & plenitudo eius. psalm. 23. Domini est  
 terra & plenitudo eius orbis terrarum &c. Sed di-  
 ces. Nunquid Deus esuriit & petiit manducare? E-  
 suriui & dedisti mihi &c. Nunquid sitiuit & petiit  
 bibere. Dixit Samaritana. Da mihi bibere? Respon-  
 deo, quod esuriuit Deus, non in se, sed in assumpta  
 humanitate. Vnde quod in se esurire non possit se-  
 quitur dicens.

**Nunquid manducabo carnes tau-  
 rorum, aut sanguinem hircorum, po-  
 tabo?**

Quasi dicat. nõ. Vel magis moraliter. Per taurum  
 quod est animal indomitum, intellige superbos.  
 Per hircos autem quod est animal fecitum & luxu-  
 riosum, luxuriosos. Istos non comedit Deus, quia  
 tales non approbat, non sibi incorporat. Nam il-  
 lud quod manducamus & bibimus nobis incorpo-  
 ramus. Sic spiritualiter illos manducat Deus & bi-  
 bit quos sibi per approbationem & dilectionem  
 incorporat, & facit membra corporis sui, & per pp-  
 ositum illos non manducat neque bibit, quos si-  
 bi per dilectionem non incorporat nec approbat.

**Immola Deo sacrificiũ laudis, &  
 redde altissimo vota tua.**

Reprobatis sacrificiis veteris legis, hic commen-  
 datur nouæ legis sacrificiũ, s. eucharistiã. Et duo  
 facit. Quia primò nobis imponit eius immolatio-  
 nem. Secundò ostendit eius utilitatẽ, ibi. *Et inuoca  
 me.* Circa primum sciendum quod facer componi-  
 tur cum facio, cis. & inde sacrificio, cas. i. sacrum fa-  
 cere. Et inde sacrificiũ, id est, sacrum factum. Vo-  
 catur ergo meritò eucharistiã sacrificiũ, quia  
 panis fit verum Christi corpus quod est sacrum, &  
 vinum fit sanguis Christi, Vocatur etiam sacrificiũ  
 laudis quantum est ex parte sua, quia dignum om-

ni laude, immo maius omni laude. Et quantum est  
 etiam ex parte nostra, quia p̃ter omnib. aliis sacrifi-  
 ciis cum maiorib. laudib. offertur, pp quod dicitur  
 Nihil in sacrificiis diuinis mai⁹ potest esse, quã cor-  
 pus & sanguis dñi nostri Iesu Christi. Nec vlla o-  
 blatio potior est, sed hæc omnes p̃cellit. Quæ pu-  
 ra conscientia dño offerenda est, & pura mente su-  
 menda, atq; ab omnib. venerãda, & sicut potior est  
 ceteris, ita ceteris potius extolli & venerari debet  
 Itẽ notandum quod hoc sacrificiũ dupliciter im-  
 molatur. s. quando per sacerdotẽ sacramentũ cõse-  
 cratur, & qn iã cõsecratum sumitur, solis sacerdoti-  
 bus primum cõuenit, secundũ autẽ & ceteris. Ratio  
 ne primi vocatur sacrificiũ, sed rone secũdi dicitur  
 holocaustũ quia per primũ fit sacrum, per secũdũ  
 autem totum cor hominis accenditur & inflamma-  
 tur igne diuini amoris. In vitis. n. patrum legitur de  
 quodam episcopo sc̃to, qui dñ accedentẽ fideles ad  
 perceptionem huius sacramenti, vidit cõscientias  
 accendẽtiũ. Vidit ergo bonos quosdam, qui dum ac-  
 cederent & corpus Christi reciperẽt, exurebat eos  
 & incendebat. Alij autem sicut lumen efficiebãtur  
 in se, & corpus Christi per os ingressum totum cor-  
 pus eius illustrabat. Et ideo de hoc sacrificio dicit  
 Damascenus. Diuinum carbonem sumamus, & par-  
 ticipatione diuini ignis deificemur. Vnde deuterõ.  
 4. dicitur. Deus noster ignis cõsumẽs est. Et hæc be-  
 nẽ in carbone denorantur. Nã carbo dicitur ignis  
 in materia terre stri. Ignis autem Deus est, natura  
 vero humana s̃m carnem terra est. Sic ergo Deus  
 in carne est quasi carbo. Qui ergo vult inflamma-  
 ri amore diuino, hunc sibi carbonem frequẽter appli-  
 cet. Et hoc est quod dicit. *Immola Deo sacrificiũ lau-  
 dis.* Sed attende quid prius facere debeas. Vnde sub-  
 dit. *Et redde altissimo vota tua.* quẽ promissisti in ba-  
 ptismo, q. d. sine obseruatione votorum, i. in bap-  
 tismo, pmissorum, hoc sacrificiũ dignè immolari non  
 pot. sed magis ad iudiciũ sumitur quam ad vitã.  
 Vnde Ione. 2. dicitur. Ego in voce laudis immolabo ti-  
 bi. Et modum subdit. dicens. Quacũque voti red-  
 dam pro salute mea domino.

**Et inuoca me in die tribulationis, &  
 & etiam te, & honorificabis me.**

Hic ponitur utilitas dignè immolantis, quia in  
 omni tribulatione adiuuatur à dño. q. d. Si immola-  
 ueris sacrificiũ laudis (& hoc soluendo vota tua  
 domino) tunc securè inuoca me in die tribulationis. sci-  
 licet, aduersitatis vel tẽtationis, & etiam te, scilicet,  
 à tribulatione, ecce premium immolationis. Et sic  
 honorificabis me. quia dignè sumens eucharistiã,  
 Deum honorat. Sic enim dicitur infra. Sacrificiũ  
 laudis honorificabit me. Sed hic est dubiũ, in quã  
 immolatione magis quis meretur, vel dignè sacrifi-  
 cando, vel dignè immolando. Ad hoc dico quod sa-  
 crificando. Sic etiam per oppositum magis quis  
 peccat indignè sacrificando, quam indignè com-  
 municando, quod patet ex tribus. Primò ratione  
 maioris potestatis qua Christi corpus cõsecratur.  
 sicut enim altior gradus causa est maioris demeriti  
 sic & meriti si qd illo dignè vratur. Nulli aut dubiũ  
 quod maior est potestas in consecratione, quã so-  
 lum competit sacerdotibus, quam in communica-  
 tione quã omnibus tam viris quam mulieribus  
 conuenit. Secundò ratione maioris dignitatis qua  
 ipse Christus p̃sentatur, quia sacerdos in conse-  
 cratione

Deo. di. 2.  
nihil.

Damasc.  
Deuoc. 4.

Ione.

Eucharistia.  
Quaestio.

oratione gerit personam xpi, in communicatione autem A  
 personam hominis. Ideo licet plus peccat indignè a-  
 gendo primum actum quam secundum, consimili-  
 ter digne agendo magis meretur. Tertio ratione ma-  
 ioris unitatis, qua Christi spòsa magis conformatur  
 quoniam consuetudo est ecclesie Christi spon-  
 sive quod maiorè Christo exhibet reuerentiã in actu  
 cõsecratiõis quã cõsecrationis: ergo sicut indignè cõ-  
 secrans sibi magis difformatur, quam indignè cõmu-  
 nicans, sic per oppositum dignè cõsecrans sibi magis  
 conformatur, & per cõsequens magis meretur.  
 Sequendo materiam fundamentorum ecclesie. i. ar-  
 ticularum: nunc videre restat alias utilitates moris  
 Christi per quartum lapidem (scilicet smaragdum) figuratas. Quarta enim conditio huius lapi-  
 dis est, quod faciendã clarificat: unde magister vbi B  
 supra dicit, quod hic lapis in causis dat persuasio-  
 ria verba. Hoc autem excellenter Christi passioni  
 cõuenit, quæ faciendã clarificat, grata verba pro-  
 ferendo. Arbor enim crucis stola fuit Christi, in  
 qua suam doctrinam ad breuem formam verborum  
 reduxit, in qua nũc vt Deus, nũc vt hõ grate loque-  
 batur. Vnde Bernard. in de verbis Christi in cruce  
 dicit, ait. Itaq; ex illa cathedra crucis quoddã Deu-  
 teronomium dictatum est, in qua recapitulans bre-  
 uiter quæ multa prolixitate dicta fuerant, sagagit si-  
 mul magister bonus facere & docere & exẽplo cõ-  
 firmare doctrinam. Ne tã veritatis præceptor esset  
 q̃ testis, modo vltimo loquitur qui pauloante ad Pa-  
 lati & Herodis inquisitiones conticuit, curiositatẽ  
 & fastum tumentiu hominũ aspernatus, pauperes  
 spiritu edocet de patibulo. Ibiq; stilum religionis  
 iterũ instruens pauca proponit capitula in quib. affe-  
 ctum charitatis intimat, & zeli sancti imitationem  
 cõmendat. Non possunt impedire tormenta doctri-  
 nam. Seipsum igitur modo hominem exhibet, modo  
 Deum, modo omnipotentem, modo infimum, modo  
 supplicat, modo se dicit derelictum, modo la-  
 troni promittit paradysum, hæc Bernard. Hoc autẽ  
 clarius patet si cõsideres faciendam septem verbo-  
 rum quæ in cruce protulit, quæ nobis victoriam  
 contra septem peccata mortalia præstant. Primum  
 fuit charitatis & concordie contra inuidiam, di-  
 cens. Pater dimitte illis, &c. Secundum largitatis &  
 misericordie contra auaritiã, dicens latroni. Hod-  
 die mecum eris in paradiso. Tertium puritatis &  
 munditie contra luxuriam, dum matrem virginẽ  
 virgini cõmendauit, dicens. Mulier ecce filius tuus  
 &c. Quartum humilitatis & patientie contra su-  
 perbiã, dicens. Heli heli lamazabatani. &c. Quin-  
 tum fuit asperitatis penitentie, dicens. Sitio, &c.  
 Sextum fuit operositatis & obedientie contra aci-  
 diam, dicens. Consummatum est. Septimum fuit  
 æquitatis & iustitie contra iracundiam, dicens. Pa-  
 ter in manus tuas, &c. Et ideo hanc mirabilem lo-  
 quendi crucis faciendam admirans apostolus di-  
 cit. Accessistis ad Iesum, & sanguinis Christi asper-  
 sionem melius loquentem quam sanguinis Abel,  
 videte ne recusetis Deum loquentem. Quinta con-  
 ditio smaragdi est, quod diuitias multiplicat. Vnde  
 vbi supra dicitur magister. Hic lapis auget opes.  
 Sic & Christi passio diuitias amplifcat, cœlum ius-  
 tis referendo, quoniam per hanc passionem non  
 solum peccatorum nobis relaxantur merita, sed  
 etiam æternas diuitias cœlum apertendo, vt ostendit  
 magister lib. 3. dist. 18. dicens. Deceuetur enim  
 Deus propter primum peccatum nullum intromit  
 ti hominem ad gloriam, nisi in vno homine tanta

Smaragdus. passio Christi.

Bernard. Crux Christi.

Nota victo- riam septem verborũ à Christo in cruce protu- lorum cõtra septem peccata mortalia.

Hebra. 12.

existeret humilitas, quæ omnibus suis sufficere posset  
 sicut in primo homine tãta fuit superbia, q̃ omnibus  
 suis nocuit. Non est autem inuẽtus inter homines  
 aliquis, quo illud posset impleri, nisi leo de tribu  
 Iuda, &c. Vnde & hanc passionem nobis cõtulisse  
 gloriæ diuitias prædicat apostolus, d. Videmus Ie-  
 sum per passionem mortis gloria & honore coro-  
 natum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.  
 Sexta cõditio Smaragdi est, q̃ luxuriam refrigerat  
 Vnde magister vbi supra dicit q̃ lasciuos motus cõ-  
 pescit, vnde hic lapis coitum non valet sustinere,  
 Vnde dicit Albertus lib. 2. de mineralibus. Exper-  
 tum est temporibus nostris, quod hic lapis smar-  
 gdus, si verè bonus est, non sustinet coitum. Vnde  
 rex Vngariæ Bella, qui nostris temporibus regnat,  
 in coitu eum vxore sua lapidem hunc in digito ha-  
 buit, & propter coitum in tres partes fractus est.  
 Et ideo probabile est quod quidam dicunt, quod  
 hic lapis gestantem se ad castitatem inclinat. Hoc  
 passioni Christi congruit, qui in tua passione aspe-  
 ritate maxima carnem à carnalibus voluptatibus  
 abdicat, non exemplo suo admonens omnis luxu-  
 riæ fugere voluptatem. Sic enim vt dicitur. 1. Pe-  
 tri 2. Christus passus est pro nobis, nobis relin-  
 quens exemplum, vt sequamini vestigia eius, qui  
 peccatum non fecit, &c.

Peccatori autem dixit Deus, quare  
 tu enarras iustitias meas, & assumis te-  
 stamentum meum per os tuum?

Hic cõsequenter agitur de præsumptione peccato-  
 rũ, & ipsorum increpatione. Quia statim dictũ est,  
 q̃ Deus quaerit sacrificiũ laudis, s. in quo & per qd  
 Deus laudetur, d. Immola Deo sacrificiũ laudis. Iõ  
 ne putet peccator hanc sibi imperari, prohibet ne  
 linguã præsumat laudare cui obuiat cõscientia, hoc  
 tamen nõ interdicitur iã conuersis ad penitentiam,  
 quia iã peccatores nõ sunt, sed in malo perseverãti-  
 bus. Ista ergo pars diuiditur in partes tres. Quia pri-  
 mò ponit peccatori increpationẽ. Secũdò peccato-  
 rũ distinctionẽ, ibi. Tu vero odisti. Tertio infert intẽ-  
 tã cõclusionem, ibi. Intelligite. Quãtũ ad primum  
 sciẽdũ, q̃ verbum Dei cũ summa reuerẽtia est quã  
 diẽdũ, vt ostendit Aug. & habetur. 1. q. 1. Interrogo  
 vos fratres &c. Cũ ergo non sit minoris dignitatis  
 verbum domini aliis prædicare, quam ipsum ab a-  
 lio audire, sed maioris. Sequitur quod ad tantam ip-  
 sus reuerẽtiã obligatur prædicator diuini verbi,  
 quantam auditor peccat. Et ideo si auditor peccat  
 negligẽter audiens, quantò fortior prædicator im-  
 mundus: Vnde tales increpat hic, quilibet talium  
 dicens. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras ius-  
 titias meas &c. Et attende quod per iustitias intelli-  
 git legem euãgelicã, quæ animam iustificat à  
 peccato, sed per testamentum legem antiquam  
 Præponit autem iustitiam testamento, quia euã-  
 gelium dignius est antiqua lege. Sed hic oritur du-  
 bium. Vtrum prædicator male vitæ sit prohibendũ  
 à publica prædicatione, & consimiliter à publica  
 cõmunionẽ verbi Dei in ecclesia. Et videtur quod nõ,  
 quia à bono opere nullus est prohibendus, sed præ-  
 dicare publicè & legere verbum Dei, sunt bona o-  
 pera, ergo ab illis nullus debet prohiberi. Ad oppo-  
 situm videtur præsens noster textus dicens. Peccato-  
 ri autem dixit Deus &c. Respondeo. Dicunt aliqui  
 quod

quod opera sunt in triplici differentia. quædam  
 sunt meriti, vt opera misericordie & penitentie,  
 quædam sunt remedij: vt sumptio eucharistiæ,  
 quædam sunt dignitatis: vt prædicare legere vel  
 regere. A primis nullus debet prohiberi quan-  
 tumcunq; malus: quia & si in peccato facta nõ  
 sunt meritoria: sunt tamẽ dispositiua ad gratiam,  
 A secundis malis sunt prohibendi: quia talibus  
 non remedium conferret: sed damnationem. A  
 tertijs si sunt in notorio peccato: sunt & cendi ne  
 scandalizetur populus. si autem peccatum ipso-  
 rum sit occultum, non sunt arcendi propter vti-  
 litatem audientium. Quamuis hic vnũ sit cla-  
 rum, scilicet quod quilibet irreuerẽter tractans  
 verbum Dei, grauiter peccat: tamen dubium est,  
 scilicet quod esset existenti in peccato vel malæ  
 vitæ minus malum vel maius peccatum: an præ-  
 dicare, vel à prædicatione cessare. Et ad hoc de-  
 clarandum responder magister Gerardus tertio  
 quolibeto suo, multiplicem ponens distinctionem.  
 Prima, tali prædicatori aut prædicare sibi  
 incumbit vel officio suo. vt puta quia est episcopus  
 vel curatus, & sic ex officio sibi incumbit in  
 ecclesia sua verbum Dei prædicare: alibi autem  
 non. vel hoc sibi competit ex priuilegio vel com-  
 missione illius, cui incumbit ex officio: tunc e-  
 nim potest: sed non obligatur. Item distinguẽdum  
 est de peccato suo: aut est populo cui debet præ-  
 dicare publicum & notorium, aut occultum &  
 secretum. Item distinguẽdum ex parte audien-  
 tium: quia aut indigẽt & sunt dispositi ad audiẽ-  
 dum: aut non indigẽt, vel non sunt dispositi ad  
 audiendum. Et secundũ ista variè ponuntur con-  
 clusiones. Prima cõclusio, quod si tali malæ vitæ  
 non incumbit prædicare ex officio: quod tunc mi-  
 nus peccatum est illi tacere q̃ prædicare: probatur  
 quia talis est præsumptio magis, videretur prædi-  
 care quia ad hoc nõ obligatur, sed potest: & sic si  
 omittat, non peccat ex hoc. Si vero faciat, peccat:  
 quia Dei verbum irreuerẽter pertractat. Vnde  
 Greg. ait. Lex quippe est ipsius prædicatoribus po-  
 sita: vt viuendo impleant, quod suadere festinant.  
 Nam loquendi auctoritas perditur: quando vox  
 opere non adiunatur. Hinc etiam per Psal. dicitur  
 Peccatori autem dixit Deus. Quare tu enarras iustitias  
 meas & assumis testamentum meum per os tuum? Tu  
 vero odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos re-  
 trorsum. Sermones etenim Dei prædicator post se  
 proicit: cum hoc quod dicit facere contemnit.  
 Quomodo autem dictis eius alter obediat: dum  
 ipse respuit opere quod prædicat voce: & diffimu-  
 lat audire q̃ narrat &c. Talibus enim ait aposto-  
 lus. Qui alium doces: teipsum nõ doces, qui præ-  
 dicas non furandum ipse furaris? &c. Secunda  
 conclusio est, quod si tali prædicare incumbit ex  
 officio: & peccatum eius sit publicum, quod gra-  
 uis peccat prædicando, quã tacendo. Proba-  
 tur: quia ex tali actu magis scandalizatur po-  
 pulus, quam informeretur. Et talibus dicit Hiero-  
 nymus in epistola ad Nepotianum. Non confun-  
 dant opera tua sermonem tuum: ne tu cum in ec-  
 clesia prædicaueris, tacitus quilibet audiens di-  
 cat. Cur ergo quæ dicis ipse non facis? Delicatus  
 est magister: qui pleno vètre de ieiunijs dispurat.  
 Nam & latro accusare auaritiã potest. Sacerdo-  
 tis Christi os cum mente concordet: vt quod ver-  
 bis prædicat: ipse prius obseruator existat. Et con-  
 firmatur: quia cum plus & efficacius exempla mo-

Hebra. 12.

Cassian.

Albin.

1. Petri.

825  
1. q. 1.

Greg. 19.  
1. q. 1.

Psal. 147.

Rom. 2.

Hierony.

Q. 111.  
Prædicant.

ueant & inducant videntes, quã verba audien-  
 tes, talis sua mala vita plus videntes prouocabat  
 ad malum, quã audientes ad bonum. Et si dicas  
 talis ex officio prædicare tenetur: ergo si omit-  
 tat peccabit. & per te si prædicet, peccabit: ergo  
 cogitur ad peccatum. Respondeo quod non cogi-  
 tur, sicut verbi gratia. Quilibet tenetur commu-  
 nicare semel in anno sub pœna peccati mortalis:  
 quẽro ergo de publico vsurario: aut communica-  
 bit, & sic peccabit, quia indignè: aut nõ commu-  
 nicabit, & sic peccabit, quia inobediens ecclesie:  
 ergo ad peccandũ cogitur. Certum est quod nõ,  
 quia vsuras potest restituere & penitere. Simili-  
 ter dico in proposito. Tertia conclusio est, quod  
 si peccatum talis qui ex officio ad prædicationẽ  
 tenetur, sit occultum: tunc minus peccabit prædi-  
 cando quã tacendo: quia ex hoc scandalum nul-  
 lum sequitur: & officiu implet ad quod tenetur:  
 licet non eodem modo quo tenetur. Ex prædictis  
 ergo apparet, quod quilibet aliis prædicans bo-  
 na, quæ ipse non perficit, peccat. propter quod di-  
 cebat apostolus. Non enim audeo loqui aliquid  
 eorum: quæ per me non efficit Christus.

Tu vero odisti disciplinam: & pro-  
 iecisti sermones meos retrorsum.

Hic consequenter ponit peccatorũ distinctio-  
 nem: quæ maximè officium impediunt prædica-  
 tionis. Et ista sunt quinque quæ hic ponuntur.  
 Primum presumptionis & superbiæ in principio.  
 C. Secũdũ elationis & iactantiæ: ibi. Si videbas furem.  
 Tertium est detractionis & malitiæ: ibi. Os tuum.  
 Quartum est infectionis & nequitie: ibi. Sedens.  
 Quintum est abnegationis diuina iustitiæ: ibi.  
 Estimasti. Quantum ad primum sciendũ quod  
 magna est præsumptionis superbia, Deo nolle  
 subici, & Deum spernere: spernit autẽ Deum &  
 Dei subici recusat, omnis qui mandatis eius con-  
 tradicit. Et hoc peccatum notã dicit. Tu vero odi-  
 sti disciplinam. Vbi notandũ quod disciplina  
 multipliciter accipitur. Vide supra versu. 23. Hic  
 autem accipitur pro cõtritione vel compunctio-  
 ne. Nam disciplina secundum catholicon dicitur  
 à displiceo. ces. Contritio autem & compunctio  
 facit eũ puncto displicere commissa peccata. Hęc  
 autem disciplina quatuor modis contingit: vt o-  
 stendit Gregor. super illo verbo Iob. 33. Erudiens  
 eos instruit disciplina. Erudiens inquit eos in-  
 struit disciplina: quia consideranti menti & se per  
 penitentiam laceranti: quasi quẽdam plagẽ sunt  
 percussiois lamẽta compunctionis. Vnde comp-  
 unctionem non incongrue disciplinam vocat.  
 Quatuor quippe sunt qualitates quibus iusti a-  
 nima in disciplina vel compunctione vehemen-  
 ter afficitur. Cum aut malorum suorum reminif-  
 citur considerans vbi fuit. Aut iudiciorum dei se-  
 tentiam metuens: & secum quaerens cogitat vbi  
 erit. Aut cum mala vitæ præsentis solerter atten-  
 dens, merens considerat vbi est. Aut cum bona  
 supernæ patriæ cõtemplatur: quæ quia necdũ  
 adipiscitur lugens conspicit, vbi non est. Malorũ  
 suorum Paulus meminerat: & ex eis se in quibus  
 fuerat affligebat, cum diceret. Non sum dignus  
 vocari apostolus: quia persequutus sum ecclesiam  
 dei. Rursus diuinum iudicium subtiliter pensans:  
 in futuro malè esse metuebat: dicens. Castigo cor-  
 pus meum: & in seruitutem redigo: ne forte cum  
 aliis prædicauero &c. Rursus mala præsentis vite  
 Tom. j. G g

Rom. 15.

826

Disciplina.  
Compunctio.  
Contritio.  
Penitentia.

Gregor. 23.  
mora. cap. 21.

1. Corin. 9.



2. Corin. 5.  
Rom. 7.  
1. Col. 13.

penfabat cum diceret. Dum sumus in corpore pe-  
regnamur à domino. Infelix homo, quis me li-  
berabit de corpore &c. & rursus bona aeter-  
næ patrie considerabat, dicēs. Videmus nunc per  
speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciē  
&c. Ex quibus apparet q̄ ille odit disciplinā qui  
prædicta quatuor non considerat, vt contritionē  
de suis habeat peccatis, quōd maximē in prædica-  
tore est detestandum; qui alios ad contritionem  
ducere conatur. Et de istis dicitur Hiere. 5. quōd  
renuerunt accipere disciplinam, non consideran-  
tes quod dicitur Sap. 3. Qui abiicit disciplinam,  
infelix est. Et proiecisti sermones meos retrorsum. V-  
bi glo, quasi dicat. Quæ dicis post te ponis, ne vi-  
deas, s. ne dicas te non fecisse. Et sic istud proice-  
re sermones Dei retrorsum, est quasi quoddam  
velle ignorare. Grego. autem dicit vt supra lib. 19  
mor. c. 6. Sermones enim Dei prædicator post se  
proicit, cum hoc quod dicit facere contemnit.  
Quod omnia procedunt ex peccato præsum-  
ptionis & superbia.

Hiere. 5.  
Sap. 3.

Greg. lib. 19.  
mor. c. 6.

827  
6. q. 1. ex me-  
rito.  
Fur.

Si videbas furem, currebas cū eo, &  
cum adulteris portionē tuā ponebas.

Hic consequenter ponitur peccatum elationis  
& iactantiæ. Vbi notandum quōd ille propriē fur  
dicitur: qui bona rapit aliena. Et quia hoc à prin-  
cipio diabolus facere studuit, dum Dei gloriam  
sibi vſurpare voluit: ideo ipse propriē fur nuncu-  
patur, de quo ait Christus Ioan. 10. Fui non venit  
nisi vt mactet, fureret, & perdat. Cōsimiliter fur  
vocatur prædicator qui de sua prædicatione glo-  
riam sibi & non Deo quærit. Exemplo diaboli  
primi furis. Est ergo sensus. Si videbas furem, id est  
diabolum qui Dei gloriam vſurpare conatus est:  
tu cum eo currebas, scilicet cōsimiliter Dei glo-  
riam tibi quæredō. Vnde merito tales hypocritæ  
propriē quærentes laudem cū primo fure curre-  
ret: immo & ipsi fures dicuntur. Præda quippe vel  
furtum dicitur, cum auferuntur aliena: omnis au-  
tem qui ex bono opere laudē sibi quærit, alienū  
profecto est quod tollit, Et hoc idē sub aliis verbis  
exprimit, dicens. Et cum adulteris portionem tuam  
ponebas. Adulter enim dicitur omnis ille prædica-  
tor: qui ex prædicatione non fructū sed propriam  
gloriam quærit. Quod ostendens Greg. 16. mora.  
c. 2. ait. Paulus ait. Non sicut plurimi adulteran-  
tes verbum Dei. Adulter namque in carnali coi-  
tu non prolem, sed voluptatem quærit. Ideo per-  
uersus quisque prædicator vanæ gloriæ seruiens,  
rectē adulterare verbum Dei dicitur: quia per sa-  
cra eloquia, non Deo filios generare, sed suam  
scientiam desiderat ostendere: quem enim libido  
gloriæ ad loquendū trahit voluptati magis quam  
generationi operam impedit. Cum adulteris er-  
go prædicator portionem suam ponit: qui ex  
prædicatione gloriam Deo debitam, appropria-  
re sibi quærit.

Adulter.

Grego. 16.  
mor. c. 2.

828

Os tuum abundauit malitia, & lin-  
gua tua concinnabat dolos.

Hic cōsequenter ponitur peccatū detractionis.  
Detractio enim ex abundantanti malitia procedit.  
Nam detrahare est verbis alterius famā diminue-  
re. Vnde detractio est malitia oris procedens à do-  
lositate cordis. Vnde istud peccatū ponens dicit  
Os tuum abundauit malitia &c. Hic enim accipitur  
os pro corde: ex cuius malitia consequenter lin-

gua exterior concinnat dolos & detractiones. Vnde  
Iob. 15. Docuit iniquitas os tuum. Hic notan-  
dum vtrum omnis diminues famam alterius per  
malitiam & dolositatem: sibi illā restituere tenea-  
tur. Ad hoc respondet Catholicon in termino fa-  
ma dicens. Secundum theologos quis potest alte-  
rius famam tripliciter auferre vel diminuere. V-  
nomodo verū dicendo & iustē, puta cum aliquis  
crimen alterius prodit debito ordine seruato. Vt  
cum iudex publicat latronem: & ipsum suspēdit:  
& tunc non tenetur ad restitutionem. Alio mo-  
do falsum dicendo iniuste: & tunc tenetur resti-  
tuere se dicendo falsum dixisse. Tertio modo ve-  
rum dicendo, licet iniuste: vt puta cum quis pro-  
dit crimen alterius contra ordinem debitum vel  
intentione mala. Et tunc tenetur ad restitutio-  
nem famæ quātum potest: sine mendacio tamen.  
Vt puta dicēdo: quod dixi de tali verum dixi: sed  
ego defeci sic dicendo: quia debitum ordinem  
non seruauit. Sed in isto tertio membro non credo  
esse verum: quia sic dicendo, nullo modo ei-  
dem famam restituit: sed magis dictum suum sine  
debito ordine prolatum magis confirmat. Di-  
co ergo quōd in tali casu sic diffamanti debito  
ordine non seruato: sufficit contritio & confes-  
sio sacramentalis.

Sedens aduersus fratrem tuum lo-  
quebaris, & aduersus filium matris  
tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti,  
& tacui.

Hic consequenter ponitur peccatū infectionis, scilicet  
malum exemplum aliis ministrando. Vbi  
primo notandum quōd prima pars istius versus  
spectat ad sententiam versiculi præcedentis: in  
quo actum est de peccato detractionis: dicēs. Os  
tuum abundauit malitia & lingua tua &c. Vnde  
hic ponit modum talis detractionis: dicens. Se-  
dens aduersus fratrem tuum loquebaris. Scilicet verba  
detractoria. Vbi notandum q̄ aliqui aliis detrahunt  
non deliberato animo sed casu: & isti nō se-  
dent sed ambulat. Alij autem deliberatē: & isti  
sedere dicuntur. Vnde aggrauans peccatum deli-  
beratum: dicit. Sedens aduersus fratrem tuum lo-  
quebaris. Vnde glo. Sedens &c. Non enim sedens, casu  
alteri derogat: sed studio. Qui autē transiens hoc  
facit casu: non voluntate facit. Per fratrem autem  
omnem hominē intellige: quia omnes homines  
fratres sunt conditione primæ natiuitatis. Conse-  
quenter ad propositum accedens dicit. Et aduer-  
sum filium matris tuæ ponebas scandalum, id est malū  
verbum: vel malum exemplū proximo præbebas,  
quod ei occasio ruinæ fuit. Vbi notandum quōd  
scandalum aliud est corporale, aliud spirituale.  
Scandalum corporale dicitur: vt quando aliquis  
obex ponitur alicui in via corporali: cui impin-  
gens disponitur ad ruinam: & talis obex dicitur  
scandalum. Similiter in processu viæ spiritualis  
cōtingit aliquem disponi ad ruinam spirituales  
per dictum vel factū alterius: in quantum, scilicet  
sua locutione inductione vel exemplo alterū tra-  
hit ad peccandum, & talis locutio monitio vel e-  
xemplum: dicitur scandalum spirituale. Vnde Hie-  
rony. super illo verbo, Quicumque scandalizauerit  
vnum &c. dicit. Scandalizat alium: qui alteri  
dicto vel exemplo occasionem ruinæ præbet. Et  
illud peccatū maximē contradicit vitæ prædica-  
torum.

Bona qua-  
lis  
Detractio  
Fama.

830.  
et per. dist. 1.  
aditione.

Magister  
lib. 1.  
dist. 46.

Magister  
lib. 1.  
dist. 46.

Hiere. 2.

831.

Hiere.  
Matth.

torum: qui sunt ordinati ad lenandum iacentes. A  
vnde dist. 82. Nemo in Ecclesia Dei amplius no-  
cet &c. Et ideo dicebat ille predicator Paulus. Si  
esca scandalizat fratrem meum, non manducabo  
carnem in eternum. Hæc fecisti & tacui. q. d. Tu præ-  
dicta fecisti, & ego tacui, i. distuli poenā expectan-  
do emendam. Et tu expectationem ad impunita-  
tem vertis: quia ex hoc quod punire differo tu cre-  
dis me similem tibi, qui peccatum tuum impuni-  
tum vis permanere. Vnde sequitur.

Existimasti inique, quod ero tui si-  
milis: arguam te, & statuam contra faci-  
ciem tuam.

Hic consequenter ponit peccatum abnegatio-  
nis diuinæ iustitiæ, multi enim mundani confide-  
rantes, quōd in vita præsentī multoties Deus pec-  
cata impunita dimittit: cogitant peccata Deo pla-  
cere, quia si Deo displicerēt, cum sit omnipotens  
illa nō permetteret. Sed tales nō aduertunt quōd  
si Deus hominem in libero arbitrio non relin-  
queret, iam homo non haberet vnde à Deo iustē  
præmiari vel puniri posset. Permittit ergo Deus  
peccata: non quia sibi placeant, sed vt ex hoc vel  
homo cognoscēs infirmitatem suam humilietur:  
vel ipse puniendo iudex appareat iustus. Etiam  
alia ratione, mala quæ tamen sibi non placent, fie-  
ri permittit: quia ex illis malis bona sit elicere.  
Vnde ait magister lib. 1. dist. 46. Nam vt ait Augu-  
stus mala fieri bonum esse: nec finerentur mala ab om-  
nipotente Deo fieri: nisi esset bonum vt ea fierēt:  
quia ex malis quæ sunt, Deus bona elicit. Et in-  
frā patet quōd ex malis quæ sunt, quædam pro-  
ueniunt bona: cum comparatione malorum bo-  
na magis placent & laudabiliora existunt. Ipsi et-  
iam facientibus, ex malis quæ faciunt interdum  
bona proueniunt. His qui secundum propositum  
vocati sunt sancti: talibus enim vsque adeo om-  
nia cooperatur in bonum: vt si qui eorum deuiāt  
& exorbitant, hoc eos faciat proficere in bonum  
quia humiliores redduntur atque doctiores, vt  
Petrus. Illa etiam mala, quæ ab iniquis fideles per-  
ferunt pietate profunt illis ad demenda pec-  
cata: vel ad exercendam probandamq; iustitiam:  
vel ad demonstrandam huius vitæ miseriam &c.  
Ex quibus apparet quōd quamuis Deus mala per-  
mittat: ipsa tamen non amat, vt mali qui in hoc  
Deum sibi ipsi simile existimant. Et hoc est quod  
hic peccatori Deus dicit. Existimasti inique quod ero  
tui similis, scilicet consentiendo malis, quia putas  
quod placēt mihi mala. Sed ego peccata finaliter  
impunita non dimittam: quia arguam te, scilicet te  
puniendo. Et sic statuam contra faciem tuam, s. pec-  
cata tua. vt ostendam tibi quōd displicent mihi:  
ideo ipsa puniam. Et peccata propria arguent  
peccatorem & ostendent ipsi peccatori quōd Deo  
non placent. Et hoc est quod dicitur Hiere. 2. Ar-  
guet te malitia tua, & conuersio tua increpabit te.  
Sequitur. Scito quam amarum est, te dereliquisse  
dominum Deum tuum.

dist. 82.  
Corin. 8.

830.  
et per. dist. 1.  
aditione.

Magister  
lib. 1.  
dist. 46.

Magister  
lib. 1.  
dist. 46.

Hiere. 2.

831.

Hiere.  
Matth.

Intelligite hæc qui obliuiscimini Deū  
ne quando rapiat & nō sit qui eripiat.

Hic ponitur intentio conclusio, quæ est vt per  
prædicta mali ante mortem corrigantur: & sic per  
virtutem sacramenti eucharistiz (quod viaticum

dicitur) deducantur ad poenitentiam. Et primo ponit  
peccatorum correctionem. Secundo ipsorum  
per eucharistiam deductionem, ibi. Sacrificium.  
Quantum ad primū dicit. Intelligite hæc. s. quæ su-  
pra sunt dicta de statu bonorum & malorum. Vos  
qui obliuiscimini Deum, i. qui me Deum esse non  
creditis. Ne quando rapiat. s. Deus ad poenā vos post  
mortē: & tunc non sit qui eripiat: quia qui ante mor-  
tem non conuertitur ad Deū, post mortem à poe-  
na nō liberatur: quia in inferno nulla est redēptio.

Sacrificium laudis

id est sacrificiū  
eucharistiz: quod sacrificiū laudis dicitur, vt patet  
vers. 823. Honorificabit me. s. debite celebratum &  
receptū, quia per illud summas gratias Deo reddi-  
mus pro omnib; bonis quæ nobis cōtulit. Et hoc  
sacrificiū dicitur via eundi ad Deū: propter quod  
viaticum dicitur, vnde subdit. Et illic iter. s. in sacri-  
ficio illo, quia hoc sacrificiū est via ad Deum. Hæc  
est scala Iacob qua Angeli. i. fideles ascendunt &  
descendunt, ad laudem ascendunt diuinitatis, sed  
descendunt ad laudē humanitatis Christi, quia in  
isto sacramento est vera diuinitas & humanitas  
Christi. Et ideo subdit. Et illic iter: quo ascendam salu-  
tare Dei. Salutare Dei dicitur Christus, qui est Sal-  
uator noster. Lucæ secundo. Quia viderunt oculo  
mei salutare tuum. Hic ergo ostenditur salutare  
Dei: quia hic Saluator noster realiter continetur,  
& etiam quia per virtutem & immolationē huius  
sacramenti saluamur. Continuando materiam ar-  
ticulorum: nunc restat quintus articulus quem. s.  
posuit Thomas, dicens. Descendit ad inferos, ter-  
tia die resurrexit à mortuis: figuratus per quintū  
fundamentum qui erat Sardonyx. Hic enim lapis  
suis cōditionibus & proprietatibus huius articu-  
li singulas significat partes. Vbi notandū est quōd  
iste articulus tres continet partes. s. Captiui visita-  
tionem generis, quod inferni cōtinēbatur carce-  
re, quia descendit ad inferos. Defuncti resurrectio  
nem corporis, quod sepulchri tegebatur lapide,  
quia resurrexit à mortuis. Præstiti numerationē  
temporis: quod à Christi docebatur peccatore, quia  
tertia die. Hæc omnia significat iste lapis Sardo-  
nyx. Quoniam hic lapis secundum Magistru lib.  
16. virtutibus afficitur, quib; visitationis inferna-  
lis figuratur vnitas: qui ad primum. Ex partibus  
componitur quibus resurrectionis corporalis de-  
monstratur veritas, quoad secundum. Coloribus  
afficitur quibus numerationis tridialis denota-  
tur quantitas, quoad tertiu. Primo ergo hic articu-  
lus continet captiui visitationem generis, dicens.  
Descendit ad inferos. Christi enim humilitas non  
fuit cōtenta pro humano genere carnē assumere:  
& in crucis patibulo mortē tolerare pro ipso, nisi  
etiam in mortis triduo corpore remanente in se-  
pulchro eius anima, sanctos partes in infernū visi-  
taret: ipsosque suo perlustrando lumine liberaret.  
Vnde Ambr. in 3. libro de spiritu sancto, & allega-  
tur à Magistro libro 3. dist. 22. Lumen vitæ funde-  
bat æternæ, radiabat illuc lux vera sapientie: illu-  
minabat infernum: sed in inferno non claudēba-  
tur. Et infra. Confitemur enim Christum pepen-  
disse in ligno, & iacuisse in sepulchro, sed in carne  
& fuisse in inferno, sed in anima sola. Hæc autem  
tanta ex consummata Christi animæ descensionis  
ad infernum humilitas, in hoc figuratur lapide.  
Quoniam secundū Magistru vbi supra, hic lapis Sardo-  
nyx humilē efficit. Et ideo Christus de anima  
Tom. j. G g 2 sua

832.  
Eucharistia.

Lucæ. 2.

Articulus  
quintus.

Sardonyx.

Descendit  
ad inferos

Ambr. of. 3.

Infernus. Limbus.

Grego.

Grego.

Osee. 13.

Aug. 20. de ciuitate Dei. c. 15.

fua à qua fluit corporis vita: dicit in Psalm. Vita mea, id est, anima inferno appropinquauit, estimatus sum cum descendētibz in lacum &c. Sed circa istum articulum occurrunt dubia. Primum ubi sit locus inferni ad quem Christus descendit. Ad quod notandum quod secundum antiquos doctores: infernus est quadruplex, scilicet, damnatorum: ubi est carentia lucis gratiæ & gloriæ & pœna sensibilis. Secundus est limbus puerorum, ubi sunt duo prima sine tertio. Tertius est purgatorium: ubi sunt duo vltima sine primo. Quartus est limbus patrum: in quo sine extremis est medium. Et ad istum quartum Christus descendit: & omnes quos inuenit liberauit. Tamen quia Gregor. Homil. 22. expressè ponit, quod Christus non omnes de inferno ad quem descendit extraxit. Ideo notandum quod ista inferna possunt considerari: aut secundum situm, aut secundum qualitatem. Si secundum qualitatem: sic nulli dubium quod sunt distincta inferna: quia in vno est pœna sensus, in alio non: in vno est gratia, in alio non: in vno est gratia cum pœna sensus, in alio non: & sic de aliis, vt patet ex diuisione dicta. Si autem considerentur quantum ad situm, tunc probabile est, quod omnium istorum sit vnus situs: sic quod in eodem loco saltem continuè sunt omnia inferna dicta. Hoc autem probatur: quia infernus damnatorum & limbus patrum sunt in eodem loco: patet consequentia, quia limbus patrum minorem conuenientiam habet cum inferno, quam limbus puerorum vel purgatorium, quia cum ipso solum conuenit in vno, scilicet in carentia gloriæ. Sed in isto conueniunt cum inferno limbus puerorum & purgatorium, & in aliquo alio, quod patet de limbo puerorum: quia ibi est carentia gloriæ, & vltra hoc carentia gratiæ. De purgatorio patet, quia ibi est carentia gloriæ, & vltra hoc pœna sensus, ergo. sed probatur antecedens, primo per Gregor. Homil. 22. ubi vult expressè quod Christus descendendo ad inferos: de inferno damnatorum extraxit sanctos patres, ibidem relinquens damnatos. Vnde sic dicit. Si exaltatus fuero à terra: omnia traham ad meipsum, omnia traxit qui de electis suis apud inferos nullum reliquit. Omnia ergo abstulit vtique electa, neque enim infideles quosque, & pro suis criminibus æternis suppliciis deditos, dominus resurgendo ad vitam reparauit, sed illos ex inferni claustris rapuit quos suos in fide & actibus recognouit. Vnde rectè per Osee dicitur. Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne. Id namque quod occidimus: agimus vt pœnitus non sit. Ex eo autem quod mordemus, partem abstrahimus partemque relinquimus, quia ergo in electis suis funditus occidit mortē, mors mortis exiit, quia vero ex inferno partem abstulit partemque reliquit: non occidit funditus infernum, sed momordit. Ait ergo. Ero mors tua: ò mors ac si aperte dicat, quia in electis meis te funditus perimo. Ero morsus tuus inferne, quia sublati eis: te experte transigo. Et hæc eadem verba ponit idem Gregor. li. 12. morum. c. 8. Item huic opinioni assentit Sanctus doctor lib. 4. dist. 45. dicens, quod potest dici quod limbus patrum & infernus sunt in eodem loco, hoc etiam dicit de limbo puerorum. Item hoc est de mente beati Augusti. d. Nō absurde credi videtur, antiquos san-

ctos qui venturi Christi tenuerūt fidē à tormentis quidem impiorum remotissimos, licet apud inferos fuisset: donec eos inde Christi sanguis erueret. Et ista opinio potest declarari ex verbis articuli, dicens quod Christus descendit ad inferos, quia locus ad quem anima Christi descendit, in plurali dicitur inferna, non propter pluralitatem locorū, sed propter eiuſdē loci qualitates diuersas, à quibus diuersimode appellatur, quia aliquando infernus damnatorum, aliquando limbus &c. Secundum dubium est, ubi existit situaliter iste locus inferni, ad quem Christus descendit. Ad quod dicitur quod est in medio terræ, de hoc vide supra vers. 108. Tertium dubiū est, per te sancti patres erant in inferno, nunquid pœnam patiebantur inferni? Ad quod dicendum, quod secundum Greg. Ignis inferni habet ardorem quo cruciatur, & obscuritatem qua exæcat, propter primum cruciatur animam, propter secundum priuat gloriā. Et iste operationes non sunt necessariō annexæ: nec in omnem animam ibidem existentem insimul efficiuntur, sed secundum quod anima est disposita vt illis accidentibus sit subdita. Fit autem subdita anima eius ardori & concremationi per culpam mortalem vel eius reatum. In animam ergo in inferno existentem, si careat culpa mortali & eius reatu: ignis ille licet sua obscuritate possit priuare lumine, non tamen suo ardore potest illum cruciari. Sicut patet de nostro igne, qui suo splendore aliqua potest illuminare, quæ suo ardore non potest cremare, vt patet de salamandra. Quia igitur sancti patres ante aduentum Christi carebāt culpa mortali eius reatu, licet ibi priuati essent lumine gloriæ: non tamen pœnam sensus patiebantur. Et consimiliter dicendum est de paruulis in solo originali descendētibz. Istam autem huius articuli primam partem concludit Bar. 4. c. dicens. Deputatus es cum his qui descendunt in infernum.

P L A M. L.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

Psalmus iste talem titulum habet. Psalmus David cum venit ad eum Nathan Prophetam: quando vel quoniam introiuit ad Bersabee. Ad cuius intellectum sciendum: quod vt habetur 2. Regum 12. Postquam David commisit peccatum adulterij cum Bersabee vxore Vriæ, & ipsa concepisset: volens occultare peccatum suum fecit occidi Vriam virum eius, & postmodum illā accepit in vxorem. Quod factum displicens domino, misit ad eum Nathan Prophetam, vt ipsum argueret de commissis peccatis. Qui cum venisset ad David proposuit ei iudicium querens. Diues quidam cum haberet centum oues: vicino suo pauperi vnam solam, quam habebat ouiculam rapuit, quod cum audisset David iudicauit hunc reum esse mortis. Et Nathan ipsum ex hoc reprehendit, dicens. Tu es ille qui hoc fecisti: qui cum multas vxores & concubinas haberes, vnam solam quam habebat Vriam, rapuisti. Ad cuius vocem territus David, statim rediens ad cor, pœnituit. Et in conspectu omnium confessus est peccatum suum, dicens. Peccaui Domino, & Dei petens misericordiam, fecit istum Psalmum. Ex quibus apparet sensus tituli & materia Psalmi. Est ergo sensus tituli talis. Psalmus David, scilicet

scilicet agens de humilitate & pœnitentia quam habuit David, quando venit ad eum Nathan prophetam, scilicet à Deo missus ad ipsum arguendum de peccato quod fecit quando intravit Bersabee, vel redarguit eum quoniam intravit ad Bersabee. Et notandum quod in isto Psalm. David nobis omnibus ponitur in exemplum non cadendi: sed si quis ceciderit resurgendi. Et ne desperes de alicuius immanitate peccati: cum videris David non reatum adulterij & homicidij per pœnitentiā humilitatem Deo placuisse: quia ad vocem prophetæ ipsum arguentis, non negauit peccatum: non se excusauit, vt homines facere solent: sed peccatum suum publicè confitens, ait: Peccaui Domino. Vnde hic spiritualiter nobis humilitatis datur exemplum: quæ summè pœnitentibus valet. Et hinc est quod præ omnibus aliis Psalmis pœnitentialibus, iste frequentius in ecclesia legitur: quia hic magis quam in aliis humilitatis datur exemplum pœnitentibus: quam omnes habere debent & possunt quantumcumque debiles & infirmi. Quoniam in isto Psalm. nihil difficile dicitur: vt in aliis pœnitentialibus Psalmis: in quibus. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Et in alio. Grauiata est super me manus tua. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Et in alio. Cinerem tanquam panem manducabam. Et in alio. De profundis clamaui. Et in alio. Persecutus est inimicus animam meā. Sed in isto solum à Deo patre misericordiarum misericordiam implorat humiliter, dicens. Miserere mei Deus. Alibi enim districtiora fortioribus. Hic autem temperata & leuiā infirmis prouidet: per quod omnes docentur agere pœnitentiam. propter quod in isto psalm. dicitur. Docebo iniquos vias tuas &c. Per istum enim modum facilius de peccatis venia impetratur. Et hinc est quod iste psalm. in ordine psalmorum est quinquagesimus, significans annum iubilæum: qui erat annus remissionis: in quo omnia debita remittebantur: & possessiones alienatæ restituebantur. Sic conformiter per humilitatem pœnitentiæ: de qua hic agitur: plena præstatur peccatorum remissio: & restituitur gloria alienata per peccatum à nobis. Istis visis accedo ad psalmi diuisionem: qui diuiditur in partes tres. Quia primo petit culpe remissionem. Secundo petit gratiæ infusionem: ibi. Asperges me. Tertio promittit satisfactionem: ibi. Docebo iniquos. Prima in tres: quia primo petit misericordiæ Dei implorationem. Secundo petit plenam purgationem: ibi. Amplius laudame. Tertio ad hoc inducit multiplicem persuasionem: ibi. Quoniam iniquitatem. Prima in duas, quia primo petit gratiam Dei in generali. Secundo in speciali: ibi. Et secundum multitudinem. Quantum ad primum sciendum quod proprie misericordia non cadit in Deo, cum misericordia sit quædam compassio alterius miseriæ: de hoc vide supra vers. 55. Sed dices: quæ est misericordia Dei quæ dicitur magna? Audi Bernardum istum passum pertractatē: ubi sic ait. Miserere mei Deus &c. Sicut sunt peccata minima, sunt & magna, sunt & mediocria. Sic & misericordia Dei dicitur quædam parua, quædam mediocris, & quædam magna. Magnus peccator magna opus habet misericordia, vt ubi superabundauit peccatum, superabundet & gratia. Parua misericordia Dei dicitur expectatio peccatoris, quod non statim punitur cum peccat: sed ad pœnitentiā expectatur. Par-

ua in quâ misericordia, non in se, sed in comparatione cæterarum: alioquin magna nimis valde misericordia Dei est expectatio peccatoris. Nam peccantem Angelum non expectauit, sed statim præcipitavit e celo: primum quoque hominem peccantem statim expulit de paradiso. Et certè si consideremus quam magna & quam multa quotidie committimus, nonne leuiā illa reputauimus, quæ statim damnationis exceperunt sententiam? Sed hæc potestas crucis, & virtus est quam Christus dicit. Nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur & viuat. Hæc vox videtur Christi: videtur & resurgenti à morte peccatoris. Ac si dicat: velis, noli, Iudæus, viuo ego: nolo mortem peccatoris, qui pro peccatoribus mori volui, volo quod fructuosa sit mors mea, & sit per eam misericordia magna & copiosa redemptio. Parua inquam hæc misericordia: quia hæc sola non sufficit ad salutem, sed iudicium damnationis accumulatur, vt peccator audiat: hæc fecisti & tacui. Apostolum etiam proinde audiamus terribiliter tonantem. An diuitias bonitatis eius & longanimitatis contemnis? Ignoras quod benignitas Dei te ad pœnitentiā adducit? Tu autem secundum duritiam cordis tui, thesaurizas tibi thesauros iræ, qui thesauros prærogatæ tibi misericordiæ contempsisti, secundum duritiam tuam ait, & cor impœnitens. Sed quis scindet duritiam istam? Est itaq; prima misericordia patietia dei. Secunda misericordia omnino maior est priore, quæ facit ne prima pernicioſa sit & instructuosa. Et hæc quidē leuibus sufficit in peccatis, quibus scilicet dum gestamus corpus mortis, non possumus abstinere. At in grauioribus & quæ ad mortem sunt: non solum pœnitentia opus est, sed etiam continentia. Res planè difficilis & possibilis soli Deo, susceptum solum peccati iugum à cernicibus excutere. Et hæc est magna misericordia, magnis necessaria peccatoribus, de qua nunc ait Psalmista. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Sed statim dices, potest ne misericordia Dei maior esse respectu vnus, quam respectu alterius? quia vocat misericordiam Dei magnam, magnum enim comparatiuè dicitur ad minorem. Et sic hoc est querere, vtrum Deus misericordius agat cum vno quam cū alio. Et videtur quod sic. Quoniam misereri est auferre miseriam: sed Deus magis auferit miseriam vnus quam alterius: quia scilicet ab vno auferit totam miseriam, vt puta à beatis: ab alio autem solum auferit partem, puta à damnatis, quia non eos tantum punit, quantum puniti meruerunt: ergo. Ad oppositum arguitur: quia cum misericordia Dei sit idē quod Deus: & Deus nō suscipiat magis nec minus: consequens est quod nec misericordia eius maior, nec minor poterit dici, & sic non misericordius agat cum vno: quam cum alio. Respondeo, quod Deum magis vel minus misereri tripliciter potest intelligi. scilicet, aut maiori habitu, aut minori actu, aut maiori effectu: primo modo & secundo est impossibile magis vel minus in Deo ponere, sed tertio modo, scilicet, quoad effectum qui est subleuare à miseria verū est tam in presenti quam in futuro, sed aliter nunc, & aliter tunc: quia nunc misericordiæ effectus sunt principales: & effectus iusticiæ sunt consequentes. Tunc autem iusticiæ effectus erunt principales: & misericordiæ erunt annexi.

Tunc enim reddet Deus secundum opera sua unicuique: nunc autem secundum benignitatem suam. Et ideo simpliciter magis miseretur in presenti eius, cui magis vult. In futuro vero magis eius, qui magis indiget. Vnde magis misero magis condonabit, secundum quantitatem absolutam, non secundum quantitatem relatam. Ex istis patet ad argumenta.

834  
de par. phis. 3.  
Serpous.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

David.  
Peccatum.

Hic consequenter misericordiam Dei in speciali postulat: ostendendo quid petat. scilicet culpæ remissionem. Vbi notandum quod David implorando misericordiarum Dei multitudinem, se aperte manifestat peccasse multipliciter. Et ideo attende quod ex illo peccato quod in Bersabe commisit, multiplex peccatum implicatur. Nam ibi primo fuit peccatum luxuriæ: quia adulterium cum aliena vxore commisit. Secundum ibi fuit peccatum deceptionis & fallaciæ: quia peccatum suum occultare voluit. Et ideo ista cum sciuisset illam esse gravidam, misit pro Vria viro suo, vt illam cognosceret, & sic sibi attribueret conceptum. Tertio ibi fuit peccatum auaritiæ sine rapinæ. Nam ex hoc quod volebat Vriam cognoscere vxorē suam iam gravidam, volebat quod Vrias conceptum David crederet esse suum rapere: & per consequens falsum hæredem ipsi Vriæ voluit supponere, quod est alienam hæreditatem velle rapere. Quarto ibi fuit peccatum homicidij: quia non potens Vriam militem fidelissimum inducere ad dormiendum cum vxore sua, ipsum proditoriè etiam fecit occidi. Quinto quia occasione mortis Vriæ, plures alij de seruis David interfecti fuerunt, vt aperte habetur 2. Reg. 11. Tor ergo & tanta peccata sua David considerans, multitudinem miserationum Dei petit, dicens. Et secundum multitudinem miserationum tuarum &c. Et attende quod in primo versu postulauit magnam misericordiam. Hic autem multitudinem miserationum per hoc innuēs, quod misericordia differt à miseratione: quia misericordia notat interiorē miserentem habitum, sed miseratione actum notat exteriorē. Vnde dicit. Et secundum multitudinem miserationum tuarū dele iniquitatem meam. Dele inquit, vt nullum remaneat peccati vestigium. In primo ergo versiculo notauit misericordiam Dei secundum quantitatem continuam, dicens. Magnam. Hic autem secundum quantitatem discretam, dicit. Secundum multitudinem. Istam autem miserationum multitudinem præbet Deus nobis in presenti. In futuro autem magis iustitiam. Dicit magister in libro de naturis rerum, quod aquilam cornix diu insequitur: sed aquila ex nobilitate animi diu dissimulat, tandem propter importunitatem eius: quia non desistit ab incepto, vnguibus ipsam rapit & lacerat. Sic moraliter. Nam aquila ab acumine visus dicitur Christus qui in altis habitat, & humilia respicit in celo & in terra, quem mali licet insequantur, ipse tamen dissimulat, & patienter sustinet: & à malo desistere volentibus liberè parcat. Psal. 102. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timētibz se: quoniam &c. Tandem verò non cessantibus peccatoribus, propter ipsorum importunitatem vngu-

2. Reg. 11.

Miseri-  
cor-  
dia.

Aquila.  
Cornix.

Psal. 102.

bus suæ iustitiæ, ipsos rapiens damnat & punit. Ideo in presenti hanc postulemus misericordiam quia post hanc vitam peccatoribus obliuiscetur misereri Deus, & continebit in ira sua misericordias suas: vt dicitur Psal. 76. Et notandum quod bene Dei misericordia multiplex dicitur & magna. In intensiue, extensiue, & duratiue. Primum est multa & fortis intensiue, patet, quia delet peccatum quod est tanta malitiæ, vt pro ipso nullus mortalium satisfacere possit, vt ostēdit Anselmus 1. cur Deus ho. c. 6. Vbi ostendit quod oporteret dare hominem pro peccato commisso aliquid maius omni eo, quod non est Deus, ad satisfaciendum pro peccato, quod nullus mortalium facere potest. Et ideo ex misericordia, Deus incarnatus est vt pro homine satisfaceret Deus factus homo: quod autem homo teneretur dare pro peccato aliquid maius omni eo, quod non est Deus, probat ipse Anselmus in cap. 21. dicens. Quia homo non satisfacit pro peccatis suis: nisi reddat aliquid maius quam sit illud pro quo peccare non debet, sed pro omni eo, quod non est Deus: non debuit homo peccare: ergo oportet pro peccato reddere aliquid maius omni eo, quod non est Deus. Et istud est vita Christi. Et ideo dicitur ad Titū 3. Nō ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ita ergo misericordia fuit fortis intensiue. Dicit enim Aristotel. quod fortitudo potentia actiua terminatur per maximum, in quod potest. Vnde si esset aliqua potentia quæ posset in duplum, triplum, & sic in infinitum: illa diceretur infinita intensiue: sed talis est misericordia Dei: quia non est dare peccatum ita graue vel magnum, quin misericordia Dei maior sit ad remittendum. Refert Ambrosius de obitu Theodosij, quod tantæ fuit misericordiae, quod nunquā negauit misericordiam petenti, de quo sic scribit. Beneficium putabat se accepisse Theodosius, cum rogaretur cognoscere, Et tunc prior erat veniēdo quando fuisset maior commotio: optabatur in eo quod ab alijs timebatur vt irasceret. Habebat reorum remedium, quoniam & habuit super eos potestatem, quasi parcens postulari mallebat, quam contra iudiciū punire æquitatis: vides impunè abire, qui nunquam veniam petenti negauit. Et sic fuit verè filius illius, qui dicit. Estote misericordes, sicut pater vester misericors est. Luc. 6. Ex hoc considerare potes, quantum maior est misericordia Dei. Secundum misericordia Dei est infinita extensiue. Hoc autem dupliciter potest declarari. Primum ex parte subiecti ipsius. scilicet Christi, sic. Si aliquis omnibus vicinis suis concederet riuulos de fonte, vt sibi facerent aqueductus pro libito, signum esset quod fons ille magnæ esset sufficiētia. Isto modo Deus pater filium suum qui est fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis misit in mundum, & voluit eum scaturire de terra vteri virginis. Et vt esset omnibus copiosus, permisit cuiilibet riuulum sibi facere, quando Iudæorum & Gentilium voluntati se dedit, vt ipsam crucifigerent. Ideo bene dicitur in plurali. Hier. 42. Dabo vobis misericordias. Secundum hoc ex parte hominis patet, cui Deus multipliciter miseretur. Primo præseruando vt caueat secundo expectādo vt redeat: tertio condonando vt peniteat. Vnde Augustinus. 2. confessio. Gratia & misericordiae tuæ deputo, quæcūque mala non feci, quia te dux non feci. Tercio

Sensu.

Anselm.

Titim.

Miseri-  
cor-  
dia Dei.

Philosophi  
de celo.

Ambrosij  
de obitu  
Theodij.

Luc. 6.

Hierem.

August.

tio est infinita duratiue, quia quantuncūque homo expectet, tarde, statim vt vult penitere ipsum recipit & indulget. Exemplum de latrone: vnde Bernardus super canon. Omnino propter misericordiam tuam post te currimus, o bone Iesu: videntes quod non spernis pauperem, peccatorem non horres, non horruisti latronem confitentem non lacrymantem meretricem, nō Chananaeam deprecantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in teloneo, non supplicantem publicanum, non persecutorem Paulum, non ipsos tuos crucifixores. Ex quibus apparet quod non immerito misericordiam Dei Psal. dicit magnam in primo versiculo: sed multiplicem in secundo. Per oppositum autem misericordia hominum est debilis & modica multipliciter. Primum intensiue: quia vix quis mouetur ad compassionem alterius, iuxta illud 2. Timo. 3. Erunt homines seipsos amantes absque misericordia &c. Secundum extensiue: quia si sit aliqua compassio hominis ad alium, est forte ad consanguineum, non ad extraneum, ad amicum vel familiarem, & non ultra: ideo dicitur Misericordia hominis circa proximum suum, misericordia autem domini super omnem carnem. Tertium est breuis duratiue: quia non durat, nisi quandiu homo cernitur in oculis. Osee. 6. Misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens. Non sic docuit Tobias filium suum sibi. d. Quantum poteris esto misericors. ad Col. 3. Induite vos sicut electi Dei viscera misericordiae, non dicit verba, sed viscera: quia multi verbis compatiuntur: sed operibus pauci. Vnde dicit Petrus Ra. in quodam ser. In resurrectione corā omnibus Angelis in conuentu omnium resurgētium, non dicitur quod Abel fuit passus, quod Noe mundum seruaui, quod Abraam fidelis fuit quod Moyses legem dedit: quod Helias in celū ascendit, quod Petrus resupinus crucem ascendit, quod Paulus decapitatus fuit, quod Laurentius combustus. Omnia enim hæc Christus tacet, & solum de operibus misericordiae loquitur, dicens Esuriui & dedistis mihi manducare &c. vt ostēdat quod qui misericors est, & ipse à Deo misericordiam meretur. Distinguens ergo Psal. misericordiam Dei à nostra: ipsam dicit magnam & multiplicem, dicens. Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum. &c. Item notandum quod Dei misericordia est multiplex, scilicet præueniens, quoad boni propositi inspirationem. Psal. Misericordia eius præueniet me. Subsequens, quoad meritum cooperationem. Psal. Misericordia tua subsequatur me omnibus diebus vitæ meæ. Perficiens, quoad præmij æterni retributionem. Esa. 49. Non esuriens, neq; sitiens amplius: neque percuet eos estus & sol: quia miserator eorū reget eos. Et ideo istam misericordiam multiplicem Psal. notans dicit. Et secundum multitudinem miserationum tuarum &c. Sequendo materiam articulo: restat declarare secundam partem quinti articuli, scilicet presciti determinationem temporis resurrectionis Christi: propter quod dicit articulus tertia die. Tribus enim diebus Iesus secundum corpus mansit in sepulchro: sed habita mortis virtoria, tertia die resurrexit: quod ipse adhuc viuēs se prædixit discipulis, dicens. Filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis: & condemnabunt eum morte. Sequitur. Et tertia die re-

Matth. 20.

Miseri-  
cor-  
dia hominū.

1. Timo. 3.

Titim. 3.

Osee. 6.

Tobias 4.

Col. 3.

Petrus Ra.

Miseri-  
cor-  
dia Dei mul-  
tiplex.

Esa. 49.

Tertia die.

Matth. 20.

surget. Et Matth. 12. Erit filius hominis in corde terræ tribus diebus &c. Hic autem prædictus numerus in Sardonyce figuratur. Quoniam hic lapis tribus coloribus distinguitur &c. Secundum enim magistrum vbi supra: hic lapis ex tribus constat coloribus: quia in imo est niger, in medio candidus: & in summo rubicundus. Istis enim tribus coloribus, recte tres dies: quibus Christus in sepulchro iacuit, figurantur. Primus enim dies fuit dies Veneris quando scilicet hora iam tarda completorij etiam obscurata die, sepultura fuit traditus. Et quia illa die fuit in sepulchro solum hora iam nigra & obscura: hinc est quod illa dies per primum colorem huius lapidis, scilicet nigrum figuratur. vt de ipsa prima die iam nigra & obscura dicatur. Dies domini ista tenebræ nō lux. Secundus dies fuit dies sabati. In qua per totum diem iacuit in sepulchro. Et hæc dies figuratur per secundum colorem huius lapidis qui est candidus. Nam cum per totam hanc diē christus fuerit in sepulchro: hæc dies debet denominari à principali parte sua, quæ est meridies. Tunc ei sol existens in altiori loco & gradu suo magis splendet & feruet: quam in aliqua alia hora diei. Et sic merito per colorem candidum & splendidum illa etiam dies figuratur. vt de hac secunda die dicatur. Sicut lux meridiana clara est. Tertius dies fuit dies dominica in qua fuit in sepulchro per ipsius scilicet primam partem: quia. In auroa resurrexit. Illa autem pars diei quando tempus est clarum est rubicunda. Et ideo merito per tertium colorem huius lapidis rubicum figuratur. vt merito, de hac die in qua solum in principio diei & mane mansit in sepulchro dicatur. Mane dies vnus. Vnum de istis tribus diebus quibus christus in sepulchro à nobis mansit absconditus potest dici. Tribus diebus nemo vidit fratrem suum. De quibus expressè ait saluator. Sicut Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre tribus diebus & tribus noctibus. Sed statim occurrit dubiū qualiter. Christus fuit in sepulchro tribus diebus & tribus noctibus. Ad hoc respōdet glo. & è Aug. d. Dicitur tribus diebus more antiquorum, qui diem cum nocte præcedente computabant. Et sic accipit partem diei qua sepultus est cum nocte præterita pro tota die per synecdochem. Sabbato vero noctem notandum quod diem integrum accipit noctem vero dominicam cum eodem die illucescente, partem pro toto. Et sic habes tres dies & noctes. Tertia vero pars huius articuli cōtinet defuncti resurrectionem corporis: quod sepulchri tegebatur lapide quia resurrexit à mortuis. Christus enim in principio tertia diei resurrexit: & non post tertiam diem: vt iudei false Pilato allegabant dicentes. Domine recordari sumus, quia seductor ille &c. dixit post tres dies resurgam. Hæc autem christi resurrectio Sardonicæ lapide figuratur qui ex partibus componitur: quibus christi resurrectionis demonstratur veritas. Secundum enim magistrum vbi supra. Sardonyx est lapis compositus ex sardio & onyxe figurans compositionem vel vnionem animæ christi cum corpore in hac facta resurrectione. Nam per sardium lapidem qui coloris est sanguinei: figuratur anima rationalis: cuius sedes est sanguis, iuxta illud Leui. 17. Anima omnis carnis in sanguinem est. Et sic per sardium colorem habens

M. 12.  
Sardonyx.

Anus. 5.

Esa. 18.

Genes. 1.

Exod. 10.  
Matth. 12.

August.

Resurrectio  
Christi.

Matth. 27.

Leuit. 17.



anguineum figuratur anima. Per onychem autem lapidem qui lapis ex sua proprietate multiplicat lites: & commouet animos ad rixas & lites: humana caro siue corpus humanum figuratur, quod lites & bella semper aduersus spiritum excitat: secundum illud Gala. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum &c. Sardonyx ergo compositus ex sardio figurante animam: & ex onyce figurante corpus expressit Christi resurrectionem significat: in qua Christi corpus & anima ad inuicem coniuncta fuerunt. Et hoc ponens ista pars articuli quinti dicit. Surrexit à mortuis. Et hæc partem ponit apostolus. 1. Corin. 15. d. Tradidi uerbis imprimis quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris: & quoniam sepultus est: & quia resurrexit tertia die &c.

Gala. 5.

1. Cor. 15.

835 De penit. diffinitam.

**Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.**

Hic consequenter petit plenam à peccatis mundationem. Vbi sciendum quod peccatum commissum diuturnitate semper augetur. quia impoenitentia de peccato quamdiu durat: & peccatum amplius aggrauatur. quoniam ut habetur extra de consuetudine. cum tanto. Peccata tanto sunt grauiora. quanto diutius infelicè animam detinent alligatam. Dauid autem in istis peccatis adulterij & homicidij &c. diu permansit antequam peniteret vel confiteretur: scilicet per annum vel circa. Quod ex hoc probatur: quia iam natus erat puer quem per adulterium conceperat Bersabee de ipso Dauid. Vnde quando Natham reprehendit eum sibi inter alia prædixit. Filius qui natus est tibi morte morietur. Peccata autem quanto sunt grauiora & diuturniora difficilius lauantur & purgantur. Sicut macula in panno recens facilius lauitur: sed antiquata difficiliter. Et ideo dauid plenè penitens uolens ostendere grauitatem peccati sunt ex diuturnitate temporis: nõ solum petit per Dei misericordiam lauari. s. ab actu peccati: sed etiam amplius lauari propter diuturnitatem in peccato habitam. d. *Amplius laua me &c.* Alia etiam ratione hoc idem petit. Nam pena. conueniens est necessarium ad culpam: quia peccatum impunitum esse non potest: sed mitigari potest. Videns autè Dauid quod à Deo erat ordinatum, ut peccatum suum grauius ac multipliciter puniretur: orat ut non solum à peccato lauetur: sed etiam amplius à pena multiplici liberetur. Nam poenitenti sibi per Natham reuelatè ex parte Dei. 2. Reg. 12. Prima quod à filio suo persequeretur & de regno expelleretur. Vnde sibi dixit. Non recedet gladius de domo tua. Secunda quod sicut ipse uxorem alterius tulerat: sic & coram eo alius scilicet Absalon tolleretur uxores ipsius Dauid: & dormiret cum eis publicè: quod & factum fuit. Tertia quod peccatum suum quod secretè fecerat, omnibus fieret manifestatum: quod & factum fuit. Ideo postea Dauid continuè populo fuit exosus, quamdiu uixit. Quarta quod puer ille ex adulterio natus moreretur: quod & factum fuit ibidè. Videns ergo Dauid tot pœnas pro peccato sibi prædictas: Deum orat pro remissione culpæ & iniquitatis, dicens. *Laua me ab iniquitate mea.* Item pro remissione illarum pœnarum: uel saltè mitigatione. d. *Amplius munda me à peccato meo* ut sit sensus. *Amplius. i. etiam: dicit ergo laua me ab iniquitate mea. & ultra hoc peto amplius. s. à peccato meo munda me.* Et

2. Reg. 12.

4. Reg. 12. Peccatum. Pœna.

hic hic accipitur peccatum pro pœna: iuxta modum loquendi Petri apostoli de Christo dicentis. *Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum crucis &c.* ubi patet expressè: quod peccata ponit pro pœna peccati. Similiter & in proposito. Vel ideo amplius lauari petit. eo quod peccatum suum grauariatur ratione dignitatis & prælationis: quia quanto altior est gradus: tanto grauior est casus. Idcirco amplius gratia mundationis indigebat, quam si fuisset simplex subditus ipse Dauid qui erat rex populi Dei.

**Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.**

Hic consequenter assignat multiplicem rationem qua Deus peccatum suum sibi remittere debet. Et diuiditur in tres partes: secundum quod tres adducit rationes. Prima est ex parte ipsius poenitentis. Secunda ex parte dei promittentis: ubi. *Tibi soli peccaui.* Tertia est ex parte humanæ fragilitatis: ubi. *Ecce enim. Quarta ex parte diuinæ ueritatis: ubi. Ecce enim ueritatem.* Quantum ad primum sciendum quod diuina iusticia peccatum impunitum dimittere non potest: quia uel homo illud punit per contritionem: uel Deus illud punit per damnationem. Et cum idem peccatum semel sufficienter punitum, amplius puniri nõ debeat: hinc est quod quando homo uere poenitet de peccato commisso, & sic ipsum punit: Deus illud dimittit & amplius nõ punit. Et hoc est quod dicitur de poeni. dif. 1. si peccatum. Impunitum non dimittit Deus peccatum: quia aut homo punit. s. per uerè poenitentiam, aut Deus punit. Ad propositum ergo Dauid ad uocè Natham prophete statim doluit de peccato commisso & poenituit: & sic ueniam meruit. Et hanc rationem hic insinuat Dauid. d. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* quasi dicat. Miserere debes mei, quoniam iniquitatem meam tanquam uerus poenitens recognosco. *Et peccatum meum contra me est semper.* i. mihi displicet tanquam mihi contrarium. quasi. d. Sicut suum contrarium quilibet abhorret uideret: sic & ego peccatum meum abhorreo. Vnde secundum glo. Dauid hic respondet cuidam tacite quæstioni. Possit enim quis ipsi Dauid dicere. Tu petis per misericordiam peccatum tuum deleri. quid ergo erit: per misericordiam sic peribit iustitia ut peccatum tuum sit impunitum. Respondet huic quæstioni Dauid dicens. non manebit impunitum: quia ego punio. Et ideo tu ne punias: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* ideo ignosce: quia ego agnosco, nõ dissimulo. propter quod subdit. *Et peccatum meum contra me est semper.* i. coram facie mea. sic enim accipitur contra pro coram. Vnde & alia littera habet. *coram.* Contra se ergo habet peccatum qui eius scditatem recogitat: post se peccatum habet, qui de illo non pensat. Prius enim Dauid habuit peccatum suum post tergum, quando Natham proposuit sibi parabolam de diuite qui rapuerat ouem pauperis: & ipse sententiam contra diuitem dedit oblitus: quia ipse erat ille diues, qui morte dignus erat. sed ad uerba Natham statim peccatum coram mente sua statuit: ut uerus poenitens. Et idcirco nunc dicit. *Et peccatum meum contra me est semper.* Norandum quod initium salutis peccatoris est

1. Petri.

836

Peccatum poenitenti.

De poeni. dif. 1.

Cognitio peccati.

est seipsum & sua uitia cognoscere. quia illis cognitis, statim remedia quærit. Sicut homo se infirmum non cognoscens: non quærit remedia. propter quod dicit Seneca epistola sexta. quod signum est meliorati animi, cum uitia sua cognoscit. ostendit per simile. Quibusdam enim ægris congratulamur, cum se ipsos egros esse senserunt. Et ideo homines qui suos defectus non aduertunt: correctores quærere debent, qui eos doceant quando peccant. Sic enim in proposito Dauid peccata sua non aduertebat: sed per Natham correctus illa cognouit: propter quod dicit. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.* Vnde Aug. ait. O homo si te uideres, tibi displiceres, & mihi placeres: sed quia te non uides, mihi displices, & tibi places. Et ideo opus maximæ charitatis est corripere peccatorem: ut se & sua peccata cognoscat. Non est enim aliquis tam sapiens, qui omnes suos defectus cognoscat. Vnde legitur in libro de dictis philosophorum. quod quidam fuerat in seruitio Alexandri diu commoratus: & nunquam de aliquo uitio increpauerat Alexandrum. Qui tandem dixit Alexander. Non delector in seruitio tuo. Et cum ille peteret causam. Respondit Alexander. Quia cum tanto tempore mecum fueris, me nunquam de aliquo uitio increpasti. Aut enim nunquam perpendisti me errare: cum tamè pluries errauerim: & sic ignarus es. aut percepisti & mihi occultasti: & sic infidelis mihi fuisti. Et propter istam causam dicebat Plato, quod magis nobis proficiunt inimici quam amici: quia inimici uitia nostra nobis impropèrât: & sic nos ad illorum cognitionem ducunt: amici autem illa cooperiunt & occultant: propter quod melius est à sapiente corripì, quam ab adulatore decipi. Ex quibus omnibus patet quod peccati sui cognitio facit ipsum detestari & fugere: quia sicut quilibet naturaliter fugit uitia priuari. sic & fugere debet peccato maculari: quia peccatum ipsum tollit & priuat uitam hominis. Quod sic probat. Quia peccator solo corpore uiuit & non anima: quia uita animæ est ipsa gratia dei qua caret peccator. ut dicit magister lib. 4. Et ideo tales carentes gratia: carent & uita animæ. Cum ergo denominatio debeat fieri à principaliori parte hominis: cuius est anima: & in ipsis non uiuat anima, sed sit mortua: sequitur quod ipsi merito non uiuunt: sed mortui dignè sunt dicendi. Iuxta illud apo. 3. Nomen habes quod uiuas & mortuus es. Et hoc est quod dicit Seneca epistola. 78. quod non est dicenda uita quamdiu uixeris, sed solum quamdiu bene uixeris. Hoc bene considerabat ille, qui postquam in sæculo per multa tempora peccator fuerat: tandem peccata sua cognoscens & poenitens religionem ingressus uirtuose uixit. Vnde cum à quodam fuisset interrogatus quantum in hoc mundo uixisset. Respondit dicens. Vixi. Fuerat enim in religione. xvij. annis. Tunc interrogans dixit. Non dubito quod uixisti: sed quantum uixisti, interrogo. Respondet ille. Quantum uixi dixi, uoluit dicere illo tempore me uixisse non reputo, quo male uixi, sed solum illo quo bene uixi. Vixi autem bene per tot annos: quod significant liter e numerales illius dictionis vixi. quia significat xvij. quia ibi est. v. significans quinque. & x. significans decem. & duo ij. qui significant duo, quia solo illo tempore uixi, quo peccatum meum cognoui: quia ad peccati cognitionem se-

Seneca.

Humilis Deo placet. Augusti.

Exemplum ualde notandum.

Nath.

Pla.

Apoc. 3. Seneca.

quitur peccati poenitentia. Vnde Leui. 4. dicitur. *Leui. 4.* Cum cognouerit homo peccatum suum offeret capram immaculatam. i. seipsum admodum capræ se Deo debet offerre. Capra enim secundum naturales carnes habet ficcas & difficillimè digestionis, pilos habet asperos: & cibo uirtuè grossior: quia, scilicet, uirgultis arborum. Sic uerè tales peccatum suum cognoscentes: ut Deo satisfaciant carnem ficcam habere debent per abstinentiam & ieiunium: quæ debet esse difficilis digestionis. illud enim quod dirigitur, in alimentum uel substantiam digerentis conuertitur. Talis autem carnem non debet dirigere: quia affectiones carnales non debent à nobis sic recipi: ut in nobis per approbationem conuertantur. Pilos etià asperos debet habere: quia carnem suam non molibus uentibus: sed magis cilicio operire debet. Cibus grosso debet uti, id est, solido, scilicet, uerbo: quod est tantæ soliditatis, quod manet in æternum. Et sicut capra uias asperas ascendit ad alta: sic & talis per asperam poenitentiam uiam ad alta, id est, ad celestium contemplationem peruenit: et quia, scilicet ex hoc cognoscat Deum quem per peccatum offendit. Et tunc dicit illud psalm. 118. *Psalm. 118.* Cognoui domine, quia æquitas iudicia tua: & in ueritate tua humiliasti me. Sic & Dauid sua errata cognoscens dicit. *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco.*

Capra. Poenitens.

Psalm. 118.

**Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.**

Hic inducit secundam rationem qua sumitur ex parte Dei promittentis. Vbi notandum quod antequam Dauid prædicta peccata adulterij & homicidij committeret: dominus ei promiserat quod firmaret regnum suum ad filios suos & postereros: & quod filius suus ædificaret templum domini. ut patet. 2. Reg. 7. Item quod ex semine suo christus nasceretur. ut patet. psalm. 131. Iurauit dominus Dauid, & non frustrabitur eum: de fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Statim autem cum peccatum Dauid fuit publicatum, multi ex populo dicebant prædictis promissionibus se indignum fecisse: & ideo ipsum illis esse frustratum. Et ideo Dauid pro remissione peccati obtinenda, dictam promissionem allegat Deo. d. *Tibi soli peccaui.* Et quomodo dicit *Tibi soli peccaui.* Nonne peccauerat contra proximum auferendo sibi uxorem: & ipsum morti tradendo cum multis aliis. Respondeo: quod aliud est peccare contra aliquem, aliud est peccare alicui: peccat contra aliquem qui illum suo peccato offendit: peccat alicui qui subicitur illi, ut scilicet per ipsum puniri eius peccatum debeat. Et peccamus in proximum illum offendendo, sed peccamus iudici: nos eius punitioni alligando. Quia ergo Dauid ista peccata committendo erat rex: & in terra superiorem iudicem à quo puniri deberet non haberet: ideo soli Deo se peccasse uerè constituit. Et hoc est quod dicit glossa. *Tibi soli peccaui.* Quod ideo dicit, quia rex est omnibus superior: & ideo solum à Deo, qui est ipso maior puniendus est. Si quis autem de populo errauerit, & Deo peccat & regi. Rex uero soli Deo peccat, quia non habet hominem, qui eius facta diiudicet. Sic enim ipsi Natham quando eum reprehendebat: ait Dauid. Peccaui domino. Ex hoc autem non

837 De poeni. dif. 1. & uenit.

2. Reg. 7. Psalm. 131.

Peccata.

1. Reg. 12.

Hebr. 4

Iob. 13.

Iudicare. Arguere.

non negat quin etiā peccauerit in proximum : & contra proximum: propter quod de peccato facto in proximum subdit. *Et malum corā te feci.* Sciebat enim Deum ubique esse præsente, & omnia vidētem, sicut dicit Apostolus. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Vnde modo seipsum arguit coram Deo, corā quo ante peccare nō erubuit: ut ipsum saluatore inueniat. Et hoc est quod dicitur Iob. 13. Vias meas coram illo arguā: & ipse erit saluator meus. Quod exponens Greg. 1. 1. morum. c. 19. dicit. Cū Paulus apostolus dicat. Si nosmetipsos diiudicarem non vti que iudicaremur. Eo tunc dominus saluator inuenitur quo nunc prætimore domini coram ipso peccatum nostrū à nobismetipsis redarguitur. Vnde electi quique suis culpis nunquam sciunt parcere, ut possint culpārū iudicē placatum inuenire. Et verē postmodum eum saluatorem inuenire credunt: quē modo districturn iudicem metuunt. Nam qui sibi nunc in culpa parit: ei postmodum nō paritur in poena. Sic ergo nunc & conformiter psalm. non sibiipsum parit, sed seipsum arguit coram Deo. *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci.* Sequitur. *[Vt iustificeris in sermonibus tuis.* Vbi sciendum ut dictum est quod multi considerantes peccata Dauid enormia quę fecerat: dicunt quod Deus sibi nō compleret promissa: quia indignum se fecerat. Et post consequēs dicebant Deū in promissis non esse veracem. Petens ergo iste peccatorum veniam hanc rationē allegat. d. *Amplius laua me ab iniquitate mea.* Ad hoc. scilicet. *Vt iustificeris in sermonibus tuis. id est, ut iustus & verax ab hominibus iudicaris. ut scilicet, sicut non te iudicant veracem in promissis, quia non credunt te mihi implere promissa, ita si me mundaueris à peccato & promissa compleueris: te iustificabunt, id est, iustum credent.* Et sic rogo *ut vincas cum iudicaris.* quasi dicat, Tu iudicaris ab hominibus non verax, ergo imple promissa: ut opinionem hominū vincas: quia te iudicant. Vnde non est sensus: quod Deus si dimittat peccata iustificetur, id est, iustus efficiatur: sed quod iustus apparebit per effectum hominibus & videbitur

838

De conse. di. 3. firmissime.

**Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.**

Peccatum originale. Concupiscentia.

Rom. 7.

Hic inducit tertiam rationem quę sumitur ex parte nostrę fragilitatis. Vbi sciendū quod natura humana peccato originali sic est vulnerata, ut ad malum inclinetur: & sensualitate trahatur deorsum. Nam ex primo peccato facta est quaedam rebellio inter carnem & spiritum, quia sicut spiritus fuit Deo rebellis: Deī nō obseruando præcepta, sic iusto Dei iudicio factum est, ut caro quę prius spiritui subdebatur: ipsi spiritui rebellando contra ipsum concupiscat. Vt Apostolus in persona omnium dicat. Ego autem carnalis sum: venū datus sub peccato &c. Quod ideo dicit secundū glossam ibidem. Quia ex primo peccato concupiscentia contra spiritum nata est in carne. Ex qua concupiscentia carnis quicquid peccati est in dictis, in factis & cogitationibus, totum oritur ex illa concupiscentia, quę ex primo peccato processit. Et si consentientem traxerit, atque ille consenserit, tunc concipit paritque peccatum. Ex quibus apparet, quod homo ad concupiscentiam contra illa quę sunt spiritus, per car-

nem peccato corruptam trahitur. Cui concupiscentiæ difficile est resistere, ut Apostolus ibidem dicit. Non quod volo bonum: hoc ago, sed quod odio malum: hoc facio. Quod ideo dicit, quia ex carne est concupiscentia. Et si non assensum præbeo: ex ratione tamen adhuc confugio: nondum vici, magnum mihi est certamen, quia & si concupiscentia non consentio, tamen adhuc concupisco & nolo, facio ergo quod odio, scilicet, concupiscere. Ex quibus apparet quod peccatū quod oritur ex carnis concupiscentia minus est & magis venia dignum, quam fuisset ante primum peccatum, quando concupiscentia non erat in carne: quia quanto peccatum à maiori tentatione & impulsu progreditur, tanto minus peccanti imputatur, quia minus habet de voluntario. Hanc ergo rationem adducens scilicet, carnis concupiscentiam quę continuum bellum contra spiritum facit dicit. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum.* scilicet in peccato originali, ex quo caro concupiscit aduersus spiritum. Et per consequens peccatum meum magis est remissibile. Sed statim in surgit dubiū, quomodo Dauid vel quilibet alius concipitur à matre in peccatis originalibus, quia certū est quod tempore, quo mater concipit prolem, ibi nō est in conceptu anima rationalis, quę non creatur & corpori infunditur, nisi post corpus conceptum formatum & distinctum, corpus autem conceptum non habet debitam formam, nisi post quadraginta dies à conceptione, si est masculus, si autem femina post octuaginta. Cū ergo peccatum non possit esse nisi in anima, & quando mater concipit fetum: ibi non est anima, quomodo ergo mater in peccatis concepit fetū. Ad hoc respondetur dupliciter. Primo quod illud peccatum vel illa peccata: in quibus fetus concipitur, non sunt peccata prolis concepta, sed parentum concipientium. Licet enim ante primum peccatum hominis carnalis copula possit fieri sine libidinosa concupiscentia, tamen post peccatum fieri non potest absque libidinosa concupiscentia: quę semper est vitium & peccatum, ut dicit magister li. 2. di. 3. 1. nisi exuletur per bona matrimonij, ut scilicet ad mortale non imputetur. Sic ergo in peccatis concipit eum mater eius, quia parentes ipsum concipiendo peccauerunt ex libidinosa concupiscentia: saltim venialiter. Secundo dicitur quod in peccatis concepit eum mater eius, quia in conceptione feminis in semine concepto est quaedam necessitas ad causandum peccatum originale in anima, quando fuerit eadem coniuncta. Sic enim aliud dicitur fieri cum fit illud ad quod illud necessario dicitur consequi. Verbi gratia. Dixit Deus primis parentibus. In quacunque hora comederitis de ligno scientiæ boni & mali: moriemini. nō quidem quod statim mortui fuerint: quando de ligno comederūt, quinimo post Adam vixit nongentis & triginta annis. Sed idcirco dictum est, quacunque hora comederitis moriemini, id est, contrahetis necessitatem moriendi, sic in proposito. Et ideo notant doctores quod peccatum originale contrahitur dupliciter, scilicet causaliter & formaliter. Contrahitur causaliter in conceptione feminis, quia tunc contrahitur necessitas ad ipsum contrahendum formaliter, quando anima creata infundetur corpori, nisi interim deus per suam gratiam purificet & sanctificet semen conceptum

839

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

1. 1. 1. 1.

conceptum ab illa libidinosa concupiscentia: sicut fuit in conceptione beatę Marię. Contrahitur autē formaliter in conceptione hominis. Et ambę duę prædictę solutiones sunt venerabiles. Anselm. in lib. de conceptione beatę Marię. Istam materiam diffusę declarauit in tractatu de conceptione beatę Marię. Vide ibi.

**Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi.**

Hic adducit quartam rationem, quę sumitur ex parte diuinę veritatis. vbi notandū quod quia in præcedenti ratione videbatur aliquo modo peccatum suum excusare ex concupiscentia carnis quę in cōceptione trahitur. Ideo ut verus penitens vult ostendere quod quę dixit non dixit ad excusandum: sed magis ad gratiam impetrandam propter quod hic consequenter peccatum suum aggrauat. Quāto enim quis maiora recipit à Deo beneficia, tanto amplius peccans est Deo ingratus: & peccatum suum grauius existit. Inter alia autem beneficia Dei magnum beneficium est intellectus illuminatio ad veritatem cognoscendam, & diuinę voluntatis beneplacitum. Et ideo quanto magis quis à Deo intellectum habet illustratum ad cognitionem superiorum agendorum & fugibilium: tanto amplius peccat ceteris partibus. Quod ostēdit Greg. 18. li. moral. cap. 7. d. Scriptum est seruus qui cognouit voluntatem domini sui: & non fecit secundū voluntatem eius vapulabit multis. Qui autem non cognouit, & nō fecit digna plagis vapulabit paucis. Rursumque scriptum est. Scienti bonū facere & non faciēt, peccatum est illi. Ad maioris ergo culpę cumulum hostes suos sancta ecclesia perhibet scire quod sequi debeant, & sequi nolle quod sciunt: de quibus alias dictum est. Descendant in infernum viuentes. Viui sunt qui sentiunt quę erga illos sunt. Mortui enim omnino nec sciūt neque sentiunt. Mortui itaque qui nō sentiunt proficiētibus: viuētēs vero qui sentiūt proficiētibus: ponit scientes in infernum descendere est scientes sentientēque peccare. Sic ergo magnitudo scientię peccantis peccatum eius aggrauat. Sed quis altius illuminatus à Deo fuit ipso Dauid ut clarius cognosceret secreta Dei mysteria, Dei iudicia: quę faciēda quę vitāda ipso Dauid? vnde propheta per excellentiam dicitur. Sicut cū apostolus dicitur absolutē intelligit Paulus: sic cū absolutē dicitur propheta intelligitur Dauid propter altitudinem scientiæ: quia à Deo fuit inspiratus. Vnde alias dicebat Psal. 15. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum. Ex quibus omnibus sequitur quod grauissimē peccauit dum adulterium homicidiumque commisit. Et ideo ut facilius mereatur veniam, se ut verus penitens accusat. d. *Ecce enim veritatem dilexisti.* Hic enim veritas pro iustitia accipit, ut Psal. 84. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi. *Ecce ergo veritatem.* id est iustitiam dilexisti. Psal. 10. Iustus Dominus & iustitias dilexit. Quę quidem iusticia peccati mei punitionem exigit. Quod quidē peccatum est magnum, quia directē factum per malitiam non per ignorantiam, quia tu incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi. Vbi per occulta & incerta sibi reuelata intelligit arcana mysteria sacrę scripturę quę aliis sunt occulta &

incerta: sed isti manifestata fuerūt: ut est beatorū gloria, dānatorum supplicia, & similia. de quibus multoties agit in psal. Vnde de ipso singulariter potest dici illud Iob. 28. Profunda flumiorū scrutatus est: & abscondita produxit in lucē. Vel per abscondita & occulta intelligit mysteriū incarnationis Christi: quod etiam ante ascētionē multis beatis angelis fuit occultū & incertum. Vnde hic ait gl. *Incerta & occulta &c.* i. aduentum filij tui quod aliis incertus est, & aliis occultus. Per hęc enim prophetiam notat, quod ei reuelatum est ut sciret quod Dei filius de suo semine nasceretur. vnde sibi à peccato magis erat canēdum. Vel per incerta & occulta intelligit remissionē peccatorum suorū sibi reuelatā, per Nathan prophetā, qui sibi penitenti dixit. Dominus transulit peccatū tuum. Incerta enim & occulta sunt quę peccatoribus ignoscit Deus. Vnde sub hac incertitudine Niniuitę penituerunt dicentes. Quis scit si cōuertatur & ignoscat Deus? Sed hoc ipse Dauid per Nathan prophetā fuit reuelatum. Vnde ipse Dauid Deo dixit. Tu domine reuelasti auriculā serui tui. Nūc ergo domine tu es verus Deus: & verba tua erūt vera. Sequendo materiā articulo restat agere de sexto articulo & de sexto fundamēto ciuitatis hierusalem quod erat sardius. Sextum autem articulum posuit Iacobus minor. d. Ascendit in cælū seder ad dexteram Dei patris omnipotētis. Et hic articulus rectē figuratur per sextum lapidem, qui est sardius. Vbi notandum quod iste articulus duas partes continet principaliter: quia ostendit quod Christus à terris eleuatur à cælestibus: ut homines cōprehensores efficiat iocundius: quia Ascendit in cælū. A dextris patris collocatur verius: ut homines viatores, prægat ab hostibus: quia Sedit ad dexterā Dei patris omnipotētis. Hęc autē duę huius articuli partes per sardiū lapidē figurantur. Quoniam hic lapis secundū magistrū vbi supra. Expellendo rādium latificat iocūdus: cuius effica cæli figuratur gloria: quoad primū. Roborando animū fortificat solidius: cuius ex potētia patris figuratur dextera: quoad secundū. Primū ergo continet dictus articulus qualiter Christus à terris eleuatur &c. Postulat enim ordo rationis: ut sicut Dei verbum se nobis copulando de cælo ad terras descenderat: sic ut nos suę copularet glorię de terris ascenderet ad cælum. Quantum enim descendit aqua tantum naturaliter per conductum ascendere potest. Et ideo sicut Christus de cælo descendit ad terram: sic de terra ad cælum scandere debuit. Vnde glossa super illud apoc. 12. raptus est &c. dicit Raptus est dei filius: & ascendit ab humilitate ad diuinitatem in transfiguratione: à passibilitate ad immortalitatem in resurrectione: à minoritate ad patris æqualitatem in ascētionē. Quia quantum fuit descensus de sinu patris ad patibulum crucis: tantus fuit ascensus à patibulo crucis usque ad dexteram patris. Ad hoc autem ascēdit (ut dicebant) ut homines comprehensores efficiat iocundius: quia in hac ascensionē ipse ianuam cæli omnibus prædestinatis aperuit. Quia sicut sua resurrectio fuit causa nostrę resurrectionis: sic & sua ascensio nostrę ascensionis. Vnde Aug. in sermone de resurrectione. Quorū sepulchra in passione domini sunt patefacta horū corpora Christo resurgente sunt resuscitata. Dicebat enim ut ille primum resurgeret: deinde alij: sicut

Iob. 18.

2. Reg. 12.

2. Reg. 7.

Sardius arit culus sextus.

Ascensio.

Apoc. 12.

Resurrectio.

Augusti.

1. Cor. 15.

Psal. 46.

2. Reg. 28.

1. Thim. 2. Quæstio. Assensio christi.

Iuan. 3. Motus.

sicut dicit apostolus. Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientium. Et sicut ipsi cum domino surrexerunt: sic etiam ipsi cum ipso ascendente ascenderunt. Si ergo ista Christi ascensio est causa nostræ glorificationis: bene sequitur quòd nobis debet esse causa magnæ lætitiæ & exultationis. In cuius figuram dicitur Ascendit Deus in iubilò: & Dominus in voce tubæ. Hæc autem huius articuli pars, scilicet quòd Christus à terra eleuatur &c. clarè in isto sexto lapide, scilicet sardio figuratur: Quoniam hic lapis expellendo tædium lætificat &c. Nam vt dicit magister lib. 16. Hic lapis excitat gaudium, & excutit timorem & onyccem reprimat, ne sua præsentia nocere possit. Quæ omnia planè ad cœli applicari possunt gloriam. Ideo de gloria paradisi, per hunc lapidem significatam: cuiuslibet beato dicitur. Tu in delictis paradisi dei omnis lapis preciosus operimentum tuum: sardius topazius &c. Et ideo de Christo sic ascendente & nobis felicitatis ianuam aperiente dicitur Micheæ 2. Ascendit iter pandens ante eos. Et hoc notat prima pars articuli dicens. Et ascendit in cœlum. Sed circa istam partem primo dubitatur. Qualiter fuit possibile Christum in cœlum ascendere. ratio deest: quia Christus post resurrectionem non potuit moueri: ergo nec ascendere. consequentia nota: quia omnis ascensio motum includit. probatur antecedens: quia omnis motus est actus imperfectus: quia omnis motus fit propter indigentiam termini ad quem, quo caret. Sed corpus Christi post resurrectionem cum esset glorificatum nullum poterat habere actum imperfectum: nec aliquo carere: ergo nec moueri, nec ascendere. Præterea, si Christus ascendit in cœlum: aut ascendit secundum quòd homo: aut secundum quòd Deus. Non secundum quòd Deus: quia ascendere & descendere sunt proprietates circumscripti corporis: cuiusmodi non est Deus. Nec scdm quòd homo: quia non descendit scdm quòd homo ergo nec ascendit scdm quòd homo. Antecedens notum: quia humanitatē suā non attulit de cœlo secundum errorem Eutyctis & Origenis: sed ipsam de matre virgine assumpsit. & patet consequentia: quia secundum eandem naturam ascendit: secundum quam descendit. secundum illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum nisi qui de cœlo descendit. Ad oppositum est articulus. d. Et ascendit in cœlum. Respondeo, vnde pro declaratione primæ difficultatis sciendum quòd quedam mouentur à principio extrinseco: & talis motus arguit imperfectionem in mobili. Quædã vero à principio intrinseco: vt puta quia habent motuum in seipsis vt animata. Et ista sunt in duplici differentia: quia quedam mouentur propter supplementum indigentie, in quibus est motus: & iste arguit imperfectionem. Alius autem est motus ad virtutis declarationem. Primus motus ponit imperfectionem in mobili. Secundus vero perfectionem. Ascensio autem Christi non fuit motus habens principium extra se: nec ad supplementum indigentie: sed habuit principium intra se. scilicet suam beatam animam. & naturam corporis glorificati obedientem animæ: & vtrumque obediens diuinitati. Et sic talis motus in ipso arguit perfectionem sine imperfectione. Ad secundum dico, quòd sic secundum aut potest denotare conditionem ascendentis: & sic ascendit secundum quòd homo, vel secundum naturam humanam quæ loco contine-

atur & motui potest subiici, & non secundum naturam diuinam: aut designat causam ascensionis: & sic ascendit secundum quòd Deus: non secundum quòd homo: quia ascendit virtute diuinitatis: Vnde Aug. in sermone de ascensione. De meo est, quòd filius dei ascendit in cruce: de suo quòd ascendit in cœlum. Et sic patet qualiter intelligitur illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cœlum &c. quia ipse filius hominis vnus & idem deus erat & homo: qui descendit in quantum deus, quia se metipsum exinaniuit in incarnatione. Ascendit autem secundum quòd homo. Hanc autem articuli primam partem concludens apostolus ait. Qui descendit ipse est: & qui ascendit super omnes cœlos, vt adimpleret omnia. Si ergo hic lapis sardius excitat lætitiā, & excutit timorem vt dictum est: meritò significat statum cœlestis gloriæ: vbi nostrum perfectum est gaudium: & nullus reperitur timor.

**Asperges me domine hyssopo & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.**

Hic consequenter David petit gratiæ infusionem. Multiplicè enim à deo hic postulat gratiā. s. gratiam humiliantem in principio. Secundo gratiā iocundantem: ibi. *Auditui*. Tertio gratiam absoluentem: ibi. *Auerte*. Quarto gratiam iustificantem: ibi. *Cor mundum*. Quinto gratiam confirmantem: ibi. *Ne proicias*. Sexto gratiam illuminantem: ibi. *Redde mihi*. Distinguitur enim Dei gratia secundum diuersos effectus eiusdem. Primo ergo postulat gratiam humiliantem: vt sicut peccando se crexerat contra Deum, eius madata contemnendo: sic modo p poenitentia seipsum humiliet se Deo totaliter subiiciendo. vnde dicit. *Asperges me domine, &c.* Vbi notandum quòd per hyssopum herbam significatur humilitas. Quoniam secundum quòd dicunt naturales: hyssopus est herba humilis, id est parua: medicinalis, quia purgat pulmonem: radix eius petreæ hæret. Sic verè virtus humilitatis est parua, scilicet in sua reputatione, licet sit magna in conspectu domini: quia quilibet paruus in conspectu suo magnus est in conspectu domini: & quilibet magnus in conspectu suo, paruus & abiectus est in conspectu Dei. Sic enim dixit Samuel ad Saul. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput factus es in tribubus israel. Secundo hyssopus purgat pulmonem Nam secundum naturales: in pulmone manent inflationes: & sic significat inflationem superbie quam purgat humilitas, sic enim virtute humilitatis dixit David. Humiliabo me & vilior fiam in conspectu domini. Tertio radix hyssopi petreæ hæret: & sic humilitas petreæ quæ Christus est. (1. Corint. 10. Petra autem erat Christus.) nos facit humiles: quia solum humiles Christum imitantur. Discite à me: quia mitis sum &c. Sic ergo per hyssopum virtus humilitatis designatur. Quid est ergo dicere domino. *Asperges me domine hyssopo & mundabor*: nisi asperge me virtute humilitatis & mundabor à superbia. Attendant ergo aqua benedicta aspergentes se, dicendo. *Asperges me domine &c.* vt quod ore petunt fortius desiderent mente. Et quia superbia est omnis peccati initiū: sic & humilitas omnis virtutis & munditiæ est fundamentum. Ideo ad humilitatem sequitur plena

Asperfo.

Sanguis Christi.

Hebr. 12.

Asperforium.

Leuit. 14.

Hebr. 9.

Iud. 12.

Exod. 12.

Hebr. 9.

1. Petri 1.

Exod. 12.

plena purgatio mentis, propter quod subditur. *Lauabis me, & super niuem dealbabor*. id est habita humilitate mundus efficiat. & dicit *super niuem*, id est, incooperabiliter albus, & mundus ero: quia albedo spiritalis animæ incooperabiliter melior est albedine niuis corporalis. Quia autem isto versiculo sapius vtimur, nos aqua benedicta aspergetes. Ideo ad ipsius deuotionem confirmandam est notandum quòd multiplex est asperfo. scilicet Asperfo sanguinis Saluatoris, quo emundantur crimina. Asperfo sanguinis figuralis, quo asperguntur corpora. Asperfo aquæ salutaris, qua expiantur venialia. Primo est asperfo sanguinis Saluatoris &c. Sicut enim Pellicanus, vt filios viuificet ipsos proprio aspergit sanguine, sic Christus vt morte culpæ sublata, vitam nobis daret gratia proprio suo nos aspergit sanguine. Ad Hæbr. 12. Accessistis ad Iesum & sanguinis asperfohem melius loquentem quam sanguis Abel. vbi glos. Asperfo sanguinis Christi melius loquitur quam sanguis Abel: quia iste veniam petit ille vindictam: iste salutem ille damnationem clamat. Iste pro persecutoribus implorat indulgentiam, ille vindictam. Qui ergo à peccatis cupit mundari, isto sanguine debet aspergi. Sed quæ asperforium debeat esse figuratim ostenditur Leuit. 14. vbi dicitur, quòd cum ligno cedrino cocco & hyssopo tinget in sanguine passeris immolari, quo asperget leprosum septies & mundabitur. Et sic asperforium ex tribus debet componi, scilicet ex ligno cedrino cocco & hyssopo. Per hæc enim tria tres significantur virtutes Christi sanguinem super nos debemus aspergere. Per cedrum enim, quæ est arbor fortis & alta, cuius odor fugat serpentes, spem accipe quæ est de cœlestibus & altissimis quæ fortis est: quia omnem aduersitatem patienter tolerare facit, & suo odore fugat serpentes scilicet diaboli tentationes. Sed quia spes sine charitate esse non potest ideo secundum requiritur, scilicet coccus quod est genus tincturæ ruberæ. Et secundum Magistrum in gloss. ad Hæbr. 9. significat charitatem, quæ feruorem spiritus sancti igneo colore restatur. Tertio requiritur hyssopus. Et per hoc accipe humilitatem. Nam vt ait glo. Exo. 12. Hyssopus est herba humilis nascens in petris purgans peccata & pulmonem: & significat veram humilitatem, cuius exemplum Christus in seipso præbuit nobis. Sic ergo fasciculum, id est asperforium cecri cocci & hyssopi sanguine Christi tingimus, & nos illo aspergimus, quando memores Christi passionis spem in illum ponimus: ipsum charitate vera diligimus & eius humilitatē sectamur. Et ideo dicitur Exo. 12. Fasciculum hyssopi sanguine tingite & aspergite ex eo scilicet dicendo. *Asperges me domine hyssopo &c.* Et nota virtutem talis asperfohem: quia per ipsam primo peccata mundantur, quod probat Apostolus ad Hæbreos nono, dicens. Si enim sanguis vitulorum & hircorum asperfohem inquinatos sanctificat ad emundationem &c. quanto magis sanguis Christi &c. Secundo discordes pacificantur, prima Petri capitulo primo. In asperfohem sanguinis Christi nobis & pax. Tertio porta cœli nobis referatur. Exod. 12. Sanguis qui est in limine, aspergite ex eo superliminare, & vtrumque post. Quod exponens ibi Grego. in glo. dicit. Super vtrumque postem sanguis aspergitur quando non solum ore corporis, sed e-

tiam ore cordis hauritur, & ad imitationem intentam mente cogitatur. Nam qui sic redemptoris sanguinem accipit, vt imitari passionem eius nec dum velit: vnum solum postem Christi sanguine aspergit: qui etiam in superliminibus domorum aspergendus est. Domus enim mentes nostræ sunt, in quibus per cogitationem habitamus. Superliminare vero quod præminet actioni intentio est. Qui ergo intentionem cogitationis ad imitationem Christi passionis dirigit, superliminare domus aspergit sanguine Christi. Vel domus nostræ sunt corpora nostra, in quibus habitamus dum viuimus. Superliminare ergo domus Christi sanguine aspergimus, quando crucem passionis Christi in fronte portamus. Et hæc asperfo debet fieri septies, id est, contra septem peccata, propter quod Leuitic. quarto, dicitur. Sanguine asperget septies contra velum, id est, contra peccata: quod velum vel velamen dicitur, quia velat vel obfuscat intellectum peccatoris. Secundo principaliter est asperfo sanguinis figuralis. Vbi notandum quòd quadruplici figurali sanguine in antiqua lege fiebat asperfo, scilicet sanguine hædi, hirci, vituli, & vaccæ, & passeris. Ad significandum quòd sanguine multiplici peccata à nobis debemus aspergere, & expellere. Primo aspergebatur sanguis hædi. Exod. duodecimo. Immolabit hædum &c. & fasciculum aspergite in sanguine &c. Quid enim sanguis hædi nisi vitam significat luxuriosam, Quoniam vt ait Hieronymus super Mattheum. Hædus lasciuum animal est, & semper ad coitum feruens. Huius sanguis aspergitur, cum luxuriosa vita virtute continentie dissipatur. Sic enim figuratim sanguine Iesabel asperfohem est paries & equorum vngulæ &c. vt dicitur quarto Regum, nono. Iesabel enim quæ fluxus sanguinis interpretatur: significat ipsam luxuriam que in quodam fluxu consistit. Secundo aspergebatur sanguis vituli Leuitici quarto. Toller de sanguine vituli, & asperget septies digito contra propitiatorium ad orientem. Quid enim vitulus nisi superbus significat, qui vt vituli sunt sine iugo superioris: immo nec Deo subiici volunt, vt dicit Magister in gl. super illo verbo. Circunde derunt me vituli multi. Et sic sanguis vituli figuratim aspergitur cū superbia spargitur & deponitur. vnde dicitur Leuit. 4. Sanguine vituli septies aspergens altare, sanctificet illud ab immunditiis suis. Vbi per altare cor nostrum in quo sacrificium Deo offerebamus intellige. Tertio aspergebatur sanguis hircorum, secundo Paralipomenon, cap. vigesimo nono. Asperferunt sanguinem hircorum coram altari pro peccato populi. Quid enim sanguis hirci, nisi auaritiam significat: cuius tanta est caliditas vt adamantem quem nec ferrum, nec ignis domare potest, solus dissoluat. Quarto aspergebatur sanguis vaccæ. Numeri decimonono. Vaccam rufam ætatis integre, in qua nulla sit macula immolabit, intingens digitum in sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi. Secundum enim quòd ait Magister in glossa ad Hæbreos nono. Vacca rufa est caro Christi infirma. Sexus enim femineus positus est propter infirmitatem carnalē. Rufa est, quia caro Christi in passione, sanguine fuit cruciata. Ætatis erat integre: quia Christus in passione Tom. j. H h fuit



fuit triginta trium annorum. Absque macula fuit quia in illa nullum fuit peccatum. Huius ergo sanguinem figuratiter aspergimus septies, cum per memoriā suā passionis corda nostra ab omni purgamus peccato, ipsius sanguinem deuorē meditātes, secundum quod Apostolus ait. Accedamus vero corde in plenitudine fidei aspersi corda a conscientia mala. Et de isto sanguine dicitur ad Hæbr. 9. quod Moyses aspersit populum. d. Hic est sanguis testamenti, quod mandauit Deus &c. Ut ergo prædictis modis aspersi valeamus dicamus Deo. *Asperges me domine hyssopo & mundabor.* Tertia principalis aspersio est aquæ salutatis &c. scilicet aquæ benedictæ figuratē per asperionem aquæ expiationis: qua immundi aspergebantur ut mundarentur. Numeri. 19. Qui tetigerit cadauer hominis mortui, aspergetur hac aqua die tertio & septimo: & sic mundabitur. Tangens cadauer hominis mortui: est omnis descendens ab Adā seminaliter: cuius semen primo peccato fuit mortificatum. Sed si aspergatur aqua expiationis. s. baptisimi mundatur. Si tamen aspergatur die tertio & septimo. Die. s. tertio. i. in fide sanctæ trinitatis: & die septimo qui est dies requiescitionis. s. ut in illa fide requiescat: nec ab illa discedat. Vnde nota q̄ in asperione huius aquæ peccatum remittitur. Numeri. 8. Aspergatur aqua & radat omnes pilos suos. s. superfluas cogitationes ut purificetur. Item spiritus sanctus condonatur. 2. Macca. 1. Inuit Ne emias sacrificia aspergi aqua & ligna: & factū est ut cum lol resulsit accensus est ignis magnus &c. Vel per aquam expiationis accipe asperionem aquæ benedictæ per quam fugantur dæmones: peccata delentur venialia, & gratia multiplicatur vnde Alexander quintus dicit, & habetur in can. de consecrat. di. 3. aquam sale. Vbi sic dicitur. Aquam sale asperfam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi sanctificentur & purificetur, quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mādamus. Nam si cinis vituli aspersus, populum sanctificabat atque mundabat: multo magis aqua benedicta sale asperfa diuinisq̄ precibus sacrata, sanctificat populum. Et si sale asperfo per Heliseum prophetam sterilitas aquæ sanata est: quanto magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinos sanctificat & purgat &c. bona multiplicat: & insidias diaboli auertit, & a phantasmatis versutiis homines defendit. Sed forte multi mirantur quomodo per aquā benedictam asperfam peccata saltim venialia remittantur, & expellantur dæmones. Quia cum aqua benedicta sit res materialis, quomodo in animam potest agere illam purgando, vel dæmones expellere, cum secundum naturales corpus in spiritum agere non possit: quia corpus agit per contactum, spiritus autem tangi non potest. Sed ista dubitatio aliam mouet, quia eodem modo quæram sanguis Christi cum sit res materialis: quomodo potest animam à peccatis lauare, cum tamē dicatur Apoca. 1. quod Christus lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: vnde eadem difficultas est utrobique. Respondeo ergo & dico quod res materialis ut sic, in spiritū agere nō potest, sed rei materialis aliqua virtus spiritualis potest applicari, virtute cuius in spiritum poterit agere. Sic enim ignis infernalis qui est ignis materialis agit in animam ipsam cruciando: quia certa virtus spiritualis illi igni à Deo est communicata. Simili-

Hæbr. 10.

Hæbr. 5.

Aqua bene dicitur.

Numeri. 19.

Numeri. 8.

Aqua bene dicitur.

De conse. di.

Quæstio. Nota dubitatio sua ab solutione de virtute aqua benedicta.

ter & sanguis Christi virtute diuinitatis sibi coniuncta. Similiter & aqua benedicta: non ratione aquæ, sed ratione benedictionis spiritualis in animam agere potest, ipsam purificando. Etiam alio modo: quia considerata benedictione spirituali aquæ per ipsam aspersi accendimur ad Dei reuerentiam & deuotionem, per quam deuotionem quæ spiritualis est delentur venialia, & dæmones fugantur. Confimilem rationem ponit magister de sanguine Christi, quomodo purgat peccata. li. 3. dist. 19. d. quod per sanguinem mundamur. 1. per charitatem & deuotionem quæ per considerationem Christi sanguinis & passionis excitatur in nobis. Sic ergo cum fiducia & deuotione aqua benedicta aspergamur. d. *Asperges me domine hyssopo &c.*

**Audi tui meo dabis gaudium & lætitiā: & exultabunt ossa humiliata.**

Hic consequenter David postulat gratiam iocundantem. Vbi sciendum quod David sicut de prædicto adulterij peccato fuit reprehensus per Nathan Prophetam, statim corde pœnituit, & dolorem per contritionem magnum habuit: considerans quā grāde peccatū fecerat: vnde & dicebat Iniquitatē meam ego cognosco: & peccatum meū contra me est semper. Per hoc insinuat quod sine dolore peccati non datur venia. Quanto autem maior fuerit dolor de peccato, tanto impetrata venia maior est consolatio de remissione peccati. Quod narrabar alibi Psal. d. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Quod ad propositum exponit Greg. 35. morū. c. 8. d. Secundum metam afflictionis disponitur mensura consolationis. Vnde alias scriptum est. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. In ea enim mensura consolarum se in qua afflictus fuerat indicauit: qui lætificetur se secundum multitudinem dolorum clamat. Non autem minime lector instruitur: si ipsum remunerationis ordinē contempletur: quoniam excessus. i. peccatum correctio, correctionem pœnitentia, pœnitentiam venia, veniam vero munera & consolationes sequuntur. Et hoc est quod hic David ex dolore contritionis consolari de venia petit. d. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiā, & exultabunt ossa humiliata.* Quod ideo dicit, quia in sua pœnitentia descendit deorsum ad locum solitariū, & s. ipsum humiliando iacebat supra terram, ut habetur. 2. Reg. 12. Et nota hic tria verba iocunditatis, quæ distincte ponit scilicet gaudium, læticiam, & exultationem, ut ostendat quantam consolationem peccator post veniam debet habere, & intus & extra. Quoniam secundum Grammaticos illa tria distinguuntur: quoniam gaudium est mentis: læticia vultus: exultatio vero verborum atque membrorum. Dicit ergo Psal. *Auditui meo dabis gaudium &c.* id est post contritionem peccati facies me intus & extra tuam percipere consolationem. Notandum ergo quod gaudium siue læticia vel exultatio est multiplex. Est enim gaudium Temporale, quod est peccatorum, Spirituale quod est deuotorum. Supernale, quod est bonorum. Primum est gaudium peccatorum qui lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, non

841. De cons. di. 1. gaudium tem.

Constit. Consilium.

Gen.

Iob. 10.

Cor.

Pœnitentia.

Anima.

Sanguis.

2. Reg. 12.

Gaudium

non aduertentes quod scribitur. Qui gaudet iniquitate deuorabitur, quia tale gaudium ad tristitiam perducit æternam. Prouer. 14. Extrema gaudij lætus occupat. Dicunt naturales & maxime Solinus de mirabilibus mundi lib. 2. quod vox prima quæ emittit homo statim natus, est ploratus, quia si est masculus plorando clamat. A. si est femina clamat. E. Vox autem gaudij vel læticiæ vsque ad quadragesimum diem differtur. Et si contingat in aliquo oppositum malum signum est eius futuræ vitæ. Vnde dicit idem Solinus Zoroastes in hora suæ natiuitatis risisse legitur, quod in ipso malum fuit signum: quia factus adultus amplius nunquam risit. Hic adiuuentur magicæ artis fuit, & dæmonibus dedicatus. Sic spiritualiter facit gaudium mundi: quia ad malum finem suos perducit: propter quod quilibet in præsentī vita non gaudere mundaliter debet, sed semper planere, & in statu pœnitentiæ stare, considerata miseria tam culpæ quam pœnæ: quam propter posteritatem Adæ & genus incurrit humanum: vnde primos parentes. i. ipsorum peccatum semper in memoria debet habere, & ipsorum casum lacrymabiliter flere. In cuius signum masculus statim natus clamat. A. plorando casum Adæ: & femina E. plorando casum Euz. Si autem statim natus. i. ad ætatem adultam perducitur ridere & gaudere vult cum mundo, signum est quod talis erit dæmonibus dedicandus, & supplicij deputandus æternis, sicut fuit Zoroastes: quia de talibus dicitur Iob. 21. Tenent tympanum & citharam, gaudent ad sonum organi, ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferos descēdunt. Ergo vt gaudeamus æternaliter, differamus signa lætitiæ nostræ vsq; ad quadragesimum diem. Quid enim quadragesimus dies nisi dies quo homo à vinculis carnis absolutus ascendit ad gloriam. In cuius figura Saluator noster resuscitatus, quadragesimo die cælos ascendit. Quoniam huius mundi gaudium nihil est, & ad pœnam ducit æternam. Iob. 20. Gaudium hypocritæ ad instar puncti. i. in fine perdetur. Secundum est gaudium spirituale, scilicet deuotorum qui gaudent cum corpus affligunt per pœnitentiam, per quā liberantur à seruitute peccati. Quid enim est gaudium nisi cordis dilatatio. Cor autē dilatur amarum, sed dulcibus stringitur & oppilatur. Et amara sunt causa lætitiæ cordis, quia purgant & cor dilant: sed dulcia mortis. Dicit Auicenna. 3. canon. quod cor nutritur cum suis viribus naturalibus ex dilatatione sua attrahitur ad ipsum sanguis sicut & aer. Sanguis autem est eius nutrimentum. Secundum autem ipsum in eodem lib. quandoque circa cor multiplicantur humores qui bus cor constringitur & oppilatur: & sic dilatari non potest, & tunc interficitur. Quando autem illi humores per potiones amaras purgantur, sic respicit. Sic & spiritualiter amaritudine pœnitentiæ purgantur opulantiæ cordis nostri & voluntatis: & sic dilatatur. Quando autem cor dilatur nutritur spiritualiter. Nam sanguis Christi pro nobis effusus est spirituale nutrimentum cordis nostri: Leui. 17. Anima omnis carnis in sanguine est. Iste sanguis ad cor attrahitur per tribulationem & amaritudinem pœnitentiæ: quia qui in amaritudine pœnitentiæ gaudent ad cor reuocant Christi sanguinem & mortem. Sed circa multorum corda sic multiplicantur humores, & superfluitates temporalium quod de spiritualibus

nihil curant, propter quod ipsorum cor illis constitutum dilatari non potest, & sic vitam spiritualem perdunt. Vnde de gaudio pœnitentiū dicitur Eza. 12. Haurietis aquas in gaudio, aquas scilicet lacrymarum. Quantum enim gaudium debet habere pœnitens dum per pœnitentiam se à seruitute peccati videt liberatum. Refert enim Valerius quod Philippo rege Macedonum à Romanis superato. Cum Romani omnes vrbes Græciæ quæ sub Philippo erant, libertati donassent, tanta alacritate clamoris gaudio cælum repleuerunt, quod certitudinaliter constat, aues quæ desuper volabant artonitas & pauentes cecidisse. Sic multo fortius peccator qui vilissima diaboli seruitute per peccatum fuit oppressus, quando virtute doloris pœnitentiæ per Christum libertati donatur maximo gaudio repleri debet: vt dicit illud Psal. 29. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi. Et istud est gaudium quod nunc querit Psal. dicens. *Auditui meo dabis gaudium.* &c. Tertium est gaudium supernale beatorum quod consistit in facili Dei visione, de quo Psal. 20. Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Nunc prosequendo materiam articuloꝝ, restat declaranda secunda pars articuli sexti quæ est. *Sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.* Ad cuius euidentiam sciendum quod in scriptura sacra nomine dextere multa significantur, scilicet Deitatis honor & reuerentia. Psal. Dextera tua suscepit me. Felicitatis valor & excellentia. Psal. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Auctoritatis potestas iudiciaria. Psal. Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Et ideo ad videndum qualiter Christus sedet ad dexteram patris, est sciendum quod Deus Christus consideratur tripliciter, scilicet vel secundum quod Deus vel secundum quod homo, vel secundum quod Deus homo. Sic ergo accipiat dextera primo modo, sic sedet ad dexteram patris tanquam Deus, quia scilicet sic est vnus substantiæ, & per consequens vnus honoris & reuerentiæ cum patre. Quod ostendit Paulus ad Hæbr. 1. dicens de Christo inquantū Deus, scilicet. Qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ eius, portās omnia verbo virtutis suæ purgatione peccatorū faciēs sedet ad dexterā maiestatis in excelsis. Si autē accipiat dextera secundo modo, sic Christus sedet ad dexterā patris, inquantū homo: quia inquantū homo prior & maior beatitudo quā alicui alteri est cōtesa. Et ideo probans ipsum Apostolus maiorem habere beatitudinem, quā aliquis angelorum dicit ad Hæbr. 1. Ad quem autem angelorum dixit aliquando, sede à dextris meis &c. supple sicut Christo homini. glossa. Sede à dextris meis, id est, in potioribus bonis meis. Si autem accipiat dextera tertio modo, sic sedet ad dexteram Dei patris, inquantum Deus homo. Quia homini assumpto iudiciariam potestatem contulit pater iudicandi quoslibet secundum illud Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit filio. Et sic de Christo loquitur Apostolus ad Epheseos primo, dicens, Pater constituit eum ad dexteram in cælestibus super omnem principatum, & potestatem, & omnia subiecit sub pedibus eius. Hæc autem pars huius articuli, qua Christus ad dexteram patris sedet figuratur in sardio lapide, qui laborando animam fortificat solidius. Et sic per ipsum figuratur Dei dextera. Hic enim lapis Tom. j. H h 2 tripli

Psal. 29.

Psal. 10.

Dextera.

Hæbr. 1.

Ioan. 5. Ephe. 1.

Sardius.

tripliciter habet virtutem, qui triplicem dexteram Dei predictam significat. Quoniam vt patet per magistrum vbi supra: hic lapis resistit maleficiis. Ecce dexteram honoris diuinitatis & reuerentiam. Acuit mentem. Ecce dexteram valoris felicitatis & excellentiam. Confert audaciam. Ecce dexteram auctoritatis potestatis iudicariæ. De qua triplici dextera per sardium figurata dicitur Psal. 117. Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltavit me, dextera domini fecit virtutem. Ex predictis ergo patet quod hic lapis sardius sua efficacia prouocans lætitiã Christi figurat gloriã. Quia ascendit in cœlum. Conferens potentiam patris figurat dexteram. Quia sedet ad dexteram patris. Et ideo Christus qui ascendit ad cœli gloriã, & iudicandi habet potentiam. Hinc lapidi sardio similem asserit Ioan. Apoc. 4. de Christo dicens. Sedes posita erat in cœlo & supra sedem sedens, & qui sedebat similis erat aspectui lapidis iaspidis & sardij.

Apoc. 4.

842. de p. n. iust. a. cognouit

Auerfio.

Psal. 84.

Psal. 103.

**A**uerte faciem tuam à peccatis meis & omnes iniquitates meas dele.

Hic consequenter Psal. petit gratiam absoluentem. Vbi notandum quod secundum grammaticos Auerto. tis. duo habet significata. Est enim auertere idem quod remouere. vnde Psal. Auertere oculos meos ne videant vanitatem. Quandoque vero idem est quod tergum vertere. Qui autem tergum alicui rei vertit, illam rem non videt nec aspiciat: vnde Psal. Cœuertere nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Ne. sira tua nos videat vt puniat. Petens ergo Psal. à peccatis mundari, petit à Deo vt ab illis faciem suam auertat. id est, vt illa sic per veniam deleat vt amplius illa non aspiciat. d. *Auerte faciem tuam à peccatis meis &c.* Vnde hic notat glo. quod quando nos faciem nostram vertimus ad peccata nostra, vt ipsa consideremus ad puniendum, tunc Deus illa non respicit: quando autem ab illis faciem nostram auertimus, non considerando illa, nec puniendo: tunc Deus faciem suam ad illa vertit & puniat. Vnde sic ait glo. *Auerte faciem tuam à peccatis meis.* Non à me sed à peccatis meis: quia illa ante faciem meam habeo. Si enim homo aduertit peccatum, Deus auertit faciem suam ne puniat. Aduerte ergo peccatum, vt auertat Deus, ne aduertendo animaduertat. Quid autem sit Deum auertere faciem suam à peccatis nostris statim ostendit. d. *Et omnes iniquitates meas dele:* quia tunc auertit faciem, quando illa per veniam remittit & delet. Econtra autem de illis qui peccata sua nolunt considerare punite dicitur Psal. 103. In memoriam redeat iniquitas patrum eius in conspectu domini, & peccatum matris eius non deleatur. Et notandum hic quod auertit Deus se multipliciter à nobis. Quoniam Dei Auerfio quandoque est actus supernaturalis iracundiæ: quo Dei priuamur adiutorio. Auerfio quandoque est actus pietatis & clementiæ quo alto protegimur præsidio. Auerfio quandoque est actus æquitatis & iustitiæ, quo mali damnantur in supplicio. Auerfio quandoque est actus paternalis diligentiam, quo summo gloriamur in palatio. Primo auerfio Dei est quandoque actus supernaturalis iracundiæ. Multoties enim Deus nostris prouocatus peccatis: suam protectionem subtrahit auertendo se à nobis. Sic enim dicitur Psal. 88. Auertisti adiutorium gladij eius, & non est auxiliatus ei in bello. Quod ideo dicit, quia quando Deus à Iudæis non erat auersus, pauci illorum multos ex animis superabant, sed quando propter ipsorum peccata Deus se auertebat ab illis, ipsorum multi à paucis aliorum superabantur. Vnde ibidem dicit glo. Solebant enim pauci illorum multos vincere, modo à paucis victi sunt & capti nati: quia dominus ab eis est auersus, populus enim armatus sine Deo inarmis est. Et aduerte quod Deus multoties se auertit à nobis ad nostram utilitatem, vt scilicet homo seipsum sine Deo nihil posse cognoscat: & sic non superbiat, sed sub Deo humiliter viuat. Sic enim accidit ipsi David qui in principio regni sui videns se in omnibus prosperari, quasi in seipso confidens dixit. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebo in æternum. Et hoc ideo: quia confidebat in decore & fortitudine à Deo sibi data: propter quod subdit, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Volens ergo Deus ad cognitionem propriæ fragilitatis ipsum reducere, se ad tempus auertit ab eo, quo facto ipse statim grauiter per adulterium & homicidium fuit lapsus: ideo subdit. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Secundo, auerfio Dei quandoque est actus & pietatis clementiæ &c. Deus enim ad orationem vere penitentis se clementer ab eius peccatis auertit illa delendo. In cuius figuram statim cum Phinees luxuriantes percussit, Deus iram suam auertit à populo. Numeri. 25. Vnde dixit Deus. Phinees auertit iram meam à filiis Israel. Quia quotiens contriti peccata nostra punimus Deus clementer faciem suam à nostris peccatis auertit. Vnde de omnibus penitentibus dicitur Ose. 14. Sanabo contritiones eorum. Diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Et hoc est quod nunc penitens orat. d. *Auerte faciem tuam à peccatis meis &c.* Tertio, auerfio Dei quandoque est actus æquitatis &c. Iustitia enim durante Deus à damnatis se auertit eos æternaliter puniendo, vt nullus ipsum quibuscumque precibus ab hoc actu iustitiæ ipsum auertere possit. Job. 23. Ipse solus est & nullus potest auertere cogitationem eius. Quod ideo dicit, quia eius iudicia nullus mutare potest, & si quando mutetur sententia quæ stat in exterioribus signis, vt ibidem deducit Greg. 16. morum. Vnde de dānatis dicitur. Avertantur retrorsum & confundantur &c. fiant tanquam puluis ante faciem venti &c. Quarto, auerfio Dei quandoque est actus paternalis diligentiam &c. Si enim pater naturalis à suis filiis auertit mala quantum potest: quanto magis Deus pater omnia mala à suis filiis auertit, scilicet à beatis in patria ipsos auertendo ab omnibus peccatis, & ab omni peccatorum sequela: propter quod dicitur. Aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab iis quæ fecit, scilicet peccatis & liberet eum de superbia, scilicet diaboli liberans animam eius à corruptione, scilicet perpetuæ damnationis. Sic ergo Deus à beatis omne malum auertit eis concedens gaudium perpetuum & exultationem. Psal. 13. Cum auertit Dominus captiuitatem plebis sue, exultabit Iacob & lætabitur Israel. Quibus omnibus consideratis humiliter Deo dicamus. Conuertere nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Confimiliter & nunc quilibet penitens orat. d.

88. Auertisti adiutorium gladij eius, & non est auxiliatus ei in bello. Quod ideo dicit, quia quando Deus à Iudæis non erat auersus, pauci illorum multos ex animis superabant, sed quando propter ipsorum peccata Deus se auertebat ab illis, ipsorum multi à paucis aliorum superabantur. Vnde ibidem dicit glo. Solebant enim pauci illorum multos vincere, modo à paucis victi sunt & capti nati: quia dominus ab eis est auersus, populus enim armatus sine Deo inarmis est. Et aduerte quod Deus multoties se auertit à nobis ad nostram utilitatem, vt scilicet homo seipsum sine Deo nihil posse cognoscat: & sic non superbiat, sed sub Deo humiliter viuat. Sic enim accidit ipsi David qui in principio regni sui videns se in omnibus prosperari, quasi in seipso confidens dixit. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebo in æternum. Et hoc ideo: quia confidebat in decore & fortitudine à Deo sibi data: propter quod subdit, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem. Volens ergo Deus ad cognitionem propriæ fragilitatis ipsum reducere, se ad tempus auertit ab eo, quo facto ipse statim grauiter per adulterium & homicidium fuit lapsus: ideo subdit. Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Secundo, auerfio Dei quandoque est actus & pietatis clementiæ &c. Deus enim ad orationem vere penitentis se clementer ab eius peccatis auertit illa delendo. In cuius figuram statim cum Phinees luxuriantes percussit, Deus iram suam auertit à populo. Numeri. 25. Vnde dixit Deus. Phinees auertit iram meam à filiis Israel. Quia quotiens contriti peccata nostra punimus Deus clementer faciem suam à nostris peccatis auertit. Vnde de omnibus penitentibus dicitur Ose. 14. Sanabo contritiones eorum. Diligam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Et hoc est quod nunc penitens orat. d. *Auerte faciem tuam à peccatis meis &c.* Tertio, auerfio Dei quandoque est actus æquitatis &c. Iustitia enim durante Deus à damnatis se auertit eos æternaliter puniendo, vt nullus ipsum quibuscumque precibus ab hoc actu iustitiæ ipsum auertere possit. Job. 23. Ipse solus est & nullus potest auertere cogitationem eius. Quod ideo dicit, quia eius iudicia nullus mutare potest, & si quando mutetur sententia quæ stat in exterioribus signis, vt ibidem deducit Greg. 16. morum. Vnde de dānatis dicitur. Avertantur retrorsum & confundantur &c. fiant tanquam puluis ante faciem venti &c. Quarto, auerfio Dei quandoque est actus paternalis diligentiam &c. Si enim pater naturalis à suis filiis auertit mala quantum potest: quanto magis Deus pater omnia mala à suis filiis auertit, scilicet à beatis in patria ipsos auertendo ab omnibus peccatis, & ab omni peccatorum sequela: propter quod dicitur. Aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina, vt auertat hominem ab iis quæ fecit, scilicet peccatis & liberet eum de superbia, scilicet diaboli liberans animam eius à corruptione, scilicet perpetuæ damnationis. Sic ergo Deus à beatis omne malum auertit eis concedens gaudium perpetuum & exultationem. Psal. 13. Cum auertit Dominus captiuitatem plebis sue, exultabit Iacob & lætabitur Israel. Quibus omnibus consideratis humiliter Deo dicamus. Conuertere nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis. Confimiliter & nunc quilibet penitens orat. d.

843

Cor.

Matth. 23.

Cogitatio.

Hieronymus

Ioan. 13.

Hier. 17.

**C**or mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Hic consequenter postulat gratiam iustificatam. Quamuis enim insimul & in eodem instati fiat peccati remissio, & gratia iustificantis infusio, quia gratia simul cum peccato stare non potest, vnde cū gratia infunditur remittitur culpa, & cum culpa remittitur infunditur gratia. Tamē secundum nostrum modum intelligendi ordine naturali, prius intelligimus cor mundum à peccatis quam Dei gratia infusam in corde. Et hunc ordinem satis hic notat psal. præmittendo mundiciam. d. *Cor mundum crea in me Deus.* & consequenter addēdo gratiam dicens. *Et spiritum rectum, &c.* Vbi notandum quod cor nostrum de se est immundum & immaculatum, nisi per diuinam emundetur gratiam. Quoniam ab ipso corde omnia procedunt peccata, Christo dicente. *Quæ autem de ore procedunt, de corde exeunt.* De corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemie: hæc sunt quæ coinquant hominem. Ex quo patet quod omnia vitia oriuntur à corde, & non à diabolo, vt quidam arbitrantur. Quoniam diabolus malarum nostrarum cogitationum non est auctor. Sed cum illas ex actibus exterioribus in corde nostro esse natus prospexerit, tunc illas suis tentationibus fouet & nutrit. Vnde Hieronymus super Matth. exponens præmissa Christi verba dicit. Arguendi sunt ex hac sententia qui malas cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex corde nasci & propria voluntate. Diabolus enim adiutor & intentator malarum cogitationum potest esse, auctor autē esse non potest. Si autē diabolus semper in insidiis positus leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflamauerit, nõ debemus opinari eum occulta quæque cordis nostri rimari, sed ex corporis habitu gestisque exterioribus aestimare, quid in nostro corde versetur interius. Verbi gratia, si pulchram mulierem nos crebro viderit inspicere, intelligit ab oculis cor vulneratum esse luxuria. Vnde si quandoque reperiat in scriptura quod diabolus cogitationes malas & peccata immittit in corde nostro, non est intelligendum quod diabolus illas malas cogitationes faciat, sed suis suasionibus ad illas ex corde nostro generandas inducit nos & prouocat. sicut cum dicitur Ioan. 13. Cum diabolus misisset in corde Iudæ vt traderet eum Iudas &c. Illa enim immisso solum quædam persuasio fuit. Vnde illa verba exponens Augustin. super Ioan. dicit. Missio ista suggestio spiritualis est: & non fit per autem, sed per cogitationem, diabolicam enim suggestiones immittuntur humanis cogitationibus. Factum ergo iam fuerat in cor Iudæ scilicet per diabolicam suggestionem, vt discipulus magistrum traderet. Ex quibus omnibus patet quod cor nostrum de se est immundum: quia ab illo omnia nostra peccata procedunt, propter quod dicitur. Præuim est cor hominis & inscrutabile, & quis cognoscerit illud? Et hoc est quod considerans nunc penitens dicit. *Cor mundum crea in me Deus.* quasi dicat. Munda in me cor meum. Vnde notandum

**A** quod cor nostrum mundatur à Deo multipliciter, scilicet, Cor mundatur per fidem credendorum. Cor mundatur per contritionem peccatorum. Cor mundatur per effusionem vitiorum. Cor mundatur per lauationem lachrimarum. Cor mundatur per orationem deuotorum. Cor mundatur per conuersionem reprobatorum. Primo cor mundatur per fidem. Act. 15. Quis nouit corda? Deus dat spiritum sanctum fide purificans corda eorum. vnde fides non solum corda purificat, sed etiam ipsa mundata sic sigillando conseruat, vt ipsa amplius per peccatum violare non audeat diabolus, scilicet fide manente. Vnde Gregorius 29. mor. c. 2. dicit. *Qui immortalitate perdit ad Deum penitendo reuertitur, per fidei signaculum munitur.* Vnde à sponso suo ecclesiæ dicitur. *Pone me vt signaculum super cor tuum.* Ideo namque signaculum rebus ponitur: ne diripientium præsumptione violentur. Sponsus ergo super cor, vt signaculum ponitur, quando fidei mysterium in custodia nostræ cogitationis imprimitur, vt ille aduersarius noster diabolus cum signata fide corda considerat tentando ea diripere non præsumat. Ex quibus patet quod fides corda mundando contra diabolum fortificat. propter quod dicitur. *Oculi domini contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem qui corde perfecto credunt in eum.* Secundo cor mundatur per contritionem. Statim enim cum peccator debite dolet de peccatis commissis, à Deo veniam recipit: quia Deus cor contritum despiciere non potest psalm. 50. *Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet:* quia sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et aduerte secundum glo. quod prius dicit. *Cor contritum.* & postea *humiliatum.* quia cor humiliari non potest, nisi primo contritum fuerit. Vnde Esa. 57. dicitur. *Domine in sancto habitas, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet cor contritorum.* Quid enim est cor contritorum viuificare, nisi ipsum à peccatis quibus spiritualiter moritur emundare. Secundum enim Valerium. Tantum honoris confert patrie offensæ malorum puniatio, quantum iniuriæ ipsæ mala perpetrata intulerunt. Et sic per punitionem mali reformatur perditus honor. Cum contritio cordis puniat offensam diuinam, sequitur quod honorem ablatum Deo restituit, & per consequens perditam recuperat iusticiam munditiam. Tertio cor emundatur per effusionem vitiorum, quando, scilicet vitia effunduntur: id est extra mittuntur, quod fit per confessionem. Vnde cuiuslibet penitenti dicitur. *Effunde sicut aquam cor tuum, in conspectu domini.* Et bene dicit, *Effunde sicut aquam cor tuum,* & nõ sicut vinum vel oleum, quoniam omnis alius liquor ab aqua effusus saporem suum & aliquid sui dimittit in vase, nõ autem aqua. ad denotandum quod in confessione nihil peccati in corde debet relinquere, sed torum effundi. Vnde predicta verba exponens Hugo de. lvi. dicit. *Effundere debemus sicut aquam corda nostra pia confessione ante dominum.* Vt quemadmodum cum aqua affunditur, nihil ibi occultum relinquitur: ita in corde nostro nihil relinquamus absconditum, sed omnia per confessionem Deo reuelamus, vt cor nostrum mundum efficiatur, propter quod dicitur. *Effundite coram illo corda vestra Deus adiutor noster in æternum.* Quarto cor mundatur per lauationem

Cor mundatur multipliciter.

Actuum 15. Fides.

Gregor. 29. mor. cap. 2. Can. 3.

Para. 16.

Contritio.

Psal. 50.

Esa. 57.

Valerius li. 6.

Confessio.

Thren. 2.

Psal. 61. Lachrymæ.

Hier. 4.

Matth. 5. Thren. 1. Oratio.

Hebr. 10.

Conuersio.

Iob. 2.

Iaco. 4.

Ezech. 16.

844. De pati. d. 2. opprobrii.

Perseuerantia.

Bernard.

lachrymarum. Sic enim Magdalena cordis maculas lachrymis lauit, sic & Petrus qui egressus foras fletit amarè, propter quod dicitur. Laua à malicia cor tuum hierusalem. Hierusalem enim interpretatur visio pacis, & significat animam quæ ad visionem pacis habendam est creata. Dicit ergo. Laua à malitia &c. quasi dicat. O tu anima si visionem pacis cupis habere, primo cor tuum à malitia lachrymis laua. Nec immerito: quia solum mundi corde Deum videre possunt. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt, vt sic meritò pœnitens dicat. Multi gemitus mei: & cor meum mœrens. Quinto cor mundatur per orationem. Si enim quisquid orantes petimus: quia accipiemus debemus credere, consequens est, vt quod orando deuote cordis munditia petit ipsam indubitanter recipit à Deo. Et ideo dicit apostolus. Accedamus ad eum cum corde vero in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala. Et sic nunc deuotè psalmus mundiciam cordis petit oratio, dicens. *Cor mundum crea in me Deus.* Sexto cor mundatur per conuersionem. Cum enim auersus à Deo ad Deum conuertitur, statim à Deo cor efficitur mundum Iob. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, sequitur. Scindite corda vestra &c. quia benignus est, & præstabilis super maliciam. Vnde sic mundare corda nostra docet Iaco. d. Purificate corda vestra, miseri esto te & lugete, risus vester in luctum conuertatur, & gaudium vestrum in mœrorem. Quod si sic fecerimus tunc dominus nobis dicit illud Ezechiel. 16. Mundabo cor tuum, ait dominus Deus. Et hoc est quod nunc orat psal. d. *Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Rectus est enim spiritus qui rectè tendit in Deum, qui ad terrena non curuatur. Et nota quòd viscera hic accipit pro viribus interioribus, vt est intellectus voluntas & memoria.

**Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.**

Hic consequenter petit gratiam confirmantem. vbi notandum quòd nulla virtus sine perseuerantia ad meritum a ternæ vitæ proficere potest. Quid enim prodest ad brauium acquirendum velociter currere, si antequam perueniatur ad brauium deficiat cursus. Quod ostendens Ber. super illo verbo. Lucæ 11. *Qui perseuauerit vsque in finem, hic saluus erit.* dicit. Perseuerantia sola meretur vitis gloriam, coronam virtutibus: profus absque perseuerantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam consequitur victor. Vigor virium virtutum consummatio est. Nutrix ad meritum, mediatrix ad præmium. Soror est patientiæ, constantiæ filia, amica pacis, amicitiarum nodus, vnanimiatis vinculum, propugnaculum sanctitatis. Tolle perseuerantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Denique non qui inceperit, sed qui perseuauerit vsque in finem, hic saluus erit. Saul cum esset paruulus in oculis suis, super Israel est rex constitutus, non perseuerans in humilitate & regnum amisit & vitam. Si cautela Samsonis, si Salomonis deuotio

perseuerantiam retinissent, nec iste sapientia, nec ille viribus priuaretur. Et ideo Dauid considerans se alias spiritum sanctum habuisse: tamen ab illo per peccatum aduerti fuisse proiectum, nunc à Deo in gratia perseuerantiam postulat, ne amplius spiritum sanctum perdere possit. dicens. *Ne proiicias me à facie tua &c.* Proiicere enim nos dicitur Deus: non quia sit causa nostri casus & projectionis, sed quia peccantem non diligit. Spiritum sanctum auferit, quia cum peccato gratia spiritus stare non potest. Dicit ergo *ne proiicias me à facie tua.* quasi dicat. A peccatis meis auerte faciem tuam, non à me. *Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me* id est gratiam spiritus sancti. Ne auferas dicit: quia qui pœnitet, iam habet donum, & gratiam spiritus sancti: quia non potest esse vera pœnitentia, & peccati punitio in homine ex seipso, vt dicit glo. Cum enim quis irascitur sibi ipsi & displicet: sine dono spiritus sancti non est. Dicit ergo. *Ne proiicias me à facie tua.* Per ista enim verba offendit psalm. quantum desiderium habebat Christum incarnatum videre: qui per faciem in scriptura designatur. psal. Ne auertas faciem tuam à puero tuo. Duplici enim ex causa Deus faciem suam auertit ad nos, scilicet vt nos videret, & vt videretur à nobis. voluit enim videre nos oculo compassionis, vt nostras tolleret infirmitates. Dicit Plinius de coladion quæ est auis, quæ si ad infirmum ducatur, & in eum oculos defigat, signum est sanitatis futuræ, si vero oculos auertat ab eo, signum est mortis. Sic & spiritualiter Deus faciem suam & oculos quasi à nobis auertit, quando incarnationem Christi distulit. Et ideo omnes istam incarnationem præcedentes descenderunt in mortem. Sed in sua incarnatione faciem & oculos in hominem defixit: quod fuit signum futuræ salutis. psal. Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus. Secundo ad nos conuertit faciem, vt videretur à nobis: quia nos ipsius videndo faciem beatificamur. Gene. 32. Vidi dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

**Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me.**

Hic consequenter petit gratiam illuminantem. Vbi sciendum quòd Dauid post peccatum adulterii & homicidij statim spiritum propheticum perdidit, nec spiritum prophetizandi habuit vsque ad actum pœnitentiæ & confessionis suorum peccatorum. Ideo ipsum spiritum sibi à Deo restitui nunc postulat, d. *Redde mihi lætitiã &c.* Quem spiritum vocat lætitiã salutaris Dei. quia per ipsum cognouit Christum esse venturum, qui salutare Dei dicitur. Lucæ 2. Viderunt oculi mei salutare tuum. In quem sicut nos lætamur quia venit, ita antiqui lætabantur in ipsum venturum. Quoniam sicut nos saluamur per fidem Christi incarnati, ita saluabantur antiqui patres per fidem Christi venturi. Dicit ergo. *Spiritu principali confirma me.* id est spiritu prophetico quem prius habui cognoscendo Christum venturum, confirma me per fidem eius, & sic reddes mihi lætitiã salutaris tui quàm per peccatum amisit. Notandum quòd in istis vltimis tribus versiculis, ter spiritum posuit diuersimodè articulatim. In primo dixit. *Spiritum rectum innoua in visceribus meis.* In secundo dixit. *Spiritum sanctum*

104.

105.

106.

Articulus 109.

*sanctum tuum ne auferas à me.* In tertio dixit. *Spiritu principali confirma me.* Per hoc denotans trinitatem personarum in Deo, cum vnitate essentie. Spiritus enim Deus est, & non corpus. Ioan. 4. Spiritus Deus est, & in spiritu adorare oportet. In hoc ergo quòd semper hic spiritum ponit in singulari, nota vnitatem essentie. In hoc autem quòd tribus vicibus ponit, notat trinitatem personarum, spiritum rectum dicit filium, spiritum sanctum intelligit tertiam personam: sed spiritum principale intelligit patrem qui à nullo est, & à quo sunt alij. Hoc notat Bernard. super isto psal. d. In istis trib. versib. intellige trinitatem Spiritum sanctum ipsum intellige proprio nomine designatum, pro quo rogat. dicens. *Ne proiicias me à facie tua.* tanquam, scilicet, aliud quid immundum, quia spiritus iste odit sordes, nec habitare potest in corpore subdito peccatis. Cui enim proprium est repellere peccatum ipsi & proprium est odire peccata. Recepto ergo spiritu sancto per sanctimoniam: quia peruerse & immunde cogitationes separant à Deo, orandum est vt cor mundum creetur in nobis. Quod vtiq; fiet si spiritus rectus fuerit in visceribus nostris innouatus. Quod autem ait spiritum rectum conuenienter filio conuenit, qui nos veteri homine exuens nouum induit, quo nos renouauit in spiritu mentis nostræ, tanquam in nostris visceribus: vt cogitemus quæ recta sunt: formam enim rectitudinis artulit de cælis quàm reliquit in terris, immittens dulcedinem rectitudinis in omnibus operibus nostris, sicut scriptum est. Dulcis & rectus dominus. Castigato ergo corpore per sanctitudinem operum, mundato corde vel potius innouato per rectitudinem cogitationum redditur lætitiã salutaris. Quid ergo iam restat, nisi vt spiritu principali confirmetur? patrem intellige spiritum principale, non quia maior, sed quia solus à nullo. In quo autem consummatio hæc consistit, nisi in charitate. Aut quod donum aliud tam dignum potest esse: Quod minus aliud tam paternum. Quid nos separabit à charitate Christi, tribulatio, angustia &c. certè scitis quia neque mors, neque vita, neque alia cætera, quæ apostolus tam multipliciter quàm audacter enumerat, poterunt nos separare à charitate Dei quæ est in Christo. Id est vt scias vas tuum possidere in sanctificatione & honore, & non in passione desiderij, spiritum sanctum accepisti. vt quod tibi vis fieri ab omnibus, vt iusticias illis. Et quod tibi non vis fieri alteri non facere, spiritum rectum, ad opus accepisti proximi. Hæc est enim rectitudo quæ lex vtiq; commendat innata & illata. Nam si in his perseueras spiritum principale quem solum Deus approbat recepisti, itaq; si desideras vt in te Deus partem eligat sibi: esto sollicitus sicut tibi spiritum sanctum, sic proximo spiritum rectum, sic ei tanquam vero principi & patri spiritum principale exhibere. hæc Bernard. Sequendo fundamentorum ecclesiæ materiam, restat videre de septimo articulo fidei quem posuit Philippus. d. Inde venturus est iudicare viuos & mortuos. Qui aperte declaratur per septimum fundamentum ciuitatis quod erat Chrysolitus. Qui lapis huius articuli significat singulas partes. Vbi nota quòd iste articulus de Christo venturo iudice tria manifestat quæ in quolibet iudice requiruntur. O-

**A**stendit enim primo plenam auctoritatis iurisdictionem quæ à patre Christo traditur. Inde venturus est. Secundo iustam condignitatis retributionem quæ à Christo cunctis redditur. Iudicare. Tertio multam societatis congregationem quæ à patre Christo subditur. Viuos & mortuos. Quæ omnia per istum lapidem Chrysolithum figurantur. Quoniam hic lapis. Primo roborat ingenium, iudici posse Christo significans traditum. Secundo rutilat vt aurum: iudicis Christi iustam significans solium. Tertio terrificat demonium, iudici Christo mundum significans subditum. Primo ergo iste articulus continet plenam auctoritatis iurisdictionem &c. dicens. Inde venturus est. Vbi nota quòd istud aduerbium. Inde semper denotat quandam ordinem sequentium ad præcedentia. Et quantum ad præsens spectat in scriptura triplicem ordinem notat, scilicet Ordinem locutionis: vt inde videbo. Numeri 23. Veni mecum in alterum locum, vt partem Israel videas inde &c. Ordinem factionis vt primo fac hoc, inde illud. 1. Corin. 15. Christus visus est Cæphæ &c. deinde visus est Iacobo &c. Ordinem participationis, vt sol calet, inde aer. 1. Corin. 15. Primitiæ dormientium Christus. scilicet resurrexit, deinde quæ sunt Christi, scilicet, virtute Christi resurrectionis resurgent. Modo ad propositum istis tribus modis hic exponi potest. **I**nde. Primo modo potest notare ordinem locutionis, & tunc **I**nde refertur ad primam partem præcedentis articuli, dicens. Ascendit ad cælum. Et tunc est sensus. Inde, scilicet de cælo venturus est &c. Et hic sensus adiunatur Act. 1. vbi dicitur. Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum, sic veniet, id est, quemadmodum vidistis eum de terra in cælum ascendere. Sic in iudicio inde, scilicet, de cælo descendet ad terram. Secundo hic potest notare ordinem successionis. Et tunc est sensus. Inde, id est, post eius ascensionem venturus est, scilicet in fine mundi, quia eius ascensio & ad dexteram patris glorificatio merito debuit præcedere vltimum iudicium, vt eius glorificata humanitas nobis spem tribuet glorificationis. Et sic eius glorificationem & ad dexteram patris sessionem præcedere vltimum iudicium notabat saluator, dicens. Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus &c. Tertio potest notare participationem & causalitatem. Et tunc est sensus, quia postquam de Christo dictum est quòd sederet ad dexteram patris, sequitur. Inde, scilicet, ab eadem patris dextera habet quòd sit venturus iudicare &c. Sic enim loquebatur Christus de patre. Pater potestatem dedit filio iudicium facere &c. Inde ergo venturus est, id est, ab eadem patris dextera habet filius vt sit venturus &c. Ex quibus patet quòd iste articulus ostendit plenam auctoritatis iurisdictionem &c. dicens. Inde venturus est. Notandum autem quòd filium habere à patris dextera auctoritatem iudicandi potest dupliciter intelligi, scilicet, vel in quantum Deus, vel in quantum homo. Primo in quantum Deus, quia sicut à patris dextera genitriua habet quòd sit filius: sic etiam quòd sit iudex, quia quicquid habet filius nascendo accepit, vnde Chrysolomus super Ioan. dicens. Pater omne iudicium dedit filio, id est, genuit eum omnium iudicem. See Tom. j. Hh 4 cundo

Inde. Inde.

Inde.

numeri 23.

1. Corin. 15.

Act. 1.

Matth. 26.

Ioan. 5.

Chrysolom.



cundō inquantura homo, quia forma serui quae in iudicio apparebit ab ipso patre habebit auctoritatem iudicandi. Vnde Ioan. 5. Pater non iudicat penquam, sed omne iudicium dedit filio, &c. vbi August. Pater omne iudicium dedit, filio quia in iudicio non forma Dei, sed forma filij hominis apparebit. Ac si diceret, Patrem nemo videbit in iudicio, sed omnes filium hominis &c. Hæc autem potestas iudiciaria à patre filio tradita in isto lapide Chrysolisto figuratur. Hic enim roborat ingenium. Quoniam secundum magistrum de proprietatibus libr. 16. hic lapis confortat intellectum. Per intellectum enim intelligitur ipse Dei filius qui est intellectus & sapientia patris, cui attribuitur virtus intellectiua. Et ideo de filio per quē pater operatur omnia sub nomine intellectus ait psal. quod fecit cœlos in intellectu. Hic ergo intellectus, scilicet, Dei filius confortatur cum sibi à patris dextera omnis iudiciaria potestas traditur. Et sic hic lapis confortans intellectum significat iudicis posse Christo traditum. Vnde & Dei filius isto lapide ornatus dicitur. Tu signaculum similitudinis, omnis lapis præciosus operimentum tuum, Sardius, Topazius, Chrysolistus &c.

**Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur.**

Hæc est tertia pars principalis huius psal. in qua penitens Deus promittit satisfactionem. Vbi notandum quod satisfactionis tres partes assignantur principales, ad quas reducuntur cæteræ. Prima est elemosyna, & ad istam reducitur omne opus pietatis impensum proximo, tam spirituale quam corporale. Et alium docere est actus pietatis & spiritualis elemosyna. Secunda est oratio, & ad istam reducitur omnis supplicatio & Dei laudatio. Et sic laudare Deum ad orationem pertinet. Tertia est ieiunium, & ad istam reducitur omnis afflictio corporalis, vt abstinentia, peregrinatio, disciplina, vestium asperitas, & huiusmodi. Et secundum istas tres partes satisfactionis psalm. se Deo satisfacturum promittit. Primo per actum elemosynæ alios infirmo Deum laudando ibi. *Libera me.* Tertio per actum afflictionis corporalis ibi. *Quoniam si voluisset.* Quantum ad primum sciendum, quod sicut verbis vel actibus detractoris famam alterius laecerans iniuste omnibus modis quibus potest ipsam sibi tenetur restituere. Sic conformiter in suo malo exemplo alios in moribus corrumpens tenetur quantum potest ipsos bonis exemplis & verbis ad bonum statum reducere. Cum ergo peccatum principis multos ad peccatum inducat: quia nemo in ecclesia amplius nocet quam qui peruersæ agens dignitatem vel nomen sanctitatis habet, vt dicitur dist. 82. nemo. Nulli dubium quod peccata Dauid regis publicata multis occasione peccandi dederunt, propter quod & Dauid obligatur ad eos iuxta posse reducendum. Et hoc est quod hic se facturum promittit. dicit. *Docebo iniquos vias tuas.* non solum verbis sed fortius exemplo. Vnde hic glossa ait. *Docebo.* exemplo & verbo: exemplo quidem, quia dum mihi parcat aliis spes veniæ datur. Docebo verbo: quia postea magnalia tua prædicabo. Item nota quod dicit *docebo iniquos & impij conuertentur.* Iniquos dicit

Ioan. 5.  
August.  
Iudicium.

psal. 135

Exch. 28.

846  
De pen. dist.  
2. si omnium

Satisfactio.

Dist. 82.

qui in fide manentes peccant. Impij autem dicuntur qui sunt sine pietate: pietas autem dicitur cultus Deo debitus, & sic impij dicuntur qui sine fide peccant, scilicet infideles. Dicit ergo. *Docebo iniquos vias tuas.* id est misericordiam & iusticiam: quia vniuersæ viæ domini misericordia & veritas. psalm. 24. Sed hic occurrit dubitatio. Quia dictum est quod qui alium verbo vel exemplo ad peccatum traxit tenetur ipsum docere & ad bonum reducere. Quare ergo vtrum mulier hoc facere possit, vt quæ alium male loquendo corripit, ipsum postea teneatur reducere ad bonum docendo. Et videtur quod non quia mulier alium docere non potest, dicente apostolo. Mulieri docere non permitto: neque dominari in virum. Vbi expressè secundum glossam apostolus docendi auctoritatem mulieribus negat. Ad oppositum autem: quia in scriptura reperitur multæ mulieres quæ prophetissæ fuerunt & docebant populum, vt Anna prophetissa quæ omnibus docebat in templo aduentum Christi, de sibylla quæ docuit Octavianum Christum incarnatum. Item B. Catherina publicè cum philosophis disputauit de fide & docuit eos fidem. Sic & S. Iudith docuit sacerdotes & populum spem in Deum ponere. Iudith 8. &c. Respondeo vbi sciendum quod docere includit tria necessaria ad hoc quod quis licitè docere possit, scilicet Sapientiæ claritatem. Iudicij firmitatem. Passionis serenitatem. Primum requiritur vt sciat discernere inter verum & falsum. Nemo enim alteri communicare potest quod non habet. Si ergo volens docere alium non habet sapientiam, docebit non sapientiã, sed stultitiam, etiam si loquatur verba cõposita non erit audiendus: quia vt dicitur Proverb. 56. In ore stulti non erit docens parabola. Vnde nec sunt audiendi sophistæ qui scientiã theologicam & moralem sophistatibus permiscerunt: tales enim non sunt doctores (sicut dicit Arist.) quod repræsentant sophistæ se docere, agit autem nullus secundum politicam scientiam, scilicet ad bene viuendum. Nam vt dicit Seneca in epistola 17. Ex quorales venerunt boni esse desierunt: sequitur quia docemur magis disputare quam viuere. Secundo debet habere iudicij firmitatem, vt scilicet sciat discernere inter rectum & obliquum, iustum & iniustum, maxime in docendo quod ad mores, & de his quæ ad fidem pertinent. Et vt sciat bene iudicare inter opiniones diuersas aut illas concordare: quia locus ad persuadendum siue ad docendum sumitur à iudicio, vt dicit philosophus 2. Rhetoricæ. Tertio debet habere passionis serenitatem. Quia sicut dicitur 7. & 10. ethicorum. Existens sub passione non bene iudicat, maxime vbi oportet discernere inter agenda & fugienda, inter bonum & malum: sicut est in scientiis moralibus. Ad propositum ergo quia sexus mulieris deficit multum in istis tribus. Primo in sapientiæ claritate propter suam instabilitatem in proposito. Sicut dicit Seneca. in libro de remedijs fortuitorum. quod mulieris animus in lubrico est nihil enim tam mobile quam feminarij volutras. Et philosophus primo politicæ dicit: quod seruus & femina principatum non habent: quia deficient in mente, i. prudētia. Secundo caret iudicij firmitate ad discernendum quia (vt dicit philosophus) seruus non habet cõsiliatiũ, mulier habet sed inualidũ, puer habet, sed imperfectum. Tertio caret serenitate passionis.

psal. 24.

Mulier, dicitur.

1. Tim.

Luce.

Nota bene qui sciunt potest docere & audire debet, & per consequens ad oppositum quod non.

Proverbi.

Philosophus 10. ethicorum.

Seneca.

Philosophus.

Philosophus 1. politicæ.

passionis, quia vt dicitur. 7. ethicorum. Masculinũ differt à feminino per vincit & non posse cõtere, id est, resistere passionibus, qui scilicet mulieres vincuntur à passionibus facilliter quia non resistunt. Ex quibus omnibus ad quæstionem patet, quod docere non debet mulier maxime de his quæ sunt fidei vel circa mores propter prædictas rationes. Neque etiam publicè & locis solennibus de quacunque scientia docere debent mulieres, vt dicit Hieronymus super epistolam ad Timotheum. vt sit trãssata doctrina à mulieribus in viros, quod esset valde indecens & periculosum, quia debent mulieres principari aut principes sub mulieribus regi. vt dicit Philosophus 2. politicæ. Per hoc tamen non excluditur: quin bene possint docere & exhortare ad bonum pacificè filios & filias: amicos & parentes: immo viros retrahere ab excessibus & malis, quia vt dicitur. 1. corin. 7. Vir infidelis per mulierem fidelem saluabitur. Ad argumentum autem cum dicitur quod multæ mulieres publice docebant de fide &c. Dicitur quod tales per miraculum & inspiratione diuina erant doctæ, & pauca fuerunt respectu virorum & aliarum mulierum, ideo legem non faciunt: quia vt dicitur. 4. q. 2. Testes miracula diuina sunt admiranda: non in exemplum trahenda actionis humanae.

**Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.**

Hic se promittit satisfacturum per actum laudis diuinæ quæ ad orationem reducitur. Sed fortè di. cum secundum grammaticos sanguis careat plurali, quia non dicimus sanguina nec sanguines, quomodo hic psal. dicit. *Libera me de sanguinibus &c.* Respondeo primo: dico quod trãssatores volentes ostendere scripturam sacram omnes alias excedere scientias, & nulli subiecti: & per consequens, nec regulis grammaticorum subiecti, quandoque studiosè in suis translationibus regulas grammaticas non obseruabant, sicut Ioan. 4. Et sermonem, quem audistis: non est meus, cum secundum regulam grammaticæ diceretur. Et sermo quem audistis. Sic & in proposito. Vel vt dicit Catholicus, quamuis sanguis in plurali communiter non reperitur apud omnes: apud aliquos tamen reperitur. Vnde & euangelista ait. Qui non ex sanguinibus &c. Item notandum quod in scriptura sanguis peccatum significat, quia sicut inter omnes humores sanguis est magis maculatiuus, sic & peccatum animam summè deturpat. Vnde Greg. 13. morum. c. 10. ait. Per prophetam dicitur. Sanguis sanguinem tetigit. Solet enim sanguis nomine significari peccatum, sanguis ergo sanguinem tangit, cum culpa cumulat. Vnde psal. qui à peccatis per penitentiam liberari desiderat clamat dicens. *Libera me de sanguinibus &c.* ista autem verba dicit Dauid in persona propria, ac etiam in persona cuiuslibet penitentis. Si in persona propria sciendum quod Dauid multum sanguinem fuderat, quando Vriã in bello fecit occidi: cuius occasione & multi alij occisi fuerunt, propter quod & mortem meruerat. Nunc ergo orans & penitens dicit. *Libera me de sanguinibus*, id est, à pena mortis, quam incurrit propter effusionem sanguinis Vriæ & aliorum

Hieronymus.

1. Cor.

4. q. 2.

847

Nota quod pagina diuina non vult se subdere legibus grammatice, quia omnes seruos excedit.

Grego. 13. mor. c. 10.

cui occasione interfectorum. Si verò dicatur in persona cuiuslibet penitentis, hic considerat penitens quod originale peccatum quod casualiter contrahitur in seminatione sanguinum siue seminum est causa & origo omnium peccatorum & inde de sanguinibus orat liberari id est de omnibus peccatis, quæ proveniunt ex originali peccato. Et hæc est expositio Aug. d. *Libera me de sanguinibus.* Oes nos nouimus latine non dici sanguines: sed sanguinem. Sed & si minus latine dicitur pluraliter quam singulariter, tamen magis propriè pluraliter dixit: inueniens multa peccata trahi ex origine carnis peccati, id est ex carne per originale peccatũ corrupta. Vnde sanguinè pro peccato accipit scriptura. d. Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt, id est peccata quæ de corruptione carnis & sanguinis veniunt. Et hoc est quod penitens dicit. *Libera me de sanguinibus & Deus*, id est de carnalibus peccatis quæ multa sunt vt desinam. Quo factò, *Exultabit lingua mea iustitiam tuam.* id est cum exultatione lingua mea annuntiabit iustitiam tuam. Quod deo dicit quia nullus nisi prius mundatus fuerit à peccato, Dei iustitiam vel laudè dignè annũciare nõ potest. Sic enim dicitur psal. 49. Peccatori autè dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas &c. Sed videtur quod potius deũ dicere misericordiã tuã quã iusticiã, quia misericordiæ est, peccata dimittere: sed iustitiæ est peccata punire. Ad hoc respondeo quod in omnibus Dei operibus sepe insimul cõcurrit iustitia & misericordia. Et ideo cū dicitur hic. *Iustitiam tuã* subintelligitur misericordia temperata, quæ fuit in proposito. Quia licet Dauid non fuerit tunc penam mortis passus quantum meruerat in propria persona, tamen ipsam passus est in personam filij nati de Berisabe. vt habetur. 2. Reg. 12. quia multum doluit. Cum hoc etiam propter peccatum illud grauem persecutionem sustinuit à filio suo Absalon contra eum motam in penam huius peccati, sicut sibi dixit Nathã. 2. Reg. 12. Suffragor aduersum te malum de domo. Hanc ergo penam, quam pro peccato illo passus diuinã iustitiã attribuit: se iuste asserens fuisse puniit. Ideo non murmurans: sed magis iuste puniitum recognoscens, dicit. *Et exultabit lingua mea iustitiam tuam.* scilicet misericordiam temperatam. Aliqui codices habent. *Et exultabit.* & ibi est defectus scriptorum. Verum quia digne nullus Deum laudare potest, nisi inspiratione diuina tactus, ideo ad hoc faciendum diuinum adiutorium postulat. d.

**Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam**

Cum enim (vt dicitur eccle. 15.) non sit speciosa laus in ore peccatoris: ideo necesse est quod digne Deum laudemus, vt per eius gratiam cor nostrum & cordis labia aperiat: Et nota quod multa nos Deo aperire debemus, quæ tamè ipse prius aperit nobis. Debemus enim Deo aperire cor per contritionem peccatorum. Aperire os per confessionem vitorum. Aperire oculos per discretionem agendorum. Aperire aures per obseruationem mandatorum. Aperire manus per substructionem agendorum. Aperire labia per laudationem diuinorum. Primo ergo aperiamus cor &c. vt scilicet consideremus mala, quæ fecimus, & scindamus corda nostra ad illa expellenda. Res enim clausa exire non potest. Si enim corporalis medicus

psal. 49.

Iustitia, misericordia

2. Reg. 12.

2. Reg. 12.

848

De pen. dist. 2. querendum.

cus

cus apostema intus congregatum aperiendo purgatur: ipse veneno moriatur corpus, quod tamen non sine magno dolore corpus infirmi sustinet & affectat. Quanto magis ne apostema peccati existens in mente animam funditus occidat cor nostrum aperire debemus & peccati venenum per contritionem expellere. Et quia ista cordis aperiatio principaliter fit a deo: ideo dicitur Actu. 16. Quaedam mulier nomine Lidia purpuraria audivit cuius dominus aperuit cor intendere his quae dicebantur per istam mulierem intellige animam quae se Deo templum cupit aedificare. Vnde & Lydia interpretatur aedificatio eius. Et haec purpuraria dicitur. Purpura enim tingit sanguine rubicundo vermiculi, & sic significat Christi sanguinem qui se vermen dicit. Psalm. 21. Ego autem sum vermis &c. Et sic illa anima purpuraria dicitur quae isto sanguine per devotionem se ipsam tingit. Quod ut facit statim cor eius aperit dominus per detestationem peccatorum & verbi divini receptionem. Quid enim est conscientia quae peccata intus retinet clausa, nisi tumultus peccatorum & sepulchrum. Sed ista sepulchra aperuit dominus cum contritionem inspirat in corde. Vnde Eze. 37. Ecce ego aperiam in vobis ostes, & educam vos de sepulchris vestris. Secundo aperiamus os &c. Aperit enim os, qui seipsum per confessionem accusat. Vnde cuilibet peccatori dicitur, prouer. 31. Aperit os tuum mute: & discerne quod iustum est. & iudica. Iustum est enim quod reus seipsum accusat: & seipsum iudicet puniendo peccatum. Ista oris aperiatio figuratur Iosue. 10. ubi dicitur. Aperire os speluncae & educite quinque reges qui in ea latitant. Per speluncam accipe animam subditam peccatis. In ista quinque reges clausi manent, scilicet, Rex hierusalem, Rex hierimoth, Rex hebrom, Rex lachis, & Rex eglon. Per istos quinque reges intellige quinque peccata quibus praecipue daemon in anima regnat, scilicet, Peccatum superbiae: quod figuratur per legem Hierusalem, quae visio pacis interpretatur: quia superbus ut sibi videtur omnes alios merito subiugare pacifice debet. Secundum est peccatum gulae quod figuratur per regem Hierimoth, qui interpretatur ebrietas. Tertium est peccatum avaritiae quod figuratur per regem Lachis: quod interpretatur sibi met vir: quia avarus solum de seipso curat. Quartum est peccatum luxuriae: quod per regem Ebron figuratur: qui interpretatur coniugium: quia luxuriosus semper ad actum libidinis, quo sexus coniunguntur, manet intentus. Quintum est peccatum irae: quod per regem Eglon figuratur, qui interpretatur vitalis meroris. Iosue ergo qui salvator interpretatur id est Christus nobis praecipit, dicens. Aperite os speluncae id est animae quae demoniorum dicitur spelunca scilicet aperite per confessionem. Et educite quinque reges id est praedicta quinque peccata. Nos ergo obedientes aperiamus os nostrum domino, dicentes. Aperui ad dominum os meum &c. Tertio aperiamus oculos &c. Et secundum quod discretio iudicabit, imitetur: Bar. 3. Aperit oculos tuos & vide, quia non mortui dabant honorem domino. Mortui enim per peccatum, honorem Deo non referunt, sed magis quantum in se est vituperium. Ideo ne de illorum numero simus, tibi dicitur. Aperit oculos tuos, scilicet per discretionem, & vide. Tamen attréde quod

Actu. 16.

Psalm. 21

Eze. 37

Prover. 31

Iosue. 10.

Iudicum. 11. Baruc. 3.

**A** multi sunt leoni similes: (ut dicitur) apertis oculis dormit, quia multi oculos habent apertos scientes quae agenda sunt, & quae vitanda: sed tamen dormiunt quae secundum iudicium quod habent, agere nolunt. Ad hoc enim Deus metis oculos nobis per cognitionem aperit: ut à peccatis surgentes, ipsam imitemur. Vnde Christo homini dicit pater. Dedi te in lucem gentium, ut aperires oculos caecorum: & educes de conclusione vincitum & de domo carceris. Vincitum enim & in domo carceris dicitur esse: quisque peccatis ligatus. Quarto aperiamus &c. Quid est enim aures apertas habere nisi ad obedientiam Dei mandatorum se reddere promptum? Et ideo tunc aures nostras aperit Deus: quando nos erudiens liberat à superbia: & nos observationi suorum subiicit mandatorum. Vnde Iob. 33. Aperit aures virorum erudiens eos, ut auertat hominem ab his quae fecit: & liberet eum à superbia. Quid est enim aperiendo aures liberare à superbia: nisi mentem per humilitatem mandatis divinis subiicere? Et hoc est quod dicitur Esa. 60. Dominus deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abii &c. Quinto aperiamus manus &c. Exemplo fortis illius mulieris, de qua Prover. 31. Manus suas aperuit inopi, & palmas suas &c. Sic etenim nos sustentando manum suam nobis aperit Deus. Psal. 144. Aperis tu manum tuam, & imple omne animal benedictione. Sic & magi apertis thesauris suis obtulerunt domino &c. Sexto aperiamus labia &c. Et quia ad hoc sufficientes non sumus, labiorum aperiatio à Deo imploranda: dicamus praesentem versiculam. Domine labia mea aperies &c. Quae verba exponens Gualfredus, dicit. Vtinam domine meorum verborum merum cogitationum & affectionum digneris esse materia: ut mentem te cogitem: corde te diligam: ore te laudem & glorificem. Vtinam inspirando moueas spiritum meum: ut ex abundantia cordis loquatur os meum. Et ipsa quoque labia mea purgare & aperire digneris per cooperantem in homine & praevientem gratiam tuam: ut labiis apertis os meum annunciet laudem tuam. Vtinam nobis interim & devotè, tuis annuas vacare laudibus ante mortem: dignius vero & devotius quandoque post mortem: dignissime vero & devotissime in perpetuum post resurrectionem. Et ideo quia hoc à nobis agere non possumus: in principio vigilarum nostrarum orantes, istum versiculum Deo dicimus. Domine labia mea aperies &c. Quasi secundum glo. dicat. Domine labia mea aperies. quae propter peccatum clausa fuerunt. Et os meum tunc annunciat laudem tuam. scilicet, quod me creasti, quod me peccantem non dereliquisti, quod confiteri monuisti: quod me mundasti, &c.

**Quoniam si voluisses sacrificium dedissem utique holocaustis non delectaberis.**

Hic consequenter satisfacere se promittit per actum afflictionis corporalis. Et tria facit. Quia primo ostendit, quod sacrificia exteriora de se Deo non sunt placita. Secundo quod sacrificia interiora Deo sunt placita: ibi. *Sacrificium de.* Tertio quod verum sacrificium solum fit in ecclesiis: ibi. *Benigne fac.* Quantum ad primum sciendum quod sacrificia

1ue. 4.

810 Depe. dist. 1. in electione.

1ue. 18.

Contritio.

1ue. 18.

Psalmus. 6.

1ue. 8.

811

antiquae legis de se Deo non erant placita: sed solum ex fide & deuotione offerentium: quia acceptabat Deus sacrificia propter offerentem: & non offerentem propter sacrificia. propter quod dicitur Gene. 4. Respexit Deus ad Abel, scilicet, primo: & consequenter ad munera eius. Contra autem, de sacrificiis nouae legis ut puta de eucharistia: quae à quocunque offeratur, acceptissima est Deo. Illa ergo antiqua sacrificia non valebant nisi ex deuotione offerentis. Et ideo David ante remissionem peccati sui, non erat in statu offerendi sacrificium, quod Deo fuisset acceptum. Et hoc est quod dicit. *Quoniam si voluisses sacrificium dedissem.* scilicet pro peccato meo. Sed quia peccatum adhuc mihi dimissum non erat, ideo tibi sacrificium meum non fuisset acceptum: ideo subdit, *utique holocaustis non delectaberis.* De his sacrificiis & nouis vide superius verba. 17. Et infra.

**Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.**

Hic ostendit quod sacrificia interiora Deo sunt accepta: sicut est dolor & contritio de peccato: per quam non solum homo affligitur mente: sed etiam consequenter & corpore. Hoc enim sacrificium contritionis tantum Deo est acceptum: quod debet contritio nunquam peccati denegatur venia. Quoniam (ut dicitur) cum auerterit se impius ab impietate sua: ipse animam suam viuificabit. &c. Et nota ordinem verborum *quia cor contritum & humiliatum &c.* Per cor contritum notat interiorem contritionem & peccati displicentiam: sed per cor humiliatum notat confessionem: quae debet esse humilis id est accusans peccatum commissum & non excusans. Et sic praemittit contritionem confessioni, quia confessio sine contritione est nulla. Et vere sacrificium Deo acceptum est *Spiritus contribulatus.* id est, simul de omnibus peccatis tribulatus. Iustitia enim requirit: ut per quae peccauerit homo: per haec & satisfaciatur modo scilicet, contritio. Verbi gratia, ut qui furatur aliena, satisfaciatur etiam propria dando. Sicut & corporaliter qui peccat nimis comedendo, postea reducit ad debitum statum abstinendo. Sicut spiritualiter vult Dei iustitia: ut qui in peccato vanam delectationem habuit, satisfaciatur dolendo: more Eze. dicentis. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animae meae. Dicunt enim naturales medici quod omnia dulcia sunt oppilatiua: & amara sunt purgatiua. Sic & spiritualiter dulcia & delectabilia secundum carnem, oppilant animam interius & claudunt ne inde à peccato possit purgari: sed amaritudo contritionis habita, ipsam à peccato purificat. Qui enim non dolet de peccatis suis, eo ipso peccat, quia Deum non diligit cuius offensa sibi non displicet. Et haec talis contritio animam Deo immediate reconciliat. Vnde Cassiodorus super illud psalm. 6. Laboravi in gemitu meo, dicit. Contritio flentes consolatur: penitentes emundat: diabolum fugat: Christo reconciliat: amaritudo dulcis: lacrymae felices: salutaris afflictio in contritione consistit. Ideo dicitur. Humiliemus illi animas nostras in spiritu contrito & humiliato seruiantes illi.

**Benigne fac domine in bona voluntate tua syon: ut aedificetur muri Hierusalem.**

tate tua syon: ut aedificetur muri Hierusalem.

Hic ostendit quod verum sacrificium Deo in ecclesia fit offerendum. Vbi notandum quod Deus David promiserat, 2. Regum. 7. quod filius ex eo nasciturus erat scilicet, Salomon, qui templum Deo aedificaret in Hierusalem in monte Syon. David autem propter sua peccata meruerat mortem. Vnde si secundum rigorem iustitiae Deus egressus cum eo, ipse fuisset mortuus: nec Salomon ex eo natus: & sic per filium suum templum non fuisset aedificatum. Hic ergo orat David: ut Deus non agat cum illo secundum rigorem iustitiae: sed magis secundum benignitatem suae misericordiae parcendo sibi: ut promissum possit impleri. Vnde dicit. *Benigne fac in bona voluntate tua.* id est, ipsi monti syon. Et ad quid, subdit. *ut aedificetur muri Hierusalem.* scilicet muri templi quod fundum erat in Hierusalem in parte illa ciuitatis: ubi erat mons syon. Et in hoc figurat petebat aduentum Christi: qui Ecclesiam catholicam aedificaret, ubi verum sacrificium esset offerendum. Vnde hic ait magister in glo. Iam si Propheta de aedificatione ecclesiae Prophetizat: in qua est verum iustitiae sacrificium, ut sit sensus. *Benigne fac syon.* id est, ipsi ecclesiae quae syon dicitur, quod hic speculatur quod sperat id est, mitte filium tuum: dimitte peccata, nam filij Dei incarnatio benignitas dicitur Psalmus. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra id est, virgo maria dabit fructum suum. Et hoc fac in bona voluntate tua, quia filij tui incarnatio non erit ex meritis nostris: sed ex bona voluntate tua. Et tunc aedificabuntur muri Hierusalem id est, ecclesiae: quae per Christum & Apostolos fundata & fabricata fuit. 1. Mach. 4. Aedificauerunt montem syon: & per gyrum eius muros altos. Isti muri sunt articuli fidei, quibus defendatur ecclesia.

**Tunc acceptabis**

aedificata ecclesia Vbi nota quod sacrificium iustitiae vocatur sacrificium ex iusto homine factum, quia iustitia non nisi in iusto homine potest esse. Vnde totus iste versus consummationem ecclesiae respicit: quae solum completa & perfecta erit in patria. Quoniam quam diu durat vita praesens: continuè noui lapides viui apponuntur ecclesiae. Dicit ergo, tunc scilicet, in patria. *Acceptabis sacrificium iustitiae: oblationes & holocausta.* glo. id est, sanctos qui erunt sacrificium iustitiae, quia iusti. Erunt etiam oblationes & holocausta: ita ut diuinus ignis eos totos consumat id est, seruet charitatis. Et tunc imponent super altare tuum vitulos id est, ipsi angeli meliores. Vitulos id est, novos & innocentes populos habentes colla libera à iugo legis carnis & peccati. *super altare tuum.* quod est ecclesiae Hierusalem. Sequendo articulum fidei septimum cuius pars prima fuit pertractata in precedenti lectione: restat tractare secundam. Nam iste articulus secundo continebat iustam condignitatis retributionem, quae à Christo cunctis redditur: cui dicitur iudicare. Hic enim actus iudicandi importat iustam retributionem iudicis, quoniam sicut iustitia dicitur iure status: sic & iudex quasi iudans vel docens, extra de verborum significatione. Et sic iudicare nihil aliud est, quam ius alteri dare. Et ideo iudex dici non debet, in quo non est iustitia, ibidem. In hoc ergo quod de Christo dicitur

De pe. dist. 1. 1. c. i. v. m. 55.

2. Reg. 7.

Incarnatio.

Psalmus. 84.

Sacrificium iustitiae scilicet 2. 4. 9. 1. ord. iustitia.

Christus. iudicare.

410  
 cicut: quod venturus est iudicare, significatur  
 quod ipse est venturus unicuique ius suum dare:  
 & per consequens iustam omnibus retributio-  
 nem facere, iuxta illud Iudicabit orbem terræ in  
 æquitate & populos in veritate sua. Vbi glo. In il-  
 lo iudicio veritas & æquitas erit. Quid enim æ-  
 quius & verius, quam electos congregare secum  
 ad iudicandum: & ceteros diuidere, hos ad dex-  
 teram qui fecerunt misericordiam: & illos ad fini-  
 stram qui non fecerunt. Iudicabit ergo in æqui-  
 tate & veritate, quia in illa separatione duo po-  
 puli erunt: quibus dabit sententiam veritatis, vt  
 alij in vitam, alij in penas vadant. Vnde ista iusti-  
 cia qua Christus venturus est iudicare, figuratur  
 Apocalip. 11. Vbi Ioanni datus est calamus men-  
 suræ, dictumque est ei. Surge metire templum  
 Dei, atrium autē quod est foris ne metieris, quo-  
 niam datum est gentibus & calcabunt illud. Ioā-  
 nes in quo est gratia, Christum significat in quo  
 summa gratia fuit, cui datus est calamus mensuræ  
 ad modum virgæ id est potestas iudiciaria per vir-  
 gam figurata Psalms. 44. Virga æquitatis virga  
 regni tui, vt ista mediante, mensuret templum id  
 est, bonos, qui templum Dei sunt 1. Corin. 3. Tē-  
 plum sanctum dei est, quod estis vos. Istud tem-  
 plum Christus metietur singulorum merita dis-  
 cernendo, & unicuique iuste retribuendo iuxta  
 illud Psalms. Qui seminant in Lachrimis, in e-  
 xultatione metent. Atrium autem quod est foris  
 templum, est collegium reproborum quod est fo-  
 ris ecclesiam. Apoc. 22. Foris canes venefici &  
 impudici, homicidæ & idolis seruientes, & om-  
 nis qui amat mendacium. Istos dico non metietur,  
 eos scilicet, premiando, quoniam dati sunt gē-  
 tibus scilicet, sine lege viuentibus id est, demoni-  
 bus: & calcabunt eos scilicet perpetuo crucian-  
 do. Et ideo benè dicitur, quod venturus est iudi-  
 care scilicet unicuique ius suum reddere. Eze. 7.  
 Iudicabo te iuxta vias tuas. Ista autem iusticia re-  
 tributua in lapide Chriofolito figuratur, qui rutilat  
 vt aurum. Nam secundum Magistrum libro. 16.  
 Hic lapis de Die rutilat vt aurum: de nocte vero,  
 vt ignis. Quid autem per Diem in quo lux habet-  
 tur, nisi iustorum significatur collegium, in quo  
 lux solis iusticia: scilicet gratia Christi reperitur  
 Et per oppositum quid per noctem obscuram: ni-  
 si status malorum intelligitur: qui lumine gratia  
 priuatur: Vnde Apostolus iustos filios Diei dicit,  
 malos autem filios noctis. 1. Thessa. 5. dicens ius-  
 tis. Omnes vos filij lucis estis & Dici: non sumus  
 filij noctis neque tenebrarum. Aurum autē quod  
 inter cetera metalla est maioris splendoris pon-  
 deris & valoris: significat vitam æternam & glo-  
 riam, quæ continet magnum splendorem cogni-  
 tionis firmum pondus durationis: & summum va-  
 lorem fruitionis. Et ideo supernam ciuitatem Hie-  
 rusalem & gloriam similem esse auro dicit Ioan.  
 Apoc. 21. In hoc ergo quod iste lapis de Die lu-  
 cet vt aurum: notatur quod Dei iusticia in Die id  
 est, in collegio iustorum apparebit aurum scilicet  
 gloriæ æternæ sibi conferendo præmium. In no-  
 cte vero peccatorum, apparebit ignis scilicet ip-  
 sos æternis suppliciis deputando Matth. 25. Ibi  
 hi in supplicium &c. Et ideo Christus sic iudican-  
 do iuste in iudicio: erit quasi visio lapidis Chriof-  
 listi Eze. 10. Tertio iste articulus continet multā  
 societatis congregationem &c. scilicet, viuos &  
 mortuos. Istis enim duobus nominibus: omnis

A congregatio iudicandorum figuratur, quod du-  
 pliciter exponitur, viuos & mortuos id est iustos  
 & peccatores: quia iusti vitam gratia habent pec-  
 catores autem illa priuantur. Vel aliter viuos &  
 mortuos id est, illos qui in aduentu suo viui cor-  
 pote reperientur: & illos qui ante mortui erant.  
 Tunc enim viuentes subito moriuntur, & statim  
 resurgent vt ad iudicium cum aliis congregentur.  
 Et hoc est quod dicit Apostolus. Testificor corā  
 Deo & Christo Iesu, qui venturus est iudicare vi-  
 uos & mortuos. Ista autem cunctorum congrega-  
 tio. in lapide Chriofolito figuratur, qui terrificat  
 dæmonium &c. Hic enim lapis dæmones terret  
 Et fugat ex quo significatur dæmonum subiectio  
 & per consequens totius mundi, cum ipse diabo-  
 lus huius mundi sit princeps, significat ergo totū  
 mundum esse subiectum, Et cui magis quæ Chri-  
 sto: qui dicit, Data est mihi omnis potestas in cœ-  
 lo & in terra. Et ideo Christi vniuersale dominiū  
 qui sibi viui & mortui subiiciuntur figurabat iste  
 lapis. Vnde Dann. 10. vbi de Christo dicitur ecce  
 vir vestitus lineis: & corpus eius quasi Chriofoli-  
 stus. Per istum ergo lapidem Chriofolium, qui  
 septimum fundamentum ponitur ecclesiæ rectè  
 significatur septimus fidei articulus &c.

PSALMVS LI.

Quid gloriaris in malitia, qui potēs  
 es in iniquitate.

Hic Psalms talem habet ritulum. In finem  
 Psalms David cum venisset Doech idumæus & nū-  
 ciasset Saul: venit David in domum Abimelech. Iste  
 titulus manifestat historiam, supra quam littera  
 istius Psalms fundatur. Quæ historia habetur, 1.  
 Reg. 18. quod cū Saul manu propria lancea occi-  
 dere voluisset David & non potuisset: quia Da-  
 uid declinauit à lancea, David cognoscens Saulis  
 malitiam contra ipsum esse firmatam: fugiti-  
 uè recessit de regno ipsius Saulis: & iuit ad regē  
 Geth, in terra Philistinorum. Dum autē iret, tran-  
 siuit per ciuitatem Nobæ quæ erat ipsius Saulis,  
 in qua manebat Abimelech sacerdos cum filiis  
 & multis aliis sacerdotibus: ad huc ergo Abime-  
 lech veniens David, finxit se festinanter missum  
 à rege, pro negotiis regis: & quæsiuit ab eo panes  
 & gladium Goliath: quem ille habebat, quibus sibi  
 datis: David inde recessit & iuit ad Achis regem  
 Geth. Dum autē Abimelech daret ipsi David pa-  
 nes & gladium. Ibi præfens erat quidā amicissimus  
 Saulis & potentissimus cum rege scilicet, Doech  
 idumæus. Qui postquam reuersus fuisset ad Saul  
 & Saul quadam Die cōquæreretur quod nullus  
 sibi nunciaret, vbi esset David, tunc iste Doech  
 dixit regi. Vidi David in Nobæ apud Abimelech  
 sacerdotem: qui consuluit pro eo dominum: &  
 dedit ei cibaria & gladium goliath. Ex quo appa-  
 ret quod iste detractoriè ista retulit, volens con-  
 placere regi, quia falsum adiunxit, vt detractores  
 facere solent: dicens, quod Abimelech consuluit  
 pro eo dominum, quod verum non fuit. Quod  
 audiens Saul, contra Abimelech statim furibundus  
 fuit effectus. Vnde præcepit emissariis id est,  
 cursoribus, vt irent in Nobæ, & interficeret Abi-  
 melech & omnes sacerdotes qui erant in Nobæ,  
 & mulieres & paruulos: ac etiam animalia om-  
 nia. Cum emissarii nolent ponere manum in sa-  
 cerdotes

cerdotes domini, ait Saul ad Doech, Irre tu in sa-  
 cerdotes, & irruit Doech & trucidauit octoginta  
 sacerdotes: viros quoque qui erant in Nobæ, & mu-  
 lieres & paruulos & animalia occidit. Solus autē  
 Abiathar filius Abimelech euasit & fugit ad Da-  
 uid, nuncians ei quod factum fuerat, & factus est  
 socius peregrinationis suæ. Quod audiens David  
 considerata malitia ipsius Doech, cōtra ipsum fe-  
 cit istū psal. Primo ergo dicam sensum literalē. Se-  
 cundo sensum prophetiū. Quantū ad literalē psal.  
 iste duas partes habet. Quia primo malitia Doech  
 reprehenditur. Secundo innocētia David describitur.  
 Ibi. Ego autē. Prima pars in tres. Quia David primo  
 arguit Doech malitiā. Secundo ipsius penā prædi-  
 cit futurā, ibi. Propterea. Tertio ex hoc ostēdit vi-  
 litatis cōsequētiā: ibi. Vnde dicitur iusti. Die vt N. Quā-  
 tum autē ad intellectū prophetiū intētio psal. est  
 discernere bonos à malis in presenti vita, & si nō  
 loco, tamē merito. Vnde hic agit de cōditionibus  
 malorū & bonorū: vt bonorū fideles & bonos cō-  
 tra malos & infideles. Et sic psal. iste diuiditur in  
 duas partes. Quia agit de statu malorū & peccato-  
 rū, Secundo de statu bonorū & deuotorū, ibi. Ego  
 autem. Prima diuiditur in partes tres. Quia primo  
 ostēditur peccatorum status & malitia. Secundo  
 ipsorū finis & miseria, ibi. Propterea. Tertio ex hoc  
 instorū aucta letitia: ibi. Vnde dicitur iusti. Quātū ad  
 primū sciendū q̄ status malorū variatur secundū  
 diuersos modos peccādi. Peccatur autē quatuor  
 modis, quos hic ponit illos reprehēdendo. 1. Peccatur  
 vana delectatione, in principio: Peccatur pra-  
 ua cogitatione: ibi. Tota die. Peccatur mala dile-  
 ctione: ibi. Dilexisti. Peccatur iniqua locutione: ibi  
 Dilexisti omnia. Quātū ad primū sciendū q̄ sicut  
 summa virtus & Deo placēs est, post peccatū tur-  
 bari dolore & contristari de malo: sic summa ini-  
 quitas est, post peccatū cōmissum latari & gloria-  
 ri de peccato cōmissio: quia sicut dolor de pecca-  
 to cōmissio sic placet q̄ Deo per ipsum peccatum  
 plene tollitur: sic gloriatio de peccato cōmissio tā-  
 tū Deo displicet, q̄ per ipsam peccatū cōmissum  
 multiplicatur. Vnde peccatores tales execrās sa-  
 piens, dicebat. Latantur cū male fecerint, & exul-  
 tant in rebus pessimis. Cōsimiliter nūc tales pri-  
 mo reprehēdens psalmista ait, Quid gloriaris in ma-  
 litia &c. Quod ideo dicit: quia sunt multi qui nō  
 solū delectantur & gloriātur peccando, & dū malē  
 faciunt: sed etiā trāsactō peccato & ipsius delecta-  
 tione, recordando de cōmissio peccato, in tali re-  
 cordatione delectantur & gloriātur. Tales enim in  
 mente sua fabricāt quoddā idolū præteritorū ma-  
 lorum, ad cuius cōtēplationē latantes gloriātur.  
 & sic gloriam quam in Deo deberent habere: in  
 gloriam idoli mutant. De quibus conqueritur do-  
 minus. d. Hier. 2. Populus meus mutauit gloriā  
 suam in idolum. Non aduertentes quod talis glo-  
 riatio ad ignominiam æternæ damnationis ten-  
 dit. Osee. 4. Gloriam eorum in ignominiam com-  
 murabo. Sed forte dices. In quo quis grauius pec-  
 cat, vel i delectatione peccati dum peccatū cōmit-  
 tit, vel i delectatione & gloriatione peccati cō-  
 missi: dum recordatur de ipso, verbi gratia. Quis  
 delectatur fornicando, trāsactō actu cogitando  
 quid fecit, delectatur: in quo grauius peccat? Si-  
 militer quis cōmissit homicidium, & post homici-  
 diū delectatur in recordatione ipsius? Respondeo,  
 q̄ ceteris paribus: magis peccat in delectatione  
 peccati & gloriatio post ipsum cōmissum,

quam in eius commissio. Probo primo quante  
 bonitatis est dolor & contritio de peccato com-  
 misso: tanta malitiæ est delectatio & gloriatio de  
 peccato commissio ceteris paribus. Patet, quia i-  
 sta duo dolor & delectatio circa idē peccatum  
 directē contrariantur in bonitate & malitia. Sed  
 tanta bonitatis est dolor & contritio de pecca-  
 to commissio, quod eius bonitas superat malitiā  
 peccati cōmissi: quia ipsam tollit: ergo cōsimili-  
 ter letitia & gloriatio de commissio peccato erit  
 tanta malitiæ quod peccati cōmissi malitiam su-  
 perabit. Propterea cum peccatum sit solū in vo-  
 luntate: quia sola voluntate peccatur, s̄m Magist.  
 li. 2. di. 15. illud peccatū erit grauius, quo voluntas  
 magis obliquatur, sed magis obliquat volūtas in  
 tali delectatione & gloriatio peccati commissi  
 quā in actu ipsius primi peccati: quod patet, quia  
 omnem obliquitatem in primo peccato habitā  
 (cū illud primum peccatum cōmitteret in gloria-  
 tione & delectatione recordationis illius peccati)  
 hēt. patet: quia nunc illud peccatū vult & acce-  
 ptat. Et vltra hoc habet nouā deordinationē act⁹  
 difformis gloriæ & exultationis de ipso peccato:  
 ergo nūc magis obliquatur quā antē. Hūc ergo sin-  
 gulariter reprehēdens Psal. dicit, Quid gloriaris in ma-  
 litia qui potēs es in iniquitate? Vbi nota q̄ potestas  
 faciēdi malū, nō proprie dicitur potestas, quini-  
 mo defectio potestatis: probatur: quia cū Deus sit  
 omnipotēs in se, habet rationē omnis potestatis:  
 & tamē Deus nō potest facere iniquitatē. Ex quo  
 sequitur q̄ posse iniquitatē facere: non est posse,  
 sed magis nō posse, vel à posse deficere. Sicut quā-  
 que nō posse notat potestatem, vt si dicā. Iste nō pōt  
 vinci ab aliquo: & ille pōt vinci. Nōne non posse  
 vinci, significat potestatem illi? qui vinci nō potest  
 & posse vinci significat defectū potestatis illius  
 qui vinci pōt. Eodē modo posse mori, nō est posse  
 sed potestatis defectus: sed nō posse mori, est po-  
 testatis. Cōsimiliter posse peccare, nō est posse, sed  
 à potestate deficere, sed nō posse peccare potesta-  
 tis est. Et hinc est, q̄ Deus propter suā omnipotē-  
 tiā nō pōt peccare, nō pōt mēteri, nō potest mori,  
 quia illo posse nō est potestatis, sed defectus po-  
 tentiæ: sed nō posse mori, nō peccare, nō mēteri,  
 potestatis est. Sic in proposito cū dicitur, Qui po-  
 tēs es in iniquitate. per hoc in peccatore nulla desi-  
 gnatur potētia, qua possit iniquitatem facere, sed  
 magis in potētia, qua à bono cadere potest. De  
 his vide magistrum li. 1. dist. 42.

Tota die iniustitiā cogitauit lingua  
 tua: sicut nouacula acuta fecisti doli.

Hic agit de peccato cogitationis. Vbi sciendū  
 q̄ sola mala voluntate peccatur: etiā si opus voli-  
 tū mala voluntatis non sequatur. Vnde quando  
 volūtas malum vt fiat cogitatur: tūc talis cogi-  
 tatio rōne voluntatis deliberantis imputatur ad  
 peccatum. Sic enim cogitatione peccauerunt Iu-  
 dæi, quādo cogitauerūt vt Lazarū resuscitatū in-  
 terficerent: quia multi propter eum credebant in  
 Iesum, quamuis de facto ipsum non occiderent,  
 vt habetur Ioann. 12. Vnde cogitationes tales  
 malorum vocantur iniustæ: quia contra iustitiam  
 tendunt. psalm. 118. Spreuisti omnes discenden-  
 tes à iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.  
 Vnde de talibus cogitationibus hic psalmista  
 malos reprehendit, dicens. Tota die iniustitiam  
 cogitauit

Psalm. 95.

Apoca. 11.

Psalm. 44.

1. Corin. 3.

Apoca. 22.

Eze. 7.

Chriofolium.

1. Thessa. 5.

Apoca. 21.

Matth. 25.

Eze. 10.

Gloriar. Peccati.

1. Reg. 2.

Hierem. 10.

Osee. 4. Quid gloriaris.

Potestas.

854. 6. q. 1. sicut plurimi.

Cogitatio.

Ioan. 12.

Psalm. 118.



cogitavit lingua sua. i. iniustitiam quam cor cogitavit lingua manifestavit. Quia secundum quod dicitur gl. Talis si non potest malum facere, loquitur malum: & si hoc nequit, saltem cogitat: ut quando aliquid mali abest à manibus, à cordibus non abest. Istas cogitationes malas à nobis amputare debemus: quia à Deo sunt cognita. Si enim homines mundi nostras cogitationes inspicerent, nonne à malis cogitationibus abstineremus? quanto magis quia Deus iudex noster conspicit illas. Vnde Iob. 42. Scio quod nulla te latet cogitatio. Quod exponens Greg. d. Sacerdoti viri tanto subtilius se in cogitatione constringunt, quanto à superno iudice districtius se considerari conspiciunt. Et hanc rationem assignabat Psal. dicens. psal. 93. Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanae sunt. Et bene vanae. Nam vanum dicitur, quod sine caret intento. Mali autem suis cogitationibus intendunt nocere bonis: & tamen eis proficiunt. Et hoc est quod subditur. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Vbi nota quod nouacula dicitur rasoriū sic dictum à nouo, as. quia innouat hominem. Sic & mali suis persecutionibus contra iustos sunt, sicut nouacula acuta: quia ad modum nouaculae omnes pilos exteriores radendo auferunt, sed non laedunt hominem, sed magis innouando purificant. Quid enim per pilos nisi exteriora bona intelliguntur: quibus ablatis per malos iustus turpius non redditur, sed pulchrior & magis acceptus? Dicit ergo malis. Totadie &c. Sicut nouacula acuta fecisti dolum. i. dolum quem contra bonos cogitasti facere, eis fuit sicut nouacula acuta, quae superfluos & inutiles pilos radit. Ita enim mali suis persecutionibus sanctis pilos radunt, i. inutilia & superflua auferunt, etiam quandoque vitam corporalem: sed quod vile est eis, animam, auferre non possunt: propter quod nobis dicitur. Nolite timere eos qui occidunt corpus &c. Vnde de ista nouacula persecutionis dicitur. In die illa raderet dominus innouacula acuta caput & pilos pedum, & barbā vniuersam, quod facere dicitur dominus: quia hoc facere malos permittit. Per caput enim quod est principale in exteriori homine: intelligitur mens, quae interiori homine principatur. Per barbā autē quae sexum distinguit exterius: accipit extrinsecum hominis corpus. Sed per pilos pedum, intellige infimas temporalium curas. Ista ergo persecutionis nouacula radit caput, dum malas cogitationes à mente refecat. Radit barbā dum carnales retinet tērationes. Radit pilos pedum, dum infimas temporalium refecat curas. Quae omnia iustos innouant & eis ad vtilitatem proficiunt. Ex quo apparet quod cogitationes malorum contra iustos iniusta & vanae dicuntur: quia sine carent intento.

**855.** Dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis quam loqui aequitatem. Hic agit de peccato dilectionis inordinatae. Quidam enim hic fati dubitant: quomodo quis malitiam possit diligere: quia dilectio est actus voluntatis. Voluntas autem cum pro obiecto habeat bonum: quia bonum est quod omnia appetunt. Cum ergo malitia nullo modo sub obiecto voluntatis contineatur, quomodo à voluntate alicuius potest esse voluta? Sciendum ergo quod malitia, sed neque malum ab aliquo per se & sub ratione malitiae vel mali, diligitur: sed solum per accedens. scilicet ratione alicuius commodi, quod ex malo quis intendit consequi. Et modum declarat Sanctus

Job. 42. Grego.

Psalm. 93.

Nouacula persecutio.

Matth. 10. Esa. 7.

Quaestio.

Malitia, Malum, Voluntas.

doctor, dicens: quod appetitus inclinatur ad malum: hoc contingit ex aliqua corruptione, vel inordinatione in aliquo principiorum hominis. Principia autem humanorum actuum sunt intellectus & appetitus tam naturalis quam rationalis, id est, tam voluntas quam sensus. Ex quibus peccatum contingit in humanis actibus. Et hoc quandoque ex defectu intellectus: puta cum aliquis per ignorantiam peccat: quandoque ex defectu appetitus sensitiui, sicut cum aliquis ex passione peccat, quandoque ex defectu voluntatis: qui est inordinatio ipsius. Est autem voluntas inordinata, quando minus bonum magis amat quam maius. Quilibet autem eligit pati detrimentum in bono minus amato: sicut cum homo vult pati abscissionem membri, etiam scienter ut conseruet vitam quam magis amat. Et per hunc modum, quando aliqua inordinata voluntas, aliquod bonum temporale: puta diuitias, vel voluptatem, magis amat quam ordinem legis diuinae vel charitatem, vel aliquid huiusmodi. Sequitur quod tunc velit dispendium pati in aliquo spiritualium bonorum, ut potius ab aliquo temporalis bono. Nihil autem aliud est malum, quam priuatio alicuius boni. Et secundum hoc aliquis scienter vult aliquod malum spirituale, quod est malum simpliciter, per quod bonum spirituale priuatur, ut bono temporali potius. Et tunc dicitur ex certa malitia, vel ex industria peccare: quasi scienter malum eligens non quidem per se, sed ratione alterius minoris boni, quod appetit. Et hoc est quod dicit Dam. omnis peccans, peccat ratione alicuius aestimati boni quod per peccatum intendit consequi, ut quis mentitur vel per mendaciam acquirit alicuius gratiam vel pecuniam vel aliquid huiusmodi. Hoc etiam dicit Augustinus, & habetur in can. 1. q. 1. merito dicens. Omnes quippe homines qui scienter faciunt quod non licet, vellent licere facere vsque adeo, nemo ipsum peccare appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo consequitur. Ex quibus patet quomodo quis malitiam vel malum potest diligere, non quidem per se, sed per accidens. Sic ergo peruerso homini, ait psal. Dilexisti malitiam super benignitatem. Vbi Augusti. q. d. Vtrunque ante te habes. scilicet malitiam & benignitatem, malum & bonum, sed malitiam eligis peruersus. Et ita facis, quasi leues aquas super oleum, & terras super caelum. Sed cum his, i. ad similitudinem horum cadis inferius. Quia sicut ista suo pondere deorsum feruntur: sic tu benignitati praefers malitiam, ruis in profundum quia talentum plumbi super quod sedet iniquitas (ut Zacharias propheta ait) amplexaris. Et quia vnusquisque qualis est, talia loquitur & facit ut dicitur 1. ethi. & Matth. 12. Ex abundantia cordis os loquitur. Et ideo tales, sicut mali interius, sic & peruersa loquuntur exterius. Et hoc est quod subditur. Dilexisti iniquitatem magis quam loqui aequitatem.

**856.** Dilexisti omnia verba praecipitationis, lingua dolosa. Hic consequenter agit de peccato peruersae locutionis. Vbi nota quod secundum Grammaticos, caput componitur cum praecipitatione & dicitur praecipitatio, quia scilicet cadit vel ruit procedente capite & corpore sequente. Et ex hoc ille homo dicitur

dicitur praecipitatio, qui omnia sua facta agit sine modo & cum periculo. Et sic verba praecipitationis sunt verba periculosa, quae aliis sunt causa praecipitij & ruinae, ut sunt verba detractoria, diffamatoria, quae sunt causa diuisionis & discordiae. Et de talibus, linguosus homo hic reprehenditur, cum dicitur. Dilexisti omnia verba praecipitationis, quasi d. Tu quis es lingua dolosa, id est, linguosus & dolosus. Dilexisti omnia verba praecipitationis: dum vnum gestas in corde, & aliud in ore. Talis enim lingua dolosa, quata sit praecipitationis & periculi, ostendit Grego, dicens. Quibusdam enim ruinae suae gradibus delictiosa mens, ad lapsum impellitur. Nam dum ociosa verba cauere negligimus: ad noxia prouenimus, ut prius loqui aliena libear: & postmodum detractionibus eorum vitam de quibus loquimur lingua mordeat. Quandoque autem vsque ad apertas contumelias erumpit. Hinc feminatur stimuli, oriuntur rixae, accenduntur faces odiorum, pax tota extinguitur cordium. Vnde bene per Salomonem dicitur. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Aquam quippe dimittere est, linguam in fluxu eloquij relaxare. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum: quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Sequendo materiam articulorum, restat declarare octauum articulum, quem posuit Bartholomaeus, dicens. Credo in spiritum sanctum, quod ex octauo fundamento ciuitatis Hierusalem declaratur, qui erat lapis qui dicitur beryllus, qui hunc articulum clare manifestat. Vbi sciendum quod ad maiorem huius articuli declarationem, & ad multorum haereticorum confutationem: huic articulo ecclesia multa addidit in maiori simbolo, dicens. Et in spiritum sanctum dominum & viuificantem, qui ex patre filioque procedit: qui cum patre & filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per prophetas. In quibus ver. confundens haereticos, ecclesia de spiritu sancto nobis ostendit. scilicet quod ipse spiritus sanctus habet potestatem domini, iure cunctis imperans: quia Et in spiritum sanctum dominum. Bonitatis officium vitam iustis condonans: quia Et viuificantem. Charitatis glutinum, verbum patri copulans: quia Et patre filioque procedit. Honestat consortium cultum Dei vendicans: quia Cum patre & filio simul adoratur & conglorificatur. Veritatis eloquium, verbum Dei referans, quia Locutus est per prophetas. Haec autem omnia in isto octauo fundamento, scilicet in beryllo declarantur. Quoniam ut patet ex dictis Magistri li. 16. hic lapis aliquas partes significat. Nam hic lapis: ut ibidem dicitur, tanto vigore hostes superat, Dei denotans imperium: quoad primum. Suo virore morbos medicat, vitam condonans remedium: quoad secundum. Grato amore mentes alligat, verum indicans conubium: quoad tertium. Alto honore dignas magnificat, summum explicans consortium, quod ad quartum. Claro splendore mentes illuminat, verum referans eloquium: quoad quintum. Primum ergo in isto articulo de spiritu sancto ostenditur: quod ipse habet potestatis imperium &c. quia dicit. Et in spiritum sanctum dominum. Vbi primo sciendum quod spiritus sanctus dupliciter accipitur secundum Magistrum libro primo, distinct. 26. scilicet secundum substantiam & secundum relationem. Nam secundum substan-

1. q. 77. q. 114. d. 1.

Grego. 5. mo ca. 12.

1. q. 17.

Spiritus sanctus. Octauum articulum. Malus fidei.

Dam. 1. q. 43.

1. q. 114. q. 114. d. 1.

Beryllus.

856.

Primo. Secundo.

tiam est nomen commune omnibus tribus personis diuinis: quoniam Deus spiritus est. Itaque pater filius & spiritus sanctus, vnus sunt Deus, & Deus vtiq; sanctus est, & Deus spiritus est: potest appellari tota trinitas vnus spiritus sanctus. Si autem accipiatur relatiue: tunc solum dicitur de persona tertia trinitatis. Et sic accipitur hic, cum dicitur. Et in spiritum sanctum dominum. Huic enim tertiae personae spiritus sancti proprie comperit ius imperij & dominij. Quod patet ex hoc: quia spiritui sancto attribuitur summa libertas: ergo & ius dominij & imperij: patet consequentia: quia libertas est de ratione intrinseca dominij & econtrario. Et quantum in aliquo est de ratione libertatis: tantum est in illo de ratione dominij: cum dominium & seruitus ex opposito distinguantur: quia ille veraciter dominus est, cuius libertas nulla potestate permittitur. Sed antecedens patet per apostolum. 2. ad Corintios, 3. vbi libertatem spiritui sancto attribuit, dicens. Vbi spiritus domini, ibi libertas. Et ideo concludit ibidem spiritum sanctum esse dominum, dicens Dominus autem spiritus est. Hanc ergo primam spiritus sancti conditionem exprimens symbolum, dicit. Et in spiritum sanctum dominum. Ista conditio per Beryllum exprimitur, qui rato vigore hostes superat. Nam ut ibidem dicit Magister. Iste lapis habet virtutem contra periculum hostium, & contra lites iniunctum reddit hominem. Cum ergo resistere hostibus & iniunctum permanere dominium importet: sequitur quod iste lapis spiritus sancti significat dominium. Haec autem conditionem dominij de spiritu sancto concludit Apostolus. 1. ad Corintios 12. quia omnia gubernat ad libitum & distribuit, dicens. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus: quia haec omnia operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Secundo: ut patet ex articulo, spiritus sanctus habet bonitatis officium &c. quia Et viuificantem. Spiritus sanctus enim est ille qui mortuis peccatoribus vitam spiritualem inspirat: quod patet: quia sicut peccatum est mors spiritualis animae: sic gratia peccato opposita, est vita animae spiritualis quae ipsam viuificat, secundum Magistrum lib. 4. dist. 17. sed ipsa gratia proprie spiritui sancto appropriatur: qui charitas & gratia dicitur: secundum Magistrum lib. 1. dist. 17. Igitur & viuificatio animarum quae est effectus formalis gratiae, ipsi spiritui sancto debet appropriari, ut sic spiritus sanctus dicitur viuificans. Quod Christus ostendens, dicit. Caro non prodest quicquam, spiritus autem viuificat. Ideo Ricardus, 6. de trini. ait: quod sicut spiritus humanus qui procedit de corde vita est corporum: sic spiritus sanctus qui procedit à patre & filio vita est animarum. Sicut enim habitare animam in corpore probat vitales motus corporis, ita habitare spiritum sanctum in anima probat vita spiritualis. Vnde apostolus dicit, quod Christus viuificabit mortalia corpora nostra per inhabitatē spiritum eius in nobis. Huius autem effectus spiritus sancti qui est viuificare, habet expressa figura Eze. 37. vbi Eze. i. spiritu domini ductus in medio campi, qui erat plenus ossibus aridis, & sibi dixit dominus. Ecce ego intromittam spiritum meum in ossibus istis, & viuēt. Et sequitur. Et ecce comotio & accesserunt ossa ad ossa: vnusquodque ad iuncturam suam. Et ecce super ea

Joan. 4.

Dominus.

2. Corint. 3.

1. Corint. 12.

Vita

Joan. 6. Vbi dicitur de Ricardus.

Rom. 8.

Ezech. 37.

Roman. 8.

nerui & carnes ascenderunt, & extenta est in eis A  
 cutis desuper. Et dixit dominus. A quatuor ven-  
 tis veni spiritus & insuffla super interfectos istos  
 & reuiuifcant. Et ingressus est in eos spiritus &  
 vixerunt &c. Et hanc de spiritu sancto virtutem  
 tangens articulus dicit. Et viuificantem. Rom. 8.  
 Prudentia spiritus. i. efficacia, vita, & pax. Istud au-  
 tem spiritus sanctus pietatis officium in isto lapi-  
 de Beryllo figuratur, qui suo virore morbos me-  
 dicat &c. Nam secundum Magistrum vbi supra,  
 iste lapis valet contra infirmitatem hepatis. He-  
 par enim in quo calor naturalis sedem habet, à  
 quo ad cetera membra se diffundit, significat vi-  
 tam spiritualem, in qua sedet calor & ignis spiri-  
 tus sancti, ad cetera membra se diffundens. Per  
 charitatem huius autem hepatis, scilicet vitæ spi-  
 ritualis infirmitates sunt vitia & peccata, quæ vi-  
 tam spiritualem interimunt. In hoc ergo quod  
 Beryllus valet contra infirmitates hepatis, clarè  
 figuratur spiritu sancti efficacia: quæ valet contra  
 vitia & peccata, vitam spiritualem nutriendo. Nec  
 mirum, quoniam dicitur. In manu eius est anima  
 omnis viuientis, & spiritus vniuersæ carnis homi-  
 nis. De aliis in sequenti lectione.

Iob. 12.

857.

**Propterea Deus destruet te in fine  
 euellet te, & emigrabit te de tabernacu-  
 lo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.**

Hic consequenter ponitur status malorum  
 finis & miseria. Et nota hic processum mise-  
 riæ malorum. Quoniam prauis quamuis in præsen-  
 ti vita aliqua bona agant: prosperitatibus eleuen-  
 tur, cum iustis in simul commorentur. Tamè fini-  
 liter cadunt, & hæc omnia perdunt. Vnde in isto  
 versiculo notat quatuor, scilicet iniquus primo à  
 Deo finaliter diuidit, in principio. *Propterea Deus  
 destruet te in fine.* Secundo à mundo temporaliter  
 euelletur, ibi. *Et euellet te.* Tertio à viris iustis se-  
 cernitur, ibi. *Et emigrabit te de tabernaculo tuo.* Quar-  
 to à beatis æternaliter excluditur, ibi. *Et radicem  
 tuam de terra viuentium.* Quantum ad primum nota quod Dei  
 electio siue prædestinatio est duplex, scilicet se-  
 cundum præsentem iustitiam, & secundum æter-  
 nam Dei præscientiam. Similiter & reprobatio.  
 Vnde multi prædestinati secundum æternam Dei  
 præscientiam, quandoque in statu reprobati secun-  
 dum præsentem iustitiam, sicut fuit Petrus, quan-  
 doque Christum negavit. Paulus quando Chris-  
 tum persequebatur. Dauid quando peccauit.  
 Sic e contrario multi prædestinati secundum præ-  
 sentem iustitiam, sunt reprobati secundum æter-  
 nam Dei præscientiam, sicut Iudas, si quando fuit in  
 statu gratiæ. Et differentia est inter istos: quia si  
 primi quandoque mortaliter peccent, tamen fi-  
 naliter eos Deus non deserit, quin ad statum ve-  
 ræ poenitentiae resurgant, & in statu gratiæ de-  
 cedant. Et si secundi quandoque sint in statu gra-  
 tiæ, & aliqua opera meritoria faciant, tamen fi-  
 naliter à Deo deseruntur, & per peccatum ca-  
 dunt & in illo moriuntur. Vnde ostendit Magi-  
 ster libro 1. distin. Et hoc notans psalmista euili-  
 bet prauo secundum æternam Dei præscientiam  
 reprobato, & si quandoque sit in statu gratiæ di-  
 cit. *Propterea propter peccata tua, Deus destruet te  
 in fine.* Quid est enim Deum mentem hominis  
 destruere, nisi ipsam deserere? Vnde Gregor. ait.  
 Omnipotens Deus humanum cor destruit cum

Prædestina-  
tio reprobato-  
rum.

Destruere.  
Deserere.

Grego. 11. mo  
vni. c. 5.

relinquit, ædificat cum gratia replet. Neque enim humanam mentem de bellando destruit sed recedendo: quia ad perditionem suam sufficit sibi dimissa. Et hoc est quod hic ait. *Propterea Deus destruet te in fine.* id est, finaliter te deseret, vt in gratia vitam non termines, nec à peccatis resurgas. Psal. 27. *Destrues illos & non ædificabis eos.* Secundo à mundo temporaliter euelletur. Vnde subdit. *Et euellet te.* Euellere idem est quod eradicare, etiam radices extirpare. Euelluntur ergo peccatores à mundo: quia quandoque etiam temporaliter à mundo deseruntur, & de magnis dignitatibus & fortunis ad magna infortunia cadunt & miseriam vt amplius resurgere non possunt, sicut arbor radicitus euulsa, amplius non germinat: sic talibus omnis spes prosperitatis euelletur, vt quilibet talium de mundi fortuna dicat illud Iob. 19. *Tanquam euulsa arboris abstulit spem meam.* Et si quandoque in prosperitatibus mundi vsque ad mortem perdurant, tamen tunc ab illis euelluntur & ad perpetuas miseras deducuntur. Vnde de talibus dicitur. *Præuaticatores quasi spinæ euellentur vniuersis: ignis & succensæ comburentur.* Et istum intellectum habet glo. Aug. dicens. *Euellet te.* id est, dignitatem tuam auferet à te. Tertio à iustis seceratur. Vnde subdit. *Et emigrabit te de tabernaculo tuo.* Vbi nota quod tabernaculum peccatorum est caro vel corpus eorum. Vnde Grego. ait. *Iniqui enim tabernaculum caro est: quia ipsam lætus inhabitat: & si sit possibile optat vt eam nunquam derelinquat.* Iniquus ergo quia omne gaudium suum in carnali vita posuit, in tabernaculo carnis habitauit. De hoc ergo tabernaculo corporis Deus emigrat in iustum, id est, facit transire. scilicet per mortem. Et tunc seceratur à iustis. Quia quandiu sumus in vita præsentis, in simul manet granum cum paleis, mali cum bonis: sed per mortem emigrantes mali separantur à iustis: quia iusti ad Deum ascendunt: mali vero descendunt ad infernum. Et hinc vide differentiam inter iustos & malos: quia mali emigrant de tabernaculo suo in morte: vt dictum est, iusti autem non: sed in tabernaculo suo magis confirmantur. Nam tabernaculum alicuius dicitur illud in quo habitat. Iusti autem mente hic non habitant in carne, sed in celestibus. Ideo celestia tabernacula iustorum dicuntur. Psal. 41. *Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.* Iusti autem per mortem ab isto tabernaculo non emigrant, sed magis in ipsum confirmantur. Vnde quilibet iustus dicit Psal. 61. *Deus meus Saluator meus, adiutor meus & nõ emigrabo.* Quarto à beatis æternaliter excluditur, vnde subdit. *Et radicem tuam de terra viuentium.* emigrabit. Vbi nota quod alia est radix bonorum & alia malorum. Nam radix bonorum est charitas, ex qua velut radicem omnia opera bona fructificant. De qua ad Rom. 11. *Si radix sancta, & rami sancti.* Radix autem malorum in qua fundantur, est cupiditas in qua fundantur omnia sibi subiugare volentes. De qua 1. Tim. 6. *Radix omnium malorum cupiditas.* Quod non solum intelligitur de cupiditate auaritiæ, sed multo fortius de cupiditate gloriæ, ex qua omnia mala procedunt, scilicet, homicidia, sacrilegia, proditiones, furta, adulationes, &c. Et de homicidio quod maius malum videtur ratione cupiditatis gloriæ commisso narrat Valerius, quod Paulianus gloriæ

Psalm. 27.

Iob. 19.

2. Reg. 27.

T. Adema.  
Iob. 19. 27.

2. Reg. 27.

Ummatus.

Greg. 33.  
mor. 19.

Radix cap.  
dicitur.

Rom. 11.

1. Tim. 6.

Psalm. 57.

gloriæ cupidus, cum Hermoclem percussatus A  
 esset quoniam modo subito clarus posset euade-  
 re. Atque is respondit. Si aliquem virum illu-  
 strem occidisset, futurum vt eius gloria ad ipsum  
 rediret, continuo Philippum patrem suum virum  
 illustrem occidit, & quidem quod petierat,  
 affecutus est. Nonne cõsimili modo cupiditas glo-  
 riæ Absalonem ad persequendum patrem excitauit?  
 Et consimiliter multis exemplis reperimus, quod cu-  
 piditas gloriæ omnium malorum est radix. Bene  
 ergo dicit apostolus de hac, quod radix omnium  
 malorum cupiditas. Ista ergo radix semper tendit  
 ad alta germinanda. Sed deducetur ad infima inferni,  
 ne scilicet in terra viuentium germinet. Et hoc est  
 quod hic dicitur. *Et radicem tuam de terra viuentium.*  
 scilicet emigrabit. Radix autem iustorum in terra  
 viuentium germinabit, quia ex radice charitatis,  
 ibi iusti præmiabuntur. Quoniam vt dicitur Sapientiæ 15. *Radix est immortalitatis.*

Sap. 15.

858

**Videbunt iusti & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent, ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.**

Hic ostenditur ex pœnis malorum iustis habitantibus in terra. Vbi sciendum, quod iusti in hoc mundo vident & cognoscunt mala opera prauorum, consimiliter & videbunt in futuro, nec tamen ex hoc compatiuntur eorum in futuro videntes penas eorum, sicut hic eis compatiuntur, videndo ipsorum mala opera. Ex visione ipsorum in presenti, ad Dei timorem inducuntur, sed ex visione ipsorum in futuro, ad gaudium & lætationem ampliore promouentur. Et hoc est quod dicit psal. in presenti. *Videbunt iusti & timebunt.* Quia iusti in presenti vident peccata malorum, & cognoscunt quid mali euenturum sit eis in fine. Et hoc videntes timeant, ne scilicet ipsi in consimilia mala cadant. Et tali timore magis subduntur Deo, & oritur timor reuerentiæ finalis. In futuro autem videntes finem reproborum, tunc securi super eum ridebunt & lætabuntur, quia damnatorum pena visa à beatis, ad augmentum erit gloriæ ipsorum. Vnde Greg. 33. mor. ait. *Damnatorum cruciatus, sed in laudibus Dei crescunt: quia & in se cernunt bonum quo remunerati sunt, & in illis inspicunt malum quod euaserunt & supplicium.* Ita enim tunc pulchra erit vniuersitas, dum & gehenna in se cruciat impios, & æterna felicitas iuste remunerat pios. Sicut enim niger color in pictura sternitur, vt superiectus albus vel rubeus pulchrior ostendatur. Ita & tunc malos benè ordinans Deus, felicitiora exhibet gaudia beatorum, ostensis ante eorum oculos supplicii reproborum. Et quamuis illud ex visione diuina eorum gaudium non sit quo crescat, magis autem auctori suo se sentiunt esse debitores, quando bonum cernunt quod iuste remunerati perceperunt, & malum, quod misericorditer adiuti viscerunt. Et eandem sententiam ponit magister libro 4. distin. vltima. Sic ergo in futuro, impium damnatum videbunt iusti, & super eum ridebunt, id est gaudebunt videndo penas illorum, quia psalm. 57. *Le-tabitur cum viderit vindictam &c.* Sicut enim damnati modo videntes beatos, quos in vita illa

contempserunt amplius cruciantur, dicent. Nos S. ap. 5.  
 insensati vitam illorum putabamus insaniam &c.  
 & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei  
 &c. Sic & sancti videntes supplicia damnatorum  
 lætabuntur cogitantes vanitatem ipsorum & di-  
 cent. *Eccce homo qui non posuit Deum adiutorem suum.*  
 sed diuitias. Et ideo præualuit in vanitate sua. in est, in hoc quod quis non in Deo sperat  
 sed in multitudinem diuitiarum, summa & præ-  
 ualens vanitas ostenditur. Vnde glossa. *Et præua-  
 luit in vanitate sua.* Quid enim vanius eo qui pos-  
 tat plus valere nummum quam Deum? Et consi-  
 milem sententiam posuit superius psalm. dicens.  
 Et dominabuntur eorum iusti in matutino, & auxili-  
 um eorum veterascet in inferno à gloria eorum.  
 Vide expositionem huius ad propositum superius  
 versic. 820.

**Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & præualuit in vanitate sua.**

859

De conf.  
dist. 6.  
Ictinulum.

Quæ est maior vanitas, quam in diuitiis sperare? quæ necessitatis tempore & ipsæ & maximè aduersantur vel deserunt. Vnde nota quod spes in diuitiis poni non debet: quia diuitiæ sperantibus in eis sunt damnosæ: quia impediunt cognitionem. Sunt dolosæ: quia non seruant promissionem. Sunt spinosæ: quia inducunt damnationem. Primum patet. Tum quia impediunt verbi Dei cognitionem, quia Matth. 13. Fallacia diuitiarum suffocat verbum. Tum quia impediunt cognitionem inimicorum: quia propter diuitias multi qui realiter inimici sunt diuitis, se pretendunt amicos. Propter quod Boetius. 2. de consolatione ostendens quod aduersa plus proficiunt homini quam prospera, dicit. Hæc scilicet prosperitas semper fidem felicitatis promittit, cum videtur blanda & mentitur, hæc vero, scilicet aduersitas semper vera est, cum se miserabilem mutationem demonstrat. Illa fallit, hæc instruit. Illa mendaciter sæpe bonorum mentes fouedo ligat, hæc aggregatione fragilitatis feliciter absoluit. Propter quod dicitur. *Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.* Secundum patet: quia diuitiæ promittunt læticiam quam nunquam exhibent veram: quia semper timorẽ secum portant. Narrat Aug. quod quidam diues transiens, pauperem quendam iocantem inuenit, quem diues videns ingenuit, suiq; socius dixit. *Eccce omnibus inquit conatibus ad hoc laboramus, vt ad securam lætitiæ perueniamus, quo nos iste mendicis præcessit.* Ille lætatur, & ego anxius eram, ille securus, & ego trepidus. Dolositas diuitiarum benè apparuit in illo diuite, qui dicebat. *Anima mea habes multa bona recondita in annos plurimos &c.* Propter quod dicitur. *Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.* Tertium patet. Luca 16. *Mortuus est diues & sepultus in inferno.* Propter quod dicitur. *Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.*

Boetius 2. de  
consolatione.

Aug. 6.  
confess.

Luca 12.  
Psalm. 36.

Psalm. 6.

**Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei, speravi in misericordia Dei in æternum & in seculum seculi.**

860

Hic consequenter agit de statu bonorum. Vbi Tom. j. Ii 3 nota

nota quod vitam iustorum hic psalmista oliuæ com-  
 parat propter multa. Primo propter unitatē con-  
 cordiæ, quæ in oliuâ designatur, quæ in signum  
 pacis & reconciliationis porratur. In cuius figu-  
 ram pacificato Deo cum humana natura post di-  
 luitum venit columba ad arcam portans in ore  
 ramum virentis oliuæ. Gen. 8. Secundo firmitatem  
 constantiæ, quæ in oliuam figuratur, quoniam e-  
 quanimitate virefcit tempore æstatis & hyemis,  
 scilicet prosperitatis & aduersitatis. Sic & iustus  
 per virtutem constantiæ inter aduersâ & prospera  
 virefcit & florere. Psal. 91. Iustus vt palma flo-  
 rebit &c. Eccl. 24. Quasi oliuâ speciosa in campis.  
 Tertio propter sinceritatem conscientiæ. Oliuâ  
 enim est fomentum luminis, & puritatem con-  
 scientiæ significat, & claritatem. Vnde iusto dicitur,  
 Oliuam vberem pulchram fructiferam spe-  
 ciosam vocauit dominus nomen tuum. Ratione  
 quorū dicit psal. in persona iustorum. Ego autem  
 sicut oliuâ, &c. Vel ideo iustos oliuæ cōparat pro-  
 pter quatuor colores oliuæ designatas. Nam do-  
 cet experientia, quod oliuâ in suo fructu successi-  
 uè quatuor habet colores. Nam primo est viri-  
 dis, secundo rubea, tertio liuida, & quarto nigra.  
 Vt sic color viridis significat claritatem diuinæ  
 cognitionis, rubeus charitatem fraternæ dilectio-  
 nis, liuidus asperitatem penitentiae & afflictio-  
 nis, sed niger humilitatem modestæ conuersatio-  
 nis. Primo ergo iustorum spes & gloria consistit  
 in claritate diuinæ cognitionis, scilicet in hoc qd  
 verum Deum cognoscit & colit. Hier. 9. Hæc di-  
 cit dominus. Non gloriatur sapiens in sapientia  
 sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, &  
 non gloriatur diues in diuitiis suis, sed in hoc glo-  
 riatur qui gloriatur scire & nosse me, &c. Sicut e-  
 nim summa spes & expectatio iustorum cōsistit  
 in faciali Dei visione in æterna felicitate, sic con-  
 formiter & expectatio iustorum in præsentī vita  
 cōsistit in visione fidei & enigmatica diuinitatis.  
 Propter quod dicebat apostolus. Qui gloriatur in  
 domino gloriatur. Hoc autem iustorum deside-  
 rium & spes, in primo colore oliuæ designatur,  
 qui est color viridis. Quia sicut inter omnes colo-  
 res viridis plus confert oculis corporis ad viden-  
 dum, sic & diuinitatis cognitio oculos mētis mag-  
 nis ac summè perficit & illuminat. Propter quod  
 dicitur. Beatus vir qui inuenit sapientiam. Sequi-  
 tur. Longitudo dierū in dextera illius, & sinistra  
 illius diuitiæ & gloria. Quid enim per dexteram  
 nisi vita beata, quid per sinistram nisi vita præ-  
 sēns designatur? Ista igitur sapientia diuinæ cogniti-  
 onis habet in dexteram dierum longitudinem, dū  
 beatis sine fine vitam tribuit. Sed in sinistra diui-  
 tias habet & gloriam dum in præsentī vita iusto-  
 rum desiderium solum ad Deum diligit. Sed for-  
 te quis dicet. In præsentī vita ponam desiderium  
 meum ad Deum cognoscendum, cum hic nulla-  
 tenus ad ipsius cognitionē pertingere valeamus?  
 dicente scriptura. Qui scrutator est maiestatis, op-  
 primetur à gloria. Respondeo quod quamuis in  
 vita præsentī cognitio clara haberi non possit, ha-  
 betur tamē cognitio ipsius enigmatica. 1. Cor. 13.  
 Videmus nunc per speculum in enigmate. Dicitur  
 naturales & docet experientia, qd quamuis cor-  
 pus solare clarè nostris oculis videre nō possumus  
 in vita præsentī propter excessum luminis ipsius  
 ad sensum visus, tamen si accipiatur speculū cla-

rum, & ponatur in aqua clara lucente sole, tunc  
 videbitur sol triplicatus, s. vnus in caelo quæ est  
 fons luminis, vnus in speculo generatus à primo  
 & vnus in aqua generatus ab vtroq;. Sic spiritua-  
 liter debes facere, si Dei cognitionem saltem eni-  
 gmaticam vis habere. Quid enim per speculū nisi  
 rationalis anima intelligitur, in qua velut in spe-  
 culo Dei gloria manifestatur, cū sit facta ad ipsius  
 similitudinem: de qua Sap. 7. Est speculum sine  
 macula Dei maiestatis & imago bonitatis illius.  
 Quid autem per aquam nisi spiritus sancti desi-  
 gnatur gratia, Christo. d. Qui credit in me &c. Flu-  
 mina de ventre eius fluent &c. Hoc autem dice-  
 bat de spiritu sancto. Si igitur hic Deū vis cogno-  
 scere, pone speculum in aqua, id est fac qd anima  
 tua sit in statu gratiæ & tunc poteris videre solē  
 triplicatum, id est Deū in tribus personis suppo-  
 situm. Tunc enim videbis vnum solē in caelo, s.  
 personam patris. Cum enim caelum inter cetera  
 sit maximū opus: quia est circulus maior omnia  
 continens, habet manifestare potentiam sui pro-  
 ductoris, quæ patri appropriatur. Videbis alium  
 solē in speculo, s. personam verbi in humanita-  
 te assumpta. Cum enim speculū dicatur rationalis  
 anima (vt dictum est) quæ est pars principalior  
 humanitatis assumptæ merito per speculū intel-  
 ligitur ipsa humanitas à verbo assumpta, cum à  
 principaliori parte totum denominetur. Conse-  
 quenter videbis alium solē in aqua, id est personā  
 spiritus sancti ab vtroque procedēte in aqua sua-  
 rum gratiarum, quibus anima nostra purgatur &  
 irigatur, atq; secundatur. Gen. 1. Spiritus domini  
 ferebatur super aquas. Hæc est ergo prima confi-  
 dentia iustorum. s. in Dei cognitione, per primū  
 colorē oliuæ designata. Et propter hoc iusti oliuæ  
 cōparantur. Psal. 127. Filij tui sicut nouellæ oliuæ-  
 rum in circuitu mēse tuæ. Propter quod & nunc  
 psal. in persona iustorum dicit. Ego autē sicut oli-  
 uâ &c. Secundo iustorum gloria consistit in chari-  
 tate actionis meritoria, quæ in hoc consistit, vt  
 omnia bona nostra recognoscamus esse à Deo: sibi  
 bonorum operum gloriam dantes non nobis.  
 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite. Cū enim  
 omnia nostra merita non à nobis sint, sed à Deo:  
 non nobis sed Deo ipsorum gloriā dare debemus.  
 In cuius figuram legitur. 2. Reg. 12. quod cū Ioab  
 in virtute exercitus regis Dauid obsideret ciuita-  
 tem filiorum Moab, & in breui ipsam esset captu-  
 rus, videns quod hoc nō faciebat virtute propria  
 sed exercitus ipsius Dauid, noluit gloriā victoriæ  
 sibi, sed ipsi Dauid attribuire &c. Sic spiritualiter  
 quilibet iustus cōsiderans qd omnia bona quæ fa-  
 cit facit virtute gratiæ Dei & non propria, gloriā  
 illorū non sibi, sed Deo Debet attribuire. d. psal.  
 Quoniam gloria virtutis eorum tu es. Et hæc vir-  
 tus charitatis in qua sic iusti gloriātur, per secun-  
 dum colorē oliuæ qui est rubeus admodū ignis  
 figuratur: quia sicut ignis inter omnia elementa  
 est magis actiuus, sic & charitas inter omnes vir-  
 tutes ad benè agendū nos magis inclinat. Dicunt  
 naturales, qd quando quis est inflammatus amore  
 alicuius personæ: quæ sit illa ex velocitate pulsus  
 percipi potest. Nam pluribus personis sibi nomi-  
 natis, auditio nomine illius ad quam afficitur, cuius  
 præsentia caret, statim pulsus eius fortius agi-  
 tatur. Et ratio est: quia tunc spiritus descendit ad  
 cor ratione amoris, & sic cor magis inflammatur  
 magis mouet partes exteriores. Sic spiritualiter,  
 quando

*Olina.*  
*Psalm. 91.*  
*Eccl. 24.*  
*Hier. 11.*  
*Hier. 9.*  
*1. Cor. 13.*  
*Prover. 3.*  
*Questio.*  
*Prover. 25.*  
*Sol. Speculum. Videre.*

quando homo est accensus charitate Dei & gra-  
 tia statim auditio Christi nomine, ad bene operā-  
 dum cor eius cetera membra fortius mouet. Et  
 ratione huius secundi coloris oliuæ, iustum oliuæ  
 comparat scriptura. d. Exit quasi oliuâ gloria eius.  
 Quod & nunc confirmans psal. d. *Ego autem sicut  
 oliuâ, &c.* Tertio iustorum gloria consistit in aspe-  
 ritate penitentiae. Cum enim gloria iustorum sit  
 sequi dominum. (Eccl. 23. Gloria magna est sequi  
 dominum.) & Christus Dominus & pater iusto-  
 rum asperitatem penitentiae in sua assumpserit  
 carne, consequens est, vt iusti patrem sequentes,  
 in asperitate penitentiae gloriantur. more apostoli  
 qui solum in Christi cruce gloriabantur. d. Mihi  
 autem absit gloriari, &c. Quid enim crux quæ à  
 cruciatu dicitur, nisi penitentiae significat crucia-  
 tum? Hæc vero virtus penitentiae iustorū in ter-  
 tio colore oliuæ figuratur, qui est liuidus, qui ex  
 verberatione in carne facta consurgit: quia peni-  
 tentes non quarunt in mundo florere, sed magis  
 sub liuote penitentiae carnem domare. propter  
 quod de iusto sub nomine oliuæ dicitur. Lignum  
 oliuæ non floruit. Conformiter nunc in persona  
 iustorū dicit psal. *Ego autem sicut oliuâ, &c.* Quarto  
 gloria iustorum cōsistit in humilitate interna  
 conscientiae. 2. Cor. 1. Gloria nostra hæc est testi-  
 monium conscientiae nostræ. Hæc autē virtus hu-  
 militatis per quantum colorē figuratur oliuæ:  
 qui est color niger, qui inter colores tenet statū  
 infimum, significans humilitatem, qua quis se in-  
 fimum ceteris putat. Quæ virtus quanto hominē  
 sibi ipsi reddidit vilioiorem, tātō amplius ipsum Deo  
 reddidit speciosum. Vnde de iusto humili dicitur,  
 quod est quasi oliuâ speciosa in campis. Sic ergo  
 omnib. prædictis consideratis, oliuæ iustos com-  
 parat psal. nunc d. *Ego autem sicut oliuâ, &c.* Et ex  
 hoc vult ostendere in quanta reuerentia iusti ab  
 aliis debent haberi, & venerari. Nam vt dicit Pal-  
 ladius libro primo. Graeci iubent oliuā cum plan-  
 tatur aut colligitur solum à mundis pueris & vir-  
 ginibus debere pertactari, per hoc significantes  
 quod iusti per oliuam significari, multum à ceteris  
 debent honorari.

**Confitebor tibi, quia fecisti, & ex-  
 pectabo nomen tuum quoniam bonū  
 est in conspectu sanctorum tuorum.**

Hic vltimo iustus ex omnib. prædictis confur-  
 git ad gratiarum actionē. d. *Confitebor tibi*, scilicet  
 confessione laudis. Laudabo te, & quare? quia fe-  
 cisti me iustum, scilicet quod sim oliuâ, vel fecisti  
 omnia bona quæ in me sunt, vnde confitebor, qd  
 tu illa fecisti, non ego. Et *expectabo nomen tuum*. s.  
 rem nominis tui quod est Iesus: quia scilicet tunc  
 per ipsum saluabor. Et quamuis Iesus à malis fue-  
 rit vilipensus, tamen à iustis multum fuit hono-  
 ratus. Propter quod dicit, qd illud nomen s. Iesus,  
 bonum est in conspectu sanctorum tuorum. id est iusto-  
 rum. Nunc restat agere de tertia parte articuli o-  
 ctavi, quod est, qd spiritus sanctus à patre filioq;  
 procedit. Ex qua ostenditur qd spiritus sanctus est  
 charitatis glutiniū patri verbum copulans. Nul-  
 lum enim maius glutinium potest esse quàm sit  
 amor, qui tantum cum amato ligat amantem, vt  
 vnum transformet in alterum. Vnde Dionysius de  
 di. no. c. 5. Amorem dicimus mutuum & coniun-  
 ctiuam virtutē Et Aug. dicit. Quid est amor nisi

*1. Jo. 4.*  
*1. Jo. 15.*  
*1. Jo. 15.*  
*Beryllus.*  
*Eph. 4. Spiritus sanctus.*  
*1. Jo. 4.*  
*1. Jo. 5. Prophetia. Care. Loqui.*  
*1. Petri 1. Matib. 10. Luca 1.*  
*Dionysius. August. 8. 6. Trin.*

vita, duo aliqua copulans & copulate appetens,  
 amantem, scilicet & amatum? Istud autē tantum  
 ligamen amoris attribuitur spiritui sancto: quia  
 ipse secundum magistrum lib. 1. di. 10. est amor &  
 charitas patris ad filiū, & e contrario. Vnde & Hiero-  
 ron. super psalmum 14. dicit. Spiritus sanctus nec  
 pater est, nec filius est, sed dilectio quæ habet pa-  
 ter in filium, & filius in patrem. Et sic merito di-  
 citur: quod spiritus sanctus est charitatis glutiniū  
 patri verbū copulans. Quod ostendit iste articu-  
 lus de spiritu sancto. d. Qui ex patre filioq; proce-  
 dit. Et ideo istum Spiritū à patre atq; filio proce-  
 dere, & sic ambos immēsi amoris vinculo copu-  
 lare, ostendit Christus. d. Mittam vobis à patre spi-  
 ritum veritatis, qui à patre procedit. Istud autem  
 amoris vinculum in lapide Beryllus figuratur, qui  
 à grato amore mentes alligat &c. Nam vt dicit  
 magister libro 16. hic lapis amorem diligit coniu-  
 galem. Qui, scilicet amor coniugalis: quia ipsos  
 coniuges efficit vnā carnem, figurat increatum  
 spiritus sancti amorem, quo verbum cum patre vnus  
 substantiæ manet. Et ideo de spiritu sancto  
 sic viuente & ad modum berylli per amorē ligan-  
 te dicitur. Solliciti seruare vnitatem spiritus in  
 vinculo pacis. Quarto Spiritus sanctus habet ma-  
 iestatis consortium. Quia cum patre & filio simul  
 adoratur & conglorificatur. Nec mirum cum spi-  
 ritus sanctus sit vnus substantiæ cum patre & fi-  
 lio, & per consequens in omnibus ipsis aequalis,  
 & ideo rationis postulat ordo, vt ei cum patre &  
 filio vnus cultus, vnus honor, & vna ascribatur  
 maiestas. & sic cum patre & filio simul & aqua-  
 liter adoretur & glorificetur. Et ex hoc excludi-  
 tur error Arii, d. Spiritum sanctum purā creatu-  
 ram esse. Contra quem ait Christus. Spiritus est  
 Deus, & eos qui adorant in spiritu & veritate ado-  
 rare oportet. Istud Spiritus sancti cum patre & fi-  
 lio æquale consortium in lapide Beryllus figura-  
 tur, qui alto honore dignos magnificat. Nam vt  
 dicit megister vbi supra. hic lapis hominem mag-  
 nificat in quo ostendit Spiritus sancti maiestatem,  
 qua æqualiter cum patre & filio magnifica-  
 tur. Nec mirum: quia pater verbum & Spiritus  
 sanctus, hi tres vnus sunt. Quinto Spiritus san-  
 ctus habet veritatis eloquium &c. Quia locutus  
 est per prophetas. Hic enim spiritus humanam  
 mentem quàm replet, arcana docet diuinitatis, &  
 sic ad prophetizandum prophetas erexit. 2. petri  
 1. Spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei  
 homines. Quibus Christus d. Non enim vos estis  
 qui loquimini, sed Spiritus sanctus qui loquitur  
 in vobis. Vnde de Zacha. dicitur, quod impletus  
 Spiritu sancto, prophetizauit. Istam virtutem lo-  
 quendi figurat lapis Beryllus, qui claro splendo-  
 re mētes illuminat. Vnde magister vbi supra dicit  
 quod iste lapis facit bonum ingenium, & per con-  
 sequens hominem aptum ad veritatis eloquium  
 quod confert Spiritus sanctus, qui loquutus est  
 per prophetas. Vnde Actuum 2. dicitur. quod re-  
 pleri sunt Spiritu sancto, & ceperunt loqui, &c.

PSALM. LII.  
**Dixit insipiens in corde suo, non  
 est Deus.**  
 Iste psalmus secundum magistrum talem habet  
 titulum.

*Hierony.*  
*1. Jo. 15.*  
*Beryllus.*  
*Eph. 4. Spiritus sanctus.*  
*1. Jo. 4.*  
*1. Jo. 5. Prophetia. Care. Loqui.*  
*1. Petri 1. Matib. 10. Luca 1.*  
 862  
 4



titulum. *In finem intellectus David pro Amaleth.* Ad cuius evidentiam sciendum quod psal. iste multum in verbis concordat cum Psal. 13. quasi per omnia verba, tamen differente in sententiam multum habet, & quo ad historiam & quoad intellectum propheticum. Nam primus, (scilicet Psal. 13.) agit de persecutione babiloniorum, qui Iudæos sunt persecuti, & civitatem Hierusalem ceperunt & ipsam cum templo euerterunt, ut ibidem fuit dictum. Iste autem psalmus agit de persecutione Græcorum qua scilicet Antiochus Iudæos est persecutus, ut cultum veri Dei ex toto à Iudæis auferret: quia etiã in magna parte fecit, à quo Iudæi multi fugati fuerunt, multi interfecti & multi capti uati, ut plenè continetur in libris Maccabeorum. Sciendũ etiam q̄ ipsi Græci per Amaleth intelliguntur. Nã Amaleth interpretatur gēs bruta. Quæ autē gēs brutis animalib. magis ex brutis morib. assimilatur quàm Græci: Vnde de Cretensib. quæ vna ex principalioribus partibus Græciæ fuit, dicit apostolus ad Titum, 1. Cretenses semper mendaces, malæ bestię, vĕtres pigri. Agit ergo littera istius psalmi, de persecutione facta per Græcos, per Amaleth significatos cōtra Iudæos, quàm spiritu propheterico præuidens psal. ipsam per hunc psalmum prædixit. Est ergo sensus tituli litteralis iste. *Intellectus David quem.* scilicet habuit à spiritu propheterico, in isto psal. contentus est *in finem*, scilicet in Christum nos dirigēs. *pro Amaleth* id est, pro Græcis per Amaleth significatis: qui sunt persecuti Iudæos. Ex quibus apparet materia psal. & titulus. Sed historia quia proluxa est, & totum librum Maccabeorum occupat, in breuibus dici non potest, sed in littera tagam partes historię, ut littera requirit. Sic ergo primo dicam sensum litteralem, secundo sensum propheticum. Quantũ ergo ad primum, psalmus iste diuiditur in partes quatuor. Quia primo describitur Regis Antiochi malicia. Secundo ipsius examinatio diuina, ibi. *Dominus de celo prospexit.* Tertio ipsorum debita poena, ibi. *Nōne scient.* Quarto populi Iudæorũ liberatio ex Dei misericordia, ibi. *Quis dabit ex Sion.* Quantum ergo ad primum præuidens propheta malitiam Antiochi, dicit de ipso. *Dixit insipiens in corde suo, &c.* Hic enim cogitabat tantam esse potentiam suam, ut Deus sibi resistere non posset, & sic negando potentiam Dei (quæ est idē quod Deus) ipsum Deum negabat, propter quod & eius culturũ conatus fuit annihilare. Dic vt N. Dixit insipiens &c. Quantum ad intellectum propheticum sciendum quod psal. 13. qui simili modo incipit & in parte cōtinuatur similiter (ut ibidem fuit dictum) directè agebat contra Iudæos. Hic autem psalmus quasi idem in litera agit contra Antichristum. Præuidens enim psal. durã Antichristi persecutionem in sine futuram contra ecclesiam (ipsam per istum psalm. reddit cautam) confortat & consolatur: ut patet ex sine psalmi. Et hoc satis sonat titulus psalmi prædictus. d. *In finem intellectus David pro Amaleth.* Amaleth enim ut prædictum est, interpretatur gens bruta. Gens bruta dicuntur omnes sine ratione viuentes. Ipse Antichristus cum omnibus suis sequacibus, sine ratione vel vsu rationis erunt, Deum non colentes. Est sensus tituli talis. *Intellectus David.* id est, factus à David. *in finem.* scilicet nos dirigens, *pro Amaleth.* id est, pro persecutione ipsius Amaleth henda contra ecclesiam. Et sic intelligendo psal.

A psalmus iste diuiditur in partes tres. Quia ponitur primo malorum increpatio, in principio. Secundo ponitur malorum comminatio, ibi. *Nōne scient.* Tertio ponitur bonorum consolatio, ibi. *Quis dabit ex Sion.* Quantũ ad primum de multis hic Antichristus & omnes mali increpantur. Primo de ipsorum stultitia. Secundo de ipsorum idololatria, ibi. *Corrupti sunt.* Tertio de ingrata resistentia, ibi. *Dominus de celo.* Et omnes istos psal. quatuor versus exponere potes cōtra Antichristum & malos, ut expositi sunt supra contra Iudæos psal. 13. Et si dicas, quid est negare Deum, vel dicere Deũ non esse: Respondeo glo. Qui putat Deo placere mala, non putat eum esse Deum, vel qui dicit eum omnib. parere. Idē namq; est Deo esse Deũ & esse iustum: quia iustitia in Deo, Deus est Qui ergo negat eum esse iustum, negat eum esse Deum. Eum vero negat esse iustum qui putat ei mala placere vel non punire. Item quia *dixit insipiens in corde suo non est Deus.* est notandum quod negat Deum aliqui multipliciter. Primo quidam solum ore & non corde. ut illi qui timore poenæ negant quod corde credūt. Et sic negauit Petrus. Secundo quidam negant solo corde & non ore, sicut hypocritæ & occulti hæretici, qui in aperto Deum confitentur, sed non corde. de quibus dicitur. Fuerūt & pseudoprophetæ in populo sicut & in nobis erant magistri mendaces, qui introducerent sectas perditionis, & qui cum eis erant, Deum negant. Tertio quidam negant Deũ opere solum, sicut illi qui scienter peccant mortaliter cū remorsu cōscientiæ: quia licet scienter peccet opere, tamen corde & ore Deũ timent cōfitentur & credūt. Vnde 31. Iob postquã enumerauit multa peccata, de quib. se mundum dicebat, conclusit scilicet q̄ ea cōmittere erat negatio contra Deum altissimum. Quarto quidã negant Deũ ore simul & corde, sicut publici hæretici, qui cōtra Christi fidem sentiunt & prædicat. Vnde 1. Ioan. 2. *Quis est mendax, nisi qui negat q̄ Christus non est: & iste est Antichristus.* Quinto quidam negat Deũ corde ore & opere simul, ut persecutores ecclesię: ut etiam fuerunt Iudæi qui ore ante faciem pilati Christum negauerunt, corde testati sunt, opere occiderunt De quib. Act. 3. Vos autem iustum & sanctum negastis & peristis virũ homicidam dari vobis, auctorem verò vitæ interemistis, &c.

**Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus, non est qui faciat bonum.**

Hic consequenter mali reprehenduntur de ipsorum idololatria. Vbi notandum quod sicut corruptio luxuriæ vastat corpora, sic & idololatria corrumpit animas. Vnde & ipsa idololatria quædam fornicatio vel luxuria spiritualis dicitur. 1. Paralip. 5. Reliquerunt Deum & fornicati sunt post Deos populorum terræ. Et 28. q. 1. solum dicitur quod fornicatio est duplex, scilicet carnis & idololatriæ. Pro cuius evidentia sciendum quod omne peccatum corruptio est alicuius boni. Vnde dicit magister lib. 2. dist. 35. quod omne peccatum est corruptio boni: ut puta superbia est corruptio humilitatis, luxuria, castitatis &c. Et ideo omnes peccatores generaliter psal. dicit esse corruptos, hic dicēs, Corrupti sunt & abominabiles facti sunt. Vbi nota quod peccatorum corruptio est

est multiplex, scilicet Corruptio infidelitatis idololatriæ. Corruptio ambitionis & superbiæ. Corruptio cupiditatis auaritiæ. Corruptio conuersationis infectoriæ. Primo est corruptio idololatrię infidelitatis. Infidelitas enim & idololatria fidem corrumpunt, & de ista corruptione dicit Aposto. *Timeo enim ne sicut serpens seduxit Euã, ita corumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate fidei, quæ est in Christo Iesu.* Quod ad propositũ expouit ibi glo. d. Timeo ne corumpatur sensus vestri à simplicitate &c. id est, à paradiso simplicis fidei: quæ nihil alienum recipit, isti corrupti similes sunt Eua. pseudo Prophetæ similes sunt serpenti id est diabolo, qui per eos insidiat: lux fidei similis est paradiso, quorum ergo fides corumpitur, à paradiso eiiciuntur: quia prapronum medicum veritati. Qui ergo mendacium adificat in hominibus: ab eis pellunt veritatem: & immitunt diabolum: & ita expellunt Christum. Si quid enim dixeris contra fidem: intrat putredo de veneno serpentis: & nascitur vermis mendaciorum & nihil integrum remanet: sed corrumpitur totum. Et ideo sicut patribus nostris aduersus leonem opus erat patientiæ: sic & nobis aduersus draconem vigilantia. Tunc enim cogebat, nunc docet, tunc rugiebat violentias, nunc insidias, videbatur tunc fremens: nunc lubricus oberrans facile videtur. Ideo timet Apóstolus ne sicut per serpente seducta est Eua, ita per hæreticos corrumpatur ecclesia virginitate fidei, quam gestat in corde. Modo ergo anima virginitatem tuam serua, postea secundaberis in amplexu sponsi tui. Sepite ergo aures vestras spinis. Adhuc enim musitat serpens, & non tacet, quod gestum est in illo paradiso, nunc geritur in ecclesia. Nemo vos corrumpat ab isto paradiso ecclesiæ. Sufficiat quod lapsi sumus illuc: vel experti corrigamur. De istis ergo hæreticis & corruptoribus fidei dicit Apóstolus. Hi resistunt veritati homines corrupti mente, reprobi contra fidem. Consimiliter & idololatres corruptores sunt fidei, de quibus dicitur Rō. 1. quod mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis volucrum, quadrupedum, & serpentum. Vbi ait glo. mos enim fuit ab antiquis Romanis adorare simulachra hominum scilicet, Romuli, Iouis, & aliorum: & maximè ab aduentu Aneæ in Italiã, volucrum autem, quadrupedum & serpētum simulachra coluerunt: ex quo Alexãdria victa est ab Augusto. Secundo est corruptio ambitionis & superbiæ. Superbia enim omnem corrumpit virtutem, & hominem supplicii deputat æternis. Hiere. 5. Ecce ego ad te mons pestifer: qui corrumpis vniuersam terram, extadã manũ meam super te, & dabo te in morte combustionis. Per montem pestiferum intellige superbum corde eleuatum. Tertio est corruptio cupiditatis auaritiæ. Quem enim hodie non corrumpit auaritiã: non est sacerdos, non iudex, non princeps qui huic corruptionem euadat: Vnde Sopho. 3. Dicitur Princeps, in medio eius quasi leones rugientes, iudices eius lupi: Prophetæ eius vesani, viri infideles, sacer dotes eius polluerunt sanctum, & sequitur de omnibus istis. Diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Princeps quasi leones, sunt potentes seculares qui opprimunt. Iudices lupi, sunt iudices qui saturari nõ possunt. Prophetæ vesani, sunt doctores qui non sana, sed

placita consilia & insana tribuunt corrupti pecunia. Sacerdotes polluti, sunt omnes clerici qui omnia per auaritiã peruertunt, non aduertentes quod dicitur. Ne accipias personam, ut delin- hæreditatis amicorum, de æqualitate statera & ponderum: de corruptione emptionis & negotia torum. Quarto est corruptio conuersationis infectoriæ. Malorum enim conuersatio atque locutio, multos corrumpit spiritualiter. 1. corin. 15. Corruptunt bonos mores colloquia praua. Vbi glo. Corruptunt bonos mores &c. virtutes etiã necant, assiduitas enim prauis colloquij mentem vitiat: & ideo ab his cauendum est. Et à tali corruptione immunese dicebat apostolus. Neminem læsimus: neminem corrupimus, neminem circumuenimus quasi dicat, Neminem læsimus improperando, ut pseudo faciunt, neminẽ corrupimus à mixtione falsitatis, neminem circumuenimus fraudulenta vestrorum ablatione. Omnibus ergo istis modis corruptionis consideratis de malis, dicit Psalmus, quod. *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt non est qui faciat bonum.* quia & si quis sit bonus, tamen quia tam pauci sunt respectu malorum, nulli dicuntur, quia quod modicum est, nihil dicitur esse. 2. Physicorum. Ex prædictis insurgit vnum dubium, quia dictum est in primo versiculo quod multipliciter Deus negatur, ideo dubitatur vtrum negans Deum verbo plus peccet quàm negans Deum factõ solum, vel econtrario Et probatur quod plus peccat negans factõ: quia plus consideranda sunt facta quam sermones, ut dicit Eustracius primo eticorum. Ergo plus peccat malefaciens, quam dicens. Igitur plus peccat negans Deum factõ, quam verbo. Secundo quia Iudas Christum negauit factõ: Petrus autem verbo: nulli autem dubium, quod Iudas plus Petro peccauit. Ad oppositum, quia aliter quilibet in omni peccato mortali plus peccaret, quam hæreticus qui negat Deum verbo. In omni autem peccato mortali factõ negatur. Secundo quia negare Deum verbo, est apostatare à fide, apostasia autẽ maximum peccatum est: ergo. Respondeo, quod si negare verbo vel factõ accipiantur generaliter sine aliqua restrictione, quod multum est simpliciter grauius altero, quia se habent sicut excessiua & excessa. Et ad hoc videtur esse beatus Aug. & habetur. 6. quæstio. 1. Vtrum Catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita præter illud quod est hæreticus, nõ habent homines q̄ reprehendat: pponere debeamus, nõ audeo præcipitare sententiã. Et id dicit post, q̄ si negatur factõ, sit grauius, oportet q̄ sit peccatus sic: quo primo sit cõsensu, secundo verbũ, tertio factũ: Et sic fecundum ipsum negans factõ videtur corde negare. Et sic videtur cõsentire quod Christianus prauis moribus, grauius peccat quam simplex hæreticus. Dicit tamen potest quod circumstantiã circa aliquam istarum negationum, faciunt peccatum esse grauius vel leuius. Et sic ratiões vtriusque partis ex diuersitate circumstantiarũ possunt solui. Sequendo materiam articulo restat tractare nonum articulum quẽ posuit Mattheus. d. Sanctam ecclesiam catholicam. Ut sit sensus. Cre do in spiritum sanctum facientem ecclesiam esse sanctam & catholicam: patet quia spiritus sanctus donum suum scilicet Charitatis quo sanctificatur ecclesia, sic confert ecclesiã catholicẽ, ut qua-

idololatria. infidelitas. Corin. 11.

Quod. Regem. Deum.

Matth.

Petr. 2.

Hic. Hæreticus.

Loma.

1. Tim. 3. c. 4.

Actum.

863

Superbia.

Hiere. 5.

Auaritia.

Sopho. 3.

Ecc. 42.

Leuitia. mali.

1. Corin. 15.

2. Corin. 7.

Quæstio. Negare. Deum.

Aug. 6.

Hæreticus.

Articulus nonus. Ecclesia.

si ecclesie dicatur esse proprium donum: ut habetur. 1. quaestio. r. multo. Et ideo ecclesia propter charitatem sanctitatis quam à spiritu sancto recipit, Christi sponsa immaculata dicitur: quia nunquam adulterari potest, ut habetur. 2. 4. quaestio. r. loquitur, ubi dicitur quod vnam esse ecclesiam in cantico canticorum spiritus sanctus ex persona Christi designat, dicens. Vna est columba mea: vna est perfecta mea: vna est electa genitricis meae. Et infra: ecclesia Christi adulterari non potest, sponsa Christi incorrupta est & pudica. vnam domum nouit: vnius cubilis sanctitatem custodit. Hanc ergo ecclesie sanctitatem concludit articulus, d. Sanctam ecclesiam catholicam. Et addit catholicam quod idem est quod vniuersalem. Ad denotandum quod licet ecclesia Christi sit vnica, est tamen vniuersalis & communis, quia per omnes mundi partes late logeque diffusa. Quod multis exemplis probatur. 2. 4. q. 1. loquitur. Primo exemplo luminis: quia sicut vnum lumen diuersos habet radios: sic & vna ecclesia multa membra habet diuersa, ut declarat Apostolus. d. Quod posuit Deus in ecclesia, primo quidem Apostolos, secundo Prophetas, tertio doctores. Secundo exemplo arboris, quae ex vna radice multos ramos habet. Tertio exemplo fontis: à quo vno, multi riuus deriuantur. Sic est vna ecclesia catholica idest, vniuersalis: ex qua generantur omnes fideles. Nec mirum: quia Christus caput est omnis ecclesiae colo. 1. Ideo & vos sanctificare ecclesiam Iohel. 2. Sed hic est vnum dubium scilicet, vtrum debeat dici, in sanctam ecclesiam: vel sine ly in. Et sicut dicit Alexan. li. 3. q. 773. Leo Papa dicit quod non debet dici in sanctam: sed sanctam. Ambrosio. autem dicit quod debet dici in sanctam. Respondeo & dico quod licet vtrumque possit dici: communis tamen dicitur sine in. Si enim dicatur sine in tunc est sensus. Sanctam &c. idest, Credo in spiritum sanctum facientem ecclesiam sanctam &c. Si autem dicatur cum in: tunc est sensus. Credo in sanctam &c. idest, credendo amo ecclesiam, eique ut eius membrum adhaereo, iuxta dictum magistri li. 3. d. quod credere in Deum, est credere amare eidemque adherere. Iste autem nonus articulus in nono fundamento ciuitatis Hierusalem: quod erat topazius significatur. Quoniam hic lapis lucem solis specularem recipit, conformiter. Nam ut dicit magister li. 16. Hic lapis topazius sic lucem solis recipit conformiter: quod tunc magis lucescit quando solis radio tangitur, & omnium aliarum gemmarum superat claritatem. Quid enim solis nomine: nisi ipse deus significatur, qui sol iustitiae dicitur Malach. 4. Cuius. s. radio gratiae ecclesia perlustrata, & sanctificata velut topazius summè resurgit: & omnium aliarum gemmarum id est, legum vel sectarum superat claritatem. Nec mirum quoniam in dicto sole gratiae Deus posuit tabernaculum ecclesiae: iuxta illud psal. In sole posuit tabernaculum suum. Ideo de ecclesia potest exponi illud Iob. 28. Adequabitur ei topazius, quia ergo ecclesia velut topazius à sole illustratur scilicet, Deo & sanctificatur: ideo in sanctitate fundata dicitur. Fundamenta eius in montib. sanctis.

2. 4. q. 1.

1. Corin. 12.

Colo. 1. Iohel. 2. Quaestio.

Leo. Ambrosio.

Topazius.

Malach. 4.

Psalmus 18. Iob. 28.

Psalmus. 86.

863

**Dominus de caelo prospexit super filios hominum, ut videat si est intelligens, aut requirens Deum.**

Hic consequenter agitur de malorum ingratia resistentia. Vbi nota quod per caelum intelligitur humana natura à verbo assumpta, per quae oculo suae misericordiae respexit super filios hominum idest super omnes homines. Quid enim est respicere Dei nisi misereri suam misericordiam nobis inspirare & largiri? De caelo ergo Deus respexit super filios hominum, quia homo factus, homines ad suam gratiam adduxit, homines dico vel filij hominum scilicet, secundum rationem viuentes. Vnde Grego. dicit. Per Prophetam dicitur. Non repellat dominus plebem suam, quia in manu eius sunt omnes fines terrae, & altitudines montium ipse conspiciat. Altitudines quippe montium sunt elationes superborum quas dominus conspiciere dicitur, idest, ab iniquitate sua in melius commutare. Conuertit namque eum quem conaspicit Deus. Vnde scriptum est. Respexit dominus Petrum & recordatus est petrus &c. & regressus foras fleuit amare. Sed attende quod Deus aliter respicit bonos: & aliter malos. Vnde Grego. dicit. Duobus enim modis peccator respicitur à domino aut cum à peccato conuertitur, aut cum pro peccato puniatur. De respectu enim conuersionis, dicitur quod respexit dominus Petrum &c. De respectu autem ultionis dicitur. Vultus autem domini super facientes mala &c. Vtrotque autem modo arrogans sternitur cum respicitur à domino, quia aut penitendo cognoscit culpam, aut pereundo percipit poenam. Superbi ergo ex respectu domini confunduntur, aut hic culpa cognoscentes & damnantes, aut ibi supplicia de culpa sustinentes. Ex quibus apparet quod incarnatus dominus respexit de caelo super filios hominum scilicet, suam gratiam offerendo, & minando supplicia. Tanta autem est aliquorum ingratitudo, quod nec gratiam oblatam verentur, nec minata supplicia timent. Vnde de tanta ingratitudine reprehendens malos: ait. *De caelo &c. Ut videat si est intelligens &c.* Vbi nota quod tunc Deus videre dicitur, quando nos videre facit, sic & cognoscere quando nos cognoscere facit. Item nota quod ly si aliquando stat affirmatiue. Luca. 11. Si in digito Dei eicio daemona &c. si idest, quia sic est. Aliquando stat negatiue: ut in Psal. Quibus iuravi in ira mea si introibit &c. si, id est, non. Hic autem stat negatiue cum dicitur, *ut videat si est intelligens &c.* idest, ut nos videre facit, quia non est intelligens scilicet, cognitionem: *Aut requirens Deum* operatione. Quod ideo sic dicit, quia cognoscentes & requirentes Deum pauci sunt respectu malorum, ideo quasi nulli esse putantur, quia multi sunt vocati, pauci vero &c. Et hoc est quod subditur istum intellectum declarando. d.

Respon.

Grego. 12. Moral.

Luca. 11.

Grego. 12. Moral. 11.

Psalmus. 53.

Psalmus. 53.

Si. Luca. 11.

Mat. 20.

864.

**Omnes declinauerunt, simul inuitiles facti sunt, non est qui faciat bonum: non est vsque ad vnum.**

Id est omnes peccauerunt. Quod ideo dicit, quia ante Christi aduentum, omnes peccato erant obnoxij, ut ostendit Grego. d. Omnes nos illa vnicia persuasio culpae contagio, ab ipsa radice polluerat. Nullusque erat qui apud Deum pro peccatoribus loquens, à peccato liber appareret, sed ex eadem massa editos, cunctos par reatus inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris: assumptus à nobis naturam, non perpetrans culpam

Psalmus. 26.

Inutilis.

Inutilis.

Grego. 12. Moral.

Psalmus. 19.

Psalmus. 53.

Psalmus. 53.

Psalmus. 53.

865

Psalmus.

Iob. 30.

pam &c. Et hoc est quod tangit psalmus. dicens. *Omnes declinauerunt.* scilicet, à mandatis Dei, quia non ad Deum, sed ad terrena incuruabantur vnde Psalmus. 19. Oculos suos statuerunt declinare in terram. Vnde de ista generali declinatione dicitur. Omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suam, à summo vsque ad nouissimum. *[Simul inuitiles facti sunt.]* Quamuis enim in peccato existens aliqua bona de genere gratiae, Deo non placet, & inutilia quod ad proximum à Deo iudicantur. d. Vnde Grego. Homo peruersus quaedam recta agere videtur, sed per ea quae iniqua sunt destruuntur. Et quia multum displicent Deo mala, nec illa placent quae sunt malorum, qui ergo in malis suis Deo abominabilis est in bonis inutilis est, quia dum se per praua opera Deo abominabilem exhibet, nec illud quod reatum in eo videtur, Deo placet. Ideo dicitur Opera eorum inutilia, ratio: quia opus iniquitatis in manibus eorum. Sequitur. *[Non est vsque ad vnum.]* Per vnum intellige Christum qui est vnicus patris, quia sine isto vno scilicet, sine fide Christi, nullam bonum Deo placitum facere potest. Vnde gl. Psal. 13. *[Non est vsque ad vnum.]* id est, praeter vnum, quia nullus facit bonum sine vno, scilicet, sine Christo. Quod ideo dicit *[vsque ad vnum.]* id est, vsque ad Christum, quia ipse solus homo factus boni faciendi efficax nobis dedit exemplum, non tam verbis quam factis. Efficacius enim mouent exempla ab bonum faciendum quam verba. Dicit Seneca epistola. 42. quod longum est iter per praecipua, sed breue & efficax per exempla. narrat Photinus. li. 4. de Pheno fonte, quod aequo insideret, & pedes collem quendam praeruptum occupare praecipisset, vnus militum eius murmurando dixit. Facillimum esse sedentem in equo tam laborioso imperare. Quod audiens Xenophon statim de equo descendit, & illum militem murmurantem equum ascendere fecit, ipso duce ad praedictum collem occupandum cursum properante. Cuius facti roborem cum dictus miles perpeti non posset: ceteris commilitonibus ipsum irridentibus, de equo descendit, & cum maxima difficultate obtinuit, ut Xenopho equum iterato ascendere veller. Sic spiritualiter Deus multa quae praeparat laboriosa videbatur, ut ergo doceret hominem factis & exemplis, quo illa faciliter facere posset, descendit de maiestate sua factus homo, ut suis exemplis omnes ad bonum peragendum incitaret. Et sic vsque ad vnum non erat qui faceret bonum id est, vsque ad Christum.

**865 Nonne scient omnes, qui operantur iniquitatem qui deuorant plebem meam vt cibum panis.**

Dicit ut versiculo. 163. Et nota quod quia dignitas peccantis auget peccatum, sic & maior ei poena correspondet, ideo istum versum principaliter praelatis applicat Psal. qui subditos vt cibum deuorant: ut subdit cibum sunt praelatorum scilicet, quandoque per cupiditatem auaritia. Iob. 30. Radix iuniperorum erat cibum eorum. In iuniperose nim quae ex omni parte habet aculeos quibus pungit: nota auaritiam quae ex omni parte aculeos habet punitionem, quandoque per detractionem & inuidiam: quod prohibetur. prouer.

23. Non comedas cum homine inuido, & ne de sideres de cibo eius. Et ibidem. Ne desideres de cibo eius, in quo est panis mendacij, quandoque per elationem & superbiam, ideo caue te à superbo. quoniam ut dicitur Eccl. 13. Confunder te in cibis suis, donec te exinaniat.

**Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore: vbi non fuit timor.**

Hic redditur ratio talis punitionis, dicit ut versu. 164. Vel aliter, ista verba dicit psal. de malis, quibus spiritus bona inspirat, sed timore temporalium inspirationem omittunt. Sic enim istum passum exponit Grego. exponens illud Iob. 6. Qui timent pruina irruet super eos nix. d. Pruina quippe in ferius cogelascit: nix autem de superioribus ruit. Et saepe nonnulli dum temporalia aduersa pertimescunt, distractionem aeternae animaduersionis incurrunt. De quibus bene per Psal. dicitur. *Illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.* Iste namque veritatem iam libere defendere appetit. Sed tamà in ipso suo appetitu trepidus, indignatione potestatis humanae pertimescit. Cumque in terra hominem contra veritatem pauet, eiusdem veritatis iram caelitus sustinet. Ille peccatorum suorum conscius ea quae possidet indigentibus iam largiri desiderat, sed tamen ne datis rebus egeat ipse formidat. Cumque carnis subsidia referuando trepidus praeparat, ab alimentis misericordiae animam necat. Et cum pari in terra inopiam metuit, aeternam sibi abundantiam superna, refectiomis abscondit.

866

Timor. Grego. 7. Moral. c. 12. Iob. 6.

**Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt quoniam Deus spreuit eos.**

Confirmatur eadem ratio, quia qui hominibus placere cupiunt, Deo displicent. Qui autem displicent Deo confunduntur finaliter. Et hoc est quod dicit. *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum.* Vbi notandum quod per ossa intelliguntur interiores animae virtutes. Et hoc propter duo. Primo quia sicut dicit Albertus. Si ossa crescerent, semper animal cuius sunt semper cresceret, quia his crescentibus crescent & membra, quae ossibus sustentantur. Magnitudo enim animalis est maximè ex magnitudine ossium. Sic est de viribus interioribus animae, ut puta intellectu, voluntate &c. quia quandiu vires istae proficiunt in bono, tamdiu membra extrinseca scilicet, sensus corporei, quorum bonitas ab interioribus dependet, crescant in bono. Esa. 66. Ossa vestra quasi herba germinabunt. Secundo quia ossa medullis irrigantur, alioquin areferent. Sic & vires interiores medulla gratiae debent irrigari. Iob. 21. Medullis ossa illius irrigantur, alioquin desiccantur & pereunt. Dicit Philosophus quod in ossibus porcorum minimum est de medulla. Sic & illi qui procis sunt similes, quales sunt illi qui admodum procorum terram effodiunt: qui oculos suos statuerunt declinare in terram: modicum habent de medulla praedicta gratiae: immo nihil. Et tunc necesse est talium ossa dissipari: quia cum non possint esse vacua si non replentur medulla, replentur vento. Dicit autem Auicenna, quod in ossibus quandoque sunt ventositates quae erumpendo frangunt ossa. Sic est de ossibus interioribus malorum

Ossis.

Alber. 16. De animalibus.

Esa. 66.

Philosoph. 4. De animalibus.

Auicenna. 2. Canon.

rum

Es. 48.

Roma. 7. Quæstio. Placere.

Gala. 1.

1. Corin. 10.

Gala. 1.

Mat. 5.

rum, quia nō replentur spiritali medula gratiæ, ipsa replentur vento vanitatis inflatione superbiæ quæ vires animæ rūpit & dissipat, quia multis curis distrahit mentem. Es. 38. Quasi leo sic contriuit omnia ossa mea. Et Psal. Dissipata sunt omnia ossa nostra secus infernum. Ad propositū ergo illi qui curant non Deo placere sed hominibus, habent vires interiores ventositatibus plenas, & ideo Deus extrahendo ventositatem dissipat illas. Sicut de antiquis Philosophis, qui habebant intellectum acutum, tamen qui voluerunt magis hominibus quā Deo placere, Deus dissipauit intellectum eorum, dum tradidit eos in reprobum sensum, vt dicit Apostolus. Et hoc est quod hic dicit Plalmus. *Quoniam Deus dissipauit ossa eorum &c.* Sed hic insurgit dubium scilicet, vtrum licitum sit placere hominibus. Et videtur quod non ex isto textu. *Quoniam Deus dissipauit &c.* Itē Apostolus dicit. Si adhuc hominibus placeo, Christi seruus non essem. Ad oppositum præcipit Apostolus, Sine offensione estote iudæis & gentibus & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vile est sed quod multis, vt salui fiant. Istam quæstionem cum argumētis facit glo. ad Gala. 1. Et sic respōdet. Sūt homines aliqui temerarij iudices susurrones, murmuratores, quærentes suscipiari quod non vident, contra tales sufficit testimonium cōscientiæ nostræ. Neque etiam in aliis quibus placere volumus gloriam nostram quærimus, vel quærere debemus, sed illorum salutem, vt nos bene ambulantes, imitando non errent, & inde nō nos, sed Deum laudent qui tales nos facit. Non ergo vtilitatem vel gloriam nostram quærimus, cum placere hominibus volumus, sed gaudemus eis placere quod bonum est propter ipsorum vtilitatem, non propter nostram dignitatem. Ideoque Apostolus & non se hominibus rectē placere dicebat, quia in eo ipso vt Deo placeret intuebatur: & placendum sic esse hominibus rectē præcipiebat, non vt hoc appeteretur tanquam merces rectē factorum sed quia placere Deo non posset, qui non se his quos saluos fieri volent, imitandum præberet. Et sicut in Apostolo videbantur: sic in euangelio illa videntur contraria. Dixit enim Christus. Luceat lux vestra coram hominibus. Item, nolite facere iustitiam vestram coram hominibus, vbi illos arguit qui opera sua ita faciunt vt finem bonorum operum in laudem hominum ponant, eandemq; quasi pro mercede cōputant operum suorum, ideo ait. Vt videamini ab eis, quasi nolite sic facere corā hominibus quicquid boni facitis vt videamini ab eis id est, vt ipse sit finis boni operis vestri videri ab eis, nolite hic facere finem. Stat ergo solutio in hoc, quod hominibus non debemus velle placere isto fine, vt ipsorum gratiam & beniuolentiam acquiramus: sed vt salutem animarum ipsorum procurēmus.

868 **Quis dabit ex syon salutare Israel, cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ exultabit iacob, & lætabitur Israel.**

Hic ponitur finalis bonorum consolatio. Dic vt versiculo. 166. loco iudæorum ponendo omnes bonos &c. Restat agere de desimo articulo. De

Articulus quem posuit Simon est. Sanctorum cōmunionē, remissionem peccatorum. Vnde aduerte quod hoc quod dicitur sanctorum cōmunionem, dupliciter exponitur. Primo: credo per fidem sanctæ ecclesiæ peruenire ad sanctorum cōmunionem. Et iste sensus approbatur, extra de summa trinitate, c. firmiter. Vbi dicitur: quod vna est vniuersalis fidelium ecclesiā: extra quam nemo saluatur. Vel sic, credo quod vnitas ecclesiæ tanta est, quod quilibet qui est membrum ecclesiæ particeps ē omnium quæ sunt totius corporis. Pro cuius declaratione sciendum quod tāta actualis est vnitas fidelium & ecclesiæ quod omnes fideles sua merita & bona opera sibi inuicem communicant, secundum magis & minus vt fideles sunt magis & minus dispositi ad huiusmodi participationem. Disponitur autē quis ad participandum bona & merita vniuersalis ecclesiæ, per gratiam quæ omnia facit esse cōmunia, ideoque secundum quod aliquis est in maiori vel minori gratia, secundum plus & minus participat ecclesiæ bona: etiam si sibi specialiter non applicentur. Et hoc notabat Psal. d. Particeps ego sum omnium trimentium te. Et hoc est quod notat articulus. d. Sanctorum cōmunionem. Nō solum autem hoc verum de sanctis quandiu sunt in via: sed etiam de animalibus in purgatorio existentibus, quia omnium quæ bonorum hic sunt habent cōmunionem scilicet, secundum quod sunt magis vel minus capaces, Et hoc ex parte operis operati. Ita quod si celebrarem pro Petro existente in gratia & Martino, si Martinus sit in maiori gratia, magis de ista missa participabit, posito quod ego missam ad Martinum non applicarem. Ista talis sanctorum cōmunionē probatur primo auctoritate Hiero. & habetur de conse. dist. 5. non mediocriter. Vbi dicitur quod eum pro cunctis animabus Psal. vel missa dicitur: nihil minus accipit quisque quam si pro vnoquoque ipsorum diceretur. Secundo hoc expresse tenet dominus Guido in expositorio exponens dictum capitulum: non mediocriter. Tertio hæc est opinio Domini Præpositiui, dicens: quod suffragia pro aliquo facta, non magis profunt ei pro quo fiunt, quam aliis, sed profunt vnicuique secundum quod magis sunt digni. Ratio: quia charitas facit omnia esse cōmunia, diuidēs singulis p vt sunt capaces, ponit exemplum de candela quæ accenditur pro aliquo diuite, quæ nō minus prodest illis qui cum ipso sunt, quam diuiti, sed forte magis secundum quod oculos habent clariore. Similiter de lectione quæ non magis proficit ei pro quo legitur, quam aliis &c. Quarto hæc est opinio domini Hostien. in summa sua: titulo de penitentia, paragrapho, quibus mortuis. Veruntamen ad maiorem declarationem horum, ego noto quod opera bona vt orationes &c. possunt cōsiderari dupliciter, vno modo in quantum meritoria, alio modo in quantum satisfactoria. Primo modo reputo verum quod dictum est. Secundo modo reputo dubium. Et hoc ex opere operato non operantis. Sed hic est vnum dubium. Si tāta est sanctorum cōmunionē virtute charitatis, quod omnes fideles in charitate existentes, sanctorum & iustorum merita participant vnusquisque secundum suæ charitatis proportionem, nunquid Petrus existens in maiori charitate, quam Linus, merita Lini, vt puta ieiunium Lini, orationē vel

Dilectio.

1. Corin. 8.

Luce. 14.

Luce. 7. Chrysostr. in igni.

Prover. 30. Psal. 118.

vel elemosynam magis participat ipso lino. Et videtur quod sic: quia postquam sanctorum bona ab omnibus participantur secundum virtutem charitatis ipsorum, quæ facit sanctorum cōmunionem, & petrus est in maiori charitate quam Linus sequitur propositum. Respondens dico quod non obstante sanctorum cōmunionem, meritum plus proficit merenti quam alteri: licet in maiori charitate existenti. Et ideo nota quod charitas sic applicat merita, & facit sanctorum cōmunionem, sicut & dilectionem. Dilectionem autem sic facit charitas, vt dicit magister libro tertio, distinctione vigesima nona. vt prius diligatur Deus, secundo quod nos sumus, tertio proximus, quarto quod infra nos est, scilicet corpus nostrum. Sic ergo posito quod proximus sit in maiori charitate quam ego: virtute tamen charitatis teneor me plus diligere quam ipsum. Cuius ratio est: quia via charitatis incipit à se, & decurrit in proximum. Sed quia proximos respicit secundum eorum bonitatem: ideo secundum proportionem charitatis & bonitatis aliorum alios facit charitas diligere. Sic dico in proposito, quod cum ordinata charitas incipiat à seipso, & consequenter tendat in alios: quod charitas Lini, cuius virtute est opus suum meritorium: primo & principaliter illud sibi applicat ac magis: quia ipse simul cum charitate operatur: consequenter autem illud applicat ad proximos magis & minus, secundum eorum maiorem vel minorem bonitatem vel charitatem. Et sic plus habenti plus datur, & minus habenti minus. Sic enim est de merito Christi, quod applicatur cæteris secundum eorum charitatis bonitatem. Iam ergo meritorium cōmunionem notans articulus dicit. Sanctorum cōmunionem. Vnde nos vna cum Apostolo dicentes. Simus obsecrantes gratiam & cōmunionem ministerij, quod est inter sanctos. Sed quia hæc sanctorum cōmunionē, solum virtute charitatis habetur, quæ omnia peccata remittit. Ideo remissionem peccatorum, quæ huic communicationi est necessaria, subdit articulus. d. Remissionem peccatorum. Et est sensus. Credo quod charitas & sacramenta quibus fideles communicant: conferant remissionem peccatorum. Sic enim debemus credere penitentiam in remissionem peccatorum in omnes gentes: quod principaliter facit charitas. Figura de Magdalena, cui remissa sunt peccata multa. Alia ratio non assignatur, nisi quia dilexit multum. Iste autem articulus quoad duas partes prædictas significatur in decimo fundamento ciuitatis, quod erat Chrysostr. pasus: qui lapis actum ignis virtualem exprimit. Nam vt dicit Magister libro decimosexto. hic lapis de nocte est igneus. Ignis autem habet duas virtutes, scilicet multiplicatiuam: quia se comunicat sine sui detrimento, & purgatiuam: quia matalla ab omni forde purificat. Ex prima significat sanctorum cōmunionem: ex secunda remissionem peccatorum. In hoc ergo quod iste lapis de nocte est igneus, figuratur quod in nocte præsentis vitæ ex dicto articulo fidei dicitas duas virtutes ignis debemus credere: vnde iste articulus potest dici sermo Dei ignitus. prover. 30. luxta illud Psal. Ignitum eloquium tuum vehementer & seruus tuus dilexit illud. Et quia iste arti-

culus tractat sanctorum cōmunionem, remissionem peccatorum: quæ fiunt per charitatem & penitentiam. Ideo potest dici illud fundamentum de quo habetur ad Hebr. 6. quod est fundamentum penitentiae ab operibus mortuis, & fidei ad Deum &c.



**D**Eus in nomine tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.

869.

Iste Psalmus talem habet titulum. *In finem in carminibus intellectus David, cum venissent Ziphæi ad Saul, & nunciassent Sauli, nome David absconditus est apud nos.* Pro expositione litterali huius tituli est notandum, quod (vt habetur historia 1. Regum vigesimotertio. cum Saul persequeretur David: David fugit & abscondit se cum suis in monte Ziph, in quo habitabant Ziphæi, qui erant de tribu Iuda cum ipso David. Quapropter David magis confidens de ipsis, apud eos declinauerat: vt ibi saluari posset ne Saul ipsum inueniret. Ipsi autem Ziphæi gratiam Saulis acquirere volentes, proditores fuerunt & nunciauerunt Sauli dicentes. Ecce David apud nos latitat, descende vt tradamus eum in manus tuas. Descendit ergo Saul. Quod cum nunciatū fuisset ipsi David: statim recessit inde, & fugit ad tutissima loca Engaddi. Erat autem ibi in monte quædam magna spelunca, in qua David cum suis habitabat. Quod ignorans Saul speluncam illam intrauit vt ventrem purgaret: & deposuit chlamydem ad partē. Tunc David qui ibidem latitabat cum suis, videns se habere persecutorem suū in manu sua: noluit tamen manum mittere in ipsum: sed latenter præcidit oram chlamidis Saul: & recessit. Saul autem de hoc non aduertens, purgato ventre, recessit. Tunc David post ipsum exiit speluncam & clamauit post Saul, dicens. Domine mi rex, quare audis verba hominum dicentium, David quærit malum aduersum te. Respice & cognosce oram chlamidis tuæ in manu mea. Quoniam cum præciderem oram chlamidis tuæ: nolui extendere manum meam in te. Aduerte ergo quod non est malum in manu mea: tu autem invidiaris animæ meæ. Dixitq; tunc Saul ad David Fili mi tu iustior es quam ego: tu tribuisti mihi bona, & ego reddidi tibi mala &c. Ad propositū ergo cum David videret se inimicum suum habere in manu sua, fecit istum psal. rogans Deum vt saluaret eum, id est, præseruaret ab homicidio: ne scilicet interficeret Saulem, sicut suggerebant sibi viri sui. Vnde orans dixit. *Deus in nomine tuo saluum me fac &c.* ne scilicet incurram homicidiū. Ex prædictis apparet expositio litteralis tituli & materia psal. Et ad istum intellectum psal. iste litteraliter habet duas partes. Quia David primo petit suam deprecationem. Secundo vt facilius exaudiat ur, facit Deo votum & promissionem: ibi. *Voluntarie.* Quantum ad primum dicit. *Deus in nomine tuo &c.* Dic vt. N. Quantum vero ad intellectum propheticum, sciendum quod totus iste psalmus agit de bonis & sanctis viris: ostendens qualiter



Colof. 3.

qualiter hic in presenti sunt inter malos & persequantur ab eis: mouens eos inter malos habere patientiam, & auxilium sperare diuinum. Et hoc innuit titulus p̄d̄ictus intellectus spiritaliter. Vbi notandum q̄ Ziphai inter quos latitabat Dauid, interpretatur florentes. Et significat illos qui in presenti florent gloria temporalium rerum: quorum gloria est vt flos fœni, quod hodie floret, & cras in clibanum mittitur. Dauid autem iustus qui inter istos latitabat: significat viros sanctos mortuos mundo, quorum vita in presenti latet, quibus dicebat Apostolus. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo &c. Saul autē qui interpretatur abutēs significat diabolum regem super omnes filios superbiæ, qui creaturis Dei abutitur: dum homines omnes ad malum conatur inducere. Ziphai ergo tunc nūnciant Sauli, quod Dauid inter illos habitat, vt ipsum tradant in manibus Saul. quando homines mundi & peccatores bonos persequuntur, ad hoc vt ipsos per peccatum diabolo tradant quod tamen effectum non habet. Est ergo sensus tituli talis. *Intellectus Dauid in carminibus*. i. in laudibus: quia per hoc intelligitur etiā quod in aduersis laudandus sit Deus. *Cum venissent Ziphai & nūnciassent &c.* scilicet quando mali bonos in manibus diaboli tradere volunt. Et hoc in finē: quia scilicet in presenti non apparet virtus iustorum inter malos, sed apparebit finaliter. Intentio Psal. est bonos mouere: vt etiam in aduersis laudent Deū. Et secundum hoc Psal. iste diuiditur in partes tres. Quia psal. in persona bonorum omnium loquens, videns se inter malos positum & persecutum ab illis. Primo diuinam implorat misericordiam. Secundo persecutorum explicat malitiam: ibi. *Quoniam alieni*. Tertio in Deo plenam ponit confidentiam: ibi. *Ecce enim Deus adiuuat me*. Prima diuiditur in partes duas. Quia primo ponit suam orationem. Secundo suæ orationis implorat exauditionem, ibi. *Deus exaudi*. Quantum ad primū ait. *Deus in nomine tuo saluum me fac*. Vbi nota q̄ duplex est nomen verbi incarnati. s. proprium & appellatiuum, proprium nomen est Iesus: sed appellatiuum est Christus: quia omnes inuanti reges & sacerdotes Christus vocabantur: hic autē loquitur de proprio nomine quod est Iesus. De quo Lucā. 1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vnde qualiter nos saluat: vide superius versiculo. 655. Sic ergo hic dicit. *Deus in nomine tuo*. s. quod est Iesus: *saluum me fac*. id est, imple in me rem nominis tui, quæ est saluatio: quia Iesus saluator interpretatur. Ex quo apparet q̄ Dauid sic orando mysterium incarnationis p̄vidit. Sequitur. *Et in virtute tua iudica me*. Aliqui textus habēt. *Et in virtute tua libera me*: quia aliqui timentes diuinum iudicium, non audent petere iudicari: sed solum liberari. Et sic textum istum corrumpunt: quia verus textus dicit. *Et in virtute tua iudica me*. Vbi sciendum q̄ duplex est iudicium. s. discussionis & discretionis: de quo supra ver. 367. Hic autem loquitur de iudicio discretionis. Item notandū q̄ virtus Dei dicitur verbū Dei p̄ quod omnia facta sunt. Ad Heb. 1. Portās oīa verbo virtutis suæ, qd̄ in humanitate assumpta in finali iudicio diuidet & discernet bonos à malis. Matt. 25. Quia statuet quidem ouēs à dextris &c. Et sic dicere: in virtute tua iudica me: nihil aliud est, nisi per verbū

Luce. 1.

Saluata.

Iudicare Dei.

Hebra. 1.

Marth. 25.

rum incarnatum discerne me à malis & dammandis. Vel per virtutem Dei intellige misericordiam, quæ maximè omnipotentiam Dei manifestat, sicut cantat ecclesia. Deus, qui omnipotentiam tuam parcendo & miserando maximè manifestas. Et tunc petit vt per misericordiam sibi peccata dimittantur: vt à malis diuidatur: quasi dicat Per misericordiam tuam iudica. id est, diuide à malis.

**Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.**

Hic consequenter suæ orationis implorat exauditionem. Auribus percipe &c. Vbi nota q̄ auris Dei non est corporale instrumentum: sed est eius gratia, qua nostris votis annuit. Sic enim auris Dei pro exauditione accipit Salomon. 2. Paralip. 6. dicens Deo. Sint aures tuæ intentæ super orationem quæ fit in loco isto. & Psal. 85. Inclina aurem tuam & exaudi me. Item nota quod capio componitur cum per: & fit percipio, pis. & est idē quod perfecte capere & intelligere. Quamuis enim Deus omnia perfecte percipiat & intelligat: tamen propriè illud dicitur peti: & capere quod approbat, & sic percipere Deum verba nostra est orationem nostram acceptando approbare. Sic enim orabat superius Psal. 5. d. Verba mea auribus percipe domine &c. Et nota hic duplicē modum orandi. s. corde & voce. Quantum ad primum dicit. *Deus exaudi orationem meam*. Quantum ad secundum dicit. *Auribus percipe verba*. Ad denotandum quod in oratione cum affectione cordis, etiam verba vocalia concurrere debent. Sed forte d. Nunquid sufficit orare corde sine exterioribus verbis. Dic vt supra versiculo 39.

**Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam, & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.**

Hic persecutorum explicat malitiam. Quantum ad litteram, si Dauid loquitur in persona propria Dauid loquitur de Ziphais qui eum prodere volebāt in manibus Saul. d. *Quoniam alieni*. i. Ziphæi *insurrexerunt aduersum me*. scilicet proditoriè. *Et fortes quæsierunt animam meam*. i. Saul cum suis complicitibus, qui erant fortes temporaliter, *quæsierunt animam meam*. i. vitam meam sine ratione: ideo *non proposuerunt Deum ante conspectum suum*. Sed non videtur quod Ziphæi essent alieni à Dauid: quia erant de eadem tribu. Ziph nanque vicus erat pertinens ad tribum Iudæ, de qua tribu erat Dauid. Sed dic quod alieni erāt à Dauid nō tribu vel loco: sed malitia & voluntate: quia prodiderūt eum Sauli. Secundum autem sensum prophetici Dauid loquitur in persona omnium bonorum, contra quos alieni. i. dæmones insurgunt. Vnde istum textum exponit Greg. d. Quis vero alienus nisi apostata angelus vocatur. Vnde per psalm. de cunctis simul spiritibus malignis dicitur. *Quoniam alieni insurrexerunt aduersum me, & fortes quæsierunt animam meam*. Et sic nomine alienorū, accipiuntur dæmones cū omnibus suis mēbris. i. iniquis hominibus qui iustos persequuntur. Vel Dauid ista verba in persona Christi dicit de Iudeis, qui cū carne propinqui

Iob. 19.

Greg. 14. mo

14. 21.

Psalm. 57.

Aspis.

Psalm. 96.

Psalm. 17.

Milites.

Regum lib.

bellum.

Regum lib.

2.

Greg. 14.

metaph.

2.

2.

2.

2.

2.

propinqui essent Christo, tamen voluntate peruersa increduli facti sunt alieni. De quibus dicitur Iob. 19. Fratres meos longè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Iudæi enim fratres erant Christi carne, noti erant lege: quia per prophetas & legem ipsum cognouerūt venturum. Sed quando venit elongati sunt ab eo cultu & fide: & sic facti sunt alieni. Vnde p̄d̄icta verba exponens Greg. dicit. Ioānes de Christo dicit. In propria venit, & sui eum nō receperunt. Ab ipso quippe Christo Iudæi fratres secundū carnē longè facti sunt: & noti recesserunt: quia quæ per legem & prophetas nouerant, venturum venientem minimè recognoscebāt. Iudæi enim propinqui per carnem noti per legis instructionē: quasi obliiti sunt quem prophetauerāt: dū eum & incarnandū verbum legis canerent, & ambratū verbis perfidia negarent &c. Vnde & de Iudeis cōqueritur Christus. d. Filij alieni mentiti sunt mihi &c. Vide versic. 246. Notandum autē q̄ generaliter omnes mali dicuntur à Christo alieni: quia testi per baptismum efficiuntur filij: & tamē peccādo efficiuntur alieni & filij diaboli. Dicitur in libro de naturis rerum, q̄ Syris & Aphris non nocent aspides. Et ideo pueros ex se natos obiciunt aspidibus, vt experiantur an sint sui filij vel alieni. Si enim eis nocent aspides, sciunt eos nō esse suos, sed adulterinos. Si verò eis non nocent, approbāt eos esse suos. Sic & conformiter Christus habet experientiam de regeneratis. Scit enim q̄ quantum sunt filij sui aspidi. i. diabolus eis nō potest nocere nec eos venenare: quia de filio Dei scribitur. Super aspidem & basilicum ambulabis &c. Et ideo si quis à diabolo venenatur, scit ipsum nō esse filium suum, sed alienū: quia vt dicitur 1. Ioan. 3. Omnis qui natus est ex Deo, nō peccat. In hoc manifesti sunt filij Dei & filij diaboli &c. Vnde de istis filiis sic alienatis dicit. Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt &c. Vnde tales multipliciter describuntur. Primo ex nimia falsitate. Et quantum ad hoc dicit Christus. Filij alieni mentiti sunt mihi: quia scilicet quæ in baptismo promiserunt, non obseruant: promiserunt enim renunciare diabolo & omnibus pōpis eius: anquam accēpti militia regis cœlestis. Dicit Vegetius, quod milites iurāt omnia se strenuè facturos quæ præcepit Imperator, nunquā deserturos militiam, nec mortē recusantes pro republica. Cōsimilia iurant qui ad militandum summo imperatori ascribuntur. Ideo falsi Christiani nō solum sunt mendaces: sed etiam facti iuramenti sui seu voti transgressores. Cum enim ad pugnam venerint, non conflagunt: sed aciem & militiam deserunt. Et ratio potest haberi ex eo quod dicit Vegetius. Miles qui scit sumptus suos apud signa positos, de deserendo nihil cogitat, sed magis signa diligit: pro illis in acie fortiter dimicat: vt pro illis habeat maximam curam, in quibus suā positam videt substantiam. Ex quo patet q̄ si sumptus atque substantiam alibi quam apud signa habeat, retrahit hoc militem à pugnando: & est sibi occasio signa deserendi. Propter quod Agefilaus dux Lacædemoniorum (sicut narrat Sextus Iulius Frontinus lib. primo.) cum comperisset multos suos milites in ciuitate quæ prope fuerat: omnia sua preciosa deposuisse, præcepit oppidanis, ne quicquā reciperēt quod ad suos milites pertinebat, vt sic ardetius dimicarent milites qui scirent

pro omnibus suis esse bellādum. Sic in acie Christianorum, cum ipse Christus crucifixus sit signū secundū illud Esa. 55. Erit dominus nominatus in signum æternum. Apud istud signum cogitat verus miles Christi omnem suam substantiam esse repositam: dicens illud psal. Substantia mea apud te est. Et ideo de deserendo signo, talis nunquam cogitat, sed constanter pro ipso dimicat. Seus est de illo qui totam substantiam suam alibi repositam habet, puta in ciuitate huiusmodi, dicens illud psal. Substantia mea in inferioribus terræ. Vnde talis nec est fidelis miles, nec verus Christianus. Vnde August. de decem cordis. Nō enim debent Christianorum mentes de futuro sæculo cogitare. Qui enim de futuro sæculo nō cogitat nec propterea Christianus est, vt illud quod in fine promittitur accipiat: nec dum Christianus est Tales ergo infideles milites & falsi Christiani dicuntur alieni, qui cōtra ecclesiam insurgunt. De quibus nunc dicitur. *Quoniam alieni insurrexerunt aduersū me &c.* Amos. 5. Filios alienos enuerūt.

**Ecce enim Deus adiuuat me, & dominus susceptor est animæ meæ.**

Hic ostendit Psalmista se in Deo plenam habere confidentiam. Et diuiditur in partes quatuor. Quia primo in Deo suam ponit confidentiam. Secundo ad inimicos veram ostendit amicitiam: ibi. *Auerte mala*. Tertio debitā Deo exoluit gratiam: ibi. *Voluntarie*. Quarto in Deo perfectam habet letitiam, ibi. *Quoniam ex omni tribulatione*. Quantum ad primum ostendens se in Deo habere confidentiam: & non in mundo, dicit. *Ecce enim Deus adiuuat me &c.* Vbi sciendum q̄ propheta spiritu prophetico eleuatus vidit verbum pro nostro adiutorio incarnandum: vnde istud adiutorium per incarnationem factum humiliter postulabat psal. d. Exurge in adiutorium meum domine Deus salutaris meus. Surrexit enim Deus in adiutorium nostrum quando Dei verbum caro factum est. Et hunc adiutorem flagitabat Iob. d. Quis tribuat mihi adiutorem vt desiderium meum omnipotens audiat? Quod exponens Greg. dicit. Sciens sanctus Iob quod suis meritis redimi non poterat, adiutorem querit. Et quem nisi vnigenitum filium Dei contempletur, qui humanam naturā in hac mortalitate laborantem dum suscepit, adiuuit. Ipse quippe adiutor adiuuit hominem factus homo: vt quia puro homini via non patebat redeundi ad Deum, via fieret per verbum Dei Longè quippe distabamus à iusto & immortalis, nos mortales & iniusti. Sed inter immortalem & iustum & nos mortales & iniustos aperuit mediator Dei & hominum mortalis & iustus, qui & mortem haberet cum hominibus & cum Deo iustitiam: vt quia per ima nostra longè distabamus à summis: in seipso vno adiutor noster factus iungeret ima cum summis: atque ex eo via redeundi nobis fieret: quo summis suis ima nostra copularet &c. Hunc ergo modum adiutorij hic psalmus præuidens in persona omnium bonorum dicit. *Ecce enim Deus adiuuat me*. Et statim modum ostendit dicens. *Et (pro quia) Deus susceptor est animæ meæ*. Per animam enim quæ est principalior pars hominis totā naturā humanam intellige. Suscepit ergo dominus animam nostrā quando Dei filius vt nos adiuuaret factus est homo. Tom. j. K k 2 homo.

Esa. 55.

Psalm. 38.

872.

Adiutorius

Ier. Christi

Psal. 37.

Iob. 31.

Greg. 2. 2. mo

ra. c. 18.

Incarnatio

Christi.

homo. Et in isto adiutorio plenè confidit quilibet iustus dicens filio Dei illud Psal. 118. Adiutor & susceptor meus es tu, & in verbum tuum, scilicet incarnatum superasperaui.

873. Auerte mala inimicis meis, & in veritate tua disperse illos.

Hic consequenter ad inimicos se ostendit habere amicitiam, & hoc pro ipsis orando vt conuertantur, d. Auerte mala &c. Vbi nota quòd verro vertis, componitur cum a & fit auerto, tis, & habet duo significata, remouere. Et sic dicitur psal. 118. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: aliquando idè est qd tergum vertere: psal. 43. Auertisti nos retrorsù post inimicos nostros &c. Hic autè accipitur pro remouere. Orat ergo vt auertantur, i. remoueantur mala ab inimicis, & nõ tam poenæ quàm culpæ. Et in veritate tua disperse illos, id est disperse illos à priori intèntione, & pone eos in veritate tua, i. fac vt veniat ad veritatè tuam.

874. Voluntariè sacrificabo tibi, & cõfitebor nomini tuo domine: quoniam bonum est.

Hic promittit gratiarum actiones. Vbi notandum qd sacrificium est triplex quod Deo sacrificare debemus: vide supra versic. 17. Item non qd voluntariè sacrificare, est gratis & nõ propter aliud sacrificare. Ille ergo voluntariè Deo sacrificat, qui propter sacrificium suum nihil aliud à Deo querit, si illud haberet, nõ sacrificaret. Et quia omnia nostra bona opera in laudem Dei debent terminari: ideo subdit. Et cõfitebor nomini tuo, scilicet confessione laudis: quoniam bonum est. Sed quod est illud nomen cui consistendum est? certè nomen Iesus: accipiendo nomen pro significato nominis: de quo dicit Apostolus ad Philip. 2. Dedit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur: & omnis lingua confiteatur &c.

875. Quoniam ex omni tribulatione eripuiti me, & super inimicos meos despexit oculus meus.

Hic ostendit qd solum in Deo vera habetur lætitia: quia solus Deus ab omni tribulatione nos liberare potest. Non quidem plenè liberat in presentis: sed in futuro: ideo hic accipitur præteritum pro futuro ratione certitudinis propheticæ. In presentis enim vita tribulationes patimur, vt purgati in futuro consolationem Dei inueniamus, propter quod dicitur Iob. 5. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanger te malum. Quod exponens Greg. ait. Quid enim senario numero, quem septimus sequitur: nisi presentis vitæ operatio discursusq; significatur? Sexto quippe die omnia perficiens, hominem condidit: & septimo die Deus requieuit. Perfectis ergo omnibus, requies sequitur: quia post bona vitæ presentis opera, retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaque tribulationibus dominus nos liberat, ne nos in septima malum tanger: quia per patientiæ pietatis eruditione presentis vitæ labore nos atterit. Sed in aduentu iudicis à verberibus abscondit: vt tanto tunc ad salutem certiores exhi-

Tribulatio.

Iob. 5. Sex. Septem. Grego 6. mora. 6. 17.

beat: quanto nunc flagella durius secant, (Et super inimicos meos despexit oculus meus. Quod ideo dicit: quia sancti in patria videbunt damnatos deorsum positos. Nam sp. cio. cis. quod est videre vel considerare: componitur cum de, & fit despicio despicias, quod est deorsum aspicere vel contemnere. Restat in materia articulorum nunc consequenter agere de vndecimo articulo, quem posuit Iudas, vel Thadeus, dicens. Carnis resurrectionem. Vbi notandum quòd secundum Augustinum. Duplex est resurrectio, scilicet prima quæ est animarum: & secunda quæ est corporum. Prima fit quando homo vitam gratiæ per peccatum perditam recuperat: de qua dicitur. Beatus qui habet partem in resurrectione prima. In his enim secunda mors non habet potestatem. Secunda est resurrectio corporum, quæ erit in fine generaliter omnium tam bonorum quàm malorum, de qua 1. Corint. 15. Omnes quidè resurgemus &c. Articulus autem præcedens primam resurrectionem posuit. d. Remissionem peccatorum. Hic autem ponit secundam dicens. Carnis resurrectionem. Hic autem articulus maximè mouere debet homines ad bona opera peragenda. Remota enim spe resurrectionis, remota erit omnis obseruatio pietatis. Et ideo diabolus homines in errorem contra istum articulum nititur inducere vt ipsos peccatis facilius inficere possit. Vnde Chrysostomus super Matt. Videns diabolus qd in scitiã Dei omnino extinguere nõ potuit, introduxit hæresim Saduceorù qui dicunt nõ esse resurrectionem mortuorum: quæ res omni homini faciendæ iustitiæ propositum frangit. Quis enim erit contentus aduersus semetipsum quotidie lætamina exercere, nisi ad spem resurrectionis aspiciat? Et ideo ad huius articuli declarandam veritatem multiplex est ratio. Prima ex parte diuinæ iustitiæ, quam facit Damasc. lib. 4. d. Si resurrectio non est, nec Deus est, neque prouidentia est: tunc casu omnia feruntur & aguntur, videmus enim plurimos iustos esurientes & iniuriam ferentes: peccatores autem & iniustos in diuitiis & in omnibus voluptatem habentes. Sed quis vnquam hoc iusti iudicij vel sapientis prouidentia opus benè sentiens suspicabitur? Erit ergo resurrectio. Iustus ergo Deus est his qui confidunt in eum: mercedis retributionem in resurrectione seruans: malis autem punitionem. Et hanc rationem tangit Apostolus. 2. ad Corint. 5. dicens. Oportet nos omnes manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, quæ gessit, siue bonum siue malum. Secunda ex partibus resurrectionis Christi, sicut arguit Apostolus dicens. Christus resurrexit: ergo & nos resurgemus: antecedens patet: quia aliter vana esset fides nostra: & consequentiã probat gl. quia Christus propter nos totum fecit: & patet ex alio: quia si resurrectio repugnaret humanitati Christi, repugnaret omni homini: quia quantum ad humanitatem Christus est vnioce homo cum aliis hominibus. Hanc rationem expressè facit Iob. c. 19. dicens. Scio quia redemptor meus viuui: & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Ipse enim tunc fidem habens de Christo futuro, & futura eius resurrectione, cuius certitudine fidei præteritum pro futuro posuit, dicens: scio, id est firmiter credo quòd Redemptor meus Christus pro omnibus moriturus resurget à mortuis & viuet in

Resurrectio. vnde cum. fide. Augustinus. de ciuitate. 20. 1.

1. Cor. 15.

Chrysostomus.

Damasius.

1. Corint. 5.

1. Corint. 15.

Iob. 19.

in æternum. Et ideo ad Christi resurrectionem, tanquam ad antecedens addit consequens. d. Et ideo in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circumdabor pelle mea, &c. Hæc fidem resurrectionis confessã fuit illa disciplina Christi: quia iustum est quòd satisfactio pro peccato, pena peccati, sed mors siue priuatio intæ est cesset pena peccati. Ad. Ro. 5. Cum ergo Christus plenè satisfecerit pro peccato Adæ, iuste debet cessare mors & priuatio vitæ. Et hanc rationem facit apostolus. 1. Cor. 15. dicens. Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut ergo in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quarta, ratione appetitus naturalis: quia anima separata appetit vniri corpori, tanquã ad perfectum esse naturæ humanæ secundum speciem: vnde anima separata manet imperfecta quòd ad esse specificum. Decet autem diuinam bonitatem (quæ omnia fecit vt essent perfecta) quòd anima non semper careat esse perfecto secundum speciem. Et hoc est quod dominus promittit Esa. 26. d. Viuent mortui tui, & interfecti tui resurgent. Sed contra veritatè huius articuli restat vna difficultas: quia multorum mortuorum animæ iam sunt beatæ. Aut igitur volunt reuiri corpori aut non. Si volunt & de factò non vniuntur, ergo nõ sunt beatæ, contra positum, patet consequentiã: quia beatus est qui habet quicquid vult. Si autè volunt, ergo non reuientur: quia cum omne inuoluntariũ sit triste. 3. ethi. iam in beatis caderet tristitia, quod est fallum. Respondeo & dico qd volunt vniri. Ad argumentum dico, qd beatus habet quicquid vult sicut vult, & quòd vult, anima autem beata vult vniri corpori suo modo, non pro modo sed pro tempore statuto. Iste articulus figuratur in vndecimo fundamento quod erat hyacinthus, qui lapis vitam membris animalem tribuit stabiliter. Nam vt dicit magister h. 16. hic lapis vigorem dat membris & vegetat neruos. Et sic significat vltimam resurrectionem corporum, quæ membris omnium quamquam incineratis & dissolutis ac dispersis in vnum colliget: & vigorem vitæ ipsius reuiniendo animam præstabit: vt amplius mori non possint, vnde resurrectionis immortalitas, etiam in isto lapide figuratur: qui vt dicit magister vbi supra: resistit pestilentis, ad de notandum quod talis ac tanta erit virtus resurrectionis, vt omni pestilentia mortis resistat integraliter. Et ideo de immortalitate resurrectionis per istum lapidem hyacinthum figuratè, dicitur humano generi illud Ezc. 27. Hyacinthus operimentum tuum.

Joan. 5.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

Esa. 26.

Hyacinthus.

Ezc. 27.

876. Exaudi Deus orationem meam: & Ene despexeris deprecationem meã intende mihi & exaudi me.

Hic psal. talem habet titulum. In finem in carminibus intellectus David. Pro cuius intellectu notandum quod David fecit istum psalm. quoad litteram, quando ipse fugiens de Ceilla, saluatus fuit de manibus Saul qui volebat eũ in Ceilla ob-

sidere. Vbi notandum quod (vt habetur. 1. Reg. 23.) cum David fugiens à facie Saulis: maneret cum suis abscondus in saltu Aret, nunciatũ est ei quòd Philistæi oppugnarent Ceilam ciuitatem, qui statim assumptis locis abiit in Ceilam, & pugnavit aduersus Philistæos & percussit eos plaga magna & sic saluauit habitatores Ceilæ, & cepit manere in Ceilam. Quod cum audisset Saul, cum exercitu suo se præparauit vt ad ciuitatem Ceilæ veniret, & oblideret eum, quousque traderent viri Ceilæ David & viros suos in manibus Saul. Reuehuit autem Deus ipsi David quòd si maneret ibi, viri Ceilæ traderent eum & suos ipsi Saul, & tunc exiit ciuitatem cum suis & vagabatur huc atque illuc incerti. Et videns David se liberatum de manibus Saulis, fecit istum psalmũ: etiam rogans Deum, vt in futuro ipsum de manibus Saulis liberaret. Est ergo sensus tituli talis. Iste psal. dirigens nos in finem scilicet, Christum, est in illo psal. est in carminibus, id est, intellectus David in isto psal. est in carminibus, id est in laudibus diuinis, quia ipsi liberauit de manibus Saulis. Quia ergo psalm. iste est historialis, primo dicam litteram, secundo sensum propheticũ exponã. Quantum ergo ad litteram iste psal. diuiditur in partes tres. Quia primo David suum explicat periculum. Secundo Ceilæ increpat populum ibi. Præcipit domine. Tertio diuinum implorat suffragiũ, ibi. Ego autem ad dominum clamabo. Dic vt. N. Quantum vero ad sensum propheticũ, primò exponendus est titulus d. In finem in carminibus intellectus David. Vbi sciendum quod secundum magister per David hic intelligitur Christus non secundum caput sed secundum corpus. id est ipsa honorum ecclesia. Cuius eruditio & intellectus summo opere est aduertere locum in quo modo est: in quo multa aduersa patitur. Et hoc intelligere debet in carminibus, i. in laudibus, vt hoc intelliges semper Deum laudet: siue erudiat aduersis siue lætis consoletur. Quod si faciat tunc dirigetur in finem, scilicet Christum. Iste ergo psal. est intellectus, i. eruditio David scilicet ecclesie dirigens nos in finem, scilicet Christum. Et hoc in carminibus, i. in laudibus. Intentio psalmiste est mouere ecclesiam atterere mala quæ hic patitur: & inter illa plangendo laudare dominum. Et sic iste psal. diuiditur in partes tres. Quia psalmista in persona ecclesie contra mala presentis vitæ suam ponit oratione. Secundo diuinam expectat consolationem, ibi. Expectabam eum. Tertio diuinam iustam ponit retributionem: ibi. Ego autem. Prima pars diuiditur in partes tres. Quia primo postulat suam orationem Deo fore placitam. Secundo suam multiplicem explicat miseriam: ibi. Contritatus sum. Tertio pro remedio diuinam petit gratiam: ibi. Quis dabit mihi. Quantum ad primum sciendum quod non omnis oratio quæ exauditur à Deo est Deo beneplacita. Quia quandoque multi exaudiuntur ad votum, etiam ad ipsorum detrimentum & peccatum, vt si quis à Deo petat in temporalibus prosperari, & obmittat æterna, vel vt prospere committat furtum vel adulterium & obtimeat, tunc enim Deus iratus tali concedit postulata, quæ sibi tamen non sunt placita, sed sola oratio quæ fit pro æternis & cælestibus. Deo placet. Psalmista ergo nõ solum à Deo petit exaudiri, sed quod principaliter est, vt eius oratio Deo sit placita. Et hoc est quod dicit quantum ad primum Tom. j. K k 3 Exaudi

Oratio. Exaudire.

*Exaudi Deus orationem meam.* Quantum vero ad secundum dicit. *Et ne despexeris deprecationem meam.* Illam enim deprecationem Deus despicit, quam non approbat. Et ista duo sub aliis verbis repetit dicens. *Intende mihi.* quo ad secundum, & intendere. *exaudi me.* quod ad primum. Vbi advertendum quod intendendo, dis. componitur ex in & tendo, & fit intendo, & habet duo significata. Quoniam intendere quandoque idem est quod augere ut calor intenditur, quandoque idem est quod respicere, considerare, vel dirigere: ut intende quid agas. Et sic Deum intendere nobis, est ipsum nos dirigere & nostras preces approbare, sicut dicitur *Psal. 5. Intende voci orationis mea, &c.* Et sic accipitur hic cum dicitur, *Intende mihi, & exaudi me.* Et bene post intendere sequitur exaudire sicut consequens: quia ista consequentia est bona. Deus intendit istam orationem, id est approbat, ergo ipsam exaudit. Sic enim dicitur *psal. 39. Expectas expectavi dominum, & intendit mihi.* sequitur, & exaudivit preces meas, primum ergo quod orando à Deo debemus petere, est ut nobis intendat.

877 **Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.**

Hic consequenter ecclesia sua multiplicem explicat miseriam. Et dividitur in partes quatuor, secundum quod iustorum ecclesia hic quatuor mala sustinet. Quia scilicet primo à demonibus, aggreditur & exercitatur. Secundo detractionibus impetitur & diffamatur, ibi, *Quoniam declinauerunt.* Tertio timoribus concutitur & conturbatur, ibi, *Cor meum.* Quarto ad primum sciendum quod viri sancti multis tentationibus impugnantur à diabolo: quia illos maxime impugnat quos sibi magis contrarios videt, illos autem quos possidet, tentare contemnit: quod ideo Deus permittit, ne de suis virtutibus boni gloriantur, sed ut per tentationem exercitati seiplos cognoscant & humilitatem conferuent. Quod ostendit Gregorius dicens. Dispensante Deo permittitur, ut conuersus quilibet post conuersionem suam tentationum stimulis fatigetur, ne ipsum securitas sterat. Iam quidem per conuersionem mare rubrum transitum est, sed adhuc in heremo vitæ presentis ante faciem hostes occurrunt, iam peccata extinctos Ægyptios post terga relinquimus. Sed adhuc nocentia vitia quasi alij hostes obuiant, ut ad terram promissionis pergentibus ceptum iter intercludant, iam priores culpæ prostratae sunt, sed tentationum stimuli quasi hostes alij contra faciem veniunt, qui & cum nostro labore superentur. Hoc ideo: quia conuersio securitatem parit, mater autem negligentiae solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiam generet, scriptum est. *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.* Non ait ad requiem, sed ad tentationem: quia hostis noster adhuc in hac vita nos positos quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Eos enim pulsare negligit: quos quieto iure possidere se sentit. contra nos vero vehementius incitatur, quo ex corde nostro, quasi ex iure nostro propterea habitationis expellitur. Hoc enim in semetipso dominus sub quadam figuracione

*Tentatio. Securitas. Greg. 24. mor. 1. c. 12.*

præsignauit, qui diabolus non nisi post baptismum se tentare permisit, ut signum nobis quoddam futuræ conuersionis innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc acriores tentationum insidias tolerarent, &c. Ad propositum viri sancti talibus tentationibus exercitantur (quod permittit Deus) ne superbiant. Quæ tamen tentationes magnas molestias & turbationes inferunt, dum eis bellando resistitur. Quod exprimens Paulus ait. Datus est mihi stimulus carnis qui collaphizet me &c. Vnde de istis tentationibus contristatus psalmia persona omnium bonorum dicit. *Contristatus sum in exercitatione mea.* Et quia has tentationes aliquando diabolus facit per seipsum, aliquando vero per homines malos qui verba iniuriosa contra bonos profertur, ideo de utroque subdit. *Et conturbatus sum à voce inimici.* quo scilicet ad homines malos voces iniuriosas profertur. *Et à tribulatione peccatoris.* quod scilicet ad diabolus dum tentat per seipsum, qui singulariter peccator dicitur. *Psal. 108.* Constitue super eum peccatorem, & diabolus ster à dextris eius.

**Quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira molesti erant mihi.**

Hic ostendit quomodo ecclesia à detractoribus impetitur & diffamatur. Mali enim sua peccata imponunt bonis ipsos diffamando. & sic dicuntur iniquitates in iustos declinare. Sic enim fecerant Christo. Vnde de ipso dicitur. Quoniam declinauerunt in te mala: ut quando sibi dicebat. Dæmonium habes, & Ioan. 9. Nos scimus quia hic homo peccator est. Mali enim homines ut se bonos ostendant, mala sua in bonos declinant. ut ostendit Gregorius dicens. Esse proprium peruersorum solet, quod mala sua per conuiuium bonis ingerant, priusquam de eis veraciter accusentur. Et dum merentur increpari de his quæ faciunt, aduersantibus suis prauitatibus iustos hæc facere testantur. Sancti autem viri patienter audiunt etiam quæ se nunquam fecisse meminunt, quamuis ea mala quæ sibi ingeri conspiciunt, ab ipsis suis criminatoribus nouerint perpetrata, etiam cum eos prædicando corrigere non possunt, patiendo tolerant, quatenus si fructum conuersionis eorum consequi non valeant ex ipsis tamen præmium longanimitatis acquirant. Vnde & sancta ecclesia Dauid prophetae vocibus dicit. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, quia videlicet dum reprobos quos non valet corrigere, tolerat, facta peccantium supra dorsum portat, hæc ille.* Sic & nunc conformiter dicit. *Quoniam declinauerunt in me iniquitates.* Et huius declinationis causam statim subdit dicens. *Et in ira molesti erant mihi.* Cum enim bonus iratus peccatis malorum, ipsos corrigit, tunc propter talem iram & displicentiam, quam habet iustus de peccatis malorum, ipsi mali contra bonos insurgunt: quia in hoc iustus malis se contrarium ostendit, vnde mali dicunt. circumueniamus iustum, quoniam contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis. Et hoc est quod hic dicit. *Et in ira molesti erant mihi.* Ad videndum autem quam graue peccatum sit sua mala in alios declinare, vel

*6 q. 1. summa. Diffamatio. Detractionis. Psal. 108. Ioan. 9. Greg. 24. mor. 1. c. 12. Psal. 28. Sapient. Questio.*

**Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me.**

Hic ostendit quod iustus in presenti timoribus conturbatur. Vbi notandum quod iusti in presenti vita in quocumque statu sint semper timet: quia si prospera arident illis, timent ne sint premium bonorum suorum. Si eos aduersa percipiunt timent ne sint initium penę futuræ. Vnde Gregorius ait. Iusti semper timent & magnis se lamētis cruciant: quia deseri formidant, & quāuis in aduersis de correctione sua gaudeant, eorū tamen trepidā mentē correptio ipsa perturbat, ne malum quod tolerant, non pia percussio disciplina sit, sed animaduersio iusta vindicta. Quod bene psalm. considerans ait. *Quis nonit potestatem iræ tuæ.* Potestas quippe diuinæ iræ, nostra non potest mente apprehendi: quia eius dispensatio obscuris super nos dispositionibus sæpe vnde exterminatur deserere, inde nos recipit, & vnde nos recipere creditur, inde dereliquit, ut plerumque hoc fiat gratia. quod ita creditur, & hoc aliquando ita fit, quod gratia putatur. Nonnullos quippe flagella corrigunt, nonnullos vero ad impatientiam perducunt. Et alios prospera quia demulcent, ab insania mitigant. Alios quia eleuant, funditus ab omni spe conuersationis eradicant. Cunctos autem vicia ad ima pertrahunt, sed tamen quidam eo ab his facilius redeunt, quod se in eis corruisse altius erubescunt. Et semper virtutes ad superna subleuant sed nonnunquam quidam dum tumorem de virtute concipiunt, per ipsum tramitem ascensionis cadunt: quia ergo potestas diuinæ iræ minime cognoscitur, in cunctis necesse est ut sine intermissione timeatur. Ex quibus apparere quod iusti semper timent, tam in prosperis quam in aduersis, ne per illa ad mortem æternam tendant. Et hoc est quod in persona iustorum hic ait psalm. *Cor meum conturbatum est in me, & quare quia formido mortis cecidit super me.* scilicet mortis æternæ: quia nullus in presenti vita de suo fine manet securus, vnde subdit.

**Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.**

Vere enim quilibet quantuncumque iustus debet timere. vnde causam tanti timoris aperiens Gregorius dicit. *Quis cognouit, si ille, qui nunc iniquus cernitur, in iniquitate vitam finiat? vel is qui iustus cernitur, extremitatem vitæ suæ cum iustitiæ perfectione concludat, vel cui bona actio perseuerans, æternam mansionem præstet in regno, vel quem vsque ad terminum suum actio praua constringens in æternum damnet supplicium?* Quis hominum ista discussus dicatur? vel quis ista saltē imperterritus audiat? Multos enim videmus quotidie, qui iustitia resplendēt, & tamen ad finem suum nequitia obscuritate tenebrantur. Et multos cernimus nequitia tenebris obuolutos, & inde iuxta vitæ suæ terminum repente reddi iustitiæ lucæ liberos. Multos etiam nouimus semel inuentam viam iustitiæ illibate vsque ad obitum tenuisse. Et plerosque conspeximus vsque ad exitum cepta simul crimina sine cessatione cumulasse. Quis vero inter ista iudiciorū nubila

*Inius timor. Greg. 29. mor. 1. c. 9. Ignoramus finem nostrum. Nota hinc aliquid in iudiciorum Dei, propter quod semper debemus timere. Timere. Greg. 29. mor. 1. c. 9. Ignoramus finem nostrum. Nota hinc aliquid in iudiciorum Dei, propter quod semper debemus timere.*

vel alium diffamare iniuste, quauit doctores, A  
vtrum inter peccata contra proximum commissi detractio sit maximum. Vide secundam secundam q. 73. articulo 3. Vltimo circa materiam articulo inceptam, Duodecimus articulus est, quem posuit Matthias. dicens, Vitam æternam. Vbi nota quod vita æterna dupliciter potest accipi, scilicet pro vita, vel pro viuere, quæ non terminatur, sed in æternum durat. Et sic omnes animæ tam bonæ quam malæ viuunt æternaliter. De bonis dicitur. *Qui viuunt & credit in me non morietur in æternum, De malis autem dicitur in psal. Viuet in æternum, & laborabit adhuc in finem.* Vel proprie. & sic accipitur solum pro vita beata. Et sic dicebat Christus ponens differentiam inter bonos & malos. *Id est hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam.* Et sic iste articulus potest dupliciter intelligi, scilicet de prima vita, & tunc est sensus, vitam æternam, id est, generaliter credo quod omnes post resurrectionem, tam boni quam mali viuunt sine fine. iuxta dictum apostoli dicentis de humano genere corruptibili & mortali. *Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem.* Vel aliter & communis exponitur de secunda vita scilicet beata. Et tunc est sensus. *Vitam æternam, id est credo quod Deus post resurrectionem aequitate indicante, dabit vitam æternam, sicut Christus de suis fidelibus dicit. Ego vitam æternam do eis.* Et tunc est dubium, quare in hoc articulo non est facta æqualiter mentio de damnatorum æterna miseria, sicut de beatorum vita æterna. Respondeo quod quamuis non explicite, tamen in hoc articulo implicite intelligitur vitam damnatorum miseria: quia si Deus virtute iustitiæ & misericordiae præmiat bonos æternaliter, cõsequens est ut malos etiam puniat æternaliter: quia indifferenter ad virtutem iustitię spectat vtrunque. Et ideo quod ad æternam vitam bonorum, sequatur etiã æterna pena malorum, ostenditur Dan. 12. vbi dicitur. *Qui dormiunt in puluere, euigilabunt, scilicet per resurrectionem, alij in vitam æternam, alij in opprobrium.* Quam consequentiã approbans saluator. *Ioan. 5. ait. quod procedet qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala, in resurrectionem iudicij.* Hic articulus per duodecimum fundamentum figuratur qui est lapis amethystus, qui statum menti salutarem influit. Nam sicut ait magister lib. 16. Hic lapis facit hominem vigilem & bonum confert intellectum. Quæ autem melior vigilia vel intellectio quam vita beata, quæ in summi boni cognitione, tanquã in actu fundamentali consistit? *Ioan. 17. Hęc est vita æterna &c.* Ad quã cognitionem sequitur fruitio & firma tentio, in quibus completè æterna vita consistit. Quod fuit figuratum per lapidem amethystum. *Exo. 28. vbi in tertio ordine copulabantur isti tres lapides adiuicem, scilicet amethystus, achates & ligurius.* Amethystus qui bonum confert intellectum, figurat claram Dei visionem. Achates qui facit hominem dilectum & gratum, significat plenam charitatis fruitiõem. Ligurius autem qui sanat fluxum, significat omni fluxu defectibilitatis sanato, firmam & æternam tensionem, in quibus integraliter æterna vita consistit. Duodecimus ergo articulus qui est vitam æternam, per amethystum significatur &c.



mentis suae radium mittat, ut aliqua consideratio-  
ne discernat: vel quis perderet in malo, vel quis  
perseveret in bono, vel quis ab infimis conuer-  
tatur ad summa, vel quis a summis reuertatur ad  
infima: Latent hic sensus hominum, nec quic-  
quam de cuiuslibet sine cognoscitur, quia diui-  
norum iudiciorum abyssus humanae mentis oculo  
nullatenus penetratur. Scimus quod latro de  
patibulo transiit ad regnum. Indas de aposto-  
larum gloria lapsus est in tartarum: quia quando-  
que quae coeperunt non imitantur. Sed quia qui-  
dam imitantur quae coeperunt, scimus latronem  
alium peruenisse ad supplicium, & caeteros apo-  
stolos percepisse quod desiderauerunt regnum.  
Video Paulum ex illa persecutionis sauitia ad gra-  
tiam apostolorum vocatum, & tamen sic inter iu-  
dicia occulta formidat, ut reprobari etiam post-  
quam vocatus est, timeat. Ait enim. Castigo cor-  
pus meum & in seruitutem redigo, ne forte aliis  
praedicans, ipse reprobus efficiar. Nam de illa voce  
dominica, dictum fuerat. Vas electionis mihi est  
iste. & tamen adhuc castigas corpus suum, timet  
ne probetur, ve miseris nobis: quia de electione  
nostra nullam adhuc Dei vocem cognouimus, &  
iam in ocio quasi securi torpemus. Debet ergo  
nobis in spe esse non solum securitas, sed etiam  
timor in conuersatione, ut & in illa certantes fo-  
ueat, & in ista torpentes pungat. Vnde per pro-  
phetam dicitur. Qui timent dominum, sperent  
in domino, haec ille Ex quibus patet quod quili-  
bet quantuncunque iustus in praesenti vita sem-  
per debet timere quod suum finem ignorat. Et  
hoc est quod hic dicit psalm. *Timor & tremor ve-  
nerunt super me* & rationem subdit: *quia con-  
uenerunt* id est, vndique operuerunt me *tenebrae*, scilicet  
ignorantiae, contempserunt, id est, contem-  
ptibile fecerunt. Et nota quod differentia est in-  
ter timorem & tremorem & timiditatem. Quia  
timor est corporis, sed timor & timiditas men-  
tis. Timor autem est ad tempus, scilicet quando  
quis ex aliqua causa timet ad tempus, & sic timor  
est animi vitium ad tempus, sed timiditas est ani-  
mi vitium sempiternum, quod est etiam si timor  
non sit. Vnde Homerus ait. In Achille fuit ali-  
quando timor, sed timiditas nunquam.

1. Cor. 9.

Tremor. Timiditas.

Homerus.

7. q. 1. ad. 1. vers. 10.

Accipiter. Columba.

Humilitas. Patientia.

**E**t dixi quis dabit mihi pennas sicut  
columbae, & volabo & quiescam.

Hic consequenter psal. diuinam petit gratiam,  
Et duo facit. Quia primo gratiam Dei postulat.  
Secundo se exauditum manifestat, ibi. *Ecce elong-  
gavi*. Quantum ad primum sciendum quod ut pa-  
tet ex dictis, iustus timet in prosperis & in aduer-  
sis. Duo autem sunt remedia contra illum timo-  
rem, quem significatur in pennis columbae. Nam  
sicut dicunt naturales, Accipitrum sunt duo ge-  
nera, quidam sunt nobiles, qui aues non caperent  
nisi in altum volando essent eleuatae a terra, &  
quidam sunt degeneres, qui eas non caperent,  
nisi in terra. Columba autem istos cognoscens,  
ut primos videt, statim descendit ad terram, &  
quando secundos, statim volat in altum. Sic &  
moraliter. Accipiter auis rapax est diabolus, qui  
aliquos rapit in alto, scilicet in statu prosperita-  
tis, & aliquos in basso, scilicet in statu aduersita-  
tis. Columba autem significat iustos & simpli-  
ces, qui felle peccati carent. Haec columba duas  
alas habet, scilicet humilitatem & patientiam,

**A** Quando ergo iustus videt accipitrem diabolum  
iplum volentem rapere sursum in alto prosperi-  
tatis, tunc ut debet ala humilitatis, per prospera  
non se exaltando, sed ex hoc se magis Deo debi-  
torem cognoscendo: quia cum augentur dona,  
rationes etiam crescunt donorum. Quando autem  
videt diabolum se volentem rapere in terra, scili-  
cet in basso aduersitatis, tunc volate debet in al-  
tum per alam patientiae & spei, sperando quod pa-  
tientia est via ad caelum meditans verbum Chri-  
sti. Lucae. 21. In patientia vestra possidebitis ani-  
mas vestras. Ista ergo sunt ala columbae, quas ius-  
tus a Deo sibi dari petere debet, scilicet humili-  
tatis in prosperis, & patientia in aduersis. d. *Quis da-  
bit mihi pennas ut columbae?* Talis ergo colu-  
bae duas praedictis alis volat mente a prosperitatibus  
mundi, illis non se exaltando: & ab aduersis illis  
non se deiciendo: sed in foraminibus plagarum  
& passionis Christi requiescit, tali Christo dicen-  
te canti. 2. Veni columba mea in foraminibus pe-  
tre. Vel aliter, per columbam intellige apostolos  
Christi. Quoniam sicut refertur: quaedam sunt eo-  
lumbae qui nunciorum funguntur officio, litte-  
ras dominorum suorum sub alis portantes: &  
modico tempore multa terrarum spacia tran-  
seunt: quae maxime sunt necessariae quando  
per terras hostiles alij nuncij transire non  
audent. Vnde Plinius dicit lib. 10. quod in obli-  
dione Mutinensi, Decius brutus epistolas liga-  
tas pedibus colubarum in castra consulum tran-  
smisit. Consimile narrat eodem libro de hirundi-  
nibus. Et ex hoc apostoli columbis assimilantur,  
qui verbum Dei per totum orbem in breui tem-  
pore portauerunt. Quod in spiritu admirans E-  
saia, de apostolis ait. Qui sunt isti qui vt nubes  
volant, & quasi columbae &c. Quae autem sunt  
pennae istarum colubarum, scilicet apostolorum,  
nisi virtutes quibus eleuantur a terra ad caelestia,  
quae sunt quatuor vt dicit Greg. super Ezechiel.  
parte prima homil. quarta super illo verbo Eze-  
chiel. 1. Duae pennae iungebantur, & duae tege-  
bant eorum corpora. Haec sunt quatuor virtutes.  
Duae respectu futurorum, scilicet amor & spes, &  
respectu praeteritorum timor & poenitentia. Pri-  
mae duae iunguntur: quia profecto electi & amat  
caelestia quae sperant, & sperant quae amant. Duae  
autem aliae tegunt eorum corpora, quando eo-  
rum mala praeterita a conspectu iudicis timor &  
poenitentia abscondunt. Scriptum quippe est.  
Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quo-  
rum tecta sunt peccata. Ista ergo quatuor pennas  
a Deo petit iustus, vt a malis saeculi euolando re-  
quiescat in Christo. dicens. psal. 4. In pace in idi-  
plum dormiam, & requiescam.

Lucas.

Canti. Columba. Apollina.

Plinius.

Esa. 60. Poenitentia. Ala.

Greg. Ezech.

**E**cce elongaui fugiens, & mansi in  
solitudine.

Hic se exauditum ostendit. Vbi notandum q  
praefatis duabus primis alis, scilicet spe & amore,  
homo a tumultu temporalium rerum volat ad  
solitudinem contemplationis, in qua manens,  
nec aduersa sentit quibus turbetur, nec prospe-  
riora quibus eleuetur inflatus: quia amor aeterno-  
rum temporalium expellit amorem, & spes cae-  
lestium spem temporalium non patitur secum. Et  
sic talis elongatur a malis, non corpore, sed men-  
te, non loco, sed merito. Vnde glo. *Ecce elongaui  
fugiens*

882. 8. q. 1. 1. 1. 1.

Contemplatio.

Grego. h. 1. 23. Greg. h. 4. Nota. 1. 35.

Quies.

Solitaria vita. Homo.

Cultrata. Soluta.

Cibus.

Psalm.

Arma.

*fugiens*. id est, me elongaui a malis: non loco, ne tu  
patiar charitas bonorum: & ne perdatur malorum  
exercitium: quos Deus admittet cum bonis: vt Iu-  
dam apostolis. Fugiens se elongat: quia turbam  
terrenorum desideriorum dimissa: in alta se Dei  
contemplatione subleuat. *Et mansi in solitudine.*  
scilicet, mentis, vbi nullus cum eo, nisi Deus, vbi  
quies. Manet enim in solitudine, qui contempla-  
do Deum: manet in remota mentis intentione.  
Tamen notandum quod vt ait. Grego. lib. 3. o. c.  
23. duplex est solitudo scilicet mentis & corpo-  
ris. Secunda non valet sine prima: sed prima be-  
ne sine secunda. Vnde istum veterum exponens  
Grego. dicit. *Ecce elongaui fugiens* &c. Fugiens se elon-  
gat, qui a turba desideriorum temporalium in al-  
ta Dei contemplatione se subleuat. Manet vero  
in solitudine, qui perseverat in remota metis co-  
templatione. Sed statim occurrit dubium: quia  
iste perfectionem suam ostendit ex vita solitaria,  
dicens. *Ecce elongaui* &c. Vtrum vita solitaria sit  
homini licita. Et videtur quod non: quia est con-  
tra naturam hominis, cum homo naturaliter sit  
animal ciuile & sociale: vt deducit Philo. 1. poli.  
dicens, quod eligens vitam solitariam, non est pars  
ciuitatis, sed est aut bestia, aut Deus: Ad litteram  
enim eligentes non conuiuere aliis: aut hoc est  
quia sunt nimis scelerati: & non possunt societa-  
tem aliorum supportare: & tunc sunt quasi bestiae,  
vel quia sunt nimis boni & volunt vacare contem-  
plationis ocio: & tunc sunt quasi diuini, quod au-  
tem homo naturaliter sit animal ciuile & socia-  
bile: ex hoc maxime deducitur, quia natura cum  
nihil agat frustra: omni rei dat naturaliter illa si-  
ne quibus res in esse conseruari non potest. Cum  
ergo viuere sit homini naturale, naturaliter ho-  
mo habet illa sine quibus in vita conseruari non  
potest, quorum praecipuum est societas. Quod ex  
multis patere potest. Prima sumitur ratione cibi  
quo naturaliter indiget. Natura enim omnibus  
animalibus sufficienter ministrat cibum, quae vi-  
uunt ex herbis, vel aliis animalibus quae de terra  
producantur. Homo vero quia habet inter coe-  
tera animalia meliorem tactum, & complexionem  
magis puram caeteris animalibus: indiget cibo ma-  
gis diligenter & artificialiter preparato, vt pura  
frumentum enim quod a natura producit: &  
si esset sufficienter cibis aliis animalibus, non autem  
homini, nisi praepararetur & deputaretur, molle-  
retur, pinferetur, & decoquatur. Et quia ad haec  
omnia vna sola persona non bene sufficit. Ideo  
homo ratione victus indiget societate: & sic natu-  
raliter est animal ciuile. Secunda sumitur ex parte  
vestimentorum, quibus tegimur. Natura enim  
sufficienter de tegumento prouidit omnibus aliis  
animalibus: quia, aliquibus pro indumento dedit  
lanam: aliquibus plumas, homini autem non. Vnde  
oportet quod artificialiter sibi indumenta praepa-  
ret: quia cum sit subtilioris complexionis aliis a-  
nimalibus: magis offenderetur a frigiditate & ab  
inequalitate aeris. Sed nullus vnus sibi ad hoc  
sufficit sine societate alterius: ergo homo natura  
est animal sociale. Tertia sumitur ex remotione  
prohibentium scilicet, ex defensione ab hosti-  
bus & inimicis. Natura enim omnibus animalibus  
arma defensiva dedit, vt puta aliquibus cor-  
nua, aliquibus dentes, aliquibus ungues, aliquibus  
corpore agilitatem. Sed natura homini nul-  
lum istorum pro sui defensione dedit: sed dedit si-

**A** bi manus quibus arma defensiva sibi facere pos-  
sit. Sed ad haec facienda nullus solus sibi sufficit  
sine societate, quare sequitur, quod naturaliter  
homo est animal ciuile. Quarta sumitur ex parte  
loquelae & disciplinae. Caetera enim animalia ex  
instinctu naturae inclinatur ad opera sibi debita  
absque alterius instructione. Vt aranea ad telam  
faciendam, vt sibi capiat cibum. Hirundines ad  
faciendum nidum. Canes ad pariedum & ad par-  
tum nutriendum, etiam si nunquam alium pare-  
re videret: homo autem non. Vnde mulier cum  
parit, nescit qualiter in partu se debet habere, nisi  
ab aliis sit edocta. Quia ergo homo ex instinctu  
naturae non sufficienter inclinatur ad opera sibi  
debita, sed ex disciplina, hinc est quod natura ho-  
mini praeter aliis animalibus dedit loquelam, per  
quam homines ad inuicem instruuntur in facien-  
dis, sed instructio mutua hominum fieri non posset  
si adiuuicem non conueneret. Ex quo sequitur, quod  
naturaliter homo est animal ciuile. Et hac ratio-  
ne maxime innitur Philo. 1. poli. scilicet, quod  
quia sermo est ad alterum, vt ad socios, ex quo na-  
tura dedit homini sermonem quem non dedit a-  
liis animalibus sequitur hominem magis natura-  
liter esse animal ciuile & sociale: quam caetera a-  
nimalia. Ex quibus omnibus sequitur ad propo-  
situm: quod recusantes societatem, non viuunt  
vt homines, & sic solitudo non videtur homini li-  
cita. Sed nunquid Ioannes Baptista sanctificatus  
in vero fugiens societates non habitauit in soli-  
tudine? Dicendum ergo quod vitam solitariam e-  
ligentes: non faciunt contra naturam hominis:  
sed supra naturam. Vel quod vita solitaria non ex-  
cludit omnem societatem: sed societatis tumul-  
tum: Nonne Ioannes habitabat in solitudine, &  
tamen ad ipsum confluere multitudinem copiosa  
Iudaeorum. Sic & de Beato Antonio & aliis ana-  
choretis quae tamen consocios habebant, & tales  
non sunt bestiae, sed meliores homine, quia plus  
mente tendunt ad illud, quod est supra hominem,  
scilicet, ad Deum, quam ad ipsum hominem.

Disciplina.

Philosophus.

**E**xpectabam eum, qui saluum me  
fecit a pusillanimitate spiritus & tem-  
pestate.

Hic psalmista Dei praestolatur gratiam scilicet,  
Christi incarnationem qua salui facti sumus. Et  
duo facit. Quia primo praedicat Christi incarna-  
tionem, Secundo contra Christum iudaeorum im-  
pugnationem: ibi. *Praecepit domine*. Quantum ad  
primum: quia solum per Christum saluamur, vn-  
de & Iesus qui saluator interpretatur, est vocatus *Saluare*.  
Ideo dicit. *Expectabam eum qui saluum me fecit*. Se  
Christi incarnationem dicitur praestolare. Qui  
saluos nos fecit, dum fides eius ardescit in nobis:  
& dum videmus quae pro nobis tulerit: & nos ad  
portandum omnia aduersa animamur. Vnde ait  
Apostolus. Recogitate eum qui talem sustinuit a  
peccatoribus contradictionem: vt non fatigemini  
&c. Sed a quibus nos saluat, subdit dicens. *A  
pusillanimitate spiritus & tempesta. e.* Vbi notandum  
quod duo maxime nos impugnant scilicet, pro-  
speritate, & aduersitas: quia prosperitas nos ele-  
uat per superbiam: aduersitas nos depremit per  
impatientiam. Impatiencia autem prouenit ex pu-  
sillanimitate. Nam pusillanimus componitur ex  
pusillus quod est paruus: & animus, quasi paruus  
animus

883.

Et Fabre. 1. 2.

& animus : quia qui impatienter aduersa tollerat, pusillum animum habet. Saluat ergo nos Christus à pusillanimitate : dum exemplo suo nobis patientiam tribuit in aduersis. Tempestas autem significat superbiam : quae ex prosperitate procedit. Tempestas enim componitur ex tempore & peste, & est tempestare idem quod destruere, dissipare, nocere : quod directe conuenit superbiae. Saluat ergo nos Christus à tempestare scilicet, à superbia quae procedit ex prosperis, quia suo exemplo nobis humilitatem tribuit in prosperis, quia ut dicit Apostolus. Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est &c. sed semetipsum humiliavit &c. Saluat ergo à *pusillanimitate spiritus* id est, ab impatientia aduersorum saluat à *tempestate*. scilicet, à superbia prosperorum. Et hoc est quod dicitur, Psal. 35. Homines & iumenta saluabis, per homines intellige prosperitatem habentes : sed per iumenta aduersitate depressos. Quia de solitaria vita actum est & dictum quod est licita, ideo posito quod sint duae religiones : quarum una vacat vitae solitariae & contemplationi : alia vero societati & actioni, quaritur quae illarum sit perfectior & maioris meriti. Vide secundam secundae quae est, 188. articulo. 6.

**Præcipita domine, & diuide linguas eorum : quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.**

Hic consequenter ponit contra Christum iudaeorum iniquitatem. Et duo facit. Quia primo ponit iudaeorum contra Christum malignationem. Secundo ipsorum iustam praedicit panitionem : ibi. *Veni mors*. Prima pars diuiditur in partes multas : secundum quod multa mala iudaeorum ostendit. Quia ponitur contra Christum primo popularis contradictio. Secundo principum persecutio : ibi. *Die ac nocte*. Tertio tormentorum aggravatio : ibi. *Et non defecit*. Quarto iudaeorum falsa simulatio : ibi. *Quoniam si inimicus*. Quinto iudaei manifesta proditio : ibi. *Et si is qui oderat*. Quatum ad primum sciendum quod non solum principes sacerdotum Christo contradicebant : sed etiam ciues populares & minores. Et hoc multiplici contradictione. Vbi noto quattuor contradictiones : quibus iudaei Christo contradixerunt, scilicet, Contradictio remeritatis & superbiae. Contradictio afflictionis & miseriae. Contradictio operationis & fallaciae. Contradictio infidelitatis & nequitiae. Primum est contradictio superbiae scilicet, & inobedientiae, ut puta : quando subditi suo domino inobedientes contradicunt, sicut Cain Deo, & Chore Moyse domino suo. Vnde Indas in epistola sua dicit, Vae illis qui in via Cain abierunt : & in contradictione Chore perierunt. Isto modo per inobedientiam iudaeorum populus Christo contradixit nolentes Christo obedire. Matth. 23. Quotiens volui congregare filios tuos, & noluiti &c. Sic & suis Apostolis Actuum. 13. Videntes iudaei gentes, repleti sunt zelo & contradicebant his quae à Paulo dicebantur, blasphemantes. Secundo est contradictio afflictionis, quae scilicet alicui contradicitur : non solum verbis sed etiam flagellis & verberibus. Quod enim maius signum contradictionis contra aliquem potest esse : quam ipsum iniuste persequendo ad mortem

Philip. 2.

Psal. 35.

884

Contradictio.

Matth. 23.

A ducere? Sic iudei Christo contradixerunt : sicut de ipso praedixerat Simeon Lucae. 2. ad Mariam matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam : & in resurrectionem multorum in Israel : & in signum cui contradicetur. Quod exponens Basilus ait, Signum huius contradictionis fuit ipsa crux dominica. In quo signo Christo posito : ab omnibus contradicebatur, dum ab omni genere & sexu & gradu patiebatur. Sed ab ista contradictione per resurrectionem fuit liberatus : & caput gentium per fidem effectus, ipso dicente. Eripies me de contradictionibus populi : constitues me in caput gentium. Tertio est contradictio operationis & fallaciae : quando scilicet quis verbis cum alio concordat, sed voluntate & factis contradicit. Et tales maxime praetati & rectores debent corrigere, ad Titum. 1. Oportet episcopum esse sine crimine, ut potens sit exhortari in doctrina sana : & eos qui contra dicunt arguere. Vbi glo. Contradicunt veritati, male viuentes & bene loquentes. Non contradicunt multi lingua : sed vita quos redarguere, magnum opus est. Isto modo contradicebat iudaei Christo : quia ipsum verbis extollebant : sed corde velipendebant, ut pnta Marth. 22. Magister scimus quae verax es &c. Propter quod eis dixit Christus. Hypocrite bene prophetauit de vobis Esaias, dicens. Populus hic labiis me honorat : cor autem eorum longe est à me. Contra quos dicitur Esa. 45. Vae illis qui contradicunt factori suo. Quarto est contradictio infidelitatis : quae scilicet fidei contradicunt infideles, fideles tamen suos Deus protegit in tabernaculo ecclesiae, Psal. Proteges eos in tabernaculo tuo : à contradictione linguarum. Sic contradicebant iudaei Christo, dum ipsum verum Dei filium negabant : & vsque hodie fidei eius contradicunt : & praedicatores fidei spernunt. Iudith. 1. Qui omnes vno animo contradixerunt : & nuncios abiecerunt sine honore. Ad propositum ergo prauidens Psal. tantam contra Christum iudaeorum popularium contradictionem, rogat ut dispergantur per mundum : quatenus dispersi, minus ecclesiae & fidei nocere possint, dicens. *Quoniam vidi, id est, prauidi, iniquitatem & contradictionem in ciuitate*, scilicet, in populo ciuitatis hierusalem contra Christum futuram. Ideo ne inualescat dominus *praecipita & diuide linguas eorum*. Dicit ergo *praecipita*. Vbi nota, quod caput componitur cum praes. & sic praecipit. id est qui cadit capite inclinato & corpore sequente. Et sic praecipitatio, est aliquando praecipitum facere : vel sic deicere. Sic enim iudaei fuerunt praecipitari : quia per Titum & Vespasianum primo sacerdotes qui erant caput eorum fuerunt capti & trucidati, & consequenter alius populus. Fuerunt etiam diuisi : quia per totum orbem dispersi & ad diuersas linguas & nationes missi. Quae prauidens psalmista dicit. *Præcipita domine, & diuide linguas eorum*. Causam subdit. *Quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate*, id est in ciuibus contra Christum. Nec mireris si psalmista praecatur, quod iudaeorum vnitas diuidatur : quia mali quanto amplius sunt vniti, tanto fortiores sunt in malo & magis incorrigibiles, sed diuisi melius corrigi possunt. Vnde Gregor. dicit. Qui enim diuisi corrigi poterant, in iniquitatum suarum pertinacia vniti perdurant. Vnde sicut solet esse noxium, si vnitas desit bonis, ita perniciosum, si non desit malis. Peruersos

Luca. 2.

Basilus.

Psal. 117.

Titum.

Marth. 22.

Matth. 23.

Esa. 45.

Iudith.

Psal. 117.

Psal. 117.

Thren. 2.

886.

Gregor.

Peruersos quippe vnitas corroborat, dum concordat, & tanto magis incorrigibiles, quanto vnanimis facit. Vnde etiam & Psal. 117. iudaeorum diuisionem orabat, dicens. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum. Sic enim Deus diuisit linguam superbiorum, qui turtem pertigentem vsque ad caelum aedificare volebant : ne vniti ipsorum superbiam voluntatem perficere possent. Genesis. 11.

**Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas : & labor in medio eius & iniustitia.**

Hic consequenter ostenditur principum contra Christum persecutio. Vbi notandum quod per muros ciuitatis quibus ciuitas munitur & custoditur, significantur principes sacerdotum & maiores : quibus ciuitas regebatur & custodiebatur. Vnde de istis muris scilicet, principibus : quia salus eorum est salus ciuitatis, & e contrario, dissipationis muris, dissipatur ciuitas, orat psalmista Psal. 50. dicens. Benigne fac domine in bona voluntate tua sion : ut aedificentur muri Hierusalem. Ibi enim psalmista petebat apostolos & alios principes ecclesiae ordinari. De istis ergo muris scilicet, de principibus sacerdotum scribis & pharisaeis : quia continue meditabantur inique contra Christum, dicit Psal. *Die ac nocte circumdabit eam*, scilicet, gentem iudaeorum, iniquitas & dolus & quia re : quia primo super muros eius id est, principes, est iniquitas & dolus. Vel sic. *Iniquitas*, scilicet, & dolus existens super muros eius id est, super principes *Circumdabit eam*, scilicet, ciuitatem. Vel aliter, volens ostendere destructionem gentis & populi iudaeorum : inducit per similem modum destructionis ciuitatis Hierico & murorum eius. Nam ut habet Iosue. 6. Volens Iosue capere ciuitatem Hierico : quae erat muris clausa : circumdauit ciuitatem cum arca domini septem diebus. In septimo autem die facta circumdatione septima, omnes muri iericho funditus corruerunt. Quid enim arca domini continens manna virgam & tabulas legis : nisi Christum significat in quo erat manna diuinitatis, virga potestatis, & tabula legis, scilicet plenitudo omnis sapientiae & veritatis. Ista ergo arca scilicet, Christus circumdedit ciuitatem id est gentem iudaeorum septem diebus id est, septem virtutibus, contra septem vitia iudaeorum, per septem verba quae in cruce dixit figuratis. Quibus peractis muri ciuitatis corruerunt : quia principes iudaeorum per Christi mortem à suo statu corruerunt : quia ex hoc perdidit gentem & locum, id est, dominium gentis & loci. Est ergo sensus. *Iniquitas & dolus est super muros eius*, id est, super principes : & in medio eius labor & iniustitia : quia cordialiter laborant iniuste cogitantes Christum morti tradere. Ideo Christus circumdabit eam ut corruat : sicut & muri ierico corruerunt. Quia propter iniquitatem factam erga Christum omnes muri eius in manibus inimicorum traditi fuerunt. Thren. 2. Tradidit in manus inimici muros eius.

885.

Marth.

Psal. 50.

Circumdabit.

Iosue 6.

Thren. 2.

886.

Gregor.

**Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.**

Hic consequenter ponitur contra Christum

tormentorum aggravatio. Vbi notandum, quod aliud est vsura, aliud dolus. Ad videndum autem quid sit vsura : sciendum quod duplex est : quia quaedam committitur in recipiendo, quaedam in reddendo. Prima est vsura rerum & bonorum. Secunda est vsura iniuriarum & malorum. Ad eandem primam notandum, quod res sunt in duplici differentia : quaedam sunt quarum vsus est ipsarum consumptio : ut pecunia, frumentum, vinum, & huiusmodi : aliae sunt quarum vsus non est ipsarum consumptio : ut equus, domus possessio &c. Res vero quarum vsus est earum consumptio : non habent vsum discretum ab ipsis rebus. Vnde in talibus non debet seorsum computari vsus rei à seipsa. Sed cuiusque conceditur vsus rei : conceditur ipsa res. Vnde in talibus per mutuum transfertur dominium rei. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum, & seorsum vellet vendere vsum vini, eandem rem bis venderet. Vnde manifeste per iniustitiam peccaret. Et tale peccatum vocatur vsura, quia vendit vsum rei : qui non distinguitur ab ipsa re. Similiter peccat quicumque mutuat cuius pecunias vinum & homini : petens ex hoc duas re compensationes, vnam quidem restitutionem non rei mutuae : sed aequalis : aliam vero praetium vsus, quod vsura dicitur. Aliae vero res sunt, quarum vsus non est ipsa rei consumptio : sicut vsus domus est habitatio : non autem dissipatio. Et in talibus potest vtrumque seorsum concedi : puta cum aliquis tradit alteri dominium domus referuando sibi ad aliquod tempus vsum ipsius. Vel e contrario cum quis cecedit alteri vsum domus, referuato sibi dominio. Et propter hoc potest homo licite recipere praetium pro vsu domus & potest petere domum commodatam, sicut patet in conductione & locatione domus. Ad propositum ergo : quia secundum Philosophum : pecunia principaliter est inuenta ad commutationes faciendas : & ita proprius & principalis vsus ipsius pecuniae est ipsius consumptio, vel distractio : secundum quod in commutationibus distractitur, non quidem quod pecunia consumatur in se : sed consumitur illi qui ea vitur : quia ipsa vitendo, dominium eius transfert in alium. Et ideo pro vsu pecuniae mutuae praetium petere, est vsuram committere, & iniuste alienum auferre : & ideo restitutione indiget. Veritamen notandum, quod in casu quo pecunia mutuetur, non transferendo dominium pecuniae mutuae : sed solum vsum, ut puta si aliquis concederet pecuniam signatam ad ostentationem, vel ad ponendum loco pignoris, tunc talem vsu pecuniae potest quis licite vendere : sicut & vsura vaforum argenteorum & huiusmodi, ut expresse ponit sanctus doctor secunda secunda quae est, 78. articulo. 1. Vsura autem quae est reddendo, est in malis, ut puta cum quis recepit iniuriam ab aliquo, & vindicando maiorem iniuriam reddit quam acceperit : Sic enim accipit vsuram Magister hic in glo. Dicens. Vsura est : quando plus exigit iniuria, quam acceperit, non dimittit ut sibi dimittatur. Et isto modo hic accipitur vsura. Vbi notandum, quod quamuis Christus iudaeis nunquam iniuriam intulerit : ipsi tamen ab ipso se iniuriosos reputabant : ex hoc quod ipsorum vitia reprehendebat. Mali autem odio habent se corripientes. Quoniam ut dicitur Prouerb. 15. Non amat pestilens, eum qui se corripit. Et ideo Christum habuerit

Philosophus. Geticho. 81. politii.

buerit odio & se ab ipso reputabant offensos in verbis. Ipsi autē pro tali iniuria ab ipsis reputata multo plus reddiderūt Christo, quia ex hoc continē machinati sunt ipsum ad mortem deducere, & non ad quamlibet mortem, sed ad mortem magis opprobriosam, magisque p̄nosā. Et ideo quia plus in malis reddebant Christo, quam etiā secundum ipsorum reputationem ab ipso receperant, in hoc vsuram cum Christo faciebant. Et hoc est quod ait psalmista. Et non defecit de plateis eius. s. Hierusalem, vsara. Et dicit de plateis, quia in publico p̄dicatam vsuram cum Christo fecerunt, & tamen ipse Christus tam pro illis quā pro aliis seipsum per mortem obtulit patri, si ab iniquitate voluerint conuerti, & ab istis vsuris eos redimeret. Psal. Ex vsuris & iniquitate redimer animas illorum. Dolus autem aliud est. Nam secundum grammaticos, dolus dicitur malitia oculta blandis sermonibus ornata. Et dicitur dolus à dolore, eo quod dolorem inferat. Sic Iudaei dolum agebant contra Christum, quia dolose insidiabantur ei, vt ipsum caperēt in sermone, sicut quando ipsi dicebant. Matt. 22. Magister scimus quia verax es &c. Quia igitur publice vsuras & dolum contra Christum exercebāt, ideo dicit de ipsis. Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.

Psal. 71. Dolus.

Matth. 22.

887 11. q. 3. pau. per.

Iniuria. Ambus. Inimicus.

Peccare.

Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem vtique.

Hic consequenter ad declarandum dolum ipsorum, ponitur iudaeorum falsa simulatio, quia scilicet prae tendebant se amicos exterius, & de facto interius erant inimici. Grauior est enim iniuria recepta ab illo qui reputatur amicus, & grauiore dolorē ingerit, quam illata ab illo qui est apertus inimicus, nulla enim peior pestis quā familiaris inimicus. Dicit ergo de iudaeis Christus. Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. id est, magis de se fuisset supportabile. Et hic per inimicum scilicet, apertum intelligit gentes quae aperte inimicabantur Deo, adorantes idola. Quanto enim quis grauius peccat tanto amplius Christū offendit. Quanto autē quis magis Christo per fidē copulatur, ceteris paribus grauius peccat. Vnde magis peccabant iudaei contra Christū insurgētes ceteris paribus, quā pagani. Sicut & modo Christiani magis quā iudaei vel pagani. Et consequenter hoc idem aliis verbis declarat, dicens.

Et si is qui oderat me super me locutus fuisset.

q. d. Et si is qui oderat me, scilicet manifeste super me magna locutus fuisset. id est mihi superbe insultasset, & magnificaret se supra me, & minaretur quicquid posset. Abscondissem me forsitam ab eo. Hic enim loquitur Christus more humano illorum qui ab apertis inimicis se abscondunt, non quidem timore, sed illorum amore, ne scilicet eius praesentia magis incitentur ad malū. Quoniam vt ait Chrysostomus super Matthaeum, Malus homo non docetur sermonibus, sed magis irritatur. Malum enim hominem melius vincere potes locum dando, quam respondendo. Nam si contendis irrationabilem ratione placare, & ipsum nō placas, & teipsum subiicis &c. Sic etenim Christus non timore abscondit se & exiit de templo, quando iudaei voluerunt ipsum lapidare, vt dicitur Ioannis 8. Et conformiter loquitur hic, dicens. Abscondissem me forsitam ab eo. Alia littera

Abscondere. Fugere. Malus.

Christus.

Ioan. 8.

habet. Abscondissem me vtique ab eo.

Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus.

Hic consequenter explicatur Iudae manifesta proditio. Et primò ponitur eius proditio. Secundò eius punitio, ibi: Veniat mors. Aggrauatur autem peccatum Iudae super aliorum peccata ex duobus. Primo ratione singularis familiaritatis. Secundo ratione sacramentalis communicationis, ibi. Qui simul mecum. Quantum ad primum sciendum quod iudas inter alios Apostolos multum erat Christo familiaris, in cuius signum ipsum pra alii exaltauerat faciendo ipsum omnium aliorum ministrum, quia ipse loculos habebat, & ceteris vt dispensator habebat prouidete, vt habetur Ioan. 13, quod erat signū maioritatis, quia vt dixerat Christus. Quicumque voluerit inter vos maior esse, sit vester minister. Hanc ergo singularitatem familiaritatem notans Christus, vertit se singulariter ad Iudam sibi dicens. Tu vero homo vnanimis, scilicet, inter ceteros. Vnus enim componitur cum animus, & fit vnanimus id est, vnus animi, & vnus voluntatis. Dicebatur ergo Iudas vnanimus Christi, quia Christus ad ipsum singularem familiaritatem videbatur habere, & sic per signa exteriora videbantur vnus animi, licet intrinsecè animus Iudae discordaret ab animo Christi. Dux meus, quia ipse Iudas ratione officij sibi dati, quia dispensator ceteros regere & ducere videbatur. Et notus meus. Quod ideo dicit, ne quis suspiceret Christum ignorasse proditorem Iudae, cui tanta beneficia contulerat. Ideo sibi dicit. Et notus meus, quasi dicat. A me tamen eras cognitus scilicet, quod à me animo discordabas, propter quod ipse dicebat. Ioan. 13. Ego scio quos elegerim.

Qui simul mecum dulces capiebāt cibos in domo Dei ambulauimus cū consensu.

Hic aggrauatur peccatum Iudae ratione communicationis. Vbi sciendum quod Christus sacramentum corporis & sanguinis sui in cana Iudae dedit, sicut & omnibus aliis, non faciēs in hoc distinctionem inter Iudam, & alios apostolos. Ex eo, quia peccatū Iudae aliis apostolis adhuc erat occultum, ne ergo occultum peccatum proderet Christus, ipsum communicauit cum aliis. Vnde Remigius super Matth. air. Christus Iudam proditorem comunicauit, in quo facto ecclesiae suae reliquit exemplum, vt neminem à societate sui, nec à communicatione corporis & sanguinis domini separet, nisi pro aliquo publico & manifesto crimine. Ex hoc ergo peccatum Iudae aggrauatur, quia in tanto crimine consistens sacramentum sumpsit indigne. Quia ergo in exteriori apparentia Iudas cum aliis apparebat vnus voluntatis, licet intus discordaret, ideo notans exteriorem apparentiam Christus dicit. Qui simul mecum dulces capiebāt cibos. id est, omnes apostoli qui sacramenta corporis & sanguinis cū Christo receperunt. In domo Dei, id est, in canaculo quod dicitur domus Dei ratione Christi & apostolorum, etiam quia in eodem loco spiritus sanctus super Apostolos fuit missus. Ambulauimus

Iudas.

Ioan. 13. Matth. 22.

Vnanimus.

Ioan. 13.

Euchari. Communia.

Remigius.

mus cum consensu, quia scilicet exterius omnes apparebant eiusdem voluntatis & consensus. Et si queras quare sacramentum vocat cibos, & nō cibum. Respōdeo propter multiplicem virtutem qua animam deuote sumentem reficit.

Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes.

Hic consequenter ponitur eius punitio. s. & omnium sibi similia. Et primo ponit penam. Secundò causam. Quoniam nequitia. Quantum ad primum sciendum quod similia peccata simili poena puniri merentur. Peccatum autem Iudae fuit simile peccato Dathan & Abirō. De quibus habetur Nume. 16. q. tanquam scismatici diuiserunt se ab aliis, nolentes obedire Moyse. Vnde seditionē mouerūt aduersū Moysē & Aarō: quos terra viuos cum omnibus suis absorbit, & viui descenderunt in infernū. Chore quoque & cū eo ducenti & quinquaginta illorum sequentes. malitiam, arripuerunt thuribula vt adolerent incensum in cōspectu domini, quod erat officij Aarō. qui illico diuino igne sunt consumpti, qui etiam vastauit de populo quatuordecim milia & septingentos. Et sic super illos qui scisma aduersus dominum suum fecerunt, venit noua mors. Ad propositum ergo Iudas consimili peccato peccauit scisma aduersus Christum faciendo dum se diuisit à consortio Apostolorum, & ab obedientia Christi, & alios contra Christum induxit. Ergo consimili poena meruit puniri. Et hoc est quod de Iuda & suis sequacibus dicit Psal. Veniat mors super illos, & descendant in infernum viuentes. Hic enim psalmista praedicit illud quod Iudas meruit, non quod euenit de facto. Vel secundum alios hic psalmista orat pro malis & schismaticis, vt conuertantur ad Christum. Vbi notandum q. inter alia quae peccatorum mouent ad conuersionem, est mortis consideratio & meditatio poenarum inferni. Vnde ait Hieronymus in prologo biblię. Facile contemnit omnia: qui se cogitat moriturum. Et quantum ad considerationem mortis dicit. Veniat mors super illos. Mors enim super illum venit, qui illum iugiter in corde meditatur. Quantum autem ad considerationem poenarum inferni dicit. Et descendant in infernum viuentes. Illi in infernum mortui descendunt, qui post mortem dannati in inferno cruciantur. Illi autem viui descendunt, qui hic viuentes, mentem inclinant ad ipsum meditando. Ista ergo duo orat iste, vt malis eueniant, & conuertantur ad Deum.

891. 892. 893.

Ysaie. 66. 67.

Infernum.

Hieronym.

Mors.

892.

Ysaie.

Ego autem ad dominum clamaui, & dominus saluauit me.

Hic consequenter ostendit iustam diuinam retributionem. Hic psalmista mutat stilum loquentis: quia supra loquebatur in persona capitis ecclesiae, s. Christi: hic autem loquitur in persona corporis scilicet ecclesiae. Et duo facit: quia ostendit primo quid diuina iustitia retribuatur bonis. Secundo quid retribuatur malis, ibi. Exaudiet Deus. Quātu autem ad retributionem bonorum psalmista ostendit q. iustus Deus tria bona retribuit. Quia primò ipsos saluificat condonando crimina. Secundo ipsos iustificat cōferēdo petita ibi. Vespere. Tertiò ipsos pacificat largiēdo pramias, ibi. Redimer in pace. Quātu autem ad primū notandū q. clamare ad Deū, non est nisi mentis desiderio in ipsum rendere orando. Qui aliquid à Deo petit orādo, nō clamat ad Deū: sed in infimis iacens loquitur lingua corporis, sed corde permanet mutus. Oratio autem deuota quidam clamor cordis est aures pulsans diuina. Vnde orans psalmista dicit. Domine exaudi orationem meā, & clamor meus ad te veniat. Vnde Moyse corporis lingua tacenti sed oranti, dixit dominus. Quid clamas ad me? Videns ergo ecclesia se inter tot malos & mala positā, pro salute sua orat, dicens. Ego clamaui ad dominum & saluauit me. Vel etiam possunt esse verba Christi pro suo corpore quod est ecclesia orantis. Sicut quando dixit. Pater non pro mundo rogo: sed pro his quos dedisti mihi, i. quos meos futuros esse ab aeterno praedestinasti. Et ipse exauditus fuit, & ait. Apostolus. Cum clamore valido & lachrymis orans, exauditus est: quod nunc ostendit propheta in persona Christi, dicens. Ego clamaui ad dominum, & saluauit me, id est, meos. Et hic potest nota re quod Christus clamaui ad Deum multoties ac multipliciter. Vide supra versiculo 399. Si autem ista sint verba non Christi, sed ecclesiae: tunc nota quod iusti oratio pro multis ad Deum clamare debet. s. debet. Clamare pro sustentatione vitae corporalis. Clamare pro liberatione poenae temporalis. Clamare pro cōsolatione mentis infernalis. Clamare pro euasione poenae infernalis. Clamare pro remissione culpae criminalis. Clamare pro adeptione gloriae triumphalis. Primo ergo clamat iustus pro sustentatione vitae temporalis. Quia sicut licitum est etiam velle naturaliter viuere: quinimò & naturale, sic & alimenta huius vitae clamando petere. In cuius figuram Gen. 41. Clamaui populus ad Pharaonem: alimēta petēs, scilicet necessitatis nō superfluitatis: & sic clamādo sperare debemus, quod illa nobis dominus dabit. Eia. 30. Ad vocem clamoris tui dabit tibi dominus panē arctū & aquam breuē. Panem enim arctum & aquam breuem nobis tribuit dominus quādo nobis non superflua tribuit: sed necessaria vitae. Sic enim necessaria vitae clamādo poscitur Helias. 3. Regum. 17. quando clamaui post tergum viduae dicens. Affer mihi obsecro buccellam panis in manu tua. Secundò clamat pro liberatione poenae temporalis. Animalia enim etiā bruta poenis afflicti clamant, multo fortius & nos poenis afflicti pro nostra liberatione ad Deū clamare debemus. Cuius figurā nobis ostendit ille strenuus miles Mardocheus qui videns mala Tom. j. Ll Iudaeis

44. articulo. 2.

893.

Clamare.

Psalm. 101. Oratio. Exod. 14.

Ioan. 17.

Hebrae. 5.

Gen. 41.

Esa. 30.

3. Reg. 17.



Iudæis preparata pro liberatione clamavit ad do-  
 minum. Hester. 4. Que cum audisset Mardocheus  
 scidit vestimenta sua & indutus est sacco, & vo-  
 ce magna clamavit, ostendens amaritudinem ani-  
 mi sui. Ex quo apparet quod non solum pro præ-  
 sentibus pœnis, sed etiam pro imminentibus orã  
 do clamare debemus. Et sic cum clamor debemus, vt  
 non sufficit, ad iustos viros recurrere debemus, vt  
 pro nobis ad dominum clament, more Hebræo-  
 rum qui sevidentes malis arctatos, Samuelli dixe-  
 runt. Non cesses pro nobis clamare ad dominum  
 Deum nostrum. Tertio clament pro consolatione  
 mentis &c. Naturaliter enim tribulati consola-  
 tionem quærunt. psal. 119. Ad dominum cum tri-  
 bularier clamavi, & exaudiuit me. Sic enim nos  
 consolari se dominum promptum promittit, di-  
 cens. Clamavit ad me: & ego exaudiã eum, cum  
 ipso sum in tribulatione &c. Quarto clament pro  
 euasione pœnæ infernalis, quam quilibet iustè  
 fugere velle debet. In cuius figuram Petrus cum  
 in mari mergi cœpisset, clamavit ad dominum,  
 dicens. Domine saluum me fac. Mare enim ab a-  
 maritudine dictum, amaritudinẽ pœnæ inferna-  
 lis significat: in quam propter peccata proiciuntur  
 homines cum ipsis peccatis. Mich. 7. Depo-  
 net omnes iniquitates nostras, & proiciet in pro-  
 fundum inferni omnia peccata nostra. Cum ergo  
 quis se videt pondere peccatorum in infernum  
 demergi, clament cum Petro ad dominum dicens.  
 Domine saluum me fac, & liberabitur. psalm. 33.  
 Ille pauper clamavit, & dominus exaudiuit eum.  
 & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.  
 Quinto clament pro remissione culpæ criminalis  
 scilicet confitendo peccata. Esa. 38. Sicut pullus  
 hirundinis, sic clamabo, & meditabor vt colum-  
 ba; sequitur. Recogitabo tibi oēs annos &c. Vbi  
 apparet quod volens ad Deum pro remissione  
 peccatorum clamare, vt hirundo & vt columba,  
 se debet habere: quia scilicet debet peccata per  
 confessionem extra cor suum emittere. Et hoc si-  
 gnificat hirundo: quæ vt dicitur lib. 12. de proprie-  
 tati. reru. Pullos suos sumẽ instruit vt eiciat ster-  
 cora extra nidum. Quid enim stercus, nisi peccatũ  
 quid nidum nisi conscientiam significat? conse-  
 quenter de commissis debet pœnitentiam agere  
 quod figurat columba, quæ pro cantu gemitum  
 reddit. Qui ergo sicut hirundo & sicut columba  
 clamauerit ad dominum per confessionem & ge-  
 mitum, liberabitur à culpa. Sic enim mulier Cha-  
 nanaa à finibus illis egressa clamabat dicens Do-  
 mine filia mea &c. & sanitatem impetrauit. Que  
 mulier primo peccata reliquit: quia à finibus il-  
 lis egressa. Secundò pœnitentiam agit: quia sua  
 peccata confiteri non erubuit dicens. Filia mea.  
 id est, anima mea &c. Vt nostrum quilibet sic cla-  
 mando dicat illud Esa. 26. Sicut quæ concepit cũ  
 appropinquat ad partum, dolens clamat: sic facti  
 sumus à facie tua domine. Sexto clament pro a-  
 ditione gloriæ. psal. 56. dicens. Clamabo ad Deum  
 altissimum, ad Deum qui benefecit mihi: quia  
 misit de summo & liberavit me &c. Quicumque  
 enim pro prædictis deuotè clamauerit, liberabi-  
 tur, vt dicere cum psalmista possit. *Ego autem cla-  
 mavi ad dominum, & dominus saluauit me.*

Hester. 4.  
 1. Reg. 7.  
 Psalm. 119.  
 Psalm. 90.  
 Marc. 14.  
 Mich. 7.  
 Psalm 33.  
 Esa. 38.  
 Hirundo.  
 Nota hic qd  
 peccata per  
 confessionem  
 extra emittit  
 re debemus,  
 ad exemplũ  
 hirundinis, qui  
 pullos suos in-  
 struit sumẽ  
 vt stercora  
 proiciat ex-  
 tra nidum.  
 Esa. 26.  
 894.

stificat, postulata & concedendo. Vbi notandum  
 quod illos maximè Deus exaudit qui fidem do-  
 cendo alios informant. Sic enim dicit Christus  
 Apostolis. Docete omnes gentes &c. Ego autem  
 vobiscum sum. s. vobis conferendo petita. Et hoc  
 hic ostendit psalmista, qui ex prædicatione fidei  
 se exaudiendum ostendit, dicens. Vespere &c. &  
 dominus exaudit vocem meã. Vbi notadũ: quid  
 hic vespere, quid mane, quid meridiẽ significat  
 Non enim per ista vocabula hic intelliguntur ho-  
 ra temporales: sed in illis horis celebrata. Vespere  
 enim. id est, declinante die Christus in cruce  
 emisit spiritum: quia hora nona clamans, emisit  
 spiritũ. Et sic per vespere intelligit Christi passio-  
 nem. Mane autem surrexit Christus, sic etenim  
 mulieres valdè mane vna sabbatorum veniunt ad  
 monumentũ &c. quibus ait angelus. Surrexit &c.  
 Et sic per mane accipit Christi resurrectionem:  
 Meridie autem ascendit in caelum: quia discipu-  
 lis cum ipso prandentibus. Et sic per meridiẽ  
 accipit Christi ascensionem. Dicat ergo psalmista.  
*Vespere & mane & meridiẽ narrabo.* i. narrabo &  
 annuncio Christi passionem resurrectionẽ &  
 ascensionem. Et propter hoc ipse Deus exaudit  
 vocem meam, scilicet postulata concedendo.

**Redimet in pace animam meã ab  
 his qui appropinquãt mihi, quoniam  
 inter multos erant mecum.**

Hic ostendit qd Christus suos pacificat conferen-  
 do pacis premia. Vbi notandũ est qd differẽtia est  
 inter vocatos ad fidẽ & electos. i. prædestinatos: qd  
 quia teste Christo. Vocati sunt multi, pauci vero  
 electi. Marth. 20. Et ideo vocati significantur per  
 multos. s. qui nõ sunt prædestinati: sed prædesti-  
 nati significantur per paucos. In vita autẽ præsentĩ  
 multi isti & pauci appropinquãt & sunt in simul,  
 loco non merito, corpore nõ mente, exteriori ap-  
 parentia nõ interiori existẽtia. Et quãuis passio  
 Christi fuerit sufficiens pro omnibus redimendis:  
 nõ tñ omnes æqualiter redemit: quia multos re-  
 demit solũ quoad sufficientiam, nõ quoad effica-  
 ciam: quia quãuis pro omnib. fuerit passus, mul-  
 ti tamen se ab eius passione peccatis fecerunt a-  
 lienos, & sic non habent finem Christi passi, qui  
 est pax æterna. Pauci autem prædestinati redimũ-  
 tur aliter: quia non solum quo ad sufficientiam,  
 sed etiam quoad efficaciam: quia finem redemptio-  
 nis qui est pax æterna cõsequitur: quia se per pec-  
 catum finaliter non diuidunt à Christi corpore.  
 Quo viso patet sententia. Vnde psalmista dicit in  
 persona electorũ. *Redimet in pace animã meã:* quia  
 scilicet finẽ redẽptionis qui est pax æterna, habe-  
 bo. Et sic ero separatus ab his qui modo appropin-  
 quant mihi, scilicet à malis, qui hic mihi corpore  
 & loco appropinquant, non merito. Et qd de ma-  
 lis sibi appropinquantibus intelligãt, ostendit di-  
 cens. *Quoniam inter multos erant mecum,* quasi dicat  
 loquor de malis qui sunt mecum inter multos,  
 non inter paucos: quia scilicet sunt de multitu-  
 dine vocatorũ non de paucitate electorũ. mali e-  
 nim sunt multi, qui bonis appropinquãt sicut pa-  
 leæ tritico. Nã paleæ & triticũ vno semine nascũt,  
 in vno agro radicãtur, de vna pluua nutriuntur,  
 sub eodem messore colliguntur: eadem tritura-  
 tione vtuntur: eandem ventilatiõem expectant: sed

sed in vno horreũ finaliter simul non intrãt. Sic  
 & mali appropinquant bonis & multis sacramen-  
 tis: non tamen similiter terminantur: quia boni  
 ad pacem dicuntur, vt granum ad horreum, mali  
 autem igni comburendi vt paleæ referuntur.  
 Vnde merito quilibet electus dicat. In pace in id-  
 ipsum dominum & requiescam. Sed impiis non  
 est pax, dicit dominus. Esa. 48.

**896. Exaudit Deus, & humiliabit illos,  
 qui est ante sæcula.**

Ostendo quid Deus retribuit bonis, nunc ostẽdit  
 quid retribuit malis. Et diuidit in partes qua-  
 tuor, secundum quod de malis quatuor ostendit.  
 Quia primo ponit malorũ depressionem. Secun-  
 dò malorum obstinationem: ibi. *Non enim est illis.*  
 Tertio ipsorum transgressionem: ibi. *Contamina-  
 uerunt.* Quarto ipsorum damnationem: ibi. *Tu ve-  
 ro Deus.* Quantum ad primum sciendum quod ali-  
 lud est humiliatio, & aliud humiliatio. Quoniam  
 humilitas virtus est, & semper sonat in bonum.  
 Humiliatio autem non semper est virtus, sed de-  
 pressionem & pœnam significat: sicut dicitur Lu-  
 ca. 18. Omnis qui se exaltat humiliabitur, id est,  
 deprimetur & punietur. Sic etiam dicitur. 1. Reg.  
 7. quod ab Israel humiliati sunt Philistæi: nec ap-  
 posuerunt vltra vt venirent in terminos Israel.  
 Sic & Esa. 15. Gloriosos terra humiliabo. Vnde  
 humilitas iustificat, sed humiliatio abiicit & vili-  
 ficat. Vnde Hugo super magnificat, dicit. Humili-  
 tas est intus in virtute mentis. Humiliatio autem  
 foris in abiectiõne humana opinionis. Sic igitur  
 humiliatio significat depressionem & abiectiõnẽ.  
 Et hanc Deus retribuet malis: quia licet in præ-  
 senti videantur alti & honorabiles: tamen finali-  
 ter depressi erũt & abominabiles. Et hoc est quod  
 dicit hic psalmista. *Exaudit Deus,* scilicet qui est  
 ante sæcula, quia æternus, exaudit, scilicet iustos,  
 sed illos humiliabit.

**897. Non enim est illis commutatio, &  
 non timuerunt Deum, extendit ma-  
 num suam in tribuendo.**

Hic ostendit malorum obstinationem, qui scilicet  
 à malitia sua nolunt commutari, & ad bonũ  
 conuerti. Vbi sciendum quod maximum reme-  
 dium conuersionis malorum est timor Dei: quia  
 vt dicitur. Eccles. 1. Per timorem Dei declinat om-  
 nis homò à malo. Qui autem timorem Dei non  
 habet, à malo ad bonum conuerti non potest.  
 Quia qui sine timore est non poterit iustificari.  
 Et ideo quia mali non timent Deum: ideo non  
 commutantur à malo. Et hoc est quod hic dicit.  
*Non enim est illis commutatio.* scilicet, vite à malo  
 ad bonum, Et causam subdit, dicens. *Et (pro quia)  
 non timuerunt Deum.* Hoc enim remedio, scilicet, ti-  
 more Dei, vt dicit glos. cõuertitur homo. Et ideo  
 si non est illis commutatio à malo, dignè puniri  
 merentur à Deo. Vnde de Deo subditur. *Extendit  
 manum suam in retribuendo.* scilicet eis ponam. Lo-  
 quitur enim à simili hominis ferite volentis: qui  
 manum eleuat, vt grauius feriat.

**898. Contaminauerunt testamentum  
 eius, & diuisi sunt ab ira vultus eius,**

psalm. 4.  
 896.  
 Humilitas.  
 Humiliatio.  
 luc. 18.  
 1. Reg. 7.  
 897.  
 Ezech. 1.  
 Timor.  
 Ezech. 1.

**& appropinquabit cor illius.**

Hic ponit malorum transgressionem. Et triã  
 facit. Quia primo ponit malorum transgressionẽ.  
 Secundo ipsorum inexcusationem: ibi. *Molliti.*  
 Tertio iustorum conseruationem: ibi. *Tallia.* Quan-  
 tum ad primum sciendum quod testamentum  
 Dei in scriptura significat tria, scilicet, quandoq;  
 scripturam sacram. Eccles. 2.4. Hæc omnia liber  
 vitæ & testamentum altissimi & agnitio veritatis.  
 Quandoque Christi passionem: supra vers. 354.  
 & 358. Zacha. 9. Tu autem in sanguine testamen-  
 ti tui eduxisti vinetos de lacu &c. Quandoque  
 vero hereditarem æternam. psal. 38. Disposui tes-  
 tamentum electis meis. Item notandum quod  
 contaminare secundum grammaticos, idem est  
 quod polluere, deturpare, vel corrumpere. Testa-  
 mentum scripturæ sacræ contaminant heretici  
 scripturam falsè exponendo. Testamentum passio-  
 nis Christi contaminant luxuriosi: illud quan-  
 tum in se est polluendo, Testamentum heredita-  
 tis æternæ contaminant omnes obstinati, illud  
 pro temporalibus vilipendendo. Prima contami-  
 natio spectat ad peccatum superbiæ. Secunda ad  
 peccatum luxuriæ. Tertia ad peccatum auaritiæ.  
 Et ad ista tria reducuntur omnia alia peccata. Et  
 ideo generaliter de omnibus malis peccatoribus  
 dicit nunc psalmista. *Contaminauerunt testamentum  
 eius.* Ratio autem quare contaminauerunt testa-  
 mentum eius est: quia diuisi sunt ab ira vultus  
 eius. Ira enim vultus Dei nihil aliud hic accipitur  
 quam eius iustitia: quia peccatores punit secun-  
 dum Gregor. Illi ergo diuisi sunt ab ira vultus  
 Dei, qui ipsum non credunt peccata punire, &  
 per consequens ipsam non timent. Idem ergo est  
 hic dicere, diuisi sunt ab ira vultus eius, quod ver-  
 siculo præcedenti dixit. Non timuerunt Deum.  
 Vnde sicut non est illis commutatio: quia non  
 timuerunt Deum. Ita conformiter *Contaminauerunt  
 testamentum eius: quia diuisi sunt ab ira vultus  
 eius:* hoc quia non timuerunt Deum. Et tamen in  
 hoc valde decipiuntur: quia cor & voluntas Dei  
 semper parata est ad puniendum peccatores in-  
 duratos. Et hoc est quod subdit. *Et appropinqua-  
 bit cor illius.* scilicet ad ipsos puniendum. Ezech.  
 7. Scietis quia ego sum dominus percutiens, &  
 non erit requies in eis. Venit tempus, appropin-  
 quabit dies.

**Molliti sunt sermones eius super  
 oleum, & ipsi sunt iacula.**

Hic ponitur talium obstinatorum malorum  
 inexcusatio. Vbi notandum hic quod sermones  
 eius sunt sermones Dei, scilicet sacræ scripturæ:  
 qui dicuntur molliti: quod enim mollitur reddi-  
 tur subtilius; quod autem subtilius est magis  
 est penetratiuum. Sermones ergo Dei, vel sacræ  
 scripturæ dicuntur molliti super oleum: quia  
 sunt subtiles, & penetratiui super oleum: id est,  
 magis quam oleum: quod etiam ossa penetrat.  
 Vult ergo ex hoc habere, quod sermones Dei ita  
 sunt molliti & penetratiui, quod etiam cor pec-  
 catoris habent penetrare: nisi ponat obicem.  
 Si ergo ipsis cor peccatoris non penetratur, cul-  
 pa est peccatoris. Et ideo inexcusabilis reddi-  
 tur. Et ideo subdit. *Et ipsi sunt iacula.* Quia quan-  
 tum est de se: nisi obex ponatur parati sunt  
 Tom. j. Kk 2 penetrare.

Testamentũ.  
 Eccles. 2.4.  
 Zacha. 9.  
 psalm. 38.  
 Contaminatio.  
 Greg. lib. 11  
 mora.  
 Ezech. 7.  
 899.  
 23 q. 3. ser.  
 Sermo  
 scripturæ.

Febr. 4.

penetrare cor peccatoris, sicut iacula penetrant corpus. Et hoc est quod dicebat Apostolus. Virus est sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: perungens usque ad diuisionem anime ac spiritus &c. Si ergo cor tuum non penetrat, culpa est tua non sermonis, & sic tu es inexcusabilis.

900.

Iacta super dominum curam tuam & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Cura sollicitudo.

Hic differenter à malis ponit iustorum conseruationem. Vbi notandum quod Deus totum mundum per seipsum regit & gubernat: & secundum debitum iustitiam omnium curam habet tanquam paterfamilias. Vnde sicut peritus medicus nunc amaras potiones infert per aduersitates: nunc dulcibus reficit per prosperitates, propter quod de ipso dicitur. Nec est alius Deus quam tu. Cui cura est de omnibus. Sicut ergo familia domus totam curam iactat super patremfamilias ut domum disponat ad libitum, ita & nos totam curam vite nostre super dominum iactare debemus. Non ramen ex hoc sequitur quod ociosi manere debeamus. Sed sicut filij familias patri relinquentes curam domus quam ipse per se ordinat & aliis agenda imperat: parati sunt patri obedire, & in his que sibi pro cura domus imposuerit se exercere. Sic & nos nobis imposta per Deum pro cura nostra exercere debemus: ut totam curam iactemus super Deum, tanquam super ordinatorem & præceptorem, nos autem eidem obedientes illa sollicitemus que nobis imposuerit. Ex quibus omnibus sequitur quod etiam de vita nostra solliciti debemus: sed solum sub Dei voluntate: sic quod nihil agamus contra eius voluntatem, sed solum nobis per ipsum imposita. Et hoc est quod dicitur. Omnem sollicitudinem vestram prouidentes in eum, quoniam illi cura est de vobis. Et isto modo intelliguntur verba Christi dicentis. Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus &c. Non enim præcipit quod non seminemus, quod non metamus, quod non ponamus granum in horreum: sed solum hoc intendit quod nostra sollicitudo & cura suæ subiciatur, ne pro vita nostra aliquid peccatum incurramus. Hic enim etiam brutis animalibus prouidet dando eis industriam naturalem, vnde viuere possint: quanto magis hominibus. Vnde Sap. 6. Æqualiter est ei cura de omnibus. Istum intellectum habet Ioannes Chrysostomus super Matt. dicens. Qui credit se iudicio Dei gubernari, escam suam in manu Dei committat. Cõitet autem ipse de bono, & de malo, scilicet in omni sollicitudine & cura sua: de quo nisi quis sollicitus fuerit nec malum fugiet, nec bonum apprehendet. Et ideo dixit Christus. Querite primum regnum Dei & iustitiam &c. Regnum Dei est retributio bonorum operum. Iustitia autem eius via pietatis, per quam itur ad regnum. Si ergo cogitas qualis erit gloria sanctorum, necesse est aut ut propter timorem poenæ recedas à malo: aut propter desiderium gloriae festines ad bonum. Et si cogitas quid sit Dei iustitia, quid odit Deus, & quid amat: ipsa iustitia ostendit tibi vias suas que amantes se sequitur. Non enim daturus sumus

Sap. 12.

1. Petr. 1.

Mat. 6.

Sapient. 6. Chrysostomus

rationem si pauperes sumus vel diuites, sed si bene vel male egerimus, quod est in nostro arbitrio. Et non dabit in æternum fluctuationem iusto. Fluctuo fluctuas idem est quod vacillare vel dubitare. Iustus autem qui sperat in domino, non dubitat se à Deo relinquendo: ideo non fluctuat.

Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus.

Hic ponitur malorum damnatio. Vbi notandum quod secundum Gregor. 14. mora, cap. 5. Diabolus interitus dicitur diabolus, quia quos hic exaltet postea æternaliter interire facit. Vnde de diabolo qui malos calcet dicitur Iob. decimo octauo. Calcet super eum quasi rex interitus. Est ergo hic interitus casus genitiui: & est idem puteus interitus, id est, puteus diaboli. Quid est autem puteus diaboli nisi infernus: de quo Apocalipsis nono. Aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus de puteo, & obsecutus est sol &c. Sic ergo ponens damnationem iustam malorum dicit Tu vero Deus deduces eos in puteum interitus, id est, æternaliter ipsos damnabis.

Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

Et ne credant mali damnationem suam tardam esse: hoc remouet dicens, quod viri mali non dimidiabunt dies suos. Quia quamuis cuiuslibet naturaliter sit determinatum tempus quantum viuere possit secundum proportionem caloris naturalis ad humidum radicale: tamen terminus ille breuiari potest, quod maxime accidit malis, qui per malam vitam suam dissipant virtutem vitalem: & multoties morte violenta terminantur: ut ostensum fuit superius versic. 637. Vel aliter ille malus non dimidiat dies suos, qui continue vsque ad finem perseuerat in malo. Ille vero dimidiat, qui postquam partem dierum in malis consumpsit, aliam partem ad bonum per penitentiam conuertit. *Viri ergo sanguinum non dimidiabunt dies suos:* quia nunquam ad penitentiam reuertuntur. Et isto modo exponit istum versum Greg. 5. mor. c. 28. d. De reprobis per psal. dicitur. *Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos.* Vnde dicitur. Dies quippe dimidiare est tempus vite male in voluptatibus ductum ad penitentiam lamenta diuidere, atque hoc ad bonum vsum penitendo reparare. Sed iniqui dies suos nequaquam dimidiabunt: quia peruersam mentem neque etiam in extremo tempore immutant &c. Quia de sollicitudine & cura vite præsentis dictum est. Iacta super domum curam tuam. Ideo quæro vtrum sollicitudo rerum temporalium sit licita. Respõdeo secunda secunda. q. 55. articulo. 6.

P S A L M. L V.

Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me.

Huic Psalmo talis præmittitur titulus. In finem

*fnem ipsi David, cum tenuerit eum Allophyli in Geth.* Pro cuius euidencia sciendum quod iste psalmus, & psal. 33. fuerit facti pro eadẽ historia, licet diuersis respectibus. Nam vt dictum fuit in expositione tituli psal. 33. cū Dauid fugeret Saul persecutorem suum, contulit se ad Achis regem Geth, &c. vt ibi. Tūc ferui Achis cognoscentes Dauid, suaserunt regi Achis, vt teneret Dauid & occideret eum. Dauid ergo in tali periculo se videns positum fecit istum psalmum Dei postulans adiutorium. Differt autem iste psalmus in materia à 33. quia psal. 33. respicit euasione Dauid de manib. eorum, quando per regem Geth fuit vt fatuus expulsus. Et ideo illi psalmum incepit à gratiarum actione, dicens. Benedicam dominum, &c. Iste autem psalmus magis respicit retentionem ipsius Dauid, quando fuit ibi in periculo mortis. Et ideo iste incipit ab imploratioe diuine misericordie dicens. *Miserere mei Deus, &c.* Notandum etiam quod Allophyli dicitur ipsi Philistei, qui erant in ipsa ciuitate Geth, qui tenuerunt Dauid, quia erant alienigena à populo Iudæorum. Nā allon idem dicitur quod alienum, & componitur cū phylus; & dicitur allophylus. i. alienigena maxime philisteus. Ex quib. apparet titulus. Iste psalmus in finem nos dirigens attribuitur ipsi Dauid, quia ipsum fecit cum tenuerunt eum Allophyli in Geth. Et quia iste psal. est historialis. Primo dicam sensum literalẽ. Secundo sensum propheticum. Quantum ad sensum literalẽ iste psal. diuiditur in partes tres: quia primo ponitur Dauid deprecatio. Secundo deprecationis exauditio, ibi. *Sicut sustinuerunt.* Tertio gratiarum actio, ibi. *In Deo laudabo, &c.* Vt. N. Quatu vero ad sensum propheticum notandum, quod tota intentio psalmistæ est confirmare ecclesiã & bonos fideles contra persecutiones & aduersitates. Et secundum hoc psal. iste diuiditur in partes tres. Quia ecclesia primo suã multiplicem explicat tribulationem. Secundo ad Deum suam erigit intentionem, ibi. *In quasum que die inno.* Tertio Deo refert gratiarum actionem, ibi. *In Deo laudabo.* Quantum ad primum, sciendum quod in præsentem tres patitur hostes, à quib. continet tribulatur. scilicet diabolus, mundum, & carnem. Et secundum hoc tria facit: quia ostendit primo tribulationes quas infert diabolus. Secundo illas quas infert mundus, ibi. *Ab alitudine.* Tertio illas quas, infert caro, ibi. *In Deo laudabo.* Quantum ergo ad primum ostendens qualiter à diabolo conculcamur & tribulamur dicit. *Miserere mei Deus quoniam conculcauit me homo.* Vbi sciendum quod diabolus quando dicitur homo, quando dicitur inimicus hominis. Dicitur enim homo nõ naturaliter sed astutia. Sicut enim diabolus quando dicitur transfiguratur in angelum lucis, vt decipiat, cū tamen nõ sit angelus lucis: sic se quandoque transfiguratur in hominem, vt homines decipiat. Nam transfiguratur se in angelum lucis: cum ad peccandum inducit spirituales bona prætendens. Vt dum volens hominem inducere ad superbiam sibi proponit meritum regimini aliorum, vt gradu prælationis adeptus, facilius per superbiam eleuetur. Transfiguratur autem se in hominem, cum ad peccandum inducit bona prætendens humana. Vt cum amorẽ filiorum tibi proponit, vt ad illicita lucra inducat. Et ideo saluator diabolus appellat hominem, dicens. Cum autem dormirent homines, illi venit inimicus, & super feminauit zizania, quod de diabolo ad literam dicit. Vnde statim istum inimicum diabolus hominem appellat dicens. Inimicus homo hoc fecit. Vbi Hic

Diabolus dicitur homo.

Matt. 13.

ronymus diabolus inimicus homo appellatur, quia desequire non desinit. Et de ipso scriptum est in psal. Exurge domine non præualeat homo. Vel etiam diabolus dicitur inimicus homo, quia sub similitudine rationis humanæ hominem decipit vel ex eo quod homini à principio inimicatur, vel ab eundem tu, quia deiecit hominem. De diabolo ergo sub nomine hominis hic ait psal. *Miserere mei Deus, & cauam adiungit. Quoniam conculcauit me homo.* Calco calcas componitur cum con, & fit conculo concultas, quod idem est quod alium deprimere simul & superare. Conculcat ergo diabolus hominem, cum ipsum tentando superat. Sicut econtrario homo diabolum conculat, cum sibi resistendo ipsum superat. psal. 90. Super aspide & basilicam ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Et quia diabolus impugnare nõ desinit, ideo subdit. *Tota die impugnans tribulauit me. Tota die. i.* in omni parte diei. Dies enim naturalis diuiditur in lucem & tenebras. Per partem lucis intelligit prospera, sed per tenebras aduersa. Tribulat ergo tota die, quia per aduersa & prospera nos tentando ad peccatum, conatur inducere. Quibus consideratis nostrum quilibet meritum cogitur Deo cum psal. dicere. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt, de necessitatibus meis erua me. Vnde & hoc aliis verbis insinuat dicens.

Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.

Inimici nostri dicuntur demones, quia continue nobis aduersantur, vt nos subiciant. 1. Pet. 5. Aduersarius vester diabolus &c. quia quos suis tetationibus ad peccatum trahunt, hos pedibus suæ tyrannice dominationis conculcant, vt ostendit Greg. lib. 14. mor. c. 8. d. super illo Iob 18. Calcet super eum quasi rex interitus, dicens. Hoc loco interitus nomine ipse inimicus humani generis qui interitum nobis intulit designatur, de quo ad Ioanem dicitur. Et non men illi mors. Iste namque interitus quasi rex super impium calcet: quia quem prius blandis persuasionibus decepit ad interitum, violentis nexibus ad supplicium rapit, tantumque cum durius premit, quanto in prauis actibus, eum vehementius astringit. Qui hic quoque mentem reprobi dum possidet calcet: quia quotiens eam delectationibus premit, quasi toties super eam pedes suæ tyrannice dominationis ponit. vt & peccatores dicere cogatur. *Conculcauerunt me inimici mei tota die, quoniam multi bellantes aduersum me.* Quod ideo dicitur: quia quos diabolus vno tetate vincere nõ potest, demonum multitudine vincere conatur. Diabolus enim bellicosus est & seditiosus, vnde & ab initio contra sanctos angelos bellauit. Apoc. 12. Factum est prelium magnum in caelo, dum draco committeret bellum. Michael & angeli eius præliabatur &c. Hic etiam contra Christum hic etiam victus & deiectus postmodum contra Christum bellum aliud mouit, quando. scilicet post Christi ieiunium ipsum tentando multipliciter inuasit. Sic & non quiescens contra homines continua bella facit per se suosque satellites nos multipliciter impugnando. Et hæc est quod hic ait psal. *Quonia multi bellantes aduersum me.* Sed qualiter contra ipsum armari debemus, ostendit Greg. d. Sancti viri quia contra multiformem aduersarium se pugnare considerant, semetipsos in certamine multipliciter armant.

Alterony. msa.

Conculcare.

Psal. 90.

Dies.

903 3. q. 1. mali.

Diabolus dicitur interitus.

Iob 18. Greg. 14. mora. c. 8. Apoc. 6. Calcet draco.

Bellum diaboli.

Apoc. 12.

Matt. 4.

Greg. 6. mora. c. 19.

Tom. j. L l 3 Habent

Habent enim contra famen diuini verbi pabulū contra bellū gladium continentia scutum, cōtra flagellum linguæ protectionem patientia, cōtra exterioris calamitatis damnum interni amoris adiutorium: vnde miro modo agitur, vt quō hostis calidus numerosus tentat, ed circumspēcti Dei milites virtutibus fiant diuiores &c. Et nota quōd Dei filius videns nos tantis dēmonum bel-  
Christus bel-  
lat. pro no-  
bis.  
 3. Reg. 17. nis oppressos, pro nobis contra diabolum bellum assumpsit, dum assumpto nostræ humanitatis habitu, contra ipsum ad bellum processit. Sic enim scribitur 3. Reg. vltimo. Rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellū. Israel enim qui videns Deum interpretatur, quem proprius significat, quam Dei filium, qui omnium beatorū videntium Deum rex gloriae & dominus existit de quo psal. 23. Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Hic habitum suum mutauit, quando nostræ mortalitatis habitum, quem ante non habebat, assumpsit. de quo ad Phil. 2. dicitur, quōd exinanituit semetipsum formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et sic nostro assumpto habitu, pro nobis contra diabolum ingressus est bellum, quando in assumpta humanitate pro nobis à diabolo bellum tentationis sustinuit, in quo ipsum superando eius vires contra nos dimittit, & nobis potestatem ipsum vincendi cōcessit. Quæ notans Psal. dicit ipsi Christo. Præcinxisti me virtute ad bellum, & supplantasti insurgentes in me subtus me. Si ergo bello dēmonum impugnaris, inuoca Christum pro adiutorio, dicens. *Miserere mei Deus, quoniam multi bellantes aduersum me.*

**Ab altitudine Dei timebo, ego vero in te sperabo.**

Hic consequenter ostendit tribulationes & bella, quas nobis infert mundus. Vbi nota quōd secundum glossam altitudo diei dicitur mundus id est mundana altitudo, vbi est superbiæ tumor. Et hanc timere non debemus, quia citò terminatur. Vnde sicut altitudo diei nullam stabilitatem habet, sed statim vergit ad occasum: quia cum sol continue moueatur quando peruenit ad altiorē suum gradum, quod facit in meridie, statim incipit ad occasum declinare. Sic est de potestate mūdi, quæ dum ad altum gradum peruenerit, ibi diu durare non potest: sicut est de certo puncto in rota quæ cōtinuè voluitur signato, qui cū in altiori gradu fuerit, inde statim accipit casum. Et hoc cōsiderans hic Psal. dicit, *Ab altitudine diei timebo.* quod dicit interrogatiuè, quasi dicat, non. Et causam quare timere non debet, adiungit, dicens. *(Ego vero in te sperabo.* In quo scilicet speranti nulli timendum est. Cuius ratio est: quia qui sperat in Deum, in suis tribulationibus Deū secum habet Psal. 90. Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum &c. cum ipso sum in tribulatione, qui autem Deum secum habet, qui est omnipotens, nullum hostem timere debet. Vnde Chrysostomus super illud Luca. 11. Erat Iesus eiciens dæmonium, dicit. Neq; enim timere debet hostem fortem, qui secum principem habet fortio-  
Altitudo diei dicitur potentia mūdi.  
Timor.  
Chrysostomus Luca. 11. Iustinus.

obtrineret. Et ideo eius præsentia tantam fiduciā eius militibus contulerat: vt illo præsentē, nullū hostem, nec arma timerent. Multo ergo fortius Christus dominus noster, cuius virtuti, nihil resistere potest, sua præsentia tantam fiduciam tribuit suis, quia in omni aduersitate se præsentem eis exhibet: vt nullū timere debeant. Et hoc bene aduerterat Psal. dicens. Si ambulauero in medio vmbrae mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et nunc similiter dicit Psal. *Ab altitudine diei timebo?* quasi dicat non. Et rationem subdit dicens. *Ego vero in te sperabo: & sic te præsentem habebō.*

**In Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi caro.**

Hic consequenter ostendit tribulationes & bella carnis. Et tria facit. Quia primo ponit carnis impugnationem. Secundo contra illam ad Deum erigit suam deuotionem, ibi. *Deus vitam meam.* Tertio ostendit suam à Deo exauditionem ibi. *Sicut & in promissione.* Prima pars diuiditur in duas. Quia primo bellum carnis proponitur. Secundo ipsum prosequitur, ibi. *Tota die.* Quantum ad primum sciendum quōd bella carnis timere non debet, qui secum Deum habet. Habet autem homo secum Deum, dum per recognitionem beneficiorum ab ipso receptorum sperat ab ipso alia in futurum recipere. Sic ergo hic Psal. primo recolit beneficia à Deo recepta, dicens. *In Deo laudabo sermones meos.* Vbi sciendum quōd hic per sermones accipiuntur omnia opera bona & meritoria, quæ rectè sermones dicuntur. Nam secundum grammaticos sermo dicitur à sero seris: ipsa autem opera nostra sunt sermo quæ seminamus, secundū quæ & metemus bonū vel malum, dicēte apostolo. 2. Cor. 9. Qui parē semināt, parē & metet: & qui semināt in benedictionibus de benedictionibus, & metet vitā æternam. Et sermo pro operibus accipit apostolus dicens. Quæ enim seminauerit homo, hæc & metet. Et sic sermones à serendo dicti, significant operationes, de quibus nūc ait Psal. *In Deo laudabo sermones meos.* id est, ei retribuam opera bona quæ ego facio: quia ipsa ab eo recognoscam quia sua sunt. Vbi nota quod boni sermones, id est, opera omnia nostra bona dicuntur esse Dei & nostra: Dei quia per eius gratiam facta: nostra autem quia per liberum arbitrium nostrum tanquam per instrumentum motum à gratia eius facta. Vnde Greg. 33. mora. c. 26. dicit. Bonū quippe quod agimus & Dei est & nostrum, Dei per præuenientem gratiam, nostrum per hoc obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei non esset, vnum ei in eternum gratias ageremus: Rursum si nostrum non esset quomodo ex illo nobis præberi præmia speraremus? Quod ergo non immerito gratias agimus, scimus quæ eius munere præuenimur. Et rursum: quia non immerito retributionē querimus: scimus quia subsequenti libero arbitrio bona eligimus quæ ageremus. Et istum intellectum habet magister in gl. dicens. *In Deo laudabo sermones meos:* ei, scilicet attribues quæ bene loquor vel ago, quia ab eo habeo. Sermones meos dico, id est, opera: quia ab ipso accepi. Vnde & Dei sunt qui dat

dat: & mea quia accipio. Ex quib. patet quōd per ista verba, *In Deo laudabo sermones meos,* à Deo recognoscit omnia bona quæ agit & loquitur. Et per hoc sperat in futurum alia à Deo sibi danda, vnde subdit. *In Deo speraui.* Et ideo ex hoc fortificatus in mēte, dicit. *Non timebo quid faciat mihi caro.* Carnis enim tentatio si sibi resistatur mentem non inquinat, sed purgat. vnde Grego. ait. Sciendum est aliud esse quod animus de tentatione carnis patitur, aliud vero cum per consensum delectationibus obligatur. Pleraque enim cogitatione praua pulsatur, sed renittitur, plerique autem cum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimium mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsatur & renittitur. Sed cum hanc sibi per delectationē subiugat, hinc etenim prædicator egregius dicit. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Humana quippe tentatio est, quia plerumque in cogitatione tangimur etiā nolentes. Quia vt nonnunquam & illicita ad animum veniant, hoc vtique in vobismetipsis ex humanitate corruptibilis pondere habemus. Hæc iam vero dæmoniaca est, & non humana tentatio, cum ad hoc quod carnis corruptibilitas suggerit per consensum se animus astringit. Repugnans ergo animus carni dicat. *In Deo speraui, non timebo quia faciat mihi caro.* Quia hic ait psal. *In Deo speraui, &c.* Ideo queritur vtrum quis licite in homine possit sperare, secunda secundæ. q. 17. articulo 4.

**Tota die verba mea execrabantur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.**

Hic cōsequenter psal. in persona iustorū ostendit mala quæ à prædictis inimicis patitur, scilicet à mūdo carne & diabolo. Et tria facit secundum quōd sunt tria mala. Primum est veritatis impugnatione. Secundum est adulatoria observatio, ibi. *Inhabitabunt.* Tertium est simplicitatis persecutio, ibi. *Sicut sustinuerunt.* Quantum ad primum sciendum quōd mali verba bonorum sustinere non possunt, sed totis viribus illa impugnant, vt ostendit Gregor. 8. mora. c. 24. d. Iniustus semper grauius sunt verba iustorum. Et quæ ad adificationem prolata audiunt, hæc quasi super impositum pondus ferunt: quia cū corrigi iniqui despiciunt bene prolata criminantur. Hoc enim expressè in domino nostro apparuit qui cum Iudæos reprehenderet dicēs. Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. statim verba sua execrantes dixerunt Dæmonium habes. & ipsum lapidare voluerunt. Hoc ergo etiam de membris Christi hodie faciūt mali. Quod notans hic psal. d. *Tota die verba mea execrabantur, &c.* i. verba mea maledicebāt, vel me propter illa. Nam secundum grāmaticos. Execror componitur de ex & sacro sacras. Et est execrare idem quod maledicere, vel extra sacrum ponere. Execrantur ergo mali verba bonorum dicta ad ipsorū correctionem, quia ipsa sufferre non possunt. Et ideo contra dicentem ipsa interpretatur in malū. Et hoc est quod subdit. *Omnes cogitationes eorum in malum.* Quia semper cogitant persequi corripientem. Et hoc est quod dicitur Prou. 9. Qui arguit derisorem, ipse sibi iniuriam facit. Qui arguit im-

pium, generat maculam sibi. Noli arguere derisorem, ne oderit te. Argue sapientem, & diliget te. De talibus autem cogitationibus dicitur. Per. Sapien. 1. uersa cogitationes separant à Deo.

**Inhabitabunt, & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabunt.**

Hic ostēditur adulatoria observatio, vbi aduer-  
Amicus  
fictus.  
 te quod aliqui bonos aperte persequuntur, de quibus statim dictum est. Tota die &c. Aliqui autem absconscie fingētes se iustorum amicos: & hi peiores sunt, de quibus nūc dicit. *Inhabitabunt.* id est tales simul cum bonis habitant conuersantur, & cum eis ostendunt se amicitias habere, vt sunt falsi adlatores, qui amicitias simulant, vt fortius dānent, vnde ait glo. Hic agit de fictis fratribus, qui latent ter subintrant vt noceant: quasi dicat. Quidam aperte impugnant, quidam autē latēter, qui dolos abscondunt. & hi peius nocēt, quā aperti mali, Sicut & Iudas, qui cum diabolo esset, tamen vt fictus amicus cum Christo & apostolis habitabat Et de talibus nūc dicit. *Inhabitabunt & abscondent.* quasi dicat. *Inhabitabunt.* scilicet cum aliis conuertendo, sed abscondent. scilicet in corde dolos quos cogitant vt noceant. Et hoc est quod subdit. *Ipsi calcaneum meum obseruabunt.* id est pedem meum obseruabunt ad lapsum, vt calūniantur: quia suis absconscis machinationibus nihil aliud obseruāt, nisi vt aliorum vitā calūniari possint. vnde glo. Tales amici ficti calcaneum iustorum obseruant, iustorum omnia verba vel facta quærentes, vt laqueos & nodosas calūnias facere possint. Quibus tamen ipsi prius capiuntur vt pereant, quā alios capiant vt perdant. Vel per calcaneum qui est finis corporis intellige finē vitæ, scilicet mortem: quia mali iustos obseruabāt, vt ipsis ad mortem ducere possint. Sic enim Iudas obseruabat calcaneum Christi, quando quærebat opportunitatem, vt eum traderet ad mortem. Hic autem nota quōd obseruare accipitur multipliciter, vide supra vers. 22. 4. & 44. 2.

**Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo, saluos facies illos, in ira populos confringes.**

Hic consequenter ponitur sanctitatis persecutio. Vbi sciendum quōd mali videntes iustorum patientiam & virtutes, inuidēt illis: quia Deus protegit eos. Et ideo vt Deus derelinquat eos conantur ad peccatū illos inducere, vt derelinquantur à Deo. Sic enim & diabolus à principio vidēdo quōd verbum Dei hominē debebat assumere, hominem ad peccatum induxit, vt Deus sperneret eum, nec ipsum assumeret. Et hanc malorum nequitiam, qua sanctitatem iustorum persequūtur, hic notans psal. dicit. *Sicut sustinuerunt animam meā pro nihilo.* Sustinere enim id est quod expectare. Sic enim discipulis Christus dicebat. Sustinete hic & vigilate mecum, id est expectate. Nihil autē significat peccatum quod nulla res est sed priuatio boni: quia si peccatum esset aliquid, cū omnia quæ sunt per verbū sint facta, iam peccatum per verbum factum fuisset. Vnde Aug. super Ioānem Peccatum est nihil, & nihil sunt homines cū peccāt, &c. Quid est ergo sustinere animam alicuius pro nihilo, nisi ipsam expectare pro peccato, id est expectare illam & obseruare, vt in peccatū cadat.



Omnia autem qui animam alterius sic sustinet, dignus est poena aeterna. Ex quibus patet sententia versiculi. *vt psal. Deo dicat de talibus malis Saluos faciet illos. interrogatiue vel ironice. q. d. tu Deus non saluos facies illos, immo illos danabis. Quia sicut sustinuerunt animam pro nihilo, ipsam. s. impellentes ad peccatum. Ita in ira populos. filios malos constringes. psal. 2. Reges eos in virga ferrea & ranquam vas figuli constringes. Vt hic ly ita non denotat mensuram poenae, sed proportionem culpe. q. d. Sicut enim grauiter peccauerunt, sustinentes animam mea pro nihilo, sic tu grauiter punies eos quia in ira populo. s. illos constringes. Sed quia dictum est quod peccatum est nihil, ideo admirantur multi dicentes: cum Deus daret homines solum propter peccatum quod est formaliter nihil, sequitur quod Deus non propter aliquid, sed solum propter nihil homines daret, quod videretur esse summam crudelitatis. Ad istam imaginationem respondet venerabilis Anselmus, d. quod licet Deus puniat hominem pro peccato quod est nihil, non tamen punit ipsum pro nihilo, sed pro hoc. *vt regnum suum ordinatum conseruet: quia puniendo hominem pro peccato debitum sibi honorem quem sibi peccator peccando abstulerat, quem sponte reddere noluit, ab ipso inuito exigit. Sed forte quia praedicta responsio aliquid videtur obscura, declarabo qualiter peccatum nihil esse dicitur. Vbi notandum quod nihil accipitur dupliciter. s. negatiue & priuatiue. Nihil negatiue est simplex negatio entis, vt cum dicitur chimera est nihil, & sic peccatum non dicitur nihil. Nihil vero priuatiue est negatio entis non simpliciter & absolute a subiecto, de quo dicitur, sed cum debito inessendi, vt cum dicitur caecitas est nihil: quia licet per hoc denotetur quod caecitas non sit aliqua entitas tamen per hoc connotatur aliquid rei inesse debitum: quia. s. caecitas connotat visionem inesse debitam, quae tamen non inest. Et hinc est quod lapis non dicitur caecus, licet careat visione: quia visio non est lapidi inesse debita. Item notandum quod nihil priuatiue accipitur dupliciter: quia aut connotat rem inesse debitam respectu corporis, aut respectu anime. Si respectu corporis, aut intrinsece, vt caecitas quae connotat visionem homini inesse debitam intrinsece, aut extrinsece, vt irreuerentia, quae connotat honorem ab extrinseco inesse debitum. Si autem tale nihil priuatiuum connotet rem inesse debitam respectu anime, tunc hoc potest contingere tripliciter, sicut sunt tres vires anime: quia aut connotat rem inesse debitam respectu intellectus, vt est ignorantia eorum, quae quis scire tenetur, aut respectu memoriae, vt est obliuio, aut respectu voluntatis, vt iniustitia. Ex praedictis pono aliquas propositiones declarantes propositum. Prima quod peccatum non est nihil sumptum merè negatiue, patet: quia aliter cum qualibet creatura ante sui productionem penitus sit nihil, tunc foret peccatum, quod est falsum. Secunda quod peccatum non est nihil priuatiuum, vt connotat debitum inesse respectu corporis, patet: quia corporales priuationes sunt in corpore, peccatum autem solum est in anima. Tertia quod peccatum non est nihil priuatiuum respectu intellectus, patet: quia cum tale nihil sit in intellectu, sicut & res debita quam negat, tunc peccatum foret in intellectu, quod negat Anselmus. Quarta quod peccatum non est nihil priuatiuum respectu memoriae eadem ratione. Quinta quod peccatum est nihil priuatiuum quod connotat rem inesse debitam respectu voluntatis, vt puta**

Anselmus. lib. de conce. virgi. c. 6.

Quaestio.

Nihil dicitur esse multipliciter.

voluntas debet habere tale actum, vt puta diligere Deum, & vult habere, vel non vult habere, & tale nolle vel non velle dicitur iniustitia & peccatum. Vnde posito casu, tu teneris ad officium tuum dicendum, & tu voluntarie omittis, tunc tu peccas & debes puniri, non praecise pro nihilo absolute sed pro nihilo quod tenebaris omittere, & posituum illius oppositum habere. Ex quibus apparet qualiter peccatum dicitur esse nihil, & qualiter pro nihilo Deus hominem damnat & punit. Vel aliter construendo ly pro nihilo, cum ly saluos facies, vt Deo dicat. Nihil quid tu pro nihilo. id est pro peccato saluos facies illos, quasi dicat, non, quia non decet hoc iustitiam tuam vt pro peccato reddat praemia. Sed sicut sustinuerunt animam meam obseruando vt ad peccatum caderet, ita in ira constringes populos.

**Deus vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.**

Hic iustus ne cum malis pro nihilo constringatur a Deo misericordiam Dei impetrare conatur. Vbi notandum secundum glossam quod est triplex in nobis vita in praesenti. s. vita naturae, quae homo naturaliter viuit. Gen. 1. Inspirauit in faciem eius spiraculum vitae, & factus est, & cetera. Vita gratiae quae in Christo viuimus. Ad gal. 2. Viuo ego iam non ego, Gal. 2. viuuit autem in me Christus. Et est vita culpae quae in vitis agit. 1. ad Tim. 5. Vidua quae in delictis viuuit, mortua est. & Apoc. 3. Nomen habes quod viuas, & mortuus es. Duae primae vitae sunt a Deo, quia bonae sunt, s. vita naturae & gratiae, sed tertia, scilicet culpae est a nobis, quia mala est. Et has omnes vitas Deo annunciare debemus. Primo ergo annunciemus vitam peccati quae semper est mala. Istam Deo annunciat qui peccata sua confitetur, non Deum docens, sed seipsum damnans vt sic soluat. Et de ista dicit psal. *Deus vitam meam. s. peccati qui mea dicitur: quia a me est, non a te. Annunciaui tibi. s. confitendo & poenitentiam agendo, per quae. s. indulgentiam peccatorum accipi, vnde subdit. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo. i. acceptasti lachrymas meas mihi parcendo. Potest etiam intelligi de vita naturae & gratiae, quae a Deo annunciat, dum a Deo haberi recognoscitur, gratias sibi agendo, & ipsam vitam ad eius honorem exponendo, vt qui viuuit, iam non sibi viuat, sed ei qui pro omnibus mortuus est.*

**Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum.**

Hic ostendit qualiter per lachrymas inimici nostri superentur. Vbi notandum quod Deus hominibus promisit quod quacunq; hora pro peccatis gemerent & plorarent corde, quod illis liberè peccata dimitteret. Ezech. 18. Si egerit impius poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, omnium iniquitatum eius non recordabor. Et infra. Conuertimini & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Hoc ergo prauidens psal. dicit. *Sicut & in promissione tua. q. d. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo, mihi condonando peccata. Sicut & in promissione tua. promissisti dimittere: quia ad lacry-*

909 De pan. dist. 1. in d. v. 1. d. v. 1.

Gal. 2. 1. Tim. 5. Apoc. 3.

910

Ezech. 18.

lachrymarum poenitentia omnia peccata condonantur. Et hoc est quod subdit. *Tunc conuertentur inimici mei retrorsum. Inimici. id est, peccata quae ad poenitentiam retrorsum conuertuntur, quia deficiunt, vt amplius nocere non possint. Vel etiam per inimicos intellige demones qui a nobis aduertantur continue, qui tamen per statum lachrymarum & poenitentiae retrorsum conuertuntur a nobis vt nocere non possint & infirmantur psal. 9. In conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur & peribunt a facie tua. Vel per promissionem Dei intellige Christum inlegetis promissum. Ad Rom. 1. Ante promiserat in scripturis sanctis de filio suo & cetera. In ista ergo promissione conuertentur inimici mei retrorsum, quia per Christum demones superati fuerunt. Vide supra ver. 93. Ad cuius euidentiam sciendum quod (vt dicit Albumazar) luna dum est in veniendo ab oriente in occidentem reptilia egrediuntur & in declinando recondunt se. Sic in propolito. Nam per reptilia spiritus maligni intelliguntur. Per lunam vero humana natura a verbo assumpta. Haec autem luna fuit in ascendendo ab oriente vsque ad meridiem a principio generis humani vsq; ad incarnationem. Oriebatur enim in primis parentibus & versus nos appropinquabat transiens per patriarchas, prophetas, & omnes alios patres, ex quibus descendit humanitas illa quam Christus assumpsit, fuit enim in omnibus illis secundum carnem, licet non secundum rationem seminalem. Toto autem tempore reptilia egrediebantur ad intoxicandum homines. Abac. 3. Egredietur diabolus ante pedes eius. Sed tunc attigit meridiem punctum, quando vterum virginis intrauit. Haec est enim illa meridiem de qua Ecclesia. 1. Girat per meridiem & vertitur ad aquilonem lustrans vniuersa. Haec autem luna fuit in declinando & quasi ad occasum tendendo a principio suae natiuitatis vsque ad diem suae mortis. Haec autem luna sic declinante reptilia ista se absconderunt & ad sua latibula se reduxerunt. Iob. 7. Ingredietur bestia latibulum suum scilicet hora suae passionis imminente, quam horam huius promissionis prauidens nunc psalmus dicit. *Sicut & in promissione tua tunc conuertentur inimici mei retrorsum.**

911

Ad Rom. 1.

promissio. Christus.

1. Iob.

infirmos.

Abac. 3.

Ezech. 1.

Iob. 7.

911

psal. di.

Gen. 17. 1. Iob. 24.

penfatio in iniquitate tolerat, vt ab iniquitate conuertatur. Sed qui diutius toleratur, non tamen ab iniquitate compescitur, minus quidem supernae patientiae, pertulit, sed reatus sui vinculis ex ipso se munere arctius constringit. Nam qui accepta poenitentiae tempora diuerit ad culpam, distributus in vltimis iudex impensa augmenta misericordiae conuertit ad poenam. Hinc namque per Paulum dicitur. An ignoras quia patientia Dei ad poenitentiam te adducit? tu autem secundum duritiam tuam & cor impenitens thesaurizas tibi iram in die irae. Hinc Esaias ait puer cetum aeternum morietur, & peccator centum annorum male dictus erit. Ac si aperte nos deterret dicens. Vita quidem pueri in longum trahitur, vt a factis peccatis corrigatur. Sed si a peccati perpetratione nec temporis longinquitate compescitur, haec ipsa longinquitas vitae quam per misericordiam accepit, ei ad cumulum maledictionis crescit. Vnde necesse est, vt dum nos diutius expectari conspeximus, ipsa praerogata pietatis tempora quasi damnationis argumenta timeamus, ne ex clementia iudicis crescat supplicium peccatoris & cetera. Hanc ergo clementiam expectationis insinuans psalm. *d. In quacunque die inuocauero te & cetera.*

Rom. 2.

Esa. 65.

**In Deo laudabo verbum, in domino laudabo sermonem, in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.**

Hic confurgit ad gratiarum actiões. Et diuiditur in partes tres. Quia primo ponit cui gratias agit. Secundo de quibus sibi. *In me sunt Deus.* Tertio pro quibus sibi. *Quoniam eripuisti.* Quantum ad primum notandum quod hic ponuntur tria nomina, quibus personarum diuinarum significatur trinitas. quibus gratias iste agit. s. Deus, verbum, & dominus. Per Deum intellige patrem, quia pater totius diuinitatis principium est & origo, quia ab ipso procedit, & filius & spiritus sanctus, vt ostendit magister libro primo di. 29. Sic enim Deus pro patre accipit Christus. d. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret. Per verbum autem intelligitur filius. Iuxta illud Iohan. 1. In principio erat verbum & cetera. Sed per dominum accipitur spiritus sanctus, quia ad dominum maxime spectat subditis donalargiri quod spiritus sancto appropriatur. 1. Corin. 12. diuisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus, diuisiones ministracionum sunt, idem autem dominus. Illis ergo tribus psal. gratias agit. s. Deo patri verbo filio & domino spiritui sancto. Quod notans dicit. *In Deo, scilicet patre. laudabo verbum. id est, filium. In dom. no. id est, in spiritu sancto. laudabo sermonem. id est, ipsum filium quia quicquid gratiae nobis ab vna persona datur, & ab omnibus aliis datur cum opera trinitatis ad extra sint indiuisa. Laudare autem Deum est sibi gratias agere, & ab ipso bona quae habemus recognoscere. Sed quia sic mente gratias agens Deo de acceptis beneficiis sperare debet ab ipso adiuuari, ideo subdit. *In Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.* Et vere speras in Deo hominem timere non debet, quia homo solum exteriora arripere potest, non interiora. Ille autem qui sperat in domino, in nullo exteriori fiducia*

912

Gratiarum actio.

Iohan. 3.

Iohan. 1.

1. Corin. 12.

ponit.

ponit, vide superius ver. 143.

In me sunt Deus vota tua, quæ red-  
dam laudationes tibi.

913  
17. y. 1. Sunt  
quædam.

Hic ostendit de quibus rebus gratias Deo vult  
reddere. Vbi notandum quod res exteriores &  
corporales de se Deo non sunt placitæ, nisi ratio-  
ne interioris bonæ conscientiæ. Vnde elemosi-  
nas exteriores datus Deus nō accepit, nisi ratio-  
ne iustitiæ dantis. Sed bona interiora, vt sunt vir-  
tutes & bona gratiæ quæ à voluntate recta pro-  
cedunt, illa Deus acceptat. Et de istis principaliter  
sibi vult gratias reddi. Quod satis notatur psal.  
49. vbi Deus dicit. Nunquid manducabo carnes  
tantorum &c. Sequitur. Immola Deo sacrificium  
laudis &c. Et ista interiora sunt illa quæ pro gra-  
tiarum actione Deo offerre debemus. Et hoc est  
quod dicit hic psal. *In me sunt Deus vota tua &c.*  
quasi dicat. Quæro quid reddam domino pro gra-  
tiarum actione, certè non quæ extra me sunt: sed  
quæ in mente manent intrinsecus, quia per illa Deus  
laudatur & talia quarit à nobis.

Bona interiora  
v. d.  
Virtutes.

Quoniam eripuisti animam meam  
de morte: & pedes meos de lapsu, vt  
placeam coram Deo in lumine viuentiū.

914

Hic ostendit Dei beneficia pro quibus gratias  
vult agere Deo. Vbi notandum quod tria maxi-  
ma sunt Dei beneficia, pro quibus Deo gratias  
agere debemus, scilicet, Primum quia nos à mor-  
te culpæ suscitauit. Secundum quia ab æterna pœ-  
na nos liberat. Tertium quod æterna præmia no-  
bis condonat. Quæ tria, iste hic enumesat dicēs.  
*Reddam tibi vota tua, que sunt in me. Quoniam eripuisti  
animam meam de morte:* scilicet culpæ peccata  
condonando, de qua morte dicitur. Anima, quæ  
peccauerit, ipsa morietur: *Et pedes meos de lapsu,* sci-  
licet ad æternam miseriam, & infernalem pœnā,  
ab illa me absolueno, de quo lapsu æternæ pœ-  
næ sine casu dicitur Hier. 8. Qui cecidit non resur-  
get. *Vt placeam coram Deo in lumine viuentiū.* Hic  
notat collationem gloriæ, quoniam lumen viuē-  
tium dicitur lumen gloriæ, in quo omnes existen-  
tes Deo sunt accepti, & sibi placent, de quo lū-  
mine dicitur psal. In lumine tuo videbimus lumen.  
Quia dictum est super illo verbo. In quacunque  
die innocauero te &c. quod Deus omni tempore  
pœnitentiam peccatoris acceptat. Ideo quæro v-  
trum pœnitentia in extremis facta, culpam rem-  
ittat. Vide in scripto libro quarto. di. quæstio.  
22. articulo primo.

Beneficium  
triplex.

Exec. 18.

Hiere. 8.

Psal. 35.

Quæstio.

P S A L M . L V I .

Miserere mei Deus: miserere mei:  
quoniam in te confidit anima  
mea.

815

David sub  
tribus vici-  
bus uictus.

Titulus huius psal. est. *In fine me disperdas. Da-  
uid in tituli inscriptione, cum fugeret à facie Saul in  
Speluncam.* Vbi sciendum quod David tribus  
vicibus fuit uictus in regem. Et primo in do-  
mo patris sui à Samuele, antequam persecutio-  
nem Saulis pateretur. Secundo in Hebron à uiris  
solum Iuda. Tertio in Hebron fuit inuictus super

A totum Israel. Et in prima uictione habuit titu-  
lum regis de iure, sed non possessionem. In secun-  
da habuit possessionem partis regni, quia tribus  
Iudæ. In tertia uero habuit possessionem totius  
regni. Postquam autem Saul uidit qualiter Da-  
uid prospere in cunctis agebat: statim dubitauit  
ne regnum suum ad ipsum David deueniret. Et  
ideo motus inuidia ipsum persequebatur. Vnde  
dixit ipsi David. Scio certissimè quod regnatura  
sis: & habiturus in manu tua regnum Israel. Ex 1. Reg. 24.  
quibus patet quod Saul ideo persequebatur Da-  
uid, vt titulum regium, quem ipsi David dederat  
Deus in prima uictione, deleteret ipsum interfi-  
ciendo. In isto ergo psal. orat David ne disperda-  
tur. i. interficiatur pro titulo quem sibi Deus de-  
derat regali. Item notandum pro secunda parte  
tituli quod David persecutus à Saule, bis legitur  
fugisse in speluncam. Primo in speluncam Odol-  
lam, vbi uenerunt ad eum fratres sui & multi qui  
erant in angustia & oppressi aere alieno, & factus  
est eorum princeps. Et de ista fuga non habetur  
in isto psal. sed in psal. 141. Secundo quod Saul  
persequebatur David super abruptissimas petras  
quæ solum ibicibus peruia sunt: vt habetur. 1.  
Reg. 24. Et tunc Saul intrauit eandem speluncam  
ad purgandum venterem. David autem & viri eius  
fugientes Saul prius intrauerant eandem spelun-  
cam latitantes in interiori eius parte, ipso Saule  
ignorante. Et tunc viri David uoluerunt Saulem  
occidere, sed David illos impediuit. Et silenter  
præcidit oram chlamydis Saulis, quam depose-  
rat ibi, vt ventrem purgaret. Et cum exisset Saul  
de spelunca, David post eum clamauit: ostendens  
ei oram chlamydis, quam præciderat, in argumē-  
tū quod potuerat eum occidere, si uoluisset. Quod  
Saul recognoscens gratias egit ipsi David, & re-  
cessit cum exercitu suo, & cessauit ad tempus per-  
sequi ipsum David. Et de fuga David ad hanc spe-  
luncam loquitur iste psal. Erat enim in mortis pe-  
riculo David, quando ad istam speluncam fugit.  
Ex prædictis apparet sensus litteralis tituli. Nam  
David fecit istum psal. quando intrauit istam spe-  
luncam orans Deum ne occideretur à Saule, pro  
titulo regis, quem iam accepterat à domino. Dicit  
igitur. *In fine me disperdas.* iste psal. nos dirigens id est  
in Christum, scilicet, ad confidendum in ipso, est  
factus à David qui sic Deum orabat *Cum fugeret  
à facie Saulis in speluncam. d. Ne disperdas David.* id  
est ipsum occidi non permittas. *In tituli inscrip-  
tione.* id est, pro titulo regni sibi inscripto. Ex prædi-  
ctis etiam apparet materia historialis psal. quam  
primo dicam. Secundo ad intellectum propheti-  
cum accedam. Quantum ad primum psal. iste di-  
uiditur in tres partes. Quia ponitur primo ipsius  
David anxia deprecatio. Secundo ponitur diuina  
exauditiō, ibi. *Misti de celo.* Tertio gratiarum  
actio: ibi. *Exultare &c.* Dic vt. N. Quantum uerò  
ad sensum propheticum, notandum, quod psal. iste  
agit de titulo crucis Christi, de eius passione  
sepultura & resurrectione. Vt enim habetur Ioā. 19.  
Christo crucifixo Pilatus scripsit titulum &  
posuit super crucem eius. Erat autem scriptura.  
Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc autem ti-  
tulum uoluerunt corrumpere iudæi, dicentes Pil-  
lato. Noli scribere rex iudæorum, sed quia ipse di-  
xit, rex sum iudæorum. Sed quia inspiratione spi-  
ritus sancti prædictus titulus erat scriptus, id circo  
dicit spiritus sanctus Pilato. Ne disperdas David  
in ti-

Psal. Christi  
tit.

Ioan. 19.  
Matth. 26.

David 13.

Confessio  
multiplex.

in tituli inscriptione. Per David intelligit Christū  
ex David natum. Est ergo sensus, quod propheta  
David per spiritum sanctum præuidens dictum  
titulum Christi dicit, psal. iste dirigens nos in fi-  
nem id est, in Christum hoc orat. Tu Pilate vel  
quicumque es ad instantiam iudæorum, ne disper-  
das vel corrumpas David id est, Christum in ti-  
tuli inscriptione scilicet, negando ipsum Christū  
verum regem esse, vt titulus inscriptus affirmat.  
Quem tamen corrumpere uoluerunt Iudæi, sed  
quando ipsum uoluerunt corrumpere, subdit. *Cum  
fuge: et à facie Saulis in speluncam.* Vbi per Saul qui  
interpretatur abutenis, accipit Iudæos qui abute-  
bantur lege à Deo sibi data. Per speluncam uero  
accipit Christi sepulchrum, quod ad litteram se-  
pulchra quædam erat in saxo cauta. Uoluerunt  
ergo Iudæi corrumpere titulum Christi, cum ip-  
se per passionem suam fugeret id est, se occulta-  
ret à facie Saulis id est Iudæorum in spelunca se-  
pulchri. Et ideo pilatus inspiratus à Deo titulum  
non corrupit sed confirmauit dicens. Quod scri-  
psi scripsi. Totus est psal. intentionem euctori m-  
monet. Ne quis contradicat titulo crucis scilicet,  
vt quisque corde & ore confiteatur Christū om-  
nium angelorum & hominum uerū esse regem.  
Diuiditur autem psal. iste in tres partes quia Chri-  
stus in passione existens tria facit. Quia primo  
sue passionis petit liberationem. Secundo defun-  
cti corporis prædicat resurrectionem: ibi. *Misti de  
celo.* Tertio surgit ad gratiarum actionem: ibi. *Pa-  
ratum cor meum.* Prima pars diuiditur in tres quia  
Christus in passione positus: primo misericordiā  
patris postulat. Secundo immunditiam nostram  
expiat: ibi. *Et in umbra.* Tertio rationem exaudi-  
tionis explicat: ibi. *Clamabo.* Quantum ad primū  
scendum, quod Christus ut uerus homo mortē  
timebat secundum uoluntatem naturalem: sed se-  
cundum uoluntatem liberatam ipsam pro mū-  
di salute auidē suscipiebat, unde & dicebat. Pater  
salifica me ex hac hora, & Matth. 26. Tristis est  
anima mea usque ad mortem. Et ideo ut uerum  
hominem se ostenderet in passione positus: mise-  
ricordiam patris postulat dicēs. *Miserere mei Deus.*  
scilicet pater me ab ista passione liberando, unde  
hic it glo. *Miserere mei Deus.* Hoc Christus patri  
dixit nostrum nos docens orare qui tamen cum  
pater ut Deus nostri miseretur. Et repetit *Misere-  
re mi.* Repetitio enim dolorem magnum passio-  
nis dedit. Et causam quare misericordiam ob-  
tineat debeat: adiungit. d. *Quoniam in te confidit ani-  
ma mea.* Confidentia enim in Deo postulata im-  
petrat facilliter, sicut confidentia in summi habita-  
tione dico ad sanitatē multū proficit, ppter quod  
dicitur Deo. Non est confusio confidentibus in  
te. Et hanc rationem assignat hic Christus dicēs.  
*Miserere mei.* Ratio. *Quoniam in te confidit anima mea.*  
Quod dicit ad differentiam confidentiæ malo-  
rum: quæ non in Deo sed in rebus confidentibus trā-  
sitoris. Vnde notandum quod confidētia est mul-  
tiplex scilicet confidentia Terrenalis abundantie  
quæ est auarorum. Personalis sanctimonie, quæ  
est superbiorum. Temporalis uanæ gloriæ, quæ  
est hypochritarum. Mundialis eminentiæ, quæ est ty-  
rannorum. Sæcularis sapientiæ, quæ est reprob-  
orum. Spiritualis innocentie: quæ est deuotorum.  
Primo est confidentia terrenalium abundantie quæ  
est auarorum: qui tantum sunt excecati quod to-  
tam suam confidentiam in rebus transitoriis id

est, diuitiis ponunt, non considerantes, quod tem-  
pore maioris necessitatis deserunt confidentes  
in ipsis. De quibus dicitur. Argentum & aurum  
thesaurizant, in quo confidunt homines, & non  
est finis possessionis ipsorum, & tamen exterminati  
sunt & ad inferos descendunt. Et quam sit  
talis confidentia uana ostendit Greg. d. In rebus  
dubiis confidentiam suam fixerat ille diues qui  
dicebat. Anima mea habes multa bona reposita  
in annos plurimos. Requiesce, comede, bibe, epu-  
lare. Sed hūc superna uox increpat dicens. Stulte  
hac nocte animam tuam tollent à te: quæ autem  
parasti cuius erunt? Eadem quippe nocte subla-  
tus est: qui in rerum abundantia sibi multa tem-  
pora fuerat præsolatus, ut scilicet, qui in longū  
subsidia colligenda prospiceret, sequentem diem  
uel unum minimè uideret. Quasi enim in aquis  
defluentibus fundamentum ponere: est in rebus  
labentibus confidentiam uelle solidare. Stante e-  
nim in perpetuum Deo, transeunt omnia. Quid  
ergo nisi à stāte fugere est trāseuntibus rebus in-  
herere? Quisquis ergo defluere deuitat: superest  
ut quod defluit fugiat, ne per hoc quod amat in  
hoc cogatur peruenire quod uitat &c. Et ideo di-  
citur. Qui confidit in diuitiis corruet. Talis nam-  
que confidentia confidentem à uita excludit æ-  
terna, propter quod dicebat saluator Matt. 10. Fi-  
lioli quam difficile est confidentem in pecuniis  
in regnum Dei intrare &c. Secundo est confiden-  
tia personalis sanctimonie. Quidam enim aliqua  
sua bona considerantes. si d nulla mala: aliorum  
autem mala & bona nulla uolentes attendere: in  
seipsis superbe confidentes, ceteros despiciunt.  
De quorū numero fuerat ille Pharisæus de quo  
parabolam posuit Christus dicens ad quosdam  
qui in se confidebant tanquam iusti & asperna-  
bantur ceteros duos homines &c. sequitur quod  
Pharisæus hæc apud se orabat. Gratias ago tibi  
domine: quia non sum sicut ceteri hominum &c.  
Ille enim in seipso de sua sanctitate confidit, qui  
bona quæ agit non Deo sed attribuit sibi, quod  
superbia maximum est signū. Vnde Theophi. præ-  
dicta exponens uerba dicit super Lucam. Quia e-  
nim superbia præ ceteris passionibus uexat ho-  
minum mentes, ideo crebrius de hac nos admo-  
net dominus. Est autem superbia Dei contem-  
ptus. Quotiens enim quis non Deo sed sibi ascri-  
bit bona, quæ facit: quid est aliud quā Dei nega-  
tio &c. Nullus ergo hominum quantumcumque  
iustus de sua iustitia confidere debet: sed semper  
timere debet casum propter quod dicitur. Qui  
confidit in corde suo, stultus est. Tertio est confi-  
dentiā in solo apparatu exteriori ponunt de uir-  
tute interiori nihil curantes. Et tales idolum co-  
lere uidentur. Quoniam idolum exteriorem for-  
mam animatæ rei præterdit, cuius ueritate caret  
interius. Sic faciunt omnes hypocritæ: de quibus  
dicitur in psal. Similes illis fiant qui faciunt ea: &  
omnes qui confidunt in eis. Vnde quam similis  
sit idolo hypocrita, qui apparentiam exterioris ha-  
bet: cuius ueritati caret interioris: ostendit Greg. d.  
Hypocritarum confidentia araneorum telis simi-  
lis esse dicitur: quia omne quod ad obtinendam  
gloriam impendunt, uentus uitæ mortalis disti-  
pat. Nam quoniam bona æterna non quærunt,  
bona temporalia cum tempore perdunt. Consi-  
derandumque est quod fila aranæ per ordinem  
ducunt.

Diuitia.

Baruc. 3.  
Auaritia.

Grego. 22.  
Mora. c. 2.

Mar. 12.  
Luc. 12.

Prouer. 11.

Matt. 10.

Lucas. 18.

Neg. 4.  
Deum.

Prouer. 28.

Grego. 8.  
Mora. c. 29.

ducunt: quia sua hypocritarum, quasi sub discretione opera disponunt &c. Verè enim hypocritarum confidentia similis telæ aranearum dicitur quæ cum magno ordine & (vt ita dicam) discretione textur: sed à minimo flatu subito dissipatur. Vnde cuilibet hypocritarum dicitur. Hæc est ciuitas gloriofa, habitans in confidentia, sequitur. Quomodo facta est in desertum cubile bestiarum? Quarto est confidentia mundialis eminetiæ &c. scilicet illorum qui confidunt in temporali potentia in aliorum amicitia, vel in fortitudine propria, de quibus dicitur. Qui confidunt in virtute sua & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Sed quam vana sit confidentia talis multa naturæ ostendunt exempla. Nonne multoties quod fortius est à debiliore re superatur? Nonne Petram fortissimam aqua mollis suis guttis excauit? Nonne ferrum sua rubigine consumitur? Cetus piscis maximus à cocodrilo animali paruo sæpè occiditur? Elephans ab vnicorno sæpè in ventre perforatur. Nonne gigas ille fortissimus Goliath à puero Dauid prostratus fuit, & decapitatus? Sanson ille robustissimus ab vna vili meretricula capitur & ligatur. Ideo dicitur Maledictus homo, qui confidit in homine: & ponit carnem brachium suum &c. Consimiliter dico de confidentibus in potentia mundi. Cæsar potentissimus imperator in armorum potentiam confidebat: qui tamen stilis ferreis à Romanis in consilio congregatis fuit occisus. Similiter Nero ille crudelissimus Cæsar dum vellent eum Romani occidere: ipse fustem dentibus propriis acuit: & se transfodit per ventrem. Ille inuictissimus Alexander amicorum veneno fuit interfectus, quam ergo sit vanum confidere in potentia temporali, patet, quæ nec se, nec sibi adherentes potest in casu adiuuare. Ideo dicitur psal. 145. Nolite confidere in principibus: neque in filiis hominum in quibus non est salus. Quinto est confidentia secularis sapientiæ &c. Quanti sunt hodie, qui in astutia verborum & stilo sapientiæ secularis confidunt ceteros posse suppeditare: & ad libitum ducere mundum: cum tamen in veritate sint intus cæci & duces cæcorum. Vnde cuilibet talium dicit apostolus. Instruatur per legem confidens teipsum dum esse cæcorum &c. Qui ergo alium doces, te ipsum non doces &c. In ista enim seculari sapientia non est confidendum: quia in se confidentibus: non est causa mortis temporalis: sed etiam æternæ. Quid enim profuit Catoni sapientia sua, in qua plurimum confidebat: vt per eam potestati Cæsaris inuidens se propria occideret manu? Quid Senecæ valuit confidentia scienciæ suæ: propter quã ipsum coegit Nero sibi eligere mortem? Quid Achitofeli valuit sapientia, quæ tanta erat: vt consilium eius, quasi consilium Dei putaretur: qui ipsam solum videns despectam seipsum laqueo suspendit. Et ideo dicitur prouer. 12. Qui confidit in cogitationibus suis impiè agit. Sexto est confidentia spiritualis &c. qua scilicet, boni & deuoti non in suis confidunt meritis: sed in sola misericordia Dei. Et hanc confidentiam suo exemplo nos docet Christus habere, dum misericordiam patri loquentes dicit. *Miserere mei domine miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.* De hac confidentia quæ sit utilitatis vide superius ver. 1. 3. 344. Circa prædicta quibus ostenditur quod in solo Deo debet esse confidentia nostra: quæro

Sopho. 2.

Psal. 48.

Hebr. 17.

Psal. 145. Scientia mundi.

Roma. 4.

2. Reg. 17.

Prover. 12.

Questio.

virum spes sit in beatis. secunda secundæ. q. 18. articulo. 2.

Et in vmbra alarum tuarum sperabo: donec transeat iniquitas.

Hic consequenter ostendit Christus quomodo per suam passionem nostras purgat iniquitates. Vbi primò sciendum quod sicut galina duas alas habet, quibus suos pullos calefacit: protegit & nutrit: sic mysticè Deus duas alas habet, quibus suos fideles calefacit per amorem: protegit à Diabolo: & nutrit per fidem. De quibus dicitur, *Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum.* Ite duas alas sunt misericordia & charitas: per misericordiam à rapacitate Diaboli nos protegit: sed per charitatem nos suo nutrit amore. Ite sunt alas de quibus Christus dicebat iudeis. Hierusalem Hierusalem quorrens volui congregare filios tuos: quemadmodum galina congregat pullos sub alis: & nolisti &c. Est ergo sperare in vmbra alarum Dei, sperare protegi à Deo per misericordiam qua mala terminat: & per Charitatem qua bona concedit. Item notandum quod iniquitas quandoque dicitur ipsam peccatum, prout est culpa: quandoque vero dicitur ipsum peccatum, prout est pena. Iniquitatem pro culpa accipit psalm. dicens. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco &c. Et isto modo iniquitas in Christo non fuit. Esa. 53. Iniquitatem non fecit: neque dolus fuit in ore eius. Iniquitatem vero pro pena non pro culpa. Et isto modo iniquitas magna fuit in Christo tempore passionis: quia quædam omnium peccatorum portauit in corpore suo super lignum crucis: vt dicitur 1. Pet. 2. Sic enim de Christo dicitur. Omnes nos errauimus, vnusquisque in viam suam declinavit: & dominus posuit iniquitates omnium nostrarum. Dicit ergo Christus tempore suæ passionis patri positus in passioe. *Sperabo in vmbra alarum tuarum.* id est, confidam in misericordia & charitate tua: *Donec transeat à me iniquitas.* id est donec finiatur passio mea, quæ est pena satisfaciens pro peccatis omnium electorum: quia per ipsam iniquitas omnium consummabitur. Et si dicas: nonne Christus vt homo sperauit in vmbra alarum Dei: solum temporis passionis: quia dicit sperabo donec transeat à me iniquitas? Donec enim ponit terminum temporis. Sciendum ergo quod hæc dictio donec in scriptura tenet dupliciter. Quia quando significat aliquod tempus determinatum, quo transactò aliquid fiat. Iosue. 6. Non clamabitis donec vadit dies in qua dicam vobis, clamate. Quandoque verò significat tempus indeterminatum, vel æternum, vt psalm. 190. Dixit Dominus Domino meo: sede à dextris meis, donec ponam &c. Nunquid postquam omnes inimici Christi erunt subiecti pedibus Christi, nõ sedebit Christus ad dexteram patris. Certum est quod sic. Similiter dicitur Matth. 1. quod Ioseph non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Similiter vulgari sermone dicitur. Non loquar tibi, donec vixerò, non tamen sequitur ergo loquar tibi, postquam non vixerò. Si vero hic iniquitas accipitur pro culpa: tunc Christus loquitur de iniquitate seorsum electorum, quæ merito suæ passionis transitura erat, vt sit sensus. *Donec transeat à me iniquitas.* id est, à meis.

915  
1193. Ad mensam.

Ala Du.

Psal.

Matth. 23.

Iniquitas

Psal. 50. 25. 53.

1. Petri. 2. 24. 53.

Donec.

Iosue. 6.

Psal. 109.

Matth.

Clamabo.

Clamabo ad Deum altissimum, Deum qui benefecit mihi.

Hic Christus rationem qua à patre debet exaudiri explicat, vbi notandum quod experientia beneficiorum ab aliquo perceptorum fiduciam præstat, alia consequenter recipiendi, vt puta si Deus gratus è absque omni merito nostro nos in filios adoptauit: ex hoc sperare debemus, quod orationes intendit exaudire iam factorum filiorum. Et ideo vt suis daret fiduciam exauditionis, quando eos orare docuit: vt beneficio primo gratis recepto prius recordarentur admonuit. d. Sic orabitur pater noster &c. Vbi Aug. lib. 1. de sermone domini in monte dicit. Cū hoies dicit deo Pater noster: quædam fiducia impetrandi quæ petuntur sumus generatur in nobis. Cum antequam aliquid peteremus tã magnum donum accepimus: vt digna mercede dicere, Pater noster, Quid enim non dabitiam filiis petentibus, cum hoc ipsum ante dederit vt filij essent? &c. Consimiliter ergo Christus homo ex tanto beneficio à patre recepto, vt mera gratia verbo diuino personaliter vniretur: sic vt verus Dei filius esset, fiduciam plenam recepit, omnem suam orationem exaudiendam à patre. Et hoc hic Christus notans ait. *Clamabo ad Deum altissimum.* scilicet, per orationem. Et causam exauditionis subiungit dicens. *Deum qui benefecit mihi.* quasi dicat secundum gl. Quia experientiam sum quod benefecit mihi ante: vt puta, quia me ad vnionem hypostaticam assumpsit: per hoc plenè confido, quod clamantem audiet. Similiter ex beneficiis præteritis nos exaudiendos sperare debemus: vnde gl. Si enim impios quaesuit qui eum non quaerebant, & pro impijs mori voluit: clamantes quomodo non exaudit.

Misit de caelo, & liberauit me, dedit in opprobrium conculcantes me.

Hæc est secunda pars, in qua suam prædicat resurrectionem. Et duo facit: quia prædicat primo suam resurrectionem, secundò suam ad caelos ascensionem: ibi. *Exaltare.* Prima in duas. Quia primo prædicat suam resurrectionis gloriam. Secundò ostendit Iudæorum malitiam, ibi. *Filij hominum.* Prima in duas: quia primò prædixit suæ resurrectionis triumphum. Secundò declarat ipsius resurrectionis modum, ibi. *Misit Deus.* Quantum ad primum sciendū quod differentia est inter Christi resurrectionem & aliorum: quia nullus aliorum propria virtute, resurgere potest: sed Christus se ipsum suscitauit à mortuis: propter quod ipse filius dicebat. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Cum enim opera trinitatis ad extra sint indiuisa & pater suscitauerit Christum, consequens est, vt verbum etiam suscitauerit Christum: cum ergo Christus sit verbum, consequens est: vt Christus suscitauerit seipsum. Hanc ergo resurrectionem patri attribuens, pro cuius gloria omnia faciebat: dicit, *Misit de caelo & liberauit te.* Vt sit sensus. Pater liberauit me, scilicet, à morte resuscitando: quo factò statim *Misit de caelo,* scilicet, Angelum resurrectionem faciendam prædicantem, & milites custodes sepulchri exterrentem: propter quod de angelo misso subdit. *Et dedit.* scilicet ipse angelus in opprobrium conculcantes me. Conculcabant enim illi custodes Christum: quia supra

916.

Oratio. Exaudire. Matth. 6. Augusti. Pater noster.

917.

Joan. 10.

Christi sepulchrum iacobant qui ad vocem angelii in opprobrium dati fuerunt: quia vt dicitur Matth. 28. Præ timore autem eius exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Vel hoc accipi potest de Iudæis qui Christum conculcabant, quando ipsum in cruce pendente vili pendebant: propter quod dati sunt in opprobrium: quia per totum orbem dispersi.

Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus.

Hic declarat Christus modum suæ resurrectionis. Hic veritas accipitur pro iustitia. Sciendum est ergo quod Christi resurrectio fuit opus iustitiæ & misericordiae: fuit opus misericordiae: quia virtute illius nos surgimus à peccatis: fuit etiam opus iustitiæ: quia virtute illius corporaliter omnes resurgunt: differenter tamen secundum differentiam meritorum: alius enim maiori claritate & gloria, alius cum minori, vt dicit apostolus 1. Cor. 15. quod sicut alia est claritas solis, alia lunæ, & alia stellarum: & sicut stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum. Quod ideo dicit: quia sicut in hominibus sunt diuersitates meritorum, vt puta: quia aliqui habent fructum centesimum, vt virgines, alij sexagesimum, vt continentis: alij trigesimum, vt coniugati, sic erit differens claritas resurrectionis, vt ostendit glo. prædicta verba apostoli exponens dicens. Sicut enim sol luna & stella, & si vnus naturæ sint diuersæ tamen claritatis sunt. Sic & homines cū sint eiusdem generis: dissimilis tamen gloriæ in resurrectione erunt: vt claritatem solis illorum dignitas exæquatur, qui centesimum numerum habent: lunari vero claritati comparatur illorum dignitas, qui sexagesimum numerum habent, stellis verò, qui trigesimum habent. Sic ergo ipsa Christi resurrectio est opus misericordiae, quo ad peccatorum remissionem, sed opus iustitiæ, quo ad præmiorum retributionem. Et hoc est quod de sua resurrectione hic dicit Christus. *Misit Deus misericordiam suam & veritatem suam.* id est, fecit resurrectionem meam: quæ dicitur opus misericordiae & iustitiæ. Et quod loquatur de sua resurrectione subdit dicens. *Et eripuit animam meam de medio catulorum leonum.* vbi per leones intellige principes sacerdotum scribas & phariseos qui alios habebant regere & nutrire: qui leonibus propter ipsorum crudelitatem contra Christum comparantur. Per catulos vero leonum accipe plebeios, ab ipsis principibus seductos. Eripuit ergo Deus animam Christi, id est, vitam de medio illorum, quia per suam resurrectionem factus fuit immortalis & impassibilis: ne sibi applicius Iudæorum crudelitas posset nocere: quamuis ad modicum tempus ipsum morti tradidissent. Et hoc est quod subdit. *Et dormiui conturbatus.* Mors enim Christi dormitio dicitur, sicut & aliorum mors corporalis. Ioan. 11. Lazarus amicus noster dormit: quia Deo facile est à morte defunctum reuo care ad vitam sicut dormientem excitare. Sic enim dicebat Christus psal. 3. Ego dormiui & soporatus sum: & resurrexi. Dormiuit Christus in morte conturbatus: non secundum rationem, sed secundum carnem mortis timore. Vnde ait Mattheus. 26. Tristis est

Matth. 28.

918

Resurrectio.

1. Cor. 15.

Joan. 11.

Psal. 3.

Matth. 26.

Tom. j. M m anima



anima mea vsque ad mortem.

919.

Filij hominum dentes eorum arma & sagittę, & lingua eorum gladius acutus.

Dentes. Greg. 11. mo. ra. ca. 18. Threno. 3.

Hic ostendit Iudęorum malitiam contra Christum. Vbi notandum quod per dentes significatur nostri sensus interiores, vt ostendit Grego. dicens. Per dentes sensus interiores, accipi solent, quod Hieremias propheta attestatur dicens. Fregit ad numerum dentes meos. Per dentes enim, cibus frangitur, vt glutitur. Vnde non immeritō in dentibus internos sensus accipimus qui singula, quę cogitant quasi mandunt: atque ad ventrem memorię transmittunt, quos propheta ad numerum fractos dixit: quia iustam mensuram vniuscuiusque peccati, intelligentię cęcitas generatur in sensibus. Sic ergo per dentes hic accipe cogitationes Iudęorum, & acuta consilia contra Christum. De quibus psal. 3. Dentibus suis fremet & tabescet. Et de istis dentibus nunc dicit Christus. Filij hominum. id est, Iudęi, qui filij hominum erant. sanctorum patrum q̄ secundum rationem vixerant, licet ipsi homines non essent. Dentes eorum. id est, eorum cogitationes & consilia: arma & sagittę: quia ipsis suis cogitationibus meditantur morte Christi se defendere, ne perderent locum & gentem: & quantum ad hoc erant arma. Cogitabant insuper Christum non per se sed per pręsidem morti tradere, & sic se immunes à Christi morte ostendere, & quantum ad hoc dicuntur sagittę: quia occurrere ferit & à remotis. Vnde de illo Iudęorum populo loquitur Christus Iob. 16. d. Collegit furorē suum in me: & comminans infremuit contra me dentibus suis. Vel per dentes accipe Iudęorum crudelitatem: vt supra ver. 27. Sequitur. Lingua eorum gladius acutus. Per linguam enim intellige eorum verba dicta per linguam: sicut per causam quandoque intelligitur effectus, quandoque econtrario. Verē enim eorum verba erat gladius acutus mortē Christi accelerans: vt quando clamantes dicebant. Crucifige eum, crucifige eum: & huiusmodi: quia tales voces erant fecerunt Christi mortem: vt facit gladius acutus. Vnde de linguis Iudęorum acutis tempore Christi passionis dicitur psalm. 63. Exacerunt vt gladium linguas suas &c.

Lingua.

920.

Exaltare super cęlos Deus, & super omnem terram gloria tua.

Ascensio.

Hic ostendit Christus ad cęlos suam ascensionem. Et tria facit. Quia primo Christi ascensionē postulat. Secundō Iudęorum maliti explicat: ibi. Laqueum. Tertio ipsorum pœnam explicat, ibi. Foderunt. Quantum ad primum sciendum quod ista verba dupliciter exponuntur: quia possunt esse verba psalmistę. ad Christum vel Christi ad patrem. Quantum ad primum intellectum psalmi, visis iniuriis Christo illatis visa per spiritum sanctum Christi resurrectione, desiderans quod Christus cognoscat super omnem creaturam gloriosus: ipsis ascensionem prędicando postular dicens. Exaltare super cęlos Deus. Quamuis

A enim Christus in primo instanti suę conceptionis verus esset Deus: & per consequens super omnem creaturam exaltatus, non tamen ante suam resurrectionem & ascensionem, sed in suā ascensione vt Deus exaltatus apparuit. In resurrectione enim super omnes factus immortalis: sed in ascensione apparuit exaltatus super omnes angelos. Quia tunc ascendit super cherubim: & volauit super pennas &c. id est, super omnes angelos ascendit. Vnde hic per cęlos Angelos cęlestes intelligit. Nam sic cęlum pro Angelica natura accipit Christus. Matthei sexto, dicentis. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. Quod exponens Gregorius vigesimo septimo moral. capitulo vigesimoquinto, dicens. Per cęlos enim hi qui cęlestibus sunt conditi, angelici spiritus designantur. Vnde & orando voce dominica dicere instrumur. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. Vt nimirum voluntas Dei sicut à superiore, id est, angelica natura agitur: ita etiam in omnibus ab humana infirmitate seruetur. Cum ergo psalmus Christo dicit. Exaltare super cęlos Deus. hoc prędicat quod Christus in ascensione super omnes angelos exaltaretur: vt sic omnia cognoscatur Christo subdita. psalmus octauus. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Exaltatur autem Deus, non in se sed in nobis: quando scilicet nos ipsum exaltatum cognoscimus. Et sic ad exaltationem ascensionis: consequenter Christi gloria per omnem terram fuit dilatata: quando post Christi ascensionem gloria Christi per Apostolos per omnem terram fuit prędicata, iuxta illud psalmi decimum octauo. In omnem terram exiit sonus eorum. Et hoc notans psalm. dicit. Et super omnem terram gloria tua. quasi dicat. Post tuam ascensionem gloria tua super omnem terram erit prędicata. Si autem sint verba Christi ad patrem. Tunc est sensus: vt Christus patri dicat. O tu Deus pater, exaltare super cęlos, id est, fac in me per quod altus videaris super omnes angelos, scilicet, fac me ascendere. Et tunc gloria tua apparebit hominibus gloriam angelorum excedere: quia tunc Apostoli mei tuam gloriam per totum mundum prędicabunt. Et sic apparebit super omnem terram gloria tua.

921.

Laqueum parauerunt pedibus meis & incuruauerunt animam meam.

Hic ostendit Christus Iudęorum nequitiam. Vbi nota quod laqueus mysticus dicitur dolosa cogitatio, qua quis conatur alterum decipere: sicut quando Saul cogitabat per manus Philistinorum occidere David. Ideo dolose cogitauit dare sibi filiam in vxorem, s. sibi centum pręputia Philistinorum pręsentaret. vt habetur primo Regum decimo octauo. Et tamen ipse deceptus laqueo suo fuit captus: propter quod dicit David. In laqueo isto quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Consimiliter Iudęi multos laqueos Christo parauerunt: vt ipsum dolose morti traderent. Vt puta: quia faciebant occultas suas imaginationes quibus necessario ipsū in suis responsionibus capere credebant. & ipsū ad mortē sub colore iustitię deducere &c. vt supra v. 44. Et

Laqueum.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

1. Reg. 18.

Christi.

Et de tali multiplici laqueo hic Christus dicit. (Laqueum parauerunt pedibus meis.) Pedes enim Christi quibus per mundum ibat, sunt increpationes malorum & promissiones pręmium, quibus quasi pedibus per mundum incedebat, cum malos increpabat & bonis pręmia promittebat. Isti enim pedibus laqueum parabant Iudęi, vt cum adulteram adduxerunt ante eum &c. vt ver. 44. Sequitur. Et incuruauerunt animam meā. id est per tales laqueos voluerunt incuruare animam meam, scilicet ipsam per mortem ad infernum deprimerent.

922.

Foderunt ante faciē meam foueā & inciderunt in eam.

Fovea.

Tobia. 8.

1. Reg. 18.

Laqueum.

Matth. 26.

Enca. 19.

Psalm. 7.

Hyler. 7.

Daniel 13.

Eccl. 17.

923.

Paratum cor meū Deus, paratū cor meum, cantabo & psalmum dicam.

Hic consequenter Christus surgit ad gratiarū actionem. Vnde circa gratiarum actionem Christus tria facit. Quia primo ostendit modum. Secundō effectū: ibi. Exurge. Tertio causam: ibi. Quoniam magnificata. Quantum ad primum ostendit modum quo gratias agit patri dicens. Paratum &c. Gratia enim aguntur duobus modis. s. verbis & operibus: verbis, Deum laudando: operibus, aduersa patienter tolerando. Quia sicut illa qui in aduersis murmurat, Deū accusat, vt ostendit Grego. sic & per oppositum patienter tolerans Deo gratias agit. Quātum ergo ad ista duo dicit Chri-

Gratiarum actio.

Patentia.

Grego. 5. mo.

1. ca. 26.

stus. Paratum cor meum Deus, quasi dicat. Et si illi parant mihi mortis foueam: tamen paratum est cor meū ad tolerantiam. Iterum repetit. Paratum cor meum: ad te verbis laudandum, vnde sicut hic ait glo. Gratia agitur verbo & opere. Et ideo bis dicit. Paratum cor meum: vt alterum ad opus, alterum ad verbum referatur. Quę duo aliis verbis distinguit dicens. Cantabo & psalmum dicam: quasi dicat. Cantabo. id est, verbis gratias agam: & psalmum dicam. id est, operibus: quę prędicta geminationi reddidit: quia ad vtrunque est paratus. Psalmus enim dicitur à psalterio: quia manu pulsatur: & sic significat opus. Cantare autem fit voce, & sic significat verba.

924.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara, exurgam diluculo.

Hic consequenter ostendit gratiarum actionis effectum, scilicet, quid inde consecutus fuit Christus. Quia enim gratias egit patri, patienter mortem tolerando: ideo gloriam resurrectionis & exultationis super omnem creaturam fuit consecutus: vt dicit Apostolus ad Philip. 2. Vnde de resurrectionis gloria nunc dicit Christus. Exurge gloria mea. Vbi notandum quod hic per gloriam Christi intelligitur caro Christi, quę fuit causa gloriae Christi. Vnde & ipsa Christi caro gloriosa resurrexit. Et de hac gloria sua, id est, carne gloriosa dicebat Christus. Luc. 24. Oportuit sic Christum pati: & ita intrare in gloriam suam, id est, propter passionem in carne mortali habitam, Christus carnem gloriosam resurgendo accepit. De hac ergo carne gloriosa dicit Christus. Exurge gloria mea id est, exurges, sed quando consequenter notat horam resurrectionis dicens. Exurgam diluculo. quia Christi resurrectio diluculo celebrata fuit. Et consequenter ad resurrectionem Christi gloriosam secuta fuit gentium credulitas, quę crediderunt Christum verum fuisse Deum & verum hominem: quod notatur per psalterium & citharam. Nam psalteriū quod sonat à superiori significat diuinitatem. Cithara vero, quę sonat ab inferiori, significat humanitatem. Et hoc notans dicit Exurge psalterium & cithara, id est, per resurrectionem carnis gloriosam exurgam in gentibus psalteriū & cithara, quia credent me verum Deū & hominem. Consimiliter etiam in aliquibus Iudęorum surrexit. Et hoc est quod subdit.

Resurrectio Christi.

Philipp. 2. Gloria Christi sicut dicitur ca. ro.

Diluculum.

925. 15. q. 1. venoer timini.

Confitebor tibi in populis domine, & psalmum dicam tibi in gentibus.

Per populos accipe Iudęos, scilicet per gentes idololatrias, qui ad Christi fidem conuersi Deo confitebantur: Christus enim se facere dicit quod sui fideles per suā gratiam faciunt. Confitebor ergo tibi in populis & in gentibus. id est, per populos & gentes laudabo te, & bonis operibus honorabo: quę per psalmum significantur. Consimile dixit psal. 16. Propterea confitebor tibi in nationibus, & nomini tuo psalmum dicam. Vide superius versic. 150.

Quoniam magnificata est vsq; ad cęlos misericordia tua, & vsque ad nubes veritas tua.

926.

Hic ostendit causam tantę actionis gratiarum Tom. j. M m 2 V bi

Adiutor  
dei dicitur  
Christus.  
Psal. 47.

Eph. 4.

Greg. 17. mo  
v. c. 12. p. p. d.  
dicitur Nub  
us.

Psal. 35.

927.

Vbi primo notandum quod per misericordiam Dei intelligitur humanitas Christi à verbo assumpta: de qua dicitur psal. 47. Suscepimus De<sup>o</sup> misericordiam tuam in medio templi tui. Hæc magnificata fuit vsque ad cælos, quando in ascensione ascendit super omnes cælos, per nubes autem intelliguntur Apostoli & prædicatores, qui impleti veritate aliis compliunt doctrinis: per quos tanquam per nubes dominus corruscat miraculis, pluit doctrinis, & minis tonat. Vnde Greg. dicit. Nubium nomine quid aliud quam Apostoli & sancti prædicatores designantur, qui per mundi partes circumquaque missi, & verbis nouerant piure, & corrumpere miraculis. Quos Esaias propheta longè ante intuens dixit, Qui sunt isti, qui vt nubes volant: & alibi. Mandabo nubibus meis ne pluant super vos imbrem. Est ergo magnificata veritas vsque ad nubes, quando prædicatores spiritu veritatis repleti fuerunt: per quam totum orbem docuerunt. Ista ergo sunt duo motiua actionis gratiarum, scilicet primum: quia humanitas Christi super omnes cælos, id est angelos est exaltata: quod notans dicit. *Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua.* Secundum quia prædicatores veritate fidei repleti fidem Christi per totum orbem prædicauerunt: quod notans dicit. *Et veritas tua vsque ad nubes.* Consimile dixit psal. 35. Domine in cælo misericordia tua & veritas tua vsque ad nubes.

**Exaltare super omnes cælos Deus, & super omnem terram gloria tua.**

Hic replicat quod superius dixerat, fidem nostram confirmans. Vide supra ver. 920.

PSALM. LVII.

928.  
2. q. 1. non. 12.

**S** vere vtique iustitiam loquimini, recte iudicate filij hominum.

1. Reg. 26.

Hic psal. ralem habet titulum. *In finem ne corrumpas David in tituli inscriptione.* Istius tituli expositio patet ex expositione primæ partis tituli præcedentis immediatè. Quantum verò ad materiam psalm. dicit Rabbi Sa. quod David fecit hunc psalm. quando ad denunciationem Ziphæorum, Saul cognouit David esse apud eos, & tunc assumptis tribus milibus virorum electorum: venit vt ipsum David caperet. Quæ historia habetur. 1. Reg. 26. Nam cum David fugiens Saulem habitaret in deserto Ziph. Iaritan cum suis Ziphæi pròditosè nunciauerunt Sauli dicentes. Ecce David absconditus est in deserto Ziph. Tunc Saul electis tribus milibus virorum electorum descendit in desertum Ziph, vt quæreret & caperet David. Tunc David cognito per exploratores quod Saul venisset ad ipsum quærendum: ac etiã didicisset locum in quo dormiebat rex Saul: & Abner princeps militiæ Saulis, & quod Saul dormiebat & Abner cum reliquo exercitu: quia sopor domini irruerat super eos. Tunc David assumpto vno ex militibus suis. scilicet Abisai, venit ad castra Saulis nocte & secretè. Et inuenerunt Saulem dormientem in tentotio & hastam fixam ad caput eius in terra: & cyphum aquæ, & Abner cū reliquo populo dormientem in circuitu regis.

**A** Tunc Abisai dixit ad David. Coclusit hodie Deus inimicum tuum in manus tuas: & voluit interficere regem. Quod David mansuetus prohibuit, sed acceperunt hastam quæ erat ad caput regis & cyphum aquæ, & recesserunt, sic quod nullus de exercitu Saulis aliquid pendit. Cumque essent tantum elongati, q. erant in loco tuto. David clamauit fortiter. Euigila Abner. Abner autè enigilatus respòdit. Quis es tu qui clamas, & inquietas regem? Et respondit David. Digni estis morte, quoniam malè custodistis dominum vestrum regem. Ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regem. Nunc ergo vide, vbi sit hasta regis & cyphus aquæ qui erat ad caput regis. Tunc excitatus Saul cognouit vocem David & dixit Num est vox tua hæc fili mi David? Et ait David Vox mea est, domine mi rex. Quid enim mali feci? quare me persequeris? Ecce dedit te Deus in manu mea hodie, & nolui extendere manum meã in te &c. Et ait Saul. Peccaui, nequaquam tibi vitra malè faciam, eo quod fuerit anima mea præciosa in oculis tuis. Et recessit Saul. Tunc ergo David videns iniquitatem illorum qui distabant eum apud regem illos increpans fecit istum psalmum. Per hunc spiritu propheticò prædicans multa alia futura. Sic ergo primo dicã sensum historicum. Secundò sensum propheticum. Quantum ad primum psal. iste diuiditur in duas partes. Quia David primo ostendit Saulis & suorum malitiam. Secundò ostendit pœnam eis debitam. *Dens comeret &c.* vt. N. Quantum verò ad sensum propheticum, patet expositio tituli per expositionem tituli immediatè præcedentis. Intentio psal. est mouete omnes, ne quis Christo contradicat, sed vt vero regi obediat sibi. Et secundum hoc psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primò Iudæorū exprobat malitia. Secundò peruersorum demonstrantur supplicia, ibi. *Dens ceteret.* Tertio ex hoc deuotorum explicatur lætitia ibi. *Lætabitur iustus.* Prima pars diuiditur in partes quatuor: quia ponit primo Iudæorum in seipsis demonstrata contradicatio. Secundò ipsorum iniquitatis exquisita operatio, ibi. *Et enim in corde Alienari.* Quartò ipsorum in peccatis indurata obstinatio, ibi. *Furor.* Quantum ad primum sciendum quod Iudæi de Christo in seipsis contradicant: quia labiis iusta & vera de Christo prædicabant, contra ipsum corde dolos cogitabant, vt puta: quando ad ipsum adduxerunt mulierem deprehensam in adulterio, quando ad ipsum miserunt discipulos cum Herodianis dicentes. Magister scimus quia verax es &c. Ipsi enim vera loquebantur: sed corde ipsum persequebantur. Istos ergo reprehendens dicit. (*Si vere vtique iustitiam loquimini.*) quare non rectè corde iudicatis. Et vocat istos nõ homines, sed filios hominum: quia ipsi non viuebant vt homines secundum dictamen rectè rationis, quamuis essent filij hominum, id est, sanctorum prophetarum & patriarcharum. Vnde notadum quod aliqui sunt homines & filij hominum: vt boni nati de bonis aliqui neque sunt homines, neq; filij hominum: vt mali nati de malis. Alij sunt homines, sed non filij hominum, vt boni nati de malis, alij sunt filij hominum, sed non homines: vt mali nati de bonis: de quibus dicitur Psal. 4. Filij hominũ vsque quo graui corde &c. Et isto modo hic Iudæos vocat

Iustitia

vocat filios hominum. Vel aliter, vbi notandum quod vera iustitia non stat in verbis, sed in factis, si idem sit in corde quod in ore, & per facta cognoscantur verba. Quilibet enim in corde suo naturaliter iustitiam habet scriptam. Vt puta quod tibi vis fieri, alteri facias: & quod tibi nõ vis fieri, alteri non facias. Hanc etiam iustitiam quilibet loquitur ore, sed factis multi contradicunt. Et tales loquuntur iustitiam, sed non verè: quia aliter agunt quàm loquuntur. Et ad hoc glossa ponit exemplũ dicens. Interrogatus quod sit melius, an aurum, an fides. Indubiè corde & ore præponis auro fidem. Sed amicus tuus nullo teste, aurum tibi commendauit, discedit & mortuus est, filium heredem reliquit, qui ignorat quod tibi commendauerit pater, & cogita te similiter alteri aurum commendasse, nullo alio sciante, & te filium reliquisse. Quid velles filio tuo, à tuo amico præstari? Responde quod tibi respondet cogitatio. Et hoc idè tu iudica cum filio amici tui. Statim enim respondebis quod propter aurum fides non est neganda. Sed aliud iudicat auaritia, qua cogitas aurum negare hæredi amici tui. Aure locutus es, & cognouisti meliorè esse fidem. Et modo auaritia corruptus, melius dixisti esse aurum. Nõ sic iudicasti, vt locutus es, vera locutus es: sed falsa iudicasti. Veritas iubet omnes loqui iustitiã, ne dicantur iniusti. Veritas omnibus clamat. *Si vere vtique iustitiam loquimini.* id est si non false, si nõ aliud in labiis, & aliud in voluntate. *Rectè iudicate filij hominum.* id est auro & cæteris aliis fidè præponite, & alia huiusmodi, aliter enim hypocritæ estis, quasi Iudæi dicat Christus. Si dicitis mihi. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Et nostri quod veraci mors nõ est intentanda, quare ergo quæritis mortè meam? Sed Iudæi sic de Christo iudicauerunt, vt hêtè de ipso locuti probentur verbis suis illaqueantur & accusantur. Et hanc sententiam ponit sapiens. Eccl. 31. dicens. Intellige quæ sunt proximi tui ex te ipso, id est ita iudica de proximo tuo sicut de te ipso velles rectè iudicari, vel sicut recta ratio in te ipso dicat esse iudicandum.

Eccl. 31.

929

**Etenim in corde iniquitates operamini in terra, iniustitias manus vestræ concinnant.**

Hic consequenter ponitur iudæorum exquisita iniquitas. Vbi notandum quod sicut malæ locutiones procedunt ex corde malo, consimiliter & malæ operationes dicente Christo. Marth. decimo quinto. De corde exeunt cogitationes malæ, furta, homicidia, adulteria. Vnde fundamentum omnis malæ locutionis & operationis manet in corde, propter quod dicit Philosophus. quod vnusquisque talia operatur & dicit, qualis est. Et ideo causam malignitatis Iudæorum contra Christum ostendens esse malitiam cordis eorum, ait hic. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra.* quasi dicat. Ideo opera vestra exteriora sunt mala: quia prius in corde vos iniquitates operamini, quæ postea operibus adimpletis: quia opera vestra prauæ cogitationi correspondent: quia manus sequitur cor. Et sic peccator operis peccatò cordis adiungitur. Et hoc est quod subdit. *Iniustitias manus vestræ concinnant.* id est coniungunt. Vnde alia litera habet. *Iniustitias manus*

Philosophus  
1. ethicorum

Filij hominũ  
qui dicuntur

Psal. 4.

vocat

*vestræ concinnant.* quia, scilicet peccatorum peccato adiungunt. Et attende quod Christus volens demonstrare, quod omnia, ista agebant contra ipsum, dicit. *Iniquitates operamini in terra.* scilicet in me quem hominem quo ad corpus de terra factum conspicitis. In terrã ergo, scilicet, in corpus Christi operabantur mala, sed non in animam. Vnde de terra corporis Christi dicitur. Terra data est in manus impij. Quod ad propositum exponens Greg. 9. mora. cap. 21. ait. Quid enim terrarum nomine, nisi caro Christi exprimitur? Quis appellacione impij, nisi diabolus designatur? Huius impij manus fuerunt hi, qui in redemptoris nostri morte grassati sunt. Terra itaque data est in manus impij, quia antiquus hostis redemptoris nostri mentem corrumpere per se tentando non valuit, sed eius carnem per suos satellites ad triduum permittit extinxit, & dispensationi supernæ pietatis, nesciens ex ipsa permissione seruiuit. Tribus enim tentationibus redemptorem nostrum pulsans, corde tentare non valuit, sed tamen suas manus ad mortem carnis eius excitauit. Cum enim cohortem atque pontificibus & Pharisæis ministros tradidit nimirum iste impius tunc manus ad terram terendit. Huius certè manus sacerdotes & principes, Pilatus atque illulores milites fuerunt &c. Et hæc omnia notans Christus dicit. *Etenim in corde iniquitates operamini in terra.* Sed hic glossa quæstionem mouet dicens. Si iniquitas manus, iniquitati cordi desit, nunquid sine culpa erit? Respondet quod non: quia quicquid vis, si non potes, factum Deus imputat. Verum quia hic dicitur. *Etenim in corde iniquitates operamini.* forte dices. Nunquid diabolus malas cogitationes & iniquitates in cordibus nostris operatur? Et videtur quod sic. Nam de Iuda dicitur. Cum diabolus iam misisset in cor Iudæ, vt traderet eum. Ad oppositum videtur Christus dicens. Matthæi decimo quinto, quod de corde exeunt cogitationes malæ, &c. ex quo patet quod à corde oriuntur, non à Diabolo. Respondeo, quod diabolus malarum cogitationum auctor non est, sed cum illas ex actibus nostris in corde nostro esse natas perspexerit, illas suis tentationibus fouet & nutrit. Vnde Hieronymus exponens prædicta verba Christi dicit. Arguendi sunt ex hac sententia, qui malas cogitationes à diabolo immitti putant, & non ex corde nasci & propria voluntate. Diabolus enim adiutor & incensor malarum cogitationum potest esse, auctor autem esse non potest. Si autem diabolus semper in insidiis positus, leuem cogitationum nostrarum scintillam suis fomitibus inflammauerit, non debemus opinari, eum occulta quoque cordis nostri rimari, sed ex corporis habitu & gestis exterioribus æstimare, quid in nostra corde versetur interius. Verbi gratia. Si pulchram mulierem crebrò nos viderit inspicere, intelligit ab oculis, cor maculatum esse luxuria. Ad auctoritatem autem in oppositum: quia cum misisset diabolus in cor iudæ, &c. & ad omnes similes dicendum quod non debet intelligi quod diabolus illas malas cogitationes faciat, sed quod suis suggestionibus ad illas ex corde germinandas prouocat. Vnde illa immisio quando diabolus immisit in cor Iudæ &c. fuit quadam persuasio. Vnde Augustinus super Ioan. exponens illa verba dicit.

Te carere  
est ista

Tob 9.  
Gregor. 9.  
mora 1. 21.

Questio.

Cordis cogitatio.  
Diabolus.

Ioan. 13.

Matt. 15.

Hieronymus  
Matt. 15.

August.

Missio ista suggestio spiritualis est, & non fit per aurem sed per cogitationem. Diabolicæ enim gestiones mittuntur humanis cogitationibus, factum ergo iam fuerat in corde Iudæ, scilicet per diabolicam suggestionem, vt magistrum traderet discipulus.

930  
12. q. 1. omnis  
et ad.

**Alienati sunt peccatores à vulua errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.**

Alienati  
Vulua.

Hic punitur Iudæorum à suis patribus antiquata diuisio. Antiqui enim Iudæorum patres, sicut Abraham Isaac, & Iacob, toto corde desiderabant Christi aduentum in carnem, qui spiritu prophetico venturum sciebant, Christo dicente. Multi reges & prophete voluerunt videre, quod vos videtis, &c. Isti autem à fide parentum alienari, Christum videre nolebant, sed ipsum toris conatibus persequebantur. Quod de ipsis notans psal. ait. *Alienati sunt peccatores à vulua.* Quid enim nomine vuluæ quæ fetum concipit & parit, nisi antiqui patres à quibus Iudæi persecutores Christi, concepti fuerunt & geniti. *Alienati ergo sunt à vulua.* id est alieni à suis patribus effecti, propter quod de ipsis dicitur psal. 17. Filij alieni, scilicet effecti à patribus mentiri sunt mihi &c. versic. 24. 6. Alienati ergo à patribus mentiri sunt: quia contra dictamen conscientie ipsorum Christum persequebantur. Et hoc est quod subdit. *Errauerunt ab vtero.* id est discordauerunt à mente & conscientia sua. Vbi notandum quod vteri nomine mens nostra siue conscientia designatur, vt ostendit Greg. 12. mora. c. 28. dicens. In sacro eloquio vteri nomine mens nostra solet intelligi. Hoc est enim quod per Salomonem dicitur. Lucerna domini spiraculum hominis, qui inuestigat omnia secreta ventris. Lux enim gratiæ quæ desuper venit, spiraculum præstat homini ad vitam, quæ scilicet lux omnia secreta ventris inuestigare dicitur: quia occulta nostræ mentis penetrat, vt ea quæ de seipsa latebant, anima ante eius flendo oculos reducat. Hinc Hieremias ait. Ventre meum doleo. Qui vt ostenderet quid dixisset ventrem suum, adiunxit. Sensus cordis mei turbati sunt. Vteri itaque nomine recte mens accipitur: quia sicut proles in vtero concipitur, sic cogitatio in mente generatur. Et sicut in ventre cibi, ita continentur in corde cogitationes. Et de vtero mentis dicitur Iob 15. Vterus eius preparat dolos. Quid est errare ab vtero, nisi discordare verbis vel factis à propria conscientia vel mente: quod Iudæi faciebant erga Christum: quia dictante ipsorum mente, quod ei nihil dignum morte erat apertum, ipsi clamando dixerunt. Reus est mortis. Tolle tolle crucifige eum. Et sic locuti sunt falsa: quia verbis discordabant à mente. Vnde ipsos à parentibus alienatos ostendens Christus, dicit. *Quæritis me interficere, hominem qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit, vos facitis opera patris vestri, scilicet diaboli, &c.*

Psal. 17.

Vterus dicitur mens.

Greg. 12.  
mora. c. 28.

Hiere. 4.

Iob 16.  
Errare ab vtero.

Iohn 8.

931  
11. q. 3. quæ  
singula.

**Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis furdæ, & obturantis aures suas.**

Hic consequenter ponitur ipsorum in peccato

tis obstinatio. Ad cuius euidenciam sciendum, quod vt dicit magister de proprietatibus rerum libro vndecimo, quod aspis serpens quando prouider incantatore suum carminibus ipsam euocare de cauerna volentem & sibi soporem immittere, vt arripit carbunculum, quem gerit in fronte, ille nollens exire, aurem vnam ponit in terram fixam, & alteram cauda obturat, ne voces magicas audiat incantatoris. Per hanc ergo similitudinem vult psalmista ostendere induratum Iudæorum obstinationem contra Christum: quia ipsi ne audirent verba prædicationis eius & apostolorum, ad modum aspidis aures suas obturabant, vnam terra, aliam cauda. Quid enim mouit eos contra Christum, nisi terra id est terrenorum cupiditas, ne, scilicet perderent dominium & bona terrena? Vnde & Caiphas consulendo dicebat. Si dimittimus eum sic, venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Aliam vero aurem clausurunt cauda. Quid enim per caudam, nisi hypocrisis, & falsa simulatio intelligitur? Quia sicut cauda turpitudinem animalis cooperit & posteriora. Sic Iudæi Christi tempore hypocrite falsa simulatione verborum & signorum exteriorum occultabant malitiam contra Christum conceptam. Veniebant enim ad Christum multotiens in vestimentis ouium, sed intrinsecus erant lupi rapaces. Vnde de tali hypocritarum cauda dicitur. Longeuus & honorabilis ipse est caput, propheta docens mendacium ipse est cauda. Ipsi enim erant falsi prophete: quia simulabant quod non erat & sic toto corpore mentiebantur. Vnde Gualfredus, super illud psalmi. Odisti gentes qui operantur iniquitatem, ait. Si graue est solo ore mentiri, quanto grauius toto corpore. Toto si quidem corpore mentitur hypocrita cauda cooperire suas turpitudines volens: quia simulat sanctitatem vitæ, cuius veritate caret, de quo dicit dominus. Propheta docens mendacium ipse est cauda. Sic ergo Iudæi ad modum aspidis vnam aurem terra, id est, cupiditate terrenorum, aliam cauda, id est, falsa simulatione obturabant, ne Christum prædicantem audirent, sed in sua malitia potius obstinati remanerent. Et hoc est quod dicit. *Furor illis.* Vocat enim iram obstinatorum furorem: quia irrecucabilis est, secundum similitudinem serpentis, sed quia variè sunt naturæ serpentis declarat de quo serpente intelligat dicens. *Sicut aspidis furdæ & obturantis aures suas.* Sic enim non solum ad vocem Christi obturabant aures suas, ne ipsum audirent, sed etiam ad vocem apostolorum & discipulorum. Sic enim ad vocem Stephani (vt dicitur act. 7.) continuerunt aures suas & impetum fecerunt, scilicet ne audirent prædicationem. Et hoc est quod subditur.

**Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.**

Incantatores proprie sunt vt dicitur. 24. quest. 4. igitur, qui artem verbi peragunt. Sic ergo Christus & apostoli erant incantatores, qui arte verbi scilicet prædicationis, audientes conuerterebant ad Deum. Et hoc sonat vocabulum incantator, id est

id est intus in corde cantator. Et sic quando arte verborum quis alium conatur ad bonum ducere, dicitur incantator bonus, quando vero ad malum malus. Sed vt plurimum incantator in malum accipitur, licet hic in bonum accipiatur. *Et venefici incantantis sapienter.* Vbi aduerte quod veneficus dicitur faciens venenum vel componens, venenum autem cum sit res frigidissima, directè opponitur sanguini, & sic dicitur à vena: quia contrarium venæ quæ sanguinem continet. Quid ergo notat venenum, nisi frigidam poenitentiam & paupertatis viam, quæ carni & sanguini contrariatur, & viam mortificat corporalem? Veneficus erat ergo Christus, venefici erant apostoli, qui tale venenum prædicando conficiebant docentes asperitatem poenitentiae. Et vt ostendat quod loquitur hic de venefico in bonum, dicit. *Et venefici incantantis sapienter.* vnde glo. Sicut enim aspis non audit incantantium vocem, ne educatur ad lucem. Sic & Iudæi audire noluerunt Christi vocem & apostolorum, qui sunt incantatores sapientes, vt ad lucem exirent. Sicut de ipsis dictum est. Aures habent & non audient. Hic propter hoc quod dicit quod non exaudiet vocem incantantium, cadit quæstio scilicet, vtrum incantationes vel obseruationes ordinatæ ad immutationem corporum, puta ad sanitatem vel aliquid huiusmodi, sint licitæ, vide secundam secundæ. q. 96. articulo 2.

**Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum, molas leonum confringet dominus.**

Hic consequenter demonstratur poena Iudæis debita. Notatur autem hic quadruplex poena eis debita. Prima quia mendaces ostenduntur. Secunda per mundum dispergentur, ibi. *Ad nihilum deue.* Tertia lumine priuabuntur, ibi. *Sicut cera quæ fluit.* Quarto aeterno igne cremabuntur, ibi. *Prinsquam.* Quantum ad primum sciendum quod dupliciter Iudæi Christum persequebantur, scilicet quandoque dolose & occultè, sicut quando volentes eum capere in sermone, miserunt discipulos cum Herodianis, dicentes, Magister, &c. Quandoque apertè, sicut quando ante Pilatum clamabant, dicentes. Tolle tolle, crucifige eum. Ioann. 19. Et per omnia ista intendebant Christi nomen & fidem delere, cuius tamen oppositum euenit. Vnde propter persecutionem dolosam comparantur aspidi, sed propter apertam leoni. Primo ergo propter persecutionem occultam & dolosam comparantur aspidi. Cuius ratio est. Nam vt dicit magister de proprietatibus, Aspis nõ nocet Aphris, quamuis ore venenum immittat. Vnde volentes Aphri pueros de se natos probare eos obiciunt aspidi, si de ipsorum semine fuerint, aspis nil nocet eis, si adulterinus, mox ipsum interimit. Sic conformiter est de dolosa persecutione, quæ ab adulatione incipit, quæ non nocet Aphris, Aphri enim fuit vnus ex posteris Abraham, natus de Cetura. Abraham autem qui interpretatur pater multarum gentium, significat ipsum Deum omnium creatorem, cuius filios probat adulatione: quia si talis sit filius Dei, adulatio sibi non nocet, quia per ipsam non inflatur, si autem ex alieno, s. diabolo sit genitus, statim per superbiam

erigitur & interficitur per peccatū. Ideo de iustis qui aspitem adulationis non timent dicitur psal. 90. Super aspidem & basilicum ambulabis. Vnde superius Iudæos adultores aspidi comparat, dicens. Furor illis &c. sicut aspidis furdæ. Secundo propter persecutionem apertam comparatur leoni, qui apertè sauit vt rapiat & deuoret, ppter quod de ipsis dicitur. Susceperunt me sicut Leo, paratus ad prædam. Vnde prima pars istius versus refertur ad persecutionem occultam, cum dicit. *Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum.* Dentes eorum. l. aspidum. Vnde gl. *Deus conteret dentes.* &c. i. ipsorum verba dolosa, quibus est furor vt aspidis. Et hoc in ore ipsorum. quia in verbis suis capiet eos, ore enim suo contra se dicunt, dum laudant, quæ perdere volunt. Cõsequenter eos comparat leonibus ratione persecutionis apertæ, dicens. *Molas leonum confringet dominus.* Vbi glo. *Molas leonum confringet.* id est apertas clamaciones ipsorum mortis Christi, quas Iudæi fecerunt ne ad effectum veniant, quibus fidem Christi extinguere conabantur. Nota ergo quod aspides erant Iudæi, dum insidiosè tentabant, sed leones dum apertè mortem Christi clamabant. Sed horum dentes & molæ fractæ sunt, quando Christus surrexit, & omnes illos ostendit fuisse mendaces.

**Ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrens, intendit arcum suum, donec infirmetur.**

Hic ponitur secunda poena, scilicet dispersio nis per mundum. Vbi aduerte, quod secundum naturales, omnis virtus vnita fortior est seipsa dispersa, sicut exercitus qui congregatus in vnum fortis est, dispersus nullius est virtutis. Sic & Iudæorum populus, dum esset vnitus cum Deo, fortis erat, sed per peccatum contra Christum commissum à Deo diuisus deuenit ad nihilum: quia propter hoc etiam à Romanis principibus fuerunt de propria terra abiectioni traditi & venudati, sic quod ipsorum potestas admodum aquæ decurrentis fuit lapsa. Quod præuidens propheta de Iudæis ait. *Ad nihilum reuenient tanquam aqua decurrens.* Primò ergo ad nihilum vt aqua decurrens deuenerunt Iudæi, & hoc in seipsis per peccatum: quia ad modum aquæ decurrentis instabiles sunt effecti. Peccator enim rectè aquæ comparatur, propter suam instabilitatem. Vnde de ipso dicitur Iob 24. quod leuis est super faciem aquæ. Quod ad propositum exponens Gregor. dicit. Aquæ enim superficies huc illucque aura impellitur, & nulla stabilitate solidata, passim mouetur. Peccatoris ergo mens & iniqui plusquam aquæ superficies leuis est: quia quælibet hanc aura tentationis attigerit, sine tarditate aliqua pellit. Si enim cordis fluxum cuiuslibet peccatoris cogitemus: quid aliud quàm in vento positam aquæ superficiem cernimus. Nunc namque illum aura impellit iræ nunc aura luxuriæ, nunc aura inuidiæ, nunc fallaciæ pertrahit. Super faciem ergo aquæ leuis est peccator, quem quilibet erroris ventus impellit. Vnde bene per psalmistam dicitur. *Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.* Vt rota quippe ponuntur iniqui: quia in circuitu laboris missi, dum ea quæ ante sunt negligunt: & ea quæ de-

Psal. 90.

Leo.

Psal. 16.

934

Aqua.  
Peccator.

Iob 24.  
Greg. 11. 16.  
cap. 30.

Psal. 82.



ferenda sunt sequuntur, ex posterioribus eleuantur & in anterioribus cadunt. Qui recte quippe stipulae ante faciem venti comparantur: quia irruente aura tentationis, dum nulla subnixi sunt grauitatis ratione eleuantur vt corruant. Et saepe eo se alicuius meriti existere existimant, quo eos in alta flarus erroris portat. De quibus nunc ait psalm. *Ad nihilum deuenient sicut aqua decurrens.* Secundo hoc exponitur de ipsorum dispersione per mundum facta per Titum & Vespasianum, quae vsque hodie durat. Verum quia aliqui Iudaeorum à Deo erant praedestinati, ideo de ipsorum conuersione dominus sollicitus ostenditur. Vnde subditur. *Intendit arcum suum donec infirmetur.* Arcus enim Dei dicitur scriptura sacra & verba ipsius Dei, quae corda hominum feriunt à remotis, vt superius patet versiculo 76. Arcum ergo suum ad conuersionem electorum dominus intendit, quando per scripturam vel praedicationem suam electos ad fidem conuertit donec deposita omni superbia humiliter Christo subiiciantur, sic enim retendit arcum suum, dum terrens Saulum persecutorem ipsum ad terram prostrauit. Et sic statim infirmatus à sua superbia, humilis fuit factus. Vnde gloss. *Intendit Deus arcum suum.* id est, verba scripturae sacrae, quibus minando peccatoribus ipsos terret. Et hoc donec infirmetur, id est, conuertantur. Vt Saulus infirmatus est audiens. Saule Saule quid me persequeris? Vnde statim respondit. Domine quid me vis facere? Qui enim dixit, Saule Saule, arcum retendit de caelo.

Arcus sicut infirma

etiam 9.

935

Sicut cera quae fluit auferentur supercecidit ignis, & non viderunt solem.

Cera.

4 ap. 2.

9 ap. 2.

Hic ponitur tertia poena, scilicet quod Iudaei lumine Dei priuabuntur. Ante enim Christi passionem & resurrectionem, solum in Iudaea notus erat Deus, sed per Christi passionem & resurrectionem caeci fuerunt illuminati & videntes caecati: quia gentes fidem receperunt, & Iudaei qui legem habebant excacati fuerunt, non quidem ab ipso Christo, sed ab ipsorum malitia, quoniam vt habetur Sapient. 2. Excacauit illos malitia ipsorum. Et hanc caecitatem ponens dicit *Sicut cera quae fluit, auferentur.* Haec pars expectat ad praecedentem versiculum, declarans quomodo propter peccatum mortis Christi: ipsi expellerentur de terra sua, vagabundi per orbem. Sicut enim cera calida fluens, nullam habet stabilitatem, sed decurrit semper ad loca inferiora. Sic Iudaei per peccatum mortis Christi, ad modum cerae quae fluit instabiles effecti, ad loca inferiora descenderunt: quia de libertate adseruitutem, à tertia promissionis haereditaria eis data, ad seruitutem Christianorum. Et hoc quantum ad primam partem versiculi praecedentis. Quantum vero ad secundam partem, quae est, *Intendit arcum suum donec infirmetur.* ostendens qualiter infirmabuntur, dicit. *quod sicut cera quae fluit à facie ignis.* Pro cuius declaratione notandum, quod per ceram significantur operationes trium virtutum, quae proprie tribus vitiis principalibus opponuntur. De quibus dicitur. 1. Ioan. 2. Omne quod est in mundo &c. Nam in

cera significati vide bonitatis mitatem praecororum legis impletuam, quoad Deum, contra superbiam. Puritatis castitatem vitiorum exclusiuam quo ad se, contra luxuriam. Pietatis charitatem proximorum protectiuam, quod ad proximum, contra auaritiam. Primum in cera vide bonitatis humilitatem &c. Vt enim dicit magister de proprietate re, libro 19. Inter alias cerae proprietates vna haec est, quod cera calori non resistit, sed liquefit. Et in hoc significat humilitatem quae calore ignis Spiritus sancti non resistit per superbiam, sed statim liquefit, diuinae voluntati se totaliter subiiciens. Cera enim calefacta, ad libitum facilliter ducitur. Et similiter humilis sine resistentia praecipit Dei obediens, ducitur facilliter. Propter quod sponsa calefacta igne diuini amoris dicit. Can. 5. Anima mea liquefacta est, vt dilectus locutus est. Quid enim est dilectum nostrum nobis loqui, nisi sponsum Christum nostrae dilectionis terminum, praecipit sua nobis inspirare? Ad cuius vocem anima liquefit, quando sine resistentia omnibus suis praecipit se subiicit, vt meritò tunc dicere possit illud psal. 21. Factum est cor meum tanquam cera liquefens in medio. Et aduerte quod non solum virtus humilitatis in cera significatur, sed etiam praemium ei debitum, quod est exaltatio. Lucae 14. Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Nam secundum magistrum libro 19. Cera inter caetera hoc habet proprium, quod inter omnes liquores supernaturat, & cum calefcit, ad fundum non descendit, sed potius tendit semper sursum, quod faciunt aliqua partes igneae & aereae, quae praedominantur in cera. Sic & verè humilis ex igne dilectionis diuinae & aere qui dominatur terrae, scilicet ratione carni dominante, quae in se humilis includit, semper tendit ad superiora. Cuius figuram gessit ille primus pater noster Helias, quando in curru igneo per aeternum ascendit in caelum. 4. Reg. 2. Helias enim interpretatur Dei dominatio, & significat humilitatem quae Dei dominationi se totaliter subdit. Secundo in cera vide castitatis puritatem. Nam ipsa cera producitur ab apibus, quae nunquam violant castitatem, sed semper virginitatem conseruant. Et non solum ex hoc significant castitatem, sed etiam ex vtilitate consequente. Nam fructus & vtilitas castae puritatis, est diuina visio. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et quid clarius designat Dei visionem, ipsa cera quoniam ex ipsa cerei conficiuntur & nutritur lumen. Ad denotandum quod virtute puritatis lumen spirituale nutritur, quo Deus à mundo corde cernitur. Tertiò in cera vide pietatis charitatem, quod patet. Nam tria maximè debet quis ex pietate proximo impendere, quae significantur per ceram: quia quilibet debet proximum ab aduersis defendere, de secretis non prodere, de agendis instruere. Primum patet, quoniam Ecclesiastes decimo septimo. Vnicuique mandauit Deus de proximo suo, scilicet vt proximo suo miseretur. Et hoc significat cera, quoniam vt patet per magistrum vbi supra, pannus lineus cera infectus, libris & aliis rebus inuolutus, virtute cerae omnia inuoluta custodit ab aqua. Sic & homo cera charitatis infectus proximum infra se recipiens, ipsum ab aduersis custodit. Vnde cuiuslibet nostrum dicitur. Ecclesiastes quarto. Libera eum,

4 ap. 1.

Humilitas

Can. 5.

Psalm.

Luc. 14.

4. Reg. 2.

Capitulum

Matth. 5.

Ecc. 17.

Ecc. 4.

eum, qui iniuriam patitur, de manu superbi. Secundum patet Proverb. 11. Qui fidelis est, celar amici consilium. Et hoc significat cera: quia ipsa litterarum secreta sigillo occultantur. Tertium patet: quia cera renebris lumen ministrat. Ad propositum ergo de praedestinatatis conuertendis, de quibus statim supra dixit. *Intendit arcum suum donec infirmetur.* Nunc ostendens ipsorum conuersionis modum dicit, quod sicut cera quae fluit auferentur scilicet de statu superbiae per humilitatem munditiae, per castitatem, auaritia, per liberalitatem. Sed de malis Iudaeis subditur tertia poena eis debita, cum dicitur. *Super cecidit ignis, & non viderunt solem.* Nihil enim tantum intellectum spirituum lumine priuatur: sicut peccatum. Sopho. 1. Ambulabunt vt caeci, quia domino peccauerunt. Sic & Iudaei peccatis subditi, lumen legis perdidit: vt legem & Prophetas de Christo dictas non intelligerent, quod notat hic psal. dicit. *Super cecidit ignis.* scilicet, peccati illis, & ideo non viderunt solem scilicet, Christum, qui est Sol iustitiae. Per ignem enim peccatum significatur. Prouer. 6. Non potest homo abscondere ignem in sinu suo: vt vestimenta eius non ardeant: sic qui ingreditur ad mulierem proximi.

11. 1.

Sopho.

Prouer. 6.

936

Spina. Rhamnus. Peccatum.

Priusquam intelligerent spinam vestrae rhamnum: sicut viucentes sic in ira absorbet eos.

Hic ponitur quarta poena: quia aeterno igne cremabuntur. Ad cuius euidentiam sciendum, quod secundum gramaticos rhamnus est genus spinarum: & (vt dicitur) est spina alba: quae in herba est mollis & pulchra: sed postea efficitur spinis plena & aspera. Per istam ergo herbam intellige peccatum quod à principio delectat peccatorem & mulcet: sed postea tristat in spinis quae pungit, quia ad aeternum cruciatum peccatoris, deducunt. Et de isto rhamno dicit Iudaeis. *Priusquam intelligerent spinam vestrae rhamnum.* id est priusquam intelligeretur & cognosceretur scilicet, per experientiam, quod spinae vestrae id est, poena aeterna causaretur per rhamnum scilicet per peccatum. id est priusquam habeant experientiam de poena aeterna per peccatum causata, *Sicut viucentes, sic in ira absorbet eos.* id est, dum sunt adhuc in vita ista viucentes. Et dicit sicut viucentes, & non dicit simpliciter viucentes: quia non est vera sed falsa vita peccatorum: quia videntur viuere, cum non viuunt: quia principalis ipsorum pars scilicet, anima mortua manet, dum enim sicut viuunt, sicut in ira absorbet eos: quia Deus contra illos iratus ipsos absorbet tollendo de mundo: ipsos absorbet, eos tradens spinis scilicet, aeternis tormentis. Et notanter de Deo dicit, sic in ira: & non simpliciter in ira: quia Deus tranquillus iudicat: qui tamen damnandis dicitur iratus: quibus ad modum irati se habet illos puniendo.

937

17. 1. 17. 1. 17. 1.

17. 1. 17. 1. 17. 1.

Letabitur iustus, cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.

Haec est tertia pars, in qua deuorum explicatur laetitia de punitione malorum. Vbi aduertendum quod iusti & beati malos in tormentis videntur,

dentis: ipsis nullatenus compatiuntur: sed magis ex consideratione poenae ipsorum laetitia sumunt occasionem, quod ostendit magister lib. 4. dist. 50. d. Cum sancti malos in tormentis videntur: nonne aliqua compassione erga eos mouentur? Nonne eos de tormentis liberare cupiunt? Et respondet. Recole illud euangelij, quod illi diuiti existenti in tormentis Abraam respondit. Inter nos & vos chaos magnum firmatum est: vt illi qui volunt hinc ad vos transire, non possint: nec hinc inde transire. Quid est illud chaos inter bonos & malos, nisi hinc iustitia, inde iniquitas, quae nullatenus sociari valent? Adeo enim isti diuinae iustitiae additi sunt: vt nulla compassione ad reprobos transire valeant, nulla pro eis inter sanctos fiat intercessio. Quomodo ergo inde volunt aliqui transire, & non possint? Non quia velint, & non possint, sed quia etiam si vellet, non possent eos inuare. Et infra. Apud animam iustorum non obfuscat beatitudinem inspecta poena reproborum, quae vbi iam compassio miseriae non erit, diminueret beatorum laetitiam non valebit. Et licet iusti sua gaudia sufficiant, ad maiorem tamen ipsorum gloriam vident poenas malorum, quas per Dei gratiam euaserunt. Vnde scriptum est. *Letabitur iustus, cum viderit vindictam.* Consimiliter istum versum exponit Grego. super illud Iob. 5. In vastitate & fame ridebis, dicens. In vastitate & fame iustus ridebit, quia cum iniquos omnes extrema ultio percutit, ipse de gloria Dignae retributionis hilarescit. Nec damnatis iam nunc ex humilitate compatitur, quia diuinae iustitiae per speciem inherens, inconcussio discretionis intimae vigore solidatur. Erectas namque in claritate supernae rectitudinis electorum mentes nulla miseria afficit, quia has in miseriis altitudo beatitudinis alienas reddit. Vnde bene per psalmistam dicitur. Videbunt iusti: & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. Iniquos enim nunc iusti vident & metuunt tunc visuri sunt & ridebunt, quia enim modò labi ad eorum mutationem possunt hinc habent formidinem, quia vero damnatis tunc prodesse nequeunt, illic non habent compassionem. Aeterno itaque supplicio deditis, non esse miserendum, in ipsa qua beati sunt iustitia iudicatis legunt. Qui quod suspicari fas non est, qualitate sibi perfecte felicitatis imminuunt: si in regno positi volunt quod implere nequaquam possunt. Vnde bene dicitur *Letabitur iustus, cum viderit vindictam.* Manus suas lauabit in sanguine peccatoris, quod ideo dicit: Non quod sanguis manus lauet: sed amplius deturparet. Sed quia sicut docet experientia: contraria iuxta se posita magis elucescunt. Itcirco tunc manus id est opera beatorum comparata sanguini id est, peccatis damnatorum pulchriora videbuntur: quia iustus comparatus impio pulchrior apparet. Vnde istum versum exponens Adam inde perseuerantia dicit. *Letabitur iustus cum viderit vindictam.* & c. Letabitur inquam, sed cur manus suas lauabit in sanguine peccatoris? Non inquinabit sanguine sed lauabit: vt unde ille cruentus magis, inde ipse mudiior videatur: vnde ille plus sordet, iste pulchrius elucescit. Sic nimirum sibi inuicem collata contraria, suum quidem vtrumque videtur suscepisse augmentum aliquod qualitatis. Vt album nigro si confusas: & illud candidius, & istud tetrus apparebit. Nec tibi durum videatur,

Grego. 6. mora. c. 20.

videatur, quod ridebis in interitu impiotum. Ridebis certe. Non quod velut quadam immanitate crudelitatis in ipsa tibi ultione complaceat: sed quod modus ipse pulcherrimus diuinæ ordinationis, vltra quam credi possit, iustitiæ zelatorem & amatorem & æquitatis oblectet.

937

**Et dicet homo: si utique est fructus iusto, utique est Deus iudicans eos in terra.**

Hic ex omnibus præmissis concluditur diuina iustitia, iustus enim iudex non personas hominū sed merita attendere debet, vt sicut malis supplicia, sic & bonis præmia largiatur. Sic autem faciet Deus. Et hoc est quod dicit. *Et dicet homo, scilicet, quilibet rationalis Deum esse iustum: quia sicut dabit bonis præmia, sic & malis supplicia.* Vnde subdit q̄ dicit, si pro quia quia sic est: *si utique est fructus iusto, scilicet, quia, iust⁹ de sua iustitia, habet fructum & præmium.* Sic *utique est Deus iudicans eos. I. malos in terra.* scilicet, in inferno, qui terra dicitur, quia in medio terræ situatus, Job. 10. Terra miseriarum & tenebrarum, vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Quia hic agitur de damnatorum pœna. Quæro vtrum damnati in pœnis, velint se peccasse. Egidius distin. 50.

Job. 10

Questio.

PSALM. LVIII.

938  
1173. Ad mensam.

**Ripere me de inimicis meis Deus meus: & ab insurgentibus in me, libera me.**

Huius psalmi titulus est. *In suam ne corrumpas vel disperdas David in tituli inscriptione, quando misit Saul & custodiuit domum eius, vt interficeret eum.* Expositio istius tituli quod ad primam partem patet per expositionem tituli psal. 56. versu. 915. quæ dicit. In finem ne disperdas David in tituli inscriptione. Pro declaratione vero sequentis partis est notandum, quod (vt habetur, 1. Regum. 19.) semel dum David psalleret coram Saule: Saul voluit eum cum lancea interficere, sed David declinando ab ictu lanceæ euasit, & recessit ad domum suam. Tunc Saul misit nocte satellites suos vt custodirent domum David, sic quod non posset euadere: & ipsum David mane exeuntem de domo sua, interficerent: quod eum præsciuisset Michol uxor David & filia Saulis: notificat ipsi David: & deposuit eum per fenestram & abiit & sic saluatus fuit. Tunc quando David se vidit in tali periculo mortis, quia satellites Saulis domum eius custodiebant, vt ipsum interficerent, fecit istum psalmum, Deum rogans ne sic permitteret eum occidi. Et sic patet tituli sensus litteralis, quem sensum litteralem primo dicam & consequenter sensum propheticum. Quantum ergo ad sensum litteralem, iste psalmus diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò ipsius David oratio. Secundo Dei exauditiō: ibi. *Et tu Domine.* Tertio gratiarum actiō: ibi. *Ego autem cantabo.* Prima pars diuiditur in tres. Quia David orando primo allegat suam miseriam. Secundo suam innocentiam: ibi. *Neque iniquitas mea.* Tertio persecutorum malitiam: ibi. *intende ad visitandas &c.* Die vt.

1. Reg. 19.

**A**N. Quantum verò ad sensum propheticum, prima pars tituli apparet ex dictis superius in titulo psal. 56. Sed quantum ad secundam partem quæ dicit, quando misit Saul & custodiuit domum eius vt interficeret eum. Notandum quod hic domus David scilicet, Christi, dicitur Sepulchrum eius, in quo tanquam in domo quodam corpus in triduo quieuit. De quo psal. 75. In pace factus est locus eius. Saul autem rex, qui abutens interpretatur, significat principes sacerdotum qui præ aliis diuinis beneficiis abutebantur. Qui miserunt satelites, vt custodirent domum Christi, id est, sepulchrum, quando scilicet vt habetur. Matth. 27. Cõuenerunt principes sacerdotum & Pharisæi ad Pilatum, dicentes. Domine recordari sumus: quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum vsque in diem tertium &c. Et ait illis Pilatus. Habetis custodiã, ite custodite sicut scitis. Illi at abeuntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus. Sed non videtur cõcordare quod subditur in titulo scilicet. *vt interficerent eum.* quia Christus mortuus erat quando posuerunt custodes ad sepulchrum. Respondet glo, quod tunc quærebant eum interficere, non quidem corporaliter sed spiritaliter, id est, nomen eius & famam ex toto extinguere, ne crederetur in eum. Mortuus enim homo corporaliter, viuit in fama & nomine suo, sicut nomen Pauli viuit, Alexandri, Arist. Sed tamen hoc facere non valuerunt, quia surrexit Christus & viuens regnat super iudæos & gentes. Hoc ergo in spiritu præuidens Propheta, fecit istum psal. Est ergo tituli sensus. Psalmus iste in finem id est, tendens in Christum, hoc agit ne tu iudex, vel Pilate, vel alius quisque *corrumpas, vel disperdas David in tituli inscriptione.* id est, ne disperdas titulum crucis Christi, quod conabantur principes sacerdotum quado dixerunt Pilato. Noli scribere rex iudæorum: sed quia ipse dixit &c. Pilatus autem titulum non corrupit, sed confirmavit, dicens. Quod scripsi, scripsi. Et hoc fuit quod misit Saul, id est, principes sacerdotum milites, vt *custodirent domum eius.* id est, sepulchrum, vt *interficerent eum* id est, famam & fidem eius delerent. Sed ipsi sua intione frustrati sunt, & Christi nomen atque fides vbique prædicatur. Intentio psal mista est monere, ne aliquis Christo contradicat. Quantum ergo ad sensum istum, psalmus iste diuiditur in partes tres. Quia Christus orando primo adiutorium Dei patris inuocat. Secundo conuersionem gentium explicat ibi. *Intende.* Tertio conuersionem finalem iudæorum manifestat ibi. *Et scient.* Prima pars diuiditur in tres. Quia Christus primo suam necessitatem explicat. Secundo suam innocentiam allegat: ibi. *Neque iniquitas.* Quantum ad primum notandum, quod tria sunt inimicorum genera: quia quidam persequuntur verbis iniuriolis, quidam operibus perniciosis, quidam vero his non contenti, ad mortem intendunt. Et secundum hoc Christus tria facit. Quia primo orat liberari ab irrisoribus, in principio. Secundo à percussoribus: ibi. *Eripe me de operantibus.* Tertio ab occisoribus: ibi. *Quia ecce.* Quantum ad primum notandum, quod primum genus inimicorum est illorum, qui contra alios verbis insurgunt, vt blasphemando, detrahendo, false accusando. Et omnibus istis modis iudæi Christo iniuriabantur. Primo ipsum blasphemando, vt

Sepulchrum Christi.

Psal. 75.

Matth.

Psal. 139.

939

Psal. 93.

Psal. 93.

Anima.

Psal. 15.

Matth. 20.

vt quando ipsum demoniacum appellabat. Ioã. 8. Seductorem. Matt. 28. Leccatorem, dices. Matt. 11. Hic est homo verax & potator vini. Etiam false ipsum in multis accusauerunt, vt quando dicit. Hunc inuentum subuertentem gētem nostram & prohibentem tributa dari. Cæsari. Propter quod dicitur Luca. 22. quod multa Blasphemantes dicebant in eum. Sic ergo verbis insurrexerunt contra Christum. psal. 53. Quoniaam lieni insurrexerunt in me, & psal. 26. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Ab his ergo Christus liberari petit à patre, dicens. *Eripe me de inimicis meis Deus meus.* Et prædictum genus inimicorum explicat, dicens. *Et ab insurgentibus in me.* supple verbis. *Libera me.* Vnde ad istum intellectum hunc versum exponit glo. dicens: ait Christus. *Eripe me de inimicis meis Deus meus* scilicet, ab ipsis Iudæis, qui me odio habent. *Et ab insurgentibus in me libera me.* qui scilicet verbis mihi nocent & infamant. Consimili modo etiam orat psal. 139. dicens. *Eripe me domine ab homine malo: à viro iniquo libera me.*

**Eripe me de operantibus iniquitatem, & de viris sanguinum salua me.**

Hic petit liberari à percussoribus. Non solum enim Iudæi contra Christum verbis insurrexerunt sed etiam malis operibus, vel gentiles ad ipsorum instantiam. Vt quando vnus ministrorum dedit alapam Iesum, dicens. Sic respondes pontifici? Quoniaam pilatus apprehendit Iesum & flagellauit eum. Quando milites plectentes coronam de spinis, impoluerunt capiti eius. Quando genibus flexis dixerunt. Aue rex Iudæorum. Et dabāt ei alapas. Quando collaphizabant eum: & dabāt ei alapas. Quando arundine percutiebant caput eius, & similia. Isti enim non solum verbis: sed malis operibus insurgebant in Christum: à quibus nunc petit liberari, dicens. *Eripe me de operantibus iniquitatem.* Et sic ipsum flagellando & spinis coronando, multum eius sanguinem fuderunt. Ideo subdit. *Et de viris sanguinum salua me.* Viri enim sanguinum dicuntur, inuisit sanguinem fundentes humanum. De Iudæis autem fuit prædictum. Captabunt in animam iusti scilicet, Christi: & sanguinem innocentem condemnabunt.

**Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.**

Hic petit Christus liberari ab occisoribus scilicet, à morte quam illi sibi intulerunt. Et hoc per resurrectionem, dicens. *Quia ecce ceperunt animam meam.* Vbi nota, quod anima quandoque accipitur pro parte hominis, scilicet pro forma substantiali. Et sic de anima dicebat Christus. Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Primam partem ponit: quodam formam substantialem. Secundam quodam corpus. Quandoque verò accipitur anima pro toto homine, & sic Matth. 20. Filius hominis venit dare animam suam in redemptionem pro multis, vbi anima accipitur pro toto cõposito: similiter in cõposito accipitur anima pro toto cõposito: quia cū dicitur. *Quia ecce ceperunt animam meam.* id est vitam meam per mortem scilicet. Vel

potest accipi anima pro parte hominis: & tunc est sensus: *Ceperunt animam meam.* id est per passionē illatam animam separauerunt à corpore: & in idē redit. Et qui fuerunt illi declarat dicens. *Et irruerunt in me fortes.* Per fratres intelligit diuites in temporalibus abundantes: qui nō ponunt Deum adiutorem suum sperantes in multitudine diuitiarum, suarum. Vel per fortes intelligit superbos, qui Deum non timent, de seipsis præsumentes, sicut erant principes sacerdotum & pharisæi. De quibus dixerat superius psalmus. 53. Quoniaam alieni insurrexerunt in me, & fortes quæsierunt animam meam &c. Sed quia in isto ultimo versiculo videtur quod Christus fuerit mortuus. Quia fortes acceperunt animam suam scilicet, per tormenta ipsam à corpore diuiserunt. Ideo quæro vtrum in Christo fuerit necessitas moriendi, scilicet vtrum fuisset mortuus senio, si passio sibi ab extrinseco non fuisset illata. Vide Hugo. libro. 3. distin. 16. quæstio. 1.

**Neque iniquitas mea neque peccatum meum domine, sine iniquitate cucurri, & direxi.**

Hic Christus allegat suam innocentiam. Et duo facit. Quia primò ostendit suam puritatem. Secundo suam cum patre æqualitatem, ibi. *Exurge.* Quæ ad primum hic notat glo. differētiã inter iniquitatem & peccatum. Quia iniquitas notat offensam, & iniuriam in proximum, sed peccatum offensam sibi ipsi factam. Vnde iniquus dicitur qui proximum offendit, sed peccator qui seipsum ex diuina offensione. Accipitur enim iniquitas pro peccato: quod proximo nocet. Sic enim dicitur Eccl. 21. Romphea bis acuta iniquitas. Omne enim peccatum primo offendit peccantem, sed illud propriè iniquitas dicitur, quod non solum peccantem: sed etiam proximum lædit, sicut furtum, adulterium, & huiusmodi. Dicitur ergo iniquitas Romphea bis acuta scilicet, peccatum quod lædit peccantem & proximum. Sed id solum peccatum dicitur, quod solum lædit peccantem, vt puta peccatum malæ voluntatis, quod latet in corde. Job. 31. Si abscondi quasi homo peccatum meum. Volens ergo Christus suam exprimere innocentiam, dicit. *Neque iniquitas mea, neque peccatum meum.* quasi dicat secundum glo. *Neque iniquitas mea.* quam in eos fecerim, causa fuit quare irruerunt in me. *Neque peccatum meum* quod in me sit aliquo modo causa fuit persecutionis meæ. *Quia sine iniquitate cucurri & direxi.* quasi dicat, sine iniquitate cucurri viam mādatorum obseruando. psal. 118. Viam mādatorum tuorum cucurri. Et nō solum in me obseruaui iustitiam, sed etiam alios ad iustitiam induxi. Ideo subdit. *Et direxi.* scilicet, distortos ad iustitiam quantum in me fuit. Vnde ista duo respondent psal. duobus. Primo enim dixit. *Neque iniquitas mea.* probat, quia aliis non nocui, sed alios direxi. Secundo dixit. *Neque peccatum meum.* probat, quia sine iniquitate cucurri. Ex quibus explicat Christ⁹, quod innocenter sit passus. Vnde merito dicit illud. Job. 16. Passus sum absque iniquitate manus meæ: cum haberem mundas ad Deum preces. Quod exponens Greg. dicit. Absque iniquitate manus suæ

Fortes.

Psal. 53.

Questio.

941

Iniquitas. Peccatum.

Eccl. 21.

Job. 31.

Psal. 118.

Passio Christi.

Job. 16.

Grego. 13. mora. c. 12.

luc. 23. suæ passus est Christus; quia peccatum non fecit: nec inuentus est dolus in ore eius: & tamen dolo rem crucis, pro nostra redẽptione tolerauit. Qui solus mundas ad Deum præces habuit: quia & in ipso dolore passionis, pro persecutoribus orauit, dicens. Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Quid enim dici, quid cogitari in oratione mundus potest: quam cum & illis misericordia intercessionis tribuitur à quibus dolor toleratur?

942

Exurge in occursum meum, & vide, & tu domine Deus virtutum De<sup>9</sup> Israel.

Occursus.

Hic Christus suam cum patre ostendit æqualitatem. Quamuis enim Christus per incarnationem accepit humanitatem nostram: quam sibi prius vnitam non habebat, non tamen dimisit quod prius erat, & sic semper quodam suppositum patri remansit æqualis. Et hoc notans Christus, dicit patri. Exurge in occursum meum & vide. Vbi notat magister in glo. quod occurrere non nisi de æqualibus dicitur. Vnde proprie maior non occurrit minori: nec minor maiori, sed obuiat. Sic ergo dicit Christus patri. Exurge in occursum meum, se patri ostendit æqualem. Vnde ait glo. Exurge in occursum meum & vide. id est innotescere, & fac videri quod tibi æqualis sum. Occurrere enim non nisi de æqualibus dicitur. Christus enim non desit esse æqualis patri. Licet pro nobis factus sit infirmus, qui seipsum exinanuit formam serui accipiendo. Vnde in euãgelio se gallinæ comparat, dicens. Hierusalem hierusalem quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos sub alis: & noluiti. Nulla enim auis adeo infirmari propter pullos videtur, quæ admodum gallina, cuius vox raucescit, fit hispidum totum corpus, deponuntur alæ: laxatur pluma. Et hæc est materna charitas, qua inuētur infirmitas. Sic & Christus propter nos infirmus est, vt nostram tol erat infirmitatem. Sed in ea infirmitate occurrit patri æqualis. Ita enim assumpsit quod non erat, vt non amitteret quod erat. Ita ergo se exinanuit, quia dignitatem quam habet pater non demonstrauit. In ipsa ergo infirmitate agnoscendus est patri æqualis, non visione corporali, sed fide, vt quod videre non possumus, saltem credamus. Et dum hoc credimus ipse ad patrem in nobis ascendit. Vnde Mariæ Magdalena, cui primo post resurrectionem apparuit, ait. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc, noli me tangere? Nondum postea mulieres redeuntes à monumento ad rauerunt eum, & tenuerunt pedes eius: Sed hic agit de tactu mentis, non corporis. Id est non illud solum credas quod vides, ne hæreat nimis meæ humanitati aspectus tuus, quasi tactus tuus. Ideo hoc dico, quia nondum ascendi ad patrem meum, vtique in corde tuo, quia nondum postquam vidisti me mori, credis me patri æqualem. Attende ergo quibus gradibus ascendit. Cæpit enim ab infirmitate & paulatim conscendens ad resurrectionis gloriam, & ad patris æqualitatem peruenit. Hæc omnia glo. Ex quibus patet, quod occursum Christi ad patrem, est ipsius æqualitas cum patre, quodam diuinitatem, quia omnem sur-

Mat. 23.

Non de infirmitate gallinæ super pullos.

Maria Magdalena. Ascenso. Tangere.

A mam, & immensitatem perfectionis quam habet pater, habet & Christus verbum. Et hæc æqualitas per occursum demonstratur, cum de Christo dicitur psal. 18. A summo cælo scilicet, à patre egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. Hanc ergo æqualitatem volens mundo manifestari, ait patri. Exurge in occursum meum. Scilicet declarandum. Et vide, id est, fac videri quod exurgis in occursum meum id est, quod tibi sum æqualis Et quod Deo patri loquatur, subdit. Tu domine Deus virtutum Deus Israel. Per virtutes accipe omnes angelorum ordines. Per Israel verò qui interpretatur videns Deum, accipe omnes beatos. Quid est ergo, Domine deus virtutum, Deus israel, nisi tu Deus omnium angelorū & beatorū.

B intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Hic consequenter christus pro conuersione gentium orat. Et diuiditur in partes tres. Quia agit primò de gentium conuersione. Secundo de iudeorum obduratione, ibi. Et tu domine Tertio de iudeorum dispersione, ibi. Disperge illos. Prima pars diuiditur in tres. Quia circa conuersionem gentium. Primò ponit Christi orationem. Secundo ipsius exauditionem, ibi. Conuertentur. Tertio populorū prædicationē, ibi. Ecce loquentur. Quantum ad primum sciendum quod Deū visitare homines, nihil aliud est quam ipsos ab obscuritate culpæ ad lumen gratiæ conuercere. Vnde Grego. exponens illud Job. 7. Visitas eum diluculo, ait, Quis nostrum nesciat quia diluculum dicitur cū iam nocturna tempora in claritatem lucis mutantur: Nos itaque noctis tenebris præsumur, cum perpetratiōe iniquitatis obscuramur. Sed nox in lucem vertitur, cū errores nostri veritatis cognitione iudicantur. Nox in lucem vertitur, cū corda nostra iustitiæ fulgor illuminat: quæ cæcitas culpæ deprimebat. Hoc diluculum discipulorum mētibus oriri Paulus aspexerat, cum dicebat, Nox præcessit dies autē aporinquaui. Diluculo ergo nos dominus visitas, quando erroris nostri tenebras lucis suæ cognitione illustrat, contemplationis munere subleuat, in arte virtutis exultat &c.

C Sic ergo Christus pro conuersione gentium oras dicit patri. Intende ad visitandas omnes gentes, id est, intende ad illuminandas gentes per gratiæ lucem & fidem. Et attende quod Deus tripliciter nos visitat, vt ostendit Alredus super illud Proueb. 31. Da ficeram merentibus, dicens. Tripliciter autem suos visitat Deus: quia visitat aliquando ad excitationem, aliquando ad consolationem, aliquando ad præmiationem. Ad excitationem visitat dormientes, ad consolationem laborantes: ad præmiationem ad cælestia suspirantes. Prima visitatio ad sanctitatem prouocat. Secunda sanctitatem conseruat. Tertia sanctitatem temeritat. Prima retrahit contemnentem vel trepidantem, Secunda fouet & promouet admittentem; Tertia amplectitur venientem prima est quasi stimulus, deulum corrigens: Secunda quasi baculus; debilem sustentans; Tertia quasi lectulus ad quietem suscipiens. Quid ergo magis poterit esse diuina: misericordis iudicium, quam vt illa suauitas, illa iocunditas, illa mira serenitas in qua nihil inquinatum incurrit animæ inquinat. Deus sua visitatione impertiatur. Nec solum terrore ad Deum ipsam conuertat.

944

941

944

Visitatio Dei. Diluculum Grego. diluculum.

Rom. 8.

Visitatio Dei tripliciter. Proueb. 31.

Eccl. 14.

Eccl. 14.

conuertat: sed omnia mentis claustra seris vitiolorum obserata penetrabilitate percindens. Fædis adhuc labiis: quoddam suæ dulcedinis imprimat osculum ac ineffabili suauitate sua blandiatur, & auerfa animæ suam gratiam impartiatur? Et hanc Dei visitationem gentibus Christus imprecabatur patri, dicens. Intende ad visitandas omnes gentes. Vt ly omnes stet pro generibus singulorum: non pro singulis generū. Sequitur. Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem. quasi dicat. Ita visita gentes ipsas ad fidem conuertendo: vt tamen ipsarum peccata impunita non dimittas. Hoc est dictu. Visitabis gentes ipsas conuertendo: non tamen sic misereberis ipsorum, vt eorum peccata impunita relinquantur. Nulla enim peccata impunita relinquantur: quia vel homo pœnitendo illa punit, vel Deus iudicando punit illa. Vel aliter, quia inter gentes aliqui erant à Deo prædestinati, & aliqui reprobat. Pro prædestinatis orat Christus, dicens. Intende ad visitandas omnes gentes. Sed de reprobatis subdit. Non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem: quia illi non conuertentur ad fidem.

Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes, & circuibunt ciuitatem.

Hic ponitur exauditiō orationis Christi, scilicet quod gentes conuertentur, sed ad vesperam. ad cuius euentiam sciendum primo, quod per vesperam, quæ est finis diei, significatur vltima ætas, in qua mundus finitur. A doctoribus enim ponuntur septem mundi ætates. Prima ab Adam vsque ad Noe. Secunda à Noe vsque ad Abraam. Tertia ab Abraam vsque ad Moysen. Quarta à Moysen vsque ad Dauid. Quinta à Dauid vsque ad transmirationem Babylonis. Sexta à transmiratione vsque ad Christum. Septima à Christo vsque ad finem mundi. Sic ergo vltima ætas mundi incepit à Christo: & quia vltima, ideo vespera dicitur. Et vsque ad istam ætatem gentes in infidelitate & cultura idolorum pertinaciter permanebant. Adueniente autem Christo & prædicante per se, & Apostolos suos, gentes ad fidem sunt conuertæ. Quod præuidens ante longo tempore, psalmista dicit de gentibus: quod conuertentur ad vesperam, id est, in vltima mundi ætate. Ista est illa vespertina, in qua Christus innocens natus, pacem attulit mudo. Genesis octauo. Columba venit ad vesperum portans ramum virentis oliuæ, in qua Christus est pro nobis immolatus. Exod. duodecimo. Immolabit eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperum. Et psalmus vigesimus nonus. Ad vesperum demorabitur fletus. Et in hac vespera gentilis populus ad Dei cultum est conuersus: quia eis hoc tempore data est lux gratiæ. Zacharias decimo quarto. In tempore vesperi erit lux. In die illa erit dominus vnus, scilicet gentium quæ diuersos dominos habebant: quia diuersa colebant idola. Quæ postea per prædicationem Christi & Apostolorū sub vno domino, & sub vna fide conuenerunt. Sequitur, Et famem patientur vt canes. Sicut enim homo ex duabus naturis constat, scilicet corporis & animæ: sic est duplex fames, scilicet corporis & animæ: Fames corporis est desiderium

naturale cibi corporalis. Et fames animæ est desiderium cibi spiritualis, scilicet, audiendi verbum Dei. Vnde Amos octauo. dicitur. Ecce dies veniunt dicit dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, sed audiendi verbum domini. Quia scilicet gentes ad fidem conuertæ, cum magno desiderio verbum Dei audiebant. Et circuibunt ciuitatem. id est, muniet ecclesiam contra hæreticos, per quos enira munita est hodie ecclesia: nisi per gentiles conuersos, vt sunt doctores ecclesiæ, qui omnes ex gentibus sunt conuersi.

Amos. 8.

Ecce loquentur in ore suo, & gladius in labiis eorum, quoniam quis audiuit?

945.

Hic ponit modum conuersionis gentium: quia conuersæ fuerunt per prædicationem Apostolorum. Et hoc ponens dicit. Ecce loquentur, scilicet prædicando fidem, & clarè: quia in ore ipsorum. Aliud enim est loqui in ore, & aliud in corde, qui enim loquitur in corde non intelligitur. Quid est ergo. Ecce loquentur in ore suo: nisi clarè & apertè prædicabunt? Quia quæ propheta ænigmaticè de Christo prædixerunt, ipsi clarè annuntiabant populo. Sicut resurrectionem Christi ænigmaticè per psalmistam prædictam: Petrus clarè exponendo prædicabat. Actuum secundo, dicens. Christum Deus suscitauit. Dauid enim dicit in eum. Prouidebam dominum in conspectu meo semper &c. Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Ista verba de Christo apertè Petrus declarat dicens. Viri fratres, licet audacter dicere ad vos de patriarcha Dauid, quoniam defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud vos. Propheta ergo cum sciret quia iureiurando iurasset illi Deus: de fructu lumbi eius, sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, cuius omnes nos testes sumus &c. Et consimiliter dum alias scripturas ænigmaticè dictas declarabant, tunc ipsi in ore suo loquebantur. Sic enim quilibet ipsorum dicere poterat illud Psal. 144. laudationem domini loquetur os meum &c. Sed quid prædicabunt, & quid loquentur, subdit? Quia gladius in labiis eorum. Quid enim gladius in scriptura: nisi verbum Dei dicitur? ad Ephefos sexto. Assumite gladium spiritus, quod est verbum Dei &c. Vbi glo. Est enim verbum Dei gladius bis acutus, docens de temporalibus & æternis illorum consolationem in veteri, istorum perfectionem in nouo testamento promittens. Quod enim tantum temporaliter nobis promissum est: ad vnã partem gladij pertinet, quod verò sempiternum, ad alteram. Nam ideo duo testamenta dicuntur: quia vetus terrena, sed nouum aeterna promittit. De hoc gladio dominus ait. Non veni mittere pacem, sed gladium. Iste gladius verè acutus est: quia eum quem ferit, à mundo diuidit. Quid est ergo gladius in labiis eorum, scilicet Apostolorum: nisi verbum Dei quod sedula mundo prædicabant? Secundum aliam litteram dicitur. Et mors in labiis eius. Et idem est in sententia. Quia Apostoli gladius. Tom. j. N n dio

Loquitur.

Actuum 2.

Psalm. 144.

Psalm. 144. Gladius.

Ephes. 6.

Math. 10.



Glad. in di-  
citur Chri-  
stus.

Psalm. 73.

Ferrum.

Philosophus.  
4. Met. 1. cor.

Hebra. 4.

Ioan. 12.

Apocal. 1.

946.

Et tu domine deridebis eos, & ad nihilum deduces omnes gentes.

Hic consequenter agit de Iudæorum obdura-  
tione: quia gentibus ad prædicationem Apo-  
stolorum Christi fidem recipientibus, ipsi credere  
noluerunt. Et tria facit. Quia ponitur primo iu-  
dæos patientiam. Secundo Christi erga iu-  
dæos patientiam. Tertio Christi erga Iudæos  
misericordiam: ubi. *Deus ostendit mihi*.  
Quantum ad primum iudæi Messiam in lege  
promissum, scilicet Christum recipere noluerunt  
qui ad ipsos saluandos venerat. Et ideo merito  
derisione erant digni, sicut & infirmus medicum  
abiciens. Notans ergo Christus ipsorum malitiã

Deridere.

ponit ipsorum pœnam ut ab effectu cognoscatur  
causa, & à pœna culpa, dicens. *Et tu domine deride-  
bis eos*. Vbi nota quod derisio est quedam vili-  
pensio, vel despectio derisi facta à deridente. Et  
sic ille qui deridetur à Deo, à Deo despicitur. De-  
spici autem à Deo, est summa pœna, quia Despec-  
tus à Deo manet incorruptus & obstinatus in  
malo: propter quod dicitur Eccl. 7. Considera o-  
pera Dei: quia nemo possit corrigere, quem ille  
despexerit. Et sic in hoc quod Deus deridebit iu-  
dæos: eorum obstinatio denotatur, & superbia in-  
durata. Sed gentes ad verba prædicationis Apo-  
stolorum se humiliaverunt: Christi fidem recipi-  
tes. Et hoc notans subdit. *Ad nihilum deduces om-  
nes gentes*. Qui enim verè est humilis, de se nihil  
presumit, imò de se nihil reputat esse, sed quia tan-  
tam virtutem à seipso nullus potest habere, nisi  
Deo faciente, ideo tanta humilitas Deo attribuitur  
cum dicitur. *Et tu domine ad nihilum deduces omnes  
gentes*. id est, de omni genere generationum. Vnde  
hic ait glo. *Ad nihilum deduces omnes gentes*. id est,  
pro nihilo habebis, cõuertere omnes gētes id est,  
facile conuertes, quia facile erit tibi facere, ut cre-  
dant in te omnes gentes. Ac si dicat, Omnes gen-  
tes Christianæ futuræ sunt.

Fortitudinem meam ad te custo-  
diam: quia Deus susceptor meus es,  
Deus meus misericordia eius præue-  
niet me.

Hic ponitur Christi erga iudæos patientia.  
Christus enim sua potestate omnes iudæos ip-  
sum persequentes poterat vindicando delere, sed  
noluit vti sua potestate, sed magis patientia, di-  
mittens omnem vindictam Deo patri. Et hoc est  
quod dicit. *Fortitudinem meam ad te custodiam*. qua-  
si dicat, illud quod mea fortitudine facere possem  
tibi pater reservo. Nec immeritò. *Quia Deus sus-  
ceptor meus es*. qui scilicet, peccatum impunitum  
non dimittis. Ideo me suscepisti, ut peccatum ge-  
neris humani impunitum non maneret. q. d.  
Meritò me patienter habere debeo in aduersis  
per iudæos illatis: quia ad hoc suscepisti me Deus  
meus, scilicet, ad unitatem hypostaticam ut i-  
sta sufferrem. Sed ne quis credat Christum sic à  
Deo meritis suis præcedentibus fuisse assumptum  
Ideo subdit. *Deus meus misericordia eius præueniet  
me*. id est, præuenit ubi futurum pro præterito po-  
nit. Per hoc notans quod etiam in futurum mi-  
sericordia Dei præueniet ipsum, & hoc in mem-  
bris suis. Dicat ergo: *misericordia eius præueniet  
me*: quasi dicat. In me nullum precessit meritum,  
quoad unitatem verbi deberem assumi, sed hoc  
totum fuit ex misericordia Dei præueniente mei:  
quia in primo instanti suæ creationis fuit assum-  
ptus. Nullus autem meretur prima dona Dei. Vnde  
dicit magister, quod diuinæ misericordie nul-  
lum est meritum: sed liber & gratis datur à Deo.  
Et hoc est quod notabat Apostolus ad Rom. 1. r.  
dicens. Quis prior dedit eis, retribuetur ei? q. d.  
nullus: quod probat, quia ex ipso & per ipsum  
sunt omnia. In omnibus ergo bonis à Deo recep-  
tis vel recipendis: non merita nostra, sed Dei  
misericordiam præuenientem considerare debe-  
mus, dicentes. *Misericordia eius præueniet me*.

Deus

Deus ostendit mihi super inimi-  
cos meos: ne occidas eos, nequando  
obliuiscantur populi mei.

Hic ostenditur Christi erga Iudæos misericor-  
dia. Vbi notandum quod anima Christi à principio  
suæ creationis habuit omnis gratiæ & scientiæ  
plenitudinem, sic quod omnia cognouit, quæ Deus  
cognoscit: quia sibi clarè ostendit omnia præteri-  
ta presentia & futura. Et per consequens sibi o-  
stendit quod Iudæi eum persequerentur & eius  
fidem: qui tamen in finem ad ipsum conuerteren-  
tur, & eius fidem recipere. Et hoc est quod  
Christus hic dicit. *Deus ostendit mihi super inimicos  
meos* id est, secundum glo. *Deus ostendit mihi super  
Iudæos*, quid de ipsis agendum sit. Et si quæras,  
quid de ipsis agendum sit, tibi ostendit. Respon-  
det Christus hoc ut non penitus ex toto occidā-  
tur: sed quod pro eis orarem & dicerem. *Ne occi-  
das eos*. Et hoc est quod pater ei ostendit: ut pro  
iudæis patrem oraret, dicens. *Ne occidas eos*. Pre-  
carur enim ne iudæi funditus pereant: dispersi  
quidem sunt ut ad conversionem pronocentur.  
Quasi secundum Cassio. Christus orans dicat pa-  
tri. *Non occidas eos qui me occidunt: sed maneat  
gens iudæorum cum signo circumcisionis*. ut Caim  
signum habuit ut nemo eum occideret. Ita & gēs  
iudæorum habens signum suum, non est occisa:  
quia necessaria est gētibus, quia per illos preci-  
sios cognoscitur quanta misericordia gentibus  
inferis sit facta. Itē ideo iudæi præseruantur: quia  
sunt nobis testes legis & prophetarum, qui prædi-  
xerunt omnia Christi mysteria. Et etiam quia in  
fine ad fidem nobiscum conuertentur, per illos  
enim ad memoriam nobis reducentur prædicta  
de Christo: & postmodum adimpleta. Etiam ex a-  
lio: quia per illos cognoscimus quanta gratia Dei  
nobis sit collata: quando cõspicimus populū iu-  
dæorum sibi dilectum, propter ipsorum peccata  
derelictum: & nos gentes idololatrias per eius mi-  
sericordiam ad suam gratiam & fidem receptas.  
Et sic quodammodo sunt causa, quare recorda-  
mur magis Dei. Et hoc est quod dicit. *Ne occidas  
eos ne scilicet populi mei. fideles obliuiscantur mei*.

949.

Disperge illos in virtute tua, & de-  
pone eos protector meus domine.

Hic agitur de iudæorum dispersione. Et diui-  
ditur in tres partes: quia ostenditur primò, quo-  
modo iudæi per orbem disperguntur. Secundo  
quomodo superbi comprehenduntur: ubi. *Delictum  
oritur*. Tertio quomodo comprehensum humiliantur  
ubi. *Et de execratione*. Quantum ad primum notan-  
dum quod iudæi sunt testes fidei nostre: quia ipsi  
habent omnes scripturas antiqui testamenti: in  
quibus totum nouum testamentum prophetice  
continetur tanquã signatū in ligno, & figuratum  
in figura. Ut ostendit Greg. super Ezech. parte pri-  
ma, homil. 6. super illo verbo. *Quasi si sit rota in  
medio rotæ*. dicens. Rota intra rotam est testa-  
mentum nouum intra testamentum vetus: quia  
quod designauit testamentum vetus: hoc testa-  
mentum nouum exhibuit. Ut enim pauca de mul-  
tis loquar. Quid enim est quod Adam dormien-  
te Eva producit: nisi quod moriente Christo,  
ecclesia formatur? Quid est quod Isaac ad immolan-

Scriptura.  
Testamentū  
nouū & ve-  
tū.

Grego.

Gen. 2.

Gen. 22.

947.

947.

Nihil.

Zeph. 7.

dum ducitur, & ligna portataræ superponitur, &  
vixit: nisi quod redemptor noster ad passionem  
ductus, lignum sibi crucis ipse portauit. Et sic in  
sacrificio pro nobis ex humilitate est mortuus, ut  
tamen immortalis ex diuinitate maneret. Quid  
est quod homicida post mortem summi pontifi-  
cis absolutus, ad terram propriã redit: nisi quod  
humanum genus, quod peccando sibi met ipsi  
mortem intulit: post mortē veri sacerdotis videret  
licet redemptoris nostri peccatorū suorū vinculis  
soluitur & in paradisi possessione reparatur? Quid  
est quod in tabernaculo propiciatorii fieri iubetur,  
super quod duo Cherubim, vnum à iūmitate vna  
& alterū à summitate alia, ex auro purissimo po-  
nuntur, expandentes alas, & operientes oraculū:  
qui se mutuo respiciunt versis vultibus in propi-  
ciatorii, nisi quod vtraque testamenta ita sibi in me-  
diatore Dei & hominū cõgruūt, ut quod vnum  
significat alterum exhibeat? Quid enim per propi-  
ciatorium, nisi ipse redemptor humani generis  
designatur. De quo per paulū dicitur. *Quē posuit  
Deus propiciationē per fidem in sanguine ipsius  
Quid vero per duo cherubim qui plenitudo sciē-  
tiæ dicuntur: nisi vtraque testamēta signata sunt?* Ex  
quibus vñū à iūmitate vna propiciatorij, aliud ve-  
ro à summitate altera sciat, quia quod testamētū  
vetus de incarnatione nostri redemptoris cepit pro-  
phetizando promittere, hoc testamētum nouū  
perfectè narrat expletum. Duo autem Cherubim  
ex auro mundissimo facta sunt: quia vtraque testa-  
menta pura ac simplici veritate describuntur. Ex-  
pandunt vero alas & oraculū operiunt, quia nos  
qui omnipotentis Dei oraculum sumus, à culpis  
imminentibus, scripturæ sacræ adificatione pro-  
tegimur. Cuius dum sentētiis sollicitè aspiciamus  
ab errore ignorantie eius alis velamur. Duo vero  
Cherubim se mutuo respiciunt versis vultibus in  
propiciatorium: quia vtraque testamenta in nul-  
lo à se discrepant: & quasi ad semetipsa vicissim  
facies tenent, quia quod vñū promittit aliud ex-  
hibet: dum inter se positum Dei & hominū me-  
diatorē vidēt. Facies quippe à semetipsis Cheru-  
bim auerterent: si quod vnum testamētum pro-  
mitteret, aliud negaret. Sed dum concorditer de  
mediatore Dei & hominum loquuntur, ut vicis-  
sim se respiciant, in propiciatorij intendunt. Ro-  
ta ergo in medio rotæ est: quia in veteri testamē-  
to, testamētum nouum inest. Et quod testamē-  
tum vetus promittit: hoc nouū exhibet. Et quod  
illud occultè annunciat, hoc istud exhibitum ap-  
pertè clamat, hæc ille. Ex quo apparet quod Iudæi le-  
gem antiquam habentes & tenentes, testes sunt  
legis & fidei nostræ. Et idcirco ut testimoniū fi-  
dei & legis Christi vbique portarent, ipsi per or-  
bem fuerunt dispersi. Vnde glo. hic dicit. *Disperge  
illos*. scilicet iudæos per omnes gentes, qui por-  
tāt codices nostros. A principio enim per omnes  
gentes dispersi fuerunt, ut veritas nostræ fidei  
omnibus patefceret. Et ipsi in sua obstinatione  
permanentes, essent omnibus opprobrium. Ve-  
runtamē quia in fine cõuertentur, ideo subditur.  
*Et depone eos protector meus domine*. depones eos  
in eo quod sunt mali: ut boni surgant: ut in Paulo  
actum est: quia non surgeret Paulus, nisi prius ca-  
deret Saulus. Deponere enim in scriptura ita pro  
conuertere aliquem à peccatis. Mich. 7. Deponer  
iniquitates nostras: & proueniet omnia peccata  
nostra.

Iosue. 20.

Exod. 23.

Rom. 5.

Iudæi.

Miche. 7.

Tom. j.

M. m. 2.

Delic.

950.

Delictum oris eorum sermonem la- biorum ipsorum, & comprehendan- tur in superbia sua.

Hic ostenditur quomodo Iudaeorum superbia comprehenditur. Iste versus per se nullam habet sententiam, nisi referatur ad superiora. Statim enim dixit, Depone eos protector meus domine. Vnde hic subditur. Delictum oris eorum. i. sic depone eos: vt etiam deponas delictum oris eorum, & sermonem &c. i. dimitte delictum oris eorum &c. Vbi nota quod per delictum & sermonem comprehendit omne genus peccati. Nam peccatum generaliter distinguitur, quia aliud est peccatum commissionis: & aliud peccatum omissionis. Sicut enim duplex est pars iustitiae. s. declinare a malo & facere bonum: sic duplex est pars iniustitiae. s. declinare a bono & facere malum. Prima pars proprie vocatur delictum. Secunda vero vocatur peccatum. Primum stat in omissione. Secundum in amissione. Vnde August. in quaestionibus Iouenici ait, Aliud est declinare a bono, aliud facere malum. Delictum est declinare a bono: peccatum autem facere malum. Delictum ergo dicitur delictio boni: quod ipsum nomen ostendit. Quid. n. aliud sonat delictum nisi derelictum? Et quid derelinquit, qui derelinquit nisi bonum? Ad propositum ergo per delictum oris: quo scilicet derelinquebat laudes Deo debitas, intelligit omne peccatum commissionis. Sic ergo hic orat psal. quod omnia peccata Iudaeorum deponantur in fine, & conuertantur. Et hoc est quod subdit. Et comprehendantur in superbia sua. Quid autem sit comprehendi in superbia, ostendit Magister in gl. dicens. Comprehenditur enim aliquis in superbia, cum immanitatem peccati sui attendens, videt se superbe egisse & frustra. Sic autem erit de Iudaeis in fine, quia cognoscent per superbiam suam nihil contra Christum potuisse. De isto modo comprehensionis dicitur versiculo. 238. Persequar inimicos meos: & comprehendam illos. Vide ibi.

951.

Et de execratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione, in ira consummationis, & non erunt.

Hic ostendit quomodo Iudaei comprehensi humiliabuntur. Vbi sciendum quod inter alia peccata Iudaeorum quae ipsi commiserunt contra Christum, duo fuerunt: Vnum quod commiserunt in ipsum ante mortem. scilicet ipsum execrando, blasphemando, & abominando. Nam execratio secundum Grammaticos idem est quod maledicere, excommunicare, vel blasphemare. Ipsum enim maledixerunt, dicentes. Daemonium habes: & huiusmodi. Ipsum excommunicauerunt: quia (vt habetur Ioan. 9.) conspirauerant Iudaei: vt si quis eum Christum confiteretur, extra Synagogam fieret. Aliud peccatum commiserunt in ipsum post mortem & iam resuscitatum, quod fuit mirabile mendacium. scilicet, quando post Christi resurrectionem pecuniam copiosam dederunt militibus qui ad custodiam sepulchri positi fuerant, vt mendaciter dicerent, quod ipsi dormientibus, discipuli nocte corpus de sepulchro furati fuissent vt habetur Matth. vltimo. Et tamen tanta fuit diuina

Execratio Iudaeorum & mendacio.

Ioan. 9.

Matth. vltimo

miserecordia, quod Iudaeis conuerti volentibus: ista duo peccata fuerunt dimissa: quia vbi superabundauit delictum, superabundauit & gratia. Et hanc gratiam factam Iudaeis, Apostoli gentibus praedicabant per mundum: vt ipsorum exemplo conuerterentur ad dominum. Et hoc prauidens phal. ait: quod Iudaei de execratione & mendacio annuntiabuntur in consummatione. id est, Apostoli, annuntiabunt illos de dictis peccatis ad consummationem. id est, ad perfectionem peruenisse: quia illa peccata a Deo eis fuissent dimissa. Et hoc in ira consummationis. id est in ira Dei, quae consummat, & perficit. Est enim ira consummationis quia aliquando punit Deus, vt perficiat: & est ira consumptionis quae punit vt damnet. Istita autem dimissa sunt peccata in ira consummationis: qui voluerunt conuerti. Sequitur. Et non erunt: quia scilicet sic consummati in ira consumptionis non erunt amplius in superbia. Isto enim modo non esse accipit scriptura. d. Verite impios: & non erunt.

Et scient, quia Deus dominabitur Iacob, & finium terrae.

Hic notatur generalis Iudaeorum conuersio in fine mundi. Et diuiditur in partes tres: quia de Iudaeis tria ostendit in fine mundi futura. Ostendit enim quod Iudaei tunc primo crucis Christi verum recognoscent titulum. Secundo quod ad Christum fidem suam conuertent animum, ibi. Conuertentur ad vesperam. Tertio quod Christum aude alii praedicabunt dominum, ibi. Ipsi dispergentur. Quantum ad primum notandum quod titulus crucis Christi erat. Iesus Nazarenus rex Iudaeorum. Hunc titulum negauerunt Iudaeorum principes dicentes Pilato. Noli scribere rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudaeorum. Quamuis enim Christus ex parte sua verus esset rex Iudaeorum & dominus: non tamen quantum erat ex parte ipsorum. Quoniam vt dictum fuit superioribus. versicu. 773, dominum regale vt a dominio tyrannico distinguatur: duo requirit. (secundum Philosophum primo poli.) Primum ex parte regentis, scilicet amor subditorum & reipublicae. Secundum est ex parte subditorum. scilicet voluntaria subiectio. Primum habuit Christus erga eos a principio: qui ideo venit vt saluum faceret populum suum: & seipsum pro ipsis daret in mortem. Sed secundum deficiebat ex parte ipsorum: quia Christo nolebant subiacere. Et ideo titulum crucis eius negauerunt. Sed in fine mundi ipsi Christi fidem suscipientes voluntarie subiacent se Christo. Et sic tunc ipsum verum regem & dominum Iudaeorum confitebuntur ac etiam omnium fidelium. Et hoc est quod dicit. Et scient quia Deus dominabitur Iacob. per Iacob intellige iudaeos qui ex Iacob descenderunt. Sciet ergo & confitebuntur quod Deus id est dominus Iesus Christus dominabitur Iacob, quem tamen ante contempserunt. Confitebuntur etiam quod dominabitur finium terrae, id est, gentium. Sic ergo Iudaei quia primo vt superbi gentes contemnebant: tunc se gentibus comparabunt: quia scient se pares esse gentibus: quia cognoscent superbia contra Deum se erexisse sicut & gentes. Vnde tunc dicit illud psal. 94. quod Christus est magnus dominus & rex magnus super oes deos: quia in manu eius sunt oes fines terrae, quoad gentes: & altitudines montium ipse respicit, quoad Iudaeos autem per superbiam.

Conuer

Conuertentur ad vesperam, & famem patietur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Hic ostendit quomodo ad Christi fidem suam conuertent animum. In scriptura enim sacra per vesperam quandoque finis mundi intelligitur: quia vespera est vltima pars diei, sic ergo conuertentur ad vesperam. i. in fine mundi. Vel hic per vesperam intellige Antichristum in fine mundi venturum: cuius tempore multi Iudaeorum conuertentur ad ipsum: & multi ipsorum Christi fidem recipient. Ipse enim antichristus vesperum dicitur, sic & Christus lucifer. Vt ostendit Greg. super illo verbo Iob. 38. Nunquid producis luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terrae consurgere facis, d. Pater in tempore suo luciferum producit, quia scriptum est: Cum venisset plenitudo temporis misit Deus filium suum factum ex muliere &c. Qui natus ex muliere velut lucifer in tenebras nostrae mortis apparuit, quia fugata obscuritate peccati, aeternum nobis mane nunciavit. Lucifer vero se innotuit: quia diluculo ex mortuis resurrexit, & fulgore suo mortalitatis nostrae tenebras pepulit &c. Vesperum vero dominus super filios hominum consurgere facit: quia infidelibus Iudaeorum cordibus dominari antichristum, eorum peccato exigente permittit. Quid idcirco huic a domino vesperi subdantur: quia ipsi sponte sua filij terrae esse voluerunt, &c. Per vesperum ergo intellige ipsum antichristum in fine mundi venturum. In quo mundi fine Iudaei conuertentur ad Christum, quia qui praedicatores fidei expulerunt ipsos in fine recipient. Vt ostendit Greg. super illo verbo Iob 9. Qui claudit stellas sub signaculo dicens. Pensandum est quod idcirco aliquid sub sigillo clauditur, vt cum tempus conuerterit, in medium proferatur. Et sacro eloquio attestante didicimus, quod Iudaea quae nunc deseruit ad sinum fidei, in fine colligatur. Hinc namque per Paulum dicitur. Donec plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel saluus fiet. Quia ergo praedicatores suos nunc Deus Iudaeis subtrahit, sed postmodum eis in finem eos mittet, quasi sub signaculo stellas claudit. Hinc est quod duo illi eximij praedicatores, scilicet Enoch & Helias, dilata morte subtrahuntur, vt ad praedicationis usum in finem reuocentur, &c. Hanc ergo finalem Iudaeorum ad Christum conuersionem prauidens psalmista, dicit. Conuertentur ad vesperam. Pro istorum declaratione est notandum, quod licet Helias translatus sit in caelum, & Enoch, isti tamen redibunt tempore antichristi ad fidem praedicandam. Vnde Malach. 4. dicitur. Ecce ego mitram vobis Heliam, antequam veniat dies domini magnus & horribilis, vt conuertat cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres. Haec pertrahat de rebus humanis. Cum venerit ergo legem spiritualiter exponendo, conuertet cor patrum ad filios, vt scilicet filij, id est Iudaei sic intelligent legem, quemadmodum patres eorum, id est prophetae, vt Moyses & alij intellexerunt. Hoc est enim corda patrum ad filios conuerti, cum intelligentia patrum ad filios perducitur. Et conuertet cor filiorum ad patres dum id quod senserunt patres, sentient similiter & filij. Et hoc

Vesperum antichristum.

Lucifer Christus.

Iudaei conuertentur.

Greg. 9. noua. 44.

2. Rom. 11.

4. Reg. 2. Gen. 5.

Malac. 4.

August. 20. de ciuitate Dei. 19.

est quod Christus dixit. Helias venturus est, & restituet omnia. Quod exponens Chryso. ait. Helias in fine mundi veniens, restituet omnia, dum corriget infidelitatem Iudaeorum qui tunc inuenientur, quod est conuertere corda patrum ad filios, id est Iudaeorum ad Apostolos & prophetas. Ipsi sic conuersi famem patientur vt canes. Hoc exponitur sic supra versicu. 944.

Ipsi dispergentur ad manducandum, si vero non fuerint saturati murmurabunt.

Hic ostenditur quod Iudaei conuersi, fidem aliiis auidè praedicabunt. Vbi nota quod sicut manducare corporaliter, est cibum sibi extrinsecum incorporare, & ad suam naturam conuertere, sic & manducare spiritualiter, est proximum a fide extraneum sibi per amorem incorporare & ipsum masticando, id est praedicando & suadendo ad veram fidem quam ipse habet conuertere. Sic & Iudaei conuersi, alios conuertere procurabunt cum magno desiderio. Et hoc est quod dicit glo. Ipsi scilicet iam digni effecti, dispergentur vb quo ad manducandum. id est ad alios lucrandum. Et si non fuerint saturati. id est omnes illos non conuertent, quos desiderabunt conuertere, murmurabunt, scilicet contra pigros, id est increpabunt alios nolentes credere.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo mane misericordiam tuam.

Hic ex omnibus praemissis surgit ad gratiarum actionem. Et duo facit. Quia gratias agit primo laudibus. Secundum operibus, ibi. Adiator meus. Quantum ad primum notandum quod sicut fortitudo corporalis erga corporalia demonstratur, sic & fortitudo spiritualis erga spiritualia. Fortis namque vocatur, qui hostes suos corporaliter superare potest, sed multo fortior qui inimicorum animos ad suum amorem conuertere potest. Fortis apparuit Christus, dum Saul persequentem sola voce ad terram proiecit, sed multo fortior, dum eius mutauit animum, & de persecutore fecit defensorem. Similiter in proposito. Magna fuit Dei fortitudo, quod verbis praedicationis gentium corda dimissis idolis conuertere ad fidem. Fortis apparebit quando in fine Iudaeorum superbiam sub iugo fidei humiliabit. Vnde & hanc fortitudinem ecclesia considerans, Deo gratias agit dicens. Ego autem cantabo. id est laudabo fortitudinem tuam. Vbi glo. iam tota gaudet ecclesia vtroque pariete conuicta in angulari lapide, quasi dicat. Longè erat prius vterque paries, sed ego, scilicet tota ecclesia, cantabo fortitudinem tuam: quia gentes erigis, & Iudaeos humilias. Et exultabo mane misericordiam tuam. Vbi nota quod sicut per noctem significatur vita praesens in qua aliorum corda videri non possunt, sic per mane in quo lumen clarum fulget, significatur vita futura, in qua omnium corda omnibus erunt manifesta quae in vltimo iudicio integraliter inchoabitur. Vnde Greg. dicit. Mane enim dicitur illam Tom. j. Nn 3 manife-

954

Murmuratio

955

Fortitudo Dei.

Mane.

Greg. 8. noua. 23.

manifestatio mentium, qua in aduentu iudicis aperitis cogitationibus, quasi post noctis tenebras demonstratur. De quo mane per psal. dicitur. *Mane altabo tibi & videbo.* Illo enim mane *Exultabo misericordiam tuam.* id est cum exultatione pronuntiabo. Vnde glo. *Exultabo mane misericordiam tuam.* id est tranfactis tentationibus, cum nox saeculi transierit, quando iam latronum insidias, scilicet diaboli & angelorum eius non timebimus, quando ipsum Dei verbum tanquam solem contemplabimur. Hoc itaque mane exultabo, in cuius figuram Christus mane surrexit, vnde ad vespertum demorabitur fletus, & ad matutinum laetitia. Apostoli enim vespere fleuerunt mortuum, mane ad resurgentem exultauerunt. Cantabo ergo primo suscipiens misericordiam tuam, sed ipsam exultabo mane, quae erit in remuneratione. Vnde & materiam tanta exultationis, subdit, dicens.

256 **Quia factus es susceptor meus, & refugium meum, in die tribulationis meae.**

Tota enim causa nostra laetitiae, est Christi incarnatio, qua nostram suscepit, in qua patiendo nos redemit, in qua resurgendo, nostram resurrectionem efficit, in qua ascendendo ad caelos, portas caeli nobis aperuit, in qua ad dexteram patris sedendo, nos in tribulationibus adiuuat & protegit. Vnde si quaratur ab ecclesia, quare Christus cantabo tibi, & exultabo, &c. Respondet. *Quia factus es susceptor meus.* id est humanitatis meae. Et ex hoc quod Deus suscepit humanitatem nostram, *Factus est refugium meum in die tribulationis meae.* Sic enim de Christo dicitur. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus &c. Vide supra, versiculo 755.

257 **Adiutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus es, Deus meus misericordia mea.**

Hic consequenter gratias agit operibus. Psallere enim ut dictum fuit superius vers. 771. idem est quod operibus laudare. Psallit ergo Deo qui bonis operibus ipsum laudat. Et attende quod psallunt boni Deo in praesenti vita & in gloria: quia bona opera habent hic & ibi, sed hic sunt meritoria, non ibi: quia hic bona opera mercedem merentur, sed non sunt ipsa merces. Ibi autem opera bona sunt ipsum praemium formale. Dicit ergo. *Adiutor meus, tibi psallam.* quam multipliciter autem adiutor noster sit Deus, vide supra vers. 673. Magis autem dilatando materiam, dicamus quod Deus multa genera hominum adiuuat: quia scilicet adiuuat contritos poenitentes, culpas remittendo, iniuste patientes, poenas mitigando, cum hoste praesertim, vires confortando, egenos, mendicantes, ipsos saturando, in Deo confidentes, tales protegendo, deuotè exorantes; vota adimplendo. Primum Deus adiuuat contritos poenitentes &c. Sicut enim Deus culpa offenditur & patrociniati nescit peccatis, sic & poenitentia placatur & contritis adiutorium praestat. Dum enim quis peccat, & in peccatis perseverat, mortuus est Deo, diuino spi-

Adiutor Dei.

rituali adiutorio carens, in persona talium dicente psalm. 87. Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut enim homo corporaliter mortuus, proprie non est homo, sed propter effigiem exteriorem dicitur non homo, sed sicut homo. Sic & spiritualiter peccato mortuus, non est homo, sed secundum quandam exteriorem apparentiam dicitur sicut homo inter mortuos deputatus. Et ideo sine adiutorio gratiae liber existit, non quidem a culpa, sed liber a gratia, iuxta modum loquendi apostoli dicentis. Cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiae. Sed dum ad cor rediens peccatum sibi displicet, illum adiuuat Deus culpam sibi remittendo, & liberat a perditione, vnde peccator tunc sic adiutus a Deo & liberatus, Deo dicit. Confitebor tibi domine rex, & collaudabo te Deum saluatorem meum, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione. Vbi notandum quod in isto adiutorio quo Deus poenitentes adiuuat, tria concurrunt, quia adiuuat culpam remittendo. Adiuuat gratiam infundendo. Adiuuat a gehenna liberando. Et secundum ista tria, anima poenitens Deum adiutorem suum nominat. Quoniam vocat ipsum Deum regem & dominum. Primum ergo in isto poenitens adiutorio est culpa remissio, in qua prius anima iacebat, quam culpa delet, ipsam remittendo. Et quia culpam delere est actus infinitae potentiae, cum sit maius peccatorem iustificare, quam mundum creare, ut ait Aug. super Ioan. Potentia autem maxime in nomine domini intelligitur. Exo. 15. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Ideo quoad istum actum adiutorij ipsum vocat dominum dicens. Confitebor tibi domine. Secundo in isto adiutorio est gratiae infusio, qui est actus clementiae. Et quia clementia maxime spectat ad regem: quia ut ait Seneca lib. 2. de clementia ad Nerone, nullum magis quam regem clementia decet. Ideo quod ad istum actum infusionis gratiae, ipsum adiutorem vocat Regem dicens. Confitebor tibi domine rex. Eccle. 5. 1. Misericordia & veritas custodiunt regem, & clementia roborabitur thronus eius. Tertio in isto adiutorio est a gehenna liberatio. Et hic est actus iustitiae. Quid enim iustius quam innocentem a poena liberare? Peccator autem ante actum poenitentiae, aeternae poenae erat obligatus, sed quia per actum poenitentiae a Deo liberatur a culpa, & innocentiae redditur. Ideo actus iustitiae est, ut etiam a poena liberetur vel a debito poenae. Sed quia actus iustitiae specialiter spectat ad Deum, qui fons est omnis iustitiae, iuxta illud psal. 7. Deus iudex iustus fortis & patiens. Ideo quo ad istum actum iustitiae adiutoris suum vocat Deum dicens. Collaudabo te Deum saluatorem meum, quoniam adiutor &c. Et istud adiutorium quo Deus iuuat culpas remittendo psal. implorabat dicens. Adiuua nos Deus salutaris noster, & propitius esto peccatis nostris &c. Et aduerte quod sic adiuuari cupit a Deo, ut sibi peccata remittat, & ipse conformiter adiuuare proximum debet, omnem sibi illatam offensam remittendo. Vnde sic adiuto a proximis suis offensa remittitur dicit dominus. Pax adiutoribus tuis. Propter quod dicit Aug. in lib. de ser. domini in monte. Istum consilium est, ut qui a potentiori vult adiuuari,

Rom. 6

Edict.

Aug. 15

Sena.

Encl.

psal. 7.

psal. 78.

1. Paral.

Aug. 15.

adiuari, & ipse adiuuet infirmiores, in quo est ipse potentior. Et hoc est contra multos qui quando aliquem in peccato aliquod viderint lapsum, solum lapsum & casum inquirunt, non autem quomodo ipsi ad resurgendum adiutorium praestent. De quibus ait Aug. in epistola ad Hiero Eleganter dictum est. Cum quis in puteum cecidisset, & in puncto suffocationis esset, accessit alius sibi notus, & eo viso, admirans ait. Quomodo huc amice cecidisti? Ille autem obsecro inquit, quomodo me adiuuando hinc liberes, non quomodo hic ceciderim quaras. Et isto modo Deus cupit nos coadiutores suos esse, ut scilicet sicut volumus ab ipso adiuuari per remissionem culpae, ita & nos consimiliter adiuuemus proximis offensas remittendo, quod si fecerimus, dicere poterimus cum apostolo Dei enim adiutores sumus. Sed heu quod plures hodie ad peccandum reperiuntur adiutores, quam a peccatis resurgendum. De quibus Zachar. 1. dicitur. Ipsi adiuuerunt in malum. Adiuuat enim in malum qui consilium fauet, vel aliquomodo alium ad peccandum inducit. Et tales non Dei adiutores, sed demonis esse dicuntur. Nullum enim Deus sic ad peccandum adiuuat. Iob 10. Nunquid bonum tibi videtur si calumniaris & opprimas me, & consilium impiorum adiuues? quasi dicat non. Vnde praedicta verba exponens Gregor. dicit. Quos nuncque hoc loco impios, nisi malignos spiritus vocat? qui cum redire ad vitam ipsi nequeant, crudeliter socios ad mortem impellendo queunt. Quorum nimis consilium fuit, ut beatus Iob diuina correptione tangeret, ut qui in tranquillitate iustus extiterat, saltem per flagella peccaret. Sed impiorum consilium dominus non adiuuat: quia corum tentationibus carnem iusti prodidit, sed animam negauit. Hoc indefinenter contra bonos maligni spiritus indefinenter ineunt: ut hi quos seruite Deo innocue in tranquillitate conspiciunt, vexati aduersitatibus ad voraginem culpae rapiantur. Sed eorum consilium Deus non adiuuat, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur, ne virtutum poena transeat, & per astutiam fortium humana infirmitas excidat. Vnde bene per Paulum dicitur. Fidelis autem Deus qui non patietur vos tentari supra illud quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, ut postis sustinere. Nisi enim omnipotens nos adiuuando, cum viribus tentamenta moderaret, nullus profecto est, qui malignorum spirituum insidias non corruens portaret. Haec ille. Ex quibus patet quod Deus malignorum consilium non adiuuat, sicut illi qui alios ad peccandum inducunt. Qui omnes tales mali adiutores, figurantur in Iob & Abiathar sacerdote. De quibus dicitur. 3. Reg. 1. quod Adonias eleuabatur dicens. Ego regnabo, scilicet contra voluntatem patris sui Dauid. Sequitur. Et sermo eius cum Iob filio Saruiz & Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adonias. Adonias autem qui interpretatur seruus merens, significat ipsum diabolum qui recte seruus dicitur ratione peccati, quo peccauit ab initio: quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Moerens autem ideo dicitur: quia semper in poena infernali cruciatur. Hic eleuatur & regnare cupit: dum Dei imperium vsurpare cupit. Hic est enim qui ait. Super astra caeli exaltabo solium meum, & similis ero altissimo. Et certum est

Aug. 15.

1. Cor. 3.

Zach. 1.

Iob 10.

Grego. 9.

1. Reg. 1.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

3. Reg. 1.

Iob 10.

quod non potest regnare nisi super iniquos, cum ipse sit rex super omnes filios superbiae. Iob 41. Iob 41. Ut ergo regnum suum possit dilatare, semper quarrit ad peccatum homines inducere: quia ut dicitur. 1. Pet. 5. Tanquam leo rugiens circuit quare, quae deuoret. Sed istius Adonias, id est diaboli adiutores sunt Iob & Abiathar. Duobus enim modis quis conatur in hac parte diabolum adiuuare, scilicet aut odio, aut amore. Odio scilicet qui contra aliquem procedit ut peccet a proposito, ut malus efficiatur & corruat. Et hic est Iob qui inimicus interpretatur. Amore autem qui alium amore inordinato diligens, ipsum ad peccandum inducit, vel sibi peccare consentit, ne ipsum contristet, sicut fuit de Adam respectu Euae. Et hic est Abiathar, qui interpretatur pater suscitans peccatum: quia tales ratione amoris, patres vocantur, sed inordinato amore peccatum suscitant. Et contra omnes tales psal. docet inuocare adiutorium Dei, dicens. Iniqui persequuti sunt me, adiuua me domine Deus meus. Qui adiutus a Deo gratias sibi agendo dicat. *Adiutor meus tibi psallam, &c.* Et causam subdit. *Quia Deus susceptor meus.* scilicet mea humanitatis, per quam nos adiuuas. Et tu idem *Deus meus misericordia mea.* Vocatur enim Deus misericordia: quia totum gratis donat, & non ex meritis nostris.

Nota hic quod dicitur quod dicitur contra hominem qui adiuuat diabolum scilicet amore aut odio.

**Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & miseratus es nobis.**

Iste psalmus habet titulum valde prolixum qui talis est. *In finem pro his qui commutabuntur in Mesopotamiam Syria & sy iam Iob. 1. & conuertit Iob & percussit Edom in valle salinarum duodecim millia.* Pro cuius intellectu literali sciendum quod (ut habetur. 2. Reg. 10.) cum Naas Rex Amonitarum mortuus esset, & regnaret pro eo filius eius Annon, Dauid misit ad Annon nuncios ad consolandum eum de morte patris, ipsi autem Annon suggererunt principes sui, dicentes. Putas quod propter honorem patris tui, Dauid miserit ad te consolatores, & non ideo ut inuestigaret & exploraret ciuitatem & euerteret eam misit Dauid seruos suos ad te: Quibus auditis iratus Annon rex contra nuncios Dauid, fecit radi dimidiam partem barbae ipsorum, & praescindi medias vestes ipsorum usque ad nates, & sic dimisit eos. Deinde videns Annon & populus eius, quod iniuriam fecissent ipsi Dauid, conduxit vndeque potuit currus & equites de Mesopotamia Syria & aliis locis. Quod cum audisset Dauid, misit Iob principem militiae contra eos ad praellium. Et debellatis illis, rediit Iob cum exercitu in Hietusalem, & tunc Dauid disposuit se cum toto exercitu suo ut iret ad debellandum Syros: quia uenerant in adiutorium ipsi Annon Regi Amonitarum. Et ut dicit Rabbi Samuel. Syri hoc audientes, miserunt nuncios ad Dauid, dicentes, quod non erat ei licitum venire contra ipsos propter fedus quod fecerat Iacob cum Laban Syro, ex quo ipsi Syri processerant sicut Israelita: ex Iacob, ut habetur Gen. 31. Et tunc Dauid consuluit super

958 De poe dist. castrumitaa.

2. Reg. 10.

Gen. 31.



hoc sapientes suos. Qui responderunt ei, quod licitum erat eo quod Syri prius frugerunt iuramentum, veniendo ad impugnandum seruos Dauid in auxilium Amontarum, vt dictum est. Et quia Chusanasa thain ante pugnauerat contra filios Israel, subiuciendo eos seruituti per octo annos, vt habetur iudicum 3. Et sic Dauid bellum gessit contra eos, & eos superauit. Legitur etiam 2. Regum 10. quod Dauid percussit Adazer Regem Syrie, & percussit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum. Quod videntes ceteri reges, fecerunt pacem cum Israel & seruerunt sibi. Omnes istas historias tangit titulus. Item notandum quod antequam regnum esset in manu Dauid, fuerat multipliciter afflictus & vastatus vndique, vt pater in libro Iudicum, & in principio regni Saulis, in quo Philistaei tenebant ipsum in tanta seruitute, quod nullus faber ferrarius erat in tota terra Israel, cauerant enim Philistaei, ne Hebraei facerent gladium aut lanceam, ne possent rebellare, vt habetur 1. Regum 13. Item mortuo Saule, Philistaei intraverunt civitates regni Israel, vnde fugerat populus & habitabant ibi, vt habetur 1. Reg. 3. Item post mortem Saulis facta est longa concertatio de regno inter domum Dauid & domum Saulis, vt habetur 2. Reg. 3. 2. Regum tertio. Propter quod gentiles in circuitu regni Israel existentes, vastabant illud multipliciter, non habentes validam resistenciam propter dictam concertationem. Ad propositum ergo Dauid considerans primum statum regni Israel, in quo per gentiles vastabatur & subiugabatur, & statum prosperum quem tempore suo habuit, fecit istum psalm. narrans primum statum & praedicens secundum. Ex praedictis apparet sensus tituli, qui est talis. *In finem pro his qui commutabuntur in inscriptione tituli ipsi Dauid.* id est iste psalm. dirigens nos in finem, agit de his qui commutabuntur, scilicet de illis gentibus quae primo dominabantur, & subiugabant iudaeos, qui commutabuntur. scilicet seruient ipsi iudaeis, & hoc in inscriptione tituli. id est tituli regalis dato ipsi Dauid. Et hoc fuit quando succendit Mesopotamiam Syriam, &c. vt praedictae historiae dicunt, &c. Quibus visis accedo ad expositionem literalem. Et diuiditur iste psalm. in duas partes. Quia primo Dauid destructionem regni Israel plangit. Secundo eius erectionem propheticè praedicit, ibi, *Vt liberentur, &c.* Dic vt. N. Quantum vero ad sensum propheticum, notandum quod spiritalis intelligentia tituli ex interpretationibus nominum in titulo positorum, est sumenda. Mesopotamia enim interpretatur eleuata vocatio. Syria, sublimis, Sobal, vana vetustas. Ioab, inimicus. Edon, tertenus. Ibis omnibus nominis figurantur elati magnitudine terrenae vanitatis quos omnes Christus igne charitatis, quem in terram misit, succendit, id est conuertit ad fidem. Et conuertit Ioab, scilicet diabolum infugam. Et percussit Edon, id est terrenos, vt viuant caelestes. Est ergo sensus tituli talis. Iste psalm dirigens nos in finem. id est in Christum, agit pro his qui commutabuntur. scilicet de veteri vita in nouam. In inscriptione tituli. scilicet suscepta per fidem, id est qui commutabuntur in regnum Christi, & hoc ipsi Dauid vt scilicet amplius non sibi viuant, sed ipsi Dauid. id est Christo. Et hoc in doctrinam eius, scilicet credendo. oportet enim in doctrinam eius

credere, qui vult in regnum eius transire, & hoc fit per ignem charitatis quo suos electos incendit. Et hoc est quod subditur. *quando succendit Mesopotamiam.* quando, scilicet eleuatos & altos igne charitatis humiliavit, &c. Intentio psalmista est ostendere bonum esse contemnerem mundum, vt acquirantur aeterna. Et diuiditur in partes duas. Quia psalm. primo narrat aduersitates immixtas, vt peccata vitentur. Secundo prosperitates promissas, vt superna diligantur, ibi. *Vt liberentur.* Quantum ad primam partem notandum quod aduersitates ideo Deus imittit, vel nobis imitti permittit, vt nos reuocet a peccatis & a peccatis liberet aeternis. Vnde Gregorius dicit. Vt electus quisque supplicia euadat aeterna, vt ad perennem gloriam pauper ascendat, assiduis flagellis hic arteri debet, quatenus in iudicio purgatus, valeat inueniri. Ipso namque infirmitatis nostrae pondere, deorsum quotidie ducimur, nisi mira manu artificis per subleuantia flagella releuemur. Vnde bene dicitur. *Beatus vir qui corripitur a domino.* Prima autem virtus vt perpetrari vitari debeant peccata. Secunda autem salutem perpetrata corrigere. Sed plerumque culpas non solum imminentes minime vitamus, verum etiam nec commissas agnoscimus. Et peccatoris mens tanto altius tenebescit, quanto nec damnum suae caecitatis intelligit. Vnde fit plerumque diuini muneris largitate, vt culpam poena sublequatur, & flagella oculos delinquentis aperiant, quos inter vitia securitas caecabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, vt excitetur, quatenus qui statum suae rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret quo iacet. Hinc itaque asperitas correctionis fit origo luminis, argumentum vero salutis est vis doloris. Hinc est quod Salomon ait, Curatio cessare faciet peccata maxima, Et iterum dicit. Quem enim diligit Deus castigat. Flagellat autem omnem filium quem recipit &c. Ex quibus apparet quod Deus flagella multa & aduersa populo suo immisit, vt ipsum corrigeret a peccatis. Quae narrat psalmista in prima parte huius psalmi quae diuiditur in partes quatuor, secundum quod quatuor ponit aduersorum genera. Primo ergo ponit aduersa conaturalia. Secundo aduersa corporalia, ibi, *Commouisti terram.* Tertio aduersa temporalia, ibi, *Ostendisti populo tuo.* Quarto aduersa internalia, vt est timor, &c. ibi, *Dedisti.* Quantum ergo ad primum sciendum quod illa aduersa conaturalia dicuntur, quae cum natura contrahuntur ex peccato primi hominis, vt est quantum ad corpus moriendi necessitas, & quantum ad animam originale peccatum, quia sicut Adam peccante, contraximus necessitatem moriendi, sic & carentiam originalis iustitiae, qua natura dicimur filij irae, per quae sumus a Deo repulsi ratione culpa, & destructi ratione mortis necessitate. Quae duo notans psalmista dicit. *Deus repulisti nos.* Et hoc quia per culpam quasi in Adam contraximus, a te sumus diuisi quod ad animam. *Et destruxisti nos,* quia propter peccatum contra nos mortis sententiam dedisti, qua homo destruitur, quia per mortem homo definit esse homo, & sic destruitur quod ad esse hominis. Et aduerte quod Deus hominem quem misericorditer fecit, crudeliter a se non repellit: quia nisi prius ipse ab homine repellatur. Sicut enim anima

10. Di.

Abat. 3.

repellit Deum.

Abat.

959  
11. q. 1. c. 20  
plm.

Commotus est homo.

Greg. 4. mora.

Greg. 3.

corpus a se non repellit vt diuidatur a corpore: nisi propter corporis defectum, vt propter infirmitatem, vulnerationem, & huiusmodi. Sic multo fortius non repellit nos Deus, nisi a nobis ipse prius fuerit repulsus, vel originali culpa vel actua. Sequitur. *Iratus es, & miseratus es nobis.* Irascitur enim Deus peccatis nostris: quia ad modum irati se habet, dum hominem propter peccatum punnit. Quia tamen quamdiu viuimus locus poenitentiae nobis seruator, quia ex sua misericordia expectat ad poenitentiam: ideo in ira sua nobis miseretur. Sic enim dicitur Abac. 3. Cum iratus fueris misericordiae recordaberis. Quia tam electos quam reprobos peccantes, ad poenitentiam spectat. Sed quibus post hanc vitam irascitur: illis amplius non miseretur. Vel aliter. Repellit Deus peccatores & destruit, quando ipsos per aduersa iustificat, quia peccatores facit non peccatores. Et sic destruit peccatorem, & repellit iniustum, quia peccator poenitens amplius peccator dici non debet. 6. q. 2. his auctoritatibus. Vnde hic dicit glo. *Deus repulisti nos &c.* scilicet, male edificatos, vt erigeres in bonum aedificium. *Iratus es: & sic miseratus es nobis.* Num enim misereris, nisi irascaris. Ita est vetustatis vt pereat, misericordia autem immouat interiorem hominem, & si exterior corrumpatur. Oportet enim primo repellere & destruere vitia, antequam virtus aedificetur. Sic enim dicitur Hier. 1. Dedi verba mea in ore tuo: vt euellas & destruas, & consequenter aedifices & plantes.

**Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.**

Hic consequenter ostendit aduersa corporalia: vt sunt infirmitates corporis & dolores. Vbi sciendum quod in statu innocentiae ante peccatum, natura humana ob omni poena & infirmitate erat libera. Quia cum omnis poena si iusta est, peccati sit poena, ante peccatum nulla potuit esse poena. Vnde in statu innocentiae nec aqua suffocasset hominem, nec ignis combussisset: nec febres inuasissent, nec serum eius carnem diuisisset. Sed homo sine morte sine poena aliqua in aetate perfecta ad caeli gloriam fuisset translatus. Sed statim vt peccauit, mortalitas factus corpore fuit: & ceteris passionibus subditus. Vt ostendit Gregor. 4. mora. Haec est ergo magna & mirabilis terrae scilicet, corporis nostri mutatio: vt de impassibilitate ad passibilitatem, de immortalitate ad mortem mutatum fuerit, vt omnia creatura homini nocere possit post peccatum cui nihil ante peccatum nocere poterat. Nam modo ab igne comburitur: ab aqua submergitur: a terra suffocatur, a ferro secatur, febribus astat, doloribus afficitur. Et istam commotionem propter peccatum factam nunc notans psalm. ait Deo. *Commouisti terram, & conturbasti eam.* Quid enim nomine terrae, nisi homo de terra creatus intelligitur: Vnde primo homini dixit Deus. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec vertaris in terram, de qua sumptus es, quoniam pulvis es, & in puluerem reuerteris. Et quia terra nostri corporis tot aduersis praemittitur, ideo consequenter implorat Deum vt sanetur. *d. Sana contritiones eius*

quia commota est. quod scilicet fiet in resurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem & corruptibile hoc, induerit incorruptionem, vt ait apostolus ad corim. 15. Vel aliter. Commouet Deus terram scilicet hominem peccatorem & terrenum, quando de peccato ipsum mouet ad statum poenitentiae de iniustitia ad iustitiam, de superbia ad humilitatem de luxuria ad castitatem, quod facit gladio spiritus, vt puta quando dixit. Poenitentiam agite appropinquabit enim regnum caelorum. Conturbata eam quando dolet de peccatis commissis, conscientia peccatorum accusante. Et quia tunc meretur veniam, ideo subditur. *Sana contritiones eius: quia commota est.* q. d. Sicut coepisti, perfice, quia aliter non est dignus sanari per veniam, nisi commota fuerit & contrita de peccatis. Sed adueniente tali commotione, statim digna est venia, & sanatur a Deo psalm. 102. qui propeitur omnibus iniquitatibus tuis, sanat omnes infirmitates tuas. Et nota quod contritio peccatoris recte commotioni terrae id est, terremotui comparatur, cum dicit. *Commouisti terram &c.* Et hoc propter tria quae sunt in terremoto. Primum namque, sicut dicit Philosophus. 3. meteor. terremoto fit quando causa diluuij, vel magne inundationis super terram, intra terram coarctantur venti diuersi, sicut merides & septentrio, & tunc eleuat vnusquisque aquam prius latentem sub terra. Sic moraliter est de corde peccatoris, quando conuersi incipit. Sunt enim quasi duo venti oppositi scilicet, merides id est, spes veniae, & septentrio id est, timor gehennae, qui aquam lachrymarum in tauru eleuant, vt fiat quasi inuudates super terram psalm. 64. Visitasti & inebriasti eam &c. Flumen Dei repletum est aquis Secundo quia sicut dicit Albertus. 3. meteor. Signum concomitans terremoto est sonus qui non quiescit, aliquando, donec terra sit rupta, & tunc exit sonus cum vento magno. Sic in proposito. Nam signum conuersiois peccatoris a malis, est sonus ille, de quo psalm. 37. Rugiebam a gemitu cordis mei. Vel etiam sonus conuersionis, de quo psalm. 9. Perit memoria eorum scilicet, peccatorum cum sonitu. qui non cessat donec terra scindatur. 1. Corin. Aperiatur & ventus superbiae & inflationis contra Deum expiret. Ecl. 10. Quid superbis terra & cinis? Teritio quia sicut dicit ibidem Albertus. In terrae motu quandoque terra sic euertitur, quod illud quod erat prius inferius, efficitur superius, & e contrario. Sic est in conuersione peccatoris. Nam caro quae prius dominabatur spiritui, efficitur inferior tanquam subdita spiritui, & e contrario. Vnde Matth. 28. Angelus domini descendit de caelo, & ecce terrae motus, &c.

**Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.**

Hic consequenter ostendit aduersa temporalia, vt sunt bella, persecutiones, pestilentiae fames, & huiusmodi quae dura dicuntur, quod ad carnem, licet sint causa salutis. Vnde & Iob. dicebat. In duricia manus tuae aduersaris mihi. Vbi ait Gre. Manus enim domini dura creditur cum voluntati nostrae contraria hoc quod ei in nobis displicet, feriendo persequitur, & flagella ingeminat, cum dolentis anima clementiam expectat. Sicut medicus dum secat putridum membrum, persequit

1. corin. 15. poenitentia. Contritio.

Mat. 3.

psalm. 102.

Terremotus.

Philos. 3. meteor.

psalm. 64.

psalm. 37. psalm. 9.

Ecl. 10.

Mat. 28.

960  
12. q. 4.  
Quantus.

Iob. 30. Grego. 20. mora. c. 26.

tis manus dicitur infirmitati aduersatur, sed A concordat saluti. istum intellectum ponit glo. d. *Ostendit si populo tuo dura*. id est, temporis miseria, quæ per infirmitatem carnis graues sunt nobis. Sed quis sit effectus istarum miserationum, ostendit cum subdit. *Potasti nos vino compunctionis*: quia, scilicet, per miseria huius vite homo ad cognitionem Dei & sui ducitur, & de suis peccatis compungitur. Vel vinum compunctionis dicitur tribulatio temporalis, qua purgatur patiens: ut vulnus vino vitis purgatur, quia ex tribulatione nascitur in nobis compunctio de peccatis. Et nota quod in scriptura multiplici vino potamur. Est enim potatio, quædam criminalis, qua culpa intus gignitur. Quædam spiritualis, qua Christi sanguis lumitur. Quædam salutaris, qua criminis tergitur. Primo est quoddam potare criminalis immunditiae. Vnde in scriptura potare quandoque idem est quod peccare. Vnde de peccatore homine dicitur. Abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem. Quod ideo dicitur, quia sicut aqua sine labore & difficultate potatur, sic & mali sine labore peccare videntur. Vnde prædicta verba exponens Greg. ait. Hoc nãque quod comeditur, cum mora glutitur. Hoc autem quod bibitur tanto ad glutendum morã non habet, quantum nullam ad mandendum necessitatem habet. Culpa ergo quia à stulto homine sine nulla retardatione perpetratur quasi aqua iniquitatis bibitur. Qui enim illicita sine timore facit, quasi potum iniustitiae sine obstaculo bibit. Sic enim diabolus peccatis omnes potare conatur. Apoc. 14. Vino fornicationis suæ potauit omnes gentes. Secundò est potare spirituale &c. quo scilicet Christus fideles suo sanguine potat dicens Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus &c. Quod fuit maximè charitatis signum, ut pro saluanda vita subditorum, proprium sanguinem eis ad potandum traderet. Vnde huius potationis necessitatem ipse ostendens Ioan. 6. d. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed ex istis verbis aliqui occasionem dubitationis sumptuerunt, dicentes. Quamuis fide teneamus, quod in hostia consecrata sit verus sanguis Christi & corpus, non tamen bibimus Christi sanguinem sumendo consecratam hostiam, sed manducamus Christi corpus. Sicut sumendo consecratum calicem, bibimus sanguinem, sed non manducamus corpus. Cum ergo soli sacerdotes, ut communiter bibant Christi sanguinem, ac laici de manu Papæ communicantes, quomodo ergo alij vitam spiritualem habent, qui Christi sanguinem non bibunt, cum Christus de vtroque copulariue dicat. Nisi manducaueritis & biberitis &c. Respondeo quod duplex est manducatio corporis, vel potatio sanguinis Christi. Prima sacramentalis, quæ stat in sumptione consecratæ hostiæ, vel potatione consecratæ calicis. Secunda est spiritualis quæ est in Christo manere per fidem. Prima sine secunda non proficit, sed nocet, dicente apostolo. Qui manducat & bibit indignè &c. Sed secunda bene valet sine prima. Et de secunda Christus intellexit: dicens. Nisi manducaueritis & biberitis &c. Et hoc statim Christus declarat postea. d. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Quod exponens August. in homil. dicit. Hic ostendit Chri-

Bibere. Potare. Iob. 15.

Greg. 12. mor. 1. 17.

Sanguis Christi. Mat. 26.

Ioan. 6.

Quæstio. Nota quæstionem sine dubio quare communis sanguis non datur calicem. Sanguinis Christi, sicut & hostiæ.

1. corin. 11.

August.

stus quid sit manducare eius carnem & sanguinem bibere. dicens. Qui manducat &c. In me manet &c. Hoc est ergo illam manducate escam & illum bibere potum, in Christo manere per fidem, & ipsum in se habere manentem &c. Sic ergo primo probat seipsum homo. Et sic de pane illo edat & de calice bibat &c. Tertio est potare salutaris penitentiae &c. quam secundum peccati mensuram potare debemus. Vnde Ezech. 4. Aquam in mensura bibes. Quod ideo dicit: quia non oportet plus debito nec minus aquam penitentiae potare. Quod ostendens Gualfredus super illo verbo gen. 28. Egressus Iacob de Bersabee, pergebat Aram. dicit. Accedendum est nobis ad puteum penitentiae, & ex eo vsque ad satiæ potandum. Intrauerat enim ad istum puteum & satis potauerat, qui dicebat. Ad me ipsum anima mea turbata est. Intrauit autem sed non gustat ille, sed conscientiam propriam discutere incipit, sed restitit continuo, & quasi necdum potum egredietur, ut in cunis exterioribus occupetur. Bibit sed non satis, qui mediocriter dolet & deflet quæ vberius oportet. Bibit & satis, qui iuxta modum sui reatus modum compunctionis ostendit. Bibit & ultra quam satis, qui desperatus & absinthio inebriatus, penitentiae modum excedit &c. Vnde quod istud bibere debet esse moderatum dicitur. Aqua vita hominibus, vinum in sobrietate potatum, si bibas illud mederate, eris sobrius. Et isto vino suos electos dominus potat, dum compunctionem de peccatis per aduersa eis immittit ut sibi dicant. *Ostendisti populo tuo dura*. scilicet, aduersa immittendo. Et sic per consequens. *Potasti nos vino compunct. omis.* id est, contritionis de peccatis commissis.

**Dedisti metuentibus te significationem: ut fugiant à facie arcus.**

Hic ostendit aduersa interiora, ut est timor. Vbi notandum quod presentes mundi aduersitates quibus Deus omnes percutit scilicet, tam bonos quam malos, nobis significant penam æternam, qua in iudicio malos damnabit, quia si suos electos hic pœnis castigat, ut emendentur, quanta putas puniet pœna reprobos, qui in suo odio vitam terminabunt? Vnde sicut mors corporalis communis bonis & malis est quædam significatio mortis æternæ damnatorum. Sic & præsens aduersitas est significatio aduersitatis æternæ damnatorum. Quia secundum glo. Si hic tã aspere nos Deus punit, quid in futuro faciet? Sic enim Iob flagellatus sine peccato, significabat qualiter flagellandi essent in peccato morientes. Quod ipse dicebat. Confregit me, posuit me sibi quasi in signum. Et hoc hic notans Psal. ait. *Dedisti metuentibus te significationem* id est, immisit pœnas metuentibus te. Et ad quid valet talis significatio scilicet, ut fugiant à facie arcus. id est, ut fugiant à pœna æterna in futuro iudicio, cõtra malos iaculanda. Vbi notandum quod futurum iudicium non incongrue per arcum figuratur. Vt ostendit Grego. istum passum exponens, ubi dicit. Per arcum dies iudicij figuratur. Vnde per psalmistam dicitur. *Ostendisti populo tuo dura. potasti nos vino compunctionis. Dedisti metuentibus te significationem ut fugiant à facie arcus.* in arcu enim quantum longe trahitur corda, tanto de eo districtior exit sagitta. Sic nimirum extremi iudicij dies, quan-

Psalm. 111.

Ezech. 4.

Gualfredus.

Ezech. 31.

Psal. 23. 4. quædam.

Iob. 16.

Arms. Indictum. Greg. 19. Psal. 119.

to lógè differtur ut veniat, tanto cum veniet, districtior de illo sententia procedit. Iccirco autem nunc diuersis cladibus percutimur, ut his correcti, paratiores tunc inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est. *Ostendisti populo tuo dura flagella*. videlicet sæculi, quæ securum grauius iudicij diè præcurrunt. *Potasti nos vino compunct. omis.* ut terrena gaudia in lachrymis verterentur. *Dedisti metuentibus te significationem, ut fugiant à facie arcus.* Ac si aperte diceret. Hoc tempus misericordiae est, illud tempus iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significationem, quomodo tunc percussurus es, quando non parens iudicis, qui sic districte modo percutis, quando parcis. hæc Grego. Vel aliter secundum glo. Significatio accipitur vexillum crucis, quod pro signo nobis datur ut sequamur Christi passiones: per quod euademus faciem arcus, quia si socij passionum sumus, simul & resurrectionis erimus. Et est sensus. *Dedisti metuentibus te significationem.* id est, vexillum crucis ad imitandum, ut per hoc fugiant à facie arcus. id est euadant æternum iudicium.

**Ut liberentur dilecti tui, saluum me fac dextera tua, & exaudi me.**

Postquam psalmista narrauit aduersitates immisas, hic consequenter narrat prosperitates promissas. Et diuiditur in tres partes. Quia ponitur primo electorum consolatio. Secundò diuina virtutis recognitio: ibi. *Quis deducet*. Tertio reproborum finalis damnatio: ibi. *In Deo fac. emus*. Prima pars diuiditur in quinque. Quia ponitur primo ecclesiæ generalis deprecatio. Secundò gentium ad fidem conuersio: ibi. *Deus locutus*. Tertio gentium conuersarum applicatio: ibi. *Mens es*. Quarto tribulationum consolatio: ibi. *Iuda rex meus*. Quinto euangelij Christi per orbem prædicatio: ibi. *In Idumeam*. Quantum ad primum sciendum quod aduersa à Deo nobis immissa, non omnes corrigunt, immo aliquos magis indurant, vnde aliquibus sunt ad correctionem, aliquibus autem ad damnationem initiũ. Vnde Greg. dicit. Solos qui pæpe præsens aduersitas à supplicio liberat, quos immutat. Nam quos præsentia mala non corrigunt, ad sequentia supplicia perducunt. Si autem nequaquam præsens pœna quosdam ab æterno supplicio defenderet, Paulus non dixisset. Cum iudicamur, à domino corripimur, ut nõ cum hoc mundo damnemur. Sape ergo mens iusti ut magis secura sit, altius trepidat & cum flagellis cingitur, superni iudicij incertitudine turbatur. Pæuet ne initium sequentis damnationis sit, omne quod patitur &c. Ad propositum ergo psalmista in personam ecclesiæ vel cuiuslibet iusti, hic Deo supplicat ut flagella, quæ hic patimur, ad salutem nobis proueniant, non ad damnationem, dicens, *Ut liberentur dilecti tui*. Quasi dicat. Ut per flagella & aduersitates vitæ præsentis, dilecti tui liberentur iminitis. Rogo ut sim de illorum numero. Ideo subdit. *Saluum me fac dextera tua*. id est, filio tuo qui patris dextera nuncupatur. *Et exaudi me*. id est exaudies me. Quia secundum quod dicit glo. sal. iustus salutem petens æternam, semper exauditur à Deo, de terrenis autem non semper exauditur ad volum, sed ad vtilitatem. Quod autem Christus per dexteram significetur, vide supra articulo. 713. Et sic psalmista dicendo, *Saluum*

**A me fac dextera tua.** Christi incarnationem pro salute electorum petebat.

**Deus locutus est in sancto suo, lætabor & partabor sychimam, & conuallem tabernaculorum metibor.**

Hic ostenditur per Christum, gentium conuersio. Vbi nota quod per ly sanctum absolute, intelligit Christus per eminentiam qui omnes alios sanctificat. Sic enim Maria dixit angelus. Quod enim nascetur ex te, sanctum vocabitur filius Dei. Et leui. 21. Ego sanctus sum, qui sanctifico vos. In isto ergo sancto locutus est Deus, quia in ipso & per ipsum nobis salutem dare promisit, propter quod angelus ait. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum &c. Et quia quod Deus promittit & loquitur certum est esse futurum, iccirco de tali promissione certificatus psalmista dicit. *Lætabor*. id est faciam quod mihi ad lætitiã cedat. Et sunt verba ecclesiæ dicentis. *Lætabor*. Et si quæras, quid ages, & in quo lætaberis. Responder, quod in conuersione gentium ad fidem, quam prædicando virtute Christi perficiam. Et hoc est quod subdit. *Et partabor sychimam & conuallem tabernaculorum metibor*. Vbi notandum quod hic per sychimam intelligitur populus gentilis & idololatra. Ratio est: quia secundum historiam sychima est locus in quo Iacob rediens à Laban, fecit tabernacula propter oues & armenta quæ secum habebat. Vbi etiam Rachel abscondit idola quæ habebat de Syria. Et erat locus ille in partibus Syriæ, ubi gentiles habitabant, ut habetur gen. 31. Et ideo quia locus ille erat gentilium; & quia idola ibi absconsa fuerant, per sychimam intelligit gentes idololatrias. d. *Et partabor sychimam*. id est gentilem populum diuidam, quia non omnes conuersi sunt ad fidem, sed aliqui sic; & quidam non & sic fuerunt diuisi. Ista est illa diuisio, quam Christus venit facere. d. Mat. 10. Nõ enim veni pacem mittere in terram, sed gladium. Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem &c. Vel aliter sychima interpretatur humerus quo scilicet portantur onera. Ecclesia autem onera partitur & diuidit, quia aliquos peccata grauat, alij autem per ecclesiam conuersi bene Christi iugum ferunt. Et secundum hoc per sychimam accipiuntur generaliter onera bona & mala id est, Christi & diaboli. Vel aliter ut per sychimam intelliguntur solum boni humeri id est, onus Christi, quod pro viribus ecclesia distribuit singulis, secundum quod diuersos gradus ipsa ecclesia cõtinet. Vnde aliud est onus prædicantium, aliud actiuorum, aliud contemplatiuorum, aliud virginum aliud continentium, aliud coniugatorum &c. quia licet diuisiones gratiarum sint, idem autem est dominus. Sequitur. *Et conuallem tabernaculorum metibor*. Vbi nota quod Iacob in eodem loco scilicet in sychima fecit tabernacula, in quibus suas oues collocauit & armenta. Qui autem dicuntur oues Iacob, nisi Iudæi ab ipso Iacob geniti? Et ideo per conuallem tabernaculorum intelligit Iudæos, quos etiam diuisit quia aliquos ad fidem conuertit, & aliquos in infidelitate reliquit. Est ergo sensus. *Et conuallem tabernaculorum metibor*. id est, de Iudæis non paucos habebõ.

963. 249. dicit dominus.

Luca. 1. Leui. 21.

Luca. 1.

Sichima.

Partire. Gen. 31.

1. Corin. 10.

Mens

964 Meus est Galaad: & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

Hic ponitur conuersorum applicatio. Vbi notandum quod Deus suos fideles ad fidem conuersos, ad diuersa applicat officia. Quoniam ex illis aliquos suae fidei efficit testes, aliquos confessores quosdam vero praedicatores. Quae omnia in isto versiculo notantur. Primo ergo aliquos efficit fidei testes, & isti sunt martyres qui sanguine proprio veritatem fidei attestantur, de quibus dicit apostolus. Sancti ludibria & verbera experti sunt &c. Lapidati sunt, secti sunt, in occasioe gladii mortui sunt. Et hi omnes testimonio fidei probati inuenti sunt. Et istos significat, dicens. Meus est Galaad. Nam vt habetur Gen. 1. Galaad est mons vbi Laban comprehendit Iacob fugientem. Vbi post rixas & iurgia pacificati fuerunt, & foedus amicitiae in simul inierunt. Collectisque lapidibus fecerunt cumulum, & comederunt super illum, quem vocauit Laban cumulus testis. Et Iacob aceruus testimonij. Dixitque Laban. Cumulus iste testis erit inter me & te &c. Et sic Galaad idem est quod aceruus testimonij. Et sic per Galaad intelliguntur martyres, in quibus est aceruus testimonij, dum inter omnia opprobria Christiani nominis Christum constanter confitentur. Est ergo sensus Meus est Galaad, id est meus est aceruus testimonij id est, mei sunt martyres veri, quia illos conuersos fidei efficio testes. Secundo ex conuersis aliquos efficit confessores, qui scilicet, obliuisti idolotum cultum, Christum verum Deum confitentur. Et hos notat. d. Meus est Manasses. Manasses enim fuit primogenitus Ioseph, qui hoc nomine ipsum vocauit, dicens. Oblivisci me fecit Deus laborum meorum, & domum patris mei. Ideo Manasses interpretatur oblitus, per quem conformes significatur, qui pridis confusionis, id est, cultus idolorum obliuisti Christi fidem honorifice confitentur, & sine confusionem dicentes cum apostolo. Non enim erubescit euangelium. Tercio ex conuersis, aliquos efficit praedicatores & doctores, qui lumen fidei spargentes per orbem fide & credendis ceteros illuminant, & sic per illos fideles multiplicatur & crescunt, quibus dicebat Christus. Vos estis lux mundi. Et istos per Ephraim notat. d. Meus est Ephraim fortitudo capitis mei. Nam Ephraim fuit alter filius Ioseph quem sic vocauit, dic. Crescere me fecit Deus. Vnde Ephraim interpretatur crescens siue augmentum. Et sic significat praedicatores, per quos augmentatur & crescunt fideles, qui quanto amplius multiplicantur & crescunt, tanto Christi fides amplius fortificatur. Ideo ipsi praedicatores dicuntur fortitudo capitis ecclesiae, id est, Christi & fidei ipsius. Sic enim in persona cuiuslibet praedicatoris dicitur. Repletus sum fortitudine spiritus domini.

Galaad. Martyres. Hebr. II. Gen. 31. Manasses. Confectores.

Rom. 1. Ephraim. Praedicator. Mut. 5.

Micheo. 3.

965. 13. q. 5. non frustr.

Prospera. Aduersa.

Grego. 5. mora. 1. 1.

uda rex meus, Mabo olla spei meae.

Hic ponitur tribulationum consolatio. Vbi notandum quod iusti in praesenti vita plus aduersis consolantur, quam prosperis. Et plus timent pro-

A Quia inter diuina iudicia graui incertitudinis speraquam aduersa. Vt ostendit Gregorius, dicens suae caligine humana mens praeruitur, ideo viri sancti cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauida suspitione turbantur. Timent enim ne hic fructus laborum suorum percipiant, timent ne quod diuina iustitia latens in eis vnus aspiciat, & exterioribus eos muneribus cumulans, ab intimis repellat. Cum vero taciti cogitant quod nec bona agant nisi vt soli Deo placeant, nec in ipsa affluentia se prosperitatis exaltant, minus quidem de prosperis occulta contra se iudicia metuunt. Sed tamen eadem prospera, quia se ab intima intentione praepediunt, egre ferunt: & praesentis vitae blandimenta moleste tolerant, quia per haec se vt cumque tardari in interno desiderio non ignorant. Plus enim in hoc mundo honor, quam despectio occupat, & magis prosperitas sublimitatis, quam necessitas aduersitatis grauat. Per hanc namque nonnumquam cum homo exterius praeruitur, ad concupiscenda, quae interioribus sunt liberior relaxatur. Per illam vero animus dum multis parere cogitur, a desiderij sui cursu retinetur, vnde fit, vt sancti viri magis in hoc mundo prospera quam aduersa formident. Sciunt namque quia mens, quae de blanda occupatione praeruitur, aliquando libens ad exteriora deriuatur. Sciunt quia saepe sic hanc clandestina cogitatio decipit, vt quomodo permittitur ignoret. Pensant autem quae sint aeterna bona quae cupiunt, & cognoscunt quam nihil sit omne quod blandum temporaliter aridat. Cunctaque huius mundi prospera, mens eorum eo egre tolerat, quo supernae felicitatis est amore lauciata, tantoque magis in praesentis dulcedinis aspersione erigitur, quanto hanc conspicit, quia futuri sibi in ternae gloriae despectu blanditur, haec illa. Ex quibus apparet quod iusti magis aduersitatibus conuolantur, quam prosperis. Et hoc est quod hic notat psal. dicens. Uda rex meus &c. Vbi notandum quod hic per iudam Christus intelligitur, qui de Iuda originem duxit vt patet Matth. 1. Moab vero quidam populus est qui descendit a Moab, quae genuit maior filia Loth, abutens patre ebriore, per quem intelligitur omnis abutens lege. Sicut enim filia male abutens patre genuit Moabitas, sic qui male vitur lege, generat opera mala, sicut qui bene bona. A male autem vitentibus lege Dei scilicet, a malis hominibus oritur olla id est, tribulatio ecclesiae, quae per ollam significatur. Hac est olla feruens ab aquilone id est, a diabolo, de qua Hiere. 1. Ollam lucensam ego video, & facies eius a facie aquilonis. Vnde ab aquilone pandetur omne malum, id est, a diabolo. Ab illo ergo aquilone olla tribulationum ebullit in ecclesia. Sed Christo rege duce, haec olla tribulationum ardens, fit iustis spes gloriae futurae, quia tribulatio patientiam operatur, patientia vero probatio nem, probatio autem spem. Rom. 5. Quia per spe charitas diffunditur in cordibus, quae ardore tribulationis superat. Est ergo sensus versiculi iste. Uda rex meus, id est, Christus, quo me regente olla Moab id est, tribulatio a malis bonis illata est spei meae id est, tribulatio me plenius sperare facit bona aeterna, & non deficere. Et p hoc vult ostendere quod aduersitas & tribulatio iustis est causa consolationis. 2. corin. 1. Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.

Notabene totum.

Incognita. incognita. innot.

Incognita.

Dispensatio. cuius. Deum. 35.

Uda rex meus. Matth. Moab.

Olla feruens. tribulatio. Hiere. 1.

Rom. 5.

2. Corin.

In

966. In Idumaeam extendam calciamentum meum, mihi alienigenae subditi sunt.

Hic ostenditur euangelij Christi per orbem praedicatio. Vbi notandum quod per calciamentum in scriptura, multa intelliguntur. Primo per calciamentum significatur Christi incarnatio. Sic enim dicebat Ioannes Baptista de Christo. Post me venit, qui ante me factus est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Vbi aduertendum quod per calciamentum quod fit de pellibus mortuorum animalium, figuratur nostra natura mortalis, quam Christus assumpsit. B. Hic autem fuerit fructus huius extensionis siue praedicationis, ostendit subdens. Mihi alienigenae subditi sunt, quia scilicet gentes quae alienae erant a Deo per idololatram, per talem praedicationem Christi fidee receperunt, & iugo fidei se submiserunt. Et hoc est quod dicitur Olee. 1. Vocabo non plebem meam, plebem meam. Vnde & gentibus dicitur. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti. Hic ponitur diuinae virtutis cognitio. Vbi notandum quod ecclesia militans integraliter ad caelestem transire non potest, donec numerus electorum fuerit completus, quo completo statim terminabitur mundus. Qui electorum numerus est iuxta numerum angelorum, non quidem qui ceciderunt, sed illorum qui permanserunt, vt scilicet tot sint beati homines, quor angelis: & contrario. Vnde ait magist. li. 2. dif. 9. Non enim iuxta numerum eorum angelorum qui ceciderunt, sed qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Greg. ait. Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam credimus tot homines ascendere: quod illic contigit angelos remansisse. Sicut scriptum est. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Ad propositum ergo psal. hoc prauidens quaerit, quis ecclesiam debet deducere & dilatare per orbem vt compleatur electorum numerus: & per consequens quis ipsam deducet ad ciuitatem caelestem. Nam per ciuitatem inuinita, intelligit caelestem Hierusalem, quae omni bono fulcitur: sed per Idumaeam terrenos & gentiles conuertendos ad fidem. Primo ergo de hoc format quaestionem. Secundo ponit solutionem: ibi. Quae ne. Quaerit ergo primo, quis deducet me in ciuitatem. id est, in caelestem Hierusalem. Et quia oportet quod primo de gentibus electorum numerus compleatur, subdit. Quis deducet me vsque in Idumaeam. id est, vsque ad gentes terrenas vel ad terminos terrae, in quibus Christi fides suscipiatur. Et consequenter respondet, dicens. Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris. Quia enim duae negationes faciunt vnam affirmationem: quia negatio praecedens negat quidquid sequitur. Ideo nonne est affirmatio: vt sit sensus. Quis deducet me &c. certe tu Deus qui repulisti.

A animalium sunt, potest intelligi mors & passio Christi. De istis ergo calciamentis, scilicet de mysterio incarnationis desponsationis ecclesiae, & Christi passionis hic loquitur psal. d. In Idumaeam extendam calciamentum meum. id est, praedicabo incarnationem Christi, ecclesiae desponsationem, & Christi passionem, scilicet, in omni terra: quod significat Idumaea. Nam Idumaea interpretatur terrena. Et sic est sensus In Idumaeam extendam &c. id est, vsque ad terminos terrae: quod fuit ad impletum tempore Apostolorum. De quibus dicitur. In omnem terram exiuit sonus eorum &c. Quis autem fuerit fructus huius extensionis siue praedicationis, ostendit subdens. Mihi alienigenae subditi sunt, quia scilicet gentes quae alienae erant a Deo per idololatram, per talem praedicationem Christi fidee receperunt, & iugo fidei se submiserunt. Et hoc est quod dicitur Olee. 1. Vocabo non plebem meam, plebem meam. Vnde & gentibus dicitur. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei: qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.

psalm. 18.

1. Petri. 2.

967.

967. Quis deducet me in ciuitatem mitam, quis deducet me vsque in Idumaeam.

Hic ponitur diuinae virtutis cognitio. Vbi notandum quod ecclesia militans integraliter ad caelestem transire non potest, donec numerus electorum fuerit completus, quo completo statim terminabitur mundus. Qui electorum numerus est iuxta numerum angelorum, non quidem qui ceciderunt, sed illorum qui permanserunt, vt scilicet tot sint beati homines, quor angelis: & contrario. Vnde ait magist. li. 2. dif. 9. Non enim iuxta numerum eorum angelorum qui ceciderunt, sed qui permanserunt homines ad beatitudinem admittuntur. Vnde Greg. ait. Superna illa ciuitas ex angelis & hominibus constat, ad quam credimus tot homines ascendere: quod illic contigit angelos remansisse. Sicut scriptum est. Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei. Ad propositum ergo psal. hoc prauidens quaerit, quis ecclesiam debet deducere & dilatare per orbem vt compleatur electorum numerus: & per consequens quis ipsam deducet ad ciuitatem caelestem. Nam per ciuitatem inuinita, intelligit caelestem Hierusalem, quae omni bono fulcitur: sed per Idumaeam terrenos & gentiles conuertendos ad fidem. Primo ergo de hoc format quaestionem. Secundo ponit solutionem: ibi. Ne. Quaerit ergo primo, quis deducet me in ciuitatem. id est, in caelestem Hierusalem. Et quia oportet quod primo de gentibus electorum numerus compleatur, subdit. Quis deducet me vsque in Idumaeam. id est, vsque ad gentes terrenas vel ad terminos terrae, in quibus Christi fides suscipiatur. Et consequenter respondet, dicens.

Angelus homo beatus. Numerus.

Gregorius.

Dente 31.

968.

968. Nonne tu Deus, qui repulisti nos, & non egredieris Deus in virtutibus nostris.

Quia enim duae negationes faciunt vnam affirmationem: quia negatio praecedens negat quidquid sequitur. Ideo nonne est affirmatio: vt sit sensus. Quis deducet me &c. certe tu Deus qui repulisti.

Egreditur Deus contra hostes.

O o repulisti

In cog. Tom. j.



repulisti nos & tribulari finis, nos deduces ad pre-  
dicta. Sed qualiter deduces nos: subdit. *Et non egre-*  
*dieris in virtutibus nostris.* Vbi notandum quod ali-  
ter Deus deducit ecclesiam suam, & aliter dedu-  
xit synagogam. Quia synagogam contra hostes  
deduxit aperte pugnando contra hostes: sicut a-  
pertere pugnauit contra Pharaonem ipsum cum  
exercitu suo submergendo: contra Hierico mu-  
ros ad vocem Iudaeorum dissipando: contra ciui-  
tatem Hai, solem immobiliter per vnam diem sta-  
re faciendo. Et haec Dei pugna erat exterior &  
cunctis apparens. Non sic autem deducit ecclesiam  
exteriori visibiliter pugnando, sed intus mentes  
martyrum & fidelium contra daemones fortifica-  
ndo. Et ideo non egreditur extra in virtutibus  
nostris, vel exercitiis visibiliter pugnando, sed  
intus manet in corde. Et hoc est quod dicit. Tu  
Deus deduces nos: sic tamen quod non egredieris in  
virtutibus nostris. Et haec est intentio glossae di-  
centis. *Et non egredieris in virtutibus nostris.* id est,  
non contra hostes apparebis, ut olim fecisti patri-  
bus: quia non ostendes potentiam tuam qualem  
fecisti in Moysen, in Iesu Naue, in Dauid, quibus  
gentes violenter cesserunt, & magna strage facta,  
terram promissam obtinuerunt: sed pro nobis in-  
tus operaberis, ut gentes non coacte, sed sponte  
cedant idolis, fide suscepta. Et sic melius deduces  
ecclesiam, quam feceris synagogam.

969. **Da nobis auxilium de tribulatione, C**  
**quia vana salus hominis.**

Hic ut sic fiat orat psalm. scilicet ut ex tribula-  
tione praesenti ecclesia fortificetur, ut praedictum  
est versiculo. 965. q. dicat, Non est curandum si tu  
Deus non egrediaris in virtutibus nostris, scilicet  
exteriori saluando corpus, dum modo interius iu-  
ues, quia per tribulationes nobis subuenis, vnde  
putaris deserere. q. d. Non curo de salute exterior-  
is hominis, quia illa est vana: sed de salute inter-  
ioris: quia illa est solida. Et hoc est quod dicit.  
Quia vana salus hominis, scilicet exterioris.

970. **In Deo faciemus virtutem, & ipse**  
**ad nihilum deducet tribulantes nos. D**

Hic ponitur reprobatorum finalis damnatio. Vbi no-  
tandum quod in scriptura sacra per nihil intelligitur  
peccatum, quod nulla est entitas: quia ois entitas  
per verbum est facta, peccatum autem non est factum  
per verbum, & sic nihil pro peccato accipitur.  
Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso  
factum est nihil. Quod exponens August. super  
Ioan. dicit. Sine ipso factum est nihil, id est, pecca-  
tum: quod non per verbum factum est: peccatum  
enim nihil est, & nihil sunt homines cum pec-  
cant: quia peccatum a vero esse separat ho-  
mines & ad malum trahit: & sic ad non esse de-  
ducit. Qui enim a summi boni participatione re-  
cedunt quod solum verum ac proprium est: merito  
non esse dicuntur. Si ergo propter peccatum quis  
nihil dicitur esse: quia non habet verum esse. Sequi-  
tur, quod quanto quis pluribus & grauioribus pec-  
catis constringitur, tanto proprius dicitur esse ni-  
hil: cuiusmodi est diabolus. Vnde diabolus post  
hanc vitam sub nihilo reperiuntur avari. Iob. 27. Di-  
ues cum dormierit, aperiet oculos suos, & nihil

970.  
11. q. 3. ad m. e.  
sum.  
Nihil dicitur  
peccatum.  
Ioan. 1.  
August.  
Nihil dicitur  
diabolus.  
Iob. 27.

inueniet. Et ad istum nihilum tribulantes eccle-  
siam Deus deducet, ipsos cum diabolo damnan-  
do aeternaliter. Est ergo sensus, ut iusti a malis af-  
flicti dicant: *In Deo*, scilicet sperantes *faciemus*  
*virtutem*, id est opera virtuosa, & ipse ad nihilum id  
est ad diabolum *deducet tribulantes nos*: quia cum  
diabolo illos damnabit aeternaliter.

**E**Xaudi Deus deprecationem mea  
**I**ntende orationi mea.

Titulus huius psalmi est. *In finem hymnus psal.*  
*Dauid.* Vbi notandum quod iste psal. habet can-  
dem historiam pro fundameto, qua habet & psal.  
quartus. Vnde patet iste titulus ex expositione ti-  
tuli psal. quarti: nisi quod ibi ponitur canticum,  
& non hymnus. Hic autem ponitur hymnus &  
non canticum. Sciendum ergo quod in grammatice, hym-  
nus hymni masculini generis, est laus Dei cum  
cantu, vel cantus continens laudes Dei. Si ergo sit  
laus & non sit laus Dei, vel si sit laus Dei & non  
cateretur proprie non dicitur hymnus. Si autem  
sit laus Dei & cateretur, proprie dicitur hymnus.  
Laus vero lamenti vel funeris cantata, non dicitur  
hymnus, sed canticum terrenum, vel carmen  
lamentum. Hodie tamen magis metricè capitur hym-  
nus, scilicet per laudem Dei metricè scripta can-  
tata vel dicta. Et sic in horis canonicis dicimus  
hymnos. Et horum hymnorum qui in horis di-  
cuntur quatuor fuerunt principales autores, scilicet,  
Gregorius, Prudentius, Ambrosius, & Se-  
dulus. Sed postea quidam nomine Hylarius vi-  
dens istos multos composuisse hymnos, illos om-  
nes in vnum collegit libellum: & per horas cer-  
tas dicendos ordinauit. Vnde & multoties ab  
illo Hilario etiam hymni facti dicuntur: quia ab  
ipso collecti fuerunt. Ex praemissis vero apparet  
tituli sensus: qui est iste. Psalmus iste dirigens nos  
in finem, id est in Christum: est hymnus, id est,  
laus Dei cum cantu exhibita: Dauid, id est ipsi  
Christo. De materia vero istius psal. notandum quod  
Dauid fecit istum psalm. postquam euasit manus  
Saulis, ipsum in modum coronae cingentis: ut ha-  
beret. 1. Reg. 23. Propter quod Dauid inde ascen-  
dens, habitauit in locis tutissimis Engaddi: qui e-  
rant in confinibus regni Saulis. Ut habetur. 1.  
Reg. 24. Ut si Saul ipsum persequeretur, cito pos-  
set exire de regno & potestate eius: propter quod  
& finaliter se transtulit ad terram Philistinorum.  
Ut habetur. 1. Reg. 27. Et pro hac etiam liberatio-  
ne fecit psalmum quartum. Sed sciendum quod  
licet psal. 4. & iste sint facti de eadem materia: ta-  
men sic differunt: quia ille psal. 4. proprie fuit fa-  
ctus pro gratiarum actione liberationis de manu  
Saulis: ipsum in modum coronae cingentis. Imme-  
diatè enim post recessum Saulis fecit illum psal. 4.  
Istum vero psal. 60. fecit Dauid postea quoniam iam elo-  
gatus erat in finibus regni Saulis. Quibus visis, ac-  
cedo ad expositionem literalem psal. Diuiditur ergo  
psal. iste in tres partes. Quia Dauid primo benefi-  
cia sibi exhibita recolat. Secundo alia sibi praestata  
propheticè praedicit: ibi. *Inhabitabo*. Tertio pro v-  
trisque gratias agit: ibi. *Sic psalmum dicam*. Dic vt  
N. Quantum vero ad sensum propheticum,  
sciendum quod iste psal. est vox ecclesiae laboran-  
tis in hoc saeculo, quae a finibus terrae clamat ad  
Deum. Quae & si laborat inter impedimenta  
saeculi

971.  
972.  
973.  
974.  
975.  
976.  
977.  
978.  
979.  
980.

saeculi Deum tamen laudare non desinit. Vnde to-  
tus iste psal. intentionem mouet ad laudem Dei.  
Quantum ergo ad istum intellectum psalm. iste  
diuiditur in tres partes. Quia ponitur primo eccle-  
siae afflictio: deprecatio. Secundo deprecationis  
exauditiō: ibi. *Quoniam tu Deus*. Tertio exauditiō-  
nis gratiarum actio: ibi. *Sic psalmum dicam*. Prima  
pars diuiditur in tres Quia ponit primo ecclesiae  
deprecantis humilitas Secundo illarum anxietatis  
utilitas, ibi. *A finibus terrae*. Tertio supernae defen-  
sionis securitas, ibi. *Deduxisti me*. Quantum er-  
go ad primum ecclesia fidelium videns se ubique  
in pressuris multis positam, humiliter Deum exo-  
rando inuocat. d. *Exaudi Deus deprecationem meam*.  
Vbi notandum quod vt dictum fuit superius ver-  
sic. 62. Deprecatio differt ab oratione: quia de-  
precatio est assidua precatio, quae non solum Deo  
sed etiam hominibus exhiberi potest, sicut & ho-  
mines precari possumus, sed oratio est postula-  
tio cum spe, & ideo sicut solum in Deum sperare  
possumus, sic solum Deum debemus orare. Et sic  
deprecatio fit tam Deo quam hominibus, oratio  
vero solum Deo debetur. Vel aliter vt ait glo. psal. 6.  
Deprecatio est pro malis tam temporalibus qua  
spiritualibus remouendis, sed oratio pro bonis  
conferendis. Et sic quando petimus peccata no-  
bis dimitti deprecamur: quando vero postulamus  
gratiam vel auxilium nobis conferri, Deum ora-  
mus. Ad propositum ergo, videns ecclesia quod  
multa hic patitur mala: quia vndeque impugna-  
tur a Diabolo: quae sine Dei gratia superare non  
potest, duo petit a Deo scilicet amorem malo-  
rum, & collationem adiutricis gratiae. Et quantum  
ad primum deprecat, d. *Exaudi Deus deprecationem*  
*meam*. Quantum vero ad secundum Deum  
orat. d. *Intende orationi mea*. Notandum quod intende-  
re habet duo significata. Et sic intèdit Deus ora-  
tionem nostram dupliciter. vide supra versic. 876.

**A** finibus terrae ad te clamaui, dum  
anxiaretur cor meum, in petra exalta-  
sti me.

Hic ostenditur illatae anxietatis utilitas. Vbi  
notandum quod permittit Deus suos electos te-  
ntationibus diaboli & mundi aduersitatibus affli-  
gi, non ad ipsorum consumptionem, sed magis ad  
ipsorum utilitatem. Ut puta: quia nemo potest  
coronari, nisi vincerit: nemo potest vincere nisi  
certauerit: nemo autem certare potest, nisi inimi-  
cum habuerit: ergo de primo ad vltimum, nemo  
coronari potest, nisi tentatus & anxietus fuerit.  
Et sic quanto plura aduersa patitur ecclesia, illa  
superando maiora praemia meretur. Vnde Grego-  
rius ait. Peccatoris lumen in die, est obscuritas in  
vespere: quia in praesenti vita felicitate attollitur  
sed aduersitatis tenebris in fine deuoratur. Iusto  
autem meridianus fulgor ad vesperum surgit quia  
quanta sibi claritas maneat cum iam occumbe-  
re coeperit, agnoscit. Hic namque scriptum est.  
Timebiti Deum bene erit in extremis. Hinc per  
psal. dicitur. Cum dederit dilectis tuis somnum,  
ecce haereditas domini: quia in huius quoque vi-  
ta certamine positus, cum consumptum se puta-  
uerit, vt Lucifer oritur: quia foris cadens intus  
innotat. Et quo magis exteriori aduersa tolerat  
eo verius virtutum lumine interiori coruscet. Paulo  
attestante qui ait. Sed licet is qui foris est noster

homo corruptatur: tamen is qui intus est, reno-  
uatur de die in diem. Id enim quod in praesenti  
est leue & momentaneum tribulationis nostrae  
supramodum in sublimitate aeternae gloriae pon-  
dus operatur in nobis &c. Ex quibus patet qua-  
re Deus electos suos sive ecclesiam suam affligit  
& tentari permittit. Et haec a finibus terrae. Eccle-  
sia nanque incæpit in Hierusalem, vbi Christus  
praedicauit, sacramenta instituit, passus fuit, ascen-  
dit, & spiritum sanctum visibiliter misit. *A finibus*  
*ergo terrae*, id est, circumquaque per orbem terra-  
rum passa est ecclesia, & continuè in suis patitur  
membris. Vnde anxia ad dominum clamas, orat,  
dicens. *A finibus terrae ad te clamaui, dum anxie retur-*  
*cor meum* Et quod non frustra clamauerit: ostendit  
subdens *In petra exaltasti me*. Quod enim nomi-  
ne petrae nisi Christus intelligitur: qui de ipso ait,  
Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam, *Petra* *Chri-*  
*stus*. Et Apostolus. Petra autem erat Christus. Est er-  
go sensus. *In petra exaltasti me*, id est in Christo, &  
per Christum omnium aduersitatum & tentatio-  
num victoriam mihi dedisti: quia ad utilitatem  
mihi cesserunt: non ad nocumetum: quia etsi cor  
meum in illis anxietur, non tamen vincitur. Et  
nota quod Christus dicitur petra in qua exaltan-  
tur iusti: quia in Christo fundatur ecclesia. Super  
hanc petram aedificabo ecclesiam meam. Per Chri-  
stum nobis fluit salutaris gratia. Numeri. 20. Lo-  
quimini ad petram, & ipsa vobis dabit aquas. In  
ipso conseruatur fidelis conscientia: prouerb. 30.  
Collocat in petra cubile suum. Cantic. 2. Veni  
columba mea in foraminibus petrae. Per ipsum  
corrigitur sensualis concupiscentia, psalm. 136. Bea-  
tus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram  
glo. id est paruas concupiscentias carnales, ante-  
quam robur accipiant, ad Christum petram alli-  
dendo occidit.

**D**eduxisti me, quia factus es spes  
mea, turris fortitudinis a facie ini-  
mici.

Hic ponitur supernae protectionis securitas. *Spes* *nostra*  
vbi notandum quod Christus dicitur spes nostra  
factus: non quidem essentialiter cum spes sit que-  
dam anime virtus, sed d. causatiue: quia ab ipso  
nobis datur sic etiam dicitur patientia nostra, per-  
seuerantia nostra: quia scilicet ab illo habemus  
istarum virtutum exempla, vel dicitur spes nostra  
quia est obiectum spei nostrae: vt sit sensus vt ec-  
clesia Christo dicat. *Deduxisti me*, per te viam ad te  
veritatem & vitam. Et hoc: quia factus es spes mea,  
qui scilicet sperantes exaltas. Aliter enim non ef-  
fes nobis dux, nisi spes esses nobis factus. Sed in  
hoc factus es spes nobis: quia speramus quod non  
perdet patet: propter quos filium tradidit. Et ad-  
uertere quod secundum grammaticos differentia  
est inter abducere & producere & deducere. Quo-  
niam abducitur in honestam, producitur ad stu-  
dium, deducitur ad honorem. Et sic illos Deus de-  
ducit, quos virtutum exemplis ad honorem tra-  
hit regni caelestis. Et sic nota quod Deus ecclesiam  
suam deduxit, deducit, & deducet. Deduxit in pre-  
teritum exemplis antiquorum patrum, velut stel-  
lis fulgentibus, noctem praesentis vitae perlustra-  
do. Vt ostendit Greg. 1. mora. c. 10. d. Deduxit nos  
Deus per noctem vitae praesentis, dum nostrae no-  
ctis tenebras sanctorum exemplis quasi stella-  
rum radiis perlustrauit: vnde ad ostendendam  
Tom. j. O o 2 innocen

Petra Chri-  
stus.  
Matth. 16.  
1. Corint. 10.  
Math. 16.  
Numeri 20.  
Prouer. 30.  
Cantic. 2.  
Psal. 136.  
973.  
2. q. 7. respos.  
Spes nostra  
Christus.  
Deducere e-  
xempla vir-  
tutum.  
Greg. 1. mor.  
c. 10. in presen-  
tione.

Psalm. 76.

Psalm. 79.

Psalm. 142.

Prouerb. 18.

974.

innocentiam, venit Abel, ad docendam actionis munditiam, venit Enoch, ad insinuandam longanimitatem operis & spei, venit Noe ad manifestandam obedientiam, venit Abraam ad demonstrandam coniugalis vitæ castimoniam venit Isaac ad insinuandam laboris tolerantiam, venit Iacob ad rependendam pro malo bonæ retributionis gratiam, venit Ioseph ad ostendendam mansuetudinem, venit Moyses, ad informandam contra aduersa fiduciam, venit Iosue, ad ostendendam inter flagellâ patientiam, venit Iob. Ecce quam fulgentes stellas in cælo cernimus, vt inoffenso pede operis deducti, iter nostræ noctis ambulemus. Et ideo dicitur. Deduxisti sicut oues populum tuum. Secundo nos deducit in præsentem, nos sua gratia ab insidiis diaboli protegendo. Et hoc est quod subdit. *Deduxisti me, quia factus es spes mea.* Sequitur. *Turris fortitudinis à facie inimici.* Est enim nobis Deus turris fortitudinis à facie diaboli, dum Christus suos defendit contra omnia scandala inimici rugientis: quia etsi te tentat, cogita quoniâ & Christus prius est tentatus: si te aduersis percutit, & Christus prius percussus fuit: si te infamat, & Christus prius fuit infamatus: si bona tua rapit, & Christus suis vestibus fuit spoliatus: etiâ si vsque ad mortem persequeris, & Christus fuit crucifixus, & similia: quæ quis mente cogitando velut in quadam fortissima turre positus, inimici insidias liber euadit: quia suis exemplis tunc te Christus regit. Psal. 79. *Qui regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph.* Tertio nos deducet in futurum, dum ad gloriam suos electos assumet. psal. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Et sic Christus est illa fortissima turris nostræ defensionis, de qua Prouer. 18. *Turris fortissima nomen domini, ad ipsam currit iustus, & saluabitur.*

**Quoniam tu Deus exaudisti orationem meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.**

Hic ponitur orationis exauditio. Et aduertendum quod hic dicit orationem esse exauditam, & non dicit deprecationem: cum tamen in principio psalm. orauerit & etiam fuerit deprecatus. Quod ideo dicit: quia cum deprecatio sit pro malis amouendis: Deus autem à suis electis non omnia mala remouet vitæ præsentis: quinimod illa multoties infert ad virtutum custodiam: vel augmentum meritum. Hinc est quod iustorum deprecatio, non semper exauditur ad votum, licet ad vtilitatem. Oratio autem pro bonis conferendis semper exauditur: quia omnia quæ Deus suis electis infert vel permittit inferri, ad hoc tendunt vt illis æternam conferat vitam. Et ideo dicit orationem suam exauditam: sed non deprecationem. Diuiditur autem ista pars in tres: quia ostendit primo quod iustis datur patris hæreditas. Secundo ostendit hæreditatis dignitas: ibi. *Dies super.* Tertio hæreditas ostendit æternitas, ibi. *Permanet in æternum.* Quantum ad primum sciendum, quod hæreditas est multiplex, scilicet, hæreditas abominabilis & perniciofa, hæreditas mutabilis & fluctuosa, hæreditas vtilis & gratiosa, hæreditas desiderabilis & gloriosa. Primum est hæredi-

Hæreditas.

tas abominabilis &c. scilicet hæreditas malorum, qui supplicium hæreditabunt æternum. Vnde de impio dicitur. *Deuorabit eum ignis qui non succeditur, & affligetur.* Sequitur. *Hæc est pars hominis impij à Deo: & hæreditas à domino verborum eius.* Quæ exponens Gregorius, ait. *Iniquus si in hac vita positus bene agere voluisset, apud Deum hæreditatem regni celestis haberet.* Sed quia prauis subdi desideriis elegit hæreditatem suam à Domino in tormentis inuenit: quia eiusdem domini participare gratiam non quaeruit. Bene autem dicitur, hæreditas verborum eius à domino. *Qui enim pro magnis malis in supplicium mergitur, fortasse credebatur quod pro illis quæ male dixerat minimè iudicaretur: sed cum districta omnipotentis Dei iustitia supplicium à reprobis pro peruersis actibus exigit eis etiam mala vsque ad verborum retributionem reddit: vt qui de magnis malis debitores sunt, supplicii traditi, etiam nouissimum quadrantem soluant.* Nam quos magna præmunt etiam mala minima pariter in gehenna affligunt &c. Hæc autem malorum hæreditas est detestabilis: quia contumeliam malus hæreditabit: & omnis peccator. Est horribilis. Eccles. decimo. *Cum morietur homo, scilicet peccator, hæreditabit bestias serpentes & vermes.* Est odibilis: quia Iob 20. dicitur. *Deuorabit eum ignis: & hæc est hæreditas impij à domino.* Secundo est hæreditas mutabilis. scilicet, temporalium rerum, & hæc datur bonis & malis. Et ideo satis est parum pendenda. Et hæc hæreditas sæpe obtinetur per violentiam: quia vt plurimum quidam aliorum temporalia rapiunt violenter. Iob. 27. *Hæc est hæreditas violentorum, quam ab omnipotente possidebunt. Sæpe obtinetur per malitiam.* Prouer. 20. *Hæreditas ad quam festinatur in principio, in nouissimis benedictione carebit.* Quod ideo dicitur: quia de male acquisitis non gaudebit tertius hæres. Et hæc hæreditas quanto maior est, tanto sibi maiores acquirit inimicos: patet, quia quanto quis plura bona suo reliquit hæredi, tanto hæres magis optat illius mortem. Vnde Seneca dicit. *Quanta dementia est hæredis sui res procurare, vt hæredem ex amico faciat inimicum.* hæreditas magna. Hinc est quod plus tristantur de morte domini quam filij hæredes: vt idem dicit in libro declamationum, declamatione tertia. Vnde & idem Seneca in libro de prouer. dicit: *quod male agit secum, qui medicum facit hæredem, quia scilicet ipsum de amico facit inimicum.* Et ideo de ista hæreditate dicitur. *Hæreditas mea facta est mihi quasi leo in silua.* Tertio est hæreditas vtilis quæ gratiosa, scilicet scientiæ & virtutum. De qua eccles. 37. *Sapiens in populo hæreditabit honorem.* Et bene dicit, hæreditabit: quia nihil in præsentem vitam securius possideri potest, quam ipsæ virtutes quæ per violentiam auferri non possunt. Vnde Boetius. *Quid o mortales extra petitis: intra vos positam felicitatem habetis.* Ostendam tibi cardinem felicitatis. Est ne aliquid tibi te ipso preciosius: nihil iniques. Ergo si tui compos fueris: te ipsum possidebis: quem nunquam amittere velis: nec fortuna possit auferre. Modo homo est sui compos per virtutes. Quapropter vt narrat Seneca de tranquillitate animi ante finem, naufragio inquit Zeno cum audiret omnia sua submersa, dixit. *Hoc iubet me philosophari, Et Polycraton*

Iob. 20.

Greg. 15. no. 14. cap. 16.

Leuit. 20. Epist. 1.

Eccles. 10.

Eccles. 10. Iob. 20.

Iob. 27. Prouer. 20.

Seneca de epist. ad Luc. c. 6.

Hierem. 11. Virum. Eccles. 37.

Boetius de consol. t. 1. c. 1.

crates dicit, illum respondisse petenti: cum omnia perdidisset ex vastatione inimicorum: & totum incendio fuisset consumptum, sic, Nihil perdidisti, omnia mea tecum sunt. Ex quibus planè patet quod virtutes quæ in nobis sunt, violenter auferri non possunt. & ideo ipsorum hæreditas est vtilis & gratiosa. Esa. 54. *Hæc est hæreditas seruatorum Dei, iustitia eorum.* Quarto est hæreditas desiderabilis & gloriosa. scilicet, hæreditas gloriæ, quæ verè delectabilis est, quia possidetur cum fiducia, ad Heb. 9. *Repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis, quod autem est æternum, cum fiducia possidetur, possidetur cum bonorum abundantia.* Leuit. 20. *Possidete terram quam dabo vobis in hæreditatem, manentem lacte & melle.* Possidetur cum lætitia. ad Ephe. 1. *Sciatis quæ sunt diuitiæ hæreditatis eius in sanctis.* Et hæc est illa hæreditas gloriæ, quam Deus suis conferet electis post hanc vitam psalm. 126. *Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini &c.* & de ista nunc loquitur Psalm. dicens, *Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.* Et aduerte quod dicit *dedit*, in præteritum, ponens præteritum pro futuro pro nimia certitudine. Et est sensus. *Dedisti*, ne dicam dabis, aded enim certus sum, quasi esset iam. Vel dedit in spe. Ex eo enim quod dedit nobis potestatem filios Dei fieri dedit nobis potestatem hæreditatis suæ. Et hoc est quod dicit Apostolus Rom. 8. *Sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.* Sed ibi quæstionem mouet gl. dicens, quod cum hæres quis solum dicatur, cum iam hæreditas morte decessoris teneatur, nec alio modo possit intelligi hæreditas firma, secundum leges humanas. Quomodo ergo nos hæredes Dei possumus dici, cum ipse Deus non moriatur. Respondet, nos hæredes Dei dicimur, & si non Deus decedat: quia hæreditatem æternam nos filij speramus, quam in futuro possidebimus, non per patris mortem, qui mori non potest: quia ipse est hæreditas nostra. Vel potest dici, quod decedet secundum modum cognitionis, quo cognoscitur à nobis. Nunc enim ex parte cognoscimus, & per speculum videmus, decedet ergo, vt tunc non videbatur per speculum in ænigmatem sicut nunc, sed facie ad faciem. Potest etiam dici quod Christus qui est Deus, mortuus est, in cuius morte testamentum hæreditatis nostræ fuit confirmatum. Et hoc est quod de Christo dicitur, quod noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, repromissionem accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis.

975

**Dies super dies Regis adicies, annos eius vsque in diem generationis & generationis.**

Hic ostenditur eiusdem hæreditatis dignitas: quia scilicet filij eandem hæreditatem habebunt cum patre, & milites cum Rege, ac serui cum domino, quia scilicet erimus hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi. Dum itaque dicit, quæ sit hæreditas regis, scilicet Christi, significat, etiâ quæ sit militis, quasi dicat. *De dedit nobis hæreditatem, sed quàm? quàm scilicet habet Christus rex.*

Et ipse quàm hæreditatem habet? habet scilicet æternam: quia scilicet tu adicies dies Regis super dies, id est dies æternos super temporales. Per hoc enim significat æternitatem Christi qui est Rex noster. Christo itaque Regi, dedit pater dies sine fine, super istos dies quibus in præsentem regnat ecclesia, vt non solum in istis diebus regnet Christus in ecclesia, sed etiam cum illo sancti regnent in æternum. Et hoc aliis verbis exprimit, dicens. *Annos eius vsque in diem generationis & generationis.* quasi dicat. *Hi dies & hi anni sunt vsque in diem generationis huius præsentis, & generationis futuræ, scilicet id est sunt vnus dies, qui vnus dies continet & transcendit sæcula præsentis & futuræ generationis.* Et hic dies est æternitas. De quo die dicitur. *Melior est dies vna in atrijs tuis super millia.*

Hæreditas Dei.

Dies æternus.

Psalm. 83.

**Permanet in æternum in conspectu Dei, misericordiam & veritatem eius quis requiret?**

976

Hic declaratur huius hæreditatis æternitas, dicens, quod illa hæreditas *Permanet in æternum.* Vbi notandum quod de essentia formalis beatitudinis sunt tria, scilicet clara visio, vera fruitio, & firma sine æterna tentio, vt notauimus supra versiculo. 491. *Quomodo enim esset quis verè beatus, si de æternitate suæ beatitudinis certus non esset? semper enim timet cadere, & cum timor talis sit poena, beatus in poena semper staret, quod implicat contradictionem.* Et de ista æternitate certificantur, videndo diuinam essentiam in qua relucet. Et hoc est quod subdit. *In conspectu Dei.* quasi dicat. *Illam hæreditatem permanet in æternum, & de hoc sunt certi: quia sunt in conspectu Dei.* Et quia illa hæreditas omnibus bonis abundat. Ideo subdit. *Misericordiam & veritatem eius quis requiret.* quasi dicat. *Nullus in æterna enim hæreditate nulla potest esse miseria, ergo ibi non est opus misericordiæ, quia ibi nullus erit miser. Ibi omnes clarè videbunt Deum, qui est ipsa veritas per essentiam: ergo ibi nullus potest errare. Veritas autem cum requiratur: vbi non cognoscitur, & ibi omnes cognoscent clarè veritatem, sequitur quod ibi nullus veritatem requirit: quia nemo requirit quod habet & scit se illud habere.* Exponitur ergo ista pars negatiuè, scilicet in patriam, misericordiam & veritatem eius quis requiret, quasi dicat, nullus: quia ibi nulla miseria, ibi omnis veritas.

Misericordia. Veritas.

**Sic psalmum dicam nomini tuo in sæculum sæculi, vt reddam vota mea de die in diem.**

977

Hic est vltima pars, vbi ponitur gratiarum actio. Vbi notandum quod beati continuè cum spiritibus angelicis in diuinis laudibus immorantur, in Deum referentes omnia sua bona opera, & ex hoc ipsum laudantes. Vnde de ciuitate superna dicitur Esa. 51. *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.* Et hoc est quod hic dicit psalmista in persona cuiuslibet beati. *Sic, scilicet in hæreditate æterna positus. Psalmum Tom. j. O o dicam.*

12. q. 2. simus.

Esa. 51.

*dicam nomini tuo.* Psalmus enim ut frequenter dictum est, significat bonam operationem. Et sic psalmum dicere domino, est omnem bonam operationem Deo attribuere & non sibi. Sic psalmum Deo dicebat Iacobus apostolus. Omne datum optimum & omne donum perfectum de sursum est, &c. *In saeculum saeculi.* id est in perpetuum. Vide supra vers. 93. Sequitur. *Ut reddam vota mea de die in diem.* Vbi notandum est, quod voluntas nostra quoad carnem manet in presenti alligata totaliter in Deum ferri non potest, quia pondere carnis grauat. Unde preceptum dilectionis Dei, quo est diligendus toto corde &c. in presenti ad plenum perfici non potest, perficietur autem in futuro, ubi anima a pondere carnis libera erit. ut dicit beatus Augustinus in libro de perfectione iustitiae. Et sic in presenti vota nostra, id est actus voluntatis nostrae plenè Deo reddere non valemus, sed in patria ipsos actus plenè in Deum referemus ipsum amando toto corde, &c. Et hoc est quod ait. *Ut reddam vota mea.* id est actus voluntatis meae totaliter tibi. Et hoc de die in diem, id est absolutus à die vitae praesentis, ac deductus in diem felicitatis aeternae. De quo psalm. 83. Melior est dies vna in atris tuis super millia. Et hic notat glo. quod in figuram huius laudis diuinae quae erit post hanc vitam post omnia in ecclesiasticis officijs dicitur. Benedicamus domino: quia de omnibus bonis quae in presenti facimus, Deum perenniter in futuro laudabimus. A pueris autem dicitur: quia tunc angelicae puritatis consortes erimus. Nullus enim in regnum caelorum intrabit, nisi paruulus.

P S A L. L X I.

978  
2. q. 8. vl.  
sino.

**N**onne Deo subiecta erit anima mea ab ipso enim salutare meum.

Titulus huius psalmi est. *In finem pro idithum psalmus David.* Vbi pro literalis intelligentia notandum, quod David constituit multos cantores ad canendum Deo laudes in tabernaculo anteaquam caederet. Quibus tres praepositos instituit, qui omnibus alijs cantoribus praessent, sic quod quilibet illorum trium certam partem cantorum sub se habebat. Et laudes domini per vices decantabant, sicut modo hebdomadarum per vices suas officium faciunt in choro. Et isti tres praepositi fuerunt, Alaph, Heman, & Idithum. Vide supra vers. 632. Et sic Idithum est nomen proprium. Et sic sensus literalis tituli est: quod iste psalm. dirigens nos in finem, fuit factus à David decantandus à Leuitis qui erant sub Idithum. De materia autem psalmi: quod David fecit istum psalmum, quando persecutus à Saul fugerat in terram Moab, sed admonitus à Gad propheta, fuit reuersus in terram Iuda. ut habetur 1. Regum 22. De quo etiam reditum fecit psalmum decimum, sed illum fecit redeundo de terra Moab ad terram Iuda. Istum autem fecit postquam per aliquod tempus in terram Iuda remanserat. Et quia in Iuda sub diuina confidentia manebat, ideo istum psalmum à diuina confidentia in qua subiectus manebat, incepit dicens. *Nonne Deo subiecta erit anima mea.* &c. Sic ergo literaliter psalm. iste diuiditur in duas partes. Quia primo ponitur ipsius

**A** David in Deo confidentia. Secundò aduersationum eius exprimitur malitia, ibi. *Quousque irruitis, &c.* Dic vt. N. Quantum ad sensum propheticum notandum, quod ex titulo declaratur materia psalmi cum dicitur. In finem psalm. David pro Idithum. Idithum enim nomen proprium fuit cuiusdam cantoris. Et secundum Catholicon Idithum interpretatur transiliens eos, vel saliens, quia quosdam humo inhaerentes, & ea quae sunt in humo cogitantes, & in rebus transitorijs spem ponentes, transiliuit iste Idithum, qui vocatur transiliens. & acuitur in fine. De tali ergo transiliente agit psalm. iste qui à terrenis ad caelestia mente transire docet. Monens pigros illuc sequi, & laudans locum quo transiliendo peruenit. Ostendit enim quod transiliens ista terrena, Deo subditus esse debet. Est ergo sensus tituli iste: psalm. iste factus à David, est pro Idithum, id est agit de transiliente de mundo in finem, id est in Christum. Unde tota intentio psalmistae est, vt spreto terrenis, amemus aeterna. Quantum ergo ad istum intellectum psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia transiliens talis quilibet tria debet facere, scilicet primo pro fundamento habere humilitatem. Secundò Dei debet cognoscere pietatem, ibi. *Quia ipse Deus meus.* Tertio spernere debet mundi vanitatem, ibi. *Ut erunt amon vani.* Prima in duas, quia primo ponit suam humilitatem. Secundò Iudeorum iniquitatem, ibi. *Quousque.* Prima in duas, quia primo ponit suam humilitatem. Secundò humilitatis causam & rationem, ibi. *Nam & ipse.* Quantum ad primum sciendum, quod in isto psalmo loquitur ecclesia in persona cuiuslibet iustitiae vel suorum membrorum. Et quia fundamentum cuiuslibet virtutis & iustitiae est humilitas, ideo ab humilitate incipit, dicens. *Nonne Deo subiecta erit anima mea?* Nam ut dicit Gregorius. Humilitas est omnium virtutum mater & magistra. Deo autem quilibet homo rectè subiici debet, & hoc multiplice ratione. Quoniam ad hoc nos inducit Primò dispositio generalis circa vniuersum in quo videmus inferiora subiici superioribus, quia quanto aliqua sunt puriora & digniora, tanto in mundo sunt superiora, vt patet de igne qui est supra aerem, aer supra aquam, aqua supra terram. Et ideo quia terra indignior est omnibus elementis, ceteris omnibus subiicitur. Cum ergo Deus dignior sit omnibus, omnia Deo subiici debent. Et hanc rationem notabat apostolus dicens. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Quid autè hic dicitur anima, nisi ipse homo quem vocat animam, vt ostendat quod non solum corpore Deo quis debet subiici, sed principalis anima & voluntate. Secundò ad hoc nos inducit obligatio naturalis hominis ad Deum. Naturaliter enim qui sibi inferioribus vult praeesse & dominari, & ipse suis superioribus subiici & obedire debet. Quia enim fronte quis superior ab inferioribus obedientiam exhubet, si ipse suo superiori subesse contemnit? Cum ergo homo suis inferioribus velit praeesse, vt puta in montibus aubis, & cunctis animantibus terrae, dignum est vt se subiiciat suo superiori. Unde homini dicitur. Suditus esto domino, & ora eum, quasi dicat. Si Deo non te per humilitatem subiicis, nec alia tibi erunt subiecta. In cuius signum ante peccatum, animalia venenosa homini nocere non potuissent, neque aliqua alia creatura, sed omnia inferiora

inferiora ditioni hominis subiecta fuissent: similiter & caro non repugnasset anime, sed statim vt homo per superbiam diuinis mandatis subiici noluit, omnia homini repugnare coeperunt, & caro spiritui. Idcirco nobis consulitur. Eccles. 5. 1. Collum vestrum subiicite iugo eius. Tertio retributio salutaris: quia subiectos exaltat in caelestibus. Unde & ille Anthiochus recognoscens flagellatus Deo, quod Deus subiectos exaltat & flagellat rebelles, ait. Iustum est hominem subditum esse Deo, &c. Quae omnia considerans psalmista dicit. *Nonne.* id est immo subiecta erit Deo anima mea. Et subdit mortuum. *Ab ipso enim salutare meum.* scilicet ab ipso Deo patre procedit filius, qui est auctor salutis meae.

979

**N**am & ipse Deus meus, & salutaris meus, susceptor meus, non mouebo amplius.

Hic suae humilitatis ostendit causam. Vbi sciendum quod ista pronomina, meus, tuus, & similia, notant quandam relationem habentis ad habitum, vel habitum ad habentem. Unde quandoque notant maioritatem & excellentiam (subiecti supra praedicatum, vt cum dicitur dominus meus, quandoque e contrario, vt cum dicitur seruus meus. Et haec differentia denotatur in subiecto importante excellentiam & perfectionem, vt dominus meus, pater meus, magister meus, vel in subiecto importante aequaliter minoritatem & defectum, vt seruus meus, filius meus. Unde talis relatio dicitur indifferens, videlicet ratione subiecti importantis maioritatem aliquam vel minoritatem secundum nostrum modum intelligendi: vt puta dicendo alicui. Ego sum vester, vel vos estis meus, talis relatio est indifferens: quia potest esse sensus. Ego sum vester, scilicet dominus, vel seruus: vel vos estis meus, scilicet dominus, vel seruus. Sed quando ponitur subiectum importans excellentiam facit relationem excellentiae, vt dominus meus, vel Deus meus: e contrario relatione importante subiectionem. Cum ergo hoc nomen Deus sit nomen summæ excellentiae, quandoque sibi additit meus, vel tuus, denotat relationem superioris ad inferiorem, vel genitoris ad genitum & huiusmodi, Deus enim nomen est summæ excellentiae. Quoniam secundum grammaticos, Deus dicitur à theos: quia in Graeco significat metum, eo quod Deus sit timor omnibus colentibus eum. Vel dicitur Deus, à do das: quia omnia ab ipso dantur bona. Vel dicitur Deus, à diligo, gis, quia omnia quae sunt, diligit, & nihil odit eorum quae fecit. Et cum omnes istae deriuationes sint excellentiae, sequitur vbi, cum dicitur Deus meus, quod ibi notatur excellentia & dominium Dei, supra rem cuius est Deus. Ad propositum ergo psalmista volens ostendere se Deo subiectum & causam subiectionis dicit. *Nam & ipse Deus meus.* scilicet cui merito subiici debet anima mea, quamuis enim Deus sit omnium Deus & dominus, quantum ex parte sui, non tamen quantum est ex parte subditorum: quia non omnes voluntarie sibi subiici volunt, nec eum suum Deum recognoscere. Sed fidelis quisquis proprie dicere potest Deus meus, qui ipsum pro Deo recognoscit & domino. Et nota quod hic Deus accipi potest essentialiter & personaliter. Si accipiatur personaliter

ter, tunc refertur ad id quod statim dictum est, in primo versiculo. *Ab ipso enim salutare meum.* scilicet filius qui est auctor salutis meae, quod scilicet salutare est Deus meus. Per hoc ostendens, quod filius non sit minor patre, quia Deus vnus est cum patre. Et ipse filius est saluator meus, id est redemptor meus per incarnationem. Unde qualiter sit salutaris meus ostendit, dicens: quia susceptor meus: quia scilicet me, id est humanitatem meam suscepit ad vnionem hypostaticam. Et quia illa susceptio hominis est inseparabilis: quia quod semel filius assumpsit, nunquam dimisit, ideo subdit. *Et non mouebo amplius.* s. homo assumptus semel, amplius à verbo non separabitur. Si autem accipiatur hic Deus essentialiter, tunc est sensus. *Nam & ipse Deus meus* quia licet sit omnium Deus per potentiam, meus autem est per gratiam. *Et salutaris meus.* scilicet in quo est finis meus & saluatio mea: quia beatitudo nostra erit in visione & fruitione diuinæ essentiae & non alicuius personae praecise. *Et susceptor meus.* quia scilicet Deus vel diuina essentia me suscipiet ad gloriam in qua beatificabor. Quod cum factum fuerit, *Non mouebo amplius.* quia scilicet ad beatitudinem assumptus à Deo, amplius cadere non poterò: quia si quilibet beatus est certus de aeternitate suae beatitudinis.

980

**Q**uousque irruitis in hominem, interficitis vniuersi vos tanquam parietis inclinatis, & maceriae depulsae.

Hic consequenter ostendit Iudeorum & aliorum reproborum iniquitatem. Vbi notandum quod vniuersalis ecclesia assimilatur vni homini qui habet vnum caput & membra distincta. Caput autem ecclesiae est Christus, quia ipse est caput super omnem ecclesiam. Ephe 1. Ceteri autè fideles sunt huius hominis membra, vt puta, actiui dicuntur manus, praedicatorum pedes & huiusmodi. Hunc autem hominem semper mali sunt persecuti: quia reprobi semper persecuti sunt bonos volentes ecclesiam bonorum dissipare. Sed hoc frustra fecerunt, quia licet quandoque potestatem habuerint supra hominem exterioriorem, nunquam tamen hominem interiori dissipare potuerunt, immo quanto maior erat persecutio exterioris hominis, tãdò amplius roborabatur interior homo. Unde istos reprobos reprehendens psalmista dicit. *Quousque irruitis in hominem.* Per hoc enim quod dicit quousque, notat continuationem persecutionis, quia à sanguine Abel iusti inceperunt irruere in hunc hominem. Et non solum in membra, sicut in persecutione prophetarum & sanctorum patrum, sed etiã in ipsum caput quod est Christus. Irruerunt enim in Christum volentes per eius mortem eius nomen & fidem perdere, putabant enim ipsum Christum à Deo deiectum & Dei auxilio destitutum. Unde de ipso dicunt. Si filius Dei est, liberet eum nunc si vult. Et hoc est quod dicit. *Irruitis in hominem.* scilicet ecclesiam vel Christum. *Tanquam parietis inclinatis & maceriae depulsae.* q. d. Puratis quod sine defensore sit, & facile ruat vt inclinatus paries, qui etiã non impulsus caderet. Et quasi materia quae est constructio laxorum sine ligamine cimenti, vt fit circa hortos & vineas, quae facilliter dissoluitur. Sed quid mali ex hac persecutione Christi & ecclesiae consequuntur. Certè nihil proficiunt, quia ex hoc ecclesia roboratur, & ipsi seiplos occidunt



æternaliter. Vnde de illis dicit. *Interficiatis vniuersi*...

981  
3. q. 1. nulli.

Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

Precium  
Christum.

Hic ostenditur malorum iniquitas & malitia, quia tota persecutio contra Christum & ecclesiam ad hoc intendebat, vt Christi fides & nomē tollerentur, ne ipsum tollerent homines. Et hoc notās dicit *Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere.* Hic enim loquitur ecclesia. Quod est enim precium ecclesie, nisi Christus, quo ecclesia de captiuitate diaboli redempta fuit? 1. Corint. sexto.

1 Cor. 6.

Empti enim estis Precio magno, glorificate, &c. glo. Precio magno, id est sanguine Iesu Christi. Hoc ergo precium ne redimeret ecclesia, cogitauerunt mali repellere, id est perdere & dissipare eius fidem; & nomen per mortem sed eius morte precium nostrum non fuit perditum, sed per nostra redemptione eragatum. Tamen non obstat, Iudæorum cogitatione peruersa, Christus charitatem ad eos habens, ipsorum salutem desiderabat. Quod notans subdit, *Cucurri in siti.* Quid enim situs significat, nisi desiderium? Vide versiculū 689. Vnde & Christus pendens in cruce desiderio humanæ salutis ait. Sitio. Et sic conformiter sitim pro bono desiderio accipit plal, dicens. Sitiuit anima mea ad Deum. Sic & nunc desiderium salutis Iudæorum innuens Christus, ait. *Cucurri in siti.* scilicet salutis eorum. Sed illi tanquam ingrati, & infideles, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Vbi notandum, quod mos est peruersorum, primo laudare illos quos perdere volunt. Vt ostendit Greg. dicens. Iniqui enim ne praui videantur, loquuntur aliquando bona de iustis, quæ esse iam cognita & aliis nouerunt, sed hæc ipsa protinus ad cumulum reatus protrahunt. Et credendum sibi in contrariis, ex eo quod prospera loquuntur ostendunt. Tantoque mala quasi verius infamant, quanto bona quasi deuote laudant. Ad vsu ergo intorquent criminis voces fauoris, dum iustorum vitam inde post grauius vulnerant. Vnde hæc ante specietenus laudabant, vt quando dixerunt. Magister scimus quia verax es, &c. Et hoc tangens psalmista in persona Christi, de ipsis dicit, quod ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Sic enim conformiter de ipsis Christus, dixit. Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et ex omnibus prædictis concludendo repetit primum versum suæ humilitatis ostensuum, dicens.

Siti, desiderium.

Ioan. 19.

conformiter sitim pro bono desiderio accipit plal, dicens. Sitiuit anima mea ad Deum. Sic & nunc desiderium salutis Iudæorum innuens Christus, ait. *Cucurri in siti.* scilicet salutis eorum. Sed illi tanquam ingrati, & infideles, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Vbi notandum, quod mos est peruersorum, primo laudare illos quos perdere volunt. Vt ostendit Greg. dicens. Iniqui enim ne praui videantur, loquuntur aliquando bona de iustis, quæ esse iam cognita & aliis nouerunt, sed hæc ipsa protinus ad cumulum reatus protrahunt. Et credendum sibi in contrariis, ex eo quod prospera loquuntur ostendunt. Tantoque mala quasi verius infamant, quanto bona quasi deuote laudant. Ad vsu ergo intorquent criminis voces fauoris, dum iustorum vitam inde post grauius vulnerant. Vnde hæc ante specietenus laudabant, vt quando dixerunt. Magister scimus quia verax es, &c. Et hoc tangens psalmista in persona Christi, de ipsis dicit, quod ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Sic enim conformiter de ipsis Christus, dixit. Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et ex omnibus prædictis concludendo repetit primum versum suæ humilitatis ostensuum, dicens.

Laudare. Adulatio.

Gregor. 6. mora c. 13.

Hic ostenditur malorum iniquitas & malitia, quia tota persecutio contra Christum & ecclesiam ad hoc intendebat, vt Christi fides & nomē tollerentur, ne ipsum tollerent homines. Et hoc notās dicit *Veruntamen precium meum cogitauerunt repellere.* Hic enim loquitur ecclesia. Quod est enim precium ecclesie, nisi Christus, quo ecclesia de captiuitate diaboli redempta fuit? 1. Corint. sexto. Empti enim estis Precio magno, glorificate, &c. glo. Precio magno, id est sanguine Iesu Christi. Hoc ergo precium ne redimeret ecclesia, cogitauerunt mali repellere, id est perdere & dissipare eius fidem; & nomen per mortem sed eius morte precium nostrum non fuit perditum, sed per nostra redemptione eragatum. Tamen non obstat, Iudæorum cogitatione peruersa, Christus charitatem ad eos habens, ipsorum salutem desiderabat. Quod notans subdit, *Cucurri in siti.* Quid enim situs significat, nisi desiderium? Vide versiculū 689. Vnde & Christus pendens in cruce desiderio humanæ salutis ait. Sitio. Et sic conformiter sitim pro bono desiderio accipit plal, dicens. Sitiuit anima mea ad Deum. Sic & nunc desiderium salutis Iudæorum innuens Christus, ait. *Cucurri in siti.* scilicet salutis eorum. Sed illi tanquam ingrati, & infideles, ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Vbi notandum, quod mos est peruersorum, primo laudare illos quos perdere volunt. Vt ostendit Greg. dicens. Iniqui enim ne praui videantur, loquuntur aliquando bona de iustis, quæ esse iam cognita & aliis nouerunt, sed hæc ipsa protinus ad cumulum reatus protrahunt. Et credendum sibi in contrariis, ex eo quod prospera loquuntur ostendunt. Tantoque mala quasi verius infamant, quanto bona quasi deuote laudant. Ad vsu ergo intorquent criminis voces fauoris, dum iustorum vitam inde post grauius vulnerant. Vnde hæc ante specietenus laudabant, vt quando dixerunt. Magister scimus quia verax es, &c. Et hoc tangens psalmista in persona Christi, de ipsis dicit, quod ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Sic enim conformiter de ipsis Christus, dixit. Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et ex omnibus prædictis concludendo repetit primum versum suæ humilitatis ostensuum, dicens.

Matth. 22.

Magister scimus quia verax es, &c. Et hoc tangens psalmista in persona Christi, de ipsis dicit, quod ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Sic enim conformiter de ipsis Christus, dixit. Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et ex omnibus prædictis concludendo repetit primum versum suæ humilitatis ostensuum, dicens.

Matth. 15.

Sic enim conformiter de ipsis Christus, dixit. Populus hic, labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et ex omnibus prædictis concludendo repetit primum versum suæ humilitatis ostensuum, dicens.

982  
7. q. 1. scilicet.

Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea.

Hæc enim repetitio mēri nostræ robur insigrit, quasi dicat, Quicquid illi faciant, Deo subiecta esto anima mea, quia scilicet, patientiam in aduersis seruabo: quam non sibi sed Deo attribuit, dicens, (Ab ipso enim patientia mea.)

Quia ipse Deus meus & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo.

Hic consequenter ostenditur quod quilibet transiliens mundum, & sine iustis, debet cognoscere Dei bonitatem. Bonitas autem Dei maxime in tribus apparet: secundum quod pars ista diuiditur. Nam Deus suos in se sperantes fortificat, ne cadant à virtutibus. Secundò glorificat, vt scandant in cœlestibus: ibi, *In Deo salutare.* Tertio iustificat, ne viuant in criminibus: ibi, *Sperare in eo.* Quantum ad primum sciendum, quod

quandiu sumus in præsentī vita, impugnamur, vndique vt à virtutibus cadamus in peccatum: sed Deus suos adiuuat ne cadant, pro nobis pugnando contra hostes. Si enim gallina pullos suos cōtra miluum protegit & defendit: quomodo credendum est quod ipse Deus filios suos sine adiutorio relinquat pugnantē contra diabolum? certe minime. In cuius figuram legimus. 2. Para. 26. quod Ozias pugnabat contra Philistiim, & adiuuit eum Deus cōtra philistiim, & cōtra Arabes, & cōtra Amonitas. Vbi notandum quod contra tres hostes spiritualiter gerimus bellū, quos sine Dei adiutorio superare non possumus, figuratos per philistæos Arabes & Amonitas, scilicet diabolum, carnem & mundum. Philistæi enim qui interpretantur cadentes vel ruina populi, significat dæmones, qui de cœlo ceciderunt. Esa. 14. Quomodo cecidisti, &c. Arabes vero qui interpretantur campestrēs vel deserti, significant mundum, qui admodum deserti se habet de iure: quia ab omnibus est deserendus. Vnde de qualibet anima iusta dicitur. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, &c. Sed Amonitæ qui interpretantur comprimētes, significant carnem quæ nos vndique comprimit: quia caro semper concupiscit aduersus spiritum. Ozias autem qui interpretatur videns Deū, significat quamlibet deuotam animam, quæ in triplici pugna prædicta oculos mentis ad Deum habet erectos. Dominus ergo Ozias, id est quemlibet deuotam personam adiuuat contra philistæum, dum aduersarium nostrum diabolum nobis subiicit psalmus, Deus adiutor nostrum in æternum contra Arabes, dum suo adiutorio nos mundum spernere facit, & mundi derisiones vel opprobria non timere. Psalm. 70. tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor & fortis. Contra Amonitas, dum suo adiutorio nos carnem facit superare, & nos in carne existentes, ad instar angelorum præter carnem facit viuere, ne per carnem cadamus. Et istud adiutorium per angelos nobis administrat, vt quilibet sic adiuuat, dicat illud Dan. decimo. Ecce Michael vnus de principibus primis, venit in adiutorium meum, & nemo est adiutor meus in omnibus his nisi Michael. Quis enim tales tantisque hostes sine Dei adiutorio vincere posset? certe nullus. Vnde tales considerans hostes, Deo dicebat ille miles Probus Iudas Machabeus. Quomodo poterimus resistere ante faciem illorum, nisi tu adiuues nos? Et nota quod quandoque ad tempus electos suos Deus sine adiutorio prædicto deserit, sed ad ipsorum humilitatem, vt inde in humilitate magis fundentur, sed eos finaliter adiuuat, ne scilicet finaliter à virtutibus cadant. Quod bene considerans psalmista, dicit. Psalm. 118. Non me derelinquas vsquequaque. Quod exponens

Adiuu. Deum. Prælium. contra dæ. bolam.

2. Para. 26.

Philistiim. Ius can. & modum.

Esa. 14.

Can. 3.

Gal. 3.

Psalm. 70.

Dan. 10.

Dan. 10.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Vlricus, dicit. Ac si diceret. Scio quod derelinque te soles vtiliter sanctos tuos, ab eis quandoque rum subtrahendo adiutorium, vt eos probes, aliter enim ab aduersario tentari non possent. Et ideo non rogo, ne vnquam me derelinquas, quia non expedit mihi, velut meam infirmitatem sentiens dicam, bonum mihi quod humiliasti me, vel vt exercitium habeam præliadi. Sed magis peto, ne me vsquequaque deserat, id est, vsque ad nimietatem. Nulla enim virtus humana, si diutius tuo deseratur adiutorio, in tentatione sua constantia poterit perdurare. Vnde oportet vt tu qui humanarum virum es conficius, sis & luctaminum moderator. Et hoc est quod alibi psalmista petit, dicens. A diutor meus esto, ne derelinquas me neque despicias me, Deus salutaris meus. Ex quibus omnibus patet, quod Deus suo adiutorio animam fortificat ne per peccata cadat à virtutibus. Et hoc est quod recognoscens, hic psalmista dicit. *Quia ipse Deus meus est saluator meus & non emigrabo.* scilicet à virtutibus non cadam, finaliter. Nam migrare, idem est quod transire, & componitur cum, & fit emigro, gratia id est valde transire, quod fit quando homo de statu gratiæ transit ad statum culpæ.

Psalm.

984

Gloria aduersarij.

Gregor. 10. mora. 11.

Psalm.

1 Tim. 2.

1 Tim. 2.

1 Tim. 2.

1 Tim. 2.

In Deo salutare meum, & gloria mea Deus auxiliij mei, & spes mea in Deo est.

Hic ostendit quod bonitas diuina suos glorificat. Vbi sciendum quod præsens vita est via, non terminus. Ideo hic non debet poni gloria nostra, sed solum in vita futura, vbi iustis erit requies sine labore, vita sine morte, gaudium sine mœrore. Ad quam quisque scilicet perueniet, quanto hic grauiora fuerit passus pro Deo. Vnde Grego. ait. Tāto namque spes in Deum solidior surgit, quāto pro illo quisque grauiora pertulerit, quia nequam retributionis gaudium de æternitate colligitur, quod non hic prius pia tribulatione seminatur. Hinc enim per Psalmistam dicitur. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manulos suos. Hinc Paulus ait. Si commorimur & conuiuemus, si sustinemus & conregnabimus. Hinc discipulos admonet, dicens. Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Hinc sanctorum gloriam Ioanni indicans angelus ait. Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Quia ergo nunc per tribulationem seritur, vt post gloriæ fructus metatur, tanto maior fiducia mentem roborat, quāto fortior hanc pro veritate afflicto calcat. Ex quibus patet quod in Deo, non in mundo in futuro, non in præsentī gloriā sperare debemus. Et hoc est quod hic ait psalmista. *In Deo salutare meum & gloria mea.* q. d. Non in mundo, non in præsentī, sed in futuro, quia tunc saluus & gloriosus ero in Deo. Sed hoc non meritis meis, sed Dei adiutorio. Vnde subdit. *Deus auxiliij mei.* scilicet in præsentī certamine. Quod ideo dicit. Ne quid boni sibi reputet homo, sed totum diuinæ gratiæ attribuat. Et spes mea in Deo est, scilicet donec perueniam ad perfectum, scilicet, ad illam gloriā, vbi iusti fulgebūt, sicut sol in regno patris eorū.

Sperate in eo omnis congregatio populi effundite coram illo corda vestra: quia Deus adiutor noster in æternum.

Hic ostendit quod diuina bonitas suos iustificat. Vbi notandum quod sine spe veniæ nullus iustificari potest. Vnde talis spes contritioni & confessioni præponitur. Vnde & hic psalmista spem præponit penitentiæ, dicens. *Sperate in eo omnis congregatio populi.* Et statim penitentiam subdens dicit. *Effundite coram illo corda vestra.* vbi glo. *Effundite coram illo corda vestra.* scilicet, prauas cogitationes cordis vestri emitte, sperando veniam, confitendo peccata, plorando ruinam. Per lachrymas enim cor effunditur. *Effundite ergo.* Nolite intus retinere virus peccati. Hæc effusio significatur in unione pectoris. Dum enim penitens extrinsecus pectus tundit, quantum peccati conscientiam animam pungat, iurantur vnde Eccl. 22. Pungens oculum deducit lachrymas, & qui pungit cor, profert sensum. In hac vero unione pectoris sonus est, quo figuratur sonus & clamor confessionis peccatorum &c. Et notandum quod meritò spes veniæ primitus est habenda iustificari volenti quia cum debite, peccati venia speratur à Deo, peccatum remittitur, & sub protectione Dei ponitur peccator. Vnde ait dominus. Quoniam in me sperauit, & ego liberabo eum, protegam eum &c. Non enim est aliquid faciens peccatum irremissibile, nisi desperatio veniæ. Vnde Iudam proditorem nō tam scelus quod commisit, damnauit, quantum veniæ desperatio. Quoniam vt ait Augusti. De venia nemo desperet, quoniam Iudam proditorem, non tam scelus quod commisit quam desperatio veniæ interire fecit. Ab hac enim spe nihil mentem nostram auellere debet. Non quidem magnitudo criminū Vnde Ambrosius. Nemo diffidat, nemo peccatorum veterum conscientia ductus præmia superna desperet, nouit dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Non diuturnitas culpæ, Vnde Isidorus libro. 2. de summo bono. Nullis debet desperare veniam, etiam si in fine vitæ suæ conueratur, vnumquemque enim Deus de suo fine, non de vita sua iudicat præterita. Sed aduerte quod hæc spes veniæ temperata debet esse cū timore diuinæ iustitiæ, ne sub spe veniæ aliquis peccatum aliquod committat, quia ipse Deus non solum misericors est, sed etiam iustus. Et hoc est quod docet Greg. dicens. Nemo sit qui dicat, quia pius est Deus ideo venialiter pecco, Et nemo sit qui cum peccauerit dicat, quia iustus est Deus, ideo de peccati venia despero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur. Sed perpetrare quisque timeat, quod an digne deflere possit, ignorat. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam de pietate Dei præsumat. Neque ita iustitiam timeat, vt nulla spei consolatione conualecat. Neque ita confidat de misericordia, vt adhibere vulneribus suis digna penitentia negligat medicamina. Sed quem præsumit sibi pie parcere semper cogit & districtè iudicare. Sub pietate quippe eius spes peccatoris gaudeat, sed sub districtione illius penitentis correctio contremiscat. Et subdit ad propositum. Spes ergo præsumptionis nostræ: habeat morsum timoris,

Effunditur cor.

Eccle. 22.

Spes veniæ.

Psalm. 90.

Augu. in lib. de veritate penitentia.

Isidorus.

Iustitia timor.

Grego. 33. mora. 15.

morsum,

motis, vt ad corrigenda peccata & iusticia iudicantis terreat, quem ad spem venia, gratia parcetis inuitat. Hinc enim per quendam sapientem dicitur. Misericordiam enim & ira ab illo cito proximat. Ad hoc quippe in scriptura sacra viatorum talium, scilicet Dauid & petri peccata recitantur, vt cautela minorum sit ruina maiorum. Ad hoc vero & vtrorūque illic peccitētia insinuat, vt spes pereuntium sit reparatio perditorum. De suo ergo statu Dauid cadente, nemo superbiat. De lapsu suo Dauid resurgente, nemo desperet. Ecce quam mirabiliter scriptura sacra eodem verbo superbos premit, quo humiles leuat. Vnam namque rem gestam retulit, & diuerso modo superbos quidem ad humilitatis formidinem, humiles vero ad spei fiduciam reuocauit. O ineffabile noui generis medicamentum, quod vno eodemque ordine positum tremendo tumentia exiccat, & subleuando arentia infundit. De magno rum mos lapsu teruit, sed de temperamento roborauit. Sic quippe semper nos diuinę dispensationis misericordia & superbientes reprimat, & ne ad desperationem conruamus spe fulcit. Hęc Grego sic ergo hanc spem venia semper cum timore iusticia nos docet habere psal. dicitur. *Spe- r te in eo &c.* Scquitur. *Effund te coram illo corda ve- stra.* scilicet per penitentiam timendo iusticiam.

86  
12. q. 1. omnia  
eidem.

Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in statheris: vt decipiant, ipsi de vanitate in idipsū.

Hęc est tertia pars in qua ostendit quod debemus spernere mundi vanitatem. Circa quod tria facit. Quia primo mundanorum describit vanitatem. Secundo electorum informat abominatē, ibi *Nolite.* Tertio circa omnes diuinam concludit æquitatem: ibi *Semel.* Quantum ad primum sciendum, quod cum homo dicatur proprie solum ille qui viuunt secundum rationem, vt patet supra versicul. 589. quod aliqui dicuntur filij hominum, sed non homines, illi scilicet qui de bonis parentibus sunt geniti, sed ipsi non vt homines sed vt bestie sine ratione viuunt, vt patet versiculo 31. Et de talibus hic loquitur, dicens. *Verum tamen vani filij hominum.* Sed quamuis omnis homo sit vanitas, aliter tamen vani sunt mali, aliter boni. Mali enim sunt vani, quia mundanis quę omnia sunt vana sunt dediti, sed boni dicuntur vani, quia desiderant esse cum Christo, & sic eis vana videntur, & per consequens vita præsens est ipsis vana. Et quatum ad hoc nota quod triplex est vanitas. Vide supra versiculo. 639. Quę considerans psalmista, ait. *Verum tamen vani filij hominum.* Et quod de vanitate peccatorum sit quod per filios hominum intelligat malos & peccatores, subdit, *Filij hominum mendaces in statheris.* Et nota quod stathera est triplex, in qua filij hominum sunt mendaces scilicet, stathera nostrę redemptionis, stathera mercatorum & venditionis, & stathera loquelę vel exterioris ostensionis. Prima stathera dicitur Christus, eo quod ipse ponderat omnia nostra merita & demerita, merita cum pręmiis, demerita cum pcenis & suppliciiis. Et istam statheram Iob desiderabat, dicens. *Iob. 6.* Vtinam apponderetur pec-

Stathera.

Stathera Christi.

Iob. 6.

cata mea quibus iram merui, in stathera. Quod exponens Greg dicit. Quis alius nomine statherę, nisi Dei & hominum mediator intelligitur? Qui ad ponderandum vitę nostrę meritum venit, ac secum misericordiam & iustitiam simul detulit. Sed misericordię lanceę pręponderans, culpas nostras, pendendo leuigauit. In manu enim patris quasi stathera miri libraminis factus, hinc in se calamitatem nostram, & illic peccata suspedit. Sed grauis poderis calamitatem oriēdo innotuit, & apud misericordię leue esse peccatum relaxando monstrauit &c. De hoc etiã vide Grego. In hac autem stathera sumus mendaces, quando spe vana credimus ipsum per misericordiam non punire peccata, & sic peccata vltra debitum leuia facimus, & eius misericordiam grauem, vel quando credimus ipsum per iustitiam peccata nõ dimittere. & sic per peccata per desperationem vltra debitum granamus, & misericordiam facimus leuem, more Caiim dicentis. Maior est iniquitas mea &c. Non considerat tales mēdaces, quod in sola potestate statherę diuinę iustitię est peccata remittere vel damnare, iuxta illud Sapie. 11. Quasi momentum statherę, sic ante te est omnis orbis terrarum. Secundo est stathera mercatorum: per quam intelligitur æqualitas mercationis scilicet, emptionis & venditionis. Et de hac dicitur Leuiti. 19. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio: in regula, in pondere, & mensura, stathera iusta & æqua sint pondera. Et hoc dicitur contra omnes mercatorum falsitates, quia stathera iustā non facit qui malum vendit pro bono, paruum pro magno qui vnum pondus tenet pro emendo aliud pro vendendo, simuliter de mensuris. Cōtra quos dicitur. Stathera dolosa abominatio est apud dominum, & pondus æquum voluntas eius. Sic ergo illi mercatores mendaces dicuntur in statheris, qui mendacia vel falsitates in suis mercationibus exercent, & tales Deo sunt abominabiles, de quibus dicitur. Abominatio est apud dominum pōd, & pōd stathera dolosa nõ est bona. Tertio est stathera loquelę vel exterioris apparentię. Ad hoc enim inuenta fuit stathera, ne deceptio fieret in emptionibus & venditionibus. Et sic statheram iustam habet, qui nullum verbis vel signis decipit. Et de hac stathera verborum & operum dicitur. Verbis tuis facito statheram, & fratnos ori tuo rectos. In ista stathera sunt mendaces adulatorē, qui vnum corde dicunt & aliud ore, quia non est equa lanx inter cor & os. Consimiliter hypocritę, qui vnum exterius ostendunt, & aliud sunt interi. Vnde gl. hic ait. Hic de hypocritis agit, q. aliud sunt, aliud videri volunt, dicēs. Filij hominum sunt mendaces, quia falso examine fallunt intuentes, quia iusti videri volunt, cū sint fallaces. Et hoc est quod subditur. *Mendaces dico. In statheris.* id est, in libra iustitię, per quod facilius decipiat. Et hoc est quod subditur. *Vt decipiant ipsi de vanitate in idipsū.* id est, per hoc ipsum quod boni esse creduntur, cum tamen non sint boni. Vnde tales dicunt. Supponamus statheras dolosas, vt possideamus in argento egenos & pauperes. Quod ideo dicit. Quia quicquid faciunt hypocritę, ad hunc finem dirigunt, vt aliorum bona possideant.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere, diuitię si affluant.

Grego.

Grego. 11. c. 6.

Grego. 6. m. c. 11.

Sapientia.

Stathera mercatorum. Leuiti. 19.

Sol. dicitur.

Iob.

Prover. 20.

Stathera malorum.

Prover. 30.

Stathera malorum.

Ezech. 18.

Ambr. 1.

87

affluant.

affluent, nolite cor apponere. Hic consequenter informat electorum bonitatem. Vbi notandum quod hic psalmista vult abducere electos ab amore temporalium rerum, quę maximē consistunt in tribus scilicet, in astutijs & malitijs. Et contra hoc dicit. *Nolite sperare in iniquitate.* In potentia & rapinis, & contra hoc dicit. *Rapinas nolite concupiscere.* In temporalibus diuitijs, & contra hoc dicit. *Diuitię si affluant &c.* Primo namque aliqui confidunt in suis malitijs & astutijs. Sic confidebant illi malitiosi antiqui iudices, quii sua astutia crediderunt se ipsos iustificare, & Susannam ad mortem ducere, ipsi tamē in sua astutia fuerunt deprehensi, & Susanna liberata. Dan. 13. In tali enim astutia non est confidentiam, quia illam Deus facilius comprehendit, & confundit confidentes in ipsa, propter quod dicitur Iob. 5. quod comprehendit sapientes in astutia eorum, & consilia prauorum dissipat. Quod multis exemplis declarat Grego. dicit. Sepe enim nonnulli humana sapientia inflati &c. Vide versiculū. 490. Et adde ad illud quod ibidē ponit alia exempla scilicet de Saule & de Iona, quę ibi consequenter ponit Grego. dicens. Sic Saul dum Dauid subiectum quotidiano virtutū successu crescere concupisceret, suam ei in coniugio filiam sponpondit, atque in eius dotem cenū dari ab eo philistinorum præputia petiit, vt cum prouocatus miles &c. vide ibi. Aliud exemplum ponit ibidem ca. 13. de astutia iudæorum contra Christum, quę ipsis nihil profuit, sed in ipsa comprehensi fuerunt, dicens. Cum ad redemptoris miracula credentium turba cōfluere, cum sacerdotes inuidia facibus accensis mundum post eum ire proclamarent, dicentes. Videtis quia nihil proficimus, Ecce mundus totus post eum abiit, vt ab illo vim tantę occursionis abscinderent, finire eius potentiam per mortem opinati sunt, dicentes. Expediit vt vnus homo moriatur, & non tota gens pereat. Sed comprehēnsi fuerunt in astutia sua, quia totum oppositum euenit illius quod intendebant. Vnde subdit. persecutores ergo peregunt hoc quod pernitiose moliti sunt. Intulerunt mortem, vt ab eo abscinderent fidelium deuotionem, sed inde fides creuit, vnde hanc se extinguere infidelium crudelitas credidit &c. In quibus apparet quod non est sperandum in iniquitate, quia vt dicitur Proverb. 5. iniquitates sue capiunt impium &c. Secundo aliqui confidunt in potentia mundi & rapinis. Et contra hos dicit. *Rapinas nolite concupiscere.* id est aliena violenter vel astute rapere. Sic enim præcipitur Exo. 20. Non concupisces domum proximi tui, non bovem, non alinum, nec omnia quę illius sunt. Cuius ratio potest esse, quia talis concupiscētia quāto maior est, tanto pauperiorem facit hominem quia quanto plura concupiscit, tanto sibi deficiunt plura & quanto plura sibi deficiunt, tanto pauperior est. Qui autem nihil concupiscit, ei nihil deficit, & per consequens ditior est. Vnde & Valerius Maximus lib. 4. cap. 4. ait. Omnia nimirum habet, qui nihil concupiscit. Eo quidem certius quo cuncta possidet, quia dominium rerum collabi solet, bonę mentis vsurpatio nullum tristioris fortunę recipit incursum. Ita quorsum atinet, aut diuitias in persona felicitatis parte aut paupertatem in vltimo miseriarum statu ponere:

Astutia.

Dan. 13.

Iob. 5.

Grego. 6. m. c. 11.

Sapientia.

Stathera mercatorum. Leuiti. 19.

Sol. dicitur.

Iob.

Prover. 20.

Stathera malorum.

Prover. 30.

Stathera malorum.

Ezech. 18.

Concupisces.

Exo. 20.

Valerius.

Valerius.

Valerius.

Valerius.

cum & illorum frons hilaris multis intus amaritudinibus sit referta, & huius horridior aspectus, solidius & certis bonis abundet. Istam autem concupiscētiā auaritię benē nouit paulus abiicere, vt virtutibus ditaretur dicens. Argentum & aurū aut nullius vestem cōcupiui, ipsi scitis quoniam ad ea quę mihi opus erāt & his qui mecum sunt miniftrauerunt manus istę. Consimiliter ergo ne aliena concupiscamus dicit psalmista. *Rapinas nolite concupiscere.* Tertio aliqui confidunt in diuitijs iam habitis. Et hoc corrigit, dicens. *Diuitię si affluant nolite cor apponere.* vbi glo. Hoc diuitibus dicitur. Ille ergo qui non habet, non ambiit, ille qui habet, non superbiat. Et notandum quia non dicit. Nolite habere, sed *nolite cor apponere.* Non enim damnat diuitias vnde mercamur cœlū sed cor appositum, quod scilicet non expendit, sed recondit, more diuitis illius, dicentis. Anima mea habes multa bona reposita in annos plurimos &c. Quibus consideratis, ait apostolus. Diuitibus huius sæculi præcipe, non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum &c.

Semel locutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas Dei est, & tibi domine misericordia, quia tu reddes vnique iuxta opera sua.

Hic ostendit circa omnes diuinam æquitatē. Vbi notandum, quod diuina locutio aliquando dicitur ad intra, & sic solū semelloquitur Deus, quia suum loqui siue dicere, est verbum æternū generare. Vnde psal. 2. Dominus dixit ad me filiū meus est tu &c. Aliquando autem dicitur ad extra, & sic multoties multipliciterque loquitur Deus: ad Hebrę. 1. Multifariē multisque modis olim Deus loquens patribus &c. Hic ergo agit delocutione ad intra, dicens. Semel locutus est Deus vnde glo. semel locutus est Deus, quia vnum verbum genuit per quod omnia facta sunt, & in quo omnia simul disposita sunt. Et de isto loqui dicitur. Iob. 33. Semel loquitur Deus, & id ipsum sermo non repetit. Quod exponens Grego. d. Semel loquitur Deus, quia pater vni genitum consubstantialē sibi filium genuit. Loqui enim Dei, est filium genuisse. Semel autem loqui est verbum aliud præter vni genitum non habere &c. Hinc autem verbo Dei duo maxime approprianur sicut vero iudici scilicet, iustitia quę peccata impunita non relinquit, & misericordia quę pręmia iustis largitur, propter quod de ipso verbo Dei filio dicit apostolus. Factus est nobis iusticia & sanctificatio. Ita enim sunt illa duo principalia quę ad verum iudicem spectant. Vnde glo. ait. Apud se semel loquitur Deus, quia vnum verbum genuit per quod omnia facta sunt & in quo omnia simul disposita sunt. Inter quę omnia hæc duo quę hic opus est dici audiuit cū multa alia audiuit, quę hic memorari non est opus. Illa duo sunt potestas id est, iustitia & misericordia, de quibus omnes scripturę sunt, propter quę duo lex & prophetę sunt, propter quę duo ipse Christus missus est & apostoli. Potestas ergo timeatur, misericordia ametur, nec pro misericordia potestas contemnatur, nec pro iusticia vel potestate de misericordia desperetur. Dicit ergo psalmista de verbo incarnato. *Duo hæc audiui.* scilicet

Actu. 20.

Diuitie.

Luca. 12. 1. Tim. 6.

988

De pe. dist. 1.

omnis qui non diligit.

Loqui Dei.

Psal. 2.

Hebrę. 1.

Iob 33.

Grego. 23. mora. c. 18.

Misericordia.

Iustitia.

1. Corin. 1.

ect

Psal. 71.

Mat. 9.

Prover. 24.

Scriptura sacra.

Greg. 23. nota c. 18. Job. 33.

1. Cor. 11.

cet, de verbo incarnato, quod potestas Dei est scilicet, quod ipsum verbum est potestas Dei scilicet, iusticia Dei, iuxta illud psalm. 71. Deus iudicium tuum regi da, & iusticiam tuam filio regis. Et consequenter se vertit ad ipsum verbum, dicens. *Et tibi domine misericordia.* scilicet, est appropriata, qua iustos habes premiare, & poenitentibus peccata dimittere. Vnde ipse ad litteram de se dicebat. Eunt discite quid est misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Sic ergo per iusticiam & misericordiam verbum Dei malos punit, & premiari bonos. Et hoc est quod subditur. *Quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.* Et hoc est quod de ipso dicitur. *Qui inspector est cordis, ipse intelligit, & servatorem animarum tuarum nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua.* Vel aliter, iste textus intelligi potest, ut per Dei locutionem intelligamus sacram scripturam. Que dicta duo scilicet, iusticiam & misericordiam Dei nobis preceptis omnibus manifestat, per quam etiam ad omnes quaestiones generaliter respondet, licet non per se singularem cuilibet. Quod ostendit Grego. super illo verbo Job. 33. Non ad omnia verba responderi tibi. Semel loquitur Deus, & id ipsum secundo non repetit dicens. Ac si diceret, Deus singulorum cordibus privatis vocibus non respondet, sed tale eloquium construit, per quod cunctorum quaestionibus satisfacit. In scriptura enim sacra eloquio causas nostras singuli si requirimus, non invenimus. Nec opus est ut in eo quod specialiter quisque tolerat, responderi sibi divina voce querat. Ibi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur, uniuersaliter respondetur. Ibi enim vita praecedentium sit forma sequentium. Ut enim vnum ex pluitibus proferamus, ecce dum passione aliqua vel molestia carnis afficimur, scire fortasse occultas causas passionis eiusdem vel molestiae optamus, quatenus in eo quod patimur, ex ipsa rerum scientia consolemur. Sed quia de specialibus tentationibus nostris nequaquam nobis singulis specialiter respondetur, ad scripturam sacram recurrimus. Ibi scilicet inuenimus quod Paulus carnis infirmitate tentatus audiuit. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quod iocirco illi in infirmitate propria dictum est, ne sigillatim nobis omnibus diceretur. In scriptura enim sacra voce Dei afflictio Paulo audiuit, ne cum fortasse affligimur singuli audire illa privata consolatione quareremus. Non ergo dominus ad omnia verba nobis respondet, quia semel loquitur Deus, & id ipsum secundo non repetit, id est, in his quae per scripturam sacram ad patres nostros protulit nos erudire curauit &c. Et quia sacra scriptura maxime versatur circa iusticiam & misericordiam Dei, iocirco subdit. *Duo huc audiui &c. ut expositum est supra.*

PSALMV. LXII.

989

Deus deus meus ad te de luce vigilo.

Istius psalmi titulus est. *Psalmus David cum esset in deserto Idumaea.* Ad cuius nomen sciendum quod istum psalmum fecit David quando fugiens a persecutione Saulis abscondit se in deserto Idumaea.

A Ut enim habetur. 1. Reg. 22. David fugiens persecutionem Saulis, venit ad regem Moab qui erat gentilis. Et ne haberet occasionem idololatriandi, venit ad eum Gad propheta missus a domino, dicens. Noli manere in praesidio, sed vade in terram Iuda. Et tunc venit David in salum siue desertum Aret. Non enim audebat manere in ciuitatibus propter persecutionem Saulis. Vnde tunc maxime indigebat diuinis consolationibus. Tu quia erat in locis sterilibus omnibus bonis & desertis. Et qua ad madaurum Dei reuersus fuerat intra regnum Saulis persecutoris, decens erat ut ipsum Deus consolaretur. Vnde tunc pro consolatione diuina habenda fecit istum psalm. Ex quibus apparet sensus tituli & materia psalm. Sed hic vnum cadit dubium de eo quod dicitur titulus, cum esset in deserto Idumaea, quia in tota illa persecutione non legitur quod David aliquando fuerit in Idumaea, nec quod fuerit extra regnum, nisi quando fugit in principio ad regem Moab, & vltimo in terram philistinorum. Ideo in translatione Hierony. habetur in titulo, *cum esset in deserto Iudaea.* Et sic etiam habetur in libris hebraicis. Vnde dicitur quod Idumaea in titulo non accipitur proprie, sed secundum interpretationem. Quoniam Idumaea interpretatur rubra. Et illud desertum iudae ad quod tunc fugit David, terram rubram habebat. Ut sit sensus. *Psalmus David cum esset in deserto Idumaea.* scilicet, terrae rubrae. Iste ergo psalm. quo ad sensum litteralem diuiditur in tres partes, quia David in tali anxietate positus. Primum suum Deo explicat desiderium. Secundum persecutorum prophetizat interitum, ibi. *Ipsi vero.* Tertium gratiarum Deo reddit debitum, ibi. *Res vero &c.* N. Quantum vero ad sensum propheticum, quo ad titulum notandum, quod in isto titulo David significat ipsum Christum, quo ad corpus, scilicet, ecclesiam fidelium, sed per desertum Idumaea significatur praesens mundus vel prauorum congregatio. Idumaea namque terrena interpretatur, & sic significat homines prauos, qui totam mentem habent in terrenis deserti huius mundi, propter quod & ipsi terreni appellantur, cum denominatio a principali parte rei sit facienda.

D Et sic est sensus tituli talis. *Psalmus David.* id est, iste psalm. attribuitur David id est, ecclesiae sanctae vel congregationi bonorum, quae hic loquitur. Et est iste psalm. de his quae ecclesia sustinet vel sustinuit, dum est vel esset in deserto Idumaea, id est, in deserto huius saeculi, vel inter malos posita. Intentio autem psalm. est nos mouere, ut boni in medio malorum positi suam bonitatem conseruent, quia eis malorum societas non est ad consumptionem sed ad probationem & ad meritum augmentum. Magis enim est meritum inter malos virtutes seruare, quam inter bonos, quia magis laboriosum, ceteris paribus. Iste ergo psalm. diuiditur in tres partes. Quia ostendit primum quod bonorum vota in Deum diriguntur. Secundum quod malorum vitia a Deo puniuntur, ibi. *Ipsi vero.* Tertium quod bonorum opera a Deo premiuntur, ibi. *Res vero.* Prima pars diuiditur in tres, quia ostendit primo quod iustorum diligentia in caelis conuersatur. Secundo quod iustorum desideria ad Deum eriguntur, ibi. *Sustinuit.* Tertio quod iustorum patientia in aduersis roboratur, ibi. *In terra deserta.* Quartum ad primum sciendum, quod homo ex duabus

bus naturis contrariis componitur, scilicet, ex corpore & anima. Vnde fit, quod quando anima dormit, corpus vigilat, & e contrario: & quando anima vigilat, dormit corpus: ut ait Gregorius. Vnde anima vigilat ad Deum, quando verum est memor Dei: tunc autem dormit ad Deum, quando obliuiscitur Dei. Similiter anima tunc dormit ad mundum, quando mundi obliuiscitur: tunc vigilat ad mundum, quando ipsum mundum diligit. Et notandum quod tempus vigiliae est tempus laboris: sed dormitionis est tempus quietis. Cum ergo ad dormitionem sequatur vigilia, & ad vigiliam dormitio: consequens est, ut qui hic bene vigilauerit, quod in futuro dormiendo quiescat: & qui dormierit, in futuro laborabit in poenis. Ergo hic mente est vigilandum: ut in futuro quiescamus. Notandum ergo quod ad vigilandum mente ad Deum, multa nos inducere debent, scilicet Hostilitas crudelis inuasionis. Vtilitas fidelis administrationis, Debilitas terrestri habitacionis. Primum patet. Existentes enim in bello mortali dormitioni vacare non possunt: nos autem bello mortali & continuo cum hoste crudeli pugnamus, de quo prima Petr. 5. Sobrii estote & vigilate in orationibus, quia aduersarius vester &c. Dicunt naturales quod grues inter se vigilias diuidunt: & illa quae vigilare debet, in pedibus lapidem tenet, ut si illa dormiret, lapis cadens se & alias exciteret. Si ergo auis insensata sibi prouideret contra noctis pericula, multo fortius nos rationales cautelam contra somnum quaerere debemus. Vigilare & orare, ut non intreris in tentationem. Et prima Petri. capitulo quinto. Sobrii estote & vigilate in orationibus, quia aduersarius vester diabolus &c. Et bene praemittit sobrietatem ad vigiliam. Nam ebrietatem necessarium sequitur somnus. Est enim de aduersario nostro, sicut de quodam duce Carthaginensi Refert Tullius lib. sexto, capitulo quinto, quod dux ille habuit bellum contra Africanos: qui Carthaginem sibi rebellantem, fuerunt autem illi de Africa auidi ad bibendum vinum: quod audiens dux: contra illos talem accepit cautelam. Accipit enim multa dolia vini, & cum vino miscuit vinum mandragorae: quae mirabiliter prouocat somnum, ut docet Aristoteles. 1. de somno & vigil. Facit enim dormire homines ita profunde, quod fiunt quasi insensibiles. Et ideo solet dari hominibus qui propter aliquam infirmitatem sunt secandi, ut possint secari sine dolore. Dolia ergo vini sic infecti dimisit in tentoriis suis, & fugit, ad cautelam relinquens tentoria. Africani ergo gaudentes, tentoria inuadunt, & inuenientes victualia comederunt, & biberunt de vino infecto: & statim opilati sunt somno, ita ut se nullatenus iuuare possent. Quod dux explorans de nocte, super eos irruit, & sicut voluit omnes trucidauit. Moraliter consimili cautela vitatur diabolus contra homines. Vinum quod laetificat significat lasciuiam quam diabolus sic immiscet succo mandragorae, id est, delectationi luxuriae, quod omnes ex ea bibentes sunt quasi insensibiles. Mandragora enim est herba habens masculum & foeminam, & omnia lineamenta humani corporis impressa ad generationem confert & libidinem. Vnde Genesis trigesimo dixit Rachel Lia de Iacob viro suo. Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Et ideo merito voluptatem si-

Incog. Tom. j.

gnificat carnis. Quia ergo vita humana his duobus delectatur tentata per diabolum, ideo multum sic dormiunt in peccatis, quod ad correctionem praedicatoris quasi insensibiles existunt. Ut de quolibet eorum dicat illud Prouerbiotum vigesimo tertio. Vulnerauerunt me & non dolui: traxerunt me & non sensi, quando vigilabo & rursus vna reperiam. Nos ergo sic fratres: sed in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros in vigiliis multis, in castitate &c. Secundum patet. Debemus enim esse sicut serui de nocte vigilantes, expectantes aduentum domini sui de nuptiis redeuntis. Nuptiae sunt in caelo ineffabilis gaudij de visione naturae diuinae & humanae. De istis nuptiis venturus est Christus finaliter omnes iudicare. Propter quod dicitur. Vigilare quia nescitis quando dominus venturus sit. Et Lucae duodecimo. Sint lumbi vestri praecincti &c. Et vos similes hominibus &c. & sequitur beati sunt serui illi, quos dominus inuenit vigilantes. In cuius signum dominus inueniens Apostolos dormientes, increpauit Petrum dicens. Simon non potuisti vna hora vigilare mecum? Tertium patet. Qui enim iaceret in domo ruuosa, ex omni parte debilis: & cum hoc sciret quod aliquis inimicus eius foderet muros ad opprimendum eum: non daret se somno, si prudens esset, sed sollicitus vigilaret. Domus animae est corpus luteum. Job. 4. Habitant domos luteas terrenum habentes fundamentum. Fossor autem est mors quae nititur fodere domum nostram, id est corpus: ut furetur animam, & ducat ad poenam. Ideo dicitur. Si sciret pater familias qua hora veniret vigilaret utique. Sed timendum est, ne sit de nobis sicut de pueris noniter natis. Dicit Aristoteles primo de somno & vigil. quod pueri quando nati sunt nouiter, semper tenent oculos clausos, & dormiunt propter consuetudinem dormiendi in matrice. Sic multi peccato diu oppressi negligentes, diu vigilare non possunt. Et illi debent canere de tribus malis passionibus quae communiter in somno accidunt, scilicet, epilepsia, ephialtes, & lethargia. Epilepsia est quaedam passio cerebri faciens hominem cadere ex inopinato. Ephialtes est passio in somno faciens homini apparere quod aliquis eum suffocet vel opprimat. Lethargia est infirmitas hominem compellens dormire, & dormiendo mori. Moraliter istae tres passiones tria generalia mala significant, quibus totus inuoluitur mundus, scilicet superbi, & ambitiosi, qui ad altum gradum ascendere volunt. Vbi epilepsie casus abundat. Vnde Claudianus. Iniqui tolluntur in altum, ut casu grauiore ruant. Luxuriosi patiuntur ephialtem, quibus concupiscentia carnis dominatur, & opprimit eos ne surgere possint. Auari sunt quasi lethargici, id est obliuiosi, qui quanto plura a Deo recipiunt, tanto magis obliuiscuntur tam sui quam Dei. Vnde in isto versiculo dicit glossa. Ad Deum verum vigilat qui Dei memor est, ad Deum autem dormit qui Deum obliuiscitur. Ad propositum ergo sancta ecclesia ac etiam quilibet bonus istis rationibus attentis ad Deum vigilare cordialiter studet dicens. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo.* Vbi per lucem accipe gratiam, qua cor ad Deum dirigitur. Si autem queras, quid hic spiritualiter est vigilare. Audi Grego. in homil. d. Ille

Pp verè

Prover. 23.

2. Cor. 6.

Matth. 24. Luca. 12.

Matth. 26.

Job. 4.

Matth. 24. Philo. 1.

Epilepsia.

Vigilare.

Gregorius.



vetē vigilat qui ad aspectum veri luminis oculos cordis tenet apertos. Ille vigilat qui seruat operādo quod credit. Ille vigilat qui a se torporis & negligentia tenebras expellit.

990.  
23. q. 4. q. ni  
peccat.

Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.

Desiderium  
suis.

Hic ostendit quomodo iustorum desideria dirigitur ad Deum. Vbi notandum quod per sitim significatur desiderium tam bonum quam malum: ut dictum est supra ver. 68. Hic autē solū significat bonū desiderium: ut sit sensus. *Anima mea sitiit.* i. desiderat te Deus. Hoc etiā facit caro: imō pluribus ex causis: quia hic plures defectus patitur caro quam anima iusti. Propter quod dicit: *Quā multipliciter tibi caro mea.* Caro enim hic aduersis quatitur, & nō anima. Caro resurrectionē expectat, & nō anima, quāuis enim anima cū carne hic sit cōiuncta, caro est mortura, nō anima, quia caro mortalis, sed anima est immortalis. Et nota q̄ est quoddā desiderium rationale: & hoc est animā. Et quoddā naturalē: & hoc est carnis. Sed hic cadit dubium. Cū anima multo nobilior carne: quia illa immortalis & ista mortalis. Quare Deus tā nobilē creaturā, ut est anima: voluit vnite cum carne tam ignobili & mortali: Ad hoc dico, q̄ triplici ratione. s. Primo ut promissa doceret premia. Secundō ut cōmissa puniret vitia. Tertio ut perfecta augeter merita. Primum patet: quia hęc vnio carnis ad animam, mentem eleuat ad cognoscendum & sperandum qualiter anima nostra sic Deo beatificē vniri poterit: ut ab ipso nullo modo possit velle se parari. Quia si anima tam infimā rei, scilicet carnis, sic vnitur, ut ipsam sibi vnitam nullo modo possit odire, nec ab ipsa velle possit separari, quāto magis per amorem ipsi Deo vniri poterit beatificē: ut ipsum toto corde diligat: nec ab ipso aliquo modo patiatur separari: Et hanc rationē tangit Apostolus ad Ephe. 5. d. Nemo vnio carnis suam odio habuit. Et subdit ad propositum. Sacramentum hoc magnum est. Et istam rationem in forma ponit magister lib. 2. di. 1. d. Ideo carni voluit Deus vnire animam, ut in hac humana cōditione ostenderet nouum exemplum beatitudinis, quā est inter Deum & spiritum creatum. Puraret enim creatura se non posse vniri creatori suo tanta propinquitate, ut eum tanta mente diligeret & cognosceret, nisi videret animam quā est creaturarum excellentissima: tam infimā creaturā (ut est caro quā de terra est) tanta dilectione vniri, ut non valeat arctari ad hoc, ut velit eam relinquere: pro exemplo ergo futurā societatis inter Deum & spiritum creatum perficiendā in glorificatione Deus animam carni & terrenis mansionibus copulauit. Secundum patet, quoniam anima multas tribulationes & penas patitur in carne: ex quibus quandoque pena soluitur peccato debita: quas penas sine carne pati non posset: sicut est pena famis, sitis, caloris, frigoris, & huiusmodi. Ut ostendit magister lib. 3. di. 15. Certum est autem, quod per tales penas Deo satisfaciatur: quia dum caro mortificatur, spiritus viuificatur. Sic enim Christus nos obtulit Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. Tertium patet, quia talia opera carnis afflictiua quā anima sine carne facere non posset, deuotē

Caro  
Anima  
Quisio.

Ephes. 5.

1. Petri. 3.

facta sunt meritoria. Propter quod dicit Apostolus. Viuere in carne, mihi est fructus.

In terra deserta, inuia & in aquosa sic in sancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Hic ostendit quomodo iustorum patientia in aduersis roboratur. Et duo facit. Quia ostendit primo iustorum ex aduersis professionem. Secundo ponit inter bonos & malos distinctionem, ibi. *Si memor fui tui* Prima in quatuor. Quia ostendit quod iusti ex aduersis quatuor perfectiones acquirunt: quia ex aduersis primō intellectus noster illuminatur. Secundō homo interior gratificatur ibi. *Quoniam melior est.* Tertio mens ad Deū eleuatur, ibi. *Sic benedixi.* Quarto anima verius fortificatur ibi. *Sicut adipe.* Quantum ergo ad primū ostendit primō cōditiones huius seculi, siue congregacionis malorum dicens, quod est terra deserta inuia & inaquosa. Præsens enim mundus dicitur terra deserta: quia in ipso nullus sanctorū habitat: & si corpore nō tū mēte dicēte apostolo. Nō stracuē factio in caelis est. Dicitur etiā inuia, quia præsens mundus ipsum diligētes vel eius sequentes vestigia ad terminum felicitatis intentū non ducunt, sed magis ad oppositum dānationis. Dicitur enim inaquosa, quia caret aqua gratiæ: & ipsum sequentes nullatenus satiat. Est ergo præsens seculum terra deserta a qua veniens ventus. s. tērationis, concutit quatuor angulos domus. s. nostrā mentis, qui sunt quatuor virtutes cardinales & ipsam dissipat. Iob. 1. In ista ergo terra deserta habitant iusti, & si corpore, non mente. Et quāuis ista terra de se sit deserta: tamē in ipsa habitationē habent: quia Deus habitat in ipsis, quamuis sit inuia: tibi tamen viam inueniunt. s. Christum qui est via veritas & vita: quāuis sit inaquosa: ibi tamen inueniunt fontem aquæ vitæ salientis in vitam æternam. Et ideo per sanctū desiderium coram Deo mente persistunt. Et hoc est quod quilibet iustus dicit. *In terra deserta inuia & inaquosa sic in sancto desiderio apparui tibi.* Et ad quid in sancto desiderio apparere hic iustus coram Deo? nō quidem ut videatur à Deo: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, sed magis ut ipse videat Deū. Et hoc est quod dicit. *Ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Per virtutem & gloriam Dei intellige Christum. Et vide contextū verborū. *Apparui tibi ut viderem & c.* Quid est enim apparere alicui nisi videri ab illo: Est ergo sensus. *Apparui tibi ut viderem & c.* i. vidisti me, ut viderem te. Nemo enim videt Deum, nisi prius appareat Deo. i. videatur à Deo. Sicut enim sol sua luce nos respiciens nos illuminat ut videamus: ita & Deus dum nos respicit, facit nos suam gloriam & virtutem videre. Ergo ut hic ait glo. Nos in sancto desiderio appareamus Deo. i. nos videat Deus, ut ipse appareat nobis. i. videatur à nobis. Et hic notandum quod modum quo Deo apparere debemus, nobis ostenditur. Exo. trigesimo quarto, vbi dicitur. Tribus vicibus anni apparebit omnis masculus in conspectu omnipotentis Dei. Vbi notandum quod quāuis secundum Philosophū. 4. physicorū. nō habeamus de tempore nisi nunc, tamen s̄m gramaticos tres sunt tēporis partes. s. prætēritū præsens & futurum. Et sic per tria tēpora anni in

Philip. 1.

991.

1. Cor. 6.

1. Iob. 27.

992.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

1. Iob. 27.

conspectu domini in terra deserta huius mundi apparere debemus. Primo per tempus prætēritū, scilicet, recogitando omnes annos nostros in amaritudine animæ nostræ ipsi Deo. Et hoc de ipsis agendo pœnitentiam. Secundō per præsens, ut dum tempus habemus operemur bonum ad oēs iuxta dictum Apostoli de ipso præsenti tempore dicens. Ecce nunc tempus acceptabile. In omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros & c. Tertio per tempus futurum: & hoc per firmum propositum perseverandi in bono: dicētes illud Iob. 27. Donec deficiam, non recedam ab innocentia meā: iustificationem meam quā cepi, tenere nō deseram. In istis ergo tribus temporibus anni omnes masculus coram Deo apparere debet, id est, omnis homo perfectus: quod si fecerit & Deus sibi apparebit: ut sicut ipse videtur à Deo: ita ipse videat Deum. Et tunc Deo dicere poterit. *In sancto desiderio apparui tibi, scilicet ut viderem virtutem tuam & c.*

Quoniam melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te.

Hic consequenter ostendit, quod per aduersa homo Deo gratificatur. Vbi notandum quod sicut prospera hominē per superbiam eleuant: sic & aduersa mentes humiliant, & ex consequenti gratas faciunt Deo. Vnde Greg. dicit. Duobus modis omnipotens Deus vulnerat, quos reducere ad salutē curat. Aliquando enim carnē percudit, & mentis duritiā suo pauore tabefacit. Vulnerando ergo ad salutem reuocat, cum electos affligit exterioribus, ut interior viuant. Vnde per Moysē loquitur dicens. Ego occidam & ego viuere faciam, percuciam, & ego sanabo. Occidit. n. vt vinificet: percucit vt sanet. Aliquando autē & si flagella exterioris cessare videantur intus vulnera infligit: quia mentis nostræ duritiā suo desiderio percudit, & percuciendo sanat: quia terroris sui iaculo transixos ad sensū nos rectitudinis reuocat & c. Ex quo apparet q̄ magnā misericordiam Deus nobis exhibet, eum nos vt sanet percucit per aduersa. Talis autem misericordia nobis melior est quā vita corporalis: quia per illā vitā spirituale habemus, quā Deo gratificamur, quā melior est omni vita corporali. Et hoc est quod hic ait psal. *Quoniam melior est misericordia tua super vitas.* Vnde hic ait glo. *Melior est misericordia tua* s. quā per flagella me corripientis vitā gratiæ. *Super vitas* s. humanas, quæ & si longæ & prosperæ sunt non tamen peruenire possunt ad longitudinem & prosperitatem vitæ spiritualis. Et nota q̄ dicit vna in plurali, quia vitā tēporalis multiplex est differentia: quia. s. est vitā militis: vitā artificis, vitā agricolæ & c. quasi d. Melior est vitā gratiæ quā per aduersa das correctis, quā quilibet mūdalis vitā, quā eligūt peruersi. Sed quia magnū beneficiū requirit gratiarū actionem: ideo per aduersa accepta vitā gratiæ, ad gratiarum actiones surgens dicit. *Labia mea laudabunt te.* scilicet gratias agendo.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo lauabo manus meas.

Hic ostendit quomodo per aduersa mens ad Deum eleuatur. Vbi notandum q̄ in scriptura per manus significatur operatio: quia illis operamur vnde Iob. 13. Animā meā porto in manibus meis. Quod ideo dicit, quod s̄m opera anima iudicatur

Et ideo quoniam opera sunt bona & tēdunt ad Deū, tūc manus eleuantur: quoniam autē sunt mala & à iusticia declinat, tūc deprimuntur. Cū ergo bonitas operū vel malitia ab interiori anima procedat: sequitur q̄ per bona opera anima eleuatur in Deū, sicut per mala anima ad infernū declinat. Et hoc est quod hic ait psal. *Sic benedicam te in vita mea.* Vnde quid sit Deū benedicere subdit. *In nomine tuo lauabo manus meas.* q. d. Tūc te benedicā, quādo leuabo ad Deū manus. i. quando bona operabor, quoniam melius Deus benedicetur operibus bonis quā verbis. Vnde hic ait magister in gl. *Sic benedicā te in vita mea & c.* i. misericordie tuę attributā vitam meā, in qua te laudo bona faciēdo. Vnde subdit. *Et in nomine tuo lauabo manus meas.* i. ad honorem tuū, nō pro laude hominū opera bona perficiā. Vt Christus leuauit manus suas in cruce pro nobis, vt manus nostræ tā corporis quā bonæ operationis extendantur ad Deū. In nomine Dei nepe manus leuat, qui bonis operibus insistendo tēlis manibus in figura crucis Deū orat. Vnde Apostolus ait. *Leuantes manus puras in oratione sine ira & disceptatione.* In huius rei figura præsens, quod Moyses in Exodo fecisse legitur. Qui dum in oratione manus ad Deum leuabat, populus Dei vincebat Amalech, dum vero manus deponerebat, superabatur Israel. Quia dum aliquis bona operatur pro celestibus, vincit Amalech. id est demōnū turbā sanguinē nostræ perditionis lingētem. Dum autē deponit manus. i. dum pro terrenis operatur, vincitur ab Amalech. Moraliter autē, notādū q̄ multa multipliciter leuare debemus. s. oculos, animā, vocē, & manus. Oculos autem leuare debemus ad tria scilicet ad illud quod intra nos, ad id quod est extra nos, & ad illud quod est supra nos. Primo ergo oculos leuemus ad illud quod est intra nos. s. ad peccati deformitatem purgandam, vt velociter surgamus: sicut qui cecidit in luto, videns vbi sit velociter surgit. Hier. 3. *Leua in directū oculos tuos, & vide vbi nūc prostrata sis.* Secundō ad illud quod est extra nos, scilicet ad temporis breuitatem, vt bonum instanter faciamus: sicut operarius leuat oculos suos ad solem, vt videat si tempus sufficiat ad opus suū perficiendum. Ioan. 4. *Leuate oculos vestros: & videte regiones, quoniam iā alba sunt ad messē: & qui metit mercedem accipit: & congregat fructum in vitā æternā.* Tertio ad illud quod est supra nos. s. ad Dei & sanctorum societatem, vt eos humiliter exoremus, sicut pauper leuat oculos ad diuitem, vt ei diues subueniat: psal. 120. *Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxiliū mihi. Sed prohibendum, q̄ de multis hodie dicitur illud psal. 16. *Sternerunt declinare oculos suos in terrā. Secundo debemus animā leuare ad Deū. Et hoc propter triplex bonū quod inde prouenit. Primo propter noticiā veritatis quam præsstat. Sicut viator leuat oculos suos ad indigenā, vt eum dirigat: sic debet homo animā suam leuare ad Deū, vt eum dirigat ad viam æternam psal. 142. *Notā fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Secundo propter lætitiā deuotionis, quā cōdonat psalm. *Lætifica animam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui: Tertio propter fugam confusionis, quam declinat. Sicut auis leuat se à terra ne capiatur: sic homo animam leuare debet ad Deum de terra, ne à peccato capiatur, psalm. vigesimus quartus. Ad te domine****

Leuare manus.

1. Tim. 2.

Exod. 17.

Leuare oculos.

Hierem. 3.

Ioan. 4.

Psalm. 120.

Leuare animam.

Psalm. 142.

Psalm. 24.

Greg. 16. mo. in cap. 10. Facies leuatur.

Leuare vocē.

Agar.

Gen. 22.

Luca. 17.

Esa. 51.

Psal. 92.

Leuare manus.

Isa. 8.

Exod. 17.

Psal. 118.

Thren. 3.

Psal. 140. 1. Tim. 2.

994.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum.

Hic ostendit quomodo mens per aduersa fortificatur. Aduersitates enim iustorum in eis perpetua securitatem concedunt: vt deducit Greg. lib. 10. mor. c. 16. Et hoc hic notat psal. dicens. Sicut adipe & pinguedine etc. Vbi notandum quod adeps est in intestinis: pinguedo vero in carne. Et sic per adipem intellige sapientiam, quae stat in abscondito. scilicet in anima: quia haec est pingue-

Gregor. 10. lib. 10. mor. c. 19. Adeps.

do anima, sine qua anima macrescit, & ita exilis est, vt in bonis operibus cito deficiat. Per pinguedinem vero intelligitur fortitudo spiritus. Et sic secundum glo. est sensus. Anima repletur adipe & pinguedine, id est, scientia & fortitudine spiritus. Quo facto. Laudabit te os meum labiis exultationis, id est, ex pura conscientia, cuius comes est exultatio. Vel aliter. Vbi notandum quod triplex est adeps vel pinguedo moraliter quo debet repleti qui dignè Deum laudare cupit. Adeps enim in scriptura significat tria, scilicet, Aeterni desiderium sanctitatis & munditiæ. Altaris sacrificiū vnitatis & concordiae. Deutorum adiutorium charitatis & amicitiae. Primum patet. Sicut enim naturaliter adeps vel pinguedo semper querit superam partem rei & superficialiter: quia supernaturali liquoribus, sic & desiderium coelestium superna petit, ima deserens: quia solū in coelestibus conuertitur, & domino consecratur. Vnde de tali adipe dicitur. Omnis adeps domini erit iure perituo: quia. s. omne desiderium in ipsum debet terminari. Vnde de isto adipe loquitur Greg. super illo Iob. Cutis mea aruit. d. In sanctæ ecclesiæ corpore hi qui exterioribus curis inserviunt coguntur cutis vocantur. Quæ nimirū cutis arefendo contrahitur: quia mentes carnalium dum presentia diligunt, & quasi iuxta posita cōcupiscunt, ad futura extendi per longanimitatē nolunt. Qui dū internæ spei pinguedinē negligunt, attrahuntur & arefiunt. Hanc autē arefactionē psal. formidauerat, cum sanctitatē mentis intuens dicebat. Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea. Adeps quippe pinguedinis animā replet, cū hanc cōtra presentium desideriorum escā supernæ spei infusio refouet. Cutis ergo arefens contrahitur, cū cor rebus exterioribus deditum in auctoris sui amorem non reditur: sed in semetipso (vt ita dixerim) rugosa cogitatione plicatur. Hic ergo est adeps illorum, qui nō quæ sunt terræ sapiunt, sed quæ sursum sunt querunt: de quo Leui. 3. offeret domino adipē, qui operit vitalia. Hic enim adeps operit vitalia: quia vitam spiritualem conseruat. Et nota qd secundum Arist. Animalia quæ abundant in pinguedine parum habent de sanguine, & e contrario. Item ibidē dicit qd adeps magis crescit in hyeme quā in æstate. Sic moraliter est de adipe coelestis desiderij. Quid enim per sanguinem in scriptura, nisi peccatū intelligitur? iuxta illud psal. Libera me de sanguinibus. &c. Sic ergo fit mysticè, qd quāto quis abundat adipe, minus habet de sanguine: quia quāto, quis supernis per desiderij est intētus, tanto minus peccatis implicatur: & e contrario. Similiter sicut adeps magis crescit in hyeme quā in æstate, sic & adeps spiritualis desiderij. Quid enim per estatē nisi prosperitas? quid per hyemem frigidum nisi aduersitas designatur? quia tempore aduersitatis mens nostra magis eleuatur ad Deum quā tempore prosperitatis, dicente psal. Cum occideret eos querebant eum. Et Osee 6. In tribulatione sua mane consurgēt ad me. Sed quia multiquandoq; coelestia desiderat, sed statim habita opportunitate reuertuntur ad mundum. Ideo contra tales dicitur Offerēt domino adipē & caudam totam. Per caudam enim que est finis animalis, accipe virtutem perseuerantia vq; in finē. Secundum patet. Quoniam in hoc sacramēto totalis gratiæ pinguedo continetur quæ plenè nos reficit Deus. psalm. 80. Cibauit eos ex adipe

Adp.

Psal. 147.

Exod. 3.

Leui. 3.

Greg. 10. mor. c. 16.

Iob. 7.

Psal. 14.

Charitas. Leui. 3.

Leui. 3.

Philos. 4. de animalium.

Psal. 50.

Leui. 7.

Psal. 7. Osee. 6.

Leui. 3. Eucharistia. Psal. 80.

Eccl. 47.

Jan. 11.

Psal. 147.

Exod. 3.

Charitas. Leui. 3.

Leui. 7.

Eccl. 47.

adipe frumenti &c. Quid enim frumenti nomine nisi Christi corpus intelligitur? Vnde de seipso ait. Nisi granum frumenti cadens in terra &c. si autē mortuum fuerit multum afferet fructum. s. fructum nostræ redemptionis istud frumentum habet corticem, & adipem: vt cortex sit ipsa humanitas adeps vero sit intus latens diuinitas: quia in hoc sacramēto satiamur: qui in ipsa nostra finalis beatitudo consistit. Vnde prædicta verba psal. exponens glo. dicit. Cibauit eos ex adipe frumenti, id est sacramento corporis Christi. Vnde & psal. 147. Qui posuit fines tuos pacem, ex adipe frumenti satiat te. Quod ideo dicit: quia sicut adeps frumenti est vniuus: quia ex multis granis vnus panis conficitur: sic istud sacramentum est vniuuum: quia omnes digne sumentes vnit & pacificat, dum eos vnium corpus facit in Christo. Vnde de adipe sacramentali corporis & sanguinis Christi ipse suis pollicetur electis dicens. Comedētis adipem in saturitate: & bibētis sanguinē in ebrietatem de victima quæ ego immolo vobis. Quid enim est victima à Christo nobis immolata, nisi corpus suum & sanguis, quæ in cruce pro nobis obrulit patri: Ex qua comedimus adipem in saturitate, dum corpus Christi dignè sumendo eius gratis replemur. Et sanguinem in ebrietate bibimus: dum per Christi sanguinem sumptum eius replemur amore. Vnde magister in gl. psal. 14. Ex adipe frumenti satiat te, i. pane qui de cælo descendit, qui adeps frumenti dicitur: quia carne clausus in mundo sola fide cognitus est interius. Tertium patet. Adeps enim realiter defendit vitalia interiora, & ipsa operit. Sic & virtus charitatis & amicitiae proximum operiendo custodit. Vnde Leui. 3. dicitur. Offerent domino adipem qui intrinsecus operit vitalia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus. Vitalia. n. interiores virtutes dicuntur, quas operit charitas & custodit. quæ deo debemus offerre: quia omnis actus verè charitatis terminatur ad Deum. Adeps ergo charitatis operit vitalia: quando quis vitam proximi charitate defendit nutrit & protegit. Dicit magister de prioratibus rerum lib. 7. q. si adeps vel pinguedo in corpore hominis dissoluatur: statim deficit calor naturalis, & mors subitanea sequitur. Quid. n. est calor naturalis, nisi ipsa vita gratiæ in qua cōstitit nostrū viuere spirituale, sicut & vita corporalis in naturali calore: Si ergo adeps interi⁹ coagulatus dissoluatur. i. vniu charitatis ad proximū dirumpatur: statim cessat calor spiritualis, in quo vita gratiæ consistit: & sic subito sequitur mors animæ. Istum ergo adipem charitatis conseruare debemus, s. corde & opere. In cuius figuram dicitur Leui. 7. Tenebit in manibus adipem hostiæ & pectusculum. Per manus opera intellige: sed per pectusculū in quo latet cor, ipsam intētionē. Debemus ergo adipem charitatis tenere in manibus, id est charitatem per opera proximis ostendere debemus etiam pectusculum. tenere in manibus, vt scilicet operibus exterioribus copuletur charitas interior: vt scilicet solū propter Deū exteriora opera fiant, & non propter aliquod temporale, vel carnis delectationem, vt scilicet adeps charitatis separatus sit à carne, id est ab omni carnis voluptate vel affectione, sicut de Nathã propheta dicitur. Surrexit Nathan propheta quasi adeps separatus à carne. Qui ergo prædictum triplicē adipem habuerit, dignè Deum poterit laudare. Incog. Tom. j.

dare. Et hoc innuens psal. dicit. Sicut adipe & pinguedine repletur anima mea, & tunc scilicet labiis exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratū meū, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Hic ostendit differentiam inter bonos & malos: quia boni laudant Deum: & ipsius sunt memores in prosperitate & aduersitate: mali autem non: quia ipsi prosperis eleuantur sed franguntur aduersis. Primò ergo ostendit conditionem bonorum in prosperitate. Secundò in aduersitate, ibi. Et in velamento. Quantum ad primum sciendum quod per stratū siue lectum qui est locus quietis, significatur status prosperitatis, in quo sine turbatione homo quiescit. Et sic ille memor est Dei super stratū suum, qui in statu prosperitatis positus virtutem seruat humilitatis, & bona opera sibi sternit in quibus quiescere possit. Vnde Gregorius ait. Per stratū repauiatio in bonis operibus designatur. Vnde in Apostolorum actibus Petrus apostolus dicit, Aenea sanet te dominus Iesus Christus, surge & sterne tibi. Quid est dicere surge: nisi mala quæ fecisti derelinque? Et quid est dictum sterne tibi, nisi talia bona in quibus quiescere possis operare? vt & deserat surgendo quæ fecit: & inueniat sternendo, quod non fecit. Quod vtrunque propheta breuiter comprehendit, dicens. Declina à malo & fac bonum. Declinare à malo quippe est ab eo in quo iacuit surgere: bonum verò facere, & mercedis opera in quibus quiescere debeat operari. Qui enim declinat à malo: sed adhuc bona nō facit: surrexit quidem ab eo quo iacuit, sed vbi quiescere debeat, nondum strauit &c. Sic autem memor Dei continuè meditatur quomodo Christi Deo seruire possit. Et hoc est quod subdit. In matutinis meditabor in te, id est continuè die ac nocte: nam matutinum est finis noctis & principium Dei: & sic vtrunque comprehendit. Et ne opera bona & talis meditatio videatur sibi attribueri, sed totum ipsi Deo. Ideo subdit. Quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exaltabo, adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.

Hic ostendit statum bonorum in aduersitate, quia scilicet, tunc maxime Deo adhaerent per patientiam. Vbi notandum quod alæ Dei quibus nos protegit et velat sunt duæ, scilicet misericordia & charitas. Vnde dicit glo. psal. 16. Istis enim velatus aduersis frangi non potest Nam per alam misericordiae facit cum tentatione prouentum, quia non patitur nos tentari supra id quod possumus, sed per alam charitatis aduersa immittendo: nos magis ad suum amorem trahit. Quod notans subdit. Adhæsit anima mea post te, scilicet charitate. Vbi notandum quod illi res cor nostrum adhaeret quam diligit, cum ergo Deum toto corde debeamus diligere, sequitur quod toto corde sibi debeamus adherere. Adheremus autem Deo charitate

995. 7. q. 1. de cog. 7.

Seraphim.

Greg. 13. mo. cu. 23. Actuum. 9.

Psal. 36.

996. 11. q. 3. ad mē sam.

Ala.

Adhære.

*Iosue 22.*

*Vnum cum Deo. 1. Cor. 6.*

*1. Cor. 3.*

*Iosue 10.*

997

*Nocere mali bonis non possunt*

*Greg. 20. mora. c. 22.*

ritate, eius præcepta obseruando. Propter quod dicitur. Diligatis dominum Deum vestrum, vt ambuletis in omnibus viis eius, & obseruetis omnia mandata eius, adhæreatisque illi in omni corde vestro. Et attende quod ista adhæsiō est tantæ vtilitatis quod sic adhæreat Deo quod illos deificat, dicente apostolo. 1. Cor. 6. Qui adheret Deo, vnus spiritus est cū eo. Quod tamen dictum sanè oportet intelligi, vt ibidē ostendit magister in glo. dicens. Qui adheret Deo, scilicet eius voluntatem semper faciens, non vna caro est cum Deo, sed vnus spiritus cum spiritu Dei. Cum ergo vnus est spiritus non substantiæ identitate, sed participatione diuinæ beatitudinis. Diuersæ enim sunt substantiæ spiritus hominis, & spiritus Dei. Sed quia noster spiritus adhærendo Deo, accedit ad participationem veritatis diuinæ & beatitudinis illius. Vnus est ergo spiritus hominis, qui adheret Deo cū spiritu Dei, cum ei sic adheret, vt particeps eius beatitudinis plenè sit, cum, scilicet, satiabitur eius desiderij in ipsa trinitate adherens Deo, cuius est imago. Nō ergo spiritus hominis adherens Deo est, ita vnum vel vnus cū spiritu Dei, sicut filius cum patre est vnum vel vnus Deus. Sic enim dicitur de patre & filio quod vnum sunt, quia vnus substantiæ duo sunt. Diligenter ergo aduerte, quod quando de rebus duabus vel pluribus vnum est vel vna est, & additur quid vnum vel quid vna, de his quæ diuersæ sunt & de his quæ sunt eiusdem substantiæ, dici potest. Diuersæ enim sunt substantiæ spiritus hominis & spiritus Dei, & tamen dicitur qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. Vbi autē dicitur de duobus vel pluribus vnum, nec additur hic vnum, talia diuersa non intelliguntur, sed vnus substantiæ: sicut dictum est. Qui plantat & qui rigat vnū sunt, & item. Ego & pater vnum sumus. Si ergo de his quæ diuersæ sunt substantiæ, quod sint vnus spiritus rectè dicitur, quanto magis quæ vnus sunt substantiæ rectè dicuntur vnus Deus esse. Hæc magister. Ex prædictis ergo patet, quod aduersitas facit adhære Deo. Item quod adhæsiō Dei facit nos assumi ad vnitatem Dei modo prædicto. Et ideo concludit psal. dicens. *Adhæsit anima mea post te.* & quid ad hoc sequitur. *Manu suscepit dexteratua.* scilicet ad talem vnitatem.

997 **Ipsi vero in vanum quæserunt animam meam, introibunt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.**

Hæc est secunda pars principalis in qua ostenditur quod malorum vitia à Deo puniuntur. Vbi notandum quod mali nocere cupientes bonis, ipsi non nocent, sed sibi ipsi, peccantes enim contra bonos bonis proficiunt, sed sibi ipsi damnationem acquirunt. Decius enim persequendo Laurentium, sibi ipsi nocuit, sed Laurentio non modicum profuit, & sic alij tyranni quærentes sanctos funditus perimere: non sanctis sed sibi ipsi nocuerunt, & sic eorum persecutio erat vana, quantum ad persequentes: quia finem intentum habere non poterant. Vnde Greg. 20. mora. cap. 22. dicit. Omnipotens Deus electorum suorum aduersarios temporaliter permittit crescere, vt per malorum læuitiam purgetur vita

**A** bonorum. Nunquam enim dominus aduersus bonos eos sentire permitteret, nisi etiam quantum prodesse videret. Nam dum iniusti sequuntur iusti purgantur, & vtilitati innocentium milita vita prauorum, dum hanc & premendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Vnde rectè per Salomonem dicitur. Qui stultus est seruiet sapienti, Et tamen sæpe conspiciunt sapientes subesse, stultos vero arcem dominij tenere. Sapientes seruiliter obsequi, stultos tyrannidis elatione dominari. Quomodo ergo distinctione diuinæ sapientiæ, stultus sapienti seruit, dum plerumque hunc iure temporalis dominij comprimit? Sed sciendum est, quod dum contra sapientis vitam, stultus præminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, contumeliis lacerat, profecto hunc ab omni vitiorum rubigine vrendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando seruit, quem ad meliorem statum premendo prouehit, &c. Quia ergo mali persequendo bonos, intentum contra bonos non acquirunt, ideo in vanum animam bonorum quarunt. Vnde hic dicit psalmi. de malis. *Ipsi vero in vanum quæserunt animam meam.* quasi dicat. In carnem potestatem habent, non in animam. Sed qualis eos pœna sequatur. Vbi dicit dicens. *Introibunt in inferiora terræ.* Vbi tres prauorum numerat pœnas. Prima est, quia in infernum demergentur, quam notat dicens. *Introibunt in inferiora terræ.* id est in infernum qui est in inferioribus terræ situatus, vt dictum fuit supra in versiculo 108. ibi. Conuertantur in infernum &c. Secunda est, quia à Christo iustè iudicabuntur. *qua tradentur in manus gladij.* Quid autem hic est gladius, nisi iusta Christi sententia quæ in iudicio malos occidet, & quo ad corpus & quoad animam? De quo gladio dicitur Apocal. 1. quod ex ore eius exibat gladius ex vtraque parte acutus. Tertia est quia à dæmonibus cruciabantur, quia *partes vulpium erunt.* Quid enim per vulpes fraudulentas intelligitur, nisi ipsi dæmones deceptores & fraudulentum. De quibus ait Christus illi auaro. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidios, id est secundum gloss. vulpes, id est dæmones dolosi, volucres cœli, id est dæmones superbi in corde tuo habent habitaculum, sed non filius hominis. Vnde non solum dæmones ratione dolositate vulpes dicuntur, sed etiam homines dolosi. Vnde & Christus Herodem appellauit vulpem. Dicite illi vulpi &c. Vbi glo. Vulpis enim est animal plenum fraudibus, in fouea propter insidias latens, odore fetens, nunquam rectis itineribus incedens. Quæ omnia dæmonibus competunt & hominibus prauis. Est ergo sensus. *Partes vulpium erunt.* in partes hereditatis dæmonum erunt, sicut Deus est pars hereditatis iustorum psalmus 15. Dominus pars hereditatis meæ, &c.

**Rex vero lætabitur in Deo laudabuntur omnes, qui iurant in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.**

Hic consequenter ostenditur quomodo bonorum opera à Deo premiatur. Vbi nota quod qui liber iustus regis nomine intelligitur. Cum enim rex dicatur a rego regis, sicut scriptor à scribo, & doctor à doctore. Ideo sicut scriptor dicitur qui bene scribit

*7. psalmus.*

*1. Reg. 20.*

*psal. 31.*

*psal. 20.*

*1. Reg. 20.*

*Greg. 4. mora. 16.*

*1. Reg. 20.*

*Greg. 4. mora. 16.*

PSAL. LXIII.

999 **Exaudi Deus orationem meam, cū deprecor, à timore inimici eripe animam meam.**

Psalmus iste hunc habet titulum. *In finem psalmus David.* Patet ex prædictis multotiens expositio. De materia verò psalmi, quo ad literam dicitur doctores hebræorum, maxime Ra. Sal. quod David hunc psalmum facit de ipso Daniele propheta, qui de semine David descendit. Vnde Ezechie regi dixit Esaias. 4. Reg. 20. De filiis tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollentur & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et hoc impletum fuit in Daniele & sociis eius, vt habetur Daniel. 1. David ergo spiritu prophético præuidens, quod Daniel de suo semine nasciturus, per inuidiam malignantium fuerat in lacum leonum proiciendus, & inde miraculose liberandus, huc

ne scribit, & doctor qui bene docet, sic & rex dicitur qui libet qui seipsum bene regit. Cum ergo solum iusti seipsum bene regant, carnem subdentes spiritui, & spiritum Deo, sequitur quod ipsi dignè reges vocantur. Et contra, illi qui se non bene regunt, vt sunt prauis, iniuste reges nuncupantur, quacunque tēporali fulgeant dignitate. Vnde Isidor. li. 3. de summo bono, dicit. Reges à rectè agendo dicti sunt. Ideoq; rectè faciendo nomen regis retinent, peccado autem perdunt. Vnde prou. 20. Rex qui sedet in folio suo, scilicet mentis, dissipat omne malum. Certum est autem quod iusti totā suam gloriam in Deo ponunt & latitudinem, non in rebus creatis psal. 31. Lætami in domino, & exultate iusti. Et hoc est quod hic de iustis sub regis nomine dicit psal. *Rex vero lætabitur in Deo.* Vnde & psal. 20. ait. Domine in virtute tua lætabitur rex Deo lætitia autem iustorum vide supra versic. 479. Subditur. *Laudabuntur omnes qui iurant in eo.* Vbi secundum glo. Ille iurat in Deo, qui obsequium & vota Deo promittit & obseruat. Et tales laudabuntur. Sab ipso Deo in iudicio quando eis dicit. Venite benedicti patris mei, &c. Mali autem tunc à nullo laudabuntur. Non quidē à Deo, nec à iustis. quia mala laudare nō norunt, neq; à malis & adulatoribus, vt in vita præsentis. Quia in iudicio obstructum est os loquentium iniqua. Iniqua enim loquitur omnis, qui alterius mala commendat. Secundum enim grammaticos, obstructum cōponitur ex ob & struo struis, & est obstructum id est claudere oppilare vel vndiq; obturare. Obstructum ergo tunc ostendit os malorum, quia ibi non erit tempus excusandi mala vel laudandi: quia omnia omnib. erunt manifesta. Et hoc est quod de malis dicitur, impij in tenebris cōticescent. Quod exponens Greg. ait. Nunc enim malus bonis derogat, & recta quæ agere negligit, hæc in aliis obtrectando lacerare non cessat. Sed tunc iniquitas os suū con trahit, cum iustis quanta suppetat gloria retributionis, agnoscat. Tūc enim ei loqui contra bonos non vacat, quia malorum suorum digna retributione linguæ tormenta ligant. Vnde bene Anna prophetizante dicitur. Pedes sanctorum suorum seruiabit, & impij in tenebris cōticescent. Quod nunc confirmans psal. ait. *Obstructum est os loquentium iniqua.* præfens ponens pro futuro.

psalmum in persona Danielis composuit. Et secundum istum sensum literalem psal. iste diuiditur in tres partes. Quia primò diuinum beneficium recolitur. Secundò malignantium iniquitas describitur, ibi. *Quia exaceruerunt.* Tertiò vtilitas considerantium concluditur, ibi. *Conturbati sum, & c.* N. Quantum vero ad sensum propheticum, notandum quod iste psalmus agit de Christi passione & resurrectione. Vnde in isto psal. Christus loquitur, sed quandoque vt caput quandoque vt corpus quod est ecclesia. Sicut enim Christus caput ecclesie in sua passione orauit, sic & ecclesia in suis passionibus Deum debet orare. Est ergo sensus tituli. *In finem psalmus David.* id est iste psalmus dirigens nos in finem, id est in Christum qui est omnium fidelium finis, attribuitur ipsi David id est Christo quia in isto psal. Christus loquitur vt dictum est. Intētio psalmi est fideles monere ne in passionibus turbentur, sed tunc maxime in Deum sperent, & per orationem ad ipsum deuote recurrant. Sub isto ergo intellectu tractando psalmum, psalmus iste diuiditur in tres partes. Quia ponitur primo passionis Christi acerbitas. Secundò Christi in passione stabilitas, ibi. *Accedet homo.* Tertiò passionis Christi vtilitas, ibi. *Conturbati sum omnes.* Prima in tres: quia ponitur tempore Christi passionis primò Christi deprecatio. Secundò deprecationis exauditiō, ibi. *Proterixisti.* Tertiò Iudæorum malignatio, ibi. *Quia exaceruerunt.* Quantum ad primum notandum quod quamuis timoris multe sint species, vt dictum fuit vers. 26. Quātum tamen ad præfens restat sciendum quod timor est duplex, scilicet corporalis & spiritualis. Corporalis quo pœna timetur corporis, vt timere infirmitates, verbera, vel mortem. Spirituālis autē, quo spiritualis inimicus timetur, ne suis tentationibus vel pœnis immisissis ad casum trahat. Et quāuis primus timor sit quasi naturalis, nunquam tamen tantus esse debet, vt superet rationem, vt scilicet pro aliqua pœna vitanda aliquid fiat inhonestum, quin immo ante omnis pœna corporalis eligi debet, vt deducit Chrysostomus super illo verbo Matth. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c. d. Nolite timere eos qui occidunt corpus, quoniam corpus & si ab impijs occisum non fuerit propter dominum, à seipso post modicum morietur propter naturam. Ergo occisi secundum corpus ab impijs, nihil perditis, nisi mortis dilationem, vt corpus quod post modicum fuerat moriturum, ante modicum moriatur. Magis autem nec ipsam mortis dilationem. Si enim verum est, quod nec solum quidam cadet de arbore sine Dei præcepto, quia numerati sunt dies qui vitā nobis sunt dati, credere debemus, quod nec morimur ante diem, nec transire possumus diem. Nunc ante ponamus, quod ante diem morimur propter Deum. Si ergo & gratis post modicum morituri sumus, nulla Dei causa proposita, quare nō ante modicum in causa Dei cū gloria morimur, vt fiat voluntarium, quod futurum est necessarium vt offeramus pro munere quod redditur pro debito. Ideo nolite timere eos, qui occidunt corpus, substantia enim hominis non est corpus, sed anima. Hanc enim solam ad imaginem suam Deus fecit & hanc diligit, propter hanc fecit & mundū, & hanc zelat & persequitur inimicus, & propter hanc ipse Dei filius venit in mundū. Corpus autem vestimentū est animæ. Sicut ergo vestimentū

*Timor corporalis.*

*Nota totum ad nō timendum subire mortem corporalem pro domino, cum se c. ius obsca leuit.*



super homines positum, si quis furibundus scindat, dolorem quidem iniuriæ sentit homo, damnatum autem non patitur in natura. Sic corpus super animam positum si occidatur ab impiis, anima quidem occisionis illius sentit dolorem, dānum autē suæ naturæ nō patitur. Aut quod sentio verius non solum ad vestimentū animæ caro creata est, sed magis ad tērationem eius, quasi domestica & naturalis inimica copulata, vt dum expugnatur à carne, nec vincitur, coronetur à Deo. Si ergo caro animæ inimica tentatio est, quis sapiens non intelligit, quia occisio corporis optanda est magis quam timenda. Ideo enim tibi corruptibilis natura creata est, ideo deponendi corpus tempus est numeratum, vt dum homo moritur, quotidie corpori illi non parcas, sed conuenientiæ perituræ compares tibi vitam māsūram. Ecce si mutuo accepimus, vt puta equum aut bouem: nōne assidue opus tuum operaris in eum? Dicis enim apud te, hodie aut cras tollendus est à me: quia non est meus. Et in corpore corruptibilis natus, quare ad vtilitatem animæ tuæ non vteris temporali corpore tuo? Sciens quodd post modicum tollendum est à te, quia nō est tuum. Quæ est ista insipientia nostra, odire quod nostrū est, & amare quod nostrū non est? Studere quod saluare non possumus? & negligere quod in æternum habituri sumus? hæc ille. Ex quibus patet quodd mortem corporis nullus timere debet: vt pro ipsa vitanda aliquid agat inhonestum. Sic ergo Christus hic orans, à timore inimici eripe animam meam non petit ne moriatur, sed vt eos non timeat qui tantum corpus occidere possunt, sed magis illum timeas, qui corpus & animam perdere potest. Et hoc modo à timore inimici eripitur, etiam dum occiditur: quia homines non timet, sed nec morti cedit, vt hic dicit glo. Et Attende quodd non tam pro se hic orat Christus, quam etiam pro suis, scilicet ne martyres illos timeant, qui solum corpus occidere possunt, vnde hic ait August. *Exaudi Deus, &c. à timore, &c. eripe animam meam.* Scruerunt inimici in martyres. Quid ergo orabat ista vox corporis Christi? Hoc orabat, vt eruerentur ab inimicis, & vt nō eos occidere possent inimici. Ergo exauditi non sunt: quia occisi sunt. Nunquid deseruit Deus contritos corde seruos suos, & sperantes in se desepxit? Absit. Quis enim inuocauit dominum & derelictus est? Quis sperauit in eum, & ab eo desertus est? Exaudiebantur ergo, & occidebantur, & tamen ab inimicis eruebantur. Alij enim timentes consensiebant & vivebant, & tamen ab inimicis absorbebantur. Occisi itaque eruebantur, viuentes autem mori timentes absorbebantur. Vnde est illa vox gratulationis, forsitan viuos absorbuissent nos. Multi absorpti sunt viui, absorpti sunt multi mortui. Qui enim putauerunt inanem esse fidem Christianā, mortui absorpti sunt. Qui autē scientes veritatem esse prædicationē euangelij, Christū esse filium Dei dicentes, & hoc credentes, & hoc intus tenentes, victi tamen dolorib. cesserunt, & idolis sacrificauerūt. Illi viui absorpti sunt. Illi absorpti, quia mortui. Illi autem quia absorpti mortui. Quid ergo orabat hæc vox martyrum dicentium *À timore inimici eripe animam meam.* Non vt me non occidant inimici, sed ne anima mea consentiat inimicis. Hoc ergo orat Christus in suis impleri quod iubet in euangelio dicens. Nolite

Martyr. Exaudire. Mort.

Matth. 10

timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum timete qui animam & corpus potest perdere in gehennam. Oretur ergo vt præset quod iubet. *À timore inimici erue me Deus.* & subde timori tuo, id est non timeam eum qui corpus occidit, timeam autem te qui habes potestatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis. Non enim à timore tuo volo esse alienus, sed à timore inimici liber, sub timore vero seruus domini.

**Protexisti me à cōuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.**

Hic ponitur deprecationis exauditio. Vbi notandum quodd tego regis habet duo significata, secundum quæ & humanitas Christi protegebat diuinitatem, & diuinitas humanitatem. vide supra versic. 438. Protexit ergo diuinitas humanitatem Christi, quia ipsam defendit, ne malignantes iudæi ipsam vt conabantur superare possent quia est corpus in manibus ipsorum est traditū, animam autem in aliquo ledere non potuerunt, sicut diabolo de Iob dominus dixit. Ecce caro eius in manu tua est: veruntamen animam eius serua. Et de hoc vide supra versic. 396. Orat etiam hic Christus pro corpore suo & sanctis martiribus. Vnde virtute eius orationis sancti martyres sic à Deo fuerunt protecti, vt fortiores essent patiēdo quam inimici scruendo. Vnde hic ait glo. hoc quod hic dicitur. *Protexisti* in capite factum certinus. Quod & membra experiuntur. Hoc enim exemplo reliqui sumantur. Vnde Augusti. in sermone. *Protexisti me à cōuentu malignantium.* &c. Iam ipsum Christum protectum intueamur: multi enim martyres talia passi sunt, sed nihil sic relucet, sicut in Christo, qui est martyrum caput. Versus iste sic est intelligendus, vt dum Propheeta agnoscit se hæcenus à Deo protectum esse, tacite intelligatur precari, vt in posterum ab eodem protegatur. Insuper collige ex hoc versiculo quodd solum in Deo vera letitia habetur. quia solus Deus nos ab omni tribulatione liberare potest. Non quidem plene liberat in præsentī, sed in futuro. Ideo accipitur hic præteritum pro futuro, ratione certitudinis propheticæ. In præsentī enim vita tribulationes patimur, vt purgati in futuro consolationem Dei inueniamus. Propter quod dicitur Iob quinto. In sex tribulationibus liberabit te: & in septima non tanget te malum. Quod exponens Gregorius ait. Quid enim senario numero, quem septimus sequitur, nisi præsentis vitæ operatio discursusque significatur? Sexto quippe die omnia perficiens, hominem condidit, & septimo die Deus requieuit. Perfectis ergo omnibus requies sequitur. Quia post bona vitæ præsentis opera, retributio æternæ quietis inuenitur. In sex itaque tribulationibus Dominus nos liberat, ne in septima nos malum tangat: quia per patienter pietatis eruditionem, præsentis vitæ labore nos atterit. Sed in aduentu iudicis à verberibus abscondit, vt tanto tunc ad salutem certiores exhibeat: quantum nunc flagella durius secant.

Quia

**Quia exaceruerunt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum, & sagittas: vt sagittent in occultis immaculatum.**

Hic ponitur iudæorum contra Christum iniquitas & malignatio. Et diuiditur in quattuor partes. Quia ponitur primo iudæorum venenata locutio. Secundo ipsorum obstinata præsumptio, ibi. *Subito sagittabunt.* Tertio ipsorum meditata deceptio, ibi. *Narrauerunt.* Quarto ipsorum frustrata intentio, ibi. *Scrutati sunt.* Quantū ad primum notandum quod multoties nomine causæ significatur effectus, sic nomine voluntatis significatur actus voluntate elicitus. Sic & in proposito nomine linguæ significantur verba per linguam formata. Dicat ergo de iudæis Christus. *Qui exaceruerunt vt gladium linguas suas.* id est, verba scilicet, aperte clamando mortem Christi, dicentes. Tolle tolle crucifige eum. Et potes notare quod iudæi acuerunt linguas suas contra Christū multipliciter scilicet, ante passionem. Primo ipsum blasphemando. Ioan. 8. Demonium habes. Secundo ipsum increpando. Mart. 11. Ecce vorator & potator vini & publicanorum amicus. Tertio, ipsum tentando. Mart. 22. Si licet censum dare ce sari. Quarto adulando. Mart. 22. Magister scimus quia verax es &c. In passione etiam multipliciter acuerunt linguas suas scilicet ipsum accusando. Luca. 23. Hunc inuenimus subuertentem gentē nostram: ipsum condemnando. Mart. 26. *Qui omnes clamauerunt* Reus est mortis, ipsum crucifixerunt deridendo. Mart. 27. *Vah qui destruis templum Dei &c.* Vnde hic ait Augu. *Exaceruerunt vt gladium linguas suas.* In alio psal. dicit. Filij hominū dentes eorum arma & sagittæ, & linguæ eorum gladius acutus. Ita & hic qui exaceruerunt &c. Nō dicant ergo iudæi, nō occidimus Christum, quia propterea eum dederunt Pilato iudici, vt quasi à morte eius viderentur immunes Nam cum dixisset eis Pilatus. Accipite eum, & secundum legem uestram iudicate eum. Responderunt. Nobis non licet interficere quemquam. Iniquitatem facinoris sui in iudicem refundere volentes. Sed nunquid Deum iudicem fellebant? Pilatus autē in eo quod fecit, aliquantulum particeps fuit sed in comparatione illorum multo ipse innocentior. Instiuit enim quantum potuit, vt ipsum ex ipsorum manibus liberaret. Nam propterea flagellatum ipsum perduxit ad eos. Non perseguendo dominum flagellauit, sed ipsorum furori satisfacere volens, vt vel sic iam mitescerent & desinerent velle eum occidere, quem flagellatum viderent. At vbi perseuerauerunt cum ipse Pilatus lauisset manus, fecit tamen quod voluerunt, vel iniuitus. Nunquid ergo innocentes fuerunt, qui ipsum coegerunt, vt faceret? nullo modo. Ille dixit in eum sententiam, & iussit eum crucifigi, & ideo ipse quasi eum occidit. Sed vos eum corde & voce occidistis o iudæi. Acuistis enim linguas vestras & eum percussistis, quando clamastis. Crucifige crucifige. Crucifixus ergo Christum Pilatus crucifixerunt & iudæi. Ex quo vnū soluitur dubium. Nam Mar. 15. dicitur. quod hora tertia crucifixerunt eum. Ioannes autem dicit, quod erat hora quasi sexta. Vnde ista concordans Augu. in sermone dicit. Ait enim vnus euangelista domi-

1001

1000

1002

1003

1004

1005

1006

1007

num crucifixum esse hora sexta, alius autem hora tertia. Iam quidem incipiente sexta hora Pilatus sedit pro tribunali. Et re vera quando dominus leuatus est in lignum, hora erat sexta. Sed alius euangelista iudæorum intuens animum, qui volebant immunes à morte domini videri clamantes crucifige, ostendit eos esse reos, dicens dominum hora tertia fuisse crucifixum. Ergo verius illi tunc occiderunt, quando sic impiè clamauerunt. Apparitores autem potestatis hora sexta crucifixerunt. Iudæi hora tertia clamauerunt, quod illi manibus hora sexta, hoc isti lingua hora tertia fecerunt, quando scilicet, *exaceruerunt vt gladium linguas suas.* Sic ergo magis rei isti fuerunt qui clamando seuebant quam illi qui obtemperado administrabant. Sequitur. *Intenderunt arcum vt amara &c.* Arcus enim occultè ferit, sed gladius aperte. Lingua vt gladio feriebant, cum aperte clamabant. Crucifige. Sed arcu quando dolose eius mortem tractabant, quando insidias perauerunt, vt pote, quod per discipulum traderetur, quod est res amara, vt conuina sit proditor, vt scilicet, ipsi omnia facientes nihil fecisse videretur. Vnde Aug. hic. *Intenderunt arcum vt amaram.* Arcum dicit insidias, qui enim sagittam mittit fallit vt feriat, prius autem sagitta percutit, quam ad illum venite prauideatur, quem latent insidias cordis humani. Sed nunquid dominum nostrum Iesum Christum latebant, qui opus nō habebat, vt quisquā ei testimonium perhiberet de homine? Qui dixit. *Intenderunt arcum.* hoc est in absconditis quasi fallentes insidiis. Nostis enim quibus dolis egerunt, quemadmodum iudam pecunia corruperunt vt Iesum traderet illis: Quomodo falsos testes procurauerunt, quibus insidiis & dolis egerunt, vt sagittent in occultis immaculatum. O cor durum volens occidere hominē qui mortuos suscitabat.

Arcus in dolo

Augusti.

1002

**Subito sagittabunt eum: & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.**

Hic ostenditur iudæorum obstinata præsumptio. Vbi sciendum quod signum obstinæ præsumptionis maximum est potentiorē nō timere, contra stimulum velle calcitrare, mortuos suscitantes velle interficere, in deliberatione male scieter velle perdurare. Sic & iudæi faciebant contra Christum, quia sermonem id est deliberationem quam de eius morte fecerunt, nullis Christi miraculis visis deposuerunt, sed in ipsa permanserunt obstinati, & non timuerunt contra Deum extendere manū. Et hoc est quod de iudæis psal. hic prædicit. *Subito sagittabunt eum.* scilicet, Christum. *Subito.* ait glo. id est, insidiosè, quasi non preuisi & non præmeditati, quasi nescientem, vnde Augu. hic. *Firmauerunt sibi sermonem nequam.* id est obstinati obfirmauerunt sermonem de Christi morte, quem cōceperant, quia post tanta Christi facta miracula non sunt moti, sed persistenter in consilio maligno: Traditus est ille iudici, trepidat iudex, & non trepidant qui tradiderunt iudici, cōtremiscit potestas, & non contremiscit immanitas id est, immunita humilitas, vult ille lauare manus, & illi linguas suas inquinantur. Sed quare hoc? quia *firmauerunt sibi sermonem malignum.* Multa autem egit Pilatus vt refrenarentur, sed *firmauerunt sibi sermonem nequam* dicētes. Crucifige crucifige. Repetitio affirmatio est maligni sermonis

Obstinatio. iudæorum contra Christum.

Augusti.

Luca. 23.

Vide

Vide quomodo acrius firmauerunt sibi sermonē A malignum. Pilatus dixit, Regem vestrum crucifigam? Illi autem dixerunt, Non habemus regem nisi Cæsarem? Offerebat illis regem filium Dei. Illi ad hominem recurrerunt, quasi digni qui illum haberant, & istum non haberent. Adhuc autem quomodo firmauerunt sibi sermonem malignum. Non inuenio aliquid in homine isto (ait iudex) quo dignus sit morte. Et illi qui firmauerunt sibi sermonem malignū, respondēt. Sanguis eius super nos & super filios nostros firmauerunt ergo sibi sermonem malignum, non domino, quoniam niam dicit. Sanguis eius super nos & super filios nostros. Quod ergo firmauerunt sibi ipsis firmauerunt nō domino, sicut alibi scriptum est. Foderunt ante faciem meam foueam, & ipsi inciderunt in eam. Deum mors non occidit, sed ipse mortem. Illos autem iniquitas occidit, quia noluerunt occidere iniquitatem. Profus fratres nobis certamen incumbit, aut occidere iniquitatem, aut occidi ab iniquitate. Noli autē quere occidere iniquitatem, tūquam aliquid extra te, sed ad te ipsum respice, & vide quod tecum pugnet in te, caue quoque ne expugnet te. Iniquitas enim tua nisi interfecta fuerit à te, quae est ex te aduersus te rebellat. Ex quadā quodē pre tu hāeres Deo, & ex quadā delectaris in seculo. Illud quod delectaris seculo pugnat aduersus mentem tuam, quae haret Deo. Ergo hāreat mens tua Deo, ut cohereat non deficiat dum se contra se dimicat, quia magnum adiutorium habet. Subiiciet quod in se sibi rebellat, si impugnando perseueret. Est peccatum in corpore tuo, sed non regnet. Non ergo (inquit Paulus apostolus) regnet peccatū in corpore nostro mortali, ad obediendum desideriis eius. Si non obedieris, & si est quod suadet, quod delectat ad malum, si non obtemperabis factis, non regnabit, & ita fiet postea, ut non sit quod erant. Sed quando. Certē cum absorpta fuerit mors in victoriam, cū corruptibile induerit incorruptionem, ubi non erit quod tibi repugnet nisi Deus. Vide ergo iudaeorum obstinationem contra Christum. Inuide hāt domino, quia delectabatur eos principatus mundi. Viderant enim ab eo sibi auferri principatum, & ex delectatione sua, rebellauerunt contra dominum, quia si sibi ipsis rebellassent id est, aduersus delectationem suam malam inuidiam suā vincerent, nec vinceretur ab ea, ut esset illis dominus saluator qui venerat ut saluaret. Nunc autem fauerunt febris, & repugnauerunt medico. Et quicquid suggererebat febris, faciebant, quicquid vero econtra iubebat medicus negligebant. Ergo illi magis occisi sunt, non dominus Nam in domino mors occisa est. In illis iniquitas vixit. Et viuente in se iniquitate, illi occisi sunt.

Roma 6.

**Narrauerunt, ut absconderent loqueos: dixerunt quis videbit eos?**

Hic ponitur iudaeorum praemeditata & consulta deceptio. Iudaei enim pluries fuerunt congregati, consulendo quomodo iesum dolo tenerent & occiderent. Et hoc est quod prauidēs psal. dicit. *Narrauerunt ut absconderent loqueos.* scilicet, ipsi Christi id est, consilium fecerunt prius apud se quomodo ipsum occiderent. Ioan. 11. Collegerunt pontifices & pharisaei consilium & dicebāt. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit

1003

&c. & ibi deliberatum fuit, ut occideretur. Postea vt ipsi à morte eius immunes viderentur, absconderunt ei laqueos mortis scilicet, tractantes eum discipulo, vt ipse traderet eum, iudexque ipsum interficeret. Et sic absconderunt laqueos sibi mortis, quasi dicat. Si discipulus tradit, & Romani crucifigunt, quid ad nos? quasi dicat. Parabimus Christo laqueos mortis. *Et quis videbit eos?* quia ipse non pendet, nec aliquis nobis eius mortem imputabit. Vnde Augustinus in sermone. Narrauerunt vt absconderent mulcipulas, & dixerunt quis videbit eas? I atere putabant eum, quem occidebant hominem, latere Deum, ecce putat homo. Nunquid erat Christus sicut ceteri homines, nesciens quid de illo cogitaretur? Nunquid Deus nescit? O cor humanum quare dixisti tibi, quis videt me cum ille videat qui fecit te? Dixerunt quis videbit nos, videbat Deus, videbat & Christus, quia Christus est Deus. Et nota quod multos laqueos parauerunt iudaei Christo vt ipsum morti traderent. De quibus vide supra ver. 440. & ver. 529. De laqueis ergo paratis dixerunt. *Quis videbit eos.* id est quis poterit ab illis cauere?

**Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio.**

Hic ostenditur ipsorum frustrata intentio. Frustra enim illud dicitur fieri quod caret fine intento. Finis autem persecutionis iudaeorum, erat Christi nomen & fidem per mortem ipsius extinguere, sic tamen quod ab ipsius morte reputarentur immunes. Sed certē totum oppositū euenit, quia & propter Christi nomen eius fides est per totū orbem diffusa, & eius nomen sublimatum, vt docet apostolus ad Philip. 2. Sic igitur consilia ipsorum & dolositates defecerunt. Et hoc est quod hic dicit. *Scrutati sunt & defecerunt scrutantes &c.* Vnde glo. *Scrutati sunt iniquitates.* scilicet quomodo iustum per falsos testes accusarent, quomodo eum perderent, ne mundus abiret post eum, & super hoc acerba & occulta consilia. Dicebant enim, per discipulū tradatur, à iudice occidatur, & in nihil ad nos. Sed defecerunt in scrutinio suo scilicet, in prauo consilio, quia quanto occultius cogitabant, tanto plus defecerunt à veritate & equitate, & in tenebras merguntur, quia enim illi Deū non videbant, id eo putabant se non videri à Deo. Vnde & Aug. *Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes.* id est, acerba & acuta consilia scilicet non tradatur per nos, sed per discipulum, non occidatur à nobis sed à iudice. Totum nos faciamus, & nihil facere debeamus. Sed vbi est clamor linguae? Crucifige crucifige. Sic caeci estis, vt surdi scitis. Simulata innocentia non est innocentia. Simulata aequitas non est aequitas, sed duplex iniquitas quae iniquitas est simulatio. Ibi ergo isti defecerunt scrutantes scrutationes. Quāto enim acutius sibi excogitare videbatur, tāto magis deficiebant, quia à lumine veritatis & egrotatis in profunda malignorū consiliorū demergebatur. Habet enim iniquitas quādā lucem suam, quae perfundit, & illustrat animam inhaerentem sibi. Anima autem auertēs se à luce iusticiae, quanto magis quaerit quid inueniat contra iusticiam, tanto plus à luce repellitur. Merito ergo & ipsi perscrutantes quid contra iusticiam molirentur, à iusticia recedentes, tāto plus deficiebant perscrutantes perscrutationes.

1004

Philipp. Consilio in dolo de fratre suo Christi.

Aug.

Luce 11.

Quam

Quam magnum est consilium innocentiae. Nā Pilatus lauat manus dicens. Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Larro de cruce clamabat dicens. Nos quidem digna factis recipimus, hic autem nihil mali gessit. Miles crucifixor clamabat dicens. Verē hic homo iustus erat. Iudas proditor panitet, dicens. Peccaui tradēs sanguinem iusti. Quibus consideratis de ipsis iudaeis dicitur. Subito defecerunt, & perierunt propter iniquitatem suam.

**Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.**

Hic ponitur Christi stabilitas. Et duo facit, quia primò ponitur Christi in passione fortitudo. Secundò eius in resurrectione altitudo, ibi. *Sagitte paruulorum.* Quantum ad primum sciendum quod sicut cor paruū dicitur habere, qui omnia pericula timeret, propter quod omittit illa quae facere debet, sic per oppositum ille cor altum & magnum habere dicitur, qui pro iusticia saluanda mortem corporis cōstanter aggreditur. Quod & Christus in sua passione fecit, qui patri obediēs factus mortem crucis intrepidus est pro nobis aggressus. Altū ergo cor habuit dum ad omnia mala quae de ipso cogitabant paciēda cōstanter se obtulit. Et hoc est quod de Christo homine hic dicit. *Accedet homo ad cor altum:* per quod nobis exemplum pariendi reliquit. Vnde Aug. in sermone. *Accedet homo ad cor altum,* homo id est, Christus, quia homo erat propter homines factus & in homine latens Deus, vt nescientibus exemplū fortitudinis daret, ipse sciēs omnia sustinebat. *Accedet ergo homo ad cor altum, & exaltabitur Deus.* Illi dixerunt. Quis nos videbit? & defecerunt scrutantes consilia mala. Accessit homo ad ipsa consilia id est, ad tolerandum mortem, quam confulerant. Passus est Deus homo teneri. Non enim teneretur crucifigeretur aut moretur, nisi esset homo. Accessit ergo homo ad omnes illas passiones, quae in illo nihil valerent, nisi esset homo. Si vere ille homo non esset, non liberaretur homo accessit ergo homo Christus ad cor altum, obiciens se aspectibus humanis hominem, seruans intus Deum, id est, accessit in forma serui, quae minor est patre. Accessit ergo & occiditur homo, & exaltatur Deus, quod enim occisus est ex infirmitate humana fuit, quod vero resurrexit & ascendit, ex potestate diuina. Vel aliter. Quilibet homo cor suum in altum volēs eleuare ad considerandum alta scilicet, sacramētum redemptionis nostrae factae per Christi mortem, statim eleuatur ad Dei amorem, & sic Deus exaltatur in corde ipsius & magnificatur. Et ista videtur intentio magistri in glo. dicens. *Accedet homo ad cor altum.* id est, ad altum cordis intellectū, vt qui res diuinas considerat. *Accedit ergo ad cor altum,* qui charitatem Dei erga nos cōsiderat, qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Et tunc exaltabitur Deus scilicet, in corde ipsius. Deus enim non in se, sed in corde hominis grandescit. Qualiter autem Deus exaltari vel magnificari potest. Vide supra ver. 69. & ver. 503. Magnificate dominum mecum, & exaltemus nomen eius in idipsum.

**Sagitte paruulorum factae sunt plaga eorum, & infirmatae sunt cōtra eos lingua eorum.**

Hic ponitur Christi in resurrectione sublimatio, quia tunc per suos praedicatorum, primo per totam iudaeam, deinde per totum orbem fuit exaltatus. Vbi sciendū quod sagittarum nomine praedicatorum verba signantur, quae à paruulis id est, humilibus emissa audientium corda transigunt. Vnde istum textum ad propositum exponit Greg. dicens. Quid enim per sagittas, nisi verba praedicationum accipimus? quae si ex voce benè viuentium diffunduntur, audientium corda transigunt. His sagittis ecclesia percussa fuerat quae dicebat. Chacitate vulnerata ego sum. De his sagittis psal. voce dicitur. *Sagitte paruulorum factae sunt plaga eorum:* quia scilicet, verba humilium apostolorum penetrauerunt animos superbiorum. De his sagittis veniēti propugnatori dicitur. Sagittae tuae potentis acutae populi sub te cadent in corda id est regis. Vir itaque sagittarius est qui per sanctae intentionis arcum audientium cordibus verba recte exhortationis infigit. Ad propositum ergo. *Sagitte paruulorum* id est verba & praedicationes apostolorum factae sunt plaga eorum, scilicet iudaeorum. His etenim sagittis aliqui iudaeorum vulnerabatur ad mortem, aliqui ad vitam. Ad vitam vulnerati fuerunt, quando praedicante Petro baptizati sunt circa tria millia. Actuum. 2. Vulnerati fuerunt ad mortem principes sacerdotum & magistratus: dolentes quod apostoli annuntiarent in iesum resurrectionem ex mortuis, & iniecerunt in eos manus &c. Quae omnia prauidens psal. de apostolis ait. *Sagittae paruulorum factae sunt plaga eorum.* Et cōsequenter conuertens sermonem ad principes sacerdotum & magistratus dicit. *Et infirmatae sunt cōtra eos lingua eorum,* quia scilicet, principes sacerdotum & magistratus, qui in Christi passione linguas magniloquas contra Christum habebant, cōstanter accusantes eum, voce alta clamantes. Tolle tolle crucifige eū. Audita & diuulgata Christi resurrectione amplius non audebant loqui. Et si loquebantur in mendaciis, statim deprehendebantur, & ad eorū verecūdiā reuertebantur. Vnde hic ait gl. *Infirmatae sunt cōtra eos lingua eorum.* vt puta quibus dixerunt custodibus sepulchri. Dicite quia vobis dormientibus, venerunt, discipuli eius, & furati sunt eum. *Infirmatae sunt contra eos lingua eorum.* ad ipsorū scilicet, verecundiam. Si enim dormiebāt, quomodo videre potuerunt? Si vero nil viderant, quomodo testes fuerunt? Cōtra se ergo mentiendo locuti fuerunt. Sic enim de ipsis praedixerat psal. 11. Disperdet dominus labia dolosa, & linguam magniloquam.

Sagittae veniēti dicitur.

Greg. 34. moru. 1. 5.

Canti. 1. Psal. 63.

Psal. 44.

Actuum. 2.

Actuum. 4.

Luce. 24.

Psal. 11.

**Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo.**

Hic ponitur passionis Christi utilitas, quae est scilicet peccatorum conuersio. Apostolorum praedictio, ibi. *Et annunciauerunt.* Deuotorum exultatio, ibi. *Et exultabit.* Quantum ad primum notandum quod per conturbationem in scriptura significatur penitentia, eo quod quilibet penitens conturbatur & dolet interius de commissis peccatis. Vnde hanc conturbationem penitentiae imprecatur

Conturbatio penitentiae.

1007

*Psal. 82.* imprecatur peccatoribus psal. 82. d. Erubescant & conturbentur in saeculum saeculi, confundantur & pereant. Ut sit sensus secundum glo. Peccatores erubescant & conturbentur scilicet, de peccatis in praesenti per poenitentiam, confundantur & pereant scilicet in quantum mali sunt, ut boni fiant. Vnde & cuilibet poenitenti dicitur. Filij hominis panem tuum in conturbatione comede: & aquam tuam cum mero bibe. De ista ergo conturbatione poenitentiae dicit. *Cōurbati sunt omnes qui videbant eos.* paruos apostolos predicantes quia displicuit illis quae in Christum fecerunt, omnes dico conturbati sunt, id est poenituerunt qui scilicet salutis suae quaerebant consilium. Et hoc est quod dicitur Actuum. 2. quod praedicante Petro Christi resurrectionem, iudaei his auditis conturbati sunt corde, & dixerunt ad apostolos. Quid faciemus viri fratres: Petrus vero ait ad illos. Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque in nomine Iesu Christi &c. *Conturbati ergo sunt omnes qui videbant eos.* scilicet, apostolos predicantes, quia sagittis suis corda aliorum penetrabant. Sic enim praedictum fuerat psal. 143. Emitte sagittas tuas & conturbabis eos. Et quia ad veram poenitentiam sequitur timor Dei, ideo subditur. *Et timuit omnis homo.* scilicet, Deum. Et dicit omnis homo, id est omnis vtens ratione, qui ergo non timuit, non fuit homo.

1008 **Et annunciauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.**

Hic ponitur apostolorum praedicatio. Quantum enim ante Christi fuit esse mortem apostoli tantum timere mundum, ut Christi nomen praedicare non auderent, sicut patuit de Petro qui ad vocem ancillae Christum negauit, tamen ipsi post Christi resurrectione accepto spiritu sancto, omni hominum timore postposito, constanter nomen Christi praedicauerunt. Vnde quando princeps sacerdotum praeeperunt apostolis, ne amplius loquerentur, neque docerent in nomine Iesu, ut haberetur Actuum. 4. Petrus constanter respondit. Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, vos ipsi iudicate. Non enim non possumus quae vidimus & audiimus non loqui. & sic à timore quo prius terrebantur eruti, iam liberè annunciauerunt opera Dei. Quod ostendit Grego. dicens. Scimus enim quod apostolorum primus scilicet, Petrus, ante acceptam spiritus sancti gratiam, quotiens dum mori timuit, vitam negauit. Qui non poenis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed vnus mancipij sola interrogatione fuit prostratus. Et quidē vile mancipium, quia ancilla est inquirente prostratus, Ecce quam vilis persona ad tentandum est requisita, ut aperte monstraretur quanta eum timoris infirmitas possideret, qui non ante vocem ostiariae ancillae subsisteret, sed iam hic paulo ante timidus, qualis post aduentum spiritus sancti extiterit, videamus. Certe Luca attestante, didicimus contra sacerdotes ac principes quanta dominum auctoritate praedicauit. Nam cum facto miraculo, quae litio fuisset exorta, & sacerdotum principes seniores ac scribae in apostolorum persecutionem concurrerent, eos in medio statuentes, in qua virtute fecerit miraculum percontari curauerunt. Quibus Petrus spiritu

*Petrus primus timens for.*  
*Actuum. 4.*  
*Grego. 17. mor. c. 16.*  
*Actuum. 1.*

A sancto repletus, dixit. Principes populi & seniores, si nos hodie iudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est. Norum sit vobis omnibus, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Cumque erga haec persecutorum furor exeresceret, eosque sacerdotes ac principes Christum praedicare prohiberent, contra iram principum quanta auctoritate Petrus extiterit indicatur, cum illic protinus subditur. Petrus & apostoli dixerunt. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. Sed cum auctoritate praedicantium resisterentur praepcepta non praeuerunt, ad flagella perueniunt. Nam subditur. Principes sacerdotum apostolis caelis denunciauerunt, ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Sed quia virtutem apostolorum primere nec flagella potuerunt patenter ostenditur cum subditur. Et illi quidē ibant gaudentes à conspectu consilij, quoniam digni habitus sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Mox & post flagellorum gaudia, quid agerent indicatur. Omni autem die in templo & circa domos non cessabant docentes & euangelizantes dominum Iesum Christum. Ecce illi qui paulo ante timidi iam linguis loquuntur, coruscant miraculis infidelitate sacerdotum ac principum libera voce increpant, ad praedicandum Iesum exemplum auctoritatis ceteris praestant, quia libera voce. *Annunciauerunt id est, praedicauerunt opera Dei.* id est, in carnationem, passionem, resurrectionem, & ascensionem. Sed quid ex eorum praedicatione secutum sit subditur. *Et facta eius intellexerunt.* scilicet, auditores, id est conuersi praedicationem apostolorum intellexerunt esse opera diuina non humana scilicet, cur Christus fuerit passus cur non descendit de cruce, quia scilicet, pro nostra redemptione oportebat ipsum pati, & tertia die resurgere, quae ante non intelligebant.

1009 **Lætabitur iustus in domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.**

Hic ostenditur ex Christi passione deuotorum exultatio. Vbi nota quod per Christi passionem liberati sumus à seruitute diaboli, ab infectione peccati & à poenis inferni, ut ostendit magister lib. 1. di. 19. Quae quidem passio quantum ad sufficientiam, se extendit ad omnes, immo ad infinitos mundos si essent, ratione suppositi quod erat Deus. Sed quo ad efficaciam, solum ad iustos. Et sic passio Christi sicut iustus est causa salutis & per consequens laetitia, sic iniustus est occasio maioris damnationis & miseriae, quia, tanti beneficij sunt ingrati. Ideo non de peccatoribus, sed de iustis hic dicit psal. *Lætabitur iustus in domino.* scilicet, redemptus per Christi passionem. *Et sperabit in eo.* s. per ipsum premium aeternum habere. *Et sic laudabuntur omnes recti corde.* scilicet, in iudicio, quando demerita malorum praenunciabuntur, & bonorum praeconia. Vel ista iustorum laetitia procedit non à Christi passione, sed à Christi resurrectione. Contrarij enim effectus à contrariis causis procedunt. Cui ergo mors Christi & resurrectio opposito modo se habuerint quae mors Christi ipsi vita corporali: priuauit, resurrectio aut illa sibi restituit sequitur quod sicut mors iustis induxit tristitiam

sc, &

sic & resurrectio laetiam. Propter quod dicitur A psal. 31. *Lætamini in domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.* Qualiter autem iusti laetantur in domino, vide supra versiculo 479.

PSALM. LXIIII.

**TE decet hymnus Deus in Sion, & tibi reddetur votum in Hierusalem.**

Hic psalmus hunc habet titulum. *In finem psalmus Dauid canticum Hieremiae Aggaei & Ezechieelis de verbo peregrinationis, vel de populo transmigrationis, cum inciperem proficisci.* Ad huius evidentiam sciendum quod iste psalmus ad literam agit de captiuitate populi Israel qua per septuaginta annos in Babylonia fuerunt captiui sub Nabuchodono sor rege, & de reditu ab ipsa captiuitate in Hierusalem. Et quia illam captiuitatem maximè prophetizauerunt Hieremias, Aggaeus, & Ezechiel, & eius reditum deo vocatur canticum illorum prophetarum. Nam ut legitur. 4. Reg. 24. Nabuchodonozor rex Babyloniae filios Israel captiuauit eosque euerit Hierusalem, in Babylonia transitulit. In qua captiuitate septuaginta annis sunt detenti. Cuius captiuitatis causa ad literam fuit verbum quod factum fuit in aula regis Nabuchodonozor. Vbi cum diceretur omnes gentes debere eis subici: dictum est quod Iudaei essent rebelles, & ideo eos captiuauit. Hanc autem captiuitatem Hieremias futuram praedixit: praesentem vidit, & praeteritam in Threnis deplorauit: prophetizauit etiam Hieremias post septuaginta annos reditum populum in Hierusalem. Inter captiuos autem erant alicui prophetae, scilicet, Aggaeus, & Ezechiel, qui etiam praedixerunt & intellexerunt liberationem à dicta captiuitate, cōpletis septuaginta annis sub Cyro rege Persarum. Ex quibus patet tituli sensus litteralis: quia, s. quando populus incepit proficisci de praedicta captiuitate, ex magna laetitia: canticum istud factum à Dauid, decantabant Deo dicentes. *Te decet & c.* Quibus visis venio ad diuisionem psal. litteralem, qui diuiditur in duas partes. Quia agit primo de reditu dictae captiuitatis. Secundo de prosperitate habita post reditum, ibi. *Visitasti terram & c.* Dic vt N. Quantum vero ad sensum propheticum sciendum quod tota intentio psalmistae in isto psalmo est consolari nos in hoc exilio, ne quis desperet quia nos certificat de liberatione exilij & peruenitione ad patriam caelestem, & de prosperitate habenda post exilium. Quantum ergo ad istum sensum iste psalmus diuiditur in tres partes. Quia primo affirmat exilij terminationem. Secundo post exilium ostendit futuram consolationem, ibi. *Beatus quem elegisti.* Tertio surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Exaudinos Deus.* Prima pars diuiditur in tres: quia primo praedicit praesentis exilij liberationem. Secundo pro hac deuotam facit orationem, ibi. *Exaudi.* Tertio huius exilij causa dicit priorum parentum praeruaricationem, ibi. *Verba iniquorum.* Quantum ad primum sciendum quod quādiu sumus in praesenti saeculo: sumus in quodam exilio, & peregrinamur à Domino, dicente Apostolo, quādiu sumus in hoc corpore, pere-

*1010. De proficisci. In. 1. ibi dno.*  
*1014.*  
*1015.*  
*1016.*  
*1017.*  
*1018.*  
*1019.*  
*1020.*  
*1021.*  
*1022.*  
*1023.*  
*1024.*  
*1025.*  
*1026.*  
*1027.*  
*1028.*  
*1029.*  
*1030.*  
*1031.*  
*1032.*  
*1033.*  
*1034.*  
*1035.*  
*1036.*  
*1037.*  
*1038.*  
*1039.*  
*1040.*  
*1041.*  
*1042.*  
*1043.*  
*1044.*  
*1045.*  
*1046.*  
*1047.*  
*1048.*  
*1049.*  
*1050.*

grinamur à domino. Quod ideo dicit, quia quāuis Deus sit vbique, & in eo sint omnia: dicimur tamen peregrinari ab eo, quia & si vbique Deus est, non tamen à nobis hic videtur sicut in caelis videbitur: peregrinamur ergo non fide sed spe: vnde ibidem subdit Apostolus. Per fidem enim ambulamus, id est, ad Deum tendimus: non per speciem, id est, non per praesentiam. Qui enim peregrinatur & per fidem ambulat, nondum est in patria sua: sed iam est in via. Qui autem non credit: nec est in patria neque in via. Ista autem peregrinatio terminabitur, quando deposito mortali corpore, in patria clarè videbimus Deum, & laudabimus ipsum perfecte. Quia videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem & c. Hanc ergo exilij liberationem & ad patriam peruenitionem, firma spe nobis ostendit psalmista, dicens. *Te decet hymnus Deus in Sion.* Vbi nota quod hymnus dicitur laus Dei cum exultatione de aeternis habita. Et quia sic sancti in patria Deum laudant: ideo tunc Deo perfecte hymnum decantabunt, scilicet, quando ipsum Deum facialiter speculabuntur. Et ideo determinans locum in quo hymnus iste à beatis cantabitur dicit. *In Sion: quod specula interpretatur.* *Et tibi reddetur votum in Hierusalem.* Primum enim votum quod Deo facimus in baptismo est renunciare diabolo & peccatis, & Deo adherere & eius mandatis: quādiu autem sumus in praesenti vita, hoc votum plenè obseruare nō possumus, carne trahente deorsum: sed in patria plenè soluemus. Et hoc est quod dicit. *Tibi reddetur votum in Hierusalem.* scilicet, in caelesti patria: quia Hierusalem visio pacis interpretatur. Sed hic occurrit dubium, scilicet, vtrum sit magis meritorium illa vota in baptismo facere & obseruare, quā illa obseruare sine voto: vt puta quis recipit baptismum, & nullum votum Deo facit: alius recipit & vouet & c. & vterque ille aequaliter viuat, & vnus omnia facit & obseruat, quā alius. Quaritur modo, quis istorum magis mereatur. Et sic quaeri potest generaliter de omni bono, vtrum sit magis meritorium illud cum voto facere, an sine voto. Et videtur quod magis sit meritorium facere sine voto: quia actus liberè elicitus est magis meritorius, quā ex necessitate, sed actus factus ex voto fit ex necessitate: quia votum necessitatem imponit: actus autem sine voto fit ex libertate: ergo. Et istam rationem videbatur Apostolus dicere. *Faciatur vnusquisque prout destinauit in corde suo, non ex tristitia aut ex necessitate.* Hilariter enim datorem diligit Deus. Ad hoc etiam videtur Prosper in secundo de vita contemplatiua, dicens. Sic abstinere vel ieiunare debemus, vt non nos necessitati ieiunandi subdamus, ne iam non deuoti, sed inuiti rem voluntariam faciamus. Modo ille qui vouet aliquid se facturum, subdit se necessitati illud faciendi: ergo. Ad oppositum videtur: quia scriptura consulit vota facere, consilium autem semper est de meliori, vnde psalmus. *Vouete & reddite & c.* vbi gl. vouere voluntati consulit. Et confirmatur: quia qui facit aliquid sine voto: vnū tantum consilium implet, scilicet, de faciēdo. Qui autem facit cū voto, implet duo consilia s. de faciēdo bono, & de voto adimplēdo. Respondeo q. maioris meriti est aliquid facere ex voto, quā sine voto: cōteris parib. Hoc autē sanctus doctor probat triplici ratione

*1. Cor. 13.*  
*Hymnu.*  
*Questio.*  
*Votum.*  
*2. Cor. 9.*  
*Prosper.*  
*Psalm. 75.*  
*22. q. 88.*



ratione secunda secundæ. q. 88. Primò sic, actus virtutis quanto à nobiliori virtute est imperatus tanto est magis meritorius, sed actus virtutis factus ex voto est huiusmodi: ergo maior pater: quia actus nobilioris virtutis est melior eo: quia imperatur à superiori virtute, vt putà actus fidei & spei imperatus à charitate melior est, quam nò imperatus: similiter de actu ieiunij vel castitatis: quia vltra actum virtuosum, ibi est obedientia superioris virtuti. Sed pater minor, quoniam vouere est actus latria: quæ est nobilior virtus inter omnes virtutes morales: quia est cultus Deo debitus. Et ideo actus aliarum virtutum moralium: puta ieiunare qui est actus abstinentiæ: continere qui est actus castitatis: sunt meliores & magis meritorij si fiant ex voto: quia sic iam pertinent ad diuinum cultum, quasi quedam Dei sacrificia. Vnde August. dicit in lib. de virginitate. Quia neque ipsa virginitas est, sed quia Deo dedicata est honoratur, quam vouet & seruat continentia pietatis. Secundò sic: ille qui vouet & facit: plus se Deo subiicit quam ille qui facit sine voto, pater quia Deo se subiicit, non solum quantum ad actum, sed etiam quantum ad potestatem: quia de cetero oppositum facere non potest. Sicut Anselmus ponit exemplum in libro de similibus, quòd plus donaret alicui qui donaret arborem cum fructibus: quam qui donaret solum fructus, proprietate arboris sibi retenta. Tertio, quia per votum voluntas immobiliter firmatur in bonum. Facere autem aliquid ex voluntate firmata in bono, pertinet ad perfectionem virtutis: vt vult philosophus secundo Ethicorum: & sic est maioris meriti. Sicut patet per oppositum facere aliquid malum ex voluntate obstinata in malo, est maioris demeriti. Ad argumentum ad oppositum dicendum quod necessitas est duplex, scilicet, immutabilitatis & coactionis. Secunda bene tollit meritum, & de illa argumentum procedit, sed necessitas immutabilitatis quæ stat cum libertate complacentiæ meritum non tollit, sed auget: & talis est in voto Verbi gratia. Christus necessitate immutabilitatis agebat actus meritorios & virtuosos: quia oppositos facere non poterat: quia nec peccare. Nūquid ergo actus sui non erant virtuosus & meritorij: Similiter de Apostolis qui fuerunt in gratia confirmati in aduentum spiritus sancti, tamen meritorie operabantur magis quam ante confirmationem. Similiter loquendo etiam moraliter actus bonus quanto ex maiori habitu virtutis procedit, fit magis immobiliter, & tamen moraliter est maioris bonitatis: vt deducit philosophus secundo Ethicorum.

**1011. Exaudi orationem meam, ad te omnis caro veniet.**

Hic pro exilij terminatione suam ponit orationem. Hic enim orat vt omnis homo de exilio presentis vitæ ducatur ad patriam: quod nomine carnis totus homo intelligitur: vt aperte totum intelligatur, scilicet corpus simul & anima. Nec incongruè. Quoniam secundum grammatikos (vt alias dixi) caro in singulari numero proprie stat pro carne humana. In plurali autem numero stat pro carnibus aliorum animalium. Vnde versificator ait, Carnes carnifices &c. Non autem dicitur proprie caro, nisi dum viuit. Caro autem humana

Augustin.

Anselmus.

Philosophus.

Philosophus.

Caro significat totum hominem.

non viuit, nec dicitur caro humana, nisi à forma humana: sicut nihil dicitur album, nisi per formam albedinis. Cum ergo sola anima rationalis sit forma substantialis hominis secundum philosophos & theologos, sequitur quod proprie non dicitur caro, nisi informata sit anima rationali, & sic significat totum hominem. Cum ergo orat hic psal. quòd omnis caro ad Deum perueniat, quid aliud perit nisi quod omnis homo de hoc exilio perueniat ad patriam? Itè notandum quod hic hoc signum vniuersale omnis stat pro generibus singulorum: nò pro singulis generibus. Vnde hic ait glo. Omnis caro ad te veniet id est, omnis homo. i. ex omni genere hominis. s. pauperes & diuites: viri & mulieres, docti & indocti, pueri & senes. Sic enim accipitur omnis caro pro omni genere hominum. Gen. 6. Omnis caro corruerat viam suam super terram: & statim subditur post. Finis vniuersæ carnis venit coram me. Certum enim est quòd ibi caro accipitur pro toto homine, & signum vniuersale pro generibus singulorum non pro singulis generibus: quia nomen non corruerat viam suam super terram, nec filij sui, nec finis illorum venerat coram domino, cum saluati fuerint à diluuiio.

**Verba iniquorum præualuerunt super nos, & impietatis nostris tu propiciaberis.**

Hic ostendit presentis exilij causam fuisse peccatorum perentium præuocationem. Vbi aduertendum quòd omnium iniquorum caput est diabolus & omnes peccatores & iniqui membra sunt diaboli. Iniqui ergo à principio fuit diabolus: fuerunt & primi parentes. Quorum verba præualuerunt super nos: quia ipsorum occasione totum genus humanum in huius exilij peregrinatione est missum. Quorum verborum principium fuit diabolus dicens, Quare præcepit vobis Deus? &c. Nequaquam moriemini. Verba primorum parentum, quia dum requisiti de peccato peccatum suum confiteri deberent, ipsum excusant in Deum retorserunt. Adā dicente. Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi & comedi. Verba mulieris dicentis. Serpens decepit me &c. Propter istorum iniquorum verba in exilium huius mundi missum est genus humanum: vnde ait. Verba iniquorum præualuerunt super nos. gl. i. verba diaboli & primitiuorum parentum præualuerunt super nos. i. proiecerunt nos in hoc exilium: quia. s. fuerunt occasio exilij nostri: quia nisi verba & peccata iniquorum fuissent, homo sine huius vitæ exilio ad requiem transisset. Vt ostendit Greg. d. Ad hoc in paradiso homo positus fuerat, vt si se ad conditoris sui obedientiam vinculis charitatis astringeret, ad cælestem angelorum patriam quandoque sine morte carnis transfret. Sic namque immortalis est conditus, vt tamen si peccaret etiam mori posset. Et sic mortalis est conditus, vt si non peccaret etiam non mori posset, atque ex merito liberi arbitrij beatitudinem illius regionis attingeret, in qua vel peccare vel mori nò posset &c. Sic igitur verba iniquorum, s. demonis & tantis, mulieris & uadentis & viri consentientis præualuerunt super nos. Sic enim quilibet illorum (vt dicitur psal. 51.) præualuit in vanitate sua. Sed ab isto exilio per verbum incarnatum liberamur & ducimur ad patriam: &

Omnis.

Greg. 6.

1012.

verba ipsorum.

Gen. 1.

Petrus.

Mor. Gloria.

Greg. 4. ca. 30.

E.

psal. 51.

hoc

hoc est quòd subditur. Et impietatis nostris tu propiciaberis. Vbi nota quòd secundum Grammaticos propitius dicitur à propè, quod benignus, misericors, mitis, placatus. Et hinc dicitur propicius propicius idem quod fieri vel esse propitium & placatum: quia cum peccatis nostris Deus longè fiat à nobis, non loco sed similitudine, cum peccata nobis placatus dimittit, tunc nobis propiciatur. id est propè nos efficitur: & nos propè eum similitudine quia sibi magis similes efficimur. Propicia tur ergo Deus impietatis nostris, quoniam ignoscit & dat veniam: quod maximè fecit Christus quado pro peccatis nostris se hostiam obtulit patri in ara crucis. Propter quod dicitur. Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

**Beatus quem elegisti & assumpsisti, habitabit in atrijs tuis.**

Hic ostenditur quanta post exilium hoc erit consolatio. Et duo facit. Quia ostendit quod in patria erit beatorum stabilis permanentia. Secundò quod ibi erit omnium bonorum vniuersalis abundantia, ibi. Replebimur. Quantum ad primum notandum quòd Deus multipliciter nos eligit, scilicet, æternaliter prædestinando, temporaliter vocando æternaliter glorificando. Primo eligit æternaliter prædestinando. Ad Ephe. 1. Elegit nos ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati. Vbi nota quod differentia est inter effectum prædestinationis vel electionis æternæ, & prædestinationis: nam effectus prædestinationis est ipsa gloria, & hinc præcedit merita. Sed ipsa prædestinatio est ipsa æterna electio quæ nulla merita nostra præcedit. Vnde gl. ad Ephe. 1. Ne quis putet aias cum Deo fuisse æternas: & tunc aliquid meruisse iuxta errorem illorum qui dicit ante hæc visibilia fuisse animas sanctas, & ideo tunc fuisse electas. Ideo apostolus aperte ostendit hoc esse falsum dicens. Elegit nos ante mundi constitutionem. Quomodo autem eligeret eos qui nondum erant, nisi prædestinando: Elegit ergo prædestinans nos. Et sicut non eligit nos eo quòd tunc sancti essemus, ita nec ideo tunc eligit, quia sancti futuri eramus: sed potius eligit nos ad hoc, vt essemus sancti & immaculati. Sic ergo electus eius est causa sanctitatis futuræ: & non sanctitas futura est causa electionis æternæ. Secundò eligit nos temporaliter vocando. Et sic quandoque eligit & vocat præscitos. Sic enim eligit Iudam, quando ipsum ad Apostolatam vocauit. Ioan. 6. Nōne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Et si dicas. Quomodo eligit Iudam, quem præsciebat damnandum? Respondet Aug. super Ioan. Electus est iste Iudas, de quo nolente & nesciente magnū aliquod bonum fieret. Sicut enim iniqui male vtuntur bonis operibus Dei: sic econtra Deus bene vtitur malis operibus hominum. Quid Iudas peius, sed malo eius bene vsus est dominus: quia ab ipso se tradi pertulit, vt nos redimeret. Tertio nos eligit æternaliter glorificando: & ad gloriam assumendo. Sic enim dicitur Marth. 13. Simile est regnum caelorum saganæ &c. sequitur Elegerunt bonos in vasa sua; malos autem foras miserunt. Vbi Greg. in homil. Nunc enim ecclesia bonos malosque communiter continet: sed in Incog. Tom. j.

sine boni pisces in vasis eliguntur: mali autem foras proiciuntur: quia electus quisque in tabernaculo æterna recipitur: & ad exteriores tenebras reprobi petrahuntur. Vnde de quolibet tali nunc dicitur. Beatus quem elegisti & assumpsisti. glo. Beatus quem elegisti per gratiam à massa perditorum: & assumpsisti tecum ad gloriam angelorum. Et nota quòd antequam Deus sic eligat hominem & assumat ad beatorum gloriam: multipliciter ipsum probat. Quia probat ipsum sicut clericum ante promotionem, sicut nouitium ante professionem, sicut baccalarium ante inceptio nem, sicut denarium ante oblationem. Primò eligendus ad vitam, probatur sicut clericus &c. Clericus enim antequam ordinetur: probatur & examinatur. Et quanto altio rem gradum est recepturus, tanto est strictius examinandus. Illi autem quos Deus eligit, promouendi sunt ad ordines angelorum: quia erunt beati in cælo sicut Angeli Dei. Magnus autem fauor fieret clerico, si promoueretur de qua materia deberet examinari. Iste autem fauor nobis fit: quoniam nobis prædicitur de quibus debemus examinari pro ordinibus in generali iudicio sciendis: quando iuxta opera nostra ad ordines angelorum promouebimur: quia scilicet examinabitur de communibus, non de difficultibus: quia scilicet de operibus pietatis, vt patet Marth. 5. Et qui in his sufficientes reperiti fuerint, cum angelis erunt ordinati, qui autem insufficientes, repudiati, quia ibunt in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Et isto modo quia David in operibus misericordie fuit reperiens sufficientes, ideo à Deo fuit electus. psal. 77. Elegit David seruum suum. Secundum patet Examinatur enim nouitius ante professionem. Vnde secundum iura, tempus nouitatus dicitur tempus probationis. In quo tempore licet gerat habitum professorum: tamen ipsum libere dimittere potest ante professionem. Moraliter habitus & ornatus animæ est gratia. Vita præsens est tempus nouitatus & probationis. Licet igitur habemus habitum professorum, est beatorum, qui est gratia consummata, non tamen sumus professi, sed habitum gratiæ prohibere possumus ad libitum: quem si proiciamus, non professamur cum beatis: si autem perseveranter per totum tempus probationis, scilicet vitæ presentis teneamus, nos eligit Deus ad professionem beatorum. Sic enim dicitur Numeri decimosexto. Sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Et nota quòd nouitij antequam ad professionem eligantur, communiter de quinque interrogantur, quæ Christus in suis nouitijs requirit vt professentur. Primò requiritur an sint seruilis conditionis. Istud requirit Christus, scilicet an homo sit mundanis seruitijs dedicatus, vel pro delictis, vel delictis, vel honoribus mundo implicatus. Quod si sit, non admittitur: quia nemo potest duobus dominis seruire. Narratur de quodam philosopho, qui aliis coram principe assurgentibus, & ipsum honorantibus, ipse principi assurgere noluit. Et dum causa quæreretur, ipse respondit. Quia ipse est seruus serui mei: quare ergo sibi assurgerem? Et causam assignat dicens, quia mundus mihi seruit, & ipse seruit mundo. Iste nò fuit seruilis conditionis, sed valde nobilis. Secundò queritur à nouitio, an sit alterius professionis. Sic moraliter ille qui est radicatus in ali

Probat Deos suos.

Marth. 12.

Math. 5.

Math. 25.

Psalm. 77.

Numeri. 16.

Seruire.

Math. 6.

Nota de quodam philosopho.

Luc. 14.

Psal. 124.

Galat. 6.

Matth. 18. Sapient. 1.

1. Thes. 5.

Tobia. 12.

Esai. 48.

Matth. 22.

Hier. 6.

Gene. 43.

Psal. 11.

qua mala consuetudine, viuens in peccatis, est quasi alterius professionis, & talis sibi caueat: quia licet à Christo possit ad professionem eligi tamen cum magna difficultate ex parte ipsius. Tertio requiritur an sit coniugatus, id est an sit carnis operibus dedicatus: quia si sit cum perfecta voluntate ad professionem non potest venire. **Luc. 14.** Vxorē duxi, & ideo non possum venire. Quarto queritur an sit debitis obligatus. Homo enim obligatur ad computum, & ad restitutionem, si fuerit usurarius, & sic ditatus. Sic est qui per falsum testimonium pauperem vel alium spoliavit, qui per falsas apparenas vel hypocritism aliorum bona acquirunt, & tales à Christo non admittuntur. **Psal. 124.** Declinantes autem in obligationem adducet dominus cum operantibus iniquitatem. Quinto requiritur an habeat occultam infirmitatem: hoc est si habeat peccatum occultum de quo non sit confessus, quod in firmitas occulta dicitur. Et tales ad professionem Christus non admittit. Si ergo ad omnia predicta bene respondere potest, à Deo eligitur ad professionem, sin autem repudiatur. **Eccles. 4. 5.** Eligit eum ex omni carne. Tertium principale patet. Quilibet enim electus à Deo, sicut baccalarus ante inceptionem, tribus modis examinatur scilicet, legendo, respondendo, & opponendo. Ita nos debemus legere volumen conscientiae nostrae. Stolidus enim clericus reputatur, qui nescit legere scripturam suam, vel opus suum cognoscere. Ita qui nescit confiteri, vel in propria conscientia legere. **Gal. 6.** Opus autem suum vnusquisque probet, & sic in semetipso. Secundo habentur operum, & hoc per iustam correctionem proximorum. **Matth. 18.** Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe &c. Et **Sapient. 1.** Probata autem virtus corripit insipientes. Tertio debemus respondere per gratiarum actionem. In omnibus erit gradu magistrali. Exemplo Tobiae, qui haec omnia in se compleuit integraliter, peccata confitendo, vxorē corrigendo, Deo pro flagello gratias agendo. Vnde sibi dictum fuit: quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te. Vt cuiuslibet tali dicat dominus. **Elegi te in camino paupertatis.** Quarto principaliter eligendus à domino examinatur, sicut denarius ante oblationē. Qui enim mutauit alteri denariū; in solutione considerat quantitatem pondus & imaginem: quia si in aliquo istorum deficiat, non est legalis moneta, nec recipienda. Moraliter quantitas est aequitas, pondus est charitas, imago est veritas. Aequitas ad proximum, charitas ad Deum, veritas ad seipsum. Vnusquisque autem accepit à Deo denarium mutuo, id est, animam rationalem habentem imaginem regis. Et in die mortis est tempus solutionis: quia tunc oportet imaginem reddere & Deo offerre. **Matth. 22.** Ostendite mihi numisma sensus huius denarij, id est, animae. Et nisi habeat tria predicta, scilicet, quantitatem pondus & imaginem, reprobat. **Hier. 6.** Argentum reprobum vocate eos: quia dominus proiecit eos. Si vero illa tria habuerit, dicit Christus illud **Gen. 43.** Pecuniam quam dedistis mihi, probatam ego habeo. Et de nostro denario verificabitur illud **psal. 11.** Argentum igne examinatum &c. examinatum igne charitatis, probatum purgatum septuplum, scilicet à septem peccatis mortalibus.

Et sic quilibet talis electus erit à Christo, qui est patris vnicus, electus. **psal. 17.** Cum electo electus eris. Et nota q̄ tales electos Deus transfert. scilicet de rebellionē ad reconciliationem. De dissolutione ad religionē. De peregrinatione ad quietationem. Primum patet. Quoniam existēs in statu peccati & iniustitiae originalis vel actualis ad statum gratiae vel poenitentiae transfert, sicut misericos rex profugos & exules reuocat gratiose & ad pacis reconciliationem admittit. De isto exilio reducti fuerunt Petrus Paulus & alij plures ad Colossen. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit nos in regnum dilectionis filij sui. Ipse cuiuslibet poenitentij, dicit, **Elegi te & non abieci te.** Secundum patet. Sicut enim hortulanus plantas delicatas fructus, quādo est prope viā & in loco cōmuni, vbi modo à bestiis laeditur: modo à transeuntibus excutitur, ita q̄ vix producit fructum ad maturitatem quin laedatur, vel in germine quando germinat, vel in flore quando floret, vel in fructu quādo maturefcit, propter quōdam talem plantam, vel transfert in viridarium, vel in horum bene conclusum, vbi fructificet sine impedimento, & fructus eius ad vsum domini sui conferretur. Ita moraliter Christus aliquando videt personam aptam ad fructificandum in ecclesia, quando ergo est in mundo qui est via cōmunis omnium transeuntium & profert germen & flores. I. sanctum propositū: quia bona multa proponit facere: sed statim laeditur à bestiis. I. à bestialibus hominibus datis voluptatibus huius vitae: vel excutitur manibus. I. aliorum exemplis & ab eis agitur: & sic laeditur fructus eius ex malorū consortio, talem transfert in hortum religionis, de quo **Can. 5.** Veni in hortum meum &c. Et in isto horto est myrrha poenitentiae, aromata sanctae doctrinae. Et de hac translatione dicitur. **Vineam de Aegypto transtulisti &c.** id est de tenebris peccatorum. Tertium patet. Rex enim habes hominem qui bene in aliquo officio fideliter statutum pro labore suo: & sic de labore transit ad requiem. Figuratur, 2. **Reg. 19.** vbi dicitur Berzellai. Veni mecum vt requiescas securus in Hierusalē. Berzellai interpretatur tribulatio nostra, & significat sanctos qui mala huius mundi fortiter portauerunt. Istos Christus quia in hac vita secum fortiter laborauerunt: transfert aeternaliter in requiem regni caelestis. **Eccles. 4. 4.** Enoch placuit Deo, & transtulit in paradysum. **Eccles. 4. 5.** Elegit eum ex omni carne. Quibus omnibus consideratis: bene de quolibet sic electo ait. **psal. 137.** Beatus quē elegisti & assumpsisti: quia habitabit in atrijs tuis. **scilicet, amplius non mouendis.**

**Replebimur in bonis domus tuae, sanctum est templum tuum mirabile in aequitate.**

Hic ostenditur, q̄ in patria erit omnium bonorum vniuersalis abundantia. Vbi nota, quōd bona quibus beati replentur in patria: excedunt cetera bona: quod patet, si consideres q̄ quaedam in praesenti vita sunt bona possessionis temporalis. Operationis moralis, Gratiae salutaris. Quae tamen omnia à bonis patriae excedunt. Primum considera bona possessionis temporalis. Et ista

ista sunt valde mutabilia: quia modo accedunt, modo recedunt. Vnde à sapientibus vocantur inter bona, bona minima: licet hodie multis credantur bona maxima. Quod patet si consideres. Primum quōd ista sunt variabilia. Quanti enim magni & potentes de magnis bonis temporalibus ad magna infortunia deuenerunt: Sicut apparet in illo diuite, de quo **Luc. 12.** Anima mea habes multa bona &c. Et vide mutationem: quia eadem nocte sublatus est de medio. Secundo sunt infirabilia. Vnde dicit Philosophus. 1. poli. quōd concupiscentia pecuniae est infinita. Vnde **eccles. 4.** Est vnus & secundum non habet: non filium: non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec fatiantur oculi eius diuitiis: nec recogitat: dicens. Cui laboro & fraudo animam meam bonis? Tertio sunt ad aliud ordinabilia. Vnde Philosophus dicit. Sunt autem diuitiae alterius gratia. vt subueniantur proximo. Propter quod Zachaeus dicebat. Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Quibus confideratis ista bona temporalia minima bona debent vocari: quamuis hodie maxima reputentur: quia circa illa hodie errore decipiunt. Docet enim experientia: quōd quando visus aliquam rem videt per medium densum: puta densum vel diaphanum: malè iudicat de re visa sicut patet de medio diuerso: de baculo cuius pars est in aqua: alia vero pars extra aquam. Cuius scilicet vnā partem videt oculus per medium aeris & aliam per medium aquae, tunc enim oculus indicat illum baculum esse curuum: cum tamē sit rectus. Sic res visa per medium densum apparet maior quam sit: & quam apparet in medio rariori. Sicut patet de denario sub aqua: & de stellis quae sunt corpora maxima: quae tamen visae per medium subtile aeris, paruae apparent. Quod non solum est propter maximam distantiam: immo etiam propter media subtilia per quae videntur: sicut est sphaera aeris, & sphaera ignis. Sic moraliter ista bona temporalia, vt sunt diuitiae delectationes corporis &c. quae sunt in rebus grossioribus: quam sit oculus mentis, scilicet intellectus qui est purus & immaterialis, vt dicitur tertio de anima. Ideo talia videntur grossiora & maiora, quā realiter sint. Bona vero gratia cum sint spiritualia sunt: & delectationes eorū sunt spiritualia les à Deo, qui est summe spiritualis nobis immise: videntur minora quam sint: propter quod signatè dicitur. Qui peruersi cordis est: non inuenit bonum. Item in istis bonis decipiuntur homines mundani credentes delectationes carnis & voluptates esse bona principalia. Cōtra quos Seneca arguit dupliciter, primo sic: aut illa bona nō sunt quae vocantur: aut homo felicior est Deo: quoniam quae parata sunt nobis nō habet Deus in vsum, nec libido apud ipsum est: nec epulatio, nec opes nec quodcūq; ex his, sed impossibile est bona Deo deesse. Igit ista quae vocantur bona: nō sunt vera bona, sed falsa. Secundo arguit sic. Ista temporalia bona sunt corruptibilia: ergo in eis non est summa felicitas. Et concludit q̄ omnis felicitas sit perfecta, dū consumatur virtutibus. Vnde dicit. Proprium bonum hominis perfecta ratio est: cetera enim cum animalibus cōmunia sunt: quia fortis est leo, formosus pavo, velox equus. Ratio autem hominis est: quia vnumquodque est bonum, cum sua ratio bona est. Et hoc est quod dicitur **Mich. 5.** Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Deus tuus querat à te: vtique facere iudicium & iustitiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Secundo dicitur esse bonum operationis moralis: quod scilicet consistit in virtutibus moralibus & earum operationibus. Et isto bono multi etiam infideles suo modo boni dicuntur, dum moraliter viuunt secundum iustitiam, aliena non rapientes, castè viuentes, sobriè, & sic de alijs virtutibus moralibus. Quoniam per has morales virtutes homo redditur bonus & eius opus bonum: vt dicitur secundo Ethicorum. Et istud bonum apud philosophos dicitur bonum honestum: dicitur etiam bonum intrinsecum: quia à nullo potest violenter auferri. Vnde narrat Valerius libro septimo, capitulo secundo: quōd bias cum patriam eius inuasissent hostes: & capta ciuitate permisissent omnes incolumes: cum illis bonis quae asportare poterant fugere. Aliis ergo preciosarum rerum pondere onustis fugientibus: & ipse bias de suis bonis nihil asportaret: & super hoc interrogatus: ipse bias respondit. Ego bona mea mecum porto. Illa enim pectore gestabat non humeris, nec oculis exterioribus visenda, sed excusanda animo. Quae domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec Deorum manibus labesceri queunt. Et vt manentibus praesto sunt, ita fugientes non deserunt. Et quamuis ista de se sint bona, non tamen habent sufficientiam: quia ad finem principalē hominis qui est beatitudo non sufficiunt: vt de talibus moraliter bonis (vt fuerunt Philosophi tamen infideles) dicatur illud **Iob. 21.** Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Tertio est bonum gratiae salutaris. Et istud differt à bono morali quia licet bonum morale sit gratis datum à Deo, non tamen de se sine forma charitatis facit Deo gratū vt ostēdit Magist. li. 2. dist. 24. Et istud est bonū meritum vitae aeternae: de quo dicitur **Rom. 8.** Omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quod idē dicit, quia qui bonum charitatis habet, vbi que rationem meriti inuenit, quia omnia talia cooperantur in bonum, siue bona, siue mala, siue mors vel vita, siue prospera vel aduersa: quod ostenditur tam de bonis quā de malis. De bonis, quoniam bona sunt duplicia. I. quae facimus & quae recepimus. Bona quae facimus bonis vertuntur in bonum, dum in his solum salutem animae proximorum aedificationem, & Dei laudem querunt. Similiter bona quae recipiunt boni, illis vertuntur in bonū dum illa cum gratiarum actione, vt Dei beneficia recipiunt. Similiter & mala quae fecerunt, dum illorum consideratione, ad poenitentiae lamenta cōsurgunt. Et in his humilitatis causam & cautelam futurorum recipiunt. Similiter & mala quae patiuntur, dū in illis armatur patientia: quinimod vt dicit Vlricus super illo **psal. 17.** Diligā te domine fortitudo mea. Per bonū gratiae omnis fortitudo mihi cōtraria succūbit, antiqui draconis malitia nocere cupiēs, mihi proficit. Seuire poterit mūdus sed hoc erit mihi seruire. Verere poterit, tōdere, dissecare, sed hoc erit mihi fabricare coronas. Vltimō corpus occidere poterit, sed hoc erit mihi rupto carcere ad libertatē glorię cōsolare. Sed istud bonū adhuc mentē nō satiat, quia est via nō terminus, exiliū nō patria: etiā quia ante finē deficere potest. Sed bonū gloria omnia praedicta superat

*Philosophus. 1. Poli. 2. Ethicorum. Valerius. Iob. 21. Bonum gratiae. Rom. 8. Mala bonis proficiunt. Psal. 17. Bonum gloria.*

**Mich. 5.** Indicabo tibi o homo, quid sit bonum, & quid Deus tuus querat à te: vtique facere iudicium & iustitiam, & sollicitè ambulare cum Deo tuo. Secundo dicitur esse bonum operationis moralis: quod scilicet consistit in virtutibus moralibus & earum operationibus. Et isto bono multi etiam infideles suo modo boni dicuntur, dum moraliter viuunt secundum iustitiam, aliena non rapientes, castè viuentes, sobriè, & sic de alijs virtutibus moralibus. Quoniam per has morales virtutes homo redditur bonus & eius opus bonum: vt dicitur secundo Ethicorum. Et istud bonum apud philosophos dicitur bonum honestum: dicitur etiam bonum intrinsecum: quia à nullo potest violenter auferri. Vnde narrat Valerius libro septimo, capitulo secundo: quōd bias cum patriam eius inuasissent hostes: & capta ciuitate permisissent omnes incolumes: cum illis bonis quae asportare poterant fugere. Aliis ergo preciosarum rerum pondere onustis fugientibus: & ipse bias de suis bonis nihil asportaret: & super hoc interrogatus: ipse bias respondit. Ego bona mea mecum porto. Illa enim pectore gestabat non humeris, nec oculis exterioribus visenda, sed excusanda animo. Quae domicilio mentis inclusa, nec mortalium, nec Deorum manibus labesceri queunt. Et vt manentibus praesto sunt, ita fugientes non deserunt. Et quamuis ista de se sint bona, non tamen habent sufficientiam: quia ad finem principalē hominis qui est beatitudo non sufficiunt: vt de talibus moraliter bonis (vt fuerunt Philosophi tamen infideles) dicatur illud **Iob. 21.** Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt. Tertio est bonum gratiae salutaris. Et istud differt à bono morali quia licet bonum morale sit gratis datum à Deo, non tamen de se sine forma charitatis facit Deo gratū vt ostēdit Magist. li. 2. dist. 24. Et istud est bonū meritum vitae aeternae: de quo dicitur **Rom. 8.** Omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti. Quod idē dicit, quia qui bonum charitatis habet, vbi que rationem meriti inuenit, quia omnia talia cooperantur in bonum, siue bona, siue mala, siue mors vel vita, siue prospera vel aduersa: quod ostenditur tam de bonis quā de malis. De bonis, quoniam bona sunt duplicia. I. quae facimus & quae recepimus. Bona quae facimus bonis vertuntur in bonum, dum in his solum salutem animae proximorum aedificationem, & Dei laudem querunt. Similiter bona quae recipiunt boni, illis vertuntur in bonū dum illa cum gratiarum actione, vt Dei beneficia recipiunt. Similiter & mala quae fecerunt, dum illorum consideratione, ad poenitentiae lamenta cōsurgunt. Et in his humilitatis causam & cautelam futurorum recipiunt. Similiter & mala quae patiuntur, dū in illis armatur patientia: quinimod vt dicit Vlricus super illo **psal. 17.** Diligā te domine fortitudo mea. Per bonū gratiae omnis fortitudo mihi cōtraria succūbit, antiqui draconis malitia nocere cupiēs, mihi proficit. Seuire poterit mūdus sed hoc erit mihi seruire. Verere poterit, tōdere, dissecare, sed hoc erit mihi fabricare coronas. Vltimō corpus occidere poterit, sed hoc erit mihi rupto carcere ad libertatē glorię cōsolare. Sed istud bonū adhuc mentē nō satiat, quia est via nō terminus, exiliū nō patria: etiā quia ante finē deficere potest. Sed bonū gloria omnia praedicta superat

*Philosophus. 1. Poli. 2. Ethicorum. Valerius. Iob. 21. Bonum gratiae. Rom. 8. Mala bonis proficiunt. Psal. 17. Bonum gloria.*

Zoan. 17.

Pfal. 15.

Aug. 22 de civitate Dei

Gala. 6.

Ioan. 14.

Colof. 3.

Pfal. 95.

1015.

Mare paritētia.

Greg. 2. mor. c. 30.

Iosue 12.

bona: quia primum est deceptorium, scilicet bonum temporale, & in gloria est perfecta cognitio & sapientia: quia ibi clarè videtur Deus, & in ipso omnia. Ioan. 17. Hac est vita æterna &c. Secundum scilicet bonum morale est insufficient: quia non satiatur, & in gloria est mens perfectè satiata. psal. 16. Satiabor dum apparuerit gloria tua Tertium scilicet bonum gratiæ est dubium, quia deficere potest ante finem: sed bonum gloriæ nõ potest deficere. Vnde Aug. dicit. Ibi erit Deus omnia bona: quæ ab hominibus desiderari possunt. scilicet vita, salus, virtus, copia, gloria, honor pax: & vnum bonum omnia continens bona. Cuius bonorum firmitatem notabat Apostolus, dicens. Bonum facientes non deficiamus: tempore enim suo metemus non deficientes. Ita ergo sunt bona gloriæ, quibus Deus suos replet electos. De quibus nunc in persona omnium electorum ait psalmista. *Replebimur in bonis domus tua.* Notandum tamen quod non omnes æqualiter illa bona participabunt, sed differenter secundum differentiam meritum: quia Ioan. 14. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Et hoc notans subdit. *Sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.* Quid enim proprius dicitur templum Dei, quam ipse Christus, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: Ad iustitiam enim distributiuam pertinet secundum differentiam meritum conferre & premia. Est ergo templum Dei, id est Christus sanctum & mirabile in æquitate: quia secundum quod dicitur æquitas tribuit premia iustis: propter quod psal. 95. de ipso dicitur. Iudicabit orbem terræ in æquitate.

**Exaudi nos Deus salutaris noster, spes omnium finium terræ, & in mari longè.**

Hic psalmista confurgit ad gratiarum actionem, & ad laudem diuinam. Et diuiditur in partes tres. Quia ostendit primo diuinæ bonitatis immensitatem. Secundò Christi incarnationis humilitatem, ibi. *Visitasti.* Tertio sacramenti eucharistiæ vtilitatem, ibi. *Flumen Dei.* Quantum ad primum: quod ostendens diuinam potestatem, ipsam ostendit in tribus, scilicet, in bonorum consolatione, in prædicatorum illustratione, ibi. *Præparans:* in mundanorum conturbatione, ibi. *Turbabuntur.* Quantum ad primum notandum, quod hic per terram intelliguntur peccatores: sed per mare pœnitentes. Primum ostendit Greg. dicens. Quid per terram nisi peccator homo intelligitur? Primò quippè peccanti homini dictum est. Terra es, & in terram ibis. Sed per mare intelligitur pœnitentium status: patet, quoniam mare ab amaritudine dicitur: quia scilicet aquas amaras habet & salas. Similiter & pœnitentia dicitur mare, id est, amara: quia aquas amaras lachrymarum & contritionis emittit, dum per ipsam homo seipsum punit: quia sensualitati valde existit amarum. Vnde de pœnitentia sub nomine maris dicitur illud Iosue. 12. quod est mare deserti, quod est mare salissimum. Dicitur enim pœnitentia mare deserti: quia per ipsam homo deserit mundum: quinimò etiam & corpus proprium, dum ipsum flagellis subiicit. Dicitur etiam & mare salissimum propter amaritudinem pœnitentiæ, quam conti-

net. Ideò cuilibet vero pœnitenti dicitur. In maria tua &c. Volens ergo ostendere psalmista, quod Dei potestas est refugium peccatorum ipsos vocando ad pœnitentiam, refugium pœnitentium, ipsis plenam conferendo veniam, ait. *Exaudi nos Deus salutaris noster,* id est, exaudies. *Spes omnium finium terræ,* id est omnium peccatorum. *Et spes in mari longè,* id est, omnium pœnitentium qui per humilitatem à te se remotos reputant. Si autem moraliter de mari pœnitentiæ vis loqui. Nota quod pœnitentia proprie significatur per mare æneum quod Salomon fecit: vt habetur 3. Regum. 7. Fecit Salomon mare æneum decem cubitos habens in latitudine &c. Vide in prædicationibus meis quadragesimalibus.

**Præparans montes in virtute tua, accinctus potètia, qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.**

Hic ostendit Dei potestatem in prædicatorum illustratione. Vbi nota quod scriptura per montes significat fidei prædicatorum, vt ostendit Greg. super illo verbo Iob. 9. *Qui transtulit montes &c.* dicens. In scriptura sacra montium nomine prædicantium altitudo designatur. De quibus per psalmistam dicitur. Suscipiant montes pacem populo &c. Electi quippe prædicatorum æternæ patriæ, non immeritò montes vocantur: quia per virtutem suam celsitudinem: ima terrarum deserunt: & caelo propinqui sunt &c. Istos ergo montes præparauit Deus, quando per spiritum sanctum ipsos perlustrauit: vt puta quado apostolos omnium linguarum genera docuit. Et hoc fuit apertum signum diuinæ potestatis, vt. f. homines illiterati & simplices à spiritu sancto inspirati, sua prædicatione totum conuerterent mundum: & miracula alias inaudita facerent. Quod notans psal. dicit hic *Præparans montes,* id est, disponens sanctos prædicatorum ad totum mundum docendum, Et hoc in virtute tua: quia magna Dei virtute fuit factum, vt pificatores subito efficerentur doctores. Et homines despecti, subito miraculis potestate inaudita fulgerent. Et quia hoc fecit homo Christus, nõ quidem virtute humanitatis, sed diuinitatis, cui erat vnitus. Ideò subdit. *Accinctus potètia,* id est, secundum glo. diuinitate: quia humanitas verbi maiestate præcincta est: vt quod homo ex se non habuit, daret deitas. Quid autem per istos montes sic præparatos vel prædicatorum fecerit. Audi quod sequitur. *Qui conturbas profundum maris & sonum fluctuum eius.* Hic. n. per mare accipitur peccator, & maximè superbus: quia superbia omnium peccatorum est caput. Nã mare inter alias conditiones est tumidum. Intumescit enim ad modum montium: & in altum eleuatur: propter quod dicitur psal. 92. Mirabiles elationes maris. Et verè mirabiles: quia quandoque ira bassum est, quod vix videtur, & subito in altum eleuatur. Et sic significat superbiam: quæ multis de re vili & bassa cor hominis in altum eleuat: vt puta quandoque per diuitias, quandoque per pulchritudinem, quandoque ex aliquo bono per hypocritam factò. Quæ tamen omnia debentur hominem magis bassum tenere, si consideret se per ista Deo fore magis obligatum: quia cum augentur dona, rationes crescunt donorum. Tantò ergo humilior quisque debet

psal. 107.

Psal. 107.

Psal. 88.

1017.

Timor.

Exultatio.

Prosperitas. Aduersitas.

Exultatio.

debet esse ex ratione &c. Veruntamen superbia hoc non cogitans, ad modum maris, de basso id est, vnde de bassum deberet reputare, in altum erigit cor hominis. Et sic bene de superbo potest dici. Mirabiles elationes maris, quia secundum quod ait Hierony. in epistolis. Quid tam magnū & mirabile videri potest, quam superbum aduersus eius voluntatem viuere, à quo ipsum viuere accepit? Illius præcepta despiciere, qui ideo solum aliquid præcepit, vt causam habeat remunerandi. Sic igitur per mare superbi significantur, quos tamen Deus per suos prædicatorum conturbauit, quãdo per prædicatorum mundi superbos ad pœnitentiæ conturbationem perduxit. Et hoc est quod hic psal. Deo dicit *Qui conturbas profundum maris.* id est, secundum glo. superbos ad pœnitentiam ducis, vt scilicet ex profundo cordis pœniteant. *Et sonum fluctuum eius.* quia superbi ad pœnitentiam conuersi contradictiones contra Christi fidem sonantes & persecutores omiserunt Christo seruientes, vt puta rabies imperatorum & aliorum tyrannorum alias contra ecclesiam cœuens ac mirabiliter sonans, modo defecit, quia conturbata est virtute pœnitentiæ. Sic enim hoc præuidens psalmista. 88. ait. Motum autem fluctuum eius tu mitigas.

**Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis, exitus matutini & vespere delectabis.**

Hic consequenter ostenditur Christi potestate mundi conturbatio. Vbi nota quod ad prædicationem apostolorum gentes primo turbati fuerunt, vt puta: quia videbant deos suos & ipsorum cultum ad nihilum deuenire, dum apostolos diis suis preualere viderent. Et inde turbabantur. Sic turbatus fuit Nero ad petri prædicationem. Ageas ad Andree prædicationem, & sic de aliis. Et hoc est quod ait. *Turbabuntur gentes.* Sed tamen postea ipsorum visis miraculis, multi per orbem timebant Christi nomen, & conuersi sunt. Et hoc est quod ait. *Timebunt qui habitant terminos.* scilicet terræ à signis tuis. Iã enim visis Christi miraculis, à miraculis quæ per apostolos sunt facta. Sed aduerte quod differentia est inter timorem mundi & timorem Dei, quoniam timorem mundi sequitur tristitia, sed timorem Dei sequitur gaudium & exultatio, vnde Eccle. 1. Timor domini delectabit cor quia qui timet Deum, gaudet in prosperis per gratiarum actionem, gaudet in aduersis per virtutem patientiæ. Et hoc notans psalmista dicit. *Exitus matutini & vespere delectabis.* Vbi nota secundum glo. quod per mane prosperitas, quia lætum est mane post tristitiam noctis. Per vespere autem intelligitur aduersitas. In his enim duobus tentatur homo scilicet, prosperis vt eleuetur aduersis vt cadat. Sed in his duobus dat Deus suis exitum id est modum euadendi ne peccent. Quia si adsunt prospera, inde non capiuntur, qui pro diuitiis Deum habent. Si adsunt aduersa, inde nõ terrentur pro quibus Cpallus est Christus. Est ergo sensus. *Exitus matutini & vespere delectabis.* id est, ex aduentu prosperitatis & aduersitatis delectabis. id est tuos in hac vita delectabiles facies. *Vel exitus matutini & vespere delectabis.* id est, facies

tuis delectabile exire à prosperis & ab aduersis. Si enim non delectet hominem exitus prosperitatis inde non laborat exire, sed capitur lucris, cui non placet pmissio Christi. Et terretur aduersis, quem nõ delectat ille, quod pro eo voluit pati, vt de aduersis exitum faceret nobis. Sicut enim dominus nos inducit in prosperis & aduersis, sic inde nos custodiendo educit psal. 102. Dominus custodiat in troitum tuum, & exitum tuum.

**Visitasti terram & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.**

Hic consequenter ostendit Christi incarnationis humilitatem. Supra enim psalmista prædixit exilij huius mundi terminationem & bonorum consolationem, nunc ostendit quæ fuit horum causa scilicet, Christi incarnatio, dicens. *Visitasti terram &c.* Vbi nota, quod per terram nostra humanitas designatur, quæ quauis ex corpore de terra creato & anima spiritali constat, tamen quia pars terrena experimentaliter magis cognoscitur quam anima, ideo quandoque per terram ipsa humanitas, id est, totus homo ex anima & corpore compositus designatur. De ista ergo terra humanitatis nostræ, nunc dicit psal. *Visitasti terram &c.* Visitauit ergo dominus terram, quando nostram humanitatem personæ verbi copulauit hypostaticè. Sic enim Dei visitationem pro incarnatione accipit Zacha. dicens. Benedictus dominus Deus Israel, quia visitauit & fecit redemptionem &c. Quod exponens Beda super Lucam ait. Visitauit dominus plebem suam, quasi longa infirmitate tabescentem, & quasi venditam sub peccato, quando verbum caro factum habitabit in nobis. Quid ergo est. *Visitasti terram:* nisi visitasti humanitatem nostram? quia tu fieri homo dignatus es. Et quid habuerit terra nostra ex ista visitatione sequitur, *Et inebriasti eam.* Quod ideo dicit, quia per talem visitationem, nostra humanitas in Christo omni plenitudinem dedit, quod maiorem ei conferre non potuit, vt dicit Magister libro. 3. distin. 13. Vnde sequitur. *Multiplicasti locupletare eam,* quia non solum humanitatem Christi repleuit omnibus bonis, sed etiam omnes suos fideles in ipso diuites fecit, in omnibus virtutibus & spiritalibus bonis. 1. Corin. 1. In omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, ita vt nihil verbis desit in vlla gratia.

**Flumen Dei repletum est aquis: praerasti cibum illorum: quoniam ita est praeparatio eius.**

Hic consequenter ostendit sacramenti eucharistiæ vtilitatem, per quod scilicet nos locupletes fecit, quia per ipsum summa Dei nobis gratia datur. Circa autem istud sacramentum sic procedit. Quoniam ostendit quod per istud sacramentum. Primo ecclesia plenè saturatur. Secundo, ecclesia per ipsum sanctificatur, ibi. *Benedices.* Tertio ecclesia per ipsum fundatur, ibi. *Pinguet.* Quarto quod per ipsum ecclesia iocundatur, ibi. *Induisti.* Quantum ad primum ostendit primo quod ecclesia ipso saturatur, quo ad cibum. Secundo quo



ad potum, ibi. *Riuos eius.* Quantum ad primū A  
 sciendum quod quāuis sacramentū eucharistiæ sit  
 vnicū, tamē nobis sub duplici specie ministratur,  
 scilicet panis & vini, cibi & pot. Et rationē osten-  
 dit Magister dicens. Sed quare sub duplici specie  
 sumitur, cum sub altera totus sit Christus? Res-  
 pondet. Ut ostenderetur Christum totam naturā  
 humanam assumpsisse, ut totam redimeret, panis  
 enim ad carnem refertur, vinum ad animam, quia  
 vinum operatur sanguinem, in quo sedes animæ  
 à phisicis esse dicitur. Ideo ergo sub duabus spe-  
 ciebus celebratur, ut animæ & carnis susceptio in  
 Christo, & vniūque liberatio in nobis significet-  
 tur. Sic ergo psalmista hic agit de sacramento pri-  
 mo, ut ministratur sub specie panis & cibi, dicens.

*Flumen vite presentis.*  
 Quid enim hic flumini- nomine, nisi decursus vi-  
 tæ præsentis intelligitur? Vnde Grego ait. Quid  
 fluminis nomine, nisi humani decursus designat-  
 ur: qui velut à fontis sui origine nascendo surgit;  
 sed quasi ad ima defluens pertranfit. Per aquam  
 vero intellige spiritus sancti gratiam. Vnde idem  
 Grego. dicit. Aquæ nomine spiritus sancti gratia  
 designatur. sicut veritatis voce in euangelio dicitur.  
 Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flum i  
 na de ventre eius fluent aquæ viæ. Hoc autem  
 dicebat de spiritu sancto &c. Quid est dicere, *Flu-  
 me Dei repletum est aquis.* nisi vita fidelium, vel ip-  
 sa ecclesia plena est gratia, & spiritus sancti donis?  
 Et causam subdit. *Quia parasti cibum illorum.* id est,  
 quia dedisti sacramentum corporis tui in cibum  
 illorum. Quod quidem sacramentum vel cibum  
 omni dono, & gratia repletur, propter quod eu-  
 charistia dicitur id est, bona gratia, quia in illo nō  
 solum sumitur augmentum gratiæ, sed etiam ille  
 sumitur, qui est fons & origo cunctarum gratia-  
 rum. Et hoc sacramentum non datur nobis meri-  
 tis nostris sed solum ex Dei mera gratia & libera-  
 litate. Ideo subdit. *Quoni. mita est preparatio eius.*  
 Vbi glo. Istum cibum parasti, ut illis des per tuā  
 misericordiam, non quia ipsi hoc meruerint.

*Aqua gratia.*  
 Grego 11  
 mo. 5. 6.  
 Ioan. 7.  
 Greg. 33. mo.  
 6. 7.

1020

**Riuos eius inebria: multiplica ge-  
 nimina eius, in stillicidiis eius lætabi-  
 tur germinans.**

Hic agit de sacramento, ut datur sub specie po-  
 tus. Ut enim statim dictum est. Flumen dicitur  
 ecclesia. Qui sunt ergo riuus istius fluminis, nisi  
 ipsi fideles qui sacramentum istud bibendo inebri-  
 antur? Sic enim dicitur psalm. 22. Calix meus  
 inebrians, quam præclarus est. Ista enim sangui-  
 nis potatio hominem inebriat. Quod ideo sic di-  
 citur similitudinariè, quia sicut mens ebrii absor-  
 betur à vino, sic mens deuota absorbetur à gratia  
 in potatione Christi sanguinis data. Vnde psal. 35.  
 inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torren-  
 te volupratis tuæ potabis eos. Sed aduerte diffe-  
 rentiam inter istam ebrietatem gratiæ, & vini cor-  
 poralis, quia ebrietas corporalis obscurat intelle-  
 ctum, hæc autem magis illuminat. Quod bene no-  
 tat psalmista, dicens. Calix tuus inebrians quam  
 præclarus est id est, multum clarus. Vnde Ambr.  
 & habetur de conse. distin. 2. in calice. Quotien-  
 cunque calicem domini bibis, remissionem pec-  
 catorum accipis, & inebriaris non carne, sed spi-  
 ritu. Vnde apostolus ait. Nolite inebriari vino, in

*Calix, sanguis Christi ebrietas.*  
 Psal. 35.  
 Psal. 22.  
 De conse. dist. 2.  
 Ephe. 5.

quo est luxuria, sed implemini spiritus sancto. Quid  
 est ergo dicere. *Riuos eius inebria.* nisi fideles tuos  
 per sacramentum sanguinis tui gratia implebis,  
 Vnde glossa. Riuos eius inebria id est, apostolos,  
 & alios qui de calice sanguinis tui biberint gra-  
 tia inebriando, ut sibi & aliis sufficiant. Vnde sub-  
 ditur. *Multiplica genimina eius.* Secundum gram-  
 maticos hoc genimen, inis, idem est quod gene-  
 ratio, vel germen productum. Et dicitur à gigno-  
 nis. Genimina ergo ecclesiæ sunt successores per  
 apostolos & alios primitiuos patres generatos.  
 Est ergo sensus. *Multiplica genimina eius.* id est vir-  
 tute huius sacramenti dabis imitatores proce-  
 dentes à riuis generatos, quasi ex credentibus alij cre-  
 dant. Subditur. *In stillicidiis eius lætabitur germinas.*  
 Vbi nota quod stilla id est, gutta componitur cū  
 cado. is. & fit hoc stillicidium. dij. & vnde stillici-  
 dia guttæ aquæ successiue cadentes. Germinans  
 ergo ecclesia, scilicet noua & rudis quæ incipit à  
 stillicidiis id est à guttis doctrinæ & sacræ scriptu-  
 ræ lætabitur, quod ideo dicitur, quia inde proficiunt  
 rudes & parui, quando minora mysteria scriptu-  
 rarum eis stillantur, quia necdum maiora capere  
 possunt. Sic enim dicebat apostolus paruulis &  
 rudibus, quasi paruulis in Christo. Lac vobis po-  
 tum dedi, non escam, quia nodum poteratis &c.  
 propter quod dicitur Iob. 29. Super illos stillabat  
 eloquium meum.

**Benedices coronæ anni benigni-  
 tatis tuæ, & campi tui replebuntur  
 vbertate.**

Hic ostendit quomodo ecclesia sanctificatur  
 Vbi notandum, quod annus benignitatis dicitur  
 totum tempus gratiæ, scilicet ab aduentu Chri-  
 sti vsque ad finem sæculi quia & ipsa incarnatio  
 Christi Benignitas dicitur psal. 84. Dominus da-  
 bit benignitatem, & terra nostra dabit fructum  
 suum. Corona ergo anni benignitatis dicitur tota  
 ecclesia fidelium, quæ dicitur corona, quia cor-  
 nam victoriæ præstat vincenti diabolum carnem  
 & mundum. Est ergo sensus. *Benedices coronæ anni  
 benignitatis tuæ.* id est benedices multitudini fide-  
 lium acquisitæ anno benignitatis tuæ id est,  
 ab aduentu Christi, vsque ad finem sæculi *Benedi-  
 ces.* id est bona dabis, scilicet gratiam, quia fideles  
 noui testamenti per sumptionem huius sacramen-  
 ti gratia sanctificantur. Et hoc est quod subditur.  
*Et campi tui replebuntur vbertate.* id est, iusti reple-  
 buntur vbertate proles genitæ & meritum. Di-  
 cat ergo. *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ.* id  
 est, anno benignitatis tuæ, scilicet iustis in anno  
 gratiæ acquisitis, dabit coronam benedictionis.  
 Vbi nota, quod dominus annum benignitatis, sci-  
 licet iustis multipliciter coronat scilicet coronat  
 aternaliter eligendo Coronat penaliter redimē-  
 do. Coronat stabiliter dispensando. Coronat ip-  
 sos in carne preseruando. Coronat in mente per-  
 lustrando. Coronat in penis roborando. Primò  
 coronat Deus iustos ipsos aternaliter eligendo,  
 Quæ enim maior benignitas potest cogitari, quā  
 hominem nullo præcedente merito, ad summum  
 bonum participandam eligere? Et de hac corona  
 cuiuslibet iusto dicitur. Eris corona gloriæ in ma-  
 nu domini. In manu dicitur Dei, quia solius Dei est  
 omniū, ut nullis præcedentibus meritis, quis ad  
 talem

*Coronat Deus iusti multipliciter.*  
 Psal. 114.  
 Psal. 118.  
 Psal. 124.  
 Psal. 134.  
 Psal. 135.  
 Psal. 136.  
 Psal. 137.  
 Psal. 138.  
 Psal. 139.  
 Psal. 140.  
 Psal. 141.  
 Psal. 142.  
 Psal. 143.  
 Psal. 144.  
 Psal. 145.  
 Psal. 146.  
 Psal. 147.  
 Psal. 148.  
 Psal. 149.  
 Psal. 150.

lem coronam sit electus. Secundum patet. Nam A  
 corona quæ nobis à Deo erat parata, exigentibus  
 nostris peccatis perdita. nullis nostris operibus  
 poterat recuperari. Qui deplorabat Hieremias,  
 dicens. Cecidit corona capitis nostri, vā nobis,  
 quia peccauimus. Ideo venit Christus, ut sua mor-  
 te hanc coronam nobis repararet, dum pro nobis  
 spineam ipse suscepit coronam. Ioan. 19. Exiuit  
 Iesus portans spineam coronam. O Christi cor-  
 na toris affectibus amplexanda, quæ nostra cor-  
 na perdita recuperatur. Vnde ad hanc meditan-  
 dam nos scriptura prouocat. d. Egredimini, & vi-  
 dete regem Salomonem in diademate, quo cor-  
 nauit eum mater sua. Salomon rex pacificus est  
 Christus mater vero dicitur synagoga, ex qua se-  
 cundum carnem processit. Tertium patet. Quo-  
 niam suos dominus coronat, dum in tentationi-  
 bus & aduersis fortificat. Nam ut ait Hierony. in  
 ser. In stadio sumus, continuè pugnamus, aduer-  
 sariis totus mundus est plenus, nos autem debi-  
 les sumus, nec sine victoria coronari debemus,  
 quoniam ut ait apostolus. Non coronabitur, nisi  
 qui legitime certauerit. Est autem legitime certa-  
 re, hostibus non cedere, sed de ipsis reportare vi-  
 ctoria. Ideo dicitur Apoc. 3. Tene quod habes  
 scilicet stabiliter pugnando, ne alius accipiat cor-  
 nam tuā. Oportet ergo ut nostro inuictio prin-  
 cipi fideliter semper adhaereamus, qui nos serua-  
 bit inuictos. Vnde ad hoc quemlibet nostrū pro-  
 uocat. Apoc. 2. Esto fidelis vsque ad mortem, &  
 dabo tibi coronam vitæ. Quartum patet. Quia iu-  
 stos præseruat, ne à carnis libidine superentur. Et  
 ista corona maximè debetur virginibus, quæ di-  
 citur aurea. Aurum enim propter suam puritatē  
 & incorruptionem carnis significat integritatē.  
 Et de hac corona dicitur. Corona aurea super cap-  
 ut eius. Quintum patet. Dum iustis dat scriptu-  
 rarum sapientiam & cognitionem. Et ista corona  
 maximè debetur doctoribus, quæ dicitur stella-  
 ta. Stella enim propter suam claritatem signifi-  
 cat scripturarum sapientiam, etiam quia sicut stel-  
 la est deuantium directiua, sic scriptura sacra er-  
 rantium illustratiua. Apoc. 12. Et in capite eius  
 corona stellarum duodecim, quia scilicet scriptu-  
 ra maximè circa duodecim articulos fidei versa-  
 tur. Sextum patet. Quoniam suos roborat Deus  
 in tormentis, ne deficient. Et ista corona maximè  
 competit martiribus, qui pro Christo fortiter cer-  
 tauerunt, quæ corona dicitur lapidea. Nam lapis  
 propter suam duritiam significat in aduersis pa-  
 tientiam firmitatem. Et de ista corona dicitur. Po-  
 suisti domine super caput eius coronam de lapi-  
 de præcioso. Et hanc coronam dat martyribus  
 venit Christus Eia. 61. Spiritus domini super me  
 ad annunciandum mansuetus misit me, ut conso-  
 larem omnes lugētes, ut darem eis coronam pro  
 cinere &c. Lugentes dicuntur sancti martyres, qui  
 in aduersis tribulationibus fuerunt, hos consolari  
 venit Christus, dum eis victoriæ coronam pro-  
 mittit. Quæ corona pro cinere datur, quia scilicet  
 corpora sanctorum martyrum fuerunt occisa  
 combusta, & vsque ad cinerem redacta pro Chri-  
 sti fide seruanda. Vnde talibus dicitur. Percipietis  
 immarcescibilem gloriæ coronam. Omnibus ergo  
 prædictis modis coronæ iustorum Deus benedi-  
 cit. Vnde nunc dicitur. *Benedices coronæ anni bini-  
 gnitatis tuæ.*

**Pinguescent speciosa deserti, &  
 exultatione colles accingentur.**

Hic ostendit quomodo ecclesia per Christum  
 iocundatur. Vbi nota quod ecclesia Christi duas  
 partes habet, quia aliqui sunt in statu prælati-  
 nis, & alij in statu subiectionis. Prælati enim qui  
 subditos habent ducere & dirigere, per arietem  
 significantur. Ut ostendit Greg. dicens. Scriptum  
 est. Tria sunt quæ benè gradiuntur scilicet, leo  
 fortissimus bestiarum, qui ad nullius pauebit oc-  
 cursum, gallus succinctus lumbos, & aries nec est  
 rex qui resistat ei. Ipse quippe hoc loco leonis no-  
 mine ponitur scilicet, Christus, de quo scriptum  
 est. Vicit leo de tribu Iuda, qui fortissimus bestia-  
 rum dicitur, quia in illo hoc quod infirmum est  
 Dei, fortius est hominibus, qui ad nullius pauet  
 occursum. Dicit enim. Venit princeps mundi hu-  
 ius, & in me non habet quicquam. Gallus suc-  
 cinctus lumbos, sunt prædicatores sancti qui in-  
 ter huius noctis tenebras verum mane nunciant,  
 qui succincti lumbos sunt, quia à membris suis  
 luxuriæ fluxum restringunt. Aries, nec est rex qui  
 resistat

*Aries signi-  
 ficat præla-  
 tos.*  
 Grego. 30.  
 mor. 6. 5.  
 Leo Christus  
 Apoc. 5.  
 1. Corin. 1.  
 Ioan. 14.

11. q. 1. exem-  
 plum.

Desertum  
 significat ge-  
 res.

Gr. e. 30.  
 mo. c. 30.

Eza. 35.

Esa. 54.

Colles signi-  
 ficant humi-  
 les.

Iob. 5.

1023

Aries signi-  
 ficat præla-  
 tos.

Grego. 30.  
 mor. 6. 5.

Leo Christus  
 Apoc. 5.

1. Corin. 1.  
 Ioan. 14.

resistat

Psal. 82.

resistat ei. Quem alium hoc loco arietem accipimus, nisi primum intra ecclesiam ordinem sacerdotum, De quibus scriptum est. Afferre domino filios arietum, qui per exempla sua gradientem populum, quasi subsequenter ouium gregem trahunt. Quibus spiritualiter recteque viuentibus, nullus rex sufficit omnino resistere, quia nullus intentionem eorum valet impedire. Sciunt enim ad eum quem desiderant, & auxilium currere & moriendo peruenire. Ex quibus apparet, quod arietum nomine praelati & principes significantur. Per valles autem quae stant in basso significatur status subditorum. De istis ergo duobus statibus ecclesiae scilicet, superiorum & subditorum, dicit. *Induti sunt arietes ouium.* id est, praelati & duces ouium. *Induti sunt exultatione.* quia scilicet gaudent de fructibus suis. *Et valles.* id est humiles populi & subditi *abundant frumetum.* id est fruges boni operis, quia multum fructum afferunt. Et sic tam arietes quam valles clamabunt, Deo gratias agendo. Vnde sequitur. *Etenim hymnum dicent.* Deum laudandum. Et attende quod secundum magistrum in gl. iste psalmus dicitur in exequiis mortuorum, quia hic psalmus agit de reditu Babylonie huius mundi ad patriam caelestem, ad quam sancti in obitu de carne educti ad patriam feliciter migrant, simplam stolam statim recipientes: donec in resurrectione stola geminae beatitudinis glorificentur.

PSALMVS LXV.

1024

**I**ubilate Deo omnis terra, psalmum dicite nomini eius: & date gloriam laudi eius.

Mors. Vita. Resurrectio.

Psalmus iste hunc habet titulum. *In finem canticum psalmi de resurrectione.* Vbi notandum, quod iste psalmus est factus ad gratias agendum Deo pro liberatione populi iudaici de captiuitate & seruitute Aegyptiaca, pro qua liberatione etiam multi alij psalmi facti fuerunt. Vbi notandum quod vita hominis naturaliter in libertate consistit, quoniam anima quae est substantialis forma hominis naturaliter est libera. Et sic totus homo per animam viuens, liber & dominus actuum suorum naturaliter debet esse. Sic ergo vita nostra in libertate consistit. Vnde eccl. 15. dicitur. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, adiecit mandata & precepta sua apposuit tibi aquam & ignem, ad quod uolueris porrigere manum tuam ante hominem vita & mors, bonum & malum. Sequitur ergo quod si vita nostra in libertate consistit, quod tollens libertatem, tollit vitam libertatis, & sic mortem inducit. Cum ergo seruitus libertatem tollat, mortem inducit. Cum ergo populus hebraeorum in Aegypto seruitute premeretur, mortuus dicebatur. Sicut ergo isto modo seruitus mortem inducit, sic & liberatio a seruitute hominem resuscitat. Et per consequens liberatio filiorum Israel de seruitute Aegypti, isto modo resurrectio ipsorum debet appellari. Ex praedictis apparet sensus literalis tituli. *In finem canticum psalmi.* id est, psalmus vel canticum dirigens nos in finem, est gratiarum actio. resurrectionis id est, pro liberatione populi Israel, a ser-

Captiuitas. Eccl. 15.

uitate Aegyptiorum, quae mors quaedam moralis dicebatur. Ex isto titulo apparet materia psalmi, sed auctor non apparet. Vnde iste psalmus dicitur ignotus, quoad auctorem, quia nescitur quis istum fecerit psalmum. Procedam ergo primo secundum sensum historicum, deinde iuxta sensum propheticum. Quantum ad sensum litteralem & historicum, tota sententia est omnes inducere ad Dei laudem propter liberationem hebraeorum de Aegypto. Secundum hoc psalmista duo facit. Quia primo inducit omnes ad Dei laudationem. Secundo ad hoc multipliciter inducit rationem, ibi *Venite & videte &c.* Vt. N. Quantum vero ad sensum propheticum pro expositione tituli notandum, quod in antiqua lege iudei sperabant pro sua iustitia solum in bonis temporalibus praemiarum. Nam regnum caelorum primum in nouo testamento promissum fuit. Sperabant etiam resurrectionem futuram. Sed post resurrectionem eadem temporalia bona sperabant habere, quae modo ante mortem habebant. Quod manifeste patet ex hoc quod quaestioni Saducaeorum qui resurrectionem negabant, de muliere quae successione habuit septem viros cuius illorum in resurrectione erit vxor, ipsi iudei nesciebant respondere (vt habetur Matt. 22.) credentes quod connubia fierent post resurrectionem sicut sunt ante mortem. Vnde Christus ait, Erratis nescientes scripturas, & neque virtutem Dei. In resurrectione neque nubent neque nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in caelo. Contra ergo illum errorem iudaorum agit iste psalmus, ostendens, quod post resurrectionem boni habebunt spiritualia bona, non carnalia. Vt sicut Christus caput totus spiritualis resurrexit, ita & nos spirituales resurgemus. Est ergo sensus tituli talis. Canticum istud dirigens nos in finem id est in Christum, vel in consummationem futurae beatitudinis, est resurrectio, quia hic est exultatio de resurrectione capitis quae praecessit, & corporis quae futura est. Et est canticum psalmi, quia pro resurrectione futura monet bene operari. Vnde de tota intentio psalmi, est mouere nos ad iubilum prosperae resurrectionis futurae. Et ad istum intellectum psalmus iste diuiditur in quatuor partes. Quia primo de Christi resurrectione nos docet habere laetitiam. Secundo pro nostra resurrectione nos docet habere iustitiam: ibi *Venite & videte.* Tertio ex hoc in tribulatione nos docet habere patientiam, ibi *Benedicite.* Quarto suo exemplo nos in Deo cet habere patientiam, ibi *Venite & audite.* Prima pars diuiditur in tres. Ostenditur primo per Christi resurrectionem debitam Deo gloria. Secundo in Christi resurrectione iudaorum ostenditur fallacia, ibi *Dicite Deo.* Tertio per Christi resurrectionem gentium deponitur superbia: ibi *Omnis terra quiescat.* Quantum ad primum notandum quod, quatuor festa de Christo celebramus, in quibus angeli apparuerunt in signum laetitiae & exultationis mundo datae scilicet, festum incarnationis, natiuitatis, resurrectionis, & ascensionis. In festo annunciationis & resurrectionis apparuerunt angeli solum mulieribus. In festo vero natiuitatis & ascensionis solum viris, vt puta in festo natiuitatis pastoribus, etiam in ascensione apostolis. In festo vero incarnationis, apparuit angelus Mariae soli, annuncians illam, sed in festo resurrectionis, apparuit mulieribus pluribus, vt patet Matt. 28. Cum igitur sexus femineus sit infirmior virili, consequens est,

est, quod maioris gratiae est angelos mulieres consolari, quam viros, & per consequens maioris est laetitiae. Et sic maioris laetitiae debet esse mundo Christi incarnationis & resurrectionis, quam natiuitatis & ascensionis. In incarnatione autem solum vni mulieri apparuit angelus scilicet, Mariae. In resurrectione autem pluribus, & per consequens quantum ad hoc maioris laetitiae mundo fuit Christi resurrectio quam eius incarnatio, quia quamuis in incarnatione maior mundo fuerit facta gratia, tamen in resurrectione gratia mundo facta magis per effectum fuit declarata. Ex quibus omnibus sequitur, quod festum Christi resurrectionis cum sit causa efficiens nostrae resurrectionis, inter omnia alia Christi festa est maioris gaudij & exultationis. In cuius argumentum ecclesia in festo resurrectionis continuè cantat. Haecc dies, quae fecit dominus, scilicet, ad mentis iubilationem dicens. *Iubilate Deo omnis terra.* Ad bonam operationem, dicens *Psalmum dicite nomini eius.* & ad gratiarum actionem dicens. *Date gloriam laudi eius.* Quatuor ad primum ait *Iubilate Deo omnis terra.* quasi dicat. Non solum iudaea, sed omnis terra pro festo resurrectionis Deo debet iubilare, quia Christi resurrectio est causa resurrectionis nostrae, non solum iudaorum, quin immo & totius orbis. Quale autem gaudium sit iubilatio, vide superius versu 766. Secundo ex hoc nos excitat ad bonam operationem, dicens *Psalmum dicite nomini eius.* Psalmus enim dicere, idem est quod psalterium tangere. Psalterium autem quod erat instrumentum decem chordarum, quod manu pulsabatur, significat operibus decem Dei praecipere adimplere. Et de hoc vide superius versu 771. Tertio ex hoc nos excitat ad gratiarum actionem, dicens. *Date gloriam laudi eius.* Quia si Christi resurrectio causa est nostrae resurrectionis in qua beatificabimur in corpore & anima, haec ad Deo debes recognoscere, & non ascribere meritis tuis. Et hoc est quod hic dicitur *gloriae gloriam laudi eius.* Non vestram, sed Dei quare gratiam non industria vestra ascribatis, vt iudei faciunt qui meritis suis dant iustitiam, & gentibus inuidet gratiam, sic enim dicitur psal. 28. Afferre domino gloriam & honorem, afferre domino gloriam nomini eius.

**D**icite Deo quam terribilia sunt opera tua domine: in multitudine virtutis tuae mentientur tibi inimici tui.

Hic ostenditur iudaorum falsitas de Christi resurrectione. Vbi aduertendum quod psalmista volens ostendere falsitatem iudaorum circa Christi resurrectionem, per modum cuiusdam similitudinis, ipsos hic assimilat Aegyptiis quia sicut Deus fecit mirabilia in Aegypto & terranda quando in de filios Israel cum magna potestate eduxit, vt patet in multis plagis, quibus percussit Aegyptum, & tamen ipsi Aegyptij multoties promiserunt filios Israel dimittere exire, & statim postea reuocantes promissionem Deo mentiebantur. Sic & iudei viderunt mirabilia Christi, scilicet quia homo factus est, quod cum ipsis sancte conuer-

satus est, quod multa & terribilia signa ostendit in passione quod gloriose resurrexit. Et tamen ipsi obstinati in multitudine tanta virtutis Deo sunt mentiti, quia ad negandam Christi resurrectionem mendacia multa & falsa composuerunt, quoniam vt habetur Matth. 28. Christo resuscitato, quidam de custodibus sepulchri venerunt in ciuitatem & nunciauerunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant, scilicet qualiter angelus apparuerat mulieribus Christum resurrexisse annunciauerat, & sepulchrum apertum & vacuum viderant &c. Tunc ipsi sacerdotum principes istis terribilibus auditis, statim ad mendacia & falsitates confugerunt. Vnde congregati cum senioribus consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicens. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum vobis dormientibus. Sed quod isti expresse fuerint mentiti, ostendit Chryl. in homil. dicens. Qualiter autem furati fuissent corpus Christi discipuli, homines pauperes & idiotae, & neque apparere audentes? Si enim Christum adhuc viuum videntes fugerunt, qualiter mortuo eo non timuissent rot militum multitudinem? Nunquid hostium sepulchri poterant euertere: lapis enim imminet magnum multis indigens manibus. Nunquid etiam non erat signum super impositum? Propter quid autem non furati sunt prima nocte, quando nullus sepulchro affuit. Sabbato enim petierunt a Pilato custodiam. Quid autem sibi voluit haec sudana quae, Petrus vidit iacentiam? Si enim vellent furari non essent nudum corpus furati, non solum iniuriarentur, sed etiam ne in exuendo tardarent, & traderent militibus se detinendi facultatem, maxime quia myrtha erat corpori & vestimentis affixa, ita glutinosae vt non esset facile a corpore euellere vestimenta. quare non persuasibilia sunt, sed mendacia, quae de furto dicta sunt. Vnde per quae resurrectionem obumbrare conantur, per ea ipsum faciunt clarere. Dicentes enim quod discipuli furati sunt, confitentur corpus non esse in sepulchro. Furum autem ostendit esse mendax, custodia militum, & discipulorum pauor. Ex quibus apparet qualiter tempore resurrectionis Christi inimici eius mentiti sunt ei. Sed illa mendacia magis ostenderunt Christi potestatem. Vnde glo. Solent mentiri inimici cuiusquam, vt potentiam eius minuant, Christo autem contrarium accidit, quia minus appareret potentia Christi, si ei inimici mentiti non fuissent, potentia enim Christi secundum hominem maxime in resurrectione apparuit, vnde psalm. iste intulatur. Ad commendationem ergo huius potentiae valuit mendacium iudaorum, quo ad crucem eum perduxerunt vt sic resurgeret, valuit & mendacium falsorum testium ad soluendum templum, quibus creditum est, & danatus est Christus, sed resurrexit. Accesserunt etiam mendacio custodes sepulchri, qui & probati sunt falsi. Auctus est numerus mendacium, vt auerteretur merces credentium. Mentiti sunt ergo mendaces, & contra mendaces Christus verax apparuit & terribilia suae potentiae suis ostendit, vt sibi dicat ecclesia. *Quam terribilia sunt opera tua domine.* scilicet, de sepulchro resurgendo sed in multitudine virtutis tuae. Ad ipsam virtutem declarandam *mentientur tibi inimici tui.* Sic enim dicitur psalm. 80. Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum scilicet punitio in saecula.

Christi. Super Mat.

Stigillum.

Christi. Cui.

Mat. 28.

505

Resurrectio Christi. Iudaorum mendacium.

Mat. 28.

Omnis

1026 Omnis terra adoret te & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo.

Terra signi- ficat gentes.

Hic ostenditur quod per Christi resurrectione gentium deponitur superbia. Quia post Christi resurrectionem ad predicationem apostolorum per totum orbem gentiles relictis idolis, ad fidem Christi sunt conuersi. Quod prudens psalmista, dicit. Omnis terra adoret te, id est, adorabit te Deus &c. Et hic ly omnia. signum vniuersale accipitur pro generibus singulorum, non pro singulis generum. Nomine vero terra ipsa gentilitas intelligitur, quam iudaei Christus relictis ad fidem conuerit, vt deducit Greg. super illo verbo Iob. 1. To so capite, corruens in terra adorauit, dicens. Quid enim per decisos capillos nisi sacramentorum subtilitas designatur? Vnde ad Ezechielem prophetam dicitur. Tu fili hominis sume tibi gladium acutum radentem pilos, assumes eum & duces per caput tuum & barbam. Vt scilicet, facto propheta iudicium redemptoris exprimat, qui in carne apparens caput rasi, quia a iudaico sacerdotio praceptorum suorum sacramenta abstulit. Barbam rasi, quia regnum israeliticum deserens, decorem virtutis illius amputauit. Quid vero per terram nisi homo peccator exprimitur? Primo quippe peccanti homini dictum est. Terra es & in terram ibis. Terre ergo nomine peccatrix gentilitas designatur. Mediator ergo noster quasi de ronso capite, in terram corruit, quia iudaeam deserens ad noticiam gentium venit. Quod hic notat psal. dicit. Omnis terra adoret te Deus &c. Et quod tria praedicat gentes facturos, scilicet primo Christi fidem recepturos, dicens. Omnis terra adoret te Deus. Secundo Christi praepcepta perfecturos, dicens. Psallat tibi. Tertio alios Christi fidem docturos, ibi. Psalmum dicat tibi. Quae omnia hic notans glo dicit. Te cuius potentiae mentiti sunt iudaei, adorat omnis terra scilicet, gentilitas fide loco iudaeorum substituta, quo ad primu Psallat tibi opere. Psalmum dicat nomini tuo. scilicet, alios informando. Sic enim dicitur psal. 71. Adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruiant ei.

Grego. 1 mo. c. 29.

Eze. 1. Cap. 4. signi- ficant sacramenta.

Gen. 3.

Psal. 71.

1027 Venite: & videte opera Dei, terribilis in consiliis super filios hominum.

Hic consequenter psalmista nos docet habere iustitiam pro nostra resurrectione & spirituali iustificatione. Vocat enim hic gentiles ad iustitiam fidei, & hoc triplici ratione. Primo ratione diuinae sapientiae. Secundo ratione diuinae misericordiae, ibi. Qui conuertit. Tertio ratione diuinae potentiae, ibi. Qui dominatur. Quantum ad primum sciendum quod talis ac tanta est diuina sapientia, quod animam malorum consilia suo vnico consilio dissipat, & illa ad suum propositum reducit, vt patet supra versiculo. 490. Sic & iudaeorum contra se facta consilia, ad suum propositum contra ipsos Deus reduxit sua sapientia. Quid enim suis consiliis intendebant nisi per Christi mortem suam fidem delere, & inde est aucta, vt deducit Grego. dicens. Cum ad redemptoris nostri miracula credentium turba conflueret, cum sacerdotes populi inuidiae facibus accensi, mundum post eum ire

Consilia in- deorum contra Christu dissipata.

Grego. 6. mo. c. 43.

proclamarent, dicentes. Ecce mundus totus post eum abiit, vt ab illo vim tate occurrerent abscinderent, finire eius potentiam morte conati sunt, dicentes. Expedi, vt vnus homo moriatur, & no tota gens pereat. Sed redemptoris mors ad con- iunctionem sui corporis id est, ecclesiae valuit, no ad separationem. Persecutores ergo peregerunt hoc, quod pernicioso moliti sunt, intulerunt mortem, vt ab eo abscinderent fidelium deuotionem: sed inde fides creuit, vnde hanc se extinguere infidelium crudelitas credidit. Cunque se extimant persequendo abscindere, hoc nimirum compulsi sunt nesciendo dilatare &c. Ex quibus apparet Dei sapientia, quia suo consilio prauorum consilia ad suum propositum contra prauos retorquet. Et ista sunt opera Dei terribilia, quae Deus operatus est, prauis iudaeorum consiliis, getes ad fidem, vocando. Ad quae consideranda omnes gentes nunc psal. inuitat dicens. Venite & videte opera terribilia in consiliis super filios hominum. scilicet, super iudaeos qui ex hominibus ventibus ratione geniti erant, licet ipsi non viuerent secundum rationem, vnde illum intellectum assignat Augustinus glo. dicens. O vos gentes venite & videte opera Dei, quibus expulsus iudaeis, ad vos dirigitur fides. Et quae sint illa opera, ostendit dicens. Videte. scilicet, opera in quibus est terribilis in consiliis habitis super filios hominum. id est, super iudaeos, quia scilicet, filij hominum habuerunt consilia perdendi eum, ille autem habuit consilium excrucandi superbos, & vos ex hoc gentes illuminandi. Per hoc docentur gentes timore domini semper habere psal. 33. Venite filij audite me, timore domini docebo vos.

Qui conuertit mare in aridam in flumine pertransibunt pede: ibi latibimur in ipso.

Hic consequenter adducit gentiles ad fidem ex Dei misericordia, qui eis misericorditer praeparauit sacramenta, quibus possunt saluari. Vbi notandum quod hic per opera Dei, qui educens filios Israel de Aegypto mare conuertit in aridam. (Exo. 14. vt secutum accessum haberent ad terram promissionis, vult intelligere sacramentum penitentiae, quo de Aegypto liberati ad terram promissionis aeternae deducimur. Nota ergo quod sacramentum penitentiae recte maris appellatur nomine. Quoniam mare ab amaritudine dicitur, quia aquas salvas & amaras habet. Similiter & penitentia dicitur mare, quia aquas lachrymarum amaras & contritionis emittit, dum per ipsum homo amaricatus ex peccatis, seipsu punit quod valde amarum sensualitati videtur, vt merito penitentia dicatur illud mare, de quo Iosue. 12. Mare deserti, quod est mare salissimum. Dicitur enim penitentia mare deserti, quia per illam homo deserit mundum, quinimmo etiam & corpus propriu, dum ipsum flagellis arserit. Dicitur etiam mare salissimum propter amaritudinem poenae quam continet, vt merito penitentia sit figurata per illud mare aeneu, quod Salomon ante introitum templi posuit, de quo. 3. reg. 7. Vbi dicitur quod Salomon fecit mare aeneu habes decem cubitos in latitudine, & quinque in altitudine, tres digitos in spissitudine, q. erat inferi? strictum &

Matt. 23. v. 12.

Matth. 3.

Psal. 11.

Iosue. 3.

Incog. Tom. j.

& latum superius ad modu calicis, & duodecim boues aenei illud sustinebant: quod erat figura sphaerica: & istud mare posuit ante templum a latere dextro, in quo sacerdotes lauabant manus suas & pedes, quando templum intrabant. Recte istud mare significat sacramentum penitentiae, & eius condiciones, si aspicias ipsius maris formam & materiam. Primum illud mare erat aeneum. Aes enim inter omnia metalla, est maxime sonorum. Ex quo significatur quod penitentia ultra amaritudinem de peccato habitam intrinsecus, extrinsecus debet esse sonora per vocalem confessionem: quia prouet. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Si autem vis videre de quibus penitentiam agere debes, attende istius maris formam. Habebat enim decem cubitos in latitudine, ad denotandum quod penitens debet considerare decem praepcepta, & qualiter illa transgressus est, & de illis confitetur & contritionem habere. Apoc. 2. Habebitis tribulationem decem diebus. id est, propter decem praepcepta transgressa. Item habebat quinque cubitos in altitudine, ad denotandum quod penitere debes de quinque sensibus corporalibus non bene custoditis, & per illos Deo satisfacere. Item habebat tres digitos in spissitudine, ad denotandum quod tribus modis debes penitere. scilicet corde per contritionem, ore per confessionem, opere per satisfactionem. Item istud mare duodecim boues sustentabant, ad denotandum, quod verus penitens debet esse perfectus in fide, quae per duodecim articulos distinguitur. Illos enim articulos debet supponere verissimos: & ipsos non velle discutere per naturales rationes: sicut adificium domus fundamenta supponit. Item istud mare erat figura sphaerica, quae angulis caret, ad denotandum quod penitentia debet fieri simul de omnibus peccatis, & non habere angulos: in quibus sordes referuatur. Vnde sicut figura sphaerica nullu habet angulum, in quo aliquid possit abscondi: sic vera penitentia omnia in clarum per confessionem prodere debet. Istud mare erat latum superius, & strictum inferius: quia verus penitens totum cor suum debet habere apertu & latum superius erga Deum, strictum autem & clausum inferius erga mundum: vt scilicet per suam penitentiam soli Deo placere velit, non mundo. Ecce ergo quam proprie per mare fabricatum a Salomone sacramentum penitentiae designatur. Sicut ergo sacerdotes templum intrare volentes, prius in isto mari lauabantur: sic quilibet templum gloriae volens intrare, prius per sacramentum penitentiae purgari debet. Matth. 3. Penitentiam agere, appropinquabit enim regnu caelorum. Ad propositum ergo Deus mare conuertit in aridam, quando per sacramentum penitentiae hominem deducit ad aridam, scilicet terram viuientium. Quod ideo dicit, vt omnes gentes per sacramentum penitentiae deducat ad fidem ecclesiae. psalm. 21. Conuertentur ad dominum vniuer si fines terrae. In flumine pertransibunt pede. Hoc ad literam fuit quando siccauit dominus aquas fluminis Iordanis, & populus omnis pede sicco transiuit. Iosue. 3. Fit autem spiritualiter, quando credentes in Christum, & verè penitentes mundu continendo, facilius transiunt ad patriam. Quid enim per fluuium nisi vita praefens designatur,

quae continet in quodam fluxu consistit? quem transeunt pede: qui solum habentes alimenta, & quibus tegantur, sunt contenti, non quarentes gaudium in mundo, sed solum in vero Deo. Ideo subdunt. Ibi latibimur in ipso. id est, dum pede transibimus mundi flumen, non in ipso mundo latibimur, sed in Christo, scilicet Deo qui conuertit mare in aridam, quia in ipso latari debemus, non in mundo. psal. 31. Latamini in domino, & exultate iusti.

Psalm. 31.

Qui dominatur in virtute sua in aeternum, oculi eius super gentes respiciunt, qui exasperant, non exaltentur in semetipsis.

1029.

Hic consequenter inducit gentes ad fidem ex consideratione diuinae potentiae. Tanta enim est diuina potentia, quod non solum subiicit corpora, sed & corda interiora immutat ad libitum, illos interiora quos vult docet & illuminat, & conuertit ad bonum, quod nulla creata potentia facere potest, quae solum ad corpora, non se extendit ad corda. Vnde Grego. ait. Voce sua Deus foris per apostolos insonat, sed corda auditorum per semetipsum interiora illustrat, Paulo attestante qui ait. Ego plantauit, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, nec qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Et Chrysostomus super matth. c. 23. super illo verbo Nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester &c. dicit. quasi dicat. Nolite vocari rabbi, ne quod Deo debetur, vobis praesumatis. Nolite & alios vocare rabbi: ne dominium, honorem hominibus deferatis. Vnus est enim magister omnium, qui omnes homines docet interiora. Si enim hominem homo erudit: omnes homines naturaliter discerent, qui haberent doctores. Nunc autem, quia non homo docet, sed Deus: multi quidem docentur, sed pauci discunt. Homo enim docendo, non praestat intellectum homini, sed a Deo praestitum per admonitionem exercet. Ex quibus patet quod potestas Dei in hoc superat hominis potestatem: quod Deus quando vult intellectum & voluntatem hominis immutat: quod homo facere non potest. Habet ergo Deus potestatem conuertendi gentes: habet & voluntatem: ergo & sic facit. Et hoc est quod hic dicit psal. primo quoad potestatem, dicens. Qui dominatur in virtute sua in aeternum. quasi dicat: dominium Dei est aeternu: ergo infinitum. Et sic quicquid vult per ipsum fieri: ipse facere potest. Vnde Deo dicitur. Non est qui tuae possit resistere voluntati. Quo vero ad voluntatem subdit. Oculi eius super gentes respiciunt. Quid enim est respicere Dei, nisi velle nobis misereri? Vide supra versiculo. 863. Oculi ergo domini super gentes respiciunt: quia eis misereri, & ad fidem decreuit conuertere. Istum respectum diuinae misericordiae postulabat psal. 85. dicens. Respice in me, & miserere mei. Ex quibus patet quod de se vel genere suo vel viribus suis nullus praesumere debet, sed solum de Dei misericordia. Propter quod subdit. Qui exasperant non exaltentur in semetipsis. Et hoc dicit contra iudaeos, qui suis peccatis exasperabant dominu, & ad iram prouocabant. Ipsi ergo non exaltentur in semetipsis. i. no in genere suo, no in carnalib. obseruatiis &c. Non in lege sibi data: quia haec non habuerunt

Grego. 27. mor. c. 17.

1. Corint. 3.

Chrysost. Deus solum mentem immutat, non homo.

Ester. 15.

Psalm. 85.

R r suis



fuis meritis, sed mera gratia Dei. Si ergo ex his vo-  
lunt exaltari, in domino gloriantur, non in semet  
ipsis. Exaltatur enim in semetipso, qui bona sibi  
à Deo collata sibiipfi tribuit, non Deo.

1030. **Benedicite gentes Deum nostrum  
& auditam facite vocem laudis eius.**

*Aduersitas  
penitentia.*

Hic consequenter psalmista suo exemplo nos  
docet in aduersitatibus habere patientiam. Et  
quantum ad hoc duo facit. Quia primò ostendit  
quòd in aduersis Deum debemus laudare. Secun-  
dò quòd in aduersis nos ipsos Deo debemus im-  
molare, ibi. *In iurobo in domum tuam.* Prima in duas  
quia primo ex aduersis ostendit debitam Deo lau-  
dem. Secundò ad hoc multiplicem assignat rati-  
onem, ibi. *Qui posuit.* Quantum ad primum no-  
tandum quòd gentes non ducuntur ad fidem  
nisi per asperitatem penitentiae & contritionis,  
quæ sensualitati non modicum aduersantur, in  
tantum quòd multi conuerti differunt, vt asperi-  
tatem euadant penitentiae. Cum enim plus dili-  
gatur voluptas propria, quàm teporalis sensus vel  
pecunia, & dilectio pecuniae ne ipsa deficiatur,  
multo à conuersione ad fidem retrahatur, vt patet  
de Iudeis: ergo multo fortius multi retrahuntur,  
ne voluptates suas perdant, quas fides Christi  
non admittit. Tales ergo hortatur psal. vt peni-  
tentiae asperitatem non timeant, dicens eis. *Bene-  
dicite gentes Deum nostrum.* q. d. In amaritudine peni-  
tentiae non debetis murmurare, sed Deum bene-  
dicere qui vos de tenebris vocauit in admirabile  
lumen suum. Similiter hoc dicitur cuilibet pec-  
catori, qui per penitentiam de peccato conuer-  
tatur ad Christum. Dicat ergo talibus. *Benedicite  
gentes Deum nostrum.* quasi dicat. Benedicite Deum  
corde. Psal. 102. Benedic anima mea domino, &  
omnia interiora mea nomen sanctum eius. Bene-  
dicite opere, eius praecepta obseruando. psal. 102.  
Benedicite domino omnes virtutes eius, ministri  
eius qui facitis voluntatem eius. Benedicite voce  
Tob. 4. Omni tempore benedic Deum, & pete ab  
eo vt vias tuas dirigat. Et non sufficit Deum be-  
nedicere: nisi etiam ad hoc idem inducamus pro-  
ximos. Ideo subditur. *Auditam facite vocem laudis  
eius.* id est, secundum glo. aliis palam facite: vt qui  
diligit Deum diligat & proximum, ei annuncian-  
do quod vtile est. Et hinc est quod clerici Deum  
benedicunt alta voce in ecclesiis, vt proximis lau-  
dem Dei notam faciant. Propter quod dicitur  
psal. 133. Ecce nunc benedicite dominum omnes  
serui domini. Qui statis in domo domini &c.

*Psalm. 102.*

*Psalm. 102.*

*Tobia. 4.*

*Psalm. 133.*

1031.

**Qui posuit animam meam ad vi-  
tam, & non dedit in commotionem  
pedes meos.**

*Aduersitas  
suspensio.*

Hic assignat multiplicem rationem laudandi  
Deum in aduersis. Primò quia aduersa hominem  
uiuificant, in principio. Secundo hominem puri-  
ficant, ibi. *Quoniam probasti.* Tertio hominem hu-  
miliant: ibi. *Induxisti nos.* Quarto hominem refrig-  
erant, ibi. *Transuimus.* Primò ergo aduersa homi-  
nem viuificant. Vita enim interioris hominis est  
ipsa gratia, qua uiuit anima, quæ per aduersa ac-  
quiritur & conseruatur. Sic enim Paulus ad vitæ  
gratiæ vocandus, primò prostratus fuit & exceca-

tus, sic & Petrus prius lachrymis respersus, sic  
& latro prius suspensus in patibulo: & sic de alijs  
Vnde Greg. dicit, quòd aduersitatibus inexpecta-  
nunquàm fuit aliquis iustus. Cuius ratio est. Quia  
aduersa magis conseruant animam in statu gra-  
tiae, quam prospera: propter quod in canone dicitur,  
quòd aduersitas bonorum non est argumen-  
tum reprobationis ipsorum, sed magis virtutis. 7.  
q. 1. aduersitas. De hoc vide versiculū. 19. Et hoc  
innuit hic psal. dicens. *Qui posuit.* scilicet per aduer-  
sa animam meam ad vitam: vt scilicet sibi non mihi  
viam. Sed quia talis vita gratiae sine persecutan-  
tia finaliter non proficit: quæ à solo Deo habetur  
ideo subdit. *Et non dedit in commotionem pedes meos.*  
Commouere enim aliquid, est illud à loco vel à  
statu suo totaliter remouere. Sic enim commoue-  
tur peccator quando de statu peccati ad statum  
gratiæ reducitur. Sic enim dicitur Psal. 59. Com-  
mouisti terram, & conturbasti eam &c. Quod i-  
deo sic dicit: quia conuersio peccatoris, licet non  
sit sine libero arbitrio: principaliter tamen est à  
Deo. Hiere. 31. Conuerte me domine, & conuer-  
tar: quia tu es dominus Deus meus. Consimiliter  
commouetur iustus: quando de statu gratiae ruit  
in peccatum, quod facere dicitur Deus permissi-  
uè. Sed electos suos finaliter sic commoueri non  
permittit, quia ipsos inhabitat. psal. 45. Deus in  
medio eius non commouebitur, adiuuabit eam  
Deus. scilicet, ne commouatur. Et hoc notans  
psal. in persona omnium electorum quibus dat  
Deus finalem persecucionem, dicit. *Et non dedit  
in commotionem pedes meos.* Per pedes accipe vires  
interiores, quibus interior homo portatur.

*Greg. 3. mor.  
ca. 11.*

*7 q. 1. aduer-  
sitas.*

*Commoti.*

*Psalm. 59.*

*Hiere. 31.*

*Psalm. 45.*

1032.

**Quoniam probasti nos Deus,  
igne nos examinasti, sicut examinatur  
argentum.**

*Aduersitas  
purificatio.*

Hic adducit secundam rationem, scilicet: quia  
aduersitas hominem purificat. Nam vt ait Greg.  
super illo verbo Iob. 23. Probauit me quasi aurum,  
quod per ignem transit. Aurum quippe in fornace  
per ignem transiens, ad naturam suam claritatem  
proficit: dum sordes admittit. Quasi ergo aurum,  
quod per ignem transit, anima iustorum proban-  
tur, quibus per exultiones tribulationis, & subtra-  
huntur vitia & merita auerantur. Et hoc est quod  
dicitur psal. 16. Probasti cor meum &c. Igne me  
examinasti & non est inuenta in me iniquitas.  
Vbi notandum. Nam vt ait Vicentius lib. 8. spe-  
culi naturalis. Aurum in ignem ponitur propter  
tria, scilicet ad purgandum, ad fabricandum, & ad  
examinandum. Sic & electos suos in ignem ad-  
uersitatis Deus ponit. De quibus dicitur Sapien-  
3. Tanquam aurum in fornace probauit electos  
dominus &c. Primò vt purgantur. Vbi sciendum  
quòd vt dicit Plinius libro trigesimo tertio. Aurum  
cum plumbo coquitur, sic & electi purgandi per  
igne tribulationis & aduersitatis. Nā plumbū gra-  
uitatem significat peccatorum: quod admixtum  
confert purgationem: quia si ille qui est in aduer-  
sitate positus, consideret quam graua sunt pecca-  
ta pro quibus patitur: omnia tollerabit patienter.  
Constat enim grauitatem peccati maiorem esse  
grauitatem poenae. Qui igitur voluit & sciuit ferre  
grauitatem peccati, multò fortius potest grauitatem  
ferre poenae: propter quod dicit Martialis. *Qui  
sua*

*Psalm. 16.*

*Aurum.*

*Sapien. 3.*

*Plinius lib. 33.*

*Martialis.*

sua meritis pondus ferre potest. s. aduersitatis. Pa-  
tientia autem ad purgationem multum valet.  
Vnde numeri. 31. Quod potest transire per flam-  
mas, igne purgabitur. Secundò aurum vel argen-  
tum in ignem mittitur: vt fabricetur. Est autem  
Deus pater faber qui fabricatus est aurorā & so-  
lem. Vnde de filio dicitur Marc. 6. Nonne hic est  
filius fabri. Vterque autem istorum assidue fabri-  
catur in auro isto. s. in nobis. Ioan. 5. Pater meus  
vsque modo operatur, & ego operor. Et hoc ad  
fabricandam, vt formam habeant conuenientem  
varijs virtutibus ornatam. Et ideo aurum istud  
semper est in igne tribulationis: vel prope Ecce.  
38. Vapor ignis vrit carnes. Et ideo si quis nun-  
quam ad istum ignem applicatur, signū est repro-  
bationis. Et quanto amplius applicatur, signum B  
maius est electionis. Ab aduersis ergo remoti, au-  
rum reprobum esse dicuntur Hiere. 6. Aurum re-  
probum vocauit eos. Vnde Ambrosius super beati  
immaculati, dicit. Fortasse cum persecutionem  
non patimur tanquam condemnati habemur. Nā  
cum diffinita sit sententia, quòd omnes qui pie  
volunt viuere in Christo, persecutionem patiun-  
tur: videtur quòd is qui persecutione nō patitur,  
abdicatus est, eo quòd non sit pie intentionis in  
Christo. Vnde solum electi dicere poterunt illud  
quod hic sequitur. Transuimus per ignem & a-  
quam & eduxisti nos in refrigerium. Tertiò aurū  
in igne mittitur ad examinandū & probandū. Con-  
stat enim quòd ignis in sua sphaera est quasi me-  
dium inter corpora caelestia & inferiora: & licet  
vtrifque coniungatur, tamen ipsum cælū ab ipso  
nō alteratur, quoniā est corpus impassibile. Cor-  
pora autē inferiora cū sint passibilia, oia ab ipso al-  
terantur. Et ideo si ignis aliquid corpus alteret,  
& ad corruptionem disponat, aperta probatio est,  
quòd illud non est de natura corporum caelestiu:  
propter quod & stellæ quæ videtur per aerē dif-  
currere, nō sunt stellæ caelestes, sed quidā vapores  
terrestres, qui ab igne inflāmantur & cōsumun-  
tur. Sic est de aduersitate & tribulatione, quæ quā-  
uis cōtingat tā bonis quàm malis: tamē per ipsam  
mala alterantur, & ad corruptionem disponunt:  
quia vel cōtra Deū murmurant, vel sua mala nō  
corrīgunt. Econtrario autem est de bonis. Et ideo  
mali quāuis luceāt ad rēpus corā hominibus: nō  
sunt tñ caelestes, sed terrestres. Boni autē vt aperte  
probatur, sunt caelestes. Vnde Augu. dicit, q̄ sicut  
sub vno igne aurū rutilat, palea fumat &c. Ita vna  
eadēq; vis irruens, bonos probat & purificat, ma-  
los autē obscurat & dānat: vnde in aduersitate ma-  
li blasphemāt Deū & detestantur: boni autē ipsū  
laudant. Et sic non interest, qualia aduersa quis  
patiat: sed qualis quisq; patiat. Hæc Augu-  
stus. Huius figura habetur Dan. 3. de igne fornacis  
Chaldeorum, qui malos combussit: sed bonis oc-  
casionem tribuit Deum benedicendi. Et hæc om-  
nia considerans hic psal. dicit. *Probasti nos Deus,  
igne nos examinasti &c.* q. d. secundum glo. Ignem  
aduersitatis nobis applicando non in cinerem E  
vertisti nos, sed peccatorum sordes abstulisti.

*Psalm. 31.*

*Psalm. 73.*

*Marc. 6.*

*Eccl. 38.*

*Hiere. 6.*

*Ambrosius.*

*Aug. de ci-  
uitate Dei.*

*Dan. 3.*

*Aug. de ci-  
uitate Dei.*

*Aug. de ci-  
uitate Dei.*

*Dan. 3.*

*Aug. de ci-  
uitate Dei.*

*Dan. 3.*

*Aug. de ci-  
uitate Dei.*

1033.

*De pa. dist.*

*Aduersitas  
humiliatio.*

**Induxisti nos in laqueum, posuisti  
tribulationes in dorso nostro, im-  
posuisti homines super capita nostra.**

Hic ostendit tertio quòd aduersitas nos hu-  
Incog. Tom. j.

miliat. Sic enim Apostolo Paulo ad custodiam  
humilitatis datus est aduersans stimulus carnis.  
Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus  
est mihi stimulus carnis meæ &c. Vbi glo. Cæte-  
ra vitia tantum in malis factis valent, superbia  
vero sola in rectè factis cauenda est. Cum enim  
quisque benè profecerit, superbia tentatur, vt  
perdat totum profectum. Non itaque mirum si  
contra capitale virium Apostolus appositum si-  
bi dicit mordax epithema: quo tumor curaretur.  
Quomodo securus agnus egredietur, vbi aries sic  
periclitari metuit: &c. Et Grego. dicit. Superna  
dispensatione nobiscum agitur, cum fatigamur  
aduersis: quia cum proficimus infirmitatis nostræ  
obliuiscimur. Ideo aduersis tangimur, vt cum  
profectu nostro quid de dñno munere, & quid  
de proprijs viribus scimus cognoscimus. Quæ  
aduersitas profectū nos ad plenum raperet: nisi  
dispensatio superna seruariet. Sed pulsata, nec fran-  
git, impellit, nec mouet, contrahit nec deicit, vt  
de nostra infirmitate sentiamus esse, quòd quati-  
mur, & de diuino munere esse quòd stamus. Et  
quia sæpe anima alicuius boni sibi conscia, cum  
virtutes suas sibi ad memoriam reuocat, quadam  
delectatione pascitur: & quasi gratulatione pro-  
pria plenitudinis impinguatur. Et ideo qui nos  
alicuius esse momenti bona nostra pensando cre-  
didimus, pulsati paulo amplius nos perituros for-  
midamus. Tunc omne bonorum nostrorum gau-  
dium vertitur in pauorem poenarum. Tunc ini-  
quos nos esse deprehendimus, qui paulò ante  
sanctos nos omnes credebamus. Tabetis mens,  
stupescunt oculi, omne quod prius prosperum  
aridebat euanesceit &c. Sic igitur consimiliter  
nunc psalmista, aduersa nobis à Deo immissa  
ad humilitatem ostendit, dicens. *Induxisti nos  
in laqueum.* scilicet, quoad aduersitates capti-  
uitatum. Non quidem vt moremur, sed vt  
inde liberati misericordiam tuam expitemur. *Pos-  
uisti tribulationes in dorso nostro,* quoad aduersita-  
tes flagellorum quæ in dorso nostro ponuntur:  
vt male per superbiam erecti, per humilitatem  
curuemur. Sic Romanis mulieribus ordinauit  
beatus Gregorius vt caput inclinatum portarent  
ad terram, & magnum scutum variæ ornatum la-  
pidibus præciosis portarent in dorso: vt vi pon-  
deris semper curuata, cernerent terram. *Imposu-  
isti homines super capita nostra.* scilicet quoad aduer-  
sitates persecutionum & occisionum & duræ ser-  
uitutis, multotiens enim patimur superiores ty-  
rannos quos nouimus esse peiores. Quæ omnia  
aduersitatis genera ad humiliandum nostram  
presumptionem Deus immittit. Et hoc est quod  
dicitur prouer. 12. Meor in corde viri humili-  
uit eum. Et psalm. 43. Humiliaisti nos in loco af-  
flictionis. Et de hac materia vide ibi supra versi-  
culo. 727.

*2. Corint. 12.*

*Aduersitas  
multum pro-  
fici.*

*Greg. 23. mo.  
c. 24.*

**Transuimus per ignem & aquam, 1033.  
& eduxisti nos in refrigerium.**

Hic ponitur quarta ratio. s. quia aduersitates  
refrigerium præstant. Vbi nota q̄ refrigerium idē  
est quòd requies & consolatio. Nam secundum  
grammaticos, frigero. ras. idem est quòd recreare.  
quietare, & cōponē cū re. & dicitur refrigerio. ras  
R. r. 2 idem

*Refrigerium.*



nuptias filio suo, & misit seruos suos vocare inui-  
tatos, dicens. Venite ad nuptias. Quod cum fa-  
ctum esset, inuitati neglexerunt: unde vnus iuit  
in villam suam, alius ad negociationem suam &c.  
Illi ergo qui nunc sunt inuitati ad cenam Chri-  
sti bona hora, vt parent se per confessionem: si ne-  
glexerint & mundi negotiis se implicauerint: in  
die iudicij non recipientur, sed illis dicetur. Ite in  
ignem æternum. Venite ergo & adoremus & pro-  
cidamus ante dominum: vt nobis tunc dicat. Ve-  
nite benedicti patris mei &c.

1038.

**Ad ipsum ore meo clamaui, & ex-  
ultauit sub lingua mea.**

Clamor ora  
tionis.

Hic à Deo se exauditum indicat. Superius e-  
nim dixerat se meriturum quanta Deus fecerat  
animæ suæ. Et dicere incipit, dicens. *Ad ipsum ore  
meo clamaui.* Vbi notandum quodd clamor oratio-  
nis deu orat à Deo est principaliter: quia Deus sua  
gratia præuenit clamorem nostræ orationis, inspi-  
rando voluntatem orandi: & sic: antequam cla-  
memus nos exaudit. Et hoc notabat psal. 16. di-  
cens. Ego clamaui quoniam exaudisti me Deus.  
Sic ad propositum psal. hic dicit à Deo hoc sibi  
esse factum: quod ipse orando clamaret ad Deum,  
q. d. secundum glo. Hoc animæ meæ fecit Deus  
vt clamarem ad ipsum: cum gentes ad idola sur-  
da & muta clament. Et aliud etiam fecit mihi. sci-  
licet quodd *Exultauit sub lingua mea.* Sub lingua  
enim esse dicitur cor: quia antequam verbum ad  
linguam procedat: manet in corde: & ex corde  
procedit ad linguam. Dicit ergo. *Et exultauit sub  
lingua mea.* q. d. Hoc etiam fecit mihi: quodd illud  
quod ore loquor scilicet orando, clamando, ipsum  
laudando prius intus habeo in corde. Duo ergo  
dicit sibi fecisse Deum, scilicet quodd clamaui quodd  
exultauit. Et est sensus. *Clamaui.* i. ipsum publicè  
prædicaui. *Et exultauit sub lingua mea.* i. in secreto  
ipsum confessus sum cordis mei: quia quod in ore  
hoc in corde habeo. In his enim duobus perfe-  
ctio Christiani consistit.

Exultatio  
cordis.

1039.  
De conse. di.  
1. quoniam.

**Iniquitatē si aspexi in corde meo:  
non exaudiet dominus.**

1039.  
De conse. di.  
1. quoniam.

Hic ostendit quid orationem impediatur. si ipsa  
cordis malitia, & iniquitas. Quando enim oratio  
à corde procedit immundo: à Deo exaudi non me-  
retur. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes ve-  
stras, non exaudiam vos: manus enim vestras, ple-  
næ sunt sanguine. Quod declarans Greg. super il-  
lo verbo Job. 11. Tunc leuare poteris faciem tuā  
ad Deum sine macula dicens. Interna facies ho-  
minis mens est: in qua nimirum cognoscimur ab  
auctore nostro, vt ab ipso diligamur. Quam scilicet  
faciem leuare est ad Deum per studium ora-  
tionis animam attollere. Sed eleuaram faciem  
macula inquinat, si intendentem mentem reatus  
sui conscientia accusat: quia à spei fiducia proxi-  
mus frangitur, si intenta precibus culpæ memoria  
mordetur: diffidit nanque accipere se posse quodd  
appetit: quæ profecto reminiscitur nolle se adhuc  
facere, quod diuinitus audiuit. Hinc per Ioannem  
dicitur. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fi-  
duciam habemus apud Deum, quodd quicquid  
petierimus ab eo, accipiemus. Hinc Salomon ait

Oratio man-  
da. debet esse.

1. Ioan. 3.

Qui auerit faciem suam ne audiat legem, ora-  
tio eius erit execrabilis. Cor quippe nostrum in  
petitione nos reprehendit, cum resistere se præ-  
ceptis eius, quem postulat meminit. Et oratio fit  
execrabilis, cum à censura auertitur legis: quia di-  
gnum profecto est, vt ab eius beneficiis sit quis-  
que extraneus, cuius nimirum iussionibus non  
vult esse subiectus. Vt ergo ad orationem sine ma-  
cula facies leuetur: ante orationis tempora sem-  
per debet sollicitè conspici quicquid potest in o-  
ratione reprobari. Consimilem sententiam nunc  
ponit psal. dicens. *Iniquitatem si aspexi in corde meo,  
non exaudiet dominus.* Non enim hæc dicit iustus  
secundum glo. quodd iniquitas ei non suggeratur,  
sed non amatur. Et est, *si iniquitatem aspexi in  
corde meo.* id est, si dilexi iniquitatē in corde meo.  
Multi enim apud se amant, quod in aliis dant.

**Propterea exaudiuit Deus, & atten-  
dit voci deprecationis meæ.**

Per locum enim à contrariis? si iniquitas est  
causa, quare oratio non exauditur, consequens  
est, quodd puritas cordis orationem faciat exaudiri  
Et hoc est quodd dicit. Propterea exaudiuit Deus  
&c. scilicet quia iniquitatem in corde non dilexi.

**Benedictus Deus, qui non amouit  
orationem meam, & misericordiam  
suam à me.**

Hic ostendit quid orationem facit exaudiri, si  
perseuerantia. Non enim proficit bene incipere  
nisi adsit perseuerare. Deus autem sicut homini  
inspirat principium orationis, sic & dat perseue-  
rantiam orandi. Et hoc est quodd dicit. *Benedictus  
Deus qui non amouit orationem suam à me.* quasi di-  
cat, sed perseueranter me fecit orare, vt scilicet in  
oratione non tepescam, sed orem. perseueranter  
Et quia donū perseuerantiæ in bono, est ex magna  
Dei misericordia. Ideo subdit. *Et misericordiā suam  
à me.* quasi dicat. Ideo orauit perseueranter, quia  
misericordiam suam mihi perseuerantem dedit.  
Vel aliter: quia perseueranter orauit, ideo mise-  
ricordiam eius impetrauit. Perseuerantia enim o-  
rationis, facit impertare quodd homo postulat: vt  
apparet in parabola quam Christus posuit Lucæ  
11. dicens. Quis vestrum habebit amicum &c. Se-  
quitur. Ille si perseuerauerit pulsans: dico vobis,  
surget & dabit illi quotquot habebit necessarios  
De bono autem perseuerantiæ vide superius ver-  
siculo. 844.

PSALMVVS LXVII.

**Deus misereatur nostri & benedi-  
cat nobis illuminet vultum suum  
super nos & misereatur nostri.**

Iste psalm. talem habet titulum. *In finem in hym-  
nis psalm. cantioi David.* Iste psal. historiam pro fun-  
damento non habet, sed est quædam oratio, qua  
Dei postulatur beneficia, & de receptis gratia-  
rum actio. Vnde dicunt aliqui quodd iste psalm. est  
quædam gratiarum actio pro fertilitate cuius-  
dam anni. Iudæi enim recolletis fructibus con-  
ueniebant

1043.

ueniebant in Hierusalem in mēse Seprembri, qui  
mēsis erat quasi festū tubarū tot⁹ festi⁹. Quoniā  
in illo mēse erat festū expiationis, & festum taber-  
naculorū, & festum cætus seu collectæ, vt habe-  
tur I. eui. 23. Et quando annus fuerat fertilior so-  
lito, tunc fiebant illa festa sollempniori, & pro gra-  
tiarum actione aliquod certum canticum decan-  
tabantur domino. Dicitur ergo quodd David istū  
psal. fecit pro gratiarum actione, quando annus  
esset fertilior solito. Et sic secundum sensum. liti-  
ralem. Iste psal. diuiditur in duas partes. Quia pri-  
mò David huius fertilitatis ponit implorationē.  
Secundo pro fertilitate habita ponit gratiarum  
actionem. ibi. *Confiteamur ei.* Dic vt. N. Quātum  
vero ad intellectum propheticum, notandū quodd  
iste psal. misericordiam & benedictionem petit,  
qua genus humanum redimatur scilicet, filij in-  
carnationem per quam omnes gentes erant bene-  
dicendæ, sicut promiserat Deus Abrahæ Gen. 12.  
dicens. In te benedicentur vniuersæ cognationes  
terre. Est ergo sensus tituli talis. *Psal. iste dirigens  
nos in finem scilicet, in Christum est cantio.* quia  
hic est exultatio de Christi incarnatione. Et est in  
hymnis. id est, in laudibus Christo exhibēdis. Quā-  
rum ergo ad istum intellectum, psal. iste diuiditur  
in partes tres. Quia primo petit gratiam, vt videat  
Christi incarnationem. Secundo ex hoc gentes  
vocat ad gratiarum actionem. ibi. *Confiteamur.* Ter-  
tiò ostendit ex Maria Christo factam generatio-  
nem. ibi. *Confiteamur.* Prima in duas, quia primo  
petit lumen gratiæ, quo eius intellectus perlustrer-  
tur. Secundo petit gratiam, qua Christus incarna-  
tus ab eo cognoscatur. ibi. *Vt cognoscamus.* Quan-  
tum ad primum notandum quodd misericordiam in  
Deo non ponit passionem sicut in nobis: sed solū  
notat voluntatem subleuādi miserias nostras. (su-  
pra ver. 55.) quodd facit suam benedictionem no-  
bis conferendo. Et sic tunc nobis miseretur quā-  
do nobis benedicit id est, bona tribuit. Dicit er-  
go. *Deus misereatur nostri.* scilicet bona nobis dan-  
do, ideo subdit. *Et benedicat nobis.* Aduertendum  
ergo quodd inter omnia fidei mysteria incarnatio  
nis diuinæ mysterium est profundioris intelligē-  
tiæ, vt puta intelligere quomodo Dei verbum as-  
sumpsit naturam humanam, & non personā, quo-  
modo persona diuina assumpsit naturam nostrā,  
& non natura diuina naturam nostram, & huius-  
modi. Et ideo ad istā intelligēdiā, requiritur quodd  
intellectus noster à Deo lumine fidei perlustretur.  
Psal. ergo hic de ipsa incarnatione agens, pri-  
mo petit à Deo illuminari per ipsius Dei benedi-  
ctionem. Nam Dei benedictio summè intellectu  
eleuat ad cognitionem diuinitatis. In cuius figu-  
ram Iacob habita Dei benedictione, statim cogno-  
uit Deum sibi præsentem, quem ante ignorabat.  
Gen. 28. Dixit dominus ad Iacob. In te benedicē-  
tur omnes tribus terræ, sequitur. Cunque euigi-  
lauerit Iacob ait. Vere dominus est in loco isto, &  
ego nesciebam. Sic etiam post angelus dixit ad  
Iacob. Dimitte me, at ille. Non dimittam te, nisi  
benedixeris mihi, & benedixit eum in eodem lo-  
co. Statim post benedictionem illuminat⁹ Iacob  
dixit. Vidi dominum facie ad facie. Vt ergo intel-  
lectus illuminetur ad cognoscendum incarnatio-  
nis mysterium, psal. benedictionem Dei postulat  
dicens. *Deus misereatur nostri & benedicat nobis: il-  
luminet vultum suum super nos.* id est, benedicens  
illuminabit. Item notandum quodd aliter benedi-

Incarnatio  
genuitio  
Dei.

Gen. 28.

1042.  
De ps. dñi.  
1. serpenti.

cit creator creaturæ, aliter & e contrario. Nā crea-  
tor benedicit creaturæ ipsam multiplicando nu-  
mero & merito. Creatura autem benedicit crea-  
tori, ipsum corde voce, & opere laudando, & om-  
ne bonum quodd habet ipsi ascribendo. Item no-  
tandum quodd aliqua est Dei benedictio, quæ cō-  
muni est bonis & malis, vt benedictio tempora-  
lium rerum, in diuitiis, filiis &c. Et ista est bene-  
dictio sinistra, quæ indifferenter bonis datur &  
malis. Si enim solum bonis daret Deus bona se-  
culi, putaret malus propter hoc Deum esse colē-  
dum, quodd si solis malis daret, timeret infirmus  
ad Deum conuerti, ne ista sibi deessent. Sicut mul-  
ti Iudæi ad fidem timent cōuerti ne sua temporalia  
perdant. Dat ergo ista Deus bonis, vt consoletur  
inrantes, dat malis, vt discant boni quærere alia,  
non communia malis. Tollit ea à bonis, vt probet  
se fortes. Tollit ea à malis, vt infirmus non timeat  
perdere quæ perdit malus, cui nihil remanet in-  
tus, hic vero si persistat, habet intus quo conso-  
letur. Ecce cur ista dantur vel tolluntur bonis &  
malis. Alia autem est benedictio solis bonis com-  
petens: qua scilicet, anima per Dei gratiam illu-  
minatur. Et istam petit psal. dicens. *Benedica: nobis  
illuminet vultum suum super nos.* id est, ostēdat Deus  
pater filium suum nobis scilicet, claritatem filij  
sui, qui est vultus patris, quia per ipsum cognosci-  
tur pater.

**Vt cognoscamus in terram viam  
tuam: in omnibus gentibus salutare  
tuum.**

Hoc petit in singulari gratiam, vt ab eo Chri-  
stus cognoscatur. Vbi sciendum quodd quamuis  
æterna Dei sapientia sit incōmutabilis, quia Deus  
est, ipsa tamen ratione humanitatis assumpta mu-  
tabilis fuit, & ad nos venit quando nostram hu-  
manitatem accepit. Et sic via Dei ad nos fuit eius  
incarnatio. Quodd ostendit Greg. super illo verbo  
Job. 28. Deus intelligit viam eius, & ipse nouit lo-  
cum illius, dicens. Hæc cœterna Dei sapientia a-  
liter habet viā, & aliter hēt locū. Locū vero si  
intelligat nō localē: nā teneri corporaliter vel lo-  
caliter nō potest Deus. Sed (sicut dictū est) locus  
intelligitur non localis. Locus sapientiæ pater est  
locus patris sapientiæ est, sicut ipsa sapientia dicit.  
Ego in parte & parte in me est. Aliter ergo hæc  
sapientia habet viam, aliter locum. Viam habet  
per humanitatis transitum, locum vero per statū  
diuinitatis. Inde enim non transit vnde cœterna  
est. Sed inde transit, vnde propter nos apparuit  
temporalis. Sic namque in euangelio scriptum  
est. Quia egrediens dominus à hierico transiit.  
Duo autem cæci sedentes secus viam, clamaue-  
runt: dicentes. Domine miserere nobis fili David.  
Ad quorum vocem (sicut illic scriptum est) stetit  
Iesus & lumen reddidit. Quid est autem transeū-  
do audire, stando lumen reddere, nisi quodd huma-  
nitatem suam nobis miseretur est, qui per diuini-  
tatis suæ potentiam à nobis mentis nostræ tene-  
bras exclusit: quæ enim propter nos natus & passus  
est, quodd resurrexit, ascendit in cœlis, quasi tran-  
siit Iesus, quia nimirum hæc actio est temporalis  
Sed, stans nos tergit & illuminauit, quia non fi-  
cut illa dispensatio verbi temporalis, ita verbi æterni-  
tas transit, quæ in se manēs innouat omnia. Stare  
enim

1043

172. Christo  
est incarna-  
tio.

Greg. 19.  
no. c. 2.

Ioan. 4.

Mar. 10.



enim Dei est incommutabili cogitatione, mutabilia cuncta disponere. Qui ergo voces petentium transiens audiuit, stans lumen reddidit, quia & si propter nos temporalia pertulit, inde tamen nobis lucem tribuit, unde habere mutabilitatis transitum nescit, quia ergo quando per carnem appareret, hominibus incertum fuit, recte dicitur. Deus nouit viam eius, ac si a parte diceretur, Humanæ cogitationi occulta sunt quando per carnem sapientia ad homines veniat &c. Ex quibus apparet quod per viam intelligitur incarnatio Christi. Et sic petere cognoscere viam Dei, nihil aliud est quam petere videre Christi incarnationem. Salutare autem Dei nihil est aliud quam ipse Christus incarnatus, qui ad saluandum mundum a patre est missus. De quo ait Simeon Luca. 2. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. De isto salutari vide superius versiculo. 105. 146. 155. 272. 662. Sic ergo postulare ut salutare Dei in omnibus generibus cognoscatur, nihil aliud est nisi postulare, ut Christus incarnatus ad omnes gentes per fidem descendat, accipiendo ly omnes pro generibus singulorum, non pro singulis generum.

Salutare dicitur Christi  
fuit.  
Luc. 2.

1044

**Confiteantur populi Deus, confiteantur tibi populi omnes.**

Hic consequenter gentes vocat ad gratiarum actionem ex Christi incarnatione. Et primo inducit ad gratiarum actionem. Secundo ad mentis exultationem, sibi. *Latentur.* Quatum ad primum notandum quod in scriptura sacra, confessio multoties accipitur pro gratiarum actione de receptis beneficiis. Sic enim dicitur Psal. 110. Confitebor tibi domine in toto corde meo, in consilio iustorum &c. Sic enim alicui confiteri, est illum laudare magnificare, & de acceptis beneficiis gratias agere. & de tali confessione plena est scriptura: ostendens quod non solum homines, sed etiam inanimata suo modo debent Deo confiteri, psal. 144. Confiteantur tibi omnia opera tua. Vbi glo. Omne enim quod est, confitetur domino, vel per se, vel prationales creaturas, sicut ea que non habent sensum laudandum, que tamen nobis sunt materia laudis, quia dum inquiris, inuenis magnam vim in eis que est ab ipso Deo. Quia mirabilia circa ipsum Deum operatur, inter homines magis boni & spirituales. Unde super illo verbo psal. Confitebuntur cæli mirabilia tua domine. ait gl. Cæli id est, cælestes homines laudabunt te, non merita sua, sed mirabilia tua scilicet, quod nos redimis, quod nos iustificas per incarnatum verbum tuum & misericordiam tuam. In omni enim misericordia perditorum, in omni iustificatione impiorum, quid confitemur, quid laudamus, nisi mirabilia Dei? Laudas quia mortui surrexerunt, plus consistere & lauda, quia per Christum incarnatum redempti sunt perditii. Vides enim hominem heri voragine ebrietatis absorptum, hodie sobrietate ornatum, heri cæno luxurie infectum, hodie castum, heri blasphematores Dei, hodie Deum laudantem, heri idolotum cultorem, hodie Deum colentem. Hæc enim sunt mirabilia que cæli id est, cælestes homines confiteantur a Deo iustificati. Cum ergo hæc omnia mirabilia in gentibus per

Confessio laudis.

Psal. 110.

Psal. 144.

Laudare de  
genus Dei.

Psal. 98.

Christi incarnationem peruenierint, merito omnes gentes ad Deum confitendum & ipsum laudandum prouocat hic pal. dicens. *Confiteantur tibi populi Deus &c.* ut merito omnis populis terræ dicat illud psal. Confitebor domino nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum.

**Latentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis**

Hic omnes inducit ex Christi incarnatione ad mentis exultationem. Vbi nota quod læticia differt ab exultatione, quia læticia proprie est intus: sed exultatio extra, vide supra versu. 92. Hic enim loquitur de gentibus ad Christi fidem conuersis qui Christum confitentur. Et causam exultationis ostendit dicens: quia ipse Christus incarnatus est iudex iustus & verus magister. Iudex iustus, quia iudicat populos in æquitate. Equum enim & iustum est, ut dominus fideli seruitori suo premia reddat. Cum ergo Christus sit iustus, suis fidelibus que ipsam consistit premia dabit: quod erit in extimabilis causa lætitiæ. Et e contra malis dabit supplicia, quod erit causa ipsorum tristitiæ. *Latentur ergo & exultent gentes.* scilicet, ad Christi fidem vocatæ. Et per oppositum populi sc. Iudæi qui soli populus Dei dicebantur, contristentur quia fidem perdidit: & per consequens secum æquitatem iudicabantur. Hanc ergo differentiam inter gentes conuersas & populos Iudæorum peruersos ponens dicit. *Quoniam iudicas populos in æquitate.* id est, iudæos in iusticia licet enim in damnatione iudæorum sit Dei misericordia cum iusticia, tamen ibi principaliter relucet iusticia, sicut e contra in primitione beatorum principaliter relucet misericordia & consequenter iusticia. Unde de gentibus conuersis dicit. *Et gentes in terra dirigit.* id est, ad terram viuentium per tuam misericordiam perducis. Et nota quod dirigere componitur ex rego regis & di, & dicitur dirigo, quod id est quod indirectum regere. Illos ergo dirigit Deus quos ad æternam patriam regendo perducit. Suos ergo in terrâ dirigit, quia in præsentia vita ut ad patriam tendamus regit. Quod psal. 5. postulat dicens. Dirige in conspectu tuo viam meam.

**Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suum.**

Hic ostendit ex virgine Maria Christi generationem. Vbi advertendum quod hic nomine terra beata maria intelligitur, que tunc fructum suum dedit, quando Iesum benedictum fructum sui ventris peperit mundo, de qua terra dicitur psal. 84. Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Nec immerito virgo maria terra vocatur, si consideres secundum antiquos imaginem terræ. Nam ut dicit magister de proprietatibus rerum li. 14. c. 2. Antiqui gentiles considerando fecunditatem terræ, ipsam pro Deo adorantes, sibi talem fecerunt imaginem. Erat enim quedam magna imago femina, que mater alma nuncupabatur, habes coronam in capite supra curru positam, cui leones subiiciebantur, in vna manu portabat

1045

Indiam

Dirigit

Psal. 5.

1046

Terra dicitur  
esse beata  
maria.

Psal. 84.

Imago terræ

portabat clauem, & in alia cymbalum, cuius aurigæ vibrabant gladios, quos gestabant, & galli matronam in curru sedentem subsequi fingebantur. Quam imaginem ad terram idem sic applicat ibi dicens, quod terra mater fuit dicta, eo quod plura pariat, & omnibus mortalibus generet cibum. Dicitur etiam & mater alma, eo quod alat elementa. Est enim nutritrix elementorum, ut dicit Isidorus. Coronam gestat in capite, quia tantis ciuitatibus & castris insignitur. In curru rotato vehitur & sedet, quia cum omnia elementa moueantur, ipsa sola immobilis manet scilicet, secundum se totam. Leones sibi subiiciuntur, quia nullum est genus ita ferocis, qui per mortem terræ subiiciatur. Clauem gestat in manu quia in hieme clauditur, & in æstate fructus producendo aperitur. Cymbalum portat in manu, quo ferramentorum strepitus in colendis agris significatur. Eius aurigæ gladios vibrant, quia pro defendenda terra, vel acquirenda sæpe bella geruntur. Galli eam sequuntur, quia omnes aues eius indigent nutrimento. Hæc omnia magister. Ista tamen terræ imago aliter ad gloriosam virginem applicatur faciliter. Nam ipsa velut fertilis terra mater dicitur, quia non solum naturalis mater Dei & hominis, sed omnis gratiæ & virtutis, quia Maria mater gratiæ, & mater misericordiæ. Eccl. 2. 4. Ego mater pulchre delectionis, agnitionis & sanctæ spei, in me omnis gratia &c. Hæc coronam gestat in capite, quia eius mens omni virtute fuit decorata. Apo. 1. 2. Mulier amicta sole. sequitur, & in capite eius corona stellarum duodecim. In istis duodecim stellis coronæ gloriosæ virginis, quædam duodecim eximia arbitror commendari. Quorum quattuor prima corpori, quattuor animæ, & quattuor vtriq; communita. Si quidem quoad corpus hæc mulier intacta concepit illam peperit, incontaminata lactauit, & mortis soluto debito sine dolore surrexit. Quantum vero ad animam totidem stellis coronatur, quæ sunt, fidei magnitudo, verborum quæ dicebantur conseruatio, ex passione filij gladij doloris transfuerberatio, & compassio miserorum & intercessio. Quantum vero ad totum coniunctum scilicet ex anima & corpore totidem stellis fuit coronata scilicet, quia in vtero matris fuit sanctificatione præuenta, ab angelo fuit salutata in omni scientia & virtute fuit decorata, quod in anima & corpore super choros omnium angelorum est exaltata. Unde de beata virgine prædictis consideratis, dicitur sapien. 4. quod in perpetuum coronata triumphat. Aliter illas duodecim stellas, quibus beata virgo coronatur possumus assignare. Quia eius mens duodecim virtutibus fuit ornata, quæ in quattuor virtutibus cardinalibus continentur scilicet prudentia, fortitudo, temperantia, & iusticia, quarum quælibet tres sub se continet virtutes. Primum namque prudentia continet memoriam, quo ad præterita, intellectum quo ad præsentia, providentiam, quantum ad futura. Secundum temperantia tres virtutes continet scilicet, abstinentiam respectu gulæ, continentiam respectu luxuriæ, & modestiam respectu loquelæ. Tertio fortitudo tres virtutes continet scilicet, magnanimitatem in aggressu arduorum, & æquanimitatem in toleratione aduersorum, & longanimitatem in expectatione præmiorum. Quarto iusticia tres alias continet virtutes scilicet, reuerentiam respectu superiorum, beniuolentiam re-

specu parium proximorum, & clementiam respectu inferiorum. Et quia virtutes figurantur per stellas, ut ostendit Greg. sequitur quod dictas quattuor habens virtutes duodecim stellis coronatur &c. Vide in littera. C. Vbi corona. Consequenter imago terræ super curru erat posita, quia beata Maria ad æternum thalamum assumpta iuxta est collocata. Huic leones subiiciuntur, quia omnes demones eius subdunt imperio. In manu gestat clauem, quia paradisi porta per Euam cunctis clausa est, sed per Mariam patefacta. In alia manu portat cymbalum, quo omnes ad Dei excitat laudes. Aurigæ eius vibrabant gladios, quia eius deuoti, exemplo illius proprium macerant corpus, in se omnia occidentes vitia. Galli ipsam sequuntur, quia prædicatores per gallos figurati ipsam sequuntur semper in prædicationibus eius inuocationem præmittentes. Quibus omnibus consideratis beatam virginem sub nomine terræ notabat Esaiâ propheta, dicens. Rorate cæli de super. Sequitur. Aperiatur terra, & germinet saluatoris. Quod & factum esse nunc ostendit psal. dicens. Terra dedit fructum suum. Vbi glo. id est Maria genuit Christum.

Greg. in præ-  
fatione præ-  
mi li. mor. c.  
10. & li. 4.  
c. 13.

Esai. 43.

**Benedicat nos Deus, Deus noster benedicat nos Deus, & metuant eum omnes fines terræ.**

1047

Hic ostendit qualis sit fructus iste quem terra virginis Mariæ dedit. Unde si queratur, iste fructus quis est? Respondet quod est Deus Deus noster, ad quem spectat nos benedicere, ostendens quod est vna in trinitate persona. Vbi notandum quod quamuis Deus pater sit noster Deus, quia noster dominus sic filius, sic spiritus sanctus, tamen aliaratione Deus filius dicitur noster, quam pater vel spiritus sanctus quia hic per carnis assumptionem caro & frater noster est, quod de patre & spiritu sancto dici non potest. In isto ergo versiculo ter Deum ponit, ad exprimendum tres in diuinitate personas, ut ly Deus primo loco referatur ad patrem, dicens. *Benedicat nos Deus.* scilicet, pater. Secundum loco referatur ad filium qui est secunda in diuinitate persona: unde ipsum filium exprimens dicit. *Deus noster.* scilicet frater per humanitatem assumptam. Tertio vero loco referatur ad tertiam personam scilicet, ad spiritum sanctum. Et sicut notat personarum trinitatem, sic & essentiarum unitatem, verbum singulare ponendo scilicet, *benedicat:* & pronomen singulare, dicens. *Et metuant eum & nos eos.* Sic enim istum versum exponit magister li. 1. di. 3. dicens. Ille maximus prophetarum David distinctionem personarum & unitatem essentiarum ostendit dicens. *Benedicat nos Deus, Deus noster &c.* Trina enim confessio Dei trinitatem in dicat, personarum, unitatem vero exprimit essentiarum cum singulariter subiungit eum. Item notandum quod secundum magistrum in glo. iste psal. semper in matutinalibus laudibus adiungitur illi psal. qui tertio loco cantatur. Ratio: quia in hoc psal. benedictio trinitatis imploratur, cuius vna eademque sine diuersitate est essentia. In psalmo illo tertio scilicet, Deus Deus meus ad te de luce vigilo, sitis atque ariditas vitæ præsentis exprimitur. In isto vero dominicæ benedictionis pluuia ad sitim reficiendam postulat, ideoque isti duo psalmi, coniunctim cantantur.

Trinitas personarum, & unitas essentiarum.

Magister li. 1. di. 3.

Psal. 62.

**E**Xurgat Deus & dissipentur inimi-  
ci eius: & fugiant qui oderunt eum  
à facie eius.

Titulus huius psal. est. *In finem psal. cantici Dauid.* Pro cuius euidencia sciendum quod in isto psal. qui totus est doctrinalis magis quam historialis, agit Dauid de exultatione ecclesiae hic & in futuro, quam debet habere de Christi exaltatione, & inimicorum Christi deiectione, ut malos terreat, & laetificet bonos. Est ergo sensus tituli. Iste psal. quem fecit Dauid dirigens nos in finem scilicet in Christum, est *Psal. cantici.* id est, laudis & exultationis. Mouet ergo omnes fideles exultare de Christi exaltatione & resurrectione, & inimicorum deiectione, ostendens primo misericordiam exultationis, quae maximè est duplex scilicet, Christi resurrectio & Christi ascensio. Et sic psal. iste diuiditur in duas partes. Quia primo agit de Christi resurrectione. Secundò de Christi ascensione, ubi. *Cautate Deo.* Circa primum tria facit. Quia praedicat primo Christi resurrectionem. Secundò iudaeorum confusionem: ubi. *Sicut defecit.* Tertio iustorum exultationem, ubi. *Et iusti epulentur.* Quantum ad primum, resurrectionem Christi pronuncians ait. *Exurgat Deus.* id est, resurgat Christus à morte, ut nos exaltando dissipet inimicos. Vbi notandum quod tempore Moysi factò in deserto tabernaculo & arca domini, quando-  
cumque pugnaturi erant cum hostibus, ut de ipsis triumpharent, arca domini per sacerdotes eleuabatur, & tunc Moyses dicebat. Surge domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua, ut habetur numeri. 10. In quo figura erat aperta quod dum Christus à mortuis resurgeret inimici sui tam visibiles scilicet, iudei: quàm invisibiles scilicet, daemones dissiparentur. Consimiliter & Dauid sequens Moysi vestigia per Christi resurrectionem praedicat inimicos dissipandos hic dicens. *Exurgat Deus: & dissipentur inimici eius.* id est, dissipabuntur &c. Vbi per inimicos, iudeos intelligit qui tamen carne erant pariter & domestici Christi, de quibus dicitur. Inimici hominis domestici eius. Iste enim per resurrectionem Christi sunt dissipati quando in vindictam Christi mortis per Titum & Vespasianum fuerunt partim captiuati partim trucidati partim per orbem dispersi. Vnde Magister in gl. *Exurgat Deus & dissipentur inimici eius.* Hoc ià factum est: quia surrexit Christus, & dispersi sunt omnes iudei. Hoc etiam de inimicis spiritualibus scilicet, de daemonebus verificatum est, quia Christo resurgente ipsorum mundi principatus & potestas fuit dissipata, Christo dicente. Nunc princeps huius mundi eicietur foras id est, eius potestas dissipabitur, ne in cordibus gentium, ut ante regnare possit. Vnde Aug. ibidem super Ioanem. Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Absit ut diabolus ita mundi principem dictum extrememus ut eum caelo & terra dominari posse credamus, sed mundum gètes appellauit quæ toto orbe terrarum erant diffusa. Ideo dicit apostolus quod Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. *Hæ sunt ergo gentes, ex quarum cordibus mundi princeps eicitur foras, quia praeuidebat dominus post pas-*

Resurrectio Christi.  
Arma fidei.

Numeri. 10.

Mat. 10.  
Iudeorum dispersio.

Ioan. 12.

Aug. 1.  
Princeps mundi diaboli.

tionem & resurrectionem suam per vniuersum mundum multas gentes credituras, in quarum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renunciant, ipse dissipatur & eicitur, quod etiam ante longe praeuidebat psal. dicens. *Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius.* id est, Exurgat à mortuis, & daemones dissipabuntur. Et difficilius est intelligere quod subditur. *Et fugiant qui oderunt eum à facie eius.* Quomodo enim à facie Dei quis potest fugere, quia Deus ubique praesens est? Sicut enim impossibile est fugere à caelo: quia à quacumque parte caeli fugeris, ad aliam partem accedis. Sic multò fortius impossibile est à Deo fugere qui ubique praesens existit, psal. 138. *Quo ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?* Ad quod intelligendum sciendum quòd duplex est fuga. scilicet localis & quadam cordialis. Localis fuga à facie Dei nullus fugere potest, quia ubique praesens est. Cordialis fuga à Deo fugiunt, qui timore mentis, eius praesentiam timeant, & libenter ab eius praesentia vellent abesse. Sic fugiunt mali & obstinati homines & daemones, qui Dei praesentiam sufferre non possunt. Vnde gl. *Et fugiant qui oderunt eum à facie eius.* Fugiant, non loco, quia ibique praesens est, sed metu animi scilicet, timendo, non latendo. Et est sensus, Tollantur metu animi, & voluntate à praesentia Dei qui ubique praesens est. Et hoc est graue tormentum, & horrenda malorum hominum & daemorum maledictio, ut velint & conentur fugere, quod nullatenus fieri potest.

**Sicut deficit fumus, deficient, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.**

Hic clarus ponit iudaeorum omnium malignorum confusionem & praecipue iudaeorum & duplicem ipsorum confusionem notat. In praesenti & in futuro. Quoad praesens dicit. *Sicut deficit fumus de peribis.* Fumus enim ex igne procedens in altum eleuatur. Et quanto plus eleuatur, tanto citius euaneſcit & deficit. Et sic per fumum nota superbiam iudaeorum contra Christum, quae ex igne auaritiæ processit. Quoniam principalis causa propter quam Christum persequebantur, erat cupiditas dominandi in populo, à quo lucra temporalia recipiebant. Istam enim causam in consilio suo ipsi allegabant dicentes. Si dimittimus eum sic, veniet Romani, & tollent locum nostrum & gentem &c. ex isto ergo igne cupiditatis processit fumus eorum superbiae contra Christum. Nonne ascendebat fumus eorum superbiae, quando clamando, dicebant. Tolle tolle crucifige eum, & similia? Sicut ergo fumus deficit ascendendo, sic eorum superbia se contra Christum eleuando fuit dissipata, & cito euauit, quia propter Christi mortem perdidit locum & gentem. Vnde de ipsis dicitur. Inimici vero domini mox ut honorificari fuerint, deficientes quemadmodum fumus deficient vide versicul. 586. Quo verò ad penam futuram subdit. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* Quod ideo dicit quia sicut cera ad ignem posita, liqueſcit & nulla stabilitate subsistit, sic & Christi persecutores facie iudicis Christi liquefacti subsistere non poterunt. Vnde Mich. 1. Sicut cera scienduntur à facie ignis. Vel aliter.

Fugere à Deo quod impossibile est.

Psal. 138.

Ioan. 12.  
Cera figurat humilitatem.

1049  
De conf. di. 32. vltima

Fumus in peribis.

Ioan. 11.

Ioan. 19.

Psal. 56.

Mich. 1.

aliter totus iste versus de poenitentibus exponitur. Vbi nota quod peccator ad poenitentiam veniens, primo deficit sicut fumus. Per fumum enim deuotio conscientiae intelligitur, iuxta illud Apoc. 8. ascendit fumus incensorum &c. Deficient ergo poenitentes, ut fumus, qui per deuotionem conscientiae definit esse peccator. Sic enim dicitur psal. 103. Deficient peccatores à terra & iniqui, ita ut non sint id est, deficient à peccatis, ne iam sint quod prius erant id est, ut ammodo non sint iniqui. Conformiter loquitur textus canonis, dicens. 2. q. 1. quid autem tibi, quod nomen adulterae adultera per poenitentiam perdit, & sic de quolibet alio peccato, quia scilicet per poenitentiam de peccato conuertitur ad virtutem. Quod magis aperit, dicens. *Sicut fluit cera à facie ignis, sic fluit peccator à facie Dei.* Vbi notandum quod per ceram tres virtutes significantur tribus principalibus vitiis oppositae, de quibus vitiis dicitur Omne vitium est in mundo &c. Nam in cera vide figuram humilitatis praecceptorum legis impletur. Puritatis vitiis carnis excluditur. Pietatis proximorum famis solatur. Primum in cera figuratur humilitas. Nam secundum magistrum li. 19. de proprietatibus rerum. In ter alias cerae proprietates, cera calori non resistit. Et in hoc notatur humilitas, quae calori veri ignis (scilicet Deo) non resistit per superbiam, sed liqueſcit, se diuinæ voluntati totaliter subdens. Nam vt experientia docet, cera liquefacta faciliter ducitur, & tractatur ad libitum. Sic & vere humilis sine resistentia diuinis obedit praecceptis. Quod de se ostendens sponsa, ait. Anima mea liquefacta est, ut dilectus locutus est. Quid enim est dilectum nostrum nobis loqui, nisi Deum suam praeccepta nobis inspirare, ad cuius vocem anima liqueſcit, quando sine resistentia omnibus Dei mandatis se subiicit, ut quilibet talis dicere possit. Factum est cor meum tanquam cera liqueſcens &c. Et attende quod non solum virtus humilitatis in cera designatur, sed etiam eius praemium quod est exaltatio, quia omnis qui se humiliat, exaltabitur. Lucæ. 14. Sed quid exaltationem animae expressius significat quam cera? Nam secundum magistrum ubi supra, habet hoc cera proptium, quod super omnes liquores supernaturat, & cum liqueſcit non descendit, sed potius semper sursum tendit. Et hoc faciunt aliquae partes igneae & aereae, quae in ipsa cera praedominantur. Sic & vere humilis ex igne dilectionis Dei, & aere dominante terrae scilicet, ratione dominante ipsi carni, quae in se includit, semper tendit ad superiora. Cuius figuram gessit ille primus noster pater Helias qui in curru igneo per aërem ascendit in paradisum. 4. Reg. 2. Helias enim interpretatur Dei dominatio, & significat vetum humile qui Dei dominationi se totaliter subdit. Secundò in cera figuratur puritatis castitas. Quoniam ipsa producitur ab apibus, quae nunquam coitu maculantur, sed virginitatem semper conseruant. Et ideo castitatem significat quae solum castae mentis fructus dicitur. Etiam castitatem significat ex utilitate consequente. Nam fructus castitatis est diuina visio. Mat. 23. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Et quid clarius designat Dei visionem quam ipsa cera? Quoniam ex ipsa lumen nutritur. Ad denotandum quod virtute puritatis lumen spirituale nutritur in nobis, quo Deus à mundis videretur. Castitas etiam nos Deo summè

similes facit, qui est speculum sine macula. Et hæc similitudo in cera denotatur. Nam secundum magistrum ubi supra Cera inter omnia est apta ad recipiendum similitudinem rei sibi impressae & figuram, ut patet in sigillationibus. Sic & puritas est aptissima ad nos Deo conformandum. Propter quod dicitur. Cum apparuerit similes ei erimus. Et quod ista similitudo sit propter puritatem subdit. Omnis qui habet hanc speciem sanctificat se, sicut ille sanctus est. Tertio in cera significatur pietatis charitas. Nam tria maximè habet homo ex charitate proximo impendere, quae per ceram significatur. Nam quilibet debet proximum ab aduersis defendere. De secretis non prodere. De agendis instruere. Primum patet, quia ut dicitur Eccl. 17. unicuique mendauit Deus de proximo suo, & hoc, ut miseratio hominis sit circa proximum suum. Eccl. 18. Et hoc significat cera, quia pannus lineus ex illa confectus, libris vel aliis rebus inuolutus, per ipsam ceram ab exteriori nocumento custodit, ut puta ab aqua. Sic & homo cera charitatis confectus, proximum infra se recipiens, ab aqua aduersitatis quantum potest custodit. Vnde cuiuslibet nostrum dicitur. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi secundum patet quia dicitur. Qui fidelis est, celat amici consilia. Hoc significat cera, quia ipsa secreta literarum sigillata occultantur. Tertium patet. 1. Esdræ. 7. Imperitos doce libere. Hoc significat cera quae in tenebris lumen ministrat. Ad propositum ergo peccator poenitens, sicut cera perit à facie Dei, quia de superbo efficitur humilis, de immundo castus, & de cupido pius. Vnde istam expositionem ponit gl. dicens, quod iste versus potest dici de poenitentibus in bono quasi dicat, Odientes Deum fugiant & dissipentur, sed alij scilicet, poenitentes sicut fumus deficient, non ut ad nihilum redueantur, sed ut quiescant à peccatis suis. *Et sicut cera fluit à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.* in hoc quod mali sunt scilicet, ut lacrymis poenitentiae, admoto igne spiritus sancti duritia eorum solatur.

**Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei, & delectentur in laetitia.**

Hic consequenter ponit iustorum exultationem. Hoc ideo dicit, quia malis supplicia, ita & iustis premia debentur. Hoc autem intelligi potest de praesenti & de futuro. Nam si de praesenti epulatur gaudentes cum Christo quando sumimus eucharistiae sacramentum omni suauitate plenum. Sic enim docet apostolus, dicens, itaque epulemur, non in fermento veteri malitiae & nequitiae, sed in azymis &c. Per azyma enim intellige Christi sacramentum, quod in azymis efficitur. Sic enim de fidelibus dicitur, quod post resurrectionem Christi, quod erant vniuersim perdurantes in templo, frangentes panem circa domos, sumebant enim cibum cum exultatione collaudantes Deum. Si autem de futuro accipiatur, per epulas quibus iusti epulantur in conspectu Dei, intellige gloriam aeternam. Isto enim modo loquebatur Christus suis electis, dicens. Ego dispono vobis regnum, ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo. Quod exponens ad propositum Beda dicit. mensa proposita omnibus sanctis ad fruendum caelestis

1. Ioan. 3.

Eccl. 17.

Eccl. 18.

Eccl. 4.

Prover. 11.

1. Esdræ. 7.

1050

De conse. di. 5. tertia.

Epula spiritualis.

1. Corin. 5.

Actuum. 2.

Lucæ. 22.

Beda.

Psal. 31.

Grego. 16. mo. 7. 10.

1057. Depo. 11. 1. Omnis qui non dirigit.

Occasus est mors.

Grego. 19. mo. 6. 3.

Occasus est peritanti.

coelestis est gloria vitæ, qua qui esuriunt & sitiunt iustitiam, saturabuntur fruendo desiderato gaudio veri boni. Non autem hoc dicit, quasi futuris illic corporalibus escis, & quasi regno suo sensibili futuro. Erit enim illic angelica conuersatio. Se I & Paulus dixit, quod regnum Dei esca & potus non possidebunt. Sic enim dixit supra psal. 31. Lætamini in domino & exultate iusti &c. vide versu. 479. Vel per istas epulas intellige sacram scripturam, quæ epulas delictis plenas nobis præstat, quibus in præfenti vita iusti delectantur iuxta modum loquendi Greg. dicentis. Super omnipotentem delictis affluere, est in amore illius sacræ scripturæ epulis satiari in cuius nimirum verbis tot delictis inuenimus, quod ad profectum nostrum intelligentiæ diuersitates accipimus, vt modo nos nuda pascat historia, modo sub textu literæ velata medulitus nos reficiat moralis allegoria, modo ad altiora suspendat contemplatio in præfentis vitæ tenebris, iam de lumine æternitatis intermicans &c.

**Cantate Deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum dominus nomen illi.**

Hæc est secunda pars principalis psal. in qua agit de Christi ascensione & eius beneficiis. Et diuiditur in duas partes. Quia ad laudandum Christum ascendentem, primo inuitat angelos. Secundo inuitat homines, ibi. *Regna terra c. in uale domino.* Prima in duas. Quia primo inuitantur angeli ad laudandum Deum de ipsius mysterio. Secundo de ipsius esortio, ibi. *Currus Dei.* Prima in duas, quia primo Dauid facit propositum. Secundo ad hoc adducit exemplum, ibi. *Deus cum egredieris.* Circa primam partem ostendit quatuor Christi prærogatiuas, propter quas angeli ac etiam homines in eius ascensione ipsum debent laudare scilicet, primo ratione suæ uictoriæ. Secundo ratione suæ clementiæ, ibi. *Exultate in conspectu eius.* Tertio ratione suæ concordiæ, ibi. *Deus in loco.* Quarto ratione suæ potentiæ, ibi. *Qui educit.* Quantum ad primum notandum quod psal. uolens ostendere Christum laude dignum, ostendit ipsum feliciter triumphasse per hoc quod ipse super occasum ascendit. Quid enim occasus proprie dicitur, nisi mors? Nam secundum grammaticos ab occido occidit occasus id est, obitus, mors, euersio. Sic ergo uictoria Christi fuit, quia ascendit super occasum, quia de morte triumphauit. Sic enim istum uersum exponit Greg. dicens. *Iter facite ei qui ascendit super occasum.* Super occasum Christo fuit ascendere ipsam mortem, quam pertulerat resurgendo superasse. Ait ergo. *Et qui ascendit super occasum iter facite.* i. resurgenti & ascendenti domino in cordibus uestris, per fidem uiam præbere. Et secundu istam expositionem psal. magis hic hominibus loquitur quam angelis, quia angeli per fidem Christo uia proprie preparare non possunt. Istum etiam modum exponendi, ponit magister in glo. dicens. *Cantate &c. qui ascendit super occasum.* Quia Christus resurgendo casum corporis uincit, morte quippe sua morte nostram cõsumpsit. Vel per occasum intelligitur mors uictorum, quo à gratia anima cadit. Et tunc est sensus quod psal. fideles hortatur ad Christi laudem, quia surrexit dominus, Et ideo

*cantate* e mente uiuendo Deo, & psalmum dicite nomini eius. id est, rectè operamini ad gloriam nominis eius. *Iter facite ei.* id est, in cordibus uestris præparate iter, vt intreret, quia impolluta est uia eius. Et ideo *iter facite ei, quia ascendit super occasum.* Occasus enim mortis id est, uitiorum & peccatorum cedit illi, cum sol iustitiæ oritur &c. Si autem hic psal. principaliter loquatur ad angelos, vt in diuisione textus dixi, tunc notandum quod per occasum hic cælum intelligitur. Nam secundum quod dicit Nicolaus, propria litera hebraeorum hic habet. *Qui ascendit super cælum* quod proprie Christo competit, qui ascendit super cæli empyreum quod antonomasticè dicitur cælum. Et hoc notat hic textus noster, dicens. *Super occasum.* Vbi aduertendum quod Iudei adorabant uersus occasum, nam facies anterior tabernaculi erat ad orientem & sancta sanctorum uersus quam orabant ad occidentem per oppositum ecclesiarum nostrarum. Per hoc ergo quod dicitur Christum ascendisse super occasum, intelligitur ipsum ascendisse super locum adorationis humanæ scilicet, ad locum adorationis angelicæ, qui locus est cælum empyreum, ubi adorant Deum & uenerantur. Sic ergo iste uersus ad angelos principaliter dirigitur, qui Christo ascendenti exhibebat ministerium cum laudibus, non propter sui indigentiam, sed propter sui reuerentiam sicut fecerunt post demonis tentationem, Mat. 4. Ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Vnde in eius ascensione apparuerant angeli vt pater. Actuum. 1. Dicit ergo angelis. *Cantate Deo &c. iter facite ei* id est, ministerium exhibete Christo ascendenti, *qui ascendit super occasum &c.* Et subdit ad Christi laudem *Dominus nomen illi,* quia super omnem creaturam plenam habet potestatem, propter quod dixit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

**Exultate in conspectu eius: turbabuntur à facie eius patris orphanorum, & iudicis uiduorum.**

Hic ostendit Christum laudandum, ratione suæ clementiæ, quia scilicet ipse est pater orphanorum & uiduorum. Vbi notandum quod dominum uel principem nulla res apud subditos magis laudabilem reddit, quam pietas & clementia. Vnde Isidorus dicit, quod regiarum uirtutes præcipue sunt duæ scilicet, iustitia & pietas, plus autem in regibus pietas laudatur. Hæc autem uirtus maxime fuit in Christo, cui proprium erat misereri & parere. Quod innuens psal. hic ipsum uocat patrem orphanorum & uiduorum iudicem, quia inter ceteros orphanos & uiduæ magis miseratione indigent. Spiritualiter autem orphanus dicitur qui libet iustus, nam orphanus dicitur pupillus carum patre & matre. Pater autem omnium nasciturum omnium est ipse diabolus, quia omnes nascuntur filij iræ, uel ipse mundus. Mater autem est ipsa concupiscentia carnis. Et sic orphanus dicitur qui libet iustus, qui patrem primum scilicet, diabolum uel mundum abnegauit, & à se abdicauit matrem, scilicet concupiscentiam carnis. Et quia tales Christus in suam accipit curam, ideo orphanorum dicitur pater. Et Christo dicitur. Tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adiutor. Vidua uero dicitur quemarito præterito caret. Quis autem maritus animæ primus

1059.

1055.

1054.

1054.

1054.

1054.

1054.

1054.

1054.

1054.

primus nisi peccatum cum quo oritur, à quo dicitur & regitur. Et per consequens illa anima dicitur uidua, quæ caret peccato. Et talium iudex est Christus, ipsius merita præmiando. Iob. 29. Cor uiduæ consolatus sum. Ante faciè ergo Christi, qui est pater orphanorum & iudex uiduorum, iusti exultabunt sicut prædictum est. Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei: sed mali & peccatores turbabuntur: quia uidebunt iustos præmiari: se autem æternis deputari suppliciis. Sap. 5. Videntes turbabuntur timore horribili &c.

**Deus in loco sancto suo, Deus qui inhabitare facis unius moris in domo.**

Hic ostendit Christum laudandum ratione suæ unitatis & concordie: quia scilicet non discoloros & scismaticos secum habitare permittit, sed solum charitate unanimes & concordantes. Vbi notandum quod quamuis Deus sit ubique per potentiam præsentiam & essentiam: tamen specialiter in cælo empyreo dicitur esse: quia ibi dicitur res esse ubi apparet. Ibi autem apparet Deus sanctis sicut est. Ideo locus hic Dei & Christi dicitur ipsum cælum empyreum, in quo animas beatificat: de quo loco dicitur psalmus uigesimo quinto. Domine dilexi decorem domus tuæ. & locum habitationis gloriæ tuæ. In isto autem loco & domo solum unanimes facit habitare quia nullus sine charitatis unitate ibi manere potest. Vel per istam domum intellige ecclesiam militantem, quæ statim post Christi ascensionem fuit unius moris: quia vt habetur actuum. 4. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una: nec quicumque eorum quæ possidebant suum esse dicebat sed omnia erant eis communia. Et sic qui in domo ecclesiæ uult habitare: concordiam cum omnibus debet tenere. Sic enim dicitur est psal. 54. In domo Dei ambulauimus cum consensu. id est cum vna uoluntate.

**Qui educit uinctos in fortitudine similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris.**

Hic ostendit Christum fore laudandum ratione suæ potestatis. Hic enim ex multis ostendit potentiam Christi. Primum in absolute peccatorum. Secundum enim quod dicit Augustinus super Ioannem. Maius est iustificare impium, quàm creare cælum & terram. Vnde iustificare impium alicui creaturæ Deus communicare non potest sicut nec potestatem dimittendi peccata, vt dicit magister. li. 4. dist. 7. maxime autem de illo peccatore, qui in peccato manet ligatus uinculo prauæ consuetudinis. Et tamen hoc potest Christus & facit. Propter quod dicit de Christo. *Qui educit uinctos in fortitudine.* s. sua peccato ligatos absoluit. Et de istis peccatorum uinculis dicitur Sapient. 17. Iniqui uinculis tenebrarum compediti sunt. Adhuc autem secundum nostrum modum intelligendi maioris potestatis esse uidentur, quod quādo aliquis non solum prædicto modo ligatus exiit sed etiam quando actualiter est in actu perfectionis fidei & Christi, quod talis subito de infidelitate conuertitur ad fidem: sicut fuit de Paulo, & pluribus aliis. Et de talibus subdit, dicens.

Incog. Tom. j.

*Similiter eos qui exasperant.* s. contra Christum & fidem eius uerbis & factis persequentibus. Propter quod Paulo sic exasperanti fuit dictum. Saule Saule, quid me persequeris? Adhuc etiam difficilius uidetur quod aliqui qui in infidelitate sint mortui & sepulti in mortali peccato, vt scilicet tales reducantur ad vitam, & per penitentiam conuertantur ad Christum. Sicut fuit de iuueni suscitato à sancto Ioanne euangelista: & de illo qui per suspendium se interfecerat, à beato Martino resuscitato & baptizato: & de multis aliis qui in nomine Christi resuscitati fuerunt. Et de istis dicitur. *Qui habitant in sepulchris.* Vnde de omnibus istis dicit hic glo. *Qui educit uinctos:* quia soluit uincula peccatorum, uel educit uinctos ad cælum de inferno quo tenebantur. Similiter educit eos qui exasperant, id est blasphemant in Deum, uel qui exasperant persequendo bonos & resistendo iustitiæ. *Et qui habitant in sepulchris.* id est in carnalibus & fetidis desiderijs sepulti: hos enim omnes soluit per gratiam. Et hoc in fortitudine sua, quam habet vt Deus.

**Deus cum egredieris in conspectu populi tui, cum pertransieris in deserto.**

Hic consequenter psal. per exemplum confederando legem euangelicam cum antiqua, ostendit contumiles gratias, imò maiores per Christum nobis factas quam fuerint gratiæ facte in antiqua lege. Et ideo amplius ipse Christus nunc est laudandus. Et diuiditur in duas partes: quia ponitur primum Christi incarnatio. Secundo legis euangelicæ publicatio, ibi. *Dominus dabit uerbum.* Prima pars diuiditur in quatuor. Quia ponit primum Christi incarnationem. Secundo gentium conuersio, ibi. *Terra mota est.* Tertio gratiæ diffusio, ibi. *Pluuia.* Quarto credentium perfectio, ibi. *Animalia.* Quantum ad primum sciendum quod psal. hic uult deducere beneficia legis nouæ per exempla beneficiorum legis antiquæ. Inter autem omnia beneficia legis antiquæ illud fuit magnum, quod populū suum educit de Ægypto & quadraginta annis duxit per desertum, præcedens semper populum in die per columnā nubis, quæ omnibus dabat refrigerium, & in nocte per columnā ignis, quæ noctis obscuritas perlustrabatur. Inter omnia autem beneficia nouæ legis, maximum fuit beneficium incarnationis: quo uerbum Dei humanitatem nostram assumpsit. Et istud sine comparatione præcedit primum: ergo nunc amplius tenemur laudare Deum. Ponit ergo beneficium antiquæ legis primum dicens. *Deus cum egredieris in conspectu populi tui.* s. exeuntis de Ægypto: tu supple præcedebas eos per diem in columna nubis &c. Et hoc tam diu durauit quandiu transierunt per desertum. Et hoc est quod subditur. *Cum pertransieris in deserto.* Per hoc autem nobis inuuit Christi incarnationem. Quoniam egressus Dei quid aliud est nisi eius incarnatio? iplo dicente. Exiit à patre, & uenit in mundum. Et est sensus secundū glo. *Deus cum egredieris in conspectu populi tui:* carnè. s. assumendo uerè nos educis per gratiam tuam & doctrinam, Educis, scilicet de Ægypto tenebroso, s. de peccato. Egredietur autem in conspectu populi, cū hominibus per opera se Deū manifestat. Hęc aut sumt

Sf opera



Mat. vltimo.

opera, quibus apparet: quia vincit soluit, quod A mortuos suscitavit. Et hæc tandiu nobis exhibes quoad pertransieris in deserto. huius mundi, nobiscum essendo. id est vsque ad finem mundi: ipso dicente. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Moraliter autem circa istam egressionem incarnationis, notandum quod ista egressio nobis figuratur Gen. 2. vbi dicitur quod fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum, qui diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Phison: ipse circuit terram Euiach: nomen secundo Geon: ipse circuit terram Æthiopiæ: nomen tertij Tigris, ipse vadit contra Assyrios: fluuius autem quartus, ipse est Euphrates. In qua figura huius egressionis Christi. per incarnationem vide tria, scilicet Proles incarnata: humilitatis excellentiam: quia fluuius egrediebatur. Matris fecundatæ virginis permanentiam, quia de loco voluptatis. Gentis vilitatæ vtilitatis abundantiam: quia ad irrigandam terram. Primò vide proles incarnatæ humilitatem: quia fluuius egrediebatur. Per fluuium enim intellige ipsum verbum incarnatum quoniam sicut fluuius aquarum habet abundantiam: sic verbum incarnatum omnium gratiarum habet plenitudinem. Per aquam enim gratia intelligitur. Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quæ ego dabo ei, non sitiet vnquam &c. Hic ergo fluuius aquarum habet plenitudinem. Vnde & Christus de seipso dicit. Ego quasi fluuius Doris, exiui de paradiso &c. Vide istam figuram prolixè exposita in lectura mea super Mich.

Ioan. 4.

Eccles. 24.

1056.

**Terra mota est: etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai: à facie Dei Israel.**

Terra signi-  
fiat gentes.

Hic consequenter ostendit vtilitatem incarnationis, quia per ipsam gentes ad fidem sunt conuersæ. Vbi nota quantum ad exemplum antiquæ legis, quod quando Deus egrediebatur in conspectu populi sui per desertum: quod tunc terra fuit mota: quia quando dominus descendit in igne super montem Sinai, vt legem daret Moysi, totus ille mons videbatur tremere, vt apparet Exo. 19. In illo etiam monte apparuit nubes densissima: ex qua pluuia distillabat: vt habetur ibidem. Et hoc est quod dicit: quod tunc terra mota est: quia mons tremere videbatur. *Etenim cœli distillauerunt* quia nubes illa quæ erat in cœlo aereo pluiam distillabat. Et hoc à facie Dei Sinai: à facie Dei qui descenderat in montem Sinai: qui erat de Israel, scilicet quem colebat populus Israel. Et hoc est quod dicit. *À facie Dei Sinai: à facie Dei Israel.* Per hoc autem nobis innuit conuersionem gentium. Quid enim per terram nisi gentes, qui terram id est deos de terra factos colebant? Per Christum ergo incarnatum terra mota est: quia gentes per eius incarnationem qui terra dicuntur, à cultura idolorum de terra factorum recedentes, ad fidem veri Dei sunt conuersi. Et vnde hoc nisi quia cœli distillauerunt? Per cœlos accipe apostolos & sanctos prædicatores, qui Christi fidem per mundum distillauerunt & enarrauerunt: vide supra ver. 52. *Terra ergo*, id est gentes mota est à cultura idolorum, ad Christi fidem: ratio: *quia cœli distillauerunt*, id est apostoli Christi fidem per mundum prædicauerunt. Sed vnde hanc distillationem

Exod. 19.

fidei habuerunt: Non quidem à seipsis, sed à facie Dei Sinai. id est ab illo vero Deo, qui legem antiquam patribus dedit in monte Sinai. Isti cœli, scilicet apostoli habuerunt gratiam qua legem euangelicam mundo distillando prædicarent. Istam expositionem satis innuit magister in glo. dicens. Ideo terra mota est: *quia cœli*, id est apostoli & sancti prædicatores *distillauerunt*, id est fide mundum irrigauerunt. Et hoc à facie Dei. scilicet informati & inspirati: cuius Dei subdit, De Sinai id est illius Dei qui legem dedit Moysi in monte Sinai. Et per hoc vult ostendere confirmatam legis nouæ & veteris: quia ab eodem legislatore data: quia ille qui legem dedit populo per Moysen in monte Sinai: illemet dedit legem euangelicam toti orbi per apostolos. Quamuis prima lex data sit in terrore, secunda vero in gratia & amore.

**Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est tu vero perfecisti eam.**

Hic consequenter ostenditur terra mota gratia infusio. Vbi notandum quantum ad exemplum legis antiquæ, quod sicut habetur Leti. 26. promiserat Deus antiquis patribus, dicens. Si in præceptis meis ambulaueritis, dabo vobis pluuiam temporibus suis, quia terra fructum debitum producere possit. Per hoc exemplum volens ostendere, quod in nouo testamento multo fortius datur pluuiam: qua terra nostræ humanitatis fructus meritorios gignere possit. Quid enim est pluuiam nisi aqua delictum descendens: quid autem est aqua, nisi spiritus sancti gratia? Pluuiam ergo voluntariam segregat Deus hereditati suæ: quia gratia suam suis donat electis, quæ vocatur pluuiam voluntaria: quia gratia non datur ex meritis, sed sola Dei voluntate & gratia: vnde glo. *Pluuiam voluntariam* &c. i. doctrinam & spiritus sancti gratiam, quæ voluntaria dicitur: quia sine meritis datur sola Dei voluntate: voluntariè quippe segregauit nos verbo veritatis. Vel per pluuiam voluntariam accipe fidei prædicationem qua terrorem corda irrigantur. Sic enim misit verbum exponit Greg. super illo verbo Iob. 38. *Quis pater pluuiæ est?* dicens. Sunt enim plerique ad verba Dei valde insensibiles: fidei quidem nomine consentunt: verba vitæ auribus audiunt: sed ea transire vsque ad interna cordis non permittunt. Hi quid aliud quam deserta terra sunt? Quæ. scilicet terra homines non habet: quia eorum mens sensu rationis caret. Sed cum misericors Deus in imbrum suo cursum viam dare dignatur: cõpuncti per internam gratiam verbis vitæ aures cordis aperiant. Et sic facies terræ gratia innouatur, dum gratia stillante compluitur. De hac enim pluuiam per psal. dicitur. *Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ.* Pluuiam quippe voluntariam hereditati suæ Deus segregat: quoniam eam nobis non pro nostris meritis, sed pro suæ munere benignitatis præstat &c. Sed quid est ista pluuiam cõsequatur hereditas Dei. scilicet gentilitas cõuersa, subdit. *Infirmata est tu vero perfecisti eam.* Quid enim est infirmari: nisi humiliari & se infirmam & nullius boni dignum cognoscere? Infirmata est ergo hereditas Dei per pluuiam gratiæ & prædicationis quia, ex hoc agnouit nihil esse ex se. Et ex tali humilitate perficitur: quia vt dicit aposto. 2. Cor. 12.

1057.

Leuit. 16.

Pluuia p  
p. a. & dicit  
na.

Greg. 19. 44.

ca. 19.

Psalm. 67.

2. Cor. 12.

Virtus

Virtus in infirmitate perficitur. Et hoc est quod A subditur. *Tu vero perfecisti eam.*

**Animalia tua habitabunt in ea, parasti in dulcedine tua pauperi Deus.**

Hic consequenter ostenditur conuersarum gentium perfectio. Vbi notandum quod per sanctos euangelistas & doctores gentes conuersæ sunt ad Christi fidem. Sic quod in fide & hereditate Christi primo habitauerunt euangelistæ sancti & doctores, & per ipsos alia gentes ad Christi hereditatem sunt introductæ. Et hoc hic notans psal. dicit. *Animalia tua habitabunt in ea.* scilicet in hereditate tua. Quid enim per animalia nisi sancti euangelistæ & doctores intelliguntur? Sic enim euangelistæ per quatuor animalia figurauit Ezechiel. Sic & Ioan. Apoc. 4. dicens. Animal primum simile leoni, & secundum animal simile vitulo &c. Vnde Greg. dicit. Euangelistæ Ioannes dum sub animalium specie euangelistas quatuor se vidisse describeret, & in eis sibi hominis, leonis, bouis, ac aquilæ faciem sibi apparuisse testatur, dicens. Primum animal simile leoni, secundum animal simile vitulo: tertium animal habens faciem quasi hominis: & quartum animal simile aquilæ volanti. Et quamuis singula ad vnum quæque euangelistæ recte conueniant: dum alius humanæ natiuitatis ordinem, alius per mundi sacrificij maturationem, quasi vituli mortem: alius potestatis fortitudinem, quasi leonis clamorem insinuat, alius natiuitatem verbi intuens, quasi ortum solem, quasi aquila aspiciat: possunt tamè hæc quatuor animalia ipsum suum caput cuius sunt membra significare &c. Ex quibus patet quod animalia dicuntur principaliter ipsi prædicatores fidei & euangelistæ, qui scilicet primitus fidem recipientes, ipsam aliis spargunt. Et de istis animalibus dicit. *Animalia tua habitabunt in ea.* scilicet ecclesia vel hereditate tua. Sed quia per sanctos prædicatores alia gentes deductæ sunt ad fidei & gratiæ dulcedinem: ideo subditur. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Quis enim pauper nisi gentilis populus, qui omni vero bono carebat, intelligitur? Cui pauperi Deus per sanctos prædicatores dulcedinem suæ gratiæ distillauit, secundum quod dicitur prouer. 3. 1. Palmas suas ostendit ad pauperem.

1058.

1059.

1060.

1061.

1062.

1063.

1064.

1065.

1066.

1067.

1068.

1069.

1070.

1071.

1072.

1073.

1074.

1075.

1076.

1077.

1078.

1079.

1080.

1081.

1082.

1083.

1084.

1085.

1086.

1087.

1088.

1089.

1090.

1091.

1092.

1093.

1094.

1095.

1096.

1097.

1098.

1099.

1100.

Quomodo sollicitudinem studendi Dei verbum quod prædicare habemus, hic nobis prohibet Christus, dicens. Nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Cum alibi Petrus apostolus dicat. Parati semper ad satisfactionem omni postceti vos rationem reddere de ea quæ in vobis est fide. Ad hoc respondet Chrysostomus super Matth. dicens. Cum inter fideles & in medio amicorum certamen erit, iubentur esse solliciti. Cum autem iudicium terribile & plebes insanientes & timor vndique auxilium à Christo præbetur, vt confidenter loquantur & non obstupescant. Quia ergo in primitiua ecclesia apostoli erant missi ad prædicandum, non amicis & fidelibus, sed infidelibus. Ideo ne timerent in eis spiritus sanctus loquebatur. Et hoc est quod hic notat psal. d. *Dominus dabit verbum euangelistis.* Et aduerte quod non solum datur à Deo verbum prædicatoribus: sed etiam in virtute multa. Quod ideo dicit, quia in primitiua ecclesia prædicatores prædicando Christi fidem multa miracula faciebant, vt non solum verbis, sed signis infideles ad fidem conuerterent. Propter quod dicitur actuum 4. Virtute multa reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu Christi. Sed in hoc multi mirantur: quare in primitiua ecclesia prædicatores à Deo habebant verbum prædicationis in virtute multa: quia prædicando multa miracula faciebant: nunc autem sine ostensione miraculorum prædicant: nunquid ergo deserta putabitur à Christo ecclesia? Hanc difficultatem monet Greg. & soluit, dicens. Sunt namque nonnulli, qui cum mira apostolorum opera audiunt: quod accepto spiritu sancto mortuos verbo resuscitent. ab obsessis demonia pellerent: sola vmbra infirmitates amouerent, ventera quæque prophetizando prædicarent: & vni-genitum verbum Dei omnium gentium lingua prædicarent: quia has virtutes nunc in ecclesia non vident: subtractam iam ab ecclesia supernam gratiam suspicantur, nescientes penitare quod scriptum est. A diutor in tribulationibus. Tunc quippe pe sancta ecclesia miraculorum adiutoris indiguit, cum eam tribulatio persecutionis pressit. Nam postquam superbiam infidelitatis edomuit non iam virtutum signa, sed solum merita operum requirit, quamuis & illa per multos cum oportunitas exigit, ostendat. Vbi ergo omnes fideles sunt quæ causa exigit vt signa monstrantur: Vnde citius fortasse satisfacimus, si quid de ipsa apostolica dispensatione memoremus. Paulus namque egregius prædicator Mitilenem veniens, & plenam infidelibus insulam sciens: patrem Publij dysenteria febribusque vexatum, orando saluauit. Et tamen agrotati Timotheo præcipit, dicens. Modico vino vttere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quid est o Paule quod ægrum infidelem orando ad salutem reuocas, & tuum adiutorem euangelij more medici per alimenta curas: nisi quod iccirco sunt exteriora miracula, vt mentes hominum ad interiora perducantur? quatenus per hoc quod mirum visibiliter ostenditur, ea quæ mirabilia sunt inuisibilia credantur. Signo quippe virtutis patet: Publij sanandus fuerat: vt mente viuificeret, dum miraculo ad salutem rediret, Timotheo autem adhibendum miraculū foris non fuerat: quia iam totus intus viuebat. Quid igitur mirum, si propagata fide, crebro miracula non fiunt, quando hoc ipsi

Quæstio.  
predicator.

1. Petri. 3.

Chrysostomus.

Actuum. 4.

Quæstio.  
Miraculum.

Greg. 27. mo.  
ca. 14.

Psalm. 9.

1. Tim. 5.

Incog. Tom. j.

Sf 2 quo-

quoque apostoli in quibusdam iam fidelibus A non fecerunt &c.

1060. Rex virtutum dilecti, dilecti, & speciei domus diuidere spolia.

Dilectum. Hic ostendit quod per praedicationem euangelij fiebat peccatorum remissio. Quoniam multi reges mundi & potentes qui infideles multis peccatis erant inuoluti, per praedicationem euangelij venerunt ad fidem, & sic purgati facti sunt dilecti Christi. Et multa donaria ecclesiae sunt largiti, quae postea ecclesia diuersis locis distribuit & officijs. Quod notans hic dicit. Rex virtutum. i. reges in mundo potentes. Accipitur enim hic singulari pro plurali: sicut Exod. 8. Venit musca, id est multitudo muscarum. Dicit ergo Rex virtutum dilecti, id est reges multi potentes, facti sunt dilecti. Et sic ly primum dilecti est numeri pluralis, & casus nominati. Sed cuius facti diuina dilecti, subdit. Dilecti, id est, Christi qui est dilectus patris. Matth. 3. Hic est filius meus dilectus. Et sic ly secundum dilecti est numeri singularis & casus genitiui sequitur. Et speciei domus diuidere spolia. Nam ut dictum est: reges conuersi ad ornamentum ecclesiae magna dona contulerunt: vt patet de Constantino, de Carolo magno, & de alijs, quae dona diuersis officijs & locis distribuere spectabat ad ecclesiam Romanam, quae est caput & pulchritudo omnium ecclesiarum. Quid est enim speciei domus, nisi ecclesia Romana, ad quam scilicet spectat diuidere spolia, id est dona ecclesiae collata? Vel aliter secundum magistrum in glo. vt ly rex sit Deus pater: qui dicitur rex virtutum, id est, in praesenti vt argentum sonat & lucet veritate doctrinae: sed in posterioribus, id est post hanc vitam erit in p. llore auri. i. in requie caelestis gloriae, quae per aurum denotatur. His visis talis est sensus literae vt psalm. loquatur doctoribus & praedicatoribus euangelicis per pennas columbae figuratis, dicens. Vos o pennae columbae deargenteatae dormiatis &c. Aliter istum textum magis mystice exponit Adam de virgine Maria, dicens. Si dormiatis inter medios clericos &c. Columba est, vt ergo Maria, in qua manet spiritus sanctus ad emundationem omnis iniquitatis. Columba est cuius simplicitatis antidoto venenati serpentis detegitur astutia multiformis. Pennae huius columbae duae sunt. s. humilitas & virginitas. Deargentatae sunt: quia diuino eloquio insignita. Eloquium Dei est verbum Dei filius Dei. Quid est ergo argentum in columbae pennis, nisi filius Dei in materia per praesentiam carnis? His pennis leues & expediti volant ad caelum: his male deorsum aestuantibus refrigerij praestatur umbraculum. Posteriora dorsum eius in pallore auri. Ecce nos praecedat ad gloriam Maria, praecedentem sequamur. Quid de praecedente nisi dorsum videmus? Posteriora

Exod. 8. Dicit ergo Rex virtutum dilecti, id est reges multi potentes, facti sunt dilecti. Et sic ly primum dilecti est numeri pluralis, & casus nominati. Sed cuius facti diuina dilecti, subdit. Dilecti, id est, Christi qui est dilectus patris. Matth. 3. Hic est filius meus dilectus. Et sic ly secundum dilecti est numeri singularis & casus genitiui sequitur. Et speciei domus diuidere spolia. Nam ut dictum est: reges conuersi ad ornamentum ecclesiae magna dona contulerunt: vt patet de Constantino, de Carolo magno, & de alijs, quae dona diuersis officijs & locis distribuere spectabat ad ecclesiam Romanam, quae est caput & pulchritudo omnium ecclesiarum. Quid est enim speciei domus, nisi ecclesia Romana, ad quam scilicet spectat diuidere spolia, id est dona ecclesiae collata? Vel aliter secundum magistrum in glo. vt ly rex sit Deus pater: qui dicitur rex virtutum, id est, in praesenti vt argentum sonat & lucet veritate doctrinae: sed in posterioribus, id est post hanc vitam erit in p. llore auri. i. in requie caelestis gloriae, quae per aurum denotatur. His visis talis est sensus literae vt psalm. loquatur doctoribus & praedicatoribus euangelicis per pennas columbae figuratis, dicens. Vos o pennae columbae deargenteatae dormiatis &c. Aliter istum textum magis mystice exponit Adam de virgine Maria, dicens. Si dormiatis inter medios clericos &c. Columba est, vt ergo Maria, in qua manet spiritus sanctus ad emundationem omnis iniquitatis. Columba est cuius simplicitatis antidoto venenati serpentis detegitur astutia multiformis. Pennae huius columbae duae sunt. s. humilitas & virginitas. Deargentatae sunt: quia diuino eloquio insignita. Eloquium Dei est verbum Dei filius Dei. Quid est ergo argentum in columbae pennis, nisi filius Dei in materia per praesentiam carnis? His pennis leues & expediti volant ad caelum: his male deorsum aestuantibus refrigerij praestatur umbraculum. Posteriora dorsum eius in pallore auri. Ecce nos praecedat ad gloriam Maria, praecedentem sequamur. Quid de praecedente nisi dorsum videmus? Posteriora

Matth. 3.

Ecclesia spe- ciei domus.

Psalm. 102.

1061. Si dormiatis inter medios clericos, pennae columbae deargentatae, & posteriora dorsum eius in pallore auri.

Hic ostendit quod in praedicatione euangelij fuit scripturarum concordia Pro cuius expositio-

ne oportet primo exponere terminos, & consequenter construere. Primum ergo sciendum quod per ly clericos significantur duo testamenta sacrae scripturae. Cuius ratio est. Nam clericos idem est q. fors, vt dicitur. dist. 2. clericos. Sors autem in veteri testamento partes hereditatis terrae promissae significat, quae ex promissione dicitur: quasi ex forte proueniant. Sicut ergo clericos significat duo testamenta: quia per ea datur nobis hereditas aeterna. Dormire ergo inter medios clericos, est in auctoritate & fide duorum testamentorum pacifice quiescere. Dormit ergo praedicator euangelic⁹ inter medios clericos: quando duo testamenta firmiter credens, ipsorum concordiam docet & praedicat. Per columbae vero intellige ecclesiam, Christi spōsam quae (vt habetur. 24. q. 1. omnibus consideratis.) vnica columba appellatur, quae sponsa est Christi non habens maculam neque rugam. Ista autem colūba est deargentata. i. diuinis eloquijs erudita. In scriptura enim diuina, per argentum diuina eloquia intelliguntur. Vnde in psal. dicitur. Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Pennae autē. s. alia istius colūbae ecclesiae sunt sancti doctores & praedicatoribus, per quos semper volat ad alta: quia ipsorum praedicatione in caelum fertur gloria ecclesiae. Posteriora vero dorsum huius columbae ecclesiae sunt posteriora tempora ecclesiae quae. s. erunt in communi resurrectione, vel quae erunt in fine cuiusq. Quae posteriora dorsum in specie auri splendebunt: quia postquam quisque in eum ecclesiae exit de ecclesia militante statim additus ecclesiae triumphanti super aurum splendet. Vocatur ergo colūba ecclesiae in parte anteriori argentea, sed in parte posteriori aurea: quia hic in praesenti vt argentum sonat & lucet veritate doctrinae: sed in posterioribus, id est post hanc vitam erit in p. llore auri. i. in requie caelestis gloriae, quae per aurum denotatur. His visis talis est sensus literae vt psalm. loquatur doctoribus & praedicatoribus euangelicis per pennas columbae figuratis, dicens. Vos o pennae columbae deargenteatae dormiatis &c. Aliter istum textum magis mystice exponit Adam de virgine Maria, dicens. Si dormiatis inter medios clericos &c. Columba est, vt ergo Maria, in qua manet spiritus sanctus ad emundationem omnis iniquitatis. Columba est cuius simplicitatis antidoto venenati serpentis detegitur astutia multiformis. Pennae huius columbae duae sunt. s. humilitas & virginitas. Deargentatae sunt: quia diuino eloquio insignita. Eloquium Dei est verbum Dei filius Dei. Quid est ergo argentum in columbae pennis, nisi filius Dei in materia per praesentiam carnis? His pennis leues & expediti volant ad caelum: his male deorsum aestuantibus refrigerij praestatur umbraculum. Posteriora dorsum eius in pallore auri. Ecce nos praecedat ad gloriam Maria, praecedentem sequamur. Quid de praecedente nisi dorsum videmus? Posteriora

Dist. 2.

Colūba dicitur vna.

Psalm. 4.

Psalm. 45.

Posteriora dorsum eius nos sumus quicunque post dorsum relicti, ipsam aliquatenus imitari conamur. Postiora haec in pallore auri sunt. Per aurum quo nullum in metallis est preciosius: designatur virginitas marie, qua nihil post Deum est excellentius. Aurum hoc habet splendorem & pallorem. Splendorem in veritate naturae. Pallorem in superficie mutabili massae. Splendorem ergo habet naturaliter. Pallorem accidentaliter. Splendor auri est castitas incorrupta. Pallor est castitas post lapsum per continentiam reformata. Vtrumq; est in auro Mariae & splendor & pallor: quia inhærendo ei, alij permanent in integritate corporis, alij de longe eam sequendo: et si florem perdidit virginitatis, castitatis tamen amore vincunt in se luxuriam carnis. Quid ergo si virginitatem perdidimus, ideo nequaquam ad virginem, vel ad virginis filium pertinemus? Ne desperes: quia posteriora dorsum eius in pallore auri. Quae pulchra columba & quam diues, deargentata est in pennis, in posterioribus deaurata. In pennis sonat argentum, & licet in dorso splendet aurum & pallet. Lux argenti refertur ad gratiam, sonus ad doctrinam: splendor auri ad sapientiam pallor ad patientiam: pallor qui est iudicium vultus afflicti, designat patientiam in aduersis exhibitam ex amore Dei. Ergo & gratia plenitudo & doctrinae relictio sunt in pennis columbae: hoc est in virtutibus Mariae. Fulgor caelestis sapientiae & pallor patientiae sunt in dorso columbae, id est, in exemplum actionis virgineae. Sed quare in dorso aurum vt sequentibus, & dorsum solum in tuentibus aurum ostendatur? In dorso quid auro concupiscibilis, quid in praecedentibus dorso conspicibilis? Qui ergo aurum in dorso portat, sectatores & amulatores habere desiderat. Sed cui datum est aurum hoc amulari, & has pennas inuolueri? Cui concessum est dormire inter medios clericos, hoc est in medio clericorum? Nam clericos fors dicitur: fors hereditas appellatur. Sors ergo sunt duae hereditates filiorum hominum, vna quam habet ex eo quod sunt filij Dei, altera quia filij hominum. Illa caelestis, ista terrena: illa anima, ista corporis: illa futura, ista praesens: illa debet esse in desiderio, ista in vltu necessario. Qui ergo quiescit inter vtraque inferioris strepitum fugiens, superioris quietem appetens: sic dormiendo, videt sponsam sicut columbam ascendentem desuper riuos aquarum. Vnde & David videns requiem quod esset bona, ait. In pace in idipsum dormiam & quiescam. Vnde sequaces habere volens & dormitionis suae socios. Si dormiatis inquit inter medios clericos &c. Medium clericorum vbi dormiendum est: charitas tunc potest, per quam in animo mundi cupiditas dum vltuosa sopitur, & aeternae hereditatis quietem desiderium expectatur. Vis videre medium clericorum? mediatrix intueri Mariam. Ipsa medium est inter caelum & terram. Media & mediatrix est inter Deum & hominem. Medium intelligamus per condescensionis clementiam. Quae tamen super caelos eleuata est per gloriam. In ipsa ergo quiescendum est: quia super ipsa requiescit spiritus almus sine quo omnis spiritus est iniquus. Aliter istum versum magis literaliter exponit Nico de lyra, vbi dicit. Sciendum est quod clericos Graece, idem est quod fors latine. Columba autē hic accipitur pro ecclesia: quae columba frequenter nominatur in caucis.

Incog. Tom. j.

Pennae autē huius columbae sunt virtutes ca ad caelestia eleuantes. Dicit ergo. Si dormiatis inter medios clericos. i. si quiescatis inter status ecclesiae. s. militantis & triumphantis, quod sit qm sic videntur homines bonis praesentis vitae, vt nō perdant bona aeterna, sed magis acquirant: quia sicut diuitie impediunt sunt reprobis, ita praebis sunt adiumenta virtutis. Et sic pennae columbae deargentatae sunt: quia praesens vita in puritate ducitur conscientiae. Et posteriora dorsum eius. i. superiores partes pennarum, quae sunt supra columbae dorsum sunt in pallore auri. i. terminantur in perfecta charitate qui habetur in charitate. Haec ille. Ista etiam expositio sententialiter habetur in glo. magistri.

1062. Dum discernit caelestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon, mons Dei mons pinguis.

Hic consequenter ostendit q. in praedicatione euangelij est gratiarum distributio. Pro cuius euidētia primo notandū, q. caelestis dicitur quilibet in caelis habitās. Et sic cum Deus singulari modo in caelis habitet: ipse per caelestē significatur. Et sic caelestis quandoq; dicitur Deus pater. Matth. 6. Pater noster qui es in caelis. Et Luc. Estote perfecti sicut pater vester caelestis perfect⁹ est. Dicitur etiā Christi caelestis, 1. Cor. 15. Primus homo de terra terrenus, secundus de caelo caelestis. Et sic accipitur hic caelestis pro Deo patre, siue pro ipso Christo. Notandum etiam q. reges dicti sunt apostoli & principes ecclesiae ac sui successores: quia ecclesia habet regere. Vnde de ipsis dicitur. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnē terram. Et magister dicit lib. 4. dist. 29. q. praelati & clerici reges dicuntur: quia se & alios regere habet. In cuius signum coronā in capite portant. Item notandum quod secundū grāmaticos, discernere idem est quod videre, desiderare, praepone, statuere, & diuidere. Hic aut accipitur pro diuidere, siue distribuere. Item notandum, quod Selmon aliquando est nomen propriū cuiusdam montis: vt habetur Iudicū 9. q. Abimelech ascendit montē Selmon. Quandoq; vero Selmon est nomen appellatiuū, & sic interpretatur umbra. Et sic significat umbraticos & obsecros gentiles & idololatrias peccatis obsecratos. Ex praedictis ergo sic versus debet cōstrui & exponi Dum discernit caelestis reges super eam. i. dū caelestis pater Deus, siue Christus: discernit. i. distribuit reges. i. apostolos & alios praelatos super ecclesiam. Quia ad regimen ecclesiae apostoli fuerunt à Deo in diuersis partibus mundi discreti & deputati. Et ipsi per orbem alios episcopos & sacerdotes: qui omnes reges dicuntur: ordinauerunt: vt patet ex eorum gestis. Quid ex hoc secutum est, q. Dei gratia distributa est gentibus, quae accepta fide Christi, sunt ab omnibus vitijs purgatae? Et hoc est quod illi qui sunt in Selmon. i. in gentilitate niue dealbabuntur. id est, supra niuem albi & puri efficiuntur: quia per fidem accipient paritatem animae, quae excedit omnem puritatem vel albedinem corporalem. Et sic illi qui prius erant in Selmon. i. in obscuritate errorum & infidelitatis, per distributionem apostolorum episcoporum & regū, à peccatis purgabuntur: quia. s. per ministrōs fideles ecclesiae baptizabuntur. Et quia per conuersionem talem gentiliū augmentata numero, &

Caestis.

Matth. 6.

1. Cor. 15.

Reges dicuntur praelati. Psalm. 44.

Discernere.

Selmon. Iudic. 9.

Psalm. 45.

S f 3 &

& gratia ditata fuit ecclesia Ideo de ecclesia subditur. *Mons Dei mons pinguis*. Vbi notandum est, quod in scriptura sacra mons in singulari numero, multa significat, & alia in plurali numero. Ut ostendit Gregor. super illo verbo Iob. 40. Huic montes herbas ferunt, dicens. In scriptura sacra cum mons in singulari numero ponitur, aliquando incarnatus dominus, aliquando sancta ecclesia: aliquando testamentum Dei: aliquando apostata angelus: aliquando quilibet haereticus designatur. Cum vero montes in plurali numero nominantur: aliquando celsitudo Apostolorum: aliquando vero saecularium potestatum timor exprimitur. Mons namque dominum significat. Sicut scriptum est. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domini in vertice montium. Mōs quippe est in vertice montium incarnatus dominus, transcendens celsitudinē prophetarū. Rursus per montem sancta Dei designatur ecclesia, sicut scriptum est. Qui cōfidit in domino, sicut mōs Sion. Sion namque speculatio dicitur: per quam. s. speculationē contemplan. Deum ecclesia figuratur. Rursus per montē testamentum Dei accipitur, sicut Abacuc ait. Deus à libano veniet: & sanctus de monte umbrōso & condense. Qui enim venturum se per testamenti sui paginas spopōdit, quasi inde venit, vnde velut sub promissione se tenuit. Quod scilicet testamentum bene mons condensus & umbrōsus dicitur, quia spissis allegoriarum obfcuritatibus oppacatur. Rursus per montem apostata angelus designatur: sicut sub Babylonis regis specie: de antiquo hoste praeicatoribus dicitur. Super mōtem caliginosum leuate signum. Praeicatores quippe sancti super caliginosum montem signum eleuant: quando cōtra Sathanā superbiam quae saepe sub nebula simulationis absconditur, virtutē crucis exaltant. Rursus per montem haereticus quilibet exprimitur, sicut ex voce ecclesiae psal. ait. In Domino confido, quomodo dicitis animam meam, transmigra in montes sicut passer. Cum enim fidei animam unitate derelicta, in tumenti doctrina cōfidere haereticus praeicatoris dicitur, deserto domino quasi in montē transmigrare suadet. Rursus per montes, Apostolorum atque prophetarum celsitudo designatur, sicut scriptum est. Iustitia tua sicut montes Dei. Et voce Pauli dicitur. Vt nos efficiamur iustitia Dei in ipso. Vel sicut iterum voce sperantis ecclesiae, psal. ait. Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Rursus per montes, saecularium potestatum tumor exprimitur: de quibus psal. ait. Montes sicut cera fluxerunt à facie domini: quia multi qui prius alta rigiditate tumuerunt, Deo in carne apparente magno: sunt per penitentiam timore liquefacti &c. Ad propositū ergo hic eū dicitur. *Mons Dei mons pinguis*. Per mōtem significatur ecclesia, quae mons pinguis dicitur propter multitudinē gentium ad ecclesiam conuersarū: & propter abundantiam gratiae in ecclesia fidelibus collatae. Vel aliter, istū versum exponit magister in gl. ab illo loco. In Selmon mons Dei mons pinguis, dicens, quod ecclesia propter reges distributos super niuē dealbatur. i. purificatur: & causam huius purificationis subdit, dicens. In Selmon. i. in umbra gratiae: quae venit ex corpore Christi. Selmon enim interpretatur umbra, i. gratia spiritus sancti, quia nō meritis suis discernuntur ab actu carnis, sed spiritu obubrante. Umbra enim gratiae defen-

*Nons multa significat.*  
Greg. 33. mo. c. 1.

*Es. 1.*

*Psalm. 124.*

*Abacuc. 3.*

*Es. 17.*

*Psalm. 10.*

*Psalm. 33.  
2. Corint. 5.  
Psalm. 120.*

*Psalm. 96.*

*Umbra gratiae.*

A saculum nobis est cōtra inēctiua carnalium concupiscentiarum. De qua ad virginē pariturā angelus ait. Virtus altissimi obubrabit tibi. i. umbrā faciet tibi. Umbra autē fit lumine & corpore. Lūmē est verbum. Caro Christi corpus. Accessit lumen corpori. i. verbū carni. verbū enim caro factū est. Et credentes hac umbra protegimur, quae de corpore eius manat, de cuius plenitudine omnes accipimus. Deinde ad cōmendationē mōtis subdit dicens. Iste Selmō. id est. iste in quo est plenitudo gratiae, & vnde nobis umbra fit: scilicet Christus est mons Dei, mons positus in vertice montium, ad quem fluent omnes gētes. Et est *mons pinguis*, id est vber, vnde aqua, scilicet irriguae & suaves currunt.

**Mons coagulatus, mōs pinguis, vt quid suspicamini mōtes coagulatos**

Hic ostendit quod in praedicatione euangelij est generalis omnium eruditio. Vbi notandum, quod euangelij praedicatorum primo considerant capacitatem auditorum, & paruulis intellectum leuia praedicat, quae facilliter capi possunt, altioribus autem altiora: quia nec paruulis altis instruerentur, nec alti leuibus: sicut mater filio paruulo lac porrigit, non escam: maior autem escam, & non lac. Sic dicebat Apostolus 1. Corin. 3. Non potui vobis eloqui quasi spiritualibus: sed tanquam carnalibus: tanquam paruulis in Christo, lac potum vobis dedi non escam. Et sic omnibus conuenit sermo diuinus. Vnde Greg. ait. Diuinus etenim sermo: sicut misteria prudentes exercet: sic plerumque superficie simpliciter refouet. Habet in publico, vnde paruulos lacte nutriat, seruat in secreto vnde mentes sublimium in admiratione suspendat. Quasi quidam quippe est fluuius (vt ita dixerit) planus & altus, in quo & agnus ambulat: & elephans natet &c. Istam communiter scripturae sacrae omnibus paruulis & magnis congruentem hic ostendit psal. dicens de scriptura euangelica: quod est mons coagulatus mons pinguis. Per montem enim ipsa ecclesia in qua praedicatur euangelium designatur, vt in praecedenti versu. fuit dictum. Dicitur ergo ecclesia mons coagulatus: quoad paruulos, quos lacte fidei nutrit. Nā coagulatus est lac coagulo constrictum: & sic est cibus lacteus. Dicitur etiam mons pinguis, propter fertilitatem altioris doctrinae: quae alta ingema pascit. Et istum intellectum ponit magister in glo. dicens. *Mons coagulatus* dicitur quoad paruulos, quos lacte interioris doctrinae nutrit. Dicitur autem *mons pinguis*, propter fertilitatem altioris intelligentiae, quoad maturos & doctos, quos pane solidioris doctrinae cibant. Et propter ista ecclesia catholica omnem aliam doctrinam & sectam excedit: quia ecclesia sola omnibus dat doctrinā salutis, quae extra ecclesiam reperiri non potest: quia extra catholicam ecclesiam salus non consistit. extra de summa trini. ca. firmiter. Et hoc notans psal. veritē se ad gentes idola colentes, dicens. *Vt quid suspicamini montes coagulatos*. id est. vt quid falso creditis extra ecclesiam esse montes coagulatos. scilicet aliquas leges vel sectas esse extra ecclesiam: quae salutem possint suis conferre: vt facit mons coagulatus ecclesiae?

*Luce. 1.*

*1061.*

*1. Corin. 3.  
Sacroscriptura  
omnium  
conuenit.  
Greg. 1. in  
epistola 4.*

*Prouet. 16.*

*1037.*

Mons

**Mōs in quo beneplacitum est Deo habitare in eo, etenim dominus habitabat in finem.**

Hic ostendit quod in ecclesia habitat Christus & ponitur Christi exaltatio. Vbi notādū est, quod quāuis Deus sit vbique per essentiam, p̄sentia & potentia: non tamen vbique habitat, sed solum ibi habitat vbi est per gratiam. Vnde ait magister li. 1. dist. 37. non enim vbique est Deus, ibi habitat: vbi vero habitat, ibi est. In solis vero bonis habitat, qui sunt templum eius & sedes. Vnde per esaiam dominus ait. Coelum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, quia in electis qui sunt caelum habitat Deus, & regnat, qui eius voluntati deuoti obtemperant, malos vero qui sunt terra, iudicij discretionē calcant. Vnde in li. Sapient. dicitur. Thronus sapientiae anima iusti, quia in iustis specialius est quam in aliis, in quibus tamen omnibus est totus. Quemadmodū anima (vt ait August.) per omnes peritulas corporis tota adest si mul, nec minor in minoribus, nec in maioribus magor ē, sed tamē in aliis interius, in aliis remi<sup>9</sup> operatur, cum in singulari particulari corporis tota sit. Ita & Deus cum sit essentialiter in omnibus, ac totus, in illis tamen plenius dicitur esse quos inhabitat id est, in quibus ita est, vt faciat eos esse templum suum &c. Ex quibus patet, quod ibi solum Deus habitat, vbi est per gratiam gratum facientem. Cum ergo extra montem ecclesiae id est, cōgregationem fidelium nullus sit in gratia, quia sine fide impossibile est placere Deo, ad Hebrae. 11. sequitur quod Deus solum in montem ecclesiae habitat, & non extra. Et hoc notans psal. dicit quod ecclesia sit mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et hoc quantum ad ecclesiam militarem propter quod dicebat Christus. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad finem saeculi. Quo autem ac ecclesiam triumphantem subdit. *Etenim dominus habitabit in finem*, quia in illa aeternaliter habitabit in sanctis. Vnde textus Hiero. habet. *Etenim dominus habitabit in sempiternum*. Vel aliter secundum glo. Per istum montem intelligitur Christus, in quo solo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, quod de nullo sancto verificatur. Ideo de Christo dicit, quod est mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Sic enim de ipso ait pater. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui. Conformiter hoc praedicat psal. dicens. Mons in quo beneplacitū est Deo habitare in eo. Quod ideo dicit, ne quis audeat eum ceteris comparare propter illos qui dicebant eum esse Ioannem baptistam, alij Heliā &c. quos increpat hic: quia iste solus est mons in quo beneplacitum est &c. Deo id est, verbo habitare in eo per se, in aliis autem per ipsum. Et quia verbum in separabiliter habitat in Christo, ideo subdit. *Etenim dominus scilicet, verbum habitabit in finem*.

**Currus Dei decem millibus multiplex, millia letantium, dominus in eis in Synai in sancto.**

In ista parte inuitantur angeli ad laudandum Deum de Christi ascensione ex eius consortio. Et

diuiditur in partes duas. Quia primo facit quod dictum est. Secundo ostendit ex ascensione Christi ecclesiae vtilitatem & profectum, ibi. *Benedictus dominus*. Quantū ergo ad primum sciendum quod ad regis dignitatem declarandam facit multitudinem militum & ministrorum ipsum assortantium. Vnde de. Prouer. 14. dicitur. In multitudine populi dignitas regis in paucitate vero plebis ignominia principis. Volens ergo Christus suam regiam dignitatem ostendere, cum magna multitudine militum id est, sanctorum angelorum ascendit. Et quantum ad hoc primo psal. hoc probat per exemplum arguens per locum à minori. Secundo concludit propositum, ibi. *Ascendisti in altum*. Quantum ergo ad primam partem psal. facit talem orationem, si de quo minus videtur inesse, inest: & id de quo maius, sed min<sup>9</sup> videtur quod Deus in datione legis descendit in mōte Sinai cū angelorum multitudine, quā quod ipse de terris ad patre, & tamē primū fuit, ergo & secūdu. Hic autē pribat primū fuisse, s. qd cū angelorū multitudine Deo descendit in monte Sinai legem daturus, dicens. *Currus Dei decem millibus multiplex millia*. Sciendū est ergo quod quando Deus descendit in montē Sinai ad dandum legem, cum ipso descenderunt sibi ad ministerium legis dandum viginti millia angelorum. Vnde dicitur Deute. 33. Dominus de Sina venit, & cum eo sanctorum millia, & in dextera eius ignea lex. Et hoc est quod hic ponit psal. declarat quod millia sanctorum, scilicet, angelorum cum ipso fuerint, dicens. *Currus Dei decem millibus multiplex millia*. Currus enim Dei dicuntur sancti angeli in quibus Deus vt in sede vel in curru sedet, & quos sua iudicia operatur. Vnde psal. 79. dicitur. Qui sedes super cherubim Sed quor angelii fecerunt istum currum subdit. *Decem millia multiplex*. id est, decem millia multiplicata id est, duplicata. Vnde in hebraeo habetur. *Bis decem millia letantium*. quia tot angeli fuerunt in datione legis in monte Sinai. Et hoc est quod subdit. *Dominus in eis in Sinai in sancto* id est, dominus ab eis fuit associatus in datione legis, super montē sanctum Sinai. Ex hoc ergo vult arguere psal. quod maior multitudo angelorum letantium cum Christo debuit esse, quando in caelum ascendit. Quia Christi ascensio fuit maioris solemnitatis tam angelis quam hominibus, quia in illa ex hominibus capit restaurati ruina angelorum. Et hoc est quod subditur de Christi ascensione.

**Ascendisti in altum, cæpisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus.**

Christus enim quo ad humanitatem ascendens in caelum, altiora loca caeli penetravit, ad quae ante nullus hominum fuerat ingressus, quia ascendit in caelum trinitatis, quod supereminet omnibus aliis caelis. Et hoc est quod dicit. *Ascendisti in altum*. Et ponit praeteritum pro futuro. Et vere ascendit in altum, quia super omnes caelos, ad Ephe. 4. *Caelum multiplex*. Ascendit super omnes caelos. Nam ponit doctores septem esse caelos. Vnde glo. super. 2. c. deut. enumerat septem caelos. Primo ponens caelum aereum. Secundo caelum aetereum. Tertio caelum igneum. Quarto sidereum. Quinto caelum chrySTALLINUM. Sexto caelum empyreum. Septimo caelum sancte trinitatis. Et istud dicitur caelum caeli. S f 4 Christus

*Ascendit  
Christus cum  
angelorum  
multitudine.*

*Currus Dei*

*Deute. 33.*

*Psalm. 70.*

*1066*

*Ascensio  
Christi.*

*Ephe. 4.  
Caelum multiplex.*



lorum propter dignitatis excellentiam. Et ad istud  
Christus ascendit. Quod notans psal. ait. *Ascendi-  
sti in altum.* Sic enim dicitur infra. Psallite Deo qui  
ascendit super caelum caeli. Sequitur. *Cepisti capti-  
uitatem.* Christus enim ascendendo secum ad coe-  
los duxit sanctos patres, qui prius in limbo tene-  
bantur captiui. Zacha. 9. *Eduxisti vincos de lacu*  
in quo non erat aqua. *Accipisti dona in hominibus.*  
Christus enim ascendens, accepit à Deo dona spi-  
ritus sancti hominibus distribuenda. Vnde post  
eius ascensionem misit hominibus spiritum sanctum  
in signo visibili. Sic ergo ascendens à Deo accepit  
dona spiritus sancti: non quidem in se, quia  
ab instanti suae conceptionis spiritus sancto fuit  
plenus. Sed pro tanto dicitur tunc accepisse dona  
spiritus sancti, quia ad declarationem suae gloriae,  
quod sedet ad dexteram maiestatis, spiritum sanctum  
in signo visibili misit, propter quod dicitur  
Ioan. 7. quod spiritus sanctus nondum erat datus,  
quia nondum Christus erat glorificatus. Isti verum  
ad literam de Christo dictum allegat aposto-  
stolus ad Ephe. 4. dicens. Vnicuique nostrum da-  
ta est gratia secundum mensuram donationis Chri-  
sti, propter quod dicit. Ascendens in altum capti-  
uam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.  
quod exponit ibidem glo. dic. Christus ascendit  
in altum, loco & dignitate. Captiuam duxit capti-  
uitatem id est, eos quos diabolus captiuauerat à pa-  
radiso, & proprios mundi & inferni fecerat. Iterum  
fecit Christus captiuos dum ad caelos reducerentur.  
Ipsos namque homines appellauit captiuitatem,  
quia captiui tenebantur sub diabolo, sicut  
cum dicitur militia, intelliguntur qui militant,  
Eandem captiuitatem Christus captiuam ducit,  
vt sit felix captiuitas, possunt enim homines ad  
bonum capi. Vnde dictum est Petro. Ex hoc iam  
eris homines captiuus. Captiuati ergo dicuntur,  
quia captiui & capti, quia captiuati sub leue iu-  
gum Christi missi, liberati à peccato, serui autem  
facti Deo. *Dedit dona hominibus.* id est, spiritum sanctum,  
Norissimum enim est dominum Iesum Chri-  
stum, cum post resurrectionem ascendisset in cae-  
lum, dedisset spiritum sanctum, quo impleti creden-  
tes loquebantur omnibus linguis. Tamen gl. ibi-  
dem notat varietatem inter textum psalmi & apo-  
stoli. Quia in psal. dicitur. *Accipisti dona in homi-  
nibus.* Paulus vero apostolica auctoritate maluit  
dicere, *Dedit dona hominibus,* vt ex vtroque  
verbo: vno scilicet apostolico, & altero propheti-  
co (quia in vtroque est diuini sermonis auctori-  
tas) sensus plenissimus redderetur, vtrumque e-  
nim verum est, & quia dedit dona hominibus, &  
quia accepit. *Dedit hominibus* tanquam caput  
membris suis. *Accipit in hominibus* idem ipse  
vtique in membris suis. Ipse Christus dedit de ce-  
lo & accepit in terra, dedit, quia Deus est cum pa-  
ter secundum quod dat, accepit, quia ipse est in  
suis membris & ecclesia in qua accepit. Et hoc  
est in hominibus accipere. Et haec omnia etiam  
sententialiter hic ponit glo. Ex his omnibus  
vult ostendere psalmista, quod ista Christi ascen-  
sio maioris festiuitatis angelis & hominibus fue-  
rit quam datio legis antiquae. Et ideo si in datio-  
ne legis fuit associatus à viginti millibus angelo-  
rum multo fortius in ista ascensione. Et attende  
quod dicit, *Accipisti dona in hominibus,* in defi-  
nite loquens de hominibus, quia spiritum sanctum  
in signo visibili non solum dedit apostolis vt pro-

Zacha. 9.

Ioan. 7.

Ioan. 7.

Ephe. 4.

A miserat, sed etiam aliquibus gentilibus. Vnde se-  
quitur.

Etenim non credentes, inhalare  
dominum Deum.

Id est per donum spiritus sancti fecisti in habita-  
re gentes dominum Deum, quae tamen prius non  
credebant in Deum. Sicut legimus de cornelio,  
centurione qui gentilis erat, quem tamen spiri-  
tus sanctus per donum suae gratiae habitauit &  
conuertit ad fidem, vt habetur Act. 10. Sic & de  
multis aliis gentilibus conuersis ad fidem, quos  
Deus per gratiam habitabat, & ipsi Deum inha-  
bitabant, quoniam vt dicitur. 1. Ioan. 4. *Qui ma-  
net in charitate, in Deo manet & Deus in eo.* Et  
sic ly. *non credentes.* potest hic teneri nominatiue  
& accusatiue. Hoc autem quod spiritus sanctus in  
gentibus, quae prius non credebant, per gratiam  
fuerit etiam in signo visibili datus, magnam admi-  
rationem induxit iudaeis etiam credentibus, quo-  
niam vt habetur Act. 10. Adhuc loquente Petro  
cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant  
verbum scilicet, gentiles. Et obstupuerunt ex cir-  
cuncisione fideles, quia & in nationes spiritus san-  
cti gratia diffusa est. Audiebant enim illos loquen-  
tes linguis &c.

Benedictus dominus die quotidie:  
prosperum iter faciet nobis, Deus salu-  
tarium nostrorum.

Hic ostendit ex ascensione Christi ecclesiae v-  
tilitatem & profectum. Et hoc dupliciter scilicet  
primo ex Christi ascensione declarando ecclesiae  
promotionem. Secundo in inimicorum depresso-  
nem, ibi. *Veruntamen.* Promotio autem fidelium  
est duplex, quia ascensio Christi primo paradysum  
nobis aperuit. Secundo nos in aduersis fortifica-  
uit, ibi. *Deus noster.* Quantum ad primum nota-  
ndum, quod primus homo caelos penetrans fuit  
Christus in sua ascensione, quia ante nullus qua-  
tuncunque iustus caelum intrabat, sed descende-  
bat ad limbum. Vnde Christus ascendens caelum  
apparuit, & omnibus iustis iter in caelum ascen-  
dendi fecit, propter quod de ipso dicitur figura-  
liter. Mich. 2. *Ascendit iter pandens ante eos.* Et  
de hoc Deo gratias agens psal. ait. *Benedictus domi-  
nus &c. T. Prosperum iter faciet nobis.* id est, aperiet ce-  
lum ascendendo, vt nobis iter ad ipsum prospere  
sequendum ostendat. Dicit ergo. *Benedictus domi-  
nus die quotidie.* id est, per singulos dies lauderur  
dominus à fidelibus. Vnde alia litera habet. *Bene-  
dictus dominus de die in diem.* id est, iugiter, quod i-  
dem valet. Et causam subdit, dicens. *Prosperum iter  
faciet nobis.* scilicet, quo possimus ad ipsum ire.  
Tum quia ascendens caelum nobis aperuit, tum  
quia spiritum sanctum misit, qui ecclesiam suam  
ad caelestia dirigit semper. *Deus salutarium nostro-  
rum.* quod ideo dicit in plurali salutarium, & non  
solum salutis, quia de pluribus periculis nos sal-  
uat, vt patet, quia non credentes vocat, peccata  
remittit per gratiam iustificat. Sic conformiter in  
plurali dixit, psalmus, 27. *Dominus fortitudo ple-  
bis suae, & protector saluationum Christi sui est.*  
Vide supra, ver. 409.

Deus

Deus noster Deus saluos facien-  
di, & domini domini exitus mortis.

Vbi nota differentiam inter Deum nostrum  
qui verus Deus est, & deos gentium. Quoniam  
dij gentium nullum saluare possunt, quia nec ip-  
si in se ipsis habent salutem, Deus autem noster  
est Deus saluationis. Primo quia omnes vult sal-  
uos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.  
Etiam quia suos electos multipliciter saluat, vt  
dictum fuit ver. 716. Et de hoc vero Deo dicit, Deus  
noster inquam est Deus saluos facienti qui scilicet  
suos saluat, quia nullus saluatur, nisi per ipsum.  
Est ergo Deus saluos facienti scilicet, qui potesta-  
tem habet & voluntatem saluandi suos electos.  
vnde ab ipso est salus nostra, sed perditio à nobis.  
Vnde Olee. 13. *Perditio tua ex te Israel,* tantum  
modo in me auxilium tuum. Et quia saluat nos in  
ipsum sperantes, aduersa timere non debemus, e-  
xemplo suo fortificati, propter quod subdit *Et do-  
mini domini exitus mortis.* Quod duobus modis de  
Christo exponitur. Primo quod Christus qui erat  
omnium dominus & sine peccato etiam passus  
fuit mortem. Cum ergo miles delicatior rege non  
debeat esse, sequitur quod tu Christi exemplo mor-  
tem timere non debes. Et quantum ad istum sen-  
sum dicit. *Et domini domini exitus mortis.* quasi di-  
cat, secundum glo. Ipse est Dominus saluos facien-  
di, sed ne dicas, Cur morimur, potius patienter  
fer mortem. Non indigneris si morieris, quia &  
dominus Deus noster Iesus Christus etiam ha-  
buit exitum scilicet de vita presenti, qui exitus  
vtique fuit exitus mentis, qui scilicet exitus  
mortis non à timore liberat mortis. Voluntate e-  
nim Christus habuit exitum mortis, ne homo mor-  
tem timeret. Sic ergo Christus per exitum mor-  
tis quem habuit, nos fortificat in aduersis. Chri-  
sto ergo in carne passio, & vos eadem cogitatione  
armamini. Et ad istum intellectum loquitur Gre-  
gories. Redemptor noster suscepit mortem ne mortem  
timeremus. Ostendit resurrectionem, vt nos resurge-  
re posse confidamus &c. Secundo modo hoc de  
Christo exponitur, vt per exitum mortis non in-  
telligas Christum de mundo exiisse per mortem  
sed Christum exiisse à morte per resurrectionem  
Est ergo sensus. *Deus noster Deus saluos facienti &c.*  
id est, Deus saluat nos. Et ne turberis de morte,  
sed spera resurrectionem, quia Christus à morte  
per resurrectionem exiuit, & nobis similiter exi-  
tum parauit. Et hoc est quod dicit. *Et domini domi-  
ni exitus mortis.* id est, resurrectio, qua à morte exi-  
uit. Sed forte dices. Quare hic duplicat hoc nomē  
domini domini? Videtur enim quaedam nugatio.  
Sciendum ergo quod in hebraeo hic loco domini  
domini, habentur duo nomina scilicet, terragram-  
maton Adonai Terragrammaton autem idem  
significat simpliciter quod Deus. Adonai autem  
idem quod dominus. Et pro istis duobus nomi-  
bus, hic dicitur *Domini domini* id est, domini Dei,  
domini scilicet, qui est Deus scilicet, Christus.

Veruntamen Deus confringet ca-  
pita inimicorum suorum, & verticem  
capilli perambulatum in delictis suis.

Hic ex Christi ascensione ponitur inimicorum

Christi depresso. Et primo quantum ad iudaeos  
reprobos. Secundo quantum ad gentiles obstina-  
tos, ibi. *inimicos suos.* Prima in duas. Quia primo  
ponitur iudaeorum depresso. Secundo fidelium  
exaltatio, ibi. *Præueniunt principes.* Circa autem  
depressionem iudaeorum psal. duo facit. Quia pri-  
mo ponit ipsam. Secundo ipsius depressionis af-  
signat causam, ibi. *Viderunt in gressibus.* Quantum ad  
primam partem psal ostendit destructionem iu-  
daeorum, quoad tria. Primo quoad principes sa-  
cerdotum. Secundo respectu ciuitatis Hierusalem  
& aedificiorum, ibi. *Dixit dominus.* Tertio respectu  
ceterorum popularium, ibi. *Vt intingat.* Quantum  
ad primam sciendum, quod hic inimici Dei di-  
cuntur ipsi iudaei Christi persecutores, ex quibus  
secundum carnem erat natus, Matt. 10. Inimici  
hominis domestici eius. Quorum capita erant  
principes sacerdotum, pharisaei & scribae, quia illi  
regebant populum, & ipsorum suasionibus indu-  
xerant populares ad Christum persequendum.  
Et isti qui erant aliorum capita, quando per Titum  
& Vespasianum fuit capta ciuitas Hierusalem in  
vindicatam mortis Christi, fuerunt primo ante al-  
ios trucidati, vt Iosephus dicit. Et hoc est quod  
prauidens psal. de illis hic dicit. *Veruntamen Deus  
confringet capita inimicorum suorum.* scilicet, ipsos  
principes pharisaeos & scribas quasi dicat, psalm.  
Et quauis Deus noster sit Deus saluos facienti, non ta-  
me credas quod mala pertinacium sint impunita. Vn-  
de ait. *Veruntamen Deus confringet capita inimicorum  
suorum, verticem capilli perambulatum in delictis suis.*

Vbi notandum quod per verticem capilli intelli-  
git ciuitatem Hierusalem, quae dicebatur vertex  
& caput totius regni iudaeorum, quia erat metro-  
polis. Dicebatur etiam vertex capilli id est, capil-  
lorum, quia ibi capilli ponitur pro capillis, quia  
sicut caput bene capillatum capillis ornatur, ita  
ipsa ciuitas quae caput regni erat, videbatur capil-  
lis ornata scilicet, propter altos muros & turres,  
& templum quod erat in monte. Quibus aedi-  
ficiis ciuitatis ornabatur & fortificabatur, sicut  
vertex capillis. Ista autem capita inimicorum Chri-  
sti istam ciuitatem possidebant & in ipsa domi-  
nabantur, & non ad Dei cultum ampliatum, sed  
magis ad suas voluptates exequendas. Vnde ipsi  
dominando perambulabant *verticem capilli.* id est,  
ciuitatem Hierusalem in delictis suis. Vel mora-  
liter potest intelligi, quod Deus *confringet capita  
inimicorum suorum.* scilicet, principes gentium, ip-  
sos ad penitentiam reducendo, & sibi subiugan-  
do per fidem.

Dixit dominus ex Basan conuertam  
conuertam in profundum maris.

Hic ostendit destructionem ciuitatis & aedi-  
ficiorum. Ad cuius intellectum sciendum quod ter-  
ra iudaeorum (in qua metropolis erat Hierusalem)  
ex vna parte habet flumen Iordanis iuxta quod Deuse. 3.  
est terra Basan, vt habetur Deute. 3. & ex lib. Num-  
merorum in multis locis. Ex alio vero latere ha-  
bet mare mediterraneum. Vespasianus missus à  
Nerone contra iudaeam, congregauit sibi exercitum  
ex vtroque latere scilicet, per terram Basan, & per  
mare, vt expugnaret Hierusalem. Et hoc est quod  
dicitur. *Dixit dominus.* id est, disposuit destruere ci-  
uitatem Hierusalem, in vltione Christi mortis si-  
cut

1069

1070

1071

1072

1073

1074

1075

1076

1077

1078

1079

1080

1081

1082

1083

1084

1085

1086

1087

1088

1089

1090

1091

1092

1093

1094

1095

1096

1097

1098

1099

1100

Capita iudaeorum sunt sacerdotes. Mat. 10.

Iosephus.

Verticem capilli perambulatum in delictis suis.

1071

Destructio Hierusalem.

Conuersio.

cut Christus prædixerat Luc. 19. & per quæ modum subditur, *Ex Basan conuertam*, i. exercitum contra Hierusalem, etiam *conuertam in profundum maris*, id est, etiam adducam exercitum, a parte maris profundi, quia ex utraque parte congregauit Vespasianus exercitum. Vel aliter *conuertam in profundum maris*, quia plures iudeorum tunc fugientes, fugiebant per viam quæ ducit ad mare. Quos hostes persequentes, proiecerunt in maris profundum. Vel aliter, sed magis moraliter. Basan enim interpretatur confusio, & significat gentiles qui confusè vinebant adorando idola. Per mare autem quod est amarum, accipe amaritudinem penitentia. Multos autem conuertit Deus de gentibus ad fidem per penitentiam. Et sic est sensus. *Dixit dominus*. Dicere Dei est facere, quia ipse dixit & facta sunt. *Ex Basan conuertam*, id est, ex gentilitate, conuertam in profundum maris, scilicet, in amaritudinem penitentia.

1072

**Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.**

Iosephus.

Canes sunt prædicatores

Pedes Christi sunt prædicatores

Gre. 20. mo. 67.

Hic ostendit destructionem popularium iudeorum. Vbi notandum quod in destructione Hierusalem, tantorum fuit occisio iudeorum, & tanta sanguinis effusio, quod pedes ambulatum sanguine occisorum tingeantur. Similiter & canes sanguinem occisorum lingua bibere poterant. Nam sicut dicit Iosephus in lib. de iudaico bello. A principio belli vsque ad finem fuerunt occisa decies centena millia iudeorum. Quod præuides psal. ait, quod tanta erit strages iudeorum *vt intingatur pes tuus in sanguine & lingua canum tuorum ab ipso*, scilicet, sanguine possit satiari. Vel aliter & magis moraliter. Vbi notandum quod per canes qui suis latratibus custodiunt domum, intelliguntur sancti doctores, qui suis prædicationibus & latratibus contra infideles custodiunt domum ecclesie, qui pro fide vsque ad sanguinem sunt parati certare. Hi autem canes sunt ex inimicis scilicet, conuersi. Sicut egregius prædicator Paulus de persecutore factus defensor, ex impugnatore fidei, factus est prædicator. Qui non à scriptis conuersi sunt ad fidem prædicandam, sed *ab ipso*, scilicet, Christo, vt de Paulo patet. Item notandum, quod dicti canes id est, sancti prædicatores, dicuntur pedes Christi, quia ipsum Christum per mundum prædicando portauerunt, vt ostendit Greg. est ergo sensus. *Lingua canum tuorum*, i. prædicatorum tuorum, *ex inimicis ab ipso*, scilicet, Christo conuersi, talium inquam canum lingua est parata constant, vsque ad sanguinem veritatem prædicare. Et hoc est quod dicit. *Vt intingatur pes tuus in sanguine*, id est, vt si necesse sit pes tuus & Christe id est, quilibet talis prædicator *intingatur in sanguine*, scilicet, proprio, pro veritate martirium non recusans. Et ad istum sensum exponit hanc versum. Greg. dicens. *Quis est grex sanctæ ecclesie, nisi multitudo fidelium? Vel qui alij huius gregis canes vocantur, nisi doctores sancti, qui eorumdem fidelium custodes existerunt? Qui dum pro domino suo diurnis nocturnisque vigiliis intenti elamauerunt, magnos latratibus prædicationis dederunt. De quibus canibus eidem ecclesie per psal. dicitur. *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso*. Nō-*

nulli quippe ab idolorum cultura reuocati, facti sunt prædicatores Dei. Lingua ergo canum ecclesie ex inimicis prodit, quia conuersos gentiles dominus prædicatores fecit &c.

**Viderunt ingressus tuos Deus ingressus Dei mei regis mei: qui est in sancto.**

Hic depressionis iudeorum prædictæ assignat causam, quia scilicet ex malitia mori, veritati quæ viderunt de Christo, credere noluerunt, neque ipsum recipere. Et hanc causam assignat psal. *Christi loquens, dices. Viderunt ingressus tuos Deus*. Viderunt enim aperte iudei ingressum Christi per mundum, vt puta quod in Christi natiuitate adimpleta erant omnia per prophetas de venturo messia prædicta. Viderunt in eius ingressu angelos cantantes. Gloria in altissimis Deo. Angelum clara voce dicentē. Annūcio vobis gaudium &c. Magos ab oriente Christum adorare, stella ducentes. Viderunt gressus Christi per terram ipsorum discurrendo, prædicando, miracula faciendo. Et tamen obstinati, in omnibus istis credere noluerunt. Et ideo ex his ipsorum peccatum aggrauabatur, & ipsi magis erant puniendi. Hanc ergo causam notans psal. punitionis ipsorum dicit. *Viderunt ingressus tuos Deus* gressus Dei mei, scilicet, Christi. Et ideo quia ista viderunt, de peccato suo excusationem non habent. Et hoc est quod de ipsis Christus. Si opera nō fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Nunc autē viderunt, & oderunt me &c. Si non venissem & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Et nota quod psalmista dicit. *Regis mei qui est in sancto*. Loquitur enim de Christo qui est in sancto, scilicet, assumptus in celo supremo. Quod quidem sanctum vocatur propter diuinitatis inhabitationem. Vel per hoc mysticè psalmista vult ostendere vnde prædicatores habent tantam constantiam, quia vsque ad mortem sunt parati prædicare veritatem, vt in versiculo præcedenti est dictū. Certè ex hoc, quia *viderunt ingressus tuos Deus*, scilicet, quia viderunt te Christe præcessisse, & pro veritate saluanda te mortem non reculasse: & te modo cognoscunt in caelis triumphare, quia es in sancto, scilicet, caelo. Hoc enim exemplo moti, & ipsi pro fide certant.

**Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuenularum tympanistriarum.**

Hic ex Christi ascensione ponitur fidelium exaltatio. Exaltantur autem fideles in multis secundum literam. Primo, quia à malo fuerunt præseruati. Secundo, quia ad Dei laudes fuerunt eleuati, ibi. *In ecclesiis*. Tertio, eorum inimici fuerunt pacificari ibi. *Ibi Benjamin*. Quarto, quia fideles in bono fuerunt confirmati, ibi. *Manda Deus*. Quinto ad primum sciendum quod dum instaret excidium ciuitatis Hierusalem, multa signa ante apparuerunt, vt illis moniti fideles de Hierusalem recederent, ne in captione ciuitatis intrerent. Vnde angelicæ voces audite fuerunt per ciuitatem multes dicentes.

dicentes. Transeamus ab his sedibus antequam Romani venirent ad obsidendam ciuitatem Hierusalem. Quibus vocibus & signis spiritus sancto edocti principes fidelium qui alios fideles dirigebant, cum omnibus aliis fidelibus virtusque ferus, de Hierusalem recesserunt, & se transtulerunt ad regnum Agrippæ, qui cum Romanis erat confederatus, vt ibi securi existeret, vt plenius in historiis scholasticis habetur. Et hæc præuides psalmista ait. *Præuenerunt principes*, id est, apostoli & alij principales inter fideles, præuenerunt oblidionem ciuitatis inde recedentes & ad regnum Agrippæ confugientes, vbi cum aliis fidelibus diuinis laudibus insistebant, rogantes Deum, vt in tanto excidio futuro ecclesiam suam conseruaret. Et hoc est quod dicit. *Coniuncti psallentibus*. Et quia in tali fuga erant multe mulieres, matrones, virgines, & adolescentula cum eis. Ideo dicit, quod isti sic fugientes erant in medio iuuenularum. Inter omnes enim deuotas mulieres, nominat iuuenulas, quia ratione ipsarum puritatis, earum laudes Deo sunt gratiores. Et hæc vocantur tympanistris, quia cum aliis fidelibus diuinis insistebant laudibus. Ista enim causa beatus August. in ser. de natiuitate beate Mariæ, vocat beatam mariam tympanistris, id est, Dei laudatricem, dicens. Audite quemadmodum tympanistris nostra Maria ceteris ait. Ait enim, magnificat anima mea dominum &c. Cuius ratio est, quia cum instrumentis musicis laudes cantabant domino. Inter quæ organum maximè virtus congruebat, sed mulieres magis tympano & cymbalo utebantur. Est ergo sensus versiculi, quod principes id est, principales fidelium edocti à spiritu sancto, præuenerunt, scilicet, captione ciuitatis Hierusalem fugiendo ad regnum Agrippæ. Et non ipsi solum, sed etiam cum aliis fidelibus & virginibus Deum laudantibus. Ideo erant in medio iuuenularum tympanistriarum. Magis moraliter per iuuenulas tympanistris intellige fideles animas, quæ carne dormita, corio siccato per penitentia & extenso, exclusa enim duplicitate peccati, in Dei laudes cōsurgunt. Fit enim tympanū de corio iuuenule & siccato. Sic igitur præuenerunt principes id est, prælati ecclesiarum, præuenerunt diem mortis, bene operando. Ideo *coniuncti psallentibus*, id est, bonis operibus manu psalterium decem præceptorum adimplentibus. *In medio iuuenularum &c.* id est, omnium animarum, *tympanistriarum*, id est, per tympanum penitentia ad iuuentutem gratia deductæ, iuxta illud psalm. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

**In ecclesiis benedicite domino, de fontibus Israel.**

Hic ponitur ex prædictis fidelium ad laudem Dei eleuatio. Ex eo enim quod principes ecclesie sic præuenerunt excidium ciuitatis Hierusalem fugiendo, ipsorum exemplo alij omnes ad Dei laudem sunt excitati, qui suos fideles sic liberauit. Ex hoc ergo psalmista alios ad laudem Dei prouocat dicens. *In ecclesiis benedicite domino*. Vbi notandū, quod fontes israel literaliter dicuntur ipsi apostoli & alij primitiui ecclesie principes, quia ex eis tanquā à fontibus processit principium fidei, & laudis diuinæ, qui etiam ex israel duxerunt originem. Dicat ergo (omnes ad laudes Dei excitā-

do) psal. *In ecclesiis benedicite domino*, id est, in congregatione fidelium *Benedicite domino*, id est, laudabo Deum sibi agendo gratias. Et hoc eruditū ab apostolis & aliis principalibus in fide qui erant fontes diuinæ laudis. Ideo dicitur *de fontibus Israel*, id est, accipientes exemplum diuinæ laudis ab ipsis Apostolis, qui erant ex israel secundum carnem genti. Vel per fontes israel accipe doctrinam apostolorum, quos Christus prius ex israel elegit, vt eos faceret fontes aquæ viuæ salientis in vitam æternam. Et tunc est sensus. *Benedicite Deo de fontibus Israel*, id est, ad imitationem doctrinæ apostolorum laudes Dei prædicare, & sibi de omnibus bonis vobis collatis gratias agite.

**Ibi Benjamin adolescentulus in mentis excessu.**

Hic ostendit materiam laudis diuinæ, quia tanta est potentia, quod ex inimicis ad libitum facit amicos, laudatores ex detractoribus. Quis enim inter iudeos fuit apertior Christi inimicus quam Paulus: quis apertior detractor nominis Christi. Vnde dixit Ananias, quando dominus ipsum ad Paulum mittebat. Actuum. 9. Domine à multis audiui de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Hierusalem, & hic habet potestatem aligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Et tamen Deus quando voluit subito ipsum fecit amicum & prædicatorem fidei, quem prius impugnat, & ipsum apostolis sociauit. Et hoc præuidens psalmista dicit *Ibi* scilicet inter apostolos Deum laudantes *Benjamin in mentis excessu*. Per Benjamin enim intelligitur ipse Paulus. Ad literam enim ipse fuit de tribu Benjamin, sicut ipse dicit ad Rom. 11. Nam & ego israelita sum ex semine Abrae de tribu Benjamin. Vnde de ipso Paulo de tribu Benjamin nato prædixerat iacob. Benjamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia, quia à principio fuit rapax, & Christi persecutor, sed postmodum dona spiritus sancti gentibus prædicando diuisit. Hic etiam dicitur adolescentulus, quia in adolescentia conuersus fuit ad Christum. Vt enim dicitur Actuum. 7. quando Stephanus fuit lapidatus testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentuli, qui vocabatur Saulus. Et eodem anno fuit ad fidem conuersus. De Paulo ergo qui tantus ecclesie persecutor fuit, volens ostendere Christi virtutem, qui ad libitum inimicos facit amicos & laudatores, dicit. *Ibi*, scilicet inter Apostolos & principes Deum laudantes, ibi inquam est *Benjamin*. Et quod maius est, nō solum Paulus cum aliis fuit Deum laudans, sed præ aliis fuit in mentis excessu: quia præ omnibus aliis apostolis hic fuit raptus vsque ad tertium cælum, & audiuit arcana verba &c. Qui raptus vocatur mentis excessus: quia visio sibi ostensa, excedebat vires sue mentis. Vnde dicebat. 2. Cori. 12. se raptum vsq; ad tertium cælum, siue in corpore siue extra corpus, nescio, Deus scit. Fuit ergo in mentis excessu, vsque ad tertium cælum raptus. Sed qualiter vsque ad tertium cælum raptus fuerit in mentis excessu, ibi notat magister in glo. dicens. Tres cæli intelliguntur tria genera visionum. Nam primum cælum est corporalis visio, cum quadam corporaliter videntur Dei munere, quæ alij videre non possunt, sic Helisæus vidit igneos currus quando raptus fuit Helisæus.

**H**elias in cœlum, & Balthazar vidit manum scribentem in pariete. Secundum cœlum est visio imaginaria vel spiritalis, scilicet quando aliquis in extasi vel in somno videt, non corpora, sed rerum imagines Dei revelatione. Vt Petrus, Actuum 10. vidit linteum emissum de cœlo, in quo erant omnia quadrupedia & serpentina terræ. Tertium cœlum est visio intellectualis, quando nec corpora, nec imagines eorum videntur, sed in substantiis incorporeis intuitus mentis, mira Dei potentia figurat. Ad hoc cœlum raptus est Paulus, vt ipsum Deum in se, non in aliqua figura videret, &c. Et sic Benjamin fuit in mentis excessu. Sed ne tu ex hoc credas Paulum solum fuisse ducem fidelium in primitiua ecclesia. Ideo Psal. consequenter ostendit alios etiam Apostolos Christi fuisse duces ecclesiæ, de quibus subdit.

**1977 Principes Iuda duces eorum, principes Zabulum, principes Nephtali.**

Hic enim ostendit quod apostoli & non solum Paulus fuerunt duces ecclesiæ fidelium. Vnde nominat tres tribus, ex quibus fuerunt, scilicet, Iuda, Zabulum & Nephtalim. De tribu Iuda fuit Christus, qui ex Iuda secundum carnem descendit, vt habetur Matth. 1. Et per consequens consobrini sui, scilicet Iacobus & Ioannes filij Zebedæi, Iacobus minor, Simon & Iudas, qui omnes erant de tribu Christi, quia cōsanguinei Christi. Istos ergo nominans dicit, *Principes Iuda duces eorum*, id est prædicti apostoli de tribu Iuda, qui principes dicebantur, psal. 44. Constitues eos principes super omnem terram, *Erant duces eorum*, scilicet fidelium: quia prælati eorum & doctores. De aliis autē apostolis subdit, *Principes Zabulum, principes nephtalim*. Iste enim duæ tribus acceperunt sortem suam in Galilea, vt haberi potest. Iosue 19. Multi autem apostolorum Christi fuerunt de Galilea, vt Andreas, Petrus, Vnde & apostoli Galilei dicebantur. Actuum 1. & 2. Quia apostoli principes ecclesiæ, & duces fidelium, maximè fuerunt ex istis tribubus, scilicet de tribu Iuda, Zabulum, & nephtalim, Ideo hos notans psal. dicit *Principes Iuda duces eorum*, scilicet fidelium. *Principes Zabulum, principes Nephtalim*. Istum autem textum aliter exponit Hieron. in translatione iuxta hebraicam veritatem, dicens. Principes Iuda in purpura sua, vt ly purpura referatur etiam ad principes Zabulum & Nephtalim. Vbi notandum quod purpura quæ tingitur ex sanguine, vermiculti, martyrium significat, quo martyres proprio sanguine rubicantur. Dicit ergo istos principes, id est apostolos in purpura sua: quia omnes martyrio pro Christo rubricati fuerunt, ad dandum aliis in fide exemplum fortitudinis. Et si obiicias de Ioanne euangelista, qui sine gladio vitam finivit, tamen certum est quod paratus fuit pro Christo sustinere martyrium, quando in feruentis olei dolium fuit missus, martyrium autem plus stat in mente quam in carne. Et vide secundum glo. ordinem martyrij in istis tribus nominibus, Iuda, Zabulum, Nephtalim. Terra, Iudas confessio interpretatur, Zabulum fortitudo, & Nephtalim dilatio. Quia in martyribus primo præcedit Iudas, id est confessio fidei. Sequitur fortitudo patienter tormenta tolerando, ad quæ sequitur Nephtalim, scilicet cordis per charitatē dilata.

Apostoli dices ecclesiæ. Mat. 1.

Psal. 44.

Iosue 19.

Act. 1. & 2.

Hieron.

Apostolorum martyrium.

**Manda Deus virtuti tuæ, confirma hoc Deus quod operatus es in nobis.**

Hic ostenditur fidelium in bono confirmatio. Hic enim psalmista orat, vt virtutes quas Deus principibus ecclesiæ contulit, scilicet apostolis, illas confirmet per finalem in bono perseverantiam. Vbi notandum quod Christus prædicando promisit apostolicis se illis missurum spiritum sanctum, quo scilicet fortificarentur, & de omnibus prædicandis plenè informarentur. Vnde dicit. Si enim non abiero, paracletus non veniet ad vos: si autem abiero mittam eum ad vos &c. Vnde & hoc impletur orat psalmista, dicens. *Manda Deus virtuti tuæ*. Per virtutem Dei accipe ipsum verbum incarnatum. Vnde ad Hebræ. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ &c. Dicit ergo patri, *Manda virtuti tuæ*, id est per effectum fac cum verbo tuo quod disposuisti, scilicet spiritum sanctum mittere. Et per illum spiritum sanctum confirma hoc quod operatus es in nobis. Loquitur enim in persona apostolorum & primitiuorum fidelium, qui virtutem fidei, spei & charitatis iam per Christi gratiam acceperant, sed in illis nondum confirmati erant. In cuius signum ab illis omnes ceciderunt tempore Christi passionis, sed post missionem spiritus sancti sic illis fuerunt confirmati, vt nec verba, verbera, sed nec mortē timerēt: quia vt habetur Actuum 5. Ibant apostoli gaudentes à conspectu concilij &c. Et hic nota quod Deus suos electos confirmat multipliciter, scilicet confirmat per aduersitatis tolerantiam. Confirmat per prædicationem apostolicam. Confirmat per fidem catholicam. Confirmat per eucharistiæ efficaciam. Confirmat per spiritus Sancti gratiam. Confirmat per salutarem penitentiam. Primum patet, quoniam sicut prosperitas etiam iustos molificat & remittit, sic e contrario aduersitas ipsos in bonum roborat & confirmat, propter quod dicit apostolus. Cum in infirmitate, tunc potens sum, Ideo de patientibus aduersa dicitur. Confirmat modicum passus, ipse perficiet, confirmabit, solidabitque. Vnde glo. super illud psal. 36. Quoniam brachia peccatorum conterentur, confirmat autem iustos dominus, dicit. Confirmat iustos dominus in aduersis per spem, per exempla, & maximè exemplo suæ crucis. Crux enim finita est & poena, & gloria manet. Vnde crux à locis suppliciorum transit ad fontes imperatorum. Qui tantum honorem dedit poenis suis, quid faciet fidelibus suis? Et ideo quia Christus præ omnibus aliis acriora fuit passus, ipse singulariter à Deo dicitur confirmatus, psal. 79. Fiat manus tua super virum dextere tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi. Secundum patet. Quoniam confirmatis columnis, restat vt edificium superexistens confirmatum credatur. Apostoli autem in suis prædicationibus fuerunt columnæ virtutum, qui à Deo confirmati dicuntur, psal. 74. Liquefacta est terra & omnes qui habitant in ea, ego confirmavi columnas eius. Vbi glo. Terra, id est eius habitatores, prius vitiis erat constructa, sed modo stante spiritu sancto, liquefacta est vt germinaret virtutem emittat, & rationem subdit. Quia ego confirmavi columnas eius, id est apostolos qui in passione nutauerunt, qui confirmati sunt resurrectione.

1078

Ioan. 16.

Heb. 1.

Act. 5.

Confirmatio Dei multipliciter.

1. Cor. 13.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

rectione. Vnde de confirmatione per prædicationem apostolicam dicitur Actuum 15. Verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Tertium patet. Sic enim per fidem confirmare Romanos operabat Paulus. Rom. 1. dicens. Desidero videre vos &c. Ad confirmandum vos per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam. Sic per fidem se confirmatum asserit psal. dicens, psal. 70. In te confirmatus sum ex vtero. Vbi glo. In vtero ecclesiæ concipimur, sed per fidem confirmamur. Quartum patet, psal. 103. Panis cor hominis confirmat, vbi glo. Temporalis panis stomachum confirmat hominis & ventrem replet, sed hic est spiritalis panis qui confirmat cor. hic est panis qui de cœlo descendit & idem est panis & vinum, qui vt vinum lactificat cor, vt panis confirmat. Ideo psal. 104. Quærite Deum, & confirmamini. Quinto confirmamur per spiritum sancti gratiam, quia sicut illa nos mandat à peccatis: sic nos confirmat in bonis, psal. 50. Cor mundum creauit in me Deus: sequitur: & spiritum principali confirma me: vide ibi. Vnde de ista confirmatione gratiæ dicitur. 1. Thessa. 3. Abundare faciat charitatem vestram ad confirmandum corda vestra. Sexto confirmamur per penitentiam. Quoniam exempla aliorum penitentium & veniam consequentium multos ad penitentiam prouocant, ipsosque in bonis confirmant. Considera quot ad penitentiam prouocauit & confirmauit penitentia Dauid, Petri, Pauli, & Magdalene ac ceterorum, qui post peccata enormia penitendo veniam sunt consecuti. Et ad istum sensum dixit dominus Petro. Tu aliquando, conuersus confirma fratres tuos: quod non solum de suis fratribus, sed apostolis intelligitur: sed etiam de cæteris fidelibus, qui eius exemplo ad penitentiam erant prouocandi. Vnde prædicta verba exponens Theophilus, ait. Confirma fratres tuos. q. d. Postquam me negato ploraueris, ac penitueris: corrobora cæteros cum te principem apostolorum deputauerim. Hoc enim decet te: qui meum robur es, & petra ecclesiæ. Hoc autem intelligendum est non solum de apostolis, vt confirmarentur à Petro: sed de omnibus qui vsque ad finem mundi futuri sunt fidelibus, ne scilicet aliquis fidelium diffidat de venia videns eum qui cum esset apostolus, Christum negauit, & iterum per penitentiam obtinuit prauitiam vt esset antistes mundi. Vnde in figuram huius de mari penitentia dicitur. Tu confirmasti in virtute tua mare. Et omnibus istis modis confirmata est ecclesia: quod postularat psal. hic dicens *Confirma hoc, quod operatus es in nobis*. Per istas enim confirmationes deducitur finaliter ad confirmationem gloriæ facialis Dei visionis, psal. 40. Me autem propter innocentiam suscepisti, & confirmasti me, in conspectu tuo in æternum.

**A templo tuo, quod est in Hierusalem, tibi offerent reges munera.**

Hic enim declarat prædictum versiculum quod ad duo. Primum ad hoc quod dixit, quod operatus es in nobis. Secundò quoad effectum dictæ confirmationis. Quantum ad primum psalmista in ecclesia Christi postulauit confirmationem virtutum, scilicet fidei, spei & charitatis, quas Christus prædicando in suis fidelibus fuerat operatus. Si Incog. Tom. j.

autem quæras de loco, in quo istas virtutes in suis fidelibus fuerat operatus, Respondet, quod in templo sancto tuo, quod est in Hierusalem: quia in templo illo Christus frequenter docuit & prædicauit. Vnde ipse ait. Quotidie eram in templo docens. Et dicit à templo, vt ly. à accipiatur pro in, vel à templo, scilicet inchoando. Vel aliter magis mysticè, per ly templum, accipe Christum incarnatum: ipso dicente, Ioan. 2. Soluite templum hoc &c. Confirma ergo dicit Deo, hoc quod operatus es in nobis. A templo, id est ab ipso verbo incarnato. Consequenter declarat huius confirmationis effectum, dicens. *Tibi offerent reges munera*. Quod aliqui exponere volunt de regibus tribus, qui venerunt adorare Christum statim natum. Sed hoc stare non potest: quia Christus nondum vocauerat apostolos patres ecclesiæ, nec in illis dictas virtutes fuerat operatus. Intelligitur ergo de aliis regibus, post ascensionem Christi conuersis. Certum est enim quod per hoc quod Christus apostolos cæterosque fideles sic per spiritum sanctum confirmauit, quod ipsi constanter fidem per totum orbem prædicauerunt: quod multi reges & principes conuersi ad fidem, obtulerunt multa & magna munera, tam ad ædificationem ecclesiarum, quam ad sustentationem pauperum: sicut patet de Constantino imperatore, de Carolo magno, & multis aliis.

**Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum, vt excludant eos, qui probati sunt argento.**

Hic consequenter ponitur infidelium depresso, quantum ad gentiles obstinatos. Vbi aduerte, quod iste versus maximè de tyrannis superbis Romanorum intelligitur. Et primo ponitur ipsorum increpatio. Secundò diuersarum nationum ad fidem Christi conuersio: ibi. *Veniunt legati*. Notandum quod principes Romanos & imperatores hic vocat feras arundinis. Feras enim ipsos dicit propter crudelitatem quam exercuerunt in sanctos martyres. Sicut Nero in Petrum & Paulum: Decius in Laurentium, & huiusmodi. Vt enim notant grammatici, à fero fers, dicitur hæc fera fera, vel ferus feri: quia toto impetu feratur. Et est idem quod crudelis inhumanus. Vnde psal. 79. Singularis ferus depastus est eam. Sic ergo Romani principes propter crudelitatem, quam exercebant in Christianos, feri siue fera dicebantur. Vel quia multoties sanctos martyres feris tradebant deuorandos: vt patet in multis sanctorum historiis. Vocantur etiam fera arundinis. Nam arundo faciliter vento mouetur, & agitur: vt dicit Christus Matth. 11. Quid exitis in deserto videre, arundinem vento agitatam? Romani autem principes quicquid agebant: totum faciebant agitari vento vanæ gloriæ, vt deducit Augustinus in principio de ciuitate Dei per plures libros. Vocat ergo ipsos feras arundinis. id est, crudeles vento vanæ gloriæ agitato. Et bene feras arundinis, quia quamuis qualibet generum haberet Deum suum, ipsi tamen Romani ad cultum cuiuslibet idoli faciliter conuertebantur. Vnde de ipsis dicit Leo papa in sermone. Tt Aposto-

Luca 72.

Ioan. 2.

1080.

Fera. Arundo. Romani.

psal. 79.

Matth. 11.



Constantinus conuertitur.

Apostolorum Petri & Pauli: quod Romani magnam se credebant fecisse religionem, cum nullius gentis deos respiciissent. De istis ergo dixit. *In crepa feris arundinis*. id est, argue & castiga, vel corripit. Vnde hic dicit. N. quod in hoc psalm. spiritu prophético eleuatus præuidit Constantinum imperatorem post multam stragem Christianorum à Deo lepra percutiendum: & à Petro & Paulo percutiendum, & sic corrigendum, & ad fidem conuertendum: vt patet in historia sancti Siluestri. De eisdem etiam Romanis principibus subdit. *Congregatio taurorum in vaccis populorum*. Vbi nota quod tauri siluestres, cum vaccis familiariter conuersari non possunt, sed bene tauri domiti. Dicebantur Romani feræ arundinis: & congregatio taurorum in vaccis populorum. Primum quia non solum conabantur crudeliter dissipare Christianos per tormenta tanquam feræ, sed etiam multoties tanquam tauri domestici, per blandimenta conabantur Christianos à fide Christi seducere eis promittendo diuitias honores & similia. Et sic dicebantur *congregatio taurorum in vaccis populorum*. id est tauri domestici cum vaccis: quia sic crudelitatem sanctis quos referere volebant non ostendebant, sed sub quadam pietatis apparentia, illos alliciebant. Et totum ad istum finem, vt eos à Christi fide seduceret. Et hoc est quod subditur. *Et excludit eos*. scilicet à fide, eos, scilicet factos qui probati sunt argento. id est qui sunt à Deo magis in fide probati, quam argentum in fornace. Sic enim loquitur scriptura. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus.

Sapient. 3.

1081. 6. q. 1. si om. ni.

**D**issipa gentes quæ bella volunt, venient legati ex Ægypto, Ætiopia præueniet manus eius Deo.

Dissipare. Psalm. 52.

Prouer. 20.

Ista pars spectat ad præcedentem versum, quæ similiter de Romanis intelligitur, qui bellis totum orbem sibi subiecerunt. Et notandum quod dissipatur quis dupliciter, scilicet quo ad substantiam scilicet quando destruitur vel occiditur. psal. 52. Deus dissipat ossa eorum qui hominibus placent. Et quo ad qualitatem: vt quando mali hominis malitia tollitur, & ipse bonus efficitur. Sic dicitur Prouer. 20. Rex qui sedet in solo suo dissipat omne malum. scilicet quia dissipat hominum malitias: & sic accipitur hic. *Dissipa gentes quæ bella volunt*, id est Romanos bellicosos conuerte ad fidem, in eis dissipando infidelitatem. Sequitur. *Venient legati ex Ægypto*. Hic ponitur diuersarum nationum ad fidem conuersio. Istum textum exponit aliqui de Philone. Vbi sciendum quod sicut dicitur in libro virorum illustrium, Philo fuit quidam genere hebræus, patria Alexandrinus, de genere sacerdotum scriptorum insignissimus, magnæ scientiæ, qui multos libros composuit. Hic post Christi ascensionem, de Alexandria quæ est in Ægypto fuit cum certis sociis: fuit Romam missus legatus ad Caium vel ad Claudium. Et tunc dum esset Romam contraxit familiaritatem cum beato Petro Apostolo Romæ existenti. Qui legatione completa, rediit Alexandriam, & Christi fidem à beato Petro suscepta, construi fecit ecclesiam sancti Marci in Alexandria, quam multis donis ditauit, & in suis scriptis fidem catholicam multum commendauit. Istius ergo legationem cum

luis contribulibus, & conuersionem ad fidem præuidens psal. dicit. *Venient legati ex Ægypto*. id est ex Alexandria quæ est in Ægypto. Et tamè quia ante istius conuersionem iam beatus Mattheus conuerterat Æthiopiæ quæ est prope Alexandriam. Qui veniens ad Æthiopiæ baptizauit regem & eius filium, quem mortuum suscitauerat & regis filia virginem Christo dedicauit, & eam ducentis virginibus præfecit, & magnam partem populi illius regni ad fidem conuertit & baptizauit: vt in historia beati Marthæ habetur. Ideo narrata conuersione Ægypti, conuersione Æthiopiæ, ipsi præponit, dicens. Æthiopia præueniet: scilicet in conuersione præueniet Ægyptum. *Manus eius Deo*, id est confederabitur cum Deo per fidem. Vbi notandum quod dare manus alteri, est signum confederationis: vt patet supra versiculo 713.

**R**egna terræ cantate domino psal. 108. lite domino.

Hic ex omnibus præmissis inuitantur homines ad gratiarum actiones Deo referendas: dicit. *Regna terræ cantate domino*. id est homines qui habitatis in vniuersis regnis terræ, cantate. id est laudibus extollite. *Psallite domino*, id est operibus bonis ipsi obedite. Quid enim sit cantare domino, & quid psallere. Vide supra versiculo. 399.

**P**fallite Deo qui ascendit super cælum cœli ad orientem.

Vbi notandum quod cælum cœli dicitur summum cœlorum, ad quod Christus secundum quod homo ascendit, vt dictum fuit versiculo. 1066. Et sic in isto versiculo notat psal. duos terminos ascensionis Christi, scilicet terminum ad quem ascendit: quia super cælum cœli. Secundò terminum à quo ascendit: scilicet ad orientem. Vbi nota quod (vt habetur Actuum 1.) Christus ascendit in cælum de monte Oliueti: qui est in parte orientali ciuitatis Hierusalem. Et sic dicitur ascendisse ad orientem de parte illa, quæ respicit ad orientem. Vnde & alia litera habet, ab oriente. Vel magis moraliter: ascendit ad orientem, scilicet nostre illuminationis. Et est ascendit ad orientem. id est ascendit vt lumen gratiæ nobis oriiri faceret.

**E**cce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo super israel, magnificentia eius & virtus eius in nubibus.

Quia de loco ad quem ascendit Christus, ad iudicandum mundum est venturus. Ideo descripto loco ascensionis, describitur aduentus ad iudicium. Vbi notandum quod iste textus per Magistrum in gl. exponitur de voce, quæ suscitabuntur mortui. De qua ait Apostolus, quod ipse dominus in voce archangeli descendet de cælo: cui dabit tantam virtutem, vt ad ipsius vocis sonitum omnes mortui resurgant. De qua dictum est psalm. 28. Vox domini in virtute vox domini in magnificentia. In illo autem aduentu non veniet

Nubes sunt facti. Matth. 26. Origenes.

Mar. 16. v. 16.

Mar. 16. v. 16.

psal.

Rom. 2.

Ascensio Christi.

1080.

1085. de cons. c. 1. s. de spir. s. sancto.

Nubes.

Aduentus ad iudicium.

psalm. 28.

veniet

niet humilis, vt in primo, sed magnificus & gloriosus. Vnde ab omnibus in forma serui glorificata videbitur. Et sic à malis plus timebitur quam in primo aduertus: & à bonis plus glorificabitur. Ideo hoc præuidens dicit. *Date gloriam Deo super Israel*. id est tunc boni magis Christum glorificabunt, quæ fecerit populus israel in primo aduentu. Sed cum quibus veniet, subdit, *quod magnificentia eius & virtus eius in nubibus*. vbi per nubes intellige sanctos; cum quibus descendet ad iudiciū: vnde Matth. 26. dicit. Videbitis filium hominis venientem in nubibus cœli. Vbi ait Origenes. Hæc nubes sunt prophætæ & Apostoli sanctique viri: quibus mandauit plueret, cum oportet. Et sunt nubes cœli non trāscentes, quasi portantes imaginem celestis: & dignæ sunt vt sint sedes Dei: quia heredes Dei: coheredes autem Christi. Vel aliter & forte magis literaliter, totus iste versus intelligitur de prædicatione apostolorum, quibus ascendens Christus præcepit. Ite prædicare euāgeliū omni creaturæ. Et hæc dicitur vox Christi, eo quod eius mandato ipsi prædicauerunt. Cui voci dedit vocem virtutis: quia ipsorum prædicationi dedit virtutem miraculorum & penetrandi gentiliū corda, vt ad fidem conuerterentur: quia voci ipsorum Christi cooperabatur, propter quod dicitur. Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; domino cooperante & sermone confirmante, sequentibus signis. Sequitur. *Date gloriam Deo super Israel*. Vbi nota quod per Israel, quod interpretatur vidēs Deū, intelliguntur omnes fideles, qui Deum per fidem speculantur, qui etiam circumciduntur: non quidē carne, sed spiritu: iuxta modum loquendi apostoli ad Rom. 2. v. 28. quod iudæus dicitur, nō qui carne circumciditur, sed spiritu, dicens. Non enim qui in manifesto circumciduntur in carne: sed qui in abscondito iudæus est: & circumcisio in spiritu, non litera. De fidelibus ergo dicit. *Date gloriam Deo super Israel*. i. propter bona, quæ fecit super fideles: quia ipsorum voce apostolorum vocauit ad fidem. Vnde de ipsis apostolis subditur. *Magnificētia eius & virtus eius in nubibus*. i. in apostolis qui nubes dicuntur. Esa. 60. Qui sunt isti qui vt nubes volant &c. Vide ver. 56. In apostolis enim fuit magnificentia Christi, quia ipsum magnificum per totum orbem prædicauerunt.

**M**irabilis Deus in sanctis suis, Deus israel ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Si versus iste continetur ad præcedentem, secundum primam expositionem, tunc iste versus exponit quod dictum est superius: & virtus eius in nubibus: quia descendet ad iudiciū cum sanctis suis qui nubes dicuntur. Vnde, ne nubes aliter intelligeres, nisi sanctos, cum quibus veniet: statim de ipsis subdit. *Mirabilis Deus in sanctis suis*. Quia in ipsis apparebit mirabilis, eo quod tunc omnibus sanctis erit israel: quia israel interpretatur vidēs Deum. Et tunc omnes sancti videbunt eum sicut est. Et tunc in iudicio ipse Deus dabit virtutem & fortitudinē plebi suæ. Virtutē quoque animam, quam supra virtutē naturalem eleuabit per lumen gloriæ: ad clarā diuinitatis visionē. Fortitudinē, quo ad corpus: quia tantam fortitudinem Incog. Tom. 1.

ne corporibus dabit, vt amplius nec mori possint nec pati: etiam dabit fortitudinem agilitatis vt nullo pondere grauentur. Esa. 40. Assumer fortitudinem: current & non laborabunt &c. Pro quibus omnibus gratias agens, dicit. *Benedictus Deus*. Si autem continetur ad præcedentem iuxta secundam expositionem, tunc per sanctos, hic intellige ipsos apostolos in quibus Deus mundo apparuit mirabilis: quia per ipsos faciebat mirabilia, sanando infirmos, mortuos suscitādo. Et quod amplius est, mentes infidelium ad fidem conuertendo: & conuersis tantam donando constantiam, vt pro ipsius fide seruanda omnia aduersa patienter tolerarent: etiam & ipsam mortem: quod est supra naturalem virtutem. Vnde talis constantia à Deo datur. Et hoc est quod dicit. *Deus israel*. id est fidelium. *ipse dabit virtutem & fortitudinē plebi suæ*. id est fidelibus suis: pro quibus omnibus magnificandus est Deus. Ideo concludit. *Benedictus Deus*. Et nota quod psalmista Christi fideles vocat nomine plebis. Cuius ratio est: quoniam à polis quod est pluralitas, dicitur hæc plebs: quia in populo plures sunt plebei quam nobiles. Est enim plebs collectio tantū ignobilium. Cum ergo primi fideles fuerint, quo ad mundum ignobiles. Vnde. 1. Cor. 1. Videte vocationem vestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem, nō multi potentes, non multi nobiles: sed quæ sunt mundi ignobilia elegit Deus &c. Ideo ratione primorum fidelium omnes fideles plebei vocantur: quamuis etiam inter fideles sint multi, etiam secundum mundum nobiles. Vnde de Ioanne baptista dicitur Luca. 1. Ipse præibit ante illum parate domino plebem perfectam.

Est. 40.

Plebs.

1. Cor. 1.

Luca. 1.

**S**aluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.

Titulus huius psal. est. *In finem pro his qui commutabuntur ipsi Dauid*. Ad cuius intellectum considerandum, quod in sacra scriptura commutatio multiplex reperitur, scilicet commutatio valoris & iustitiæ, quam facit æqualitas: commutatio doloris & miseriæ, quam facit penitentia: commutatio falsitatis & malitiæ, quam facit iniquitas: commutatio salutariæ penitentia, quam facit sinceritas. Primò est commutatio valoris & iustitiæ, quando, scilicet secundum iustitiam commutatio vna res pro alia commutatur: vt puta panis vnus commutatur pro vno denario. Quæ commutatio dicitur æqualitatis: non quidem quod in se tantum valeat vnus denarius, sicut vnus panis, imò nec etiam mille: sed quia ad conuicendū simul iustitia commutatio sic disponit, quod tales res pro talibus commutantur. Ideo dicitur commutatio quando res datur pro tali vel tanto pretio. Et de ista commutatione loquitur Saluator Marth. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur: animæ vero suæ detrimentum patiarur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Ex hoc innuens quod in mundo non est aliquid tanti valoris, pro quo iuste commutari possit anima. Vnde Chrysostomus. super. Marth. Christi. 16. Tt 2 prædi

Commutatio multiplex.

Marth. 16.

Christi. 16.

anima.

prædicta verba exponens, ait. Sed pone etiam cum anima, id est cum vita corporali totum orbem terrarum, quid ex omnibus his erit amplius homini anima in perpetuum pereunte? Si enim famulos tuos videris in læticia, te autem in malis vltimis constitutum, quid hic lucraberis ex eorum domino? Hoc etiam in anima tua reputa, cum carne lasciuente ipsa futuram perditionem expectat. Sed & si regnaueris supra vniuersum orbem terrarum, non poteris animam tuam emere. Propter quod dicit Christus. Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua. q. d. diuitias si perderis, poteris alias dare ad ipsas redimendas, animam autem tuam si perderis, non poteris aliam animam dare pro ipsa redimenda, sed nec aliquid aliud. Quid autem mirabile si hæc omnia contingunt animæ: cum hæc omnia contingant in corpore nostro: vt nulla pro ipso possit fieri commutatio. Etenim si decem milia diademata corpori insanabiliter ægrotto imposueris non curatur. Et ideo quod anima nullo pretio commutari possit. dicitur Iob. 28. Nec appendet argentum in commutatione eius. Secundò est commutatio doloris & miseræ. Mirabilis est enim commutatio, cum quis de gloria ad pœnas, de honore ad opprobria commutatur. Istam commutationem in Christo factam nobis impropert in fideles dicentes ipsum commutatam fuisse ad pœnas, crucem & mortem, ignorantes quod ista commutatione nos commutatur de morte ad vitam: de terris ad cœlum. Et hoc est quod dicitur psalm. 88. Memor esto domine opprobrii seruorum tuorum. Sequitur. Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. quasi dicat, secundò glo. Memor esto opprobrii illati seruis tuis à multis gentibus. Iam enim Christus sedet in cœlo: & crimen Christianis obicitur de Christo. Vnde sequitur. Quod exprobrauerunt inimici tui domine. i. iudæi & pagani nobis impropert dicentes perisse Christum morte crucis. Et repetit d. q. exprobrauerunt commutationem Christi tui. Hæc. n. commutationem Christi nobis obiciunt dicentes, q. Christ⁹ mortuus est & crucifixus. Sed hæc commutatio à temporali vita ad æternam, à terra ad cœlum, à iudæis ad gentes cedit in gloriam nostram. Quid ergo insani hanc commutationem nobis obiciunt? Nunquid opprobriū est, quod obiciunt? Nū opprobriū est quod obicitur? Vtinam & ipsi sic commutarentur. sed de ipso dicitur, Non est illi commutatio, scilicet talis: & non timuerunt Deum &c. Tertiò est commutatio falsitatis & malitiæ, qua scilicet homines virtutes commutant ad vitia, & veritatem in fallaciam: de qua Rom. 1. Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium. Quartò est commutatio salutatis pœnitentiæ prædictæ opposita qua de falsitate aliquis ad veritatem commutatur, & de vitiis ad virtutes. Et hæc est summa commutatio si consideres, quod Deus super bonos manum dexteram tenet, super malos verò sinistram: sed dum boni commutantur ad vitia, mali vero per pœnitentiam ad virtutes, ipse Deus similiter manus suas super illos commutat. Quod plenè fuit figuratum in commutatione manuum Iacob super Ephraim & Manasse: de qua Geni. 48. Vbi dicitur quod Ioseph posuit duos filios suos, scilicet Ephraim & Manasse ante Iacob patrem suum, vt eis benediceret: & posuit E-

Iob. 28.

Christus.

Psalm. 88.

Psalm. 54.

Roma. 1.

Geni. 48.

A phraim ad sinistram patris, Manasse vero ad dextram. Qui Iacob manus extendens, dexteram manum posuit super caput Ephraim iunioris: sinistram vero super caput Manasse commutans manus. Ephraim enim qui crescens interpretatur significat illos qui commutantur per pœnitentiam de vitiis ad virtutes, qui cum essent in culpa, erant ad sinistram Dei collocati, sed per pœnitentiam commutatis, dextera manus Dei super illos extenditur, qui in virtutibus crescunt. Manasse vero qui obliuiosus interpretatur, significat illos qui de statu gratiæ ad culpam commutantur: & Deum quem prius nouerunt obliuiscuntur, & isti de dextera Dei commutantur ad sinistram. Et ideo quia catent commutatione pœnitentiæ, careat etiam benedictione diuinæ dextere. Et hæc commutatio est à Deo. Eccle. 8. Potentissimus faciem eius commutat. Ad propositum ergo de ista commutatione pœnitentiæ, qua quis commutatur de malo ad bonum, & de bono ad melius, loquitur titulus psalm. dicens. In finem *Psalm. 138.* pro bis qui commutabuntur &c. Et quia talis commutationis causa est Christi passio, à qua & per quam pœnitentia nostra efficaciam habet. lib. 2. distin. 18. lib. 4. distin. 2. Per hanc enim ipse Christus transiit de mundo ad patrem, in qua & nos transire facit de morte ad vitam æternam, de terra ad cœlum. Inde ipse descendit ad eos, qui ceciderunt, vt eos subleuaret. Est ergo sensus tituli talis, psal. iste dirigens nos in finem, i. in Christum attribuitur ipsi David. i. Christo qui huius loquitur secundum caput & secundum corpus, agens pro his. i. de causa mutationis eorum. i. de passione Christi, qui commutabuntur de malo ad bonum, de timore ad securitatem: de mundo ad cœlum: quia. f. psal. hic ait de Christi passione, quæ est causa talis commutationis. Sciendum etiam q. iste psal. nō habet historiam antiquæ legis pro fundamento, sed ad literam loquitur de Christi passione & suorum: quia psal. præuidens Christi passionem in Christo & in suis mēbris futurā fecit hūc psal. quod ex multis locis noui testamēti potest declarari. Primo quia Christus adducit scripturam istius testamēti de se dictā, dicens. Sed vt impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est. Quia odio habuerūt me gratis: quod de isto psal. sumitur vbi dicitur. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Ecce hoc Christus dicit de se adimpletū, ostendēs q. hoc de ipso fuit prædictū. Itē apostolus de Iudæis, qui Christū persequētes fuerūt excecari, adducit literā istius psal. dicens. Fiat mensa eorū corā illis in retributionē & in scandalū, obsecrentur oculi eorū ne videat. Itē ad Rom. 15. adducit quod habetur in hoc psal. de Christo. Et opprobria exprobratiū tibi ceciderūt super me. Quod ad literā in personā Christi ostendit dictū fuisse. Itē Io. 2. dicitur q. cū Christus factus flagello de funiculis eiecisset vendētes & ementes de tēplo, recordati sunt discipuli eius, quia scriptum est. Zelus domus tuæ comedit me. per hoc ostēdens euāgelista, q. hæc scripta erāt de Christo. Ex quibus omnib. clarè patet, q. totus iste psal. ad literā de Christo dictus est: & de mēbris eius. Sic ergo intelligendo psal. istum accedo ad eius diuisionem. David ergo loquens in persona Christi & mēbrorum eius tria facit. Primò petit à pgnis absolutionē. Secūdo prædicat Iudæorū punitionē, ibi. Fiat mensa eorū. Tertiò cōsurgit ad

Eccle. 8.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Psalm. 138.

Roma. 11.

Roma. 15.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 2.

ad Dei laudationē, ibi. Ego stī pauper. Prima i duas: A quia primò ponitur pœnarū explicatio. Secūdo à pœnis postulat liberatio, ibi. Ego vero orationem meam. Prima pars diuiditur in duas: quia primo explicatur pœnæ illarū factis. Secūdo pœnæ illarū verbis, ibi. Quoniam propter te. Prima in duas: quia primo plangitur pœnarum illatio. Secūdo inferentium multiplicatio, ibi. Multiplicati sunt. Prima pars diuiditur in partes quatuor: quia Christus primo à iudæis reus mortis iudicatur. Secūdo à gentibus vestibus suis denudatur, ibi. Infixus sum. Tertiò Christus sepultus custoditur, ibi. Veni in altitudinem. Quartò Christus clamans à suis non auditur, ibi. Laboraui. Quantum ergo ad primum ostendit psalm. quod Christus à iudæis morti fuit adiudicatus, dicens patri. B Saluum me fac Deus &c. Vbi notandum quod ista litera dupliciter exponitur, scilicet de capite Christi, & de membris eius. Si de Christo sciendum quod in scriptura per aquas intelligitur populus: quia sicut omnes partes aquæ, sic coniunguntur adinuicem, quod faciunt vnum corpus aquæ, sic & omnes qui sunt de vno populo vni vnum corpus debent facere. Propter quod dicitur Apoca. 17. Aquæ populi sunt. Inter omnes autem gentes mundi, ante solum iudæi faciebant populum: ceteri autem gentes vocabantur. Propter quod gentilibus conuersis dicebat Petrus. 1. Petr. 2. Qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei. Cuius ratio assignatur superius. ver. 8. 16. quia nulla multitudo facit populum, nisi regatur iustitia, iustitia regi non potest, qui non subditur Deo. Quia igitur soli iudæi subdebantur Deo per verum cultum, ideo soli iudæi faciebant populum. Sic ergo aqua significat populum: & populus iudæos: ergo ex consequenti aqua significat iudæos: de quibus hic ad patrem orans Christus dicit. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ. id est iudæi, vsque ad animam meam vnde glo. Saluum &c. quoniam intrauerunt vsque ad animam meam aquæ. id est turba iudæorum: intrauerunt vsque ad animam meam tollendam: quia scilicet deliberauerunt non solum me tenere, me ligare & flagellare: sed etiam me occidere, & auferre animam meam. Sic enim de istis aquis iudæorum dicitur. Innundauerunt aquæ super caput meum, dixi perij. Et Dan. 12. Si autem ista verba sint corporis, scilicet Christi membrorum suorum fidelium, tunc per aquas intellige aduersitates pœnas & miserias vitæ præsentis. Recte enim per aquas aduersitas vitæ præsentis figuratur: quoniam sicut in aqua res leues. supernatant & eminent, vt lignum: res autem graues submerguntur, vt plumbum & ferrum: sic leues & bonos homines peccati pondere non grauos aduersa sursum eleuant per gratiam, & ad Deum ipsorum mentes dirigunt, sed malos & graues. scilicet peccatis implicatos per impatientiam submergunt. Et hoc est quod dicitur Sapientia. 10. Transiit illos, scilicet bonos per aquam nimiam: inimicos autem eorum, scilicet malos demersit in mare. Iusti ergo aduersitatibus afflicti ne desperent clamant ad Deum dicentes. Saluum me fac domine: quoniam intrauerunt &c. ne cedant iniquitati timore mortis, ultra non habent mali aliquid quod eis facere possint. Clama ergo Christi membrum ad dominum, & saluabit te: de quo dicitur psalmo trigesimo tertio. Iste pauper clama Incog. Tom. 4.

uit, & dominus exaudiuit eum, & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Infixus sum in limo profundi, & non est substantia.

Hic Christus vestibus suis denudatur, Vbi notandum quod nomine substantiæ bona temporalia intelliguntur: quæ per contemptum nobis subiicere debemus, & non mente subiici illis. Sic enim substantiam pro diuitiis & temporalibus rebus accipit scriptura de Abraham & Loth: vbi dicitur. Erat enim eorum substantia multa, & nequibant habitare simul. Et Tob. 4. De substantia tua fac elemosynam. Secūdo notandum quod per limum intelligitur humanum genus, quod fuit de limo terræ formatum quo ad corpus, Gene. 2. Formauit dominus Deus hominem de limo terræ &c. non tamen de profundo limo, sed de limo qui erat in superficie terræ: sed homo per peccata cadendo factus est limus profundi, id est iniquitatis. Et sic per limum profundi intelliguntur mali, qui limus dicuntur ratione corporis, sed limus profundi ratione iniquitatis. Dicit ergo Christus. Infixus sum in limo profundi: id est traditus sum in manibus malorum, qui ad profundum iniquitatis deuenerunt. Et isti maximè fuerunt milites Pilati, qui iudæi cupientes complacere, omnia Christi bona temporalia abstulerunt. Christus enim præter vestes alia temporalia bona non habebat: quibus tamen à militibus fuit expoliatus; & nudus crucifixus: & in maiorem Christi derisionem diuiserunt sibi vestimenta eius: & super illas miserunt sortē. Et hoc est quod dicit Christus. Infixus sum &c. Et non est substantia, quia ad tantam paupertatem temporalium deduxerunt, quod nulla substantia mihi remansit: quia etiam vestes, quibus tegebar abstulerunt vt sic expoliatus omnibus temporalibus Christus illud psal. 38. diceret. Substantia mea tanquam nihilum ante te, id est ad nihilum pro te est deducta.

Veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me.

Hic consequenter Christus mortuus sepelitur. Vbi notandum quod Christo statim in cruce mortuo, anima descendit ad infernum: corpus vero sepulturæ traditum fuit. Quæ duo hic de se Christus ostendit, quo ad primum dicit. Veni in altitudinem maris, quo vero ad secundum dicit. Et tempestas demersit me. Quid est enim maris profundum, nisi infernus ad quem anima Christi descendit. Vnde Grego. tractans illud Iob. 38. Nunquid ingressus est profundum maris &c. dicit. Ac si aperte dicat Christus. Ego non solum mare, id est sæculum per assumptam carnem atque animam petij, sed etiam per animam sponte in morte positam: vsque ad vltima inferni quasi ad maris profunda descendit. Si enim mare diuini eloquiij sæculum debet intelligi, nihil prohibet profundum maris inferni claustra sentire. Profundum ergo maris dominus petiit, cum inferni nouissima electorum suorum animas erepturus intrauit. Vnde per prophetam dicitur. Posuisti profundum maris viam, vt transirent liberari. Hoc namque profundum maris ante redemptoris aduentum, Tt 3 non

Substantia significat diuitias.

Gene. 13. Tob. 4. Limus dicitur peccator. Genes. 2.

Psalm. 21.

Psalm. 38.

1091.

Mare dicitur infernus. Gra. 29. mo. ca. 7.

Es. 51.

non via, sed carcere fuit: quia etiam electorum animas quamuis non in locis pœnalibus claufas tenebat, quod tamen in profundum domini viam posuit: quia illuc veniens electos suos à claustris inferni ad cœlestia transire concessit &c. Hoc ergo Christus notans dicit. *Veni in altitudinem maris*, id est ad profundum inferni descendendi. Quid enim hic est altitudo, nisi profunditas: sicut dicitur Ioan. 4. Putreus altus est: id est profundus. Quo vero ad sepulturam corporis dicit. *Et tempestas demersit me*. Vbi notandum quod mors est causa sepulturæ: quia mortuo homine, statim de sepultura corporis agitur. Tempestas autem significat mortem. Nam tempestas secundum grammaticos componitur ex peste & tempore: & sic significat mortem temporalem. Notans ergo Christus sepulturam sui corporis ait. *Et tempestas demersit me*. Demergere enim est deorsum mergere vel includere, & sic significat Christi sepulturam, in qua corpus Christi defunctum fuit demersum & inclusum. Quam demersionem & sepulturam fecerunt duo amici & pacifici Christi, scilicet Ioseph ab Arimathia & Nicodemus. De qua sepultura dicitur. Viri pacifici tui demerserunt te. Huius demersionis & sepulturæ figuram prætulit Ionas qui à cete absorptus, demersus est: sed tertia die vomitus, vt habetur Ionæ. 2. & Matt. 12.

Ioan. 4.  
T. Epistas demersio.  
Hier. 38.

1092. Laboravi clamans, rauca factæ sunt fauces meę, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum.

Hic Christus clamans non auditur. Christus enim multoties clamauit Iudæos increpando, vt eos ad gratiam reduceret, vt puta quando clamabat. In die magno festiuitatis stabat Iesus, & clamabat dicens Si quis sitit veniat ad me, & bibat. Et quando clamabat. Væ vobis scribæ & Pharisæi &c. & similia. Et in isto clamore laborabat, quia fructum sui clamoris non percipiebat. Clamans enim tunc laborat, cum non auditur: non autem laborat cum votum eius impletur: vnde subditur. *Rauca factæ sunt fauces meæ*. Et ideo dicit quia raucus effectus quāto magis clamat minus intelligitur: Sic & Christus quāto magis Iudæos clamando reprehendebat, tanto amplius ipsi contra ipsum indignabantur, & minus ipsum curabant intelligere. Et quod grauis est, non solum Iudæi non intellexerunt eum clamantem, sed etiam nec discipuli sui. Nonne in nocte passionis omnes suos discipulos de scandalis ipsis futuris docuit, dicens. Omnes vos scandalum patiemini in me in nocte ista, ipsi autem de seipsis confidentes ipsum intelligere noluerunt. Vnde & Petrus dicit. Ego nunquam scandalizabor. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Et tamen omnes in eadem nocte scandalizati defecerunt. Et hoc est quod subdit. *Defecerunt oculi mei dum spero &c.* Per oculos Christi intellige eius discipulos. Vnde alia littera habet. *Discipuli mei disparuerunt*, quod fuit quando Christo capto, discipuli videntes quod Christus volebat vi sua potestate, omnes relicto eo, fugerunt. Et hoc est quod subdit. *Dum spero in Deum meum*. Qui enim in aliquem sperat non vtitur potestate sua, sed totaliter illi in quem sperat se committit. Sic & Christus se totaliter patri com-

Ioan. 7.  
Matth. 23.  
Matth. 26.  
Oculi Christi discipuli.

mittendo, in quem sperabat, potestate sua nõ fuit vsus, quando se capi & ligari permisit. Quod oculi sui, id est discipuli videntes, defecerunt, scilicet ab eius sequela, & ipso relicto, fugerunt. Et de isto clamore Christi qui raucus est effectus, dicitur Apocal. 10. quod clamauit voce magna, quemadmodum leo cum rugit. Vbi notandum quod clamor Christi clamori leonis comparatur. Nam vt ait magister de proprietatibus lib. 12. Leo clamando terribiliter bestias in terra concludit. Dicit enim magister vbi supra. Esurit, clamat, & bestie adueniunt: & tunc ipse cum cauda circumulat, vt nullum animal audeat exire. Sic & Christus prædicando circumulat in terra, verbum Dei vbiq; spargendo: quoniam vt habetur Matt. 9. Circuibat Iesus per ciuitates & castella docens in synagogis eorum. Et in isto circulo concludit bestias: id est bestiales homines: quia ipsos in fra metam rationis & fidei astringebat. Isto enim modo Paulum prius bestialē, & insidum suo circulo conclusit, quando circumfultit eum lux de celo &c. ita vt circumlat fidei exire non auderet. Roma. 8. Quis nos separabit à charitate Christi &c. Sic enim sibi fuerat dictum à patre. Hier. 22. Clama & in Basan da voce tuam, clama ad transiuentes. Basan enim confusio interpretatur, & significat infideles, ad quos Christus clamando prædicabat. Secunda conditio leonis est, quod clamando liberaliter humilibus gratia facit. Dicit enim magister vbi supra, quod leo nisi Iesus nescit irasci, & prostratis animalibus parcit. Sic verè Christus, nisi peccatis offensus, nescit irasci. Esa. 30. Populus prouocans me ad iracundiam est, & humilibus, scilicet cõtritis humiliter parcit liberaliter dicit psal. 114. Humiliatus sum & liberauit me. Patet de Achab. 3. Reg. 21. Sicut enim vt parceret clamabat Iesus. Si quis sitit veniat ad me &c. Tertio leo clamando filiis tribuit vitam. Nam vt dicit magister vbi supra leonis talis est natura, quod catulus suus genitus tribus diebus & noctibus fertur dormire: sed leo magno rugitu clamoris ipsum catulum excitat ad vitam. Sic verè filius Dei filios suos quos in hoc mundo creauit, tribus diebus vt mortui iacent, scilicet tribus principalibus peccatis, scilicet superbia, luxuriæ, & auaritiæ: quos tamen Christus suo clamore excitat ad vitam: dum eos de tumulis delictorum peccatorum ad gratiam vocat. Sic enim clamando Lazarum resuscitauit de morte ad vitam. Sic enim sibi à patre dictum fuit. Clama ne cesses, quasi raba exalta vocem tuam, & annuncia populo meo sceleratorum, & domui Iacob &c. Quarto leo aduersa multa sustinet: quoniam vt ait magister, leo quasi continuè febriçitatio: & frequenter seipsum clamando cauda sua verberat, & isto modo se reddat audacem, Sic & Christus aduersa multa sustulit vt animaret ad patienter tolerandum aduersa. Pe. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum &c. Et ideo aduersa patienter clamauit in cruce, quando circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens. Heli heli &c. quasi sic clamans diceret patri. Ad hoc me aduersitatibus exposuisti, vt meo exemplo ad patientiam vocarem fideles, vt sicut me in aduersis clamantem liberaisti, sic & ipsi inter aduersa clamantes, à te liberari sperarent. Psalm. 119. Ad dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me. Quinto leo se suo benefactori subiicit. Est enim animal mirabiliter suum recognoscens benefactorem. Nam vt refert Plinius de mirabilibus mundi, cum semel ultra mare esset exercitus Romanorum quidam miles casu quendam leonem reperit, quem quidam serpens taliter ligauerat cauda, quod se non poterat mouere, qui miles pierate, motus, serpẽtem occidit, & liberauit leonem. Leo autem ille vt gratus, se seruituti militis subiicit, sic & quotidie ibat per nemora prædas capiendõ, quas captas militi deferrebat in tãtum quod non solum militi, sed etiam magnæ parti exercitus contulit plura commoda. Sic verè & Christus in quantum homo fecit: quia Deo benefactori suo se subiicit, & prædas scilicet animarum de manu diaboli capiens suo patri offerrebat. Sic enim fecit quando in cruce voce magna clamans, ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum, id est meorum. Sexto leo donat libertatem. Nam vt dicit magister vbi supra, leo captiuos obuios liberè in patriam ire permittit. Sic & Christus clamans in cordibus nostris, nos peccato captiuos liberans ad patriam redire facit, dum clamore suo nos patri adopat in filios: quia misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem abba pater. Sed quia tempore stræ passionis istos clamores discipuli intelligere noluerunt, ideo de ipsis nunc conqueritur Christus dicens. *Laboravi clamans*, vt expositum est.

Apoc. 10.  
Clamavit Christus  
Ieron. 22.  
Nota de proprietatibus leonis.  
Magister lib. 12. de proprietatibus animalium.  
Matth. 9.  
Rom. 8.  
Act. 9.  
Hierem. 22.  
Esa. 30.  
Psalm. 114.  
3. Reg. 21.  
Ioan. 7.  
Esa. 30.  
Ioan. 11.  
Esa. 38.  
Matth. 27.  
2. Petr. 1.  
Matth. 27.  
Eualiter.  
Matth. 27.  
Quod gratis

1093. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

Postquam Christus expressit pœnam illationem, hic plangit inferentium multiplicationem. Et circa istam partem Christus multa prædicat, scilicet primò contra ipsum Iudæorum multiplicationem. Secundò gentilium malignationem, ibi. *Confortati sunt*. Tertio suorum membrorum compassionem, ibi. *Deus tu scis*. Quarto patrum de limbo liberationem, ibi. *Non erubescant*. Quinto discipulorum confirmationem, ibi. *Non confundantur*. Quantum ad primũ notandum quod inimici Christi ipso prædicatõ, continuè multiplicabantur procurate inuidia malotum. Nam primò cum cepit corrigere sacerdotũ vitia, ipsi odium cœperunt cõtra Christum, deinde ipsorum procuratõne, pharisæi, deinde scribæ & doctores, vltimò populus ab omnib. istis deceptus, Christũ fuit persecutus. Propter quod dicitur. Principes autem sacerdotum concitauerunt turbam, vt magis peterent Barrabam, Iesum verò perderent. Hoc ergo notans Christus dixit de ipsis. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei*. Modus est loquendi, ad ostendendum inimicorum multiplicationem. Sic enim similiter dicitur Gen. 26. Multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, &c. Sed quia Christus eis causam non dederat talis inimicitie, ideo subdit de illis dicens. *Qui oderunt me gratis*. Ideo sine causa, cum e contrario me ipsum deberent diligere propter doctrinam & multa beneficia per me ipsis collata. Vnde istum textum de se literaliter dictum allegat Christus dicens. Nunc autem viderunt & oderunt me & patrem meum

Psalm. 119.  
Eualiter.  
Matth. 27.  
Quod gratis

A sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est: quia odio habuerunt me gratis. Vbi August. *August.* Gratis odit, qui nullum ex odio cõmodum querit, vel in commodum fugit. Sic oderunt Iudæi Christum, sic diligunt Iusti, vt alia præter illum non expectent, quoniam ipse erit omnia in omnibus. Cõsimiliter de Iudæis conqueritur Christus. psalm. 119. dicens. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis. Vel aliter & pulchrius exponitur iste versus. Vbi notandum quod caput ecclisæ est ipse Christus, ad Ephes. 1. Capilli autem huius capitis sunt omnes apostoli & alij iusti, Christo capiti per charitatẽ adherentes & munditiam. De quibus dicitur Apoc. 1. quod caput eius, & capilli erant candidi tanquam lana alba, & tanquam nix. Lana enim alba & nix conueniunt in colore, sed discrepant in effectũ, quoniam lana alba calefacit, sed nix alba frige facit. Comparatur ergo primo caput nostrum Christus lanæ albæ & nixi, ad denotandum quod in Christo fuit ignis charitatis, & frigus humilitatis. Cõsimiliter capilli huius capitis, id est, homines sancti his duobus ratione sicut munditiã comparantur: quia ipsorum mens fuit feruida per charitatem contra frigus aduersitatis, & frigida per puritatem contra calorem luxuriæ & voluptatis. Vnde & glo. super illo verbo. psalm. 39. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei*, dicit. Capilli capitis Christi sunt fideles qui in Christo capite sunt radicati quod ornant bene viuendo. Et de istis capillis vide supra versic. 666. Ad oppositum volens ostendere Christus quod maior erat numerus inimicorum suorum quàm iustorum, de inimicis dicit, quod *multiplicati sunt super capillos capitis sui*, id est plures facti sunt inimici, quàm sint amici, & plures reprobi, quàm predestinati: quia plures sunt vocati, pauci vero electi.

Psalm. 119.  
Ephes. 1.  
Capilli dicitur iusti.  
Apoc. 1.  
Glo. 1.  
Psalm. 39.  
Matth. 20.  
1094

Confortati sunt, qui persecuti sunt me inimici mei iniuste, quæ non rapui, tunc exolvebam.

Hic consequenter ponit gentilium malignationem & aggrauationem. Hic enim loquitur de principibus gentilibus, scilicet de Pilatõ & Herode, qui contra Christum fauorem Iudæis dederunt, vt puta herodes spreuit illum cum exercitu suo, & illudum veste alba remisit ad Pilatum. Et sic fuit confortatus, id est simul cum Iudæis ad malum contra Christum fortificatus. Similiter & Pilatus qui in fauorem Iudæorum scienter sententiam dedit contra Christum. Et sic Christo imposuerunt pœnas, quas non meruerat. Quod notans subdit. *Quæ non rapui, tunc exolvebam*. Vbi nota quod omnis peccans, rapinam committit: quia honorem Deo debitum non exoluit. Et talem rapinam si quis voluntariè non soluit per penitentiam, Deus ab ipso inuito exigit per damnationem æternam. Raptores ergo fuerunt primi parentes, sed solutor pœnæ debite Christus, qui pœnam peccatorum nostrorum portauit in corpore suo super lignum crucis. Vnde glo. *Quæ non rapui tunc exolvebam*, scilicet in passione, quasi dicat Christus. Non peccaui, & pro peccato pœnas exolui. Rapuerunt Adam & Eva, id est præsumptentes rapere voluerunt diuinitatem, & per-

Luc. 23.  
Raptore.  
Soluere.  
Glo. 1.  
Christi passio.



diderunt felicitatem. Christus autem huius de-  
biti fuit solutor, ista autem verba tractans Bal-  
duinus ad propositum dicit. *Quæ non rapui tunc  
exolebam.* Debitor sumus Christo, qui commu-  
ne omnium negotium gerens, pœnam quam nõ  
meruerat, pro nobis exoluit. Verum qualia soluit  
pro nobis, talia exigit à nobis, Et quis ei poterit  
exæquari? Quædam magna summa passionum  
Deo debebatur pro liberatione generis humani,  
& singuli conferre debemus ad hanc summam,  
donec facta collatione, tota compleatur, Deoque  
soluatur. Quid enim iustius, quam quod homo  
patiatur pro Christo, pro quo passus est Christus.  
Hinc apostolus ait. Adimpleo quæ defunt passio-  
num Christi in carne mea. Ergo Christo pro no-  
bis passio, non solum timoris, sed pudoris nobis  
esse debet, si delicate viuamus, si curam carnis in  
desideriis perficiamus. Nam si dominus & talis  
dominus in cruce pendeat, & seruus malus pla-  
gisque dignus in deliciis agat, nõne confusione  
dignus est? nõne ridiculum est, si Christus in  
cruce pendens dixit, sicut, & corda nostra grauen-  
tur crapula & ebrietate? Nõne probrosum est  
(vt vulgo dici solet) non æquo partitus est ludus  
iste. Passio certè Christi nec ludus est, nec ludo  
similis. Ad nos vitam nostram ludo similem æsti-  
mamus, & quasi artem quandam ad ludendum  
compositam. Ad hoc in mundo versamur quasi in  
campo certaminis, in quo dominus noster pro  
nobis occisus est. Quod si quis de hoc cæpo exie-  
rit, non habens in se plagam nec tumorem, nec  
liuorem, in gloriis reputabitur. Et nos si quidem  
qui liuore ipsius sanati sumus, domino pro nobis  
in acie occiso, si illesi euadamus, si sani & corpore  
integri, nõne rei proditionis iudicabimur, rei que  
mortis Christi? Verè etenim mortis Christi, rei  
fuerunt, & auctores mortis Christi, & qui con-  
senserunt, & ministri qui crucifixerunt. Reus si-  
quidem mortis Christi quodammodo est, qui vir-  
tutem mortis Christi in se male viuendo euacuat.  
Quamuis enim non egerit vt Christus mortuus  
sit, id tamen agit, vt quantum ad ipsum gratis mor-  
tuus sit. Mors enim Christi illi ad salutem non ope-  
ratur, nec crux saluatoris illi proficit, qui crucem  
Christi non baiulat, ipse se perdit, hæc ille.

1095 **Deus tu scis insipientiam meam, & delicta mea à te non sunt abscondita.**

Hic Christus ostendit suorum membrorum  
compassionem: quia defectus nostros suos esse ex  
compassione reputat. Vnde hic loquitur in per-  
sona membrorum suorum. Ista enim verba de per-  
sona Christi intelligi non possunt, in qua nulla  
fuit insipientia, cum ab initio suæ conceptionis  
omnia nouerit, quæ Deus nouit, vt ait magister  
sententiarum lib. 3. dist. 13. Sed hoc dicit per mo-  
dum compassionis ratione unitatis membrorum  
cum capite. Vnde sicut sibi dicit factum, quod  
suis membris factum fuerit, sic & insipientiam  
suorum dicit suam, & delicta suorum dicit sua. Di-  
cit etiam insipientiam suam & delicta sua, quia il-  
la, id est, pœnam illorum pro nobis porrauit. Sa-  
tisfacies enim pro debito alterius illud quodam-  
modo facit esse suum. Et aduerte quod non om-  
nem insipientiam dicit esse suam, neque omnia  
delicta, sed solum illam insipientiam quam Deus  
nouit, & illa delicta, quæ à Deo non sunt abscon-

Pœnata no-  
stra sunt  
Christi.

ditata hic commendans confessionis mysterium.  
Quamuis enim sint nota, quantum tamen ad nos  
illa dicuntur abscondita Deo, quæ nos abscon-  
dere conamur, & illa Deo manifesta, quæ nos per  
confessionem reuelamus. Quamuis enim passio  
Christi sufficiens fuerit pro omnibus peccatis,  
quoruncunque, tamen pro illis solum satisfecit  
quo ad efficientiam, quæ Deo per confessionem re-  
uelantur. Et quia illa dicit sua pro quibus effica-  
citer satisfecit. Ideo nunc ait Deo. *Delicta mea à  
te non sunt abscondita.* quasi dicat, Illa delicta di-  
co mea & ad meam passionem pertinere, quæ à  
te non sunt abscondita, sed per confessionem  
reuelata.

1096 **Non erubescant in me qui expectant te domine, domine virtutum.**

Hic prædixit Christus ex morte sua liberatio-  
nem patrum suorum de limbo. Vbi sciendum  
quod sicut erubescencia esset homini sapi-  
entis & astrologo, si prædiceret aliqua esse ven-  
tura tali tempore, & ex tali causa, si illa non eue-  
nirent, sic sanctis patribus & prophetis qui præ-  
dixerunt Christi passionem mortem & resurre-  
ctionem, & ipsorum per Christum de limbo edu-  
ctionem, merito erubescere deberent, si prædicta  
non euenirent. Prædixerunt enim sancti patres  
Christi resurrectionem, vt puta Dauid in multis  
psal. Christi animæ ad infernum descensionem,  
& per eum sanctorum patrum inde liberationem.  
Vt puta Zacha. 9. Tu autem in sanguine Testa-  
menti tui &c. Ipsi ergo in limbo existentibus  
qualis esset confusio, si per eos prophetata non  
euenirent? Ideo de ipsis patribus & maxime pro-  
phetis in limbo cum magno desiderio Christum  
expectantibus, qui talia ventura prædixerunt, lo-  
quitur Christus orans vt prædicta eueniant, di-  
cens *Non erubescant in me qui expectant te.* scilicet  
per me ipsos libera nunc Domine Deus virtutum.  
Vbi nota quod erubescencia proprie loquendo,  
est quoddam signum interioris verecundiæ. vide  
supra 344. In eo autem quod dicit. *Domine Deus  
virtutum.* notandum quod virtutes accipiuntur  
pro angelis: quia quidam angelorum ordo virtu-  
tes vocantur, & sic aperte denominando totum  
per virtutes intelliguntur omnes angeli. Item per  
virtutes intelliguntur dona gratiarum ac etiam  
potestates mundi, quorum omnium Deus domi-  
natur, vide supra versicu. 343. Et nota quod san-  
cti in limbo multipliciter Deum expectabant,  
vide versic. 601.

1097 **Non confundantur super me, qui quærunte te, Deus israel.**

Hic querit Christus ex morte & resurrectione  
sua discipulorum confirmationem. Sciebat enim  
Christus discipulorum animos in sua passio-  
ne perturbandos sed in resurrectione aliquid  
erigendos, sed per spiritum sancti missionem ex  
toto confirmandos ad Christi confessionem, &  
omnium tormentorum tolerationem. Petiit ergo  
hic à patre suam resurrectionem per quam eri-  
gantur, petiit etiam spiritus sancti missionem per  
quam plenè confirmantur dicens. *Non confundan-  
tur super me, &c.* Vbi notandum quod confundo,  
dis, componitur ex con. & fundo, dis, & est: con-  
fundere

1096

Erubescit.

Zach. 9.

Expectat.

1097

Confundere

fundere idem quod totum simul fundere siue  
spargere. Confunditur ergo ille qui totaliter spar-  
gitur, & dissipatur. Et sic quanto quis est in ma-  
ioribus bonis, & virtutibus, tunc confunditur  
quando peccat. quia omnia ipsius bona sparguntur  
& dissipantur. Orat ergo Christus pro aposto-  
lis, vt per spiritum sanctum sic confirmantur, ne  
amplius per mortale peccatum confundantur.  
Vnde notandum est, quod circa peccatum multi-  
pliciter est confusio, & bona & mala, vt ostendit  
Bern. super illo verbo. Mat. 11. Venite ad me om-  
nes, qui laboratis, &c. dicens. Est confusio in vir-  
tutibus & est confusio contra vitia. Confusio in vir-  
tutibus est, quando quis pessimis passionibus dissipatus,  
non ratione regitur, sed vitiorum tumultu pesti-  
mè agitur. Confusio pro vitiis est, quando quis  
comprehensus, & cõuctus criminis alicuius con-  
funditur, vel pœnitens & confitens quæ commi-  
sit, salubri purgat confusione. Porro confusio con-  
tra vitia est, quando homo conuersus ad Deum  
tristationi, quam patitur ex parte confusionis re-  
cordatione, resistit. Hic autem orat Christus ne  
apostoli sui confundantur prima confusione, sci-  
licet quæ est in vitiis, dicens. *Non confundantur,  
&c.* Et in hoc maxime orat, vt apostoli à triplici  
præseruentur peccato, quod maxime omnia in  
homine bona confundit, scilicet superbia, auaritia,  
& luxuria, vide supra versic. 346. quia ista tria  
vicia maxime prædicatoibus & euangelicis viris  
contradicunt. Dicat ergo Christus orando patri.  
Apostoli mei qui querunt te Deus israel, scilicet  
manifestare per orbem, cultum diuinum vbique  
prædicando, oro vt non confundantur super me. id est  
vt non peccent super me, id est non contradicant  
fundamento virtutum per me eis datum, scilicet  
humilitatis contra superbiam. Mat. 11. Dicite à  
me, quia mitis sum &c. paupertatis contra auari-  
tiam. Mat. 10. Nolite possidere aurum neque ar-  
gentum, &c. castitatis contra luxuriam. Lucæ 12.  
Sint lumbi vestri præcincti, &c.

Math. 11.

Bernard.

Erubescit.

Zach. 9.

Expectat.

1098

Opprobrium  
Christi.

Luc. 11.

Confundere

1098 **Quoniam propter te sustinui opprobrium, operuit confusio faciem meam.**

Hic consequenter Christus explicat pœnas si-  
bi verbis illatas. Et diuiditur in partes duas: quia  
primò ostenditur Iudæorum malitia. Secundò  
Christi iustitia, ibi. *Quoniam zelus.* Iudæorum au-  
tem ostenditur in duobus. Primo quia Christum  
verbis blasphemauerunt. Secundò ipsum fide nõ  
repperunt, ibi. *Extraneus.* Primò ergo ponit iniu-  
riam sibi verbis à Iudæis illatam dicens patri. *Quo-  
niam propter te sustinui opprobrium, &c.* Vbi notan-  
dum quod omnia Christi verba & opera erant  
ad excitandum patris honorem in cordibus ho-  
minum. Propter hoc enim vitia Iudæorum cor-  
rigebat, virtutes prædicabat, & miranda faciebat  
opera, vt fidem verbis suis darent. Ipsi autem ex  
hoc magis contra ipsum insurgent, & ipsum la-  
cerabant. Propter quod eis dicebat Christus. Ego  
honorifico patrem meum, & vos inhonorastis  
me. Ex quibus patet quod omnia conuicia, quæ  
Christus à Iudæis sustinuit fuerunt propter pa-  
tris honorem, quem prædicabat. Vnde & nunc  
patri loquens dicit. *Quoniam propter te sustinui op-  
probrium.* Sed quale opprobrium? Nam vocaue-

runt eum magum, dicentes. In Beelzebub prin-  
cipe dæmoniorum eiecit dæmonia. Vocauerunt  
dæmoniacum, dicentes: Nõne bene dicimus nos  
quia samaritanus es tu, & dæmonium habes? Gu-  
losum, dicentes. Hic homo est vorax & potator  
vini. Et multa opprobria consimilia Christo pro-  
pter patrem, quem honorabat intulerunt. Ex qui-  
bus omnibus confusionem Christi quærebant.  
Et hoc est quod subdit. *Operuit confusio faciem  
meam.* Vbi aduerte quod confusio accipitur hic,  
non pro erubescencia, qua quis ex peccato com-  
misso verecundatur, sed pro iniuria etiam contra  
iustitiam alteri illata. Sic enim facies Christi à  
Iudæis fuit confusa, quando ante Annam ponti-  
ficem alapa fuit percussus, quando velauerunt fa-  
ciem eius, & quando expuerunt in faciem eius.  
Quæ omnia ad Christi confusionem & verecun-  
diam faciebant, quod Christus notans dicit. *Ope-  
ruit confusio faciem meam.* Sed quia glo. hic notat  
quod talis confusio maxime euenire solet in bo-  
no laceratis, qui solent tanto amplius ad tempus  
effici tristes, quanto in se cognoscunt iniqua con-  
fingi. Ideo occurrit quæredum quæ est causa ma-  
ioris tristitiæ & confusionis, scilicet an iniuriari  
sine culpa, siue cum culpa. Et videtur quod sine  
culpa, quia ibi est maior iniustitia. Iniuriari autè  
pro culpa est, quasi actus debitus & iustitiæ. Cer-  
tum est autem quod actus iniustitiæ maioris con-  
fusionis & tristitiæ causa est quam actus iustitiæ.  
Et hinc est quod communiter dicunt sine causa  
patientes, si fecissem quod imponitur mihi, pa-  
tienter portarem, & similia. Ad oppositum quia  
iniuriari pro culpa commissa duo mala continet,  
scilicet culpam & pœnam. Respondeo, quod to-  
terabilius est, pati sine culpa, quam pro culpa, pa-  
tet quia innocentem confortat innocentia, sed  
reum deprimit culpa. Ad argumentum autem di-  
co, quod quamuis pati sine culpa includat iniu-  
stitiam ex parte agentis, non autem ex parte pa-  
tientis. puniri autem pro culpa includit iniusti-  
tiam ex parte patientis. Quilibet autem recto or-  
dine magis tristari debet de culpa propria, quam  
de aliena.

1099 **Extraneus factus sum fratrib. meis, & peregrinus filiis matris meæ.**

Hic notat Iudæorum infidelitatem, qui Chri-  
stum fide non receperunt. Vbi nota quod aliqui  
dicuntur adinuicem fratres multipliciter, scilicet  
carnis propinquitate, vt qui ex eisdem patribus  
sunt geniti. Sic enim dicitur Gen. 42. Duodecim  
fratres sumus ex vno patre geniti. Item legali a-  
doptione, vnde adoptatus in filium dicitur se-  
cundum iura, frater carnalis filij. Sic enim Chri-  
stus qui est naturalis Dei filius, frater est omnium  
fidelium à Deo in filios adoptiuorum. ad Heb. 2.  
Non confunditur vocare eos fratres, dicens. Nar-  
rabo nomen tuum fratribus meis. Item sacramen-  
ti ratione. Vnde filius spiritualis alicuius frater di-  
citur filij naturalis. Sic enim omnes apostoli à  
Christo baptizati adinuicem fratres dicebantur.  
Propter quod dicit Christus petro. Tu autè con-  
uersus confirma fratres tuos. Iudæi autem erant  
Christi fratres secundum carnem, quia & Chri-  
stus secundum carnem ex Iudæis natus erat, de  
quibus dicit Christus. Fratres mei præterierant  
me. Sic ergo nomine fratrum Iudæos intelligit  
non

Luc. 11.

Ioan. 8.

Matth. 11.

Confusio  
Christi.

Ioan. 19.

Matth. 26.

Questio.

Iniuria.

Pœna.

Fratres mul-  
tiplices.

Gen. 42.

Hebr. 2.

Luc. 22.

Iob. 6.

qui Christum per fidem recipere noluerunt, quo-  
 10an.1. niam ut dicitur Ioā.1. In propria venit & sui eum  
 non receperunt quod hic notans Christus ait.  
*Extraneus factus sum fratribus meis.* Et hoc idem a-  
 liis verbis exprimit dicens. *Et peregrinus filius ma-*  
*tris meae.* quia ipsum non reputabant fratrem sed  
 aduenam & forensē, unde de Christo dixerunt.  
 10an.9. Hunc autem nescimus unde sit. Et nota quod  
 quamvis Iudaei ex malitia reputauerunt. Chri-  
 stum extraneum & peregrinum, tamen realiter  
 quantum ad spiritum peregrinus potest vocari,  
 sicut in die resurrectionis sibi dixerunt illi duo  
 discipuli. Tu solus peregrinus es? Habuit enim  
 Christus omnes veri peregrini condiciones; ut  
 notat Iacobus de voragine in sermone feria ij.  
 post pascha. Unde Christus populo Iudaeorum  
 10an.38. dicit illud psal.38. Quonia aduenā ego sum apud  
 te, & peregrinus sicut omnes partes mei.

1100 **Quoniam zelus domus tuae comedit me, & opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.**

Hic ostendit Christus suam iustitiam. Iustitia au-  
 tem perfecta consistit in multis, quae omnia Chri-  
 stus hic se habuisse ostendit. Primum est cultus  
 veneratio, in principio. Secundum est proprie car-  
 nis maceratio, ibi. *Et operui in ieiunio.* Tertium est  
 patiens iniuriarum tolerantia, ibi. *Aduersum me.*  
 Quantum ad primum sciendum, quod ad vene-  
 rationem diuini cultus non solum requiritur  
 Deum colere, sed etiam omnia quae ad ipsum cul-  
 tum spectant venerari, sicut sunt vasa sacra, vestes  
 & locus ad cultum deputatus, scilicet ecclesia:  
 quia irreuerentia circa praedicta habita peccatum  
 aggrauat, non modicum, magis enim peccat quis  
 indutus factis quam sine, magis in die festo, ma-  
 gis in loco sacro quam extra: ut satis haberi po-  
 test extra de reliquiis & veneratione sanctorum,  
 decet. lib. vj. Principes autem sacerdotum cupidi-  
 tate moti, domum Dei vilipendendo, fecerant for-  
 rum animalium, qui in templo ordinauerant ani-  
 malia vendi, campiores tenere mensas suas, quo-  
 niam ut ait Beda super Ioan. Quoniam homines  
 de longē ad Hierusalem ratione sacrificij prope-  
 rantes, quae iussa fuerant immolari secum ferre  
 non poterant, eorum praetia secum deferebant.  
 Unde naeta occasione, haec animalia scribae &  
 pharisaei vendi in templo instituerunt, ut venien-  
 tes emerent & offerrent: eademque oblata ipsi a-  
 liis venderent, & sic sua lucra accumularent. Un-  
 de & numularij ad hoc sedebant ad mensam, ut  
 inter emptiones venditionesque bestiarum prom-  
 pta esset pecunia. Dominus autem Iesus nolens  
 in domo sua aliquid esse terrenae negotiationis,  
 omnes expulit foras zelo domus domini motus.  
 Hunc ergo Christi zelum domus domini praui-  
 dens psal. in persona Christi dicit patri. *Quoniam*  
*zelus domus tuae comedit me.* Sic ergo haec propheta  
 verificata fuit in Christo, quando Christus inue-  
 nit in templo vendentes oves & boues, & numu-  
 larios sedentes, quos omnes facto flagello eiecit,  
 dicens. Auferte ista hinc, &c. Unde statim subdi-  
 tur. Recordati sunt discipuli quia scriptum est.  
 Zelus domus tuae comedit me. Est autem hic ze-  
 lus quidam feruor animi, quo mens relicto hu-  
 mano timore, pro defensione veritatis accendi-

Ecclesia.

Extra de reliq. & vener. sanct.

Animalia sacerdotis Beda.

Zelus domini.

Ioan. 2.

tur, Per istum autem zelū Christi indignati prin-  
 cipes sacerdotum, videntes quod eorum illicita  
 lucra destruebantur, Christi mortē tractauerunt.  
 Et hoc est quod subdit. *Et opprobria exprobrantium*  
*tibi ceciderunt super me.* In hoc enim quod domus  
 Dei male tractabatur opprobriū Deo patri infere-  
 bant, sed quia ista opprobria Christus voluit cor-  
 rigere, ideo eius mortem tractauerunt, & sic illa  
 opprobria super Christum ceciderunt. Et sic est  
 sensus. *Zelus domus tuae comedit me.* id est fuit mihi  
 causa mortis.

1101 **Et operui in ieiunio animam meam & factum est in opprobrium mihi.**

Hic ostenditur iustitia Christi ex carnis macer-  
 atione. Requirit enim iustitia, ut semper inferius  
 suo superiori obediat, ut anima Deo, & caro ani-  
 mae. Caro autem delicate nutrita aduersus ani-  
 mam bella mouet. Unde prouer. 29. dicitur. *Qui*  
*delicate nutrit seruum suum, inueniet eum con-*  
*tumacem.* Ne ergo caro repugnet spiritui non de-  
 licate est nutrienda, sed ieiuniis castigari iustitia  
 dicitur. Et quamvis in Christo non esset fomes  
 peccati quo caro spiritui repugnaret, tamē exem-  
 plum iustitiae nobis praebens, carnem suam affli-  
 xit ieiunio, quod fuit adimpletum, quando Chri-  
 stus in desertum ductus a spiritu ieiunauit qua-  
 draginta diebus, & quadraginta noctibus. Et hoc  
 ieiunio operata fuit anima Christi, id est vita Chri-  
 sti: quia per illud ieiunium diabolus dubitauit, an  
 Christus esset verus homo: quia per quadraginta  
 dies & noctes cibum non capiendo viuere exce-  
 dit virtutem humanam. Et istud ieiunium ad op-  
 probrium Christi deuenit, propter quod subdit.  
*Et factum est in opprobrium mihi.* Nonne ad oppro-  
 brium domini vertitur, quod seruus supra domi-  
 num eleuetur, quod seruus sibi querat subiicere  
 dominum? Hoc autem Christo propter suum iei-  
 unium euenit: quia ex hoc diabolus occasionem  
 accepit ipsum tentandi, immo quod opprobri-  
 osum magis fuit, diabolus Christo suavit, ut ipsum  
 adoraret cadens in terra. Audire enim contume-  
 lias nobis illatas gloriosum est, & meritiorum,  
 sed audire contumelias Deo illatas, est nimis op-  
 probriosum. Et ideo quando Christus audiuit  
 tantam Dei contumeliam, ut diabolus cultū Dei  
 sibi vindicare vellet, ad opprobrium sibi reputa-  
 uit. Unde & per modum indignantis ipsum dia-  
 bolum repulit dicens. Vade Sathana. Unde Chry-  
 1101. sostomus super Matth. ait. Quando diabolus post  
 ieiunium Christi Dei sibi usurpauit honorem, di-  
 cens. Haec omnia tibi dabo, si cadens adoraueris  
 me, tunc Christus exasperatus est & repulit eum  
 dicens. Vade Sathana, ut nos illius discamus exem-  
 plo, nostras quidem iniurias magnanimiter susti-  
 nere, Dei autem iniurias neque vsque ad auditum  
 sufferre, quonia. m quidem in propriis iniuriis ef-  
 se quempiam patientem, laudabile est iniurias au-  
 tem Dei dissimulare nimis impium est.

1102 **Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam.**

Hic ostendit Christus suae carnis maceratio-  
 nem a vestibus, per cilicium enim intellige histo-

1101

Prover. 29.

Ieiunium

1103

Sacerdotum

1104

1105

Chryso-  
stomus  
Matth. 4.

1107

1108

ricē asperit aem vestium Christi, quibus ipse v-  
 tebatur. Cum enim Christus improbaret molli-  
 ciem vestimentorum dicit. Ecce enim qui molli-  
 bus vestiuntur, in domibus regum sunt, conse-  
 quens est quod ipse asperis vestibus utebatur, quia  
 omnia quae Christus docuit, ipse primū fecit. Un-  
 de utebatur Christus cilicio ad carnem. Nam se-  
 cundum Nicolaum, tunica Christi quae erat in-  
 confutulis desuper cōtexta per torum, erat quod-  
 dam cilicium. Certum est enim quod cilicium  
 est vestis non confuta, sed contexta totaliter. Et  
 ista tali veste factus est Christus in Parabolam,  
 quando ad eius derisionem milites Christi vesti-  
 menta diuidentes, super istam vestem cilicinam  
 1109. fortem miserunt. Tunc enim factus fuit Christus  
 Iudaeis in parabolam, id est in prouerbum, quo  
 B niam ipsis in prouerbio verum fuit. Christus  
 tamen rex fuit quod ipsius vestimenta inter mili-  
 tes fuerunt diuisa, & super eius vestem cilicinam  
 fors fuit missa. Vel magis mysticē per cilicium  
 quo caro pungitur, accipe punitiones poenarum  
 quas Christus pro nobis in cruce suscepit, dum  
 poenam peccatorum nostrorum pro nobis por-  
 tauit in cruce, in quo cilicio, siue poena factus fuit  
 Iudaeis in parabolam, quādo ipsi insultantes dice-  
 bant. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluū  
 facere, & similia. Vel per cilicium intellige carnē  
 Christi, quas diuinitas elabatur & occultabatur.  
 Vide supra versicu. 536. Ipse autem propter car-  
 nem passibilem factus fuit illis in parabolam, pro-  
 pter quod dicit psal. 34. Ego autem cum mihi mo-  
 lesti essent, induebar cilicio.

1103 **Aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum.**

Hic ponitur Christi patiens iniuriarum tole-  
 ratio. Ad cuius euidenciam sciendum quod per  
 sedentes in porta significantur sacerdotum prin-  
 cipes, scribae & pharisaei, qui certum populum ha-  
 bebant iudicare, quoniam ut ait Greg. Mos apud  
 veteres fuit, ut ad portam ciuitatis seniores sede-  
 rent, id est iudices qui certantium iurgia iudicia-  
 ria examinatione distinguerent, quatenus urbem  
 in qua concorditer oportet viuere, discordes mi-  
 nimē intrarent. Et sic portae nomine iudicium in-  
 telligitur, quod in portis agebatur. Et sic sedentes  
 in porta sunt iudices qui in iudicio sedent. Sic er-  
 go sacerdotes, scribae & pharisaei dicuntur seden-  
 tes in porta. Vel quia in porta domus domini sta-  
 bant praedicando. Sic enim Hieremiae sacerdoti à  
 Deo dictum fuit. Sta in porta domus domini &  
 praedica ibi, &c. Isti aduersum Christū loqueban-  
 tur quando querebāt fallum testimonium aduer-  
 sus Iesum, ut eū morti traderent, quando cōdem-  
 nauerūt eum esse reū mortis, quādo Christo iam  
 crucifixo, principes sacerdotum cum scribis & se-  
 nioribus, dicebāt. Alios saluos fecit, seipsum non  
 potest saluū facere? Quod autem mirum si loque-  
 1104. bantur aduersus Christum, quoniam ex abundan-  
 tia cordis os loquitur: Matth. 12. Omni autem il-  
 lorum cogitatio erat contra Christum, ut ipsum  
 1105. morti tradiderent. psalm. 55. Omnes cogitationes  
 eorum aduersum me in malum. *Et in me psallebant*  
*qui bibebant vinum.* Vbi notat Nico. quod scribitur  
 in quodam libro hebraico qui intitulatur, con-

demnatus iudicio, quod propter Salomonis di-  
 ctum Proverb. 31. Date siceram, id est potum inebri-  
 atiuum merentibus, & vinum his qui amaro  
 sunt animo, quod sapientes Iudaeorum ordinauerunt,  
 ut condemnatis ad mortem daretur plenus  
 cyphus de vino forti, ut quasi inebriati mortis  
 dolores minus sentirent. Et tale vinum fuit in die  
 passionis pro Christo, & duobus latronibus con-  
 demnatis praeparatum. Sed Iudaei in Christi deri-  
 sionem, & ut maiorem dolorem sentiret in mor-  
 te, illud vinum bonum biberunt, & ad Christum  
 potandum acetum felle mixtum praeparauerunt.  
 Et de istis hic loquitur Christus, dicens. *Et in me*  
*psallebant qui bibebant vinum.* id est contra me can-  
 tabant & me deridebant *qui bibebant vinum.* Vel  
 hic aliter Christus vult dare differentiam inter  
 principes & iudices Iudaeorum, qui ipsum perse-  
 quebantur, & suos fideles qui ipsum veneraban-  
 tur. Nam primi per sedentes in porta significan-  
 tur, qui aduersum Christum (ut dictum est) loque-  
 bantur. Sed per bibentes vinum significantur deuoti,  
 qui Christi sanguinem sub specie vini tradi-  
 tum deuotē recipiunt, quo spiritualiter laetifican-  
 tur. De quo vino dicitur, psal. 103. Et vinum laeti-  
 ficet cor hominis. Isti autem tales in Christo psal-  
 lunt: quia Christum bonis operibus laudant di-  
 centes illud psal. 137. In conspectu angelorum  
 psallam tibi, &c.

1104 **Ego vero orationem meam ad te domine, tempus beneplaciti Deus.**

Hic consequenter Christus pro se & suis petit  
 a poenis liberationem. Et facit duo: quia primo  
 petit liberationem, secundō ad hoc adducit rati-  
 onem, ibi. *Exaudi me domine.* Prima in duas: quia  
 primo petit liberationem in generali, secundō in  
 speciali, ibi. *Eripe me de luto.* Et primō ponit ora-  
 tionem, secundō petit exauditionē, ibi. *In multitu-*  
*dine.* Quantum ad primum sciendum, quod in per-  
 secutionibus, & aduersitatibus, maximum remedium  
 est, pro persecutoribus orare, quod Christus facere  
 nos suo docuit exēplo, quando in cruce positus,  
 patre pro persecutoribus orauit, dicens. Pater igno-  
 sce illis, &c. Quod prauidens psalmista hic in per-  
 sona Christi dicit, quod illi aduersum me loque-  
 bantur, *ego vero orationem meam ad te domine.* sup-  
 ple dirigo. Vbi glo. Hic enim Christus praedictis  
 malis orationem apponit, ut nos discamus, non  
 rixas, sed orationes iurgiis opponere, quasi dicat  
 Christus. Illi contra me sauiunt, ego verō dum  
 illi sic insultant, dirigebam ad te orationē meam.  
 Cum enim mali non corriguntur, non restat nisi  
 pro eis orare. Sed quod hic loquatur de oratione,  
 quā pro persecutoribus fecit tempore passionis  
 ostendit, dicens *Tempus beneplaciti Deus.* Tempus  
 enim beneplaciti Dei fuit tempus reconciliatio-  
 nis Dei ad humanam naturam, quod fuit tempus  
 Christi passionis, quando, scilicet Christus per  
 mortem suam nos Deo reconciliauit. Colossen. 1.  
 De quo tempore ait apostolus. Ecce nunc tem-  
 pus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et nota,  
 quod tempus Christi passionis dicitur tempus  
 beneplaciti Dei, quia in illo tria fuerunt, in qui-  
 bus specialiter consistit Dei beneplacitum. Pri-  
 mum est peccatorum absolutio. Eccles. 35. Bene-  
 placitū est domino recedere ab iniquitate. Et hoc  
 fuit tempus Christi passionis, quando lauit nos à  
 peccatis

Prover. 31.  
Vinum.

Psal. 103.

Psal. 137.

1104

Oratio  
aduersa.

Luca 23.

Glosa.

Beneplaciti  
Dei.

Coloss. 1.  
2. Cor. 6.

Eccles. 35.

**Apoc. 1.** peccatis nostris in sanguine suo. Secundum est **A** concordia proximorum & dilectio. **Eccles. 25.** In tribus beneplacitum est spiritui meo, concordia fratrum, amor proximorum, &c. Et hoc fuit tempus passionis Christi, quando Christus pacificavit omnia per sanguinem crucis eius. Tertium est fides & mansuetudo. **Eccles. 1.** Beneplacitum est illi fides & mansuetudo. Et hoc fuit tempus Christi dicitur tempus beneplaciti.

**1105** In multitudine misericordiae tuae exaudi me, in veritate salutis tuae.

Hic petit Christus orationis exauditionem. Vbi notandum, quod Christi passio à Deo erat ordinata pro peccatorum nostrorum satisfactio- ne, quod fuit opus magnae misericordiae, vt ipse poenam nostrorum peccatorum portaret in cruce. Fuit etiam opus multae misericordiae: quia nostra peccata erant multa. Et ideo Christus hic orans vt effectus suae passionis impleatur, quo scilicet multitudo nostrorum peccatorum tollatur: multitudinem diuinæ misericordiae inuocat, dicens *In multitudine misericordiae tuae, &c.* Et attende quomodo misericordia Dei dicatur magna & multiplex. Vide supra vers. 83, 4. Et nota, quod pro sua exauditione non solum inuocat misericordiam patris, sed etiam iustitiam, dicens *In veritate salutis tuae.* Iustitia enim Dei requirit, vt ipse sua promissa perficiat. Promisit autem per prophetas per Christi passionem nos liberare, sic quod propter nos pateretur. **Esa. 53.** Verè langores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras &c. cuius liuore sanati sumus. Hoc ergo notans psalmista, dicit *Exaudi me in veritate salutis tuae.* id est propter tuam iustitiam & veritatem qua salutem inundo per mortem meam promissisti. Omnis autè Christi oratio fuit exaudita: quia solum postulabat quae patri erant placita. De hoc vide supra vers. 190. Et si dicas, quare Christus orabat, cum omnia quae petebat clarè sciret futura? Respondeo quod sicut praesciebat omnia, quae petebat esse futura, sic & praesciebat illa virtute suae orationis esse ventura.

**1106** Eripe me de luto, vt non infigar, libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Hic in speciali explicat Christus suam orationem. Vbi notandum, quod sicut Christus sua passione pro nostris peccatis satisfecit, sic sua resurrectione causat nostram resurrectionem & corporis & animae. Propter quod hic Christus specialiter orat pro sua resurrectione. In morte enim Christi corpus positum fuit in monumento, ad limbum autem descendit anima. Et sic Christus orando pro sua resurrectione, duo petit. Primò ne corpus domini detineatur à sepulchro. Secundò ne anima diu detineatur in limbo, ibi. *Non me demergat.* Quantum ad primum sciendum quod hic per luto intelligitur Christi sepulchrum, quamuis excisum esset in petra: quia omnis lapis est de luto vel terra productus. Vel secundum aliquos,

quamuis sepulchrum Christi esset cauatum in saxo vel petra, tamen ibi exterius ad ornamentum illius speluncae erant aliqua opera de lateribus facta, qui lateres proprie de luto efficiuntur. De isto ergo luto sepulchri Christus orat, ne suum corpus in eo infigatur. Infigitur enim res in luto, quando sic in ipso profundatur, quod inde faciliter extrahi non potest. Et hoc est quod dicit *Eripe me de luto, vt non infigar.* id est eripe corpus meum de sepulchro, ne ibidem per corruptionem infigatur. Hoc autem fuit per resurrectionem, quando corpus Christi gloriosum resurrexit & impassibile. Et ideo tunc corpus Christi liberatum fuit ab omni persecutione Iudaeorum & omnium iniquorum & liberum factum ab omni aduersitate. Et hoc est quod subdit, dicens. *Libera me ab his qui oderunt me.* id est per resurrectionem me ab illis liberabis: quia amplius in corpus meum caute non poterunt, etià ab omni aduersitate liberabor. Vnde subdit. *Et de profundis aquarum.* Per aquas enim aduersa significantur, vt patet supra vers. 250. & 1089. In passione enim sua Christus fuit in profundo aduersitatum. Hic nota, quod in scriptura multiplex lutum reperitur, scilicet Primò lutum nostrae humanitatis & hoc quo ad corpus. **Iob 10.** Memento quod sicut lutum feceris me. Secundò lutum peccati & iniquitatis, **psal. 17.** Vt lutum platearum delebo eos. Tertiò lutum poenae & aduersitatis, **psal. 39.** Eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis. Quartò lutum gratiae & pietatis. **Ioan. 9.** Lutum fecit Iesus ex spuro & caeco illuminauit. Quintò lutum auaritia & cupiditatis. **Abacuc. 2.** Vae ei, qui congregat non sua, vsq; quo aggravat contra se densum lutum. Sextò lutum Christi sepulchrae suae mortis, vt hic. *Eripe me de luto, &c.* Gregorius autem distinguit aliter lutum. **34. mor. cap. 8.** dicens. Luti nomine in sacro eloquio, aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando sordidum sapiens iniqua doctrina, aliquando autem desiderij carnalis illecebra designatur. Per lutum quippe terrenarum rerum multiplicitas designatur, sicut per **Abacuc** prophetam dicitur. *Vae ei qui congregat non sua, vsquequo aggravat contra se densum lutum.* Densum enim luto se aggravat, qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui oppressionem se angustat. Rursus luti nomine doctrina sordidum sapiens figuratur, sicut per eundem prophetam domino dicitur. *Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum.* Ac si diceret. Aperuisti iter praedicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi sordida & terrena sapientes. Per lutum quoq; desiderium sordida voluptatis exprimitur, sicut psalmista deprecans ait. *Eripe me de luto, vt non haerem.* Inhaerere luto est sordidis desideriis concupiscentiae carnalis inquinari.

**B** hoc est quod subdit, dicens. *Libera me ab his qui oderunt me.* id est per resurrectionem me ab illis liberabis: quia amplius in corpus meum caute non poterunt, etià ab omni aduersitate liberabor. Vnde subdit. *Et de profundis aquarum.* Per aquas enim aduersa significantur, vt patet supra vers. 250. & 1089. In passione enim sua Christus fuit in profundo aduersitatum. Hic nota, quod in scriptura multiplex lutum reperitur, scilicet Primò lutum nostrae humanitatis & hoc quo ad corpus. **Iob 10.** Memento quod sicut lutum feceris me. Secundò lutum peccati & iniquitatis, **psal. 17.** Vt lutum platearum delebo eos. Tertiò lutum poenae & aduersitatis, **psal. 39.** Eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis. Quartò lutum gratiae & pietatis. **Ioan. 9.** Lutum fecit Iesus ex spuro & caeco illuminauit. Quintò lutum auaritia & cupiditatis. **Abacuc. 2.** Vae ei, qui congregat non sua, vsq; quo aggravat contra se densum lutum. Sextò lutum Christi sepulchrae suae mortis, vt hic. *Eripe me de luto, &c.* Gregorius autem distinguit aliter lutum. **34. mor. cap. 8.** dicens. Luti nomine in sacro eloquio, aliquando terrenarum rerum multiplicitas, aliquando sordidum sapiens iniqua doctrina, aliquando autem desiderij carnalis illecebra designatur. Per lutum quippe terrenarum rerum multiplicitas designatur, sicut per **Abacuc** prophetam dicitur. *Vae ei qui congregat non sua, vsquequo aggravat contra se densum lutum.* Densum enim luto se aggravat, qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui oppressionem se angustat. Rursus luti nomine doctrina sordidum sapiens figuratur, sicut per eundem prophetam domino dicitur. *Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum.* Ac si diceret. Aperuisti iter praedicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi sordida & terrena sapientes. Per lutum quoq; desiderium sordida voluptatis exprimitur, sicut psalmista deprecans ait. *Eripe me de luto, vt non haerem.* Inhaerere luto est sordidis desideriis concupiscentiae carnalis inquinari.

**D**enso enim luto se aggravat, qui per auaritiam terrena multiplicans, peccati sui oppressionem se angustat. Rursus luti nomine doctrina sordidum sapiens figuratur, sicut per eundem prophetam domino dicitur. *Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum.* Ac si diceret. Aperuisti iter praedicatoribus tuis inter doctrinas huius seculi sordida & terrena sapientes. Per lutum quoq; desiderium sordida voluptatis exprimitur, sicut psalmista deprecans ait. *Eripe me de luto, vt non haerem.* Inhaerere luto est sordidis desideriis concupiscentiae carnalis inquinari.

**E** Non me demergat tempestas aquae, neque absorbeat me profundum, neque vrgeat super me puteus os suum.

Hic Christus orat ne eius anima diu detineatur in limbo. Vbi nota quod nomine profundi infernus intelligitur, similiter & nomine putei. Profundum namque significat infernum, ad quem ante Christum Patres & sancti descendebant. Propter

**1107.** Propter quod & **Iob dicit, Iob 17.** In profundum infernum descendent omnia mea. Quae verba exponens Grego, quaestione mouet, dicens. Cum constet quod apud inferos iusti non in locis poenaliibus, sed in superioris quiete sinu tenerentur, magna nobis oboritur quaestio, quid nam sit quod beatus **Iob** asserit, dicens. In profundum inferni descendent omnia mea. Quoniam & si ante aduentum mediatoris Dei & hominum in infernum descensus erat, liquet tamen, quia in profundissimum infernum descensus non erat. An ipsa loca superiora inferni profundissimum infernum vocat, quia videlicet quantum ad sublimitatem caeli iam huius aeris spaciū non immeritè infernus dici potest. Vnde cum apostate angeli à caelestibus sedibus in hoc caliginoso sunt detrusi aere, apostolus **Petrus** dicit. Angelis peccantibus non peperit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit, in iudicio cruciandos referuari. Si itaque quantum ad celsitudinem caeli aer iste caliginosus infernus est, quantum autem ad eiusdem aeris altitudinem & illa loca inferni, quae superiora sunt aliis receptaculis inferni, hoc loco non incongrue inferni profundissimi appellatione significantur: quia quod aer ad caelum, terra ad aera, hoc ille est superior infernorum locus ad terram, &c. Vnde & sancti patres qui in limbo vel inferno erant orantes vt inde per Christum educerentur, dicens. **psal. 129.** De profundis clamaui ad te domine, &c. Sic ergo nomine profundi infernus siue limbus intelligitur. Similiter & nomine putei idem infernus siue limbus designatur. Vide supra vers. 900. Est ergo sensus Christi orationis hic. *Non me demergat tempestas aquae, id est oro ne tempestas aduersitatis & passionis meae me demergat. i. ex toto suffocet, ne resurgam: quod exponens subdit. Neque absorbeat me profundum. i. ne infernus sic absorbeat animam meam: vt ibi diu detenta non valeat exire. Et idem aliis verbis repetit, dicens. Neque vrgeat super me puteus os suum. i. neque claudat super animam meam puteus. i. infernus os suum. Vnde litera hebraica habet. *Non obturet super me os suum puteus. i. infernus siue limbus.* Hoc enim ideo orat ad differentiam aliarum animarum quae sic ad infernum descendebant: quod inde exire non poterant. Anima autem Christi licet ad infernum vt aliae descenderit, tamen ad libitum inde tertia die exiuit. Propter quod dicit Christus. **psal. 87.** Anima mea in inferno appropinquabit. Sequitur. Factus sum sicut homo inter mortuos liber.*

**1108.** Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua, secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Hic Christus adducit rationem, quare exaudiri debet. Vbi aduertendum, quod septem rationes adducit Christus, quibus ostendit se dignum exaudiri. Primò ratione diuinæ pietatis. Secundò ratione suae puritatis: ibi. *Ne aduertat.* Tertio ratione iudaeorum iniquitatis: ibi. *Intende anima.* Quarto ratione manifestae veritatis: ibi. *Tu scis.* Quintò ratione diuini potestatis, ibi. *In conspectu.* Sextò ratione derelictae humilitatis, ibi. *Et suscipui.* Septimò ratione inflictae poenalitatis, ibi. *Et dede.* Incog. Tom. j.

**A**rim. Prima ergo ratio sumitur ex parte diuinæ pietatis & misericordiae. Misericordia. n. est quaedam Dei proprietates, qua miseris comparitur. Duae enim sunt principales virtutes regū & dominorum. Iustitia & pietas, plus tamen in ipsis comendatur & relucet pietas, vt dicit **Isidorus. 9.** etym. Cum ergo Deus sit rex regum & dominus dominantium, in ipso summè regnat pietas, vnde & eius dicitur esse, propter quod cantat ecclesia, dicens. Deus cui proprium est misereri &c. Hanc ergo causam allegans Christus, dicens. *Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua &c.* Et hic nota, quanta est benignitas diuinæ misericordiae: quoniam vt docet scriptura diuina benignitas culpae remittit vitium: poenae absoluit debitum, humanum assumpsit habitum: nos fortificat in agonibus, nos gratificat in operibus: nos glorificat in caelestibus. Primum patet, quoniam ipse Deus offensus à nobis sua benignitate ad se reuertentibus sua benignitate statim dimittit offensam. propter quod consulitur **Iohelis. 2.** Conuertimini ad dominum & Deum vestrum: quoniam benignus & patiens est & misericors & prestabilis super malitiam. Cuius ratio est: quia ipse Deus non delectatur in perditione morientium: sed magis vt conuertantur & viuant, sciens quod non minus est gloriosum misereri infelici, quam hostem superare, vt ait **Valerius lib. 5. cap. 1.** In hoc ergo diuina relucet benignitas, quod libere offensas dimittit. Vnde ipsa diuina benignitas in benignitate Pompeij Romani principis potest figurari. De quo ait idem **Valerius** vbi supra, quod cum Pompeius regē Armeniae, qui magna & multa contra rempublicam gesserat bella, & infelicitissimus vrbi Romanae fuerat, cepisset, ipsum tamen captum in conspectu suo diutius iacere supplicem non fuit passus, sed benignis verbis ipsum consolatus, diadema quod abiecerat capiti reponere iussit, ceterisque rebus imperatis in pristina fortuna gradum ipsum restituit. aequè pulchrum esse iudicans, & vincere reges & facere. Et conformiter est de Deo & nobis. Nos enim multa agimus contra Deum: quia quando peccamus ipsum impugnamus bellando, sed tunc ab ipso captiuamur quando ipso inspiciente, eius ditioni subiicimur: & veniam supplices postulamus, ipse tunc aliqua nobis imponit. remissionem vitæ per contritionem, confessionem, & satisfactionem, & ad pristinum statum. meritum nos adducit. Vnde ista benignitate omnes ad poenitentiam meritò trahit, dicente apostolo. An ignoras quod benignitas Dei ad poenitentiam te adducit &c. Secundum patet, quoniam quodlibet peccatum quo Deus mortaliter offenditur, aeternam poenam meretur, quae tamē Dei benignitas in poenam temporalem & breuē commutat. Peccatum enim Deus non relaxat inultū (vt ostendit **Greg.**) quia aut nos punimus. aut Deus puniit. Benignitas autē Dei, vt à nobis peccari poenam auferret debitam, ipsam in Christi dorso posuit. Propter quod dicitur **Ephes. 4.** Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem: sicut Deus in Christo donauit nobis. In Christo enim Deus poenas nobis donauit debitas, dum nostras poenas in suo corpore posuit. O quam admirabilis benignitas & omni prosequenda laude: quia vt nos liberaret, se tradidit morti: meritò quantum ad hoc figuratus in illo **Panopionis** seruo: de quo narrat **Valerius lib. 6. c. 8.** quod

**E** Propter quod dicitur **Ephes. 4.** Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem: sicut Deus in Christo donauit nobis. In Christo enim Deus poenas nobis donauit debitas, dum nostras poenas in suo corpore posuit. O quam admirabilis benignitas & omni prosequenda laude: quia vt nos liberaret, se tradidit morti: meritò quantum ad hoc figuratus in illo **Panopionis** seruo: de quo narrat **Valerius lib. 6. c. 8.** quod

Misericordia Dei.

Esa 53.

Oratio Christi.

Sepulchrum Christi.

Psalm. 129.

Psalm. 129.

Psalm. 129.

Abacuc.

Greg. 4. mor. cap. 21.

Abacuc.

Abacuc.

1107

Profundum dicitur infernum.

Misericordia

Iustitia.

Isidorus. 9. etym.

Benignitas Dei.

Iohelis. 2.

Valerius lib. 5 cap. 1.

Exemplum.

Ad Ro. 2.

Greg. 4. mor. cap. 21.

Ephes. 4.

Valerius.

Vu cum



cum ipse ad dominum suum proscriptum occidendum milites venisse cognosceret, mira benignitate morus, commutata cum eo veste illum postico clam emisit, & se in lectum eius posuit, & sic se pro Panopione occidi permisit. Quis itaque iste Panopio proscriptus est, nisi genus humanum peccato primi parentis à paradisi patria exul effectus? Quis autem iste seruus tam fidelis & benignus, nisi Dei filius qui propter nos exinanivit semetipsum formam serui accipiens. Qui ut nos à pœnis liberaret inferni, nobiscum commutavit habitum, quia habitu inuetus ut homo, & se pro nobis permisit occidi. Nam dicam occisores prouocauit ut à pœnis liberaret ingratos: ut de eius benignitate dicatur illud Luca. 6. Ipse benignus est super ingratos & malos. Tertium patet: quoniam ipse Deus hominem deum ut corrigere posset, factus est homo: ut deducit Greg. 24. mor. cap. 1. Et hanc benignitatem commendat Apostolus ad Titum. 3. dicens. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei &c. Quomodo enim nos ab æterna morte eripisset, nisi sua benignitate homo factus fuisset? Cuius benignitas factis figuratur in benignitate illius nobilis Romanorum principis Curtij. De quo ait Valerius lib. 5. cap. 6. quod cum in mediam partem fori vasto ac repentino hiatu terra subsideret, responsumque esset à diis ea re illum tantummodo compleri posse qua populus Romanus plurimum valeret. Curtius & animo & genere nobilissimus adolescens, militaribus insigniis ornatus equum conscendit, eumque vehementer admotis calcibus præcipitem in illud profundum egit, super quem vniuersi ciues honoris gratia certatim fruges ingesserunt, & continuo terra pristinum habitum recuperavit. Magna postea decora in foro Romano fulserunt. Nullum tamen hodie pietate Curtij erga patriam clarius obseruatur exemplum. Hic clarè vide figuram benignitatis Christi: quia carnem assumpsit humanam: quoniam ante eius incarnationem in medio fuerat hiatus vel vorago, quæ omnes ad infernum trahebat: à Deo data fuit sententia quòd claudi non poterat, nisi nobiliore genito. Et quis est iste nisi filius Dei, qui assumptis regalibus ornamentis factus homo: ut ipsum clauderet ibidem se præcipitem dedit, quando scilicet in triduo mortis ad infernum descendit. Vnde quantum ad benignitatem in illo triduo nobis ostensam dicere possumus illud Act. 28. Nos suscipiens triduo benignè exhibuit. Quartum patet, quia sua benignitate contra insidias diaboli nos fortificat. Quomodo enim contra tot & tales hostes, scilicet demones, mundum & carnem possemus resistere: nisi sua benignitate nos dextera sua protegeret? Vnde Sapient. 7. dicitur quòd ipse est spiritus humanus, benignus, stabilis, securus, & certus: omnem habens virtutem. Vnde quòd sola Dei benignitate illorum tationibus valeamus resistere: Vlricus super illo verbo psalmi. Non me derelinquas vsquequaque dicit, quasi dicat. Scio quòd derelinquere soles vtiliter sanctos tuos ut eos probes, aliter enim ab aduersario tentari non possunt, nisi ad te paulisper fuerint derelicti. Et ideo non rogo, ut me nunquam derelinquas: sed vsque ad nimitatem. Nulla enim virtus humana si diutius in tentatione tuæ benignitatis auxilio deseratur: sua poterit constantia perdurare. Vnde oportet ut tu qui hu-

Philip. 2.

Luca. 6.

Greg. 24. mor. cap. 1.

Ad Titum. 3.

Valerius lib. 5. cap. 6.

Actum 28.

Sapient. 7.

Ulricus. Psalm. 118. Derelinque me. Tentatio.

manarum virium es conscius, tua benignitate scis & luctaminu moderator. Hanc benignitatis diuine contra hostes fortificatione petebat psalmista dicens. Benigne fac in bona voluntate tua sion: ut ædificetur muri Hierusalem. Quid enim per muros Hierusalem, nisi fortitudo designatur? Sed ista benignitate fortificanti illi abutuntur, qui non solum se à tentationibus vincere permittunt: sed si peccando tentationes præueniunt. Vnde culibet tali dicitur. Dilexisti malitiam super benignitatem &c. Propterea Deus destruet te &c. Quintum patet: quoniam nulla nostra opera ex se esse possunt meritoria, nisi ex mera Dei benignitate ad meritum sint accepta. Et sic sola Dei benignitate terra nostra fructificat in meritis. psal. 84. Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum. Sextum patet, quoniam sicut ipsa diuina benignitas nostra facit merita, sic & metitis præmia demonstrat. ad Tit. 3. Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei &c. qui secundum misericordiam suam saluos nos fecit. Ideo si æterna præmia cupimus: oportet nos benignitatem Dei implorare, & cum psalmista dicere. Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua. Quibus omnibus de diuina benignitate consideratis consilium Apostolus Coloss. 3. Induite vos sicut electi sancti viscera misericordie, humilitatem, benignitatem supportantes inuicem &c. Hanc ergo rationem, si benignitatem Dei allegat hic psalmista, dicens. Exaudi me domine quoniam benigna est misericordia tua. Et hoc aliis verbis confirmat dicens. Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me. Respicere enim Dei in nos, est nos exaudire. Vide supra versic. 444. & 541. Qualiter autem misericordia differt à miseratione, vide supra versiculo. 664.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo, quoniam tribulor velociter exaudi me.

Hic Christus se exaudiendum ratione suæ puritatis petit, ex contrariis enim contraria efficiuntur. Cum ergo impuritas & peccatum impediât orationem ne exaudiatur. Esa. 1. Cum multiplicaueritis orationes vestras non exaudiam vos, manus enim vestre sanguine plenæ sunt. Et Ioan. 9. Scimus quia peccatores Deus non exaudit, consequens est quòd quod puritas orationem facit exaudiri. Quod ostendit Gregor. dicens. Faciem ad Deum leuare, est in Deum animum per studium orationis attollere. Sed eleuatam faciem macula inquinat, si intendentem mentem reatus sui conscientia accusat, & à spei fiducia protinus frangitur: si intèta precibus necdum deuictæ culpæ memoria mordetur. Diffidit namque se accipere posse quod petit, quæ profecto reminiscitur nolle se adhuc facere: quod diuinitus audiuit. Hinc per Ioannem dicitur. Si cor nostrum non reprehenderit nos, fiduciam habemus apud Deum, quicquid petierimus ab eo accipiemus. Hinc Salomon ait. Qui auertit faciem ne audiat legem, oratio eius execrabilis erit. Cor quippe in petitione nos reprehendit cum resistere præceptis eius, quem postulat, se meminit. Et oratio fit execrabilis cum à censure auertitur legis, quia dignum profecto est, ut ab eius beneficiis sit quisque extraneus, cuius

1. Ioan. 9. Nota de peccatis in oratione. postquam peccatis quæ oratio prestat. oratio fit execrabilis.

cuius nimirum iustionibus non vult esse subiectus &c. Ideo dicebat apostolus 1. Timo. 2. Volo viros orare leuantes manus puras &c. Hanc autem puritatem in se Christus ostendit, hic se purum vocans, dicens. Ne auertas faciem tuam à puero tuo. Vbi nota, quòd puer quandoque dicitur ab ætate, & sic significat munditiam: quia illa ætas adhuc carnis voluptates ignorat Esa. 9. Puer natus est nobis &c. Dicitur quandoque à qualitate: quia puer à puritate dicitur. Et sic omnis iustus dicitur puer. Vnde & Christus apostolos suos iam ætate prouectos post resurrectionem pueros vocabat, dicens. Pueri nunquid pulmentariu habetis? Sic & isto modo Christus hic dicitur puer à puritate. Vnde Actuum 4. dixit Petrus. Conuenerunt aduersus puerum sanctum tuum Iesum Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis &c. Puer etiam dicitur à sensualitate, qui scilicet magis sensualitate quàm ratione regitur. Esa. 65. Puer centum annorum moriatur: & peccator centum annorum maledicatur. Vnde hic ait glo. Ne auertas faciem tuam à puero tuo id est à Christo. De quo per prophetam dicitur. Ecce puer meus quem elegi: qui rectè dicitur puer à puritate propter peccati immunitatem.

Intende animæ meæ, & libera eam propter inimicos meos eripe me.

Hic Christus ostendit se exaudiendum ratione iniquitatis inimicorum. Iustum est enim iniquos persecutores comprimere: & liberare afflictos iniuste. Propter quod dicitur. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi. Iudei autem iniuste Christum innocenter persequebantur, ergo iustum erat Christum de ipsorum manibus liberare. Vnde de Christo ad literam dicitur Sapient. 2. Est verus filius Dei: liberet eum de manibus contrariorum. Hanc causam assignat Christus dicit. Intende &c. Propter inimicos meos. s. iniustos eripe me. id est considerata iniquitate inimicorum meorum, qui me iniuste opprimunt, me liberare debes. Notandum autem quòd magister in glo. istam petitionem admiratur, dicens. Miranda petitio ista: nec cursum transilienda: quòd causam suæ ereptionis constituit. Christus in confusione inimicorum vel conuersione tanquam aliter non sit liberandus: quòd si neutrum illorum est, nunquid nõ est liberandus? Est utiq; Sed ideo sic dicit: ut notentur duæ liberationes: occulta, s. & manifesta. Est enim quædam liberatio occulta, scilicet in anima quæ fuit in sanctis martyribus. Sic enim illi septem fratres Machabæi occultè liberati sunt qui corporaliter igne cõsumpti sunt. cum matre eos hortante, ut potius eligerent pro legibus Dei mori, quam cõtra eas hominibus cõsentire. Sic & Stephanus: sic Petrus, sic Paulus, sic Laurentius occultè in anima sunt liberati: quauis in corpore perierint. Est etiam & alia liberatio manifesta: quæ fit propter inimicos vel puniendos vel liberandos. Sic enim tres pueri de camino ignis liberati sunt. Vnde ipse Nabuchodonosor cõuersus, Deum ipsorum quæ ante contempsit prædicauit. Sic etiam liberatus fuit Daniel de lacu leonum, vnde eius persecutores fuerunt puniti. Et ambas istas liberationes hic tangit Christus, Primam dicens. Intende animæ meæ & libera eam. hoc ad occultam liberationem pertinet anime. Et hoc in-

Magister in glo.

3. Mach. 7.

Dan. 3.

Dan. 14.

Liberatio dicitur.

1. Ioan. 9.

Nota de peccatis in oratione.

postquam peccatis quæ oratio prestat.

oratio fit execrabilis.

oratio fit execrabilis.

telligit Christus de anima sua & suorū: ut. s. in persecutionibus sic fortificetur gratia, ne cõtra Deum consentiant hominibus. Alteram liberationem. s. apertam & corporalem tagit, dicens. Propter inimicos meos eripe me. Hic enim petit sui corporis apertam resurrectionem: ut corpus per resurrectionem effectum gloriosum & impassibile, manibus inimicorum non sit subditum. Et hæc liberatio fuit facta propter inimicos Christi. s. ad aliquos conuertendos: & ad puniendos obstinatos. Sic enim multi audientes liberationem corporis Christi per resurrectionem conuertebantur: sicut legitur Actuum. 2. quòd predicante Petro Christi resurrectionem multi ad fidem sunt conuersi. Et tunc intelligitur propter inimicos. s. cõuertendos. Sic etiam propter istam liberationem corporis Christi: multi obstinati manentes fuerunt confusi. s. à Tito & Vespasiano trucidati, captiuati, venudati, & per orbem dispersi: & ex hoc gentiles multi ad fidem conuersi: & hoc est quòd Christus dicit. psal. 7. Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

Tu scis improprium meum & confusionem meam, & reuerentiam meam.

Hic ostendit Christus se exaudiendum ratione manifeste veritatis. Iudex enim in manifestis iniuriis procedere debet ad punitionem rei. Cum ergo iniusta iudæorum contra Christum persecutio Deo sit manifesta, consequens est, quod Deus illos iudicare debet & Christum liberare. Et hæc rationem assignat Christus patri, dicens. Tu scis improprium meum &c. Improprium enim dicitur iniuria & conuictum verbis iniuriosis illatum, ut puta quando iudæi Christo dicebant. Demoniu habes, vel ipsum blasphemabant: quoniam ut habetur Matth. 27. Prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua. Ad ipsum & latrones, qui cum eo crucifixi erant improperebant ei. Proprie tamen loquendo: improprium illud magis insultantium Christo, quam ipsius Christi erat, sicut e contra honor proprie dicitur, non in honorato, sed in honorante: ut habetur 4. Ethic. E. confusionem meam, ut puta, quia captus & ligatus ad modum latronis, sputis deturpatus, ut factus ab Herode illusus. Et nota quòd talis confusio temporalis est non æterna, exterior non interior: apprensus in conspectu hominum, sed non existens apud Deum. Sic enim Deus quandoque confundit electos suos temporaliter, dum eos passionibus & opprobriis exponit, vel ad agenda merita, vel ad ipsorum virtutes manifestandas, vel pro aliorum salute. Sic enim sancti martyres talem confusionem temporalem patiebantur dum à falsis eis falsa crimina imponebantur. Vnde in persona eorum dicitur. Confusio faciei meæ cooperuit me à voce exprobrantis & obloquentis, id est crimen imponentis. Exprobrare enim est in faciem maledicere: sed obloqui est absenti detrahere. Consimili modo & Christus confusus dicitur. Sic enim dicit superius patri. Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. Vide supra versic. 1098. Et reuerentiam meam. Hic enim accipitur reuerentia non pro honore, sed pro verecundia, Sic irreuerens dicitur inuerecundus: sic & reuerentia quandoque dicitur verecundia. Vnde

Inimicus Christi.

Actuum 2.

Psalm. 17.

1111.

Improprium.

Matth. 27.

Confusio.

Psalm. 43.

Nota differentia inter exprobrare & obloqui.

Reuerentia.

Hierony.

textus Hierony. Habet. Et ignominiam meam. id est verecundiam mihi factam, p[er] alapas, flagella, & quod Pilato tanquā reus fuit traditus. Quā omnia non pro reatu suo, sed pro nobis sustinuit. De his ergo omnibus ad patrem loquitur, dicens. Tu scis. Quantum est ex parte iudeorum, tu scis scien- tia visionis, sed quantum est ex parte mea, tu scis illam acceptando pro satisfactione peccati generis humani.

1112.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me, improperium expectavit cor meum, & miseriam.

Consp[ectus] Dei.

Hic ostendit Christus se exaudiendum ratione diuinæ potestatis. Vbi notandum quod per conspectum Dei quandoque significatur eius sapientia, qua omnia cognoscit, etiam occultas cogitationes cordium, ad Hæbr. 4. Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Aliquando vero accipitur pro potestate Dei: cui nihil resistere potest: vnde 1. Reg. 6. quis poterit stare in conspectu Dei? Quia ideo dictum fuit, quod tanta est diuina potestas, quod ad conspectum eius dū arcam federis conspicerent Bethsaminæ, mortui fuerunt quinquaginta millia hominum. Hic ergo accipitur conspectus Dei pro potestate, vt sit sensus. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me. i. in potestate tua: & pro voluntate tua ipsos punire potes. Sequitur. Improperium expectavit cor meum & miseriam. Hic Christus omnia prædicta se ostendit voluntariè passum pro nobis. Omnia enim ista præuidit, & discipulis prædixit. Matth. 26. Scitis quia post biduum pascha fiet: & filius hominis tradetur &c. Non tamen fugit vt illa euaderet, sed sponte ad locum passionis venit crucifigendus, expectans pati pro nobis. Propter quod dicit. Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Et hoc notans Christus dicit. Improperium expectavit cor meum & miseriam. Et dicit cor meum, quia licet caro fugeret mortem voluntas tamen quæ per cor intelligitur, illam quærebat, illam desiderabat.

Hebr. 4.

1. Reg. 6.

Matth. 26.

Lucæ 22.

1113.

Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni.

Comparatio.

Hic ostendit se exaudiendum ratione derelictæ humilitatis. Miseria enim hominis augetur & dolor, quando non videt alios sibi compatiens, sed magis sibi improperantes. Sic fuit de Christo tempore passionis: quia omnes contra ipsum infurgebant: vnde Lucæ vigesimo tertio. Surgens omnis multitudo eorum duxerunt eum ad Pilatum, & ceperunt accusare illum in multis. Homini autem innocenti sic ab omnibus derelicto, magis est succurrendum. Et hoc est quod allegat Christus patri dicens. Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit. Sed forte dices hoc esse falsum: quia vt habetur Lucæ 23. quando Christus ducebatur ad mortem, sequebatur illum multa turba populi & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum, etiam omnes apostoli in eius morte contristati sunt: secundum quod prædixerat eis.

Contristari. Lucæ 23.

A Ioan. 16. Amen dico vobis: quia plorabitis & flebitis vos etc. Propter quod canit ecclesia. Tristes erant apostoli de nece sui domini. Item quia dicitur Lucæ 23. quod omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum illud & videbant quæ fiebant: percutientes pectora sua reuertebantur. Quomodo ergo Christus dicit, quod non fuit qui simul cum eo contristaretur? Ad hoc respondet glo. quod Christus loquitur de persecutoribus, qui scelus mortis Christi leti pergerunt. Vel aliter dicendum quod Christus hic loquitur secundum modum loquendi, quo dicitur, nullus adest vbi pauci sunt comparatiue. Sicut dicitur nullus est in ecclesia vel in foro: quia pauci sunt secundum quod deberent vel consueuerunt esse. Ita in morte Christi comparatiue pauci fuerunt contristati: cum tamen omnes debuissent compati ei, cui etiam insensibilia compati videbantur: quia in morte Christi sol obscuratus est, terra mota est: & petra scissæ sunt, & monumeta aperta sunt. vt patet Matth. 27. Et qui consolaretur, & non inueni scilicet ex persecutoribus. Sicut enim consolatur medicum qui curatur infirmus, sic Christum consolatur qui ad ipsum conuertitur: quod nullus ex persecutoribus fecit tempore passionis. Et si aliqui, pauci tamen fuerunt. Vnde de humilitate Christi dicitur. Non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius. Quin etiam mater eius compatiens non consolabatur sed eius angebat dolorem.

Ioan. 16. Ecclesia.

Lucæ 23.

Matth. 27. Consolat.

Thron. 1.

C Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.

Hic ostendit Christus se exaudiendum ratione inflictæ pœnalitatis. Quanto enim maior est crudelitas iniuste persequentium, tanto facilius debet esse exauditio innocentis iniuste persecuti. Crudelitatem ergo iudeorum allegans pro sua exauditione, dicit. Dederunt in escam meam fel & c. Et vide quam clarè Dauid Christi passionem præiudicet, quia ad literam ipsi Christo existenti in cruce, dum diceret sitio, potum fellis & aceti propinauerunt. Vbi notandum, quod Christo in passione bis iudæi potum dederunt, vt narrat Matth. 27. Primò quando peruenerunt ad locum crucifixionis. Tunc enim crux extensa fuit in terra, & Christus affixus cruci. Et tunc antequam crux cleuaretur, sic Christo affixo cruci dederunt bibere vinum cum felle mixtum. Et secundum Mar. hoc vinum vocatur myrrhatum. id est myrrha, quæ est amarissima mixtum. Sic ergo potus Christo primò datus fuit felle mixtus, & vinum myrrhatum: quod duobus modis intelligitur. Primò quia in illo vino erat fellis & myrrhæ mixtio quorum vnum ponit Matth. dicens. Et dederunt ei bibere vinum felle mixtum. Secundum verò ponit Mar. 15. dicens & dabant ei bibere myrrhatum vinum. Secundò vt nomine fellis amaritudo intelligatur, & sic vinum myrrhatum: quia est amarissimum, dicatur felle mixtum. Et istos duos modos intelligendi ponit Augustinus in de consensu euangelistarum, dicens. Secundum Matth. dederunt ei bibere vinum felle mixtum. Fel quippe pro amaritudine posuit. Myrrhatum enim vinum amarissimum est, quanquā fieri possit vt fel & myrrha vtrumque simul vinum amarissimum redderent. Secundò autem cum iam in cruce fuisset per tempus videns omnia à patre sibi imposta consummata iam

Matth. 27.

Mar. 15.

August.

iam morti a propinquans, cum dixisset sitio: vas aceto positum erat ibi aceto plenum, tunc illi spongiā aceto plenam hyssopo circumponentes obrulerunt ori eius. Ipse autem cum gustasset, noluit bibere. Istas ergo duas porciones amaras præuidens psalmista, dicit. Primo quoad primam. Dederunt in escam meam fel. Quantum verò ad secundam. Et in siti mea potauerunt me aceto. Sed hic duo occurrunt dubia. Primum, quare psalmista dicit. Dederunt in escam meam fel, cum euangelista dicat: quod dederunt ei bibere vinum felle mixtum. Aliud est enim esca, aliud potus. Hanc dubitationem glo. soluit dicens. In euangelio legitur ei oblatum vinum felle mixtum: sed in potum, non in escam. Quomodo ergo nunc dicit psalmista. Dederunt in escam meam fel, & non dicit in potum? Respondit: mythè ergo hoc dicitur. Vnde bene congruit quod non dicitur fel dederunt in potum, sed fel dederunt in escam: quia iam dominus escam acceperat, qui cum discipulis manducauerat pascha. Vbi sacramentum sui corporis manducauit & ministravit, quod est esca dulcis, esca suavis, esca veritatis Christi, quā commendat Apostolus dicens. Quoniā vnus panis & vnū corpus multi sumus. In hac ergo esca. i. super hanc esca suauē quam cum discipulis acceperat, quæ est vnitas Christi in æternū: fel. amaritudinem resistendo veritati & resistendo euāgelio, quod adhuc hodie facit contemptor sedentis in celo: & grauius peccat: quā qui cruci fixerunt ambulantes in terra. Sicut ergo tunc in dei, ita etiam hodie dant bibendum amarum potum, qui malè viuendo faciunt scandalum in ecclesia: vt heretici amaricantes: hæc glo. Est ergo sensus, quod dederunt in escam fel. i. fel quod dederunt ad potandum Christo, dederunt in escam Christi, id est contra escam quam Christus in cœna sui corporis dederat discipulis: Secundum dubium est: quomodo hic dici potuerunt me: cum dicatur Matth. 27. quod cum gustasset noluit bibere, & sic non fuit potatus. Respondetur: quod hic notat intentionem iudeorum qui volebant aceto Christum potare, in euangelio vero euangelista notat effectum.

Esca.

Euāgelia.

Matth. 27.

1114.

Matth. 27.

1115.

Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributionem, & in scandalum.

Hic consequenter Christus ponit iudeorum punitionem: & est secunda pars principalis psal. Et diuiditur in sex partes, secundum quod sex pœnas iudeis ex morte Christi prædixit esse futuras: quoniam ipsi primò ab inimicis fuerunt circumdati & obsessi. Secundò in Dei cultu fuerunt excaecati, ibi. Obscurentur. Tertiò à Romanis fuerunt captiuati ibi. Effunde super eos. Quartò vt vagabundi fuerunt per orbem dispersi, ibi. Fiat habitatio. Quintò in peccatis fuerunt multiplicati, ibi. Appone. Sextò de libro prædestinationis fuerunt cancellati, ibi. Deleantur. Quantum ad primum notandum quod iudeorum principalia festa per octo dies celebrabant: & tunc omnes ad ciuitatem metropolim, scilicet Hierusalem vbi erat templum, conueniebant. Et secundum Chrysostr. super illo verbo Ioan. 7. In nouissimo autem die magnæ festiuitatis: inter istos octo dies festiuitatis, prima & octaua erat solennior, & circa Dei cultum maximè iam

Psalm. 116.

Chrysostr.

gis vacabant. Per sex autem dies medios magis intendebant voluptatibus latius & comestioni- bus. Cum autem Titus & Vespasianus vindictam mortis Christi vellent facere, applicuerunt infra octauam festi paschæ, & sic inuenerunt omnes iudeos in Hierusalem congregatos solatiis vacantes, & mensis: & sic dum vacarent solatiis, & mensis, à Romanis illaqueati sunt. Quod præuidens psalmista dicit. Fiat. i. fiet mensa eorum coram ipsis in laqueum, id est, quando in simul mensis & epulationibus vacabant infra octauas festiuitatis, à Romanis illaqueati fuerunt: quia statim ciuitas fuit circumdata: & ad modum lequei ne quis euadere possit, obfessa. Et hoc est quod eis prædixerat Christus. Circundabunt te inimici tui vallo. id est fossatis & munitionibus circumcirca: ne aliquis euadere possit. Et iste talis laqueus fuit eis in retributionem, scilicet, propter culpam mortis Christi. Sic enim prædixerat eis Christus. Circundabunt te &c. eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ. De hac retributione dictum est psal. 30. Veritatem requirit dominus, & retribuet abundantè facientibus superbiam. Hæc autem retributio fuit eis in scandalum. Scandalum enim secundum grammaticos est idem quod ruina: quia per istam conclusionem & illaqueationem factam à Romanis, iudæi in ruinam ceciderunt, vnde scandalum quod Christo præparabant, super eos cecidit: propter quod de Christo dicitur 1. Petri. 2. Hic est lapis offensionis, & petra scandali. Hic qui offenderunt: & Matth. 26. Vt illi per quem scandalum venit. Aliter autem & magis mysticè hunc passum exponit magister in glo. dicens. Mēsa scriptura sancta est, quia sicut in mensa diuersa fercula ad refectionem corporis ponuntur, ita & in sancta scriptura diuersa sententiæ ad animarum refectionem. Vnde & in tabernaculo domini post introitum erat mensa, super quam erant duodecim panes de simila Deo positi. Panes duodecim: duodecim apostoli sunt, & eorum succiores, qui theologis paginis inuigilare debent vt sint parati omni poscenti reddere rationem de fide & spe. Vnde dicitur Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiam. Hanc autem mensam, habuerunt iudæi, dum mandata Dei coluerunt, sed postquam à fide icinipi sunt, hæc mensa coram ipsis gentibus data est: vt grauius doleant. Sic enim dicitur Matth. 21. Auferetur à vobis regnum Dei: & dabitur genti &c. Est ergo sententia verticuli. Mensa eorum. i. scriptura eorum quæ eis prolata est, & quæ gentibus coram ipsis data est, fiat eis in laqueum, id est in reprehensionem: vt qui litera alios alstringebant, in ea obligati cadant. Et in retributionem: quia illis ablata, & gentibus data malorum retributio fuit: dum nolentes in ea epulari spiritualiter intelligendo, ab ea exclusi sunt. Et in scandalum: quia deserentes pacis auctorem rixas sibi & dissidia praua excitant. Ista tamen expositio magis mystica est, quam literalis.

Mensa.

Laqueum.

Lucæ 19.

Lucæ 19.

Psalm. 30.

Scandalum.

1. Petri. 2.

Matth. 26.

Mensa scrip- ptura.

Malach. 2.

Matth. 21.

Obscurentur oculi eorum ne videant & dorsum eorum semper incurua.

1116.

Hic ponitur secunda pœna, quæ est interioris hominis excaecatio. Iudæi enim qui erant scripturarum doctores, in Christi præsentia intellectum scripturarum perdidit, & datus fuit gentibus. Propter quod Christus dicit. Ego veni in iudiciū

Iudeorum excaecatio.

Ioan. 9.

in hunc mundum, ut qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant. Quod ad literam de iudeis & gentibus intelligitur, quia iudei Christum recipere nolentes: intellectum scripturarum amiserunt, & gentiles, qui scripturas sanctas ignorabant per spiritum sanctum intellectum scripturarum receperunt. Dicit ergo de iudeis, *Obscurentur oculi eorum ne videant*. scilicet interiores. *Et dorsum eorum semper incurua*. i. minores: quia dum scientiam perditur qui aliis ducatum præstant, sequentes ad terrena querenda inclinantur. Et sic istum verbum exponit Greg. dicens, *Obscurentur oculi eorum*. ac si dicat, qui humanæ vitæ actionibus quasi prævidendis itineribus præfunt, veritatis lumen non habeant, ut & qui sequuntur subditi iniquitatum suarum oneribus incurvari omnem statum rectitudinis amittant: quod factum proculdubio in iudæa nouimus: cum in ipso nostri redemptoris aduentu Phariseorum scribarumque turba ac sacerdotum à vero lumine mentis oculos clausit: & per præpositorum exempla gradiens in infidelitatis tenebris populus errauit. Consimiliter istum textum ad propositum adducit Apostolus ad Rom. 11.

Scelus. Prosum.

Greg. 25. mo. ca. 7. it.

Rom. 11.

117.

**Effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos.**

Hic ponitur tertia pœna, quæ fuit à Romanis captiuatio. Notandum quod ut dictum fuit superius versiculo 12. quamuis ira & furor non cadat in Deo, quia tam ira quam furor sunt passiones, motum animi contra aliquem significantes: qui motus non cadit in Deo, qui nunquam ira vel furore commouetur, dicente sapiente Deo. Tu autem domine virtutum cum tranquillitate iudicas. Cum tranquillitate autem non stat ira neque furor. Sed dicitur Deus iratus vel furibundus iuxta nostrum modum loquendi, quia ad similitudinem irati vel furibundi quandoque videtur punire malos. Differt ergo isto modo in Deo ira à furore: quia tunc dicitur Deus iratus contra peccatores: quando ipsos punit ut emendet: quia irascitur contra nos Deus, ut nos conuertat, non ut perdat, ut dicitur de pœnitent. distin. 1. sed econtrario. Propter quod Deute. 32. dicitur Deo. Cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Furit autem quando punit ut damnet. Et sic ira Dei effunditur in præsentem furor in futuro malos cõprehendit. Propter quod Iob. 35. dicitur. Nunc enim non infero furorem suum, neque vlciscitur scelus valde. Ad propositum autem tunc super iudæos effudit iram suam: quando punit eos in præfenti per Romanos principes ipsos cruciando, venundando, captiuando: & per totum orbem dispergendo. Ex qua punitione non est dubium, multos ad Deum fuisse conuersos. Sed furor iræ suæ comprehendit eos, quando obstinatos in malo supplicio damnat æterno. Hoc ergo notans hic psalmista ait. *Effunde super eos iram tuam*, ipsos per Romanos captiuando, & cruciando: sed in futuro

Sap. 12. Ira Dei. Furor Dei.

Deut. 32.

Ira Dei in præfenti: furor Dei in futuro.

obstinatos, *furor iræ tuæ comprehendat eos*. In vita enim præfenti quoad animam nullus comprehensus dicitur: quia voluntas libera de malo ad bonum, & contrario liberè potest permutari. Sed in futuro mali comprehenduntur: quia à malo ad bonum conuerti non possunt. In præfenti ergo punit iratus, sed in futuro comprehendit furibundus.

**Fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non fit qui inhabitet.**

Hic ponitur quarta iudæorum pœna, scilicet ipsorum per orbem dispersio. Et primo ponitur hæc pœna. Secundo ipsius redditur causa, ibi. *Quoniam quem tu percussisti*. Quantum ad primum sciendum quod iste versus dupliciter exponitur. scilicet de habitatione temporali & spiritali. De temporali: quia Romani capta ciuitate Hierusalem, ipsam destruxerunt: & maximè templum & palatium regis, quæ erant in monte Sion, ita ut nullus in illis habitare posset: quia funditus destructæ. Reliquam autem ciuitatem destruxerunt, non quidem funditus, quin aliqua habitatio ibidem remaneret ad tempus: sed postea funditus destructa fuit, sicut prædixerat Christus. Lucæ. 19. Nō relinquet in te lapidem super lapidem, &c. Et hoc secundum Grego. ipsa ciuitatis transmigratio testatur: quia nunc in eo constructa est, vbi extra portam sacrat dominus crucifixus: vnde prior illa Hierusalem funditus euerfa est. Intelligitur ergo iste versus de habitatione temporali templi & palatii regalis, in quibus maximè iudei confidebant. Et si pro tunc aliqua pars ciuitatis vel domus remanserit in qua aliquis habitare posset: non tamen aliquis iudeus ibi habitare potest. Vnde hic dicit glo. *Et non fit qui inhabitet in ea*, id est in habitatione templi & palatii simpliciter. Vel si ad ciuitatem referatur: *Non fit qui inhabitet in ea* scilicet de numero iudeorum. Secundo exponitur de habitatione spiritali. Nam ibi habitat Deus, vbi adest per gratiam. Et sic ante solum in iudæis habitabat, quoniam solum iudæa Deum colebat. Psal. 75. Notus in iudæa Deus &c. Et ibi habitatio eius in Sion. Sed propter Christi persecutionem ab eis recessit Deus, & transmigravit ad gentes. Et hoc est quod dicit: *Fiat habitatio eorum deserta*, id est deserantur eorum mentes à Deo. *Et non fit qui inhabitet in ea*, id est & Deus non fit ille, qui habitat in ea: sed diabolus: secundum quod prædictum fuerat Esa. 13. Habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi.

118.

Dehinc. Hic. per Rom.

Lma. 19.

Glo.

Hic.

Psal. 75.

Esa. 13.

119.

**Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.**

Hic ponitur causa prædictæ dispersionis. Vbi notandum quod eadem res à duobus potest fieri, ab vno scilicet, benè & virtuosè, ab alio autem malè & vitiosè. Sicut duo medici possunt dare eandem potionem infirmo: vnus ad finem, ut ipsum sanet: alius ad finem, ut ipsum occidat, & tamè eadem potio erit. Sic & de passione Christi. Nam Christus traditus fuit in mortem à patre & à iudeis. Tradidit illum pater. Roman. 8. Proprio filio suo

suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Tradiderunt illum iniqui. Actuum 2. Iesum traditum per manus iniquorum, quem interemissit. Vnum ergo fuit opus passio Christi, sed à Deo bene, à iudæis autem malè. Vnde magister lib. 3. dist. 21. Traditus est Christus à patre traditus est à seipso, traditus est à iudæa & iudæis. Ab istis omnibus vna res facta est. Quid ergo discernit inter istos? quia hoc fecit pater & filius ex charitate. Iudas vero ex prodicione. Vnde non quid facit homo, sed qua voluntate, considerandum est. In eodem facto inuenimus Deum & Iudam, Deum benedicimus, iudam detestamur: quia Deus cogitauit nostram redemptionem, iudas cogitauit pretium, quo vendidit dominum. Passio ergo Christi & opus fuit iudæorum & Dei, &c. Ex quibus apparet, quod Christus in passione percussus fuit à patre, sed bona voluntate nostræ redemptionis & pro satisfactione peccatorum nostrorum, Esa. 53. Propter scelus populi mei percussus est. Et hoc est quod psalmista patri loquitur, dicens *Quoniam quem tu percussisti per se*, scilicet qua si dicat secundum glo. patri. Percussisti Christum, non pro culpa sua, sed pro redemptione generis humani, illum isti persecuti sunt, scilicet ad malum: quia mala voluntate ipsum ad mortem duxerunt. Vnde supra versic. 1094. Persecuti sunt me iniuste, quæ non rapui, tunc exolvebam, vide ibi. Et vide eorum malitiam: quia adhuc non fuerunt contenti persequi Christum ad mortem, nisi etiam super Christi mortem adderent persecutiones apostolorum, martyrum & aliorum fidelium. Et hoc est quod subdit. *Et super dolorem vulnerum meorum addiderunt*, quia non solum persecuti sunt Christum, sed etiam membra eius, ut puta Stephanum lapidando, Iacobum gladio perimendo, & alios fideles incarcerando. Si ergo queris causam, quare habitatio fuit deserta, responderet Christus. *quia quem tu percussisti*, id est me, &c. Et istam causam sub aliis verbis exprimit Christus, dicens. Eo quod non cognoueris tempus visitationis tuæ, scilicet mei aduentus, veneram enim visurus & saluaturus te.

Actuum 2.

Psalm.

1094.

Luce 19.

1120.

Rom. 8.

Qualiter. Dum addidit peccatum peccato.

Grego. 25. moral. 12.

Peccatum est voluntatis peccati & causa.

Psalm. Cl. 11.

Rom. 8.

**Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam.**

Hic ponitur eorum quinta pœna, quæ est in peccatis multiplicatio. Qualiter autem Deus apponit iniquitatem super iniquitatem, cum Deus iniquitatem non faciat, sed neq; dilgat aliis verbis ostendit Paulus ad Roma. 1. dicens. Propter quod Deus tradidit illos in desiderio cordis eorum &c. Vbi glo. Tradere autem est permittere, non incitare, non immittere. Et similiter apponere iniquitatem iniquitati est permittere. Præcedentibus quippe culparum causis, iure & merito deseruntur à Deo peccatores, ut in aliis peccatis cadere permittantur, ut ostendit Grego. 25. E mora. cap. 12. dicens. Omne quippe peccatum quod citius pœnitendo non tergitur, peccatum est & causa peccati, aut peccatum est & pœna peccati. Peccatum namque quod per penitentiam non diluitur, ipso suo pondere ad aliud trahit. Vnde fit ut non solum sit peccatum, sed peccatum & causa peccati. Ex illo quippe vitio culpa sub-

sequens oritur, ex quo cæcata mens ducitur, ut peius & in alio ligetur. Sed peccatum quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est & pœna peccati: quia iusto iudicio Deus omnipotens cor peccantis obnubilat, ut præcedentis peccati merito etiam in aliis cadat. Hinc enim voce angeli ad Ioannem dicitur. *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc*. Hinc David ait. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*, &c. Vel etiam iniquitati apponitur iniquitas: quia peccatum quantum vltèrius procedit, fortius aggrauatur, sicut viam rectam deserens, quantum amplius procedit, amplius errat, ut patet de duabus lineis rectis præcedentibus à centro ad circumferentiam, quæ quanto vltèrius procedunt, magis abinuicem distant. Vel aliter & facilius. Vbi notandum quod accipitur quandoque pro culpa iniquitas, ut patet psalm. 50. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Quandoque pro pœna peccati, ut Esa. 53. Omnes nos errauimus, & dominus posuit in ipso iniquitates omnium nostrum, scilicet pœnam peccatorum. Cum ergo dicitur hic. *Appone iniquitatem super iniquitatem eorum*. Primo loco iniquitas stat pro pœna, secundo pro culpa, ut sit sensus. *Appone iniquitatem*, id est pœnam debitam, *super iniquitatem*, id est supra peccata, quod est reddere eis pœnam peccatis ipsorum debitam. Et tunc ly apponere, proprie competit Deo, quia pœnam apponit Deus & punit, & non solum permittit.

Apo. 22.

Psalm. 50.

Esa. 53.

**Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scribantur.**

Hic ponitur sexta pœna, quæ est de libro vitæ cancellatio. Vbi notandum quod aliquis dicitur scribi in libro vitæ suæ prædestinationis diuine tripliciter, scilicet primò secundum æternam Dei prædestinationem. Secundo secundum præsentem iustitiam. Tertio secundum opinionem propriam. Primò modo scribuntur ab æterno qui sunt prædestinati & electi à Deo, sicut fuit Petrus, & tales, de dicto libro delentur secundum præsentem iustitiam, quando mortaliter peccant, sed non delentur secundum æternam præscientiam, quia finaliter saluantur. Secundo modo scribuntur omnes qui sunt in statu gratiæ, quamuis æternaliter sint reprobat. Et tales delentur: quia finaliter in peccato moriuntur. Tertio modo scribuntur illi qui de sua iustitia præsumèntes, se in libro vitæ scriptos putant, licet non sint. Et tales delentur, quando experimentaliter se vident damnatos. Hic ergo loquitur de deleatione facta secundo modo & tertio modo. Et est sensus. *Deleantur de libro viuientium*, id est finaliter in peccato decedant, & cum iustis qui sunt in libro secundum æternam Dei præscientiam, non scribantur. Et hoc fuit impletum de persecutoribus Christi. De ista materia vide diffusè in decretis, de pœ. dist. 4. in multis capitulis.

Prædestinatio. Reprobatio. Deleati de libro vitæ. quid sit.

**Ego sum pauper, & dolens, salus tua Deus suscepit me.**

Hæc est tertia pars principalis psalm. in qua Christus ex omnibus prædictis confugit ad Dei laudem & gratiarum actionem. Et diuiditur in partes quatuor, quia Christus primò suæ resurrectionis explicat beneficium. Secundo gratiarum

1122.



actionis exhibet officium,ibi. *Lau dabo nomen Dei.* A Tertio fidelium ad hoc excitat consortium, ibi. *Videant pauperes.* Quarto beatorum predicat solatium,ibi. *Quoniam Deus saluam faciet Syon.* Quantum ad primum sciendum quod beneficium collatum alicui, tanto maius apparet, quanto recipiens in maiori necessitate consistit. Maius enim esset beneficium pauperi accipere deuariu, quam diuiti equum. Ideo ad magnificandum resurrectionis beneficium, Christus primo pramittit sua necessitatem, dicens. *Ego sum pauper & dolens.* Vbi nota quod pauper quandoque dicitur idem quod humilis. Matth. 5. Beati pauperes spiritu, &c. Vbi August. in sermone Domini in mote. Spiritus audaciam & superbiam significat. Vnde vulgo superbi magnum spiritum habere dicuntur, nam spiritus ventus vocatur. Quis vero nesciat superbos inflatos dici tanquam vento distentos? Quapropter hic recte intelliguntur pauperes spiritu, id est humiles & timentes Deum, id est non habentes inflantem spiritum. Et isto genere pauperatis, nullus fuit pauperior Christo, qui cum in forma Dei esset, humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem crucis. Secundo pauper significat egenum rebus mundi. Sic enim dicitur, psalm. 73. Pauper & inops laudabunt nomen tuum. Et isto modo Christus fuit etiam pauper: quia in paupertate natus, in paupertate conuersatus, in paupertate mortuus, & sepultus: quia in alieno sepulchro repositus. Propter quod de Christo dicitur, Scitis enim gratiam domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est cum esset diues, vt illius inopia nos diuites faceret. Vnde Christus dicit. Vulpes foveas habent &c. filius autem hominis non habet vbi reclinet caput suu. Contumiliter ergo hic dicit. *Ego sum pauper & dolens.* scilicet ratione passionis. In qua passione, vt dicitur Esa. 53. Languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Propter quod dicit, psalm. 87. Pauper sum ego, & in laboribus a iuuentute mea. Omnis dolor irruet in eum. Iob 20. Sequitur, *salus tua Deus suscepit me.* scilicet me resuscitando a morte. Vnde psalm. 72. patri dicebat. Tenuisti manum dexteram meam & in volutate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Sic ergo suscipere notat resurrectionem, psalm. 3. Tu autem susceptor meus es gloria mea, &c. Hanc resurrectionem postulat Christus vt inimici confundantur, dicens. Suscipe seruum tuum in bonum, vt non calumnientur me superbi.

Nota.

Pauper id est humilis. Matth. 5.

Christus pauper.

Psalm. 73.

1 Cor. 8.

Matth. 8.

Esa. 53.

Psalm. 87.

De resurrectione dicitur suscipit.

Psalm. 3.

1123.

**Laudabo nomen Dei cum cantico, & magnificabo eum in laude.**

Hic Christus insurgit ad gratias. Et duo facit quia primo Deum laudat, secundo Dei laudem exultat ibi. *Et placebit.* Quantum ad primum nota, quod canticum significat letitiam mentis interioris, vt dictum fuit versic. 29. Et sic Deum laudat cum cantico, qui Deum leto corde exultat, quod dicitur ad differentiam illorum qui laudant cantando ore, sed cor habent alienum, vt hypocrita pigri & negligentes, *Et magnificabo eum in laude.* Non est intelligendum quod ex laude nostra aliquid Deo accrescat, propter quod a nobis magnificus fieri dicatur, sed magnificamur in illo, du laudibus extollimus ipsum. Vnde qualiter nos magnificamur in Deo, & nos Deu magnificamus,

vide supra vers. 272. & 503. Aliter exponit istum versum Hugo. vide in originali, vers. 1002.

**Et placebit Deo super vitulum nouellum, cornua producentem & vngulas.**

Hic laudem Dei exultat. Vbi notandum quod in antiqua lege offeriebantur sacrificia animalium vitulorum, hircorum & huiusmodi, quae quidem de se Deo non erant accepta, sed solum ratione deuotionis offerentis. Sed sacrificium laudis cum cantico, id est ex deuoto corde procedentis, ratione sui Deo est acceptum. Et hoc est quod hic dicit, quod sic laudare Deum cum cantico placebit Deo super vitulum &c. id est magis quam sacrificium vituli, qui ad literam producit vngulas & cornua. Vel per sacrificium laudis dicitur sacrificium eucharistiae, vt fuit superius ostensum vers. 823. Certum est autem quod istud magis Deo placeat, quam sacrificium vitulorum. Propter quod dicitur psalm. 49. Sacrificium laudis honorificabit me, &c. Vel per vitulu nouellu &c. intellige superbos & lasciuos Indaeos, vt supra versic. 840. De quibus dicit Christus. Circumderit me vituli multi. Et illi vituli producebant cornua & vngulas scilicet cornua superbiae contra Christum, & vngulas rapinae contra proximum. Quia sacerdotes Indaeorum ne sacrificia carnalia perderent, Christu superbe sunt persecuti, & cum illis sacrificiis expoliabant subditos. Vult ergo dicere psalmista, quod sacrificium laudis, scilicet noui testamenti & eucharistiae placet Deo super vitulum, &c. id est plus quam sacrificia sacerdotu legis antiquae. Hic nota quod multa Deo singulariter placent, scilicet deprecatio humilium ad exauditionem. Iudith 9. Humilium & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio. Secundo tribulatio innocentium, quod ad probationem. Iob 1. Sicut domino placuit, sic factum est. Tertio confessio penitentium, ad peccati detractionem. Malach. 3. Placebit Deo sacrificium iuda, qui confessio interpretatur.

**Videant pauperes & laetentur, quare rite dominum, & viuet anima vestra.**

Hic ad Dei laudem fidelium aduocat consortium. Et primo facit hoc. Secundo adducit motiuum, ibi. *Quoniam exaudiuit.* Quantum ad primum sciendum, quod nomine pauperum intelligit primitiuos fideles, vt apostolos & alios, qui in primitiua ecclesia nihil possidebant, sed omnia erant eis comunia, vt habetur Act. 4. Habere enim in comuni non obuiat vere paupertati. Vel per pauperes intelligit humiles, vt dictum est, supra versic. 1122. Et tunc hortatur omnes fideles, qui in humilitate fundari debent, dicens. *Videant pauperes.* Videant scilicet Christu transisse de morte ad vitam, de poenis ad gloriam. Videant etiam per Christum sacrificia antiquae legis in vnum verum sacrificium eucharistiae permutata. Et ideo ex hoc laetentur laudantes Deum, & sic sacrificium laudis offerentis. Et ex hoc vide differentiã inter sacrificia legis antiquae quae fiebant in vitulis, agnis, & aliis animalibus quae solum diuites offerre poterant: quia pauperes illis carebant. Sacrificium autem laudis nouae legis commune est omnibus

tam pauperibus quam diuitibus, a quo nullus se exulare potest: quia hoc sacrificium stat in mente, illa autem in rebus exterioribus. Dicit ergo. *Videant pauperes & laetentur.* scilicet in Christo Vbi nota quod letitia est multiplex, scilicet temporalis, spiritualis & aeternalis. Vide supra vers. 841.

Vnde psalm. dicit, *Laetamini in domino, & exultate iusti,* quasi dicat non in mundo, sed in Christo domino. Propter quod subdit. *Quare rite dominum, & viuet anima vestra.* id est quare rite dominum per fidem & amorem, & viuet anima vestra vita gratiae. Qualiter autem quaerendus sit Deus, notandum quod aliqui Deum non quaerunt, nec inueniunt, aliqui Deum quaerunt sed non inueniunt, aliqui Deum quaerunt & inueniunt. Primi sunt qui totam spem suam in temporalibus ponunt, de Deo nihil curantes, figurati per regem Asa. de quo dicitur 2. Paral. 16. quod egrotauit dolore pedum vehementissimè, nec in infirmitate sua quaesuit dominum, in arte medicoru confusus, & mortuus est. Vbi nota quod per regem Asa qui plasmatio interpretatur, significatur homo, quem Deus fecit quod ad corpus, & creauit quod ad animam, qui ideo rex dicitur: quia omnibus creaturis praepositus fuit. Tales autem multi sunt solum quaerentes temporalia & non Deum, & moriuntur non solum corporaliter, sed etiam aeternaliter, qui infirmantur in pedibus, id est in affectionibus mentis, quas ad vana mundi applicant. Vnde de talibus dicitur. 2. Paral. 15. Si quis non quaesierit dominum, moriatur. Secundi sunt qui stant in carnis delitiis Isti figurantur per sponsam quae dicit, Can. 3. In lectulo meo per noctes quaesui, quem diligit anima mea, & non inueni. Tertij sunt qui in munditia & puritate cordis eum quaerunt. Et tales inueniunt figurati in magis, qui venerunt Hierosolymam quaerentes regem Iudaeorum, & ipsum inuenerunt. Matt. 2. Et nota quod magorum exemplo Christum tripliciter quaerere debemus, scilicet festinanter, ne morte praeniamur, perseveranter vt ad fidem perducamur, gaudenter ne coacti iudicemur. Primo quaeramus festinanter, quauis enim certos sit quilibet quod quodocumque per penitentiam perfecte Deum quaesierit, quod placatum inueniet per gratiam, tamen dubius esse debet, an in futurum ipsum debite poterit inquirere: quia vt dicitur Eccles. 9. Nescit homo finem suum, quilibet ignorat quid sibi futurum tempus apponat. Quia & si Deus penitentiam veniam spopodit, peccanti tamen diem crastinu non promittit. Propter quod Christus dicit. Prou. 8. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Et dicit mane, quia statim habita opportunitate, debes de peccato dolere, & per penitentiam quaerere Deu. Sic & magi fecerunt: quia statim Christum natum quaesierunt Et hoc est quod dicitur. Eccles. 5. Ne tardes conuerti ad dominum &c. vnde Esa. 55. Quare rite dominum dum inueniri potest &c. Et magister libro 4. dist. 20. Dico tibi, dum sanus es penitentiam age, &c. Secundo quaeramus ipsum perseveranter. Quid enim bonum facere proficit, si ante finem vite deseratur? quoniam secundu Isidorum vnumquodque Deus iudicat non de sua vita praeterita, sed de suo fine, & Christus ait. Qui autem perseverauerit vsque in finem hic saluus erit. Vnde dicitur Hier. 29. Cum quaesieritis me in toto corde vestro, inuenietis me. psalm. 104. Quare rite dominum

Psalm. 96. & Psalm. 31.

Quare rite Deum.

Nota. 1. Paral. 16.

1. Paral. 15.

Can. 3.

Matth. 2.

Eccl. 9.

Prou. 8.

Eccl. 5.

Psalm. 104.

Isidorus.

Matth. 10.

Hier. 29.

Psalm. 104.

& confortamini, quare rite faciem eius semper Quare rite Deum in parte cordis, qui ad tempus illum quaerit, sed in toto corde, qui perseveranter. Tertio quaeramus laetanter. Omnia enim bona nostra cum letitia cordis debent fieri, non cum tristitia, quia omne triste coactum & violentum iudicatur, & nullum coactum seruitium apud Deum meretur praemium. Et hoc est quod dicitur psalm. 69. Laetentur in te omnes qui quaerunt te. Sic enim & magi quaerentes dominum, gauisi sunt gaudio magno. Sic & nunc conformiter psalmista, dicit. *Audiant pauperes & laetentur, quare rite dominum.* c.

**Quoniam exaudiuit pauperes dominus, & victos suos non despexit.**

Hic ostendit Christus motiuum, quare cum letitia Deum debemus quaerere, quia scilicet desideria pauperum adimplet captiuos liberando. Per pauperes enim intellige humiles, quos exaudit Deus, quoniam inter virtutes humilitas orationem exaudiri facit, vt patet supra versic. 315. & 362. & 437. *Et victos suos non despexit.* Per victos intellige sanctos patres, qui victi tenebantur in lybno, quos Christus resurgendo liberauit Zach. 9. Tu autem in sanguine testamenti tui existi victos de lacu in quo non erat aqua. Vel per victos accipe peccatores, quoniam vt dicitur. Prouer. 5. Funibus peccatorum suorum constringitur quisque. Sed nota quod peccatores sunt duplices, aliqui sunt Dei, & aliqui diaboli. Dei sunt peccatores, qui tamen aeternaliter a Deo sunt praedestinati, sed diaboli sunt, qui a Deo aeternaliter sunt reprobat. Primos Deus non despexit, sed finaliter saluat & liberat. Sed secundos finaliter despexit & damnat. Vnde de primis hic psalmista. *Et victos suos non despexit.* Vel *victos suos.* id est praecipis suis & legibus strictos.

**Laudent illum caeli & terra, mare & omnia reptilia in eis.**

Hic ex praedictis ostendit omnem creaturam ad Deum laudandum obligatam. Et primo proponit laudem debitam. Secundo ostendit laudis causam, ibi. *Quoniam deus.* Quatum ad primum sciendum quod laus est duplex, quaedam verborum, & quaedam operum. De laude verborum dicitur, 2. Paral. 29. Praecipit Ezechias vt laudarent dominum sermonibus David. De laude operum dicitur de sapientia increata prouerb. 31. Laudate eum in portis opera eius. Laudare Deum verbis & operibus potest omnis creatura rationalis, quia ipsum laudat sermonibus, dum ipsum verbis verum Deum confitetur, psalmus. Labia mea laudabunt te. Laudat operibus, dum mandata Dei & ordinem sibi a Deo datum perficit omnis creatura. Isto modo homo laudat Deu, quando mandata Dei perficit, a Deo conseruat, sic mare &c. Haec omnia insensibilia Deum laudant, dum seruando ordinem a Deo sibi datum, ipsum Deum laudandum nobis ostendunt. Hic ergo ex Christi resurrectione sic omnem creaturam ad Dei laudem excitat, vt sicut omnis creatura in Christo passu turbationem ostendit, sic & in resurrectione laetetur. Nam angeli suo modo fuerunt turbati. Esa. 35. Angeli pacis

1126

Zach. 9.

Prouer. 5.

1127

2. Para. 29.

Prouer. 31. Laudare Deum.

Esa. 33.

eis amarè flebunt. Cæli, quia sol obscuratus est. Terra, quia mota est, &c. Sed in Christi resurrectione omnia dominum laudare cum exultatione videbantur. Nam angeli in veste candida mulieribus apparuerunt. Sol præuenit diem per tot horas, quibus obscuratus fuerat in die passionis. Terra, quia reddidit mortuos suos &c. Quæ omnia præuidens psalmista, dicit. *Laudent illum cæli & terra.* Vel per cælum intellige apostolos & viros cælestes, psal. 18. Cæli enarrant gloriam Dei. Per terram intellige Iudæos, quibus terrena pœmia promissa erant. Per mare intellige gentes per pœnitentiam amaram conuersas. Per reptilia intellige cæteros peccatores terrenis deditos, qui omnes Deum laudare tenentur: quia pro omnibus quo ad sufficientiam fuit passus. Et aduerte quoddam ad laudè Dei omnes tam bonos quam malos excitando cælos præmittit, dicens. *Laudent illum cæli.* quia cæli maximè nobis Deum laudabilem ostendunt, quod sic ostenditur. Nam opus artificem ostendit laudabilem. Cæli autem sunt opus Dei subtilissimum. Propter quod cæli dicuntur opera digitorum Dei, psal. 8. Quoniam videbo cælos tuos opera digitorum tuorum illa enim, quæ subtiliter operari volumus, digitis & nõ tota manu operamur. Dicit enim Philosophus, quoddam opus laudat artificem. Constat autem quoddam operatio corporum cælestium & ipsorum dispositio est imago pulcherrima. Si ergo hodie laudatur sculptor ex pulchra imagine facta, similiter pictor ex pictura, doctor ex lege edita & huiusmodi quanto ex consideratione cælorum laudandus est Deus? Sic ergo nota quoddam quodocunque in scriptura insensibilia dicuntur laudare Deum, sic intelligendum est quia hominibus materiam diuinæ laudis præstant.

Psal. 18.

Psal. 8.

Philosophus 10. de animalium.

1128

Quoniam Deus saluam faciet Syon, & ædificabuntur ciuitates Iudæ.

Hic beatorum explicat gaudium sue solatium. Vbi notandum quoddam omnes tres versus sequentes exponuntur, non solum de viatoribus vel de ecclesia militante: sed etiam de triumphatoribus & ecclesia triumphante. Primo ergo exponitur de ecclesia militante. Vbi notandum, quoddam per Syon intelligitur militans ecclesia, & ratione nominis, & ratione operis. Ratione nominis: quia Syon interpretatur specula, & ecclesia militans videt per speculum in anigmate. Etiam ratione operis: quia in monte Sion incepit Christi ecclesia edificari per Christi prædicationem, quoniam in templo quod erat in monte Sion Christus pluries prædicauit. Ibi etiã Christus cœnauit, & sacramentum eucharistiæ consecravit. Ibi spiritum sanctum misit apostolis, quo informati apostoli ecclesiam per orbem dilatauerunt. De hac ergo dicit, quoddam tenemur laudare Deum, ratio, quoniam Deus saluam faciet Syon, id est ecclesiam militantem: quia scilicet, saluabit omnes, qui sunt membra ecclesie saluabit in præsentem, quia apostolos & alios fideles fortificabit, ne per peccatum cadant aduersariis pressi, vt patuit in apostolis & martyribus. Et saluabit in futuro eorum meritis dando præmia. Quæ autem sint eorum merita ostendit dicens. *Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.* Ecclesia enim catholica dicitur ciuitas, eo quoddam in ipsa sit ciuium vnitas. Et quamuis sit

Sion significat ecclesiam

A solum vna ecclesia generalis, tamen particulariter multæ dicuntur ecclesie, vt ecclesia Romana, Constantinopolitana, Rauenen, &c. Apostoli autem spiritu sancto recepto per orbem diuinitates ædificauerunt, id est ecclesias, quod notans psalmista dicit. *Et ædificabuntur ciuitates Iudæ.* id est ecclesie Christi, qui per Iudam significatur: quia fuit de tribu Iuda. Potest etiam exponi de ecclesia triumphante, quæ Sion appellatur, quia Deum facietenus specularum. De qua dicit apostolus ad Heb. 12. accessistis ad Sion montem, & ciuitatē Dei viuentis Hierusalē cælestem &c. Et de hac cælesti Sion dicit. *quoniam Deus saluam faciet Sion:* quia, scilicet per homines beatificatos restauratur angelorum ruina, & sic *ædificabuntur ciuitates Iudæ.* id est ordines angelorum restaurabuntur, qui dicuntur *ciuitates Iudæ.* id est Christi, qui fuit de Iuda: quia in beatis angelis & hominibus qui sunt ciues supernæ ciuitatis, est summa voluntas, vnitas & concordia.

Hebr.

Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirunt eam.

Hoc similiter exponitur de ecclesia militante & triumphante. Vbi notandum quoddam differentia est inter habitare & inhabitare. Nam habitare corpore, sed inhabitare mente, quoniam inhabitare est intus habitare. In ecclesia militante multi habitant, qui non inhabitant, vt puta, qui nomine sunt christiani, non re. Sed illi inhabitant, qui re & mente ecclesie sunt membra, sicut fuerunt apostoli & alij Christi fideles. De quibus dicitur psal. 67. Deus qui inhabitare facit vnus moris in domo: quia in ecclesia nullus mente inhabitat, nisi cum cæteris fidelibus sit vnus moris & voluntatis. Et tales ecclesiam sibi hæreditate acquirunt spe. De beatis autem exponitur, quoddam in cælesti Hierusalē beati inhabitabunt ibi. *Et hæreditate acquirunt eam.* id est stabiliter in perpetuum ibi habitabunt: quia Deus hæreditas eorum erit, psal. 115. Dominus pars hæreditatis meæ. De hac hæreditate, vide supra vers. 974. & 975.

Habitare inhabitare

Psal. 67.

Psal. 115.

Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Hic exponit, qui sunt illi qui habitant in ecclesia militante vel triumphante. Vbi nota quoddam semen quod nascitur ex arbore vel herba imitatur, & cõtinet naturam herbæ, vel arboris ex qua oritur vnde simile generat. Sic & in hominibus illi vocantur semen alterius, qui illius moris imitantur. Sic enim semen bonorum vocantur boni, psal. 121. Qui timetis dominum laudate eum, vniversum semen Iacob glorificate eum. Consimiliter & mali malorum semen dicuntur. Dan. 13. Semen Chanaam & non Iuda, &c. Serui autem Dei vocantur proprie patres antiqui qui Dei voluntatem seruabant, vt Abraham Isaac & Iacob, vel quia ipsi à Deo seruabantur. Nam vt ait August. 19. de ciuitate Dei. Origo vocabuli seruorum in latinam linguam inde creditur educta: quia hi qui iure belli à victoribus poterant occidi, cõseruabantur, & seruuificabant à seruando appellati. Sic

Semen Psal. 121.

Dan. 13. Serui

August. 19. de ciuitate Dei

Sic ergo sancti patres serui Dei dicuntur: quia ab ipso Deo seruati ne à dæmone per peccatum occiderentur finaliter. *Semen ergo seruorum eius possidebit eam.* scilicet hæreditatem, id est imitatores patrum sanctorum. Et sic exponit glo. dicens. *Semen seruorum eius, &c.* id est imitatores fidei & bonorum operum sanctorum patrum. Sed quia nullus potest imitari sanctos patres, nisi Deum diligat, ideo exponit quid per nomen seminis intelligat, dicens. *Et qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.* Vbi glo. Hi sunt semen seruorum, non qui carne filij sunt: quia etiam serui dilexerunt nomē eius, qui non diligunt, non se dicant semen eius, & qui diligunt nomen eius, non se negent semen seruorum eius. Et nota quoddam hic accipitur pro re significata per nomen Dei.

A cis protegatur. Secundò vt in bonis colloctetur, ibi, *Exultent.* Prima in duas: quia primo petit adiutorium Dei contra persecutiones dæmonum. Secundò contra persecutiones hominum, ibi, *Confundantur.* Quantum ad primum sciendum, quoddam diabolus illos magis tentat & inuadit, quos sibi magis rebellare per bona opera conspicit, quod ostendit Grego. dicens. Mater negligentie solet esse securitas. Ne ergo securitas negligentiam generet, scriptum est, *Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara cor tuum ad tentationem.* Non enim ait, ad requiem, sed ad tentationem: quia hostis noster adhuc in hac vita nos postos, quanto magis nos sibi rebellare conspicit, tanto amplius expugnare contendit. Illos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere se sentit. Contra nos vero eo vehementius excitatur, quo ex corde nostro quasi ex iure proprio nostræ habitationis expellitur. Hoc enim in seipso dominus quasi sub quadam dispositione figurauit, qui diabolum non nisi post baptisma se tẽtare permisit, vt signum nobis quoddam futuræ conuersationis innueret, quod membra eius postquam ad Deum proficerent, tunc accriores tentationum insidias tolerarent, &c. Ad propositum ergo iusti in hoc mundo videntes, quoddam quando deuotius erga Deum disponuntur, tanto acrius infestantur à diabolo, cui per seipsum resistere non valent, ad Dei inuocandum adiutorium excitantur, dicentes. *Deus in adiutorium meum intende.* Quia si Dei adiutorium tardat, nos aduersarius superat. Et ideo accelerationem adiutorij querit, dicens. *Domine ad adiuuandum me festina.* Et notandum quoddam inter alias virtutes oratio maximè mentes nostras ad Deum erigit. Et ideo orantes maximè diabolus impugnat. Et ideo ne nobis orantibus præualeat, semper in principio horarum istum versiculū præmittimus, dicentes. *Deus in adiutorium meum intende, &c.* Et hoc est quod magister notat in gl. dicens, Nota quoddam hic versiculus ante omnes horas dicitur: quia cum orare debemus, tunc maximè nos diabolus tentat. Contra ergo illius insultus, auxilium à domino postulamur ante omnia. Circa adiutorium Dei nota, quoddam Deus adiutorium suum multis generibus hominum præbet: quia adiuuat pœnitentes, adiuuat patientes, adiuuat præliantes, adiuuat meditantē, adiuuat confidentes, adiuuat deprecantes. Vide supra vers. 957. vbi agitur de primo membro. De secundo membro agitur, vers. 983. De sexto autem membro quod est magis ad propositum agitur vers. 673. vbi istud membrum distinguitur in sex. Quia ibi notatur, quoddam orando debemus petere adiutorium Dei, vt scilicet adiuuet captiuatos, tribulatos, impugnatos, fatigatos, infirmatos, & adoptatos. Et ibi agitur de prima Nunc ergo dicamus de secundo. Dico ergo quoddam orando debemus petere vt Deus adiuuet tribulatos consolando paternaliter, dicens illud psal. 45. Deus noster refugium & virtus, adiutor in tribulationibus, &c. Ipse enim in tribulationibus orantes adiuuat: propter quod dicitur. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ iustificauerunt animam meam. Et rationem adiungit, dicens quia factus est mihi dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ. Secundum enim naturam tribulationis dat consolationem. Sic enim adiuuit tres pueros

Tentat diabolus bonos. Securitas negligentia. Greg. 24. mora. c. 12.

Deus in adiutorium meum intende, domine ad adiuuandum me festina.

Hic psalmus talem habet titulum. *Psalmus David in remembrance, quoddam saluum fecit eum dominus.* Pro cuius expositione sciendum quoddam istum psal. fecit David, quando ab Absalom filio suo Deo permittente propter peccatum adulterij & homicidij commissum in Bersabe & Vrjam, de Hierusalē fugit. Nam vt habetur 2. Reg. 15. Fuit enim tunc in magno mortis periculo, à quo tamen saluus factus est ipsum Deo protegente mediante consilio Chusi, & eius inimici fuerunt mortui & dissipati. Et tunc hoc videns David fecit istum psalmum, in recordatione tanti beneficij à Deo recepti. Ex quibus patet materiam psalmi & tituli cuius sensus est iste. Psal. David, scilicet quem fecit David, in remembrance quoddam saluum fecit eum dominus. scilicet à persecutione Absalon & aliorum. Et sic quantum ad literam iste psalmus habet tres partes: quia David in ista persecutione primo petit inimicorum deiectioem. Secundò amicorum exultationem, ibi. *Exultent, &c.* dic vt Nico. Quantum vero ad sensum propheticū sciendum quoddam iustorum recordatio stat in duobus, scilicet in recordatione peccatorum commissorum, propter quæ Dei iudicium timemus, & in recordatione æternorum præmiorum quæ firmiter speramus. De prima recordatione agit titulus psalm. 37. De secunda vero agit iste. Propter hoc dicitur, in recordatione quoddam saluum fecit dominus. scilicet per spem. Et sic est sensus tituli talis. Psal. David id est iste psalmus factus est à David, & competit omni iusto per David figurato. Et factus est adhuc in remembrance. id est agens de remembrance, non vtique peccatorum, sed huius rei quoddam dominus saluum fecit eum spe. scilicet & certitudine. Et vide quàm bene præsens psalmus sequitur præcedentem ad ostendendum conformitatem capitis & membrorum Christi & fidelium. Nam E in præcedenti psalm. actum est de Christi persecutione morte & passione, & consequenter de ipsius resurrectione. Hic autem conformiter agitur de membrorum Christi persecutione & pœnis, & consequenter de ipsorum gloria & præmiatione. Diuiditur ergo psalmus iste in duas partes: quia primo petit Dei adiutorium vt ab inimi-

B  
C  
D  
E  
F  
G  
H  
I  
J  
K  
L  
M  
N  
O  
P  
Q  
R  
S  
T  
U  
V  
W  
X  
Y  
Z

Adiutor Deus.

Psal. 45.

Psal. 93.

Dan. 3. Dan. 14. ros

ros in camino ignis positos, ventum toris mini-  
 stiano, Daniele in lacum leonum missum, leo-  
 nes mansuetificando, Susannam eius accusatores  
 occidendo & multa similia. Vnde merito quilibet  
 P<sup>sal.</sup> 95. in tribulatione sic adiutus, sibi dicat. Tu autem  
 domine adiuvisti & consolatus es me. Tertio.  
 petamus, vt adiuuet impugnatos nos defendendo  
 Sine enim Dei adiutorio a demonibus, impugnan-  
 tibus & malis hominibus, saluari non valeamus.  
 P<sup>sal.</sup> 118. Et ideo dicamus ipsi Deo. Adiuua me & saluus  
 ero. Deus enim qui non est acceptor personarum  
 stat in medio omnium oppressorum paratus aqua-  
 liter omnes adiuuat ipsam inuocantes. Propter  
 quod de ciuitate omniauim oppressorum dicitur.  
 P<sup>sal.</sup> 45. Deus in medio eius non commouebitur adiuua-  
 bit eam Deus mane diluculo. Quarto petamus, vt  
 adiuuet fatigatos eos sociando Hoc est, quod nos  
 sic adiuuicem societ, vt vnus adiuuet alium onera  
 nostra portantes adiuuicem, & tunc securi erimus,  
 quoniam vt scribitur Proverb. 18. Frater qui  
 P<sup>rom.</sup> 18. adiuuatur a fratre, quasi ciuitas firma. Quinto vt  
 adiuuet infirmantes, eos roborando. Quilibet enim  
 per se debilis est & infirmus ad tolerandum  
 aduersa, propter quod Dei egemus adiutorio. Sic  
 & illa Hester contra Aman hostem Iudaorum  
 H<sup>ester.</sup> 14. debilem se cognoscens, a Deo quaerebat adiutorium,  
 dicens. Domine rex solus adiuua me: quia  
 praeter te nullus auxiliator est alius, & statim fuit  
 adiuua. Sexto vt adiuuet adoptatos nos beatifi-  
 cando, sibi dicentes illud psal. 108. Adiuua me do-  
 mine Deus meus, saluum me fac propter misericordiam  
 tuam. Et aduerte quod illud Dei adiutorium  
 C aliqui contemnunt, qui scilicet plus in di-  
 uitiis quam in Deo confidunt. psal. 51. Ecce homo,  
 qui non posuit Deum adiutorium suum, sed  
 sperauit in mul. &c. Aliqui illud tollunt, qui scilicet  
 proximos adiuuare contemnunt: quia tales  
 Dei adiutorio se indignos faciunt. De quibus  
 P<sup>sal.</sup> 108. psal. 108. Non sit illi adiutor nec sit qui misereatur  
 pupillis eius, ratione subit, dicens. Pro eo quod  
 non est recordatus facere misericordiam. Aliqui  
 impugnant, scilicet qui non credunt Deum dispo-  
 nere ista inferiora, sed solum superiora. Et sic tales  
 non credunt se adiuuari a Deo, sed magis suis  
 operibus credunt iuuare Deum, quos reprehendit  
 Iob 16. scriptura, dicens. Cuius est adiutor, nunquid  
 imbecillis, & sustentas brachium eius qui non est  
 fortis? Veruntamen sciendum quod ipsum Deum  
 fortissimum etiam humiliter agentes adiuuare  
 dicimus. Vnde per Paulum dicitur. Adiuutores Dei  
 sumus. Nam cui ipse in terrenam gratiam infundit,  
 nos exhortationis voce concurrimus, hoc ille  
 per spiritum agit intrinsecus quod nos exterius  
 ministerio vocis adiuuamus. Aliqui intrant, qui  
 scilicet gratia Dei iustificantur. Et sic intrare cupiebat  
 P<sup>sal.</sup> 78. psalmista, dicens. Adiuua nos Deus salutaris  
 noster, & propter gloriam nominis tui libera  
 nos, &c. Aliqui transeunt per istud adiutorium,  
 qui scilicet per gratiam, operantem proficiunt in  
 meritis. Et sic intrabat alias transibat illa anima,  
 P<sup>sal.</sup> 45. quae dicit psal. 45. Adiuuabit eam Deus mane diluculo,  
 Deus in medio, &c. Aliqui autem in isto  
 adiutorio habitant, qui, scilicet in gloria sunt assumpti.  
 P<sup>sal.</sup> 88. De quibus psalm. 88. Posui adiutorium super  
 potentes, & exaltaui electum, &c. Nos ergo  
 P<sup>sal.</sup> 118. isto modo adiuuari quaeramus, dicentes. Adiuua  
 me, & saluus ero. Quod nunc nos facere docet  
 psalmista, dicens. Deus in adiutorium meum intende.

Confundantur, & reuerantur, qui quaerunt animam meam.

Hic petit Dei adiutorium contra persecutiones  
 hominum. Et diuiditur in tres partes, secundum  
 quod sunt tria genera persecutorum: quia  
 quidam sunt aperti, quidam occulti, quidam adu-  
 latores. Primo petit contra primos. Secundo con-  
 tra secundos, ibi. *Aduertantur statim*. Tertio contra adu-  
 latores, ibi. *Aduertantur statim*. Primo ergo agit de  
 apertis persecutoribus, dicens. *Confundantur & re-  
 uerantur, &c.* Vbi notandum quod confusio est  
 Confusio in vitiis, pro vitiis, & contra vitia. Con-  
 fusio in vitiis, est mentis deordinatio propter vi-  
 tia. Confusio pro vitiis, est poena vitiis debita. Sed  
 confusio contra vitia, est displicentia propter com-  
 missa vitia, siue poenitentia. Hic ergo versus potest  
 intelligi de qualibet illarum. Nam si intelligatur  
 de duabus primis confusionibus, tunc stat praui-  
 siue, non operatiue, vt talium confusionem pre-  
 uidens psalmista non optans dicat *confundantur*.  
 id est confundentur. Sic etenim dicit psalm. 118.  
 Confundantur illi, & non confundar ego. Si autem  
 accipitur tertio modo, tunc stat operatiue, vt  
 scilicet tales persecutores considerantes mala sua  
 erubescant & conuertantur. Et istum sensum magis  
 sonat litera. Propter quod sequitur. *Et reuerantur*.  
 Vereor enim secundum grammaticos, id est quod  
 ex aliquo facto verecundari vel timere cum  
 exhibitione alienius reuerentiae. Et componitur  
 cum re, & fit reuereor, id est valde vereri. Et  
 sic peccator reuereatur, quando ex consideratione  
 peccatorum erubescit & verecundatur, & timens  
 Deo exhibet reuerentiam. Vnde hic ait glo. *Confundantur*.  
 primo de peccatis suis & postea *reuerantur*. id est  
 conuertantur. Nam reuereri est timere, ne pro  
 laesa iustitia poena sequatur. Sic enim dicitur  
 psalm. 70. Lingua mea tota die meditabitur  
 iustitiam tuam, cum confusi & reueriti fuerint,  
 qui quaerunt mala mihi.

Auertantur retrorsum, & erubescant, qui volunt mihi mala.

Hic agit de inimicis & persecutoribus occultis.  
 Vbi notandum quod diuersa fuit persecutio  
 ecclesiae & fidelium. Nam primo fuit impetus per  
 sequentium apertus, quando, scilicet reges & imperatores  
 aperte persequebantur ecclesiam martyres trucidantes.  
 Et de illis statim dicitur. *Confundantur & reuerantur*  
 qui quaerunt animam meam. id est vitam meam  
 auferre per mortem. Postea venit persecutio  
 occulta, scilicet haereticorum, qui sub ratione  
 christianitatis, Christi fidem persequebantur, vt  
 tempore Arrii, Nestorij, & huiusmodi. Et isti plus  
 nocuerunt quam primi: quia periculosior est  
 hostis occultus quam manifestus, sicut morbus  
 occultus quam manifestus: quia contra manifestum  
 remedia apponi possunt, non contra occultum.  
 Et de istis occultis persecutoribus orat dicens.  
*Auertantur retrorsum & erubescant*. id est reuertantur,  
 vt ecclesiam sequantur, & non ipsam praescindere  
 velint. Sic enim multi haeretici finaliter ecclesiae  
 veritate cognoscentes, auersi sunt a via sua  
 mala, & retrorsum, id est post ecclesiam abierunt  
 vt de Euthychio expresse ostendit Greg. lib. 14.  
 mora.

vt de Eutyccio expresse ostendit Grego. libro. 14.  
 mor. capit. 31. Quia verecundatus errore suo,  
 quo resurrectionem negabat corporum, veritatem  
 fuit confessus. Et hoc est quod dicit. *Et erubescant*.  
 Erubescencia enim signum est interioris verecundiae.  
 Vide supra versicul. 344. Et notandum quod auersio  
 quandoque in malo. De bona dicitur. Cum auerterit  
 se impius ab impietate sua &c. De mala autem dicitur  
 ibidem. Si auerterit se iustus a iustitia sua &c. Hic  
 autem accipitur de bona auersione, qua quis ab errore  
 conuertitur ad veritatem. Vnde ista auersio dicitur  
 quidam actus salutaris poenitentiae. De qua Eccl. 8.  
 dicitur. Ne despicias auertere te a peccato &c. Et haec  
 auersio est multiplex. Primo est auersio a mala societate.  
 sic Moyses auerit se a Pharaone. Exo. 10. Auertit se  
 Moyses, & egressus est a Pharaone. Secundo est auersio  
 a crudelitate, scilicet per pietatem. Thobia. 4. Noli  
 auertere faciem tuam ab vilo paupere. Ita enim fiet  
 vt non auertatur a te facies domini. Tertio a dolositate  
 ad virtutem. Prover. 4. Non declines ad dexteram neque  
 ad sinistram, auerte pedem tuum a malo. In huius enim  
 figuram Balaam, sciens viam suam contrariam Deo,  
 cernens angelum stantem euaginato gladio, auertit se  
 de itinere. Quarto auertitur ad pacem. Prover. 29.  
 Homines pestilentes dissipant ciuitatem: sapientes vero  
 auertunt furorem. Sic & illa mulier sapientis Abigail  
 suis verbis pacificis auertit furorem Dauid concitatum  
 contra virum suum Nabal. Quinto a luxuria ad castitatem.  
 Cant. 6. Auerte oculos tuos a me: quia ipse me auolare  
 fecerunt. & Eccl. 9. Auerte faciem tuam a muliere  
 compta: & ne circumpicias speciem alienam. Sexto ab  
 idololatria ad fidem. Ezech. 14. Recedite ab idolis  
 vestris: & ab vniuersis conaminationibus vestris  
 auertite facies vestras. Septimo ab haeresi ad veritatem,  
 quam in persona haereticorum postulabat Dauid,  
 dicens. Auerte oculos meos ne videam vanitatem.  
 Hic enim accipit oculos interiores, quibus vera vel  
 falsa contemplamur: qui tunc vanitatem vident, quando  
 falsitatem contra veritatem sacrae scripturae attestantur  
 & docent. Et istam auersionem haereticorum hic postulat  
 psalmista, dicens. *Auertantur retrorsum & erubescant,*  
 qui volunt mihi mala. scilicet mala semina falsitatis  
 inferere.

Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi euge euge.

Hic agit de inimicis adulatoribus, qui sub specie  
 boni ad malum alios trahunt, quales sunt homines  
 die in ecclesia multi laudantes alios etiam in malis.  
 Et tales multum nocent: quia laudata culpa fauoribus  
 crescit: vt deducit Grego. 4. moral. capitul. 23. Et  
 contra istos orat propheta dicens. *Auertantur statim*  
 erubescentes, qui dicunt &c. Euge enim est interiectio  
 laudantis. sicut quando quis vult alteri congaudere  
 & ipsum laudare, dicit. Euge euge. quasi dicat:  
 benefecisti. Et sic adulator etiam fidelibus nocent,  
 dum eius adulando ipsos ad vanam gloriam incitant.  
 Vnde hic ait gloss. Auertantur statim &c. qui dicunt. Euge  
 euge. id est interfectio vel adulatio. Duo enim sunt  
 genera persequentium: scilicet adulatorum & vituperantium.  
 Sicut enim aurum igne probatur: ita vir lingua  
 adulantium. Plus enim lingua  
 Incog. Tom. j.

adulatoris nocet, quam manus persecutoris. Vtrumque enim,  
 scilicet laudatio & vituperatio ignis est, intrat hunc ignem qui  
 entatur vituperatio vel laude, exit integer, qui neutro  
 capitur. Et si quaeras quod magis nocet homini, vel vituperium  
 siue conuictum illarum: vel laus & adulatio: credo quod plus  
 nocet adulatio & laus, quia difficilius est resistere laudi,  
 ne homo per superbiam eleuetur, quam vituperio, ne per  
 impatientiam irascatur: multi enim vituperio resistunt,  
 non tantum perfecti, sed laudi nullus resistit nisi perfectus.  
 Quod ostendit Greg. dicens. Despecto enim honore conditoris,  
 seipsum plus amare conuincitur quae suis praecomis  
 letatur. Quamuis etiam sancti viri de bona sua  
 opinione gaudent, sed cum hanc perficere audientes  
 pensant, nec ideo de opinione sua, sed de proximorum  
 gaudent utilitate, quia aliud est fauores quaerere,  
 & aliud ad utilitatem subditorum gaudere. Qua in re  
 necesse est, vt cum audientium utilitati non proficit  
 mentem nostram fama laudis non eleuet, sed fatiget  
 &c. Et sequitur. Vnde per Salomonem dicitur. Sicut  
 probatur in confatorio neque: & in fornace aurum,  
 ita probatur homo ore laudantis. Argentum quippe  
 vel aurum si reprobum est, igne consumitur, si  
 perfectum vero, igne declaratur. Sic nimirum est  
 de hominibus. Nam qualis sit quisque in eo quod  
 laudatur ostenditur. Si enim auditis suis laudibus se  
 extollit, quid iste aliud quam aurum vel argentum  
 reprobum fuit: quem videlicet fornax linguae consumpsit.  
 Si autem fauores suos audiens ad superni iudicij  
 considerationem redeat, ac de his apud occultum  
 arbitrium grauetur metuit, quasi ex purgationis  
 igne ad magnitudinem claritatis excrescit, & vnde  
 incendium trepidationis sustinet: inde clarior  
 fulget. Ex quibus claret, quam periculosa sit  
 laudatio, quam bene trepidans psalmista nunc dicit.  
 Auertantur statim erubescentes, qui dicunt mihi  
 euge euge. Quod nihil aliud est ore, nisi vt adulator  
 non sint.

exultent & letentur in te omnes qui quaerunt te, & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Hae est secunda pars principalis, in qua a persecutionibus  
 liberatus petit in bonis collocari. Vbi ostendit quod  
 qui vult in Deo finaliter beatificari, tria debet  
 facere, scilicet Primo Deum magnificare. Secundo  
 debet seipsum humiliare, ibi. *Ego autem*. Tertio  
 debet in solo Deo spem ponere, ibi. *Adiuuor meus*.  
 Quantum ad primum sciendum, quod omnis  
 nostra letitia & exultatio ponenda est in Deo solo:  
 propter quod dicitur. Letamini in domino & exultate  
 iusti &c. De hoc vide supra, ver. 479. & 480. Nota  
 etiam quod iste versus & alij duo sequentes quasi  
 formaliter ponuntur supra in fine psal. 39. vide  
 ibi. ver. 671. & 672. Dicit ergo psal. *Exultent & letentur in te omnes*  
 qui quaerunt te. scilicet in praemium, & dicant  
 semper magnificetur dominus. Loquitur enim hic more  
 humano: vbi quis laudibus crescit, quod non facit  
 Deus: sed nos Deum laudando proficimus. Non ergo  
 in se, sed in nobis magnificatur Deus. De hoc vide  
 supra, ver. 272. & 501. & 551.



1136. Ego vero egenus & pauper sum A Deus adiuua me.

Hic ostendit quodd homo seipsum debet humiliare: si Deum in primum vult habere. Quid enim est seipsum humiliare, nisi seipsum cognoscere, quod a se nihil habet, quod per se nihil potest, vnde sicut debemus Deum magnificare, ita nos egenos & pauperes confiteri debemus. Quae autem differentia sit inter egenum & pauperem vide supra ver. 674. Sequitur. Deus adiuua me. Quae liter autem pauperes & mendicos, dicitur superius. psal. 39. Ego autem mendicus & pauper sum dominus sollicitus est mei. vide ibi ver. 672.

Psal. 39.

1137. Adiutor meus, & liberator meus es tu, domine ne moreris.

Hic ostendit quodd in solo Deo spem debemus ponere. In tot enim aduersitatibus positi, sine Dei adiutorio subsistere non valeamus. Ipse autem tribulatos, & in aduersis oppressos in se sperantes adiuuat, quod patet: quia si iustus homo dici non possit, qui iustos iniuste oppressos non adiuuaret dum posset, quomodo Deus iustus diceretur si iniuste oppressis denegaret adiutorium? Vnde de ipso dicitur psal. 9. Factus est Deus refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et de isto adiutorio abundat rota scriptura. Nonne Deus adiuuit tres pueros in camino ignis positi iniuste, quibus ignis nocere non valuit. Sic adiuuit Ioseph propter castitatis amorem in carceratum iniuste: vt inde ipsum honorifice extraheret: & dominum Aegypti constitueret. Sic adiuuit Susannam propter amorem castitatis iniuste ad mortem condemnatam: vt ipsius castitatem ostendens falsos criminatores traderet morti. Et sic de multis aliis. Propter quod dicitur psal. 45. Deus noster refugium, & virtus: adiutor in tribulationibus &c. Et si quandoque ad adiuuandum tardus nobis videatur, tamen adiuuare nos semper est paratus: & tempore debito auxilium praestat: vnde festinatus eius auxilium postulat psal. dicens. Domine ne moreris, id est ne mihi tardius videatur quodd adiuues. Illi ergo qui eger, adiutorium sibi tardius praestari videtur. Sic ergo vide quomodo finis istius psal. concordat principio: quia in principio dicitur. Deus in adiutorium meum intende: hic autem dicitur. Adiutor meus & liberator meus esto domine. Ibi dicitur. Ad adiuuandum me festina, hic autem dicitur. Domine ne moreris. Item nota quodd propter septem peccata mortalia aduersa quae vndique premunt: quia cuiuslibet peccato sua correspondet praesentia: quia aliunde premitur superbus: aliunde auarus, & sic de singulis. Ideo septem vicibus in die. id est in septem canonicis horis adiutorium Dei postulamur dicentes. Deus in adiutorium meum intende.

Psal. 9.

Daniel. 3. Adiutor Deus. Gen. 41.

Dan. 14. Psal. 45.

P S A L M. L X X.

1138. IN te domine speraui, non confundar in aeternum, in iustitia tua libera me & eripe me.

Secundum aliquos expoitores iste psal. no est

psal. distinctus a praecedenti: sed idem poenitus: vt in multis biblis hebraeoru reperitur. Sed quia Hieronymus ponit istum psalmum distinctum a praecedenti: quia praecedentem dicit. 69. sed istum vocat septuagesimum. Et sic communiter vt psal. distinctus tractatur in libris nostris. Ideo ipsum vt distinctum a praecedenti tractabo. Et quamuis in hebraeo & secudum Hieronymum hic nullus ponatur titulus, magister tamen in glo. hic talem titulum ponit. Psal. David filiorum Ionadab & priorum captiuorum. Sed quia iste titulus in nullo facit ad literam psalmi: sed solum ad sensum propheticum: ideo primo exponam literam psalmi, antequam ad titulum accedam. Sciendum igitur quodd & si iste psal. a praecedenti sit alius, habet tamen eandem materiam: quia tam iste quam ille fuit factus a Dauid, quando Absalon filius suus ipsum persequebatur. Vnde in praecedenti psal. diuinum postulabat adiutorium pro sua liberatione, hic autem consequenter inducit rationes pro sua exauditione. Et sic psal. iste diuiditur in partes duas: quia Dauid primo pro sua exauditione adducit rationes ex parte Dei. Secundò ex parte sui, ibi. In te cantatio. Tertio ex parte aduersarij, ibi. Confundantur & deficiant. Circa primum allegat primo Dei magnificentiam. Secundò eius iustitiam, ibi. Deus meus eripe me &c. Dic vt. N. Quatum vero ad sensum propheticum primo exponendus est titulus qui est, Psal. David filiorum Ionadab & priorum captiuorum. Vbi notandum qd per filios Ionadab significantur iusti & Deo obediens: sed per primos captiuos significantur mali & peccatores. Ratio primi est: quia filij Ionadab summe patri suo Ionadab fuerunt obediens. Vnde obedientiam ipsorum ad exprobrandum inobedientiam iudaorum Deo adducit propheta dicens, quodd adduxit filios Ionadab in domo domini: & posuit coram eis cyphos vino plenos dicens eis, Bibite vinum. Qui responderunt. Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab pater noster praecipit nobis dicens, Non bibetis vinum &c. obediimus ergo voci Ionadab filij Rechab patris nostri. Et ex ista obedientia improprie iudaeis, quodd voci obedire nolebant Vnde sequitur in eodem cap. Vade & dic viris Iuda. Numquid non recipietis disciplinam vt obediatis voci domini? dicit dominus. Praualuerunt sermones Ionadab filij Rechab quos praecipit filiis suis, vt non biberent vinum, & non biberunt vsque in praesentem diem, obediens voci patris sui. Ego autem locutus sum ad vos, & non obedistis mihi &c. Et sic ratione tantae obedientiae per filios Ionadab intelliguntur iusti Deo obediens. Sed per priores captiuos intelligit peccatores & iniustos. Vbi aduerte quodd captiuu dicuntur omnes peccatores: quia per peccatum a diabolo captiuu tenentur. Et isti sunt in duplici differentia scilicet in praesenti & in futuro. scilicet in inferno. Illi qui sunt in praesenti captiuu peccato possunt liberari: vnde & primi captiuu dicuntur. Sed captiuu peccato in inferno amplius euadere non possunt, & dicuntur captiuu secundi, sicut captiuu- ras praesens futuram praedit. Est ergo sensus tituli iste, Psal. David filiorum Ionadab. id est iste psal. est obedientium: qui ideo cantatur: vt in obedientia Dei perseuerent. Est etiam priorum captiuorum. scilicet captiuorum qui sunt in praesenti, qui ideo cantatur, vt a peccato desistant. Sic ergo iste psal. mouet iustos ad perseuerantiam, & malos ad poenitentiam. Quibus visis sciendum qd hic psal. loquitur generaliter in persona iustorum, & diuiditur in partes tres: quia primo petit a malis liberationem. Secundò malorum conuersionem, ibi. Confundantur & deficiant. Tertio surgit ad gratiaru actionem, ibi. Ego autem semper sperabo. Prima in partes duas: quia Deum inuocado. Primo allegat Dei misericordiam. Secundò suam innocetiam, ibi. In te cantatio. Prima in duas: quia primo allegat Dei misericordiam. Secundò Dei iustitiam, ibi. Deus meus eripe me. Prima diuidit in tres partes, quia primo ponit suam in Deo confidentiam. Secundò Dei petit clementiam, ibi. Inclina ad me. Tertio Deo confitetur potentiam, ibi. Quoniam firmamentum tuum. Quatuor ad primum sciendum quodd spes siue confidentia in Deo habet orationem facit exaudiri: tria enim sunt quae orationem faciunt exaudibilem, scilicet poenitentia, de diabolo victoria: & in Deo confidentia, vide ver. 624. Et hanc confidentiam psal. se ostendit habere dicens. In te domine speraui. q. d. iustus Deo. In te domine speraui: non in me, non in mundanis quae caduca sunt. Et ideo si in illis spero, confusionem patior: sed quia in te spero, ideo in eter num non confundor, sed a peccatis liberor: & temporalibus, periculis. Ideo subdit. In iustitia tua libera me. scilicet a peccatis, & eripe me: a periculis. scilicet secundum hoc quodd tua iustitia exigit. scilicet vt peccas oranti: non in sua iustitia, sed in tua confidentia: vnde eccl. 2. dicitur. Respice filij nationes hominum: & scitote quia nullas speraui in domino, & confusus est, permansit in mandatis eius, & derelictus est. Merito ergo sperare debemus in domino. Vbi notandum quodd tribus hominum generibus spes maxime est necessaria, in quibus est in praesenti quilibet homo. Est enim spes necessaria primo dimicantibus: quia spes victoriae vires pugnantis fortificat: nos autem in praesenti, vt adiuuentur. Secundò nauigantibus, vt conferuentur. Tertio agrotantibus, vt liberentur. Primo dimicantibus quia spes victoriae vires pugnantis fortificat, nos autem in praesenti in continuo bello pugnamus. scilicet contra diabolum, carnem, & mundum. psal. 55. Multi bellantes aduersum me. Quomodo autem istis resistere possemus: nisi spe essemus muniti. Ideo dicitur psal. 61. sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda vestra: quia Deus adiutor noster in aeternum. Narratur in historiis britonum, quodd Hacturus in scuto suo ab intra portabat imaginem beate Mariae, quae filium tenebat in brachijs. Vbi quotiens in bellis pressura fatigari incipiebat, ad hanc imaginem respiciebat: ex cuius intuitu vires resur mebat, & quasi recens fiebat: quia spem in Christum & in matrem ponebat. Sic & nos bellantes fatigari spem nostram erigamus ad Deum, & vires ministrabuntur a Deo. In cuius figuram dicitur 2. Mac. 15. quodd Macchabeus confidebat cum omni spe auxilium sibi affuturum a Deo, & hortabatur suos, & sequitur quodd victoriam obtinuit. Secundò sumus nauigantes in huius mundi mari periculoso, de quo psal. 103. Hoc mare magnum & spaciosum, illic reptilia, quorum no est numerus. Nautis autem magnum solarium confert, quando de no est: stellam maris aspicere possunt, quia ad ipsas intantum gressus suos dirigunt, sine cuius intuitu quasi desperant. Quod autem est stella maris, nisi Christus qui de seipso

Hieronymus.

Oratio.

2. Mach. 15.

Sper.

Psal. 55.

Psal. 61.

Exemplum.

2. Mach. 15.

Psal. 103.

dicat. Ego sum genus & radix David, stella splendida & matutina. Et ideo dum ipsam stellam conspicimus assecramur. Vnde sperando in ipsum dicamus illud psal. 64. Exaudi nos Deus salutaris noster spes omnium finium terrae: & in mari longe. Tertio sumus agrotantes, spes autem sanat agrotos, vnde primo Machab. 2. Dicebat Matathias filiis. Cogitate per generationem & generationem, quia omnes qui sperant in Deum, no infirmantur. Narrat Seneca in suis declamationibus, quodd quidam pater abdicauit filium: abdicatus autem filius audiens medicinam medicus effectus est. Contigit autem patrem infirmari, Rediit filius factus medicus: & patrem curat: facta cura: filius reconciliatur patri. Contigit quodd vxor patris nouerca filij simili morbo infirmatur. Iubet pater filio curare nouercam: filius se excusat, & abdicatur. Secundò pater accusat filium de eo quodd noluit, & sciuit curare nouercam. Quod autem sciuit & potuit, probat per hoc qd patrem de simili morbo curauerat. Filius responderet, quodd nescit, an possit eam curare vel non, quia spes, quam habuit pater curari a filio, forte fuit magis causa curationis, quam scientia eius. Ad propositum cum sumus multipliciter infirmi, spes nobis summe est necessaria, & confidentia tam de habenda salute, quam de Christi medicina ac bonitate. In cuius figuram paralytico Christus ait dicit. Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Propter defectum huius spei peccatum Cain & Iudae fuit irremissibile: quia peccauerunt in spiritum sanctum, quod non remittitur in hoc seculo, nec in futuro. Vnde de quolibet peccatore sperante in ipsum, dicit Christus. Quoniam in me speraui, & ego liberabo eum, protega eum &c. Et hoc ponit hic psal. dicens. In te domine speraui. &c.

1139. Inclina ad me aurem tuam, & salua me. Hic consequenter diuinam petit clementiam. Et primo petit vt exaudiat. Secundò vt protegatur, ibi. Esto mihi. Quantum ad primum nota, quodd nullus aurem alicui inclinat, nisi minori. Qui enim altiore vult audire, aurem eleuat, no inclinat. Petens ergo psal. vt Deus ad ipsum aurem inclinaret, se paruum dicit & humilem: vide supra ver. 437. Vnde hic ait glo. Inclina ad me aurem tuam. Hae enim est confessio humilitatis. Qui enim hoc dicit, hoc confitetur quia iacet velut eger me dico stanti prostratus, ideo subdit. Et salua me. scilicet ab aegritudine quae intrus est. scilicet a peccatis. Vbi nota qd tripliciter saluamur a peccatis. scilicet per poenitentiam de sceleribus. Hierem. 23. In diebus illis saluabitur Iuda, qui confitens interpretatur, per mundiciam in operibus. Iob. 22. Saluabitur innocens mundicia manuum suarum. Per patientiam in aduersitatibus. Tob. 13. Tu flagellas & saluas. Et sic dicere Deo, salua me, idem est qd petere, da mihi veram peccatorum poenitentiam: da mihi in operibus & in conscientia mundiciam: da mihi in aduersis veram patientiam. Si ergo Deo deuote dicamus, salua me: ipse statim responderet. Tecum sum dicit dominus, vt saluet te. Itē nota qd in scriptura auris Dei quado qd significat Dei misericordiam, quado qd Dei iustitiam. Primum patet, quoniam quado diuina pietas nostras supplicationes

Psal. 64.

1. Mach. 2.

Exemplum. Seneca.

Math. 9.

Psal. 90.

1139.

Oratio.

Humilitas.

Hierem. 23.

Iob. 22.

Tob. 13. Saluare.

Hierem. 3. Auris Dei duplex.

exaudit: tunc aurem suam nobis inclinare dicitur vel auribus suis nostra percipere vota. Sic enim psalm. 5. dicitur Deo. Verba mea auribus percipe &c. intellige clamorem meum. Quod exponens glo. ait. Auris Dei non corpoream instrumentum est, sed potentia diuina maiestatis accipitur. Vox enim corporalis aure corporis auditur: spiritua- lis vero intelligitur. Aus enim Dei eius est misericordia & clementia. Et quia Dei misericordia exaudit preces iustorum: ideo dicitur psalm. 33. Oculi domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Secundum patet. s. de aure iustitiae, quoniam Deus aures habet iustitiae, quibus ad vindictam audit oppressiones malorum: vnde lac. 5. dicitur. Ecce merces operariorum vestrorum, quae fraudata est à vobis, & clamor ipsorum in aures domini sabbaorh introiuit. Hic autem accipitur aures pro misericordia Dei.

1140 **Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias.**

Hic petit vt à Deo protegatur. Vbi nota quod duae sunt maxime virtutes quae de Deo praedicantur. s. misericordia & iustitia. Et quamuis ista vnū sint in Deo, habent tamen diuersa significata siue connotata, quia misericors dicitur quando parcit siue defendit, sed iustus quando punit. Et sic aliquibus se offert in Deum protectorem per misericordiam, aliquibus autem in Deum punitorem per iustitiam. Iustus ergo non confidens de sua iustitia, Deum postulat habere protectorem per misericordiam, non vltorē per iustitiam, dicens. Esto mihi in Deum protectorem: vide supra ver. 4. 38. Et nota quod ostendit scriptura tres virtutes nos protegere. i. quod ille virtutes Deum prouocant ad nos protegendum & defendendum. Primò æquitas iustitiae. Eccl. 2. 7. Si sequeris iustitiam apprehendes illam, & proteget te. Secundò largitas misericordiae. Eccl. 7. Sicut protegit sapientia, sic protegit & pecunia. s. liberaliter impensa. Tertio fidelitas amicitiae. Eccl. 6. Amicus fidelis protectio fortis. Ergo si vis Deum habere protectorem serua iustitiam, vt sis obediens Deo serua misericordiam, vt sis cōpaciens proximo, serua amicitiam vt sis fidelis in promisso. Et sic securè Deo dicere poteris illud psal. 1. 6. Sub vmbra alarum tuarum protege me &c. Et idem aliis verbis exprimit dicens. **Et in locum munitum.** Locus enim munitus dicitur locus fortis ad defensionem aptus, in quo quis ab hostibus potest saluari. Et ideo quia martyres gratia Dei sic erant fortificati, q̄ persecutorum iacula eorum corda penetrare non poterat ideo dicebantur mysticè ciuitates munitae. Sic, n. Hieremiae dictum est. Nec te timere faciam vul- tum eorum, ego enim dedi te hodie in ciuitatem munitam &c. Et nota quod in praesenti tres defectus patimur, contra quos nos munit Deus, scilicet ignorantiam, concupiscētiā, & impotentiam.

Contra ignorantiam nos munit per sapientiam illuminantem. vnde Sap. 4. Videbunt finē sapientis: & non intelligent q̄ munierit illum Deus. Contra concupiscētiā per gratiam fortificantem. Et hanc specialiter hic quaerit psal. dicens. **Esto mihi in locum munitum.** Vel hic quaerit muniti per gloriam vt ab omnibus periculis sit saluus. Et hanc mu-

nitatem alibi quaerebat psalm. 59. dicens. **Quis deducet me in ciuitatem munitam &c.** scilicet, gloriam, vt saluum me facias: quia in illa solum salus nostra consistit.

**Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.**

Hic psal. constat Dei potentiam. Vbi nota quod Deus aliter est firmamentum iustorum, & aliter refugium. Est enim firmamentum dum in aduersis nobis dat patientiam. Est refugium dum ad se nostram dirigit conscientiam. Dirigit ergo firmamentum nobis in aduersis donat patientiam. Quis enim mundi aduersa posset sustinere, nisi per patientiam Deus ipsum firmaret. Vnde ipse dicitur patientia nostra, quia ipsam efficit. De isto firmamento figuratiter dicitur Gen. 1. Fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas, quae erant sub firmamento ab his quae erant supra firmamentum. Vbi nota quod per aquam fluidam significantur mundi aduersitates, quae homines faciunt fluxibiles & instabiles: iusta illud psalm. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquae vsque ad animam meam. Istae autem aquae sunt duplices, scilicet superiores significantes aduersitates quae nobis immittuntur à Deo, vt est infirmitas corporalis &c. & inferiores significantes aduersitates quae immittuntur à mundo, à carne à diabolo, vt sunt odia, persecutiones, concupiscētiā &c. Sed Deus tunc nostrum firmamentum efficitur, quando inter istas aduersitates per patientiam nos fortificat, ne illas formidamus, quod facit per donum fortitudinis. Quod paruit in Petro, qui antequam per donum fortitudinis fortificaretur à Deo inter aduersa firmus esse non poterat. Vnde ad vocem ancillae Christum negauit. Sed post acceptum donum fortitudinis inter omnia aduersa firmamentum factus fuit, vt habetur Actuum. 4. Quod ostendit Greg. dicens. Scimus quod Petrus apostolorum primus ante acceptum spiritum dum mori timuit, vitam negauit, qui non poenis, non afflictionibus, non terribili potestate cuiusquam, sed vnus mancipij interrogatione prostratus, scilicet ab ancilla ostiaria requisitus. Ecce quam vilis ad tentandum persona est requisita: vt aperte proderetur, quanta eum timoris infirmitas possideret, quia ante vocem ancillae non subsisteret. Sed iam hic paulo ante timidus qualis post aduētum spiritus extiterit videamus. Certè Luca attestante discimus, quanta contra sacerdotes ac principes auctoritate dominū praedicauit: vt nec verba nec verbera non mortē iam firmatus timeret &c. vide ibi. Petro ergo firmamentum factus est Deus, quādo per spiritum sanctum dono fortitudinis inter omnia aduersa sibi patientiam contulit, vt meritò diceret illud psal. 17. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Dicitur autem Deus nostrum refugium, dum nostram conscientiam ad se dirigit. Qualiter autem Deus sit nostrum refugium, vide supra ver. 438.

**Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis, & iniqui.**

Hic

Hic orando allegat Dei misericordiam. Ad misericordem enim spectat miseris compati. Ideo vt exaudiatur tria facit: quia iustus primo explicat suam miseriam. Secundò allegat Dei misericordiam ibi **Quoniam tu es.** Tertio Dei potentiam, ibi, **In te confirmatus.** Quantum ad primum sciēdam quod duo sunt genera hominum, qui nos in praesenti opprimunt. scilicet sunt sub nomine Christianitatis: & aliqui sine lege. Ab istis fuit passus Christus. s. à iudaeis, qui legem Dei acceperant, & à gentilibus, qui legem Dei non acceperant. Consimiliter & Christi membra patiuntur: Primò ab infidelibus, qui. s. conati sunt ecclesiam ad nihilum deducere persequendo Christianos, & martyrizādo: vt fuit Nero, Diocletianus, Maximianus, &c. Secundò à fidelibus, qui scilicet fidem confitentur vt puta à tyrannis, qui simplices persequuntur: & à falsis fratribus. Et ab his omnibus hic psal. à Deo petit liberari, primo in genere dicens. **Deus meus eripe me de manu peccatoris.** Peccator enim generaliter est omnis iniustus persecutor: deinde istos peccatores distinguit in dicta duo genera dicens. **De manu contra legem agentis** i. de manu transgressoris legis. Proprie. n. contra legē agere dicitur, qui legē accipit & ipsā transgreditur. Et aliud genus subdit dicens. **Et iniqui.** Per iniquum enim simpliciter intelligit infidelem quemlibet sine lege peccantē. Et hoc notat hic glo. dicens. Duo enim sunt genera peccatorum. Alij enim legē acceperunt, vt iudaei & Christiani, & istos significat dicens. **Et de manu contra legem agentis.** Alij non, vt pagani: & istos significat dicens. **Et iniqui.** Et nota q̄ à tribus hostibus nos maximè eripit Deus. s. à carne tentante, 2. Pe. 2. Nouit Deus de tentatione nos eripere. A daemone decipiente. Coloss. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum &c. A mundo alliciente. Gal. 1. Dedit semetipsum, vt nos eriperet de praesenti saeculo nequam.

1143. **Quoniam tu es patientia mea, domine, domine spes mea à iuuentute mea.**

Hic allegat Dei misericordiam. Notandum est hic, quod aliqua praedicantur de Deo per essentiam aliqua vero per causalitatem. Illa praedicantur de Deo per essentiam, quae idem sunt quod essentia Dei: vt cum dicimus, Deus est bonus, aeternus, iustus &c. Illa vero praedicantur per causalitatem, quae singulari efficientia in nobis causantur ab ipso, vt cum dicimus, Deus est amor meus, spes mea patientia mea. Et est sensus, Deus est patientia mea. i. causa patientiae meae, & huiusmodi. Vnde ait magister lib. 1. di. 17. Dicitur Deus spes nostra, patientia nostra, non quod ipse sit ista, sed quia ista ex eo sunt: vnde in psal. dicit. **Quoniam ab ipso patientia mea.** Sic ergo volens ostendere psal. misericordiam Dei dicit. **quoniam tu es patientia mea:** quasi dicat. Tu sola misericordia tua mihi donas patientiam & spem. Sed notandum est, q̄ non omnis patientia est bona nec à Deo similiter nec omnis spes. Quod nō omnis patientia sit bona: patet: quia patientē esse in iniuriis Dei est summa crudelitas, vt ait Hieronymus. Vnde Bernad. super illo verbo. 2. Cor. 11. Libetē suffertis in sapientes ait. Magna est virtus patientiae, sed interdum Incog. Tom. 1.

impatiemem esse probius est. Tu ne approbes illorum patientiam, quibus Paulus dicebat. Libenter suffertis insipientes &c. Nisi fallor ironica erat, vt non laus, sed suggillatio quorundam mansuetudinis, qui à pseudo apostolis trahi se in peregrina & peruersa dogmata patienter ferebat: vnde & subdit dicens. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit &c. Non est patientia bona, cum possis esse liber, seruum te fieri permittere &c. De tali ergo patientia non possumus Deo dicere. **Quoniam tu es patientia mea.** Sic enim dicitur homo duplex. s. nouus & vetus: nouus per gratiam generatus, vetus in peccatis antiquatus. Sic & dicitur iuuenis. i. nouus, & antiquus. i. vetus. Dicit ergo, **spes mea à iuuentute mea.** i. postquam me per gratiam generasti & renouasti. Et nota quod qui in iuuentute gratiae, vult generari: in iuuentute naturali ad bona opera debet assuefieri: & maxime ad tria. s. ad munditiam castitatis, ad prudentiam veritatis, ad obedientiam humilitatis. Primò ad munditiam: nam vt dicitur 2. Echi. Nō parum confert imò multum si sic, vel sic ex iuuenē confestim assuefci: sed magis autem omne. i. totum. Quia vt dicitur. 2. Pol. Amamus prima magis: vt sicut in talibus accipit aetas corporis: sic & crescat aetas virtutis. Vnde & Hieronymus in lib. de continentia virginali ait. Crescit vitae aetas cum annis: cum aetate iustitia: & fides eo perfectior videatur quo senior. Et sequitur. Omne tempus, in quo te nō senseris meliorē, hoc te extrema perdidit se. Et propter hoc dicitur Thre. 3. Bonum est viro cum portauerit iugū ab adolescentia sua. Et Hier. 3. 1. Laetabitur virgo in choro: iuuenes & virgines simul. Secundò ad prudentiam, vt. s. sint moribus ornatī, sensibus praediti, gestu maturi & honesti. Vt enim ait Valerius. Ciuitas nostra. i. Roma nobilium iuuenū ingenia ab insolentia reuocando, magnos & viles ciues fecit, honoribusque non patiedo eos à securis peti: debitum utilitatis pondus adiecit: vnde dicitur psal. 118. In quo corrigi adolescentior &c. Et Sapen. 8. Puer eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Tertio ad obedientiam, vt. s. sint obsequiosi, nō proterui aut dycoli. Quia vt dicit Bernar. li. de duodecim abusionibus, tertius gradus abusionis est adolescens sine obedientia. Et sequitur. In senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur. Sic in iuuenibus obsequium subiectio, & obedientia iure debentur. Et post, sicut fructus non reperitur in arboribus, in quibus prius flos non apparuit: sic nec in senectute honorem legitimum consequi poterit, qui in iuuentute sua disciplina non laborauerit. 1. Reg. 3. quia vt dicitur Eccles. 30. Filios habes, curam fer eorum à iuuentute. vnde 1. Pet. 5. Adolescentes subiecti estote. Et ista tria documenta ponit philosophus. 8. pol. circa principium.

1144. **In te confirmatus sum ex vtero, de ventre matris meae tu es protector meus.**

Hic allegat Dei potentiam. Vbi notandum quod per vterum aeternum Dei cōsiliū vel praedestinatio intelligitur: quia sicut in vtero proles concipitur, quae in hac vita profertur, sic in Dei praedestinatione ab aeterno cōcepti ad vitam gratie nascimur

Psalm. 5.

Psalm. 33.

Lac. 5.

1140

protegere.

Eccl. 2. 7.

Eccl. 7.

Psalm. 16.

Hierem. 1.

Munitum. Sapient. 4.

1141.

Firmamentum aduersi patientis.

Gen. 1.

Psalm. 68.

Eccl. 2. 7.

Eccl. 7.

Act. 4.

Greg. 17.

Mora. 116.

Petrus.

Pau. 11.

Syn. 11.

1143.

Psalm. 118.

Sapient. 8.

Bernard.

1. Reg. 3.

Eccl. 30.

1. Pet. 5.

Philosophus.

Iuuenis.

2. Ethico.

2. Polit.

Hieronymus.

Thre. 3.

Adolescent.

Hierem. 31.

Valerius lib.

7. cap. 5.

Psalm. 118.

Sapient. 8.

Bernard.

1. Reg. 3.

Eccl. 30.

1. Pet. 5.

Philosophus.

Greg. 14. mo. cap. 22.

Vterus, Prædestinatio. Deo.

Iob. 31.

Psal. 90.

Psal. 21.

1145.

Apoc. 14.

Cantare.

Psal. 97.

Hugo.

naschimur, vnde Greg. ait. In Deo qui corporis forma non circumscribitur, membra corporis, i. manus, oculus, vterus: ita nominantur, vt ex membro rum vocabulis effectus eius potentia designetur. Oculos quippe habere dicitur: quia cuncta videt. Manus habere describitur: quia cuncta operatur. In vtero proles concipitur, quæ in hac vita profertur. Quid ergo vterus Dei, nisi eius consilium debemus accipere: in quo ante sæcula per prædestinationem concepti sumus, ita vt creati per sæcula perducamur, vt de isto vtero dicatur illud Iob. 31. Nunquid in vtero fecit me Deus. Est ergo sensus. *In te confirmatus sum ex vtero*: id est quod sum in gratia tua confirmatus finaliter: hoc habes ex vtero tuæ prædestinationis: quia prædestinatio causa est nostræ confirmationis in bono. Sequitur. *De ventre matris meæ tu es protector meus*. Quid enim est mater nostra, nisi sancta mater ecclesia, quæ nos per sacramenta generat Christo. De ventre ergo matris producimur, cum per sacramenta generamur: quibus sacramentis protegimur contra diabolum & adiuuamur, quia statim vt per sacramenta generati Christi nomen accipimus sub eius protectione gubernamur. Vnde de quolibet sic nato ait psal. 90. Protegam eum, quoniam cognouit nomen meum. Et de matre ecclesia & eius ventre dicitur psal. 21. De ventre matris meæ Deus meus es tu, ne discedas a me.

**In te cantatio mea semper, tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.**

Hic consequenter iustus quilibet vt exaudiat allegat suam innocentiam. Et diuiditur in tres partes: quia primò ostendit suam innocentiam. Secundò petit in bono perseverantiam ibi. *Ne proiciat*. Tertiò exprimit persecutorum malitiam, ubi. *Quia dixerunt*. Vbi nota quòd Dei laudes solum innocentes possunt canere. Et hoc est quod dicitur Apoc. 14. quod nemo poterat dicere canticum, nisi illi qui cum mulieribus non sunt coinquinati: virgines enim sunt &c. In hoc ergo quòd iste semper Deo cantat, suam ostendit innocentiam. Sed aduertendum, quòd duplex est cantus siue cantatio. scilicet quædam deuotionis & reuerentiæ, quæ Dei laudantur mirabilia, & quædam exultationis & lætitiæ, quæ Dei recoluntur beneficia. Prima est in præsentem, Secunda in patria. Primò ergo agit de prima. Secundò de secunda, ubi. *Repletur*. Quantum ergo ad primum sciendum quòd nò solum corde: sed etiam ore Dei mirabilia resonare debemus. psal. 97. Cantate domino &c. quia mirabilia fecit, & talis est cantus ecclesiasticus: qui ideo est institutus, vt ipso fideles ad deuotionem excitentur. Et ideo ab ipso omnis vanitas debet excludi: vt solum per illum mens cantantis & audientis dirigatur in Deum. Propter quod dicit Hugo in lib. de 12. abusibus claustrii. In ecclesia dum ad cantandum ventum fuerit &c. vide supra ver. 482. Hanc autem deuotionem omni exclusa vanitate, se hic iustus habere præterdit dicens Deo. *In te cantatio mea semper*: quia cantatio mea est, vt soli tibi placeam, non hominibus. Verum quia quanto quis iustior est & magis Deo deuotus, tanto amplius deridetur à malis, vt patet versic. 449. Ideo subdit. *Tanquam prodigium factus sum multis*. Per

multos intellige malos, vt supra ver. 895. Prodigium enim dicitur quasi procul à digito, vt quando quis derisorie digito aliis monitrat. Sic enim hodie boni malis tanquam prodigium efficiuntur: vt puta quando eis insultant, dicentes, Quid vis perdere quod habes: scilicet temporalia pro eo quod non habes: vel quare vis credere quod non vides: & similia. Sed boni adiuui à Deo ipsorum insultationes superant. Propter quod subdit, *Sed tu adiutor fortis*.

**Repletur os meum laude, vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.**

Hic de cantu patriæ nota. Vbi sciendum quòd quandiu sumus in præsentem vita carne mortali grauati, tota mente in Deum tendere non valeamus, sed hoc fiet in patria vbi perfecta erit charitas in nobis, vt ostendit magister lib. 3. dist. 37. Ibi enim os nostrum, scilicet cordis Dei laude totaliter repletum erit. Et hoc postulat hic iustus dicens. *Repletur os meum laude*: quia in patria summe recolentes Dei beneficia, exultando laudabimus Deum cantando gloriam Dei per ipsum nobis communicatam. Et talis cantus sine magna cordis lætitia esse non poterit, quod patet: quoniam inter omnes actus humanos cantare requirit lætitiæ mentis & organorum debitam dispositionem: vt ostendit Greg. 1. mor. epistol. 5. dicens. Quilibet peritus cantandi artifex artem cantandi explet non valet, nisi ad hanc exteriora instrumenta concordent, quia nimirum cantum, quem docta manus imperat quassata organa proprie non resultant: nec artem status exprimit: si scissarimis fistula stridet. Vt igitur debitè Dei beneficia recolendo eidem canticum resonare valeamus, oportet quòd cum debita exultationis lætitia fiat. Propter quod dicitur psal. 99. Iubilate Deo omnis terra, seruite domino in lætitia. Vbi considera quòd sancti in patria Dei beneficia recolendo & laudando triplicem lætitiæ habent. Prima est lætitiæ mentis interioris: quod notatur cum dicitur. Iubilate. Iubilum namque secundum Greg. dicitur quando ineffabile gaudium mente concipitur, quod nec abscondi potest, nec sermone aperiri: quod quamuis quibusdam moribus proditur, nullis proprietatibus exprimi potest. Sic ex natiuitate Christi ecclesia tantum gaudium concipiens, quòd nec tacere valet omnino: nec perfecte exterius ostendere diuersis melodii cantando illum conatur exprimere in nocte natiuitatis Christi, cantando illum versum. Tanquam spòsus &c. quæ præ aliis diuersis melodii cantat. Hic ergo est cantus lætitiæ cordialis, qui erit in patria. De quo Tob. 13. de celesti Hierusalem dicitur. Per vniuersos vicos tuos decantabitur alleluiah. Secunda est lætitiæ vocis & oris; quæ notatur cum dicitur. Cantate, exultate. Ibi enim facta resurrectione, non solum corde, sed etiam ore Dei laudes resonabunt. Propter quod dicitur infra. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi &c. Et psal. 88. Misericordias domini in æternum cantabo. Tertia est lætitiæ exterioris operis, quæ notatur cum dicitur. Psallite. Psallere, est cum psalterio canere, quod fit per tactum manus, quo significatur operatio. In patria autem sancti omnes

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

1147.

suas operationes totaliter in Deum dirigent: vt quilibet eorum dicat. Cantabo domino quibus boni tribuit mihi: psallam nomini domini altissimi. Psal. ergo vt taliter Dei laudem in patria canere possit: ideo nunc orat dicens. *Repletur os meum laude: vt canem tibi gloriam tuam*. vt tibi gratias agam de gloria tua: quam mihi dedisti &c.

**Ne proicias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea ne derelinquas me.**

Hic consequenter petit in bono perseverantiam. Sciens enim Psal. quòd senectus deficit in multis: ideo ne tempore illo cadat a gratia petit à Deo conseruari. Vbi nota quòd Deum hominem proicere à se vel derelinquere: nihil aliud est quàm hominem propriis viribus relinquere: quod fuerat expertus Dauid, quando sibi ipsi à Deo relictus, statim per adulterium cecidit, & homicidium. Ideo postea à Deo postulabat dicens. Ne proicias me à facie tua &c. vide ibi. ver. 844. Et hoc maxime timendum est tempore senectutis, quando virtus hominis amplius solito deficit. Nam vt ponit magister Ioannes in epistola ad Titum. Senectus deficit à cognitionis claritate: inficit corpus infirmitate excludit ab omni voluptate: impellitur mortis propinquitate. Primò deficit à cognitionis claritate: potest per philosophum dicentem. Formidabile est, quòd seniores (& si sint virtuos) sint per totam vitam domini iudiciorum. Item Aristotel. dicit: quòd qui vixerunt multum & multa sunt experti: & in multis decepti fuerunt: tales non affirmant aliquid simpliciter: sed in omnibus dubitant magis quam oportet. Et quia nihil sciunt: i. deo dubie sententiunt, in dictis eorum semper apponunt æque. i. quasi & fortè. Et ita dicunt omnia: fixe autem nihil. Et ideo dicitur Iob. 32. Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium. Sed contra hoc videtur quod ait Arist. 7. pol. dicens quòd potentia est in iunioribus: sed prudentia in senibus. Et secundò rethorice dicitur: quòd loqui sententia congruit ætate seniorum. Et Tullius dicit. Non enim viribus aut celeritate aut velocitate corporum res magnæ geruntur: sed consilio auctoritate & scientia: quibus non modo orbari, sed augeri senectus solet. Ad hoc responderetur, quòd primum est communis: istud autem rariis. Secundo inficit corpus infirmitate. vnde Aug. in li. de catechizandis rudibus ait. Quisquis optat senectutem, quid sibi optat nisi infirmitatem? Et hæc est ratio quare senes vt communiter sunt auari, & illiberales: quia propter ipsorum continuas infirmitates, semper timent ne eis deficiat ipsorum substantia; quam sciunt sibi prodesse: vt dicit Philosophus. 3. pol. Vnde Philosophus. 4. eth. dicit. Videtur omnis senectus, & omnis impotentia illiberales facere. Tertiò senectus excludit ab omni voluptate: patet: quia propter eorum continuas infirmitates semper sunt tristes. Propter quod dicitur. 8. eth. Breue est quod in senibus delectationis est. Et hæc est ratio quare senes deficient in affabilitate. Nam vt videmus ad sensum semper turbantur, quando vident iuuenes solatiari aut ludere. vnde senes nihil amant nisi causa lucri non delectationis: vt dicitur. 3. Rhet. & 8. Ethico. Quartò senes

impellitur mortis propinquitate. vnde & Cyprianus dicit. Quid stolidius fieri potest, si mēs ad perfectionem venire non contendat: quando totus habitus corporis senectute confectus ad interitum festinat? Dum oculi caligant aures grauitate audiunt: capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes numero minuuntur, cutis arefcit, flatus non suauius olet, culsis cachinat, pedes inflantur, genua trepidant: & hæc omnia domum ruituram cito pronunciant. Hæc igitur omnia considerans Psal. vt in bono finaliter perseverare possit tempore senectutis quo rot defectus concurrunt: petit ne relinquatur ab adiutorio Dei dicens. *Ne proicias me &c.*

**Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum.**

Hic consequenter ostenditur persecutorum malitia. Et primo ponitur ipsorum malitia. Secundo innocatur Dei misericordia ibi. *Deus ne elongeris*. Prima in duas: quia primo ponitur ipsorum mala consultatio. Secundò mala consultationis delibetatio, ubi. *Dicentes*. Quantum ad primum sciendum quòd mali homines conantur bonos ad malum inducere: sicut vnum contrariorum conatur aliud ad suam trahere similitudinem. Sunt enim omnia mundi naturaliter contagiosa tam bona quam mala. Volunt ergo mali bonos ad malum trahere quandoque sub specie pietatis: & hoc dissonfortando eos: vt puta si quis ieiunare dicunt, quare carnem tuam tantum affligis: vt sis tuipius homicida? Si quis humilitatem sequitur dicunt. Cum enim sis imago Dei te ipsum despiciendo, despicias Deum: & similia. Et sic malè consulunt iustis vt ad præcipitium trahant. Quod hic notat psal. ait. *Quia dixerunt inimici mei mihi*: scilicet mala verba, scilicet me dissonfortauerunt à boni perseveratione. Sic enim custodientes, & obseruantes iustorum vitam, consulunt adinuicem vt ipsos faciant cadere more demonum. De quibus ait Grego. Astuta demonum consilia: dum quasi blanda provisione consulunt: cor à forti intentione peruertunt. Et ponit exempla. Ecce quidam propriis rebus contentus huius mundi occupationibus implicari formidans, quietis suæ lucra perdere: & peccatis lucra cumulare despicit. Ad hunc hostis callidus veniens vt intentionem bonæ opinionis subruat: quasi utilitatis consilium subministrat dicens. Ea quidem quæ habes in præsentem sufficiunt: sed his deficientibus quid acturus es? si etiã nulla post hæc prouidentur: quæ ad præsentem sunt impendenda sunt filiis: sed cum paranda sint quæ frequenter deesse possunt: sollicitudo prouida esset parare quod deest. An non terrena actio sine peccato peragi potest. Hoc iterum blandies innuat & scorsum iam in negotio terreno, quos præuidit peccati laqueos parat. Et consequenter aliud ponit exemplum dicens. Alius decreuit nò solum terrena commoda non querere: sed etiam cunctis quæ possidet renuciare: vt Christum nudum valeat nudus sequi. Huius cor hostis insidiis occulta suggestionem alloquitur dicens. Vnde hæc remeritatis tanta audacia surrexit: vt credere audas, quòd omnia relinquendo subsistas? Aliter te creator condidit: aliter te ipsum disponis?

Cyprianus de duodecim abusibus.

Mali bonos persequuntur.

Grego. 31. mor. 4. c. 20. Consilium malorum.



Robustiore enim te fecisset: si sequi te sua vestigia cum inopia necessitate voluisset &c. multa alia exempla ponit consequenter vide ibi. Et de talibus consultiorebus ad malum hic loquitur Psa. d. Et qui custodiebant animam meam consilium fecerunt &c. De quibus dictum est. Psa. 21. Circumdederunt me sicut canes multi consilium malignantium obfedit me.

1149 **Dicentes Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia non est qui eripiat.**

Hic consequenter ponitur mala consultationis intentio quae, scilicet est ut bonos perdant. Vbi notandum quod Deus tripliciter hominem derelinquit, scilicet temporaliter non ostendendo potentiam ut puta quando ab aduersis non liberat. Et isto modo etiam hominem Christum dereliquit in cruce. Psa. 21. Deus meus Deus meus, ut quid dereliquisti me. Quod exponens magister lib. 3. dist. 21. dicit. Fatemur Deum quodammodo in morte illum hominem dereliquisse, qui potestari persequentium illum exposuit ad tempus suam potestatem non exercendo, illum non defendit ut non moreretur, &c. vide versic. 291. Secundò derelinquit spiritualiter ipsum propriae virtuti relinquendo, & isto modo nunquam derelinquit hominem, nisi primò relinquatur ab homine. Et de ista derelictione dicit Greg. Omnipotens Deus cor humanum destruit, cum derelinquit, &c. vide versic. 857. Vnde 2. Paral. 15. dicitur. Si dereliqueritis Deum derelinquet ipse vos. Tertio derelinquit aeternaliter non saluando per misericordiam. 2. Paral. 24. Quare dereliquisti dominum, ut derelinquat vos? Modo ad propositum mali in praesenti videntes iustos primò modo à Deo derelictos, id est aduersitatibus expositos, cum maiori audacia ipsos persequuntur, videntes Deum non pugnare pro ipsis. Sic enim Decius videns beatum Laurentium captum non liberari à Deo, crudelius sauebat in eum, & sic de aliis persecutoribus martyrum. Quinimo & sic de ipso Christo accidit in cruce posito, cui insultando dicebant. Confidit in Deo, liberet eum nunc, si vult. Consimiliter dicunt de quolibet iusto. **Persequimini & comprehendite eum.** quia non est qui eripiat, non aduerentes quod & si Deus iustos à praesenti miseria non statim eripit, ex hoc ipsorum utilitatem intendit: & tamen ipsos eripit multipliciter, scilicet à pugna temptationis ne capiantur. 2. Pet. 2. Nouit Deus pios de temptatione eripere. A culpa iniquationis, ne maculentur Psa. 55. Eripuit animam meam de morte, pedes meos de lapsu. A potestate demonis, ne superentur. Colo. 1. Eripuit nos de potestate tenebrarum. A tormentis aeternis, ut glorificentur. 2. Thessa. 1. Eripuit nos ab ira ventura.

Grego. 11. mora. c. 5. 2. Paral. 15. 1. Para. 24.

1150 **Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum respice.**

Hic inuocatur Dei misericordia, ut iustum persecutum non deserat. Sed dubitant multi cum Deus sit spiritus incircumscribitus qui loco non comprehenditur, qui est vbique per essentiam praesentiam & potentiam & nullibi deesse potest,

Hic consequenter orat pro malorum conuersione. Vbi nota quod confusio est multiplex, scilicet in vitiis

& per consequens à nulla re potest elongari. Qualiter ergo orat psalmista, dicens. **Deus meus ne elongeris à me.** Sciendum ergo quod specialiori modo est Deus in hominibus iustis quam in ceteris rebus, ut ostendit Augustin. in lib. de praesentia Dei ad Dardanum, dicens. Cum Deus sit natura incorporea, & incommutabiliter vna aeterna stabilitate in seipsa manens, totus adest rebus omnibus, & singulis inest totus, sed in quibus habitat, habent eum pro sua capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus, &c. Quamuis ergo sit impossibile Deum ab aliqua re elongari per essentiam, potentiam & praesentiam, tamen eo modo quo est in iustis per gratiam, elongari potest, scilicet quando subtracta gratia, vel protectione sua, ipsos suis viribus exponit. Et sic Deus elongatur à nobis, quando nos per peccatum elongamur ab eo. Et quando nostris peccatis exigentibus nos aduersitatibus exponit. Sic enim dicitur Prouer. 15. Longè est dominus ab impiis. Et istam elongationem formidat iustus dicens. Tu autem domine ne longè facias miserationes tuas à me, vide supra versic. 664. & psalm. 21. Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum à me. Consimiliter & nunc iustus orat, dicens. **Deus ne elongeris à me.** scilicet auxilium tuum subtrahendo. Et hoc est quod exponendo quod dixerat, subdit. **Deus meus in auxilium respice.** Vel aliter. Vbi sciendum quod Deus ad tempus suos iustos, deserit, ut fortius probentur & purgentur. Quod ostendit Gregorius super illo verbo Iob 30. Dissipauerunt itinera mea, & non fuit qui ferret auxilium, dicens. Cum de diuino adiutorio psalm. clamer. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quarentes te domine. Qua itaque ratione nunc iusti dicunt, & non fuit qui ferret auxilium, nisi quia omnipotens Deus eos quos in aeternum diligit aliquando ad tempus relinquit? Vnde scriptum est. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Hinc & psalm. de peccator, dicens. Non me derelinquas vsquequaque. Derelinquit ergo se ad modicum posse nouerat, qui ne vsquequaque derelinqueretur petebat. Sanctos etenim suos dominus ventendo adiuuat, & derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat. Vnde omnipotens Deus electorum suorum aduersarios permittit ex crescere, ut per malorum seuitiam purgetur vita bonorum. Nunquam quippe dominus aduersos bonis esse permittet, nisi etiam quantum prodessent videret. Nam dum iniusti seuiunt, iusti purgantur, & vilitati innocentium militat vita praerorum, dum hanc & praemendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Quae omnia considerans iustus oppressus, vel ipsa ecclesia orat dicens. **Deus ne elongeris à me.** scilicet permittendo me aduersis succubere. Ideo subdit. **Deus meus in auxilium meum respice.**

Deus meus in auxilium respice. Vel aliter. Vbi sciendum quod Deus ad tempus suos iustos, deserit, ut fortius probentur & purgentur. Quod ostendit Gregorius super illo verbo Iob 30. Dissipauerunt itinera mea, & non fuit qui ferret auxilium, dicens. Cum de diuino adiutorio psalm. clamer. Adiutor in opportunitatibus in tribulatione, sperent in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non derelinquis quarentes te domine. Qua itaque ratione nunc iusti dicunt, & non fuit qui ferret auxilium, nisi quia omnipotens Deus eos quos in aeternum diligit aliquando ad tempus relinquit? Vnde scriptum est. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. Hinc & psalm. de peccator, dicens. Non me derelinquas vsquequaque. Derelinquit ergo se ad modicum posse nouerat, qui ne vsquequaque derelinqueretur petebat. Sanctos etenim suos dominus ventendo adiuuat, & derelinquendo probat, donis firmat, tribulationibus tentat. Vnde omnipotens Deus electorum suorum aduersarios permittit ex crescere, ut per malorum seuitiam purgetur vita bonorum. Nunquam quippe dominus aduersos bonis esse permittet, nisi etiam quantum prodessent videret. Nam dum iniusti seuiunt, iusti purgantur, & vilitati innocentium militat vita praerorum, dum hanc & praemendo humiliat, & humiliando semper ad melius format. Quae omnia considerans iustus oppressus, vel ipsa ecclesia orat dicens. **Deus ne elongeris à me.** scilicet permittendo me aduersis succubere. Ideo subdit. **Deus meus in auxilium meum respice.**

1151 **Ego autem semper sperabo, & adiciam super omnem laudem tuam.**

Hic confurgit ad gratiarum actionem. Et diuiditur in partes tres: quia primò gratias agit. Secundò gratiarum modum ostendit, ibi. **Quoniam non**

in vitiis, pro vitiis & contra vitia, vide supra versic. 345. & 1097. Hic autem loquitur de confusione quae est contra vitia, quando scilicet quis poenitens considerando vitia quae commisit abhorret turbatur & confunditur. Ad hoc enim Deus sua peccata homini ostendit, ut illis consideratis confundatur & doleat. vnde Hier. 31. dicitur postquam conuertisti me, egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, confusus sum & erubui. Notandum autem quod aliqui ex consideratione peccatorum suorum sic confunduntur, quod de illis verè poenitent, & per confessionem illa emittunt. Et ista proprie dicitur confusio, quasi simul peccatorum effusio. Et ista confusio gratiam praestat & gloriam. Aliqui autem sic confunduntur quod interius dolent se peccasse, tamen verecundia ducti, peccata per confessionem non effundunt. Et ista confusio proprie confusio non dicitur, nec gratiam acquirit, sed magis auget peccatum, quia tales plus timent verecundari apud homines quam offensam Dei. Et de ista duplici confusione dicitur. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & confusio adducens gratiam & gloriam. Quae verba exponens Bernardus ad propositum ait. Bonus pudor quo peccasse aut peccare confunderis, & tam diuinum quam humanum tam verecundius reuereris aspectum, quanto verius tam Deum quam hominem cogitas purior. tantòque grauius offendi à peccante, quanto constat longius ab illo esse omne peccatum. Huiusmodi confusio fugat opprobrium, parat gloriam dum aut peccata omnia adimit, aut admissa poenitendo punit, & confitendo expellit. Quod si quis tantum compungitur intus, sed tamen confiteri confunditur, talis confusio peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere confusionis & pudoris metus obtuso laborum ostio, non permittit exire. Ideoque sapiens ait. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Ad propositum ergo de confusione, quae peccatum totaliter effundit: nunc orat ecclesia pro suis persecutoribus, ut confundatur, dicens. **Confundantur & deficiant, &c.** Deficit quis multipliciter, versic. 1789. Deficiunt, scilicet à peccatis: ut amplius non sint peccatores. Sic enim alibi orat psalmista, Psa. 103. Deficiant peccatores & iniqui, ita ut non sint, scilicet peccatores. Et hoc idem aliis verbis replicat dicens. **Operiantur confusione & pudore qui quaerunt mala mihi.** Vbi nota quod confusio spectat ad mentem: quia est quaedam verecundia mentis, & compunctio de malis gestis. Sed pudor secundum grammaticos est verecundia corporis, id est apprensus in corpore ex aliquo casu malo. Est ergo sensus. **Operiantur confusione, id est intus confusione verecundentur & pudore, id est etiam in signis corporalibus ostendant verecundiam.** Sicut quando aliquis ex aliquo malo casu faciem vel oculos non audet eleuare.

1152 **Deus meus in auxilium meum respice.**

Hic inuocatur Dei misericordia, ut iustum persecutum non deserat. Sed dubitant multi cum Deus sit spiritus incircumscribitus qui loco non comprehenditur, qui est vbique per essentiam praesentiam & potentiam & nullibi deesse potest,

in vitiis, pro vitiis & contra vitia, vide supra versic. 345. & 1097. Hic autem loquitur de confusione quae est contra vitia, quando scilicet quis poenitens considerando vitia quae commisit abhorret turbatur & confunditur. Ad hoc enim Deus sua peccata homini ostendit, ut illis consideratis confundatur & doleat. vnde Hier. 31. dicitur postquam conuertisti me, egi poenitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussisti femur meum, confusus sum & erubui. Notandum autem quod aliqui ex consideratione peccatorum suorum sic confunduntur, quod de illis verè poenitent, & per confessionem illa emittunt. Et ista proprie dicitur confusio, quasi simul peccatorum effusio. Et ista confusio gratiam praestat & gloriam. Aliqui autem sic confunduntur quod interius dolent se peccasse, tamen verecundia ducti, peccata per confessionem non effundunt. Et ista confusio proprie confusio non dicitur, nec gratiam acquirit, sed magis auget peccatum, quia tales plus timent verecundari apud homines quam offensam Dei. Et de ista duplici confusione dicitur. Pro anima tua non confundaris dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & confusio adducens gratiam & gloriam. Quae verba exponens Bernardus ad propositum ait. Bonus pudor quo peccasse aut peccare confunderis, & tam diuinum quam humanum tam verecundius reuereris aspectum, quanto verius tam Deum quam hominem cogitas purior. tantòque grauius offendi à peccante, quanto constat longius ab illo esse omne peccatum. Huiusmodi confusio fugat opprobrium, parat gloriam dum aut peccata omnia adimit, aut admissa poenitendo punit, & confitendo expellit. Quod si quis tantum compungitur intus, sed tamen confiteri confunditur, talis confusio peccatum adducit, & gloriam de conscientia perdit quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere confusionis & pudoris metus obtuso laborum ostio, non permittit exire. Ideoque sapiens ait. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Ad propositum ergo de confusione, quae peccatum totaliter effundit: nunc orat ecclesia pro suis persecutoribus, ut confundatur, dicens. **Confundantur & deficiant, &c.** Deficit quis multipliciter, versic. 1789. Deficiunt, scilicet à peccatis: ut amplius non sint peccatores. Sic enim alibi orat psalmista, Psa. 103. Deficiant peccatores & iniqui, ita ut non sint, scilicet peccatores. Et hoc idem aliis verbis replicat dicens. **Operiantur confusione & pudore qui quaerunt mala mihi.** Vbi nota quod confusio spectat ad mentem: quia est quaedam verecundia mentis, & compunctio de malis gestis. Sed pudor secundum grammaticos est verecundia corporis, id est apprensus in corpore ex aliquo casu malo. Est ergo sensus. **Operiantur confusione, id est intus confusione verecundentur & pudore, id est etiam in signis corporalibus ostendant verecundiam.** Sicut quando aliquis ex aliquo malo casu faciem vel oculos non audet eleuare.

1153 **Ego autem semper sperabo, & adiciam super omnem laudem tuam.**

Hic Deum laudat ore: quia hic Christum praedicat aliis: vel se praedicaturum promittit dicens. **Os meum annunciat iustitiam tuam.** Vbi sciendum quod in scriptura sacra Christus dicitur iustitia, non quidem participatione, sed per essentiam, quia est iustitia iustificans, ut ostendit Grego. 18. mora. c. 30. Quod etiam deducit lib. 16. c. 15. super illo verbo Iob 23. Nolo multa fortitudine contendas mecum, aequitatem proponas contra me, dicens. Mens enim qualibet iusti si ab omnipotentem Deo districtè iudicatur, mole magnitudinis praemittit. In quibus nimirum verbis hoc quoque intelligendum est, quod sanctus vir dum Dei fortitudinem deuitat, quid aliud quam eius infirmitatem desiderat. Et scriptum est. Quod infirmum est Dei, fortius est hominibus, ideo protinus subiungit. Proponat aequitatem contra me. Quis enim alius nisi mediator Dei & hominum homo Christus Iesus aequitatis nomine designatur, de quo scriptum est. Qui factus est nobis sacrificium à Deo, & iustitia. Quae scilicet iustitia dum in hunc mundum contra vias peccatorum venit, antiquum hostem vincimus, à quo captui tenebamur. Dicit ergo, proponat contra me aequitatem, id est ad redarguendas vias meas filium incarnatum mittat, &c. Istam ergo iustitiam, scilicet Christum incarnatum se praedicaturum dicit ecclesia

1154 **Deus meus in auxilium meum respice.**

Hic inuocatur Dei misericordia, ut iustum persecutum non deserat. Sed dubitant multi cum Deus sit spiritus incircumscribitus qui loco non comprehenditur, qui est vbique per essentiam praesentiam & potentiam & nullibi deesse potest,

**A cognoui.** Tertio rationes gratiarum adducit, ibi. **Deus docuisti.** Prima in duas: quia primo gratias agit corde. Secundò ore ibi. **Os meum.** Quantum ad primum ait. **Ego autem semper sperabo,** quod ideo praemittit: quia sine spe nullus debet Deum laudare potest: quia qui non sperat desperat. Et ideo nota quod tripliciter sperare debemus, vide supra versic. 202. **Et adiciam super omnem laudem tuam.** Vbi notandum quod quamuis alij sancti prophetae Deum laudauerunt, ut Moyses, Abraham, Iacob, &c. Nullus tamen laudes Dei docuit, ut Dauid qui de pluribus beneficiis Deum laudauit, dum nobis praedixit verbi incarnationem Christi passionem, resurrectionem, ascensionem, spiritus sancti missionem &c. quae omnia clarè in suis psalmis continentur, ut ostendi in principio. Et ideo quia plures Dei laudes praedixit quam aliquis aliorum ipse per excellentiam super omnes alios propheta dicitur. Quod tunc notans dicit. **Et adiciam super omnem laudem tuam.** Similiter haec sunt verba ecclesiae quae Christum de omnibus virtutibus laudat, quod nulla alia secta facit. Vt per hoc intelligit Christum laudare de redemptione peccatorum. Si enim Deus damnaret peccatores, adhuc laus Deo esset perfecta: quia hoc requirit iustitia, sic omnis virtus laudans Dei iustitiam, ipsum perfecte laudat. Hic autem perfecta laus accipitur pro omni laude. Et sic laudans Deum: quia peccatores saluat & liberat, adicit laudem super omnem laudem Dei: quia super laudem iustitiae. De laude Dei vide supra versic. 1044. Et nota quod tripliciter Deus laudatur, scilicet corde in ipso exultando. Dan. 3. Hi tres quasi vno ore laudabant & glorificabant Deum. Opere ipsum honorando. Threno. 2. Surge & laude in nocte &c. Spe ipsum manifestando. Ela. 49. Laudate celi & exultet terra.

1155 **Deus meus in auxilium meum respice.**

Hic inuocatur Dei misericordia, ut iustum persecutum non deserat. Sed dubitant multi cum Deus sit spiritus incircumscribitus qui loco non comprehenditur, qui est vbique per essentiam praesentiam & potentiam & nullibi deesse potest,

1156 **Deus meus in auxilium meum respice.**

Hic inuocatur Dei misericordia, ut iustum persecutum non deserat. Sed dubitant multi cum Deus sit spiritus incircumscribitus qui loco non comprehenditur, qui est vbique per essentiam praesentiam & potentiam & nullibi deesse potest,

Laudes Dei.

Dan. 3.

Threno. 2. Esa. 49.

1153

Christum dicitur iustitia

Iob 23.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

ecclesia

Luce. 2. Luc. 1.

Glo. 4.

Matth. 1.

Tota dies.

Caro.

Iustitia.

ecclesia, dicens. *Os meum annuntiabit iustitiam tuam.* A Et quod iustitia pro Christo accipiatur, declarat cum subdit. *Tota die salutare tuum.* Quis enim salutare dicitur, nisi Christus, de quo ait Simeon. Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Et ipsa virgo dicit. Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Iam expositionem ponit glo. dicens. *Os meum annuntiabit iustitiam tuam.* id est Christum per quem impleta est omnis iustitia, quia ait Ioan. ni. Sine modo, sic decet nos implere omnem iustitiam. Sed ne aliter accipias iustitiam, addit. *Salutare tuum.* Et nota quod dicit, *tota die.* Tota enim dies dicitur dies cum nocte, Per diem autem intelliguntur prospera, sed per noctem aduersa. Et sic est sensus, *Os meum annuntiabit iustitiam tuam tota die.* id est in prosperis & in aduersis, quia tam prospera quam aduersa laudis materiam mihi præstant. Vel aliter secundum glo. Tota dies dicitur dies cum sua nocte, quod tamen totum tempus dicitur dies & non nox: quia nox diei seruiat, & non dies nocti. Nox vero caro nostra est, & dies iustitia est. Quicquid ergo fit in carne veluti in nocte, iustitiæ tanquam diei seruiat. Et quicquid fit ex præcepto Dei, non propter emolumenta carnis fiat, ne dies nocti seruiat, sed propter iustitiam vt diei seruiat nox. Et sic est sensus. *Tota die annuntiabo salutare tuum.* id est ita vt quicquid in carne gero iustitiæ seruiat.

1154

**Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias domini, domine memorabor iustitiæ tuæ solius.**

Hic modum gratiarum ostendit. Vbi sciendum quod per literaturam hic intelligit legem Moysi secundum sensum literalem acceptam, vt communiter faciunt Iudæi, de qua litera dicit Apostolus. Litera occidit, spiritus autem viuificat. Per literam intelligit antiquam legem, sed per spiritum nouam. Illa enim (vt ait magister.) multum distat ab euangelio: quia habent diuersa promissa: quia illa terrena promittebat, hæc cælestia. Habent diuersa sacramenta, quia illa solum significabat gratiam, ista conferunt &c. Illa litera occidit, quia morbum ostendit, sed non curat, quia scilicet ostendit quid debeas facere, sed non confert gratiam adiuuantem. Et sic facit scienter peccare. Ista autem ostendit & per gratiam iuuat. Ad cuius euidentiam dicit glo. 2. Cor. 3. Aduerte quàm dicit Apostolus literam, quæ occidit, cui velut e contrario spiritum viuificantem ingerit. Illa certè litera est decalogus in illis duabus tabulis scriptus, quia lex subintravit, vt abundaret delictum. Porro autem præcepta ista vtilia sunt facienti, & nisi quis ea fecerit vitam habere non potest. Non ergo dicitur litera occidens eo quod mala sit lex, sed quia prohibens peccatum, præuaricationem cumulat, nisi liberet gratia per legem fidei. Apparet ergo literæ verustas, si desit nonitas spiritus, reos facit potius homines congregatione peccati quàm liberet à peccato. Vnde qui apponit scientiam, apponit dolorem. Non lex ipsa malum est, sed quia mandatum bonum habet tantum in litera demonstrante, non in gratia adiuuante, quod mandatum si sit timore pœnæ, non à more iustitiæ, seruiliter non liberaliter fit, ideo nec bene fit. Itè nota quod cognoscere quandoque idem est quod

2. Cor. 3. Literaturam Magister li. 3. dist. 4.

Litera occidit.

Glo. 4. 2. Cor. 3.

approbare, & non cognoscere, idem quod non approbare. Dicit ergo nunc mater ecclesia. *Quoniam non cognoui literaturam.* id est literam legis non approbavi, sed ipsius propheticum sensum & spiritualem: quia sensus spiritualis legis antiquæ totam euangelicam legem continet. Et nunc exemplum ponit de ista literatura glo. dicens. *Os Helisæus baculum per seruum suum ad suscitandum puerum mortuum, & non surrexit, descendit ipse & incuruauit se super puerum & surrexit puer, vt haberet 4. Reg. 4.* Lex enim fuit baculus Helisæi per seruum missus ad suscitandum mortuum, quo non surrexit mortuus. Venit ergo ipse Helisæus, & cum viuus esset & adultus contraxit magnitudinem suam, & coaptauit se puero mortuo, & surrexit mortuus. Helisæus est Christus, qui per suum, scilicet Moysen misit baculum scilicet legem ad suscitandum mortuum in peccato. Sed quia legis baculus non potuit viuificare illum, venit ipse Helisæus, scilicet Christus contraxit suam magnitudinem ad paruitatem mortui: quia semetipsum exinanivit formam serui accipiendo, & coaptauit se mortuo: quia habitu inuentus est vt homo, & ita surrexit mortuus. Et hunc sensum in illa historia approbat ecclesia parum de litera curans. Et hoc est quod dicit. *Quoniam non cognoui literaturam:* quia per illam historiam intelligit Christi incarnationem, per quam potentia patris filio est communicata ad suscitandum mortuos spiritualiter ipso dicente. Data est mihi omnis potestas &c. Ideo subdit. *Introibo in potentias domini.* i. literam antiquam applicabo ad Christum qui est patris potestas. Et quia tota litera legis ad Christi mysteria, qui est vera iustitia applicatur: ideo subdit. *Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.* quasi dicat. In tota antiqua litera solius iustitiæ tuæ. i. Christi recordabor.

**Deus docuisti me à iuuentute mea & vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.**

Hic adducit gratiarum rationes actionis. Et diuiditur in duas partes: quia primo assignat recepta beneficia pro quibus gratias agit. Secundo gratiarum actionem resumit ibi. *Nam & ego.* Prima diuiditur in partes quinque: secundum quod quinque beneficia narrat. Primum est mentis illustratio. Secundum est fidei confirmatio ibi. *Et vsque in senectam.* Tertium est verbi incarnatio, ibi. *Donec.* Quartum est operum iusta retributio, ibi. *Potentiam tuam.* Quintum est in aduersis consolatio, ibi. *Quantas.* Quantum ad primum sciendum quod aliter docet Deus hominẽ, aliter homo, quia homo solum docet exterius voce exteriori pulsando aurem corporis: sed Deus docet interius mentem illustrando. Quod ostendit Gregor. super illo verbo Iob. 38. Et viam sonantis tonitruu didicisti. Aliquando tonitruus ipsa vox prædicationis accipitur: per quam supernorum iudiciorum terror auditur. Sed quia prædicator quilibet verba dare auribus potest: corda vero aperire non potest. Et nisi per internam gratiam solus omnipotens Deus prædicantium verbis ad corda audientium inuisibiliter aditum præster: incassum prædicatione aure audientis percipitur: quæ peruenire ad intima surdo corde prohibetur. Ideo dominus se viam sonantis

4. Reg. 4.

Helisæus fuit iustitia Christi.

Ad ph.

Matth. 23.

1155

Grego. 39. moral. 116. Prædicam. Tonitruus

Adol. 1.

Ioan. 2.

Matth. 23.

Chryso. 2. 1. 1.

Ioan. 16.

Matth.

Grego. 4. moral. 130.

Magister li. 3. dist. 4.

Doct.

Ioan. 3.

Luce. 5.

1156

sonantis tonitruu dare afferit: qui cum prædicationis verba tribuit: per terrorem corda scompungit. Hanc viam egregius prædicator Paulus dum superna mysteria terribiliter insonaret: se se habere non posse conspiciens: discipulos admonerat dicens. Orantes simul & pro nobis: vt Deus aperiat nobis ostium verbi ad loquendum mysterium Christi. Qui ergo mysteria loquebatur: sed in corde audientium eisdem mysteriis à domino aperiri ostium præcabatur: habebat iam quidem tonitruum: sed dari ei desuper viam quærebat. Hanc viam se dare non posse cognoscebat Ioannes qui dicebat. Non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus &c. Et hoc satis apertè ostendebat Christus dicens. Nolite vocari magistri super terram: vnus enim est magister vester Christus qui solus docet animam interius: nos autem exterius solum formamus verba. Vbi Ioannes Chryostomus ait. Vnus est n. magister vester Christus: qui scilicet homines naturaliter docet. Si enim homo hominem doceret omnes homines discerent, qui habent doctores. Nunc autem quia non homo docet: sed Deus: multi quidem docentur: sed pauci discunt. Homo enim nõ intellectũ præstat homini docendo: sed à Deo præstitum per admonitionem exercet. Sic ergo quia solus Deus animam docet interius: ideo ecclesia se à Deo illuminatam recognoscit dicens. *Deus docuisti me ex iuuentute mea.* Quia statim formata ecclesia fuit à Deo illuminata scilicet in die pētecostes: quando apostoli partes & fundatores ecclesiæ (qui ante homines idiotæ piscatores, & sine literis erant) per spiritum sanctum plenè de omnibus mysteriis fidei edocti fuerunt sicut ante eis promiserat Christus, dicens. Cum autem venerit spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Et quia ecclesia adhuc in principio sic per spiritum sanctum fuit docta & illuminata: vt quæ didicerat alius prædicando gentes vocaret ad fidem Ideo hoc se facturam promittit dicens. *Et vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* Vbi sciendum quod per ly *nunc* quod est præsentis temporis, denotatur æternitas, cui nihil præterit, nihilque succedit: cui omnia subsistunt præsentia: vt ostendit Gregor. 4. moral. c. 32. Dicit ergo *vsque nunc pronuntiabo mirabilia tua.* i. per omne tempus vitæ præsentis. Sed quæ mirabilia pronuntiabit? Respondet magister in glo. Pronuntiabo mirabilia tua scilicet quod me regis, quod me in via posuisti salutaris, quod me viuere facis, quem in anima suscitasti, quod est mirabile. Quid enim mirabilius, quam mortuos in anima suscitare? Suscitatus corpore viuuit & absente suscitatore: sicut lazarus Christo corporaliter absente: quia vita corporis in anima est. Sed anima suscitata non sic viuuit sine Deo, qui est eius vita. Hæc est gratia mirabilis: vt suscitet mortuos: & post nobiscum sit, ne moriamur. Vel mirabilia quæ pronunciat ecclesia, sunt verbi incarnatio, quod Deus est homo & homo Deus: Christi passio resurrectio & huiusmodi. quod tantum nos dilexit Deus: vt filium suum vnigenitum in mortem daret pro nobis. Quæ omnia considerando dicamus illud Luc. 5. Vidimus mirabilia hodie.

**Et vsque in senectam, & senium: Deus ne relinquant me.**

Hic ostendit secundum beneficium quod est

fidei & ecclesiæ confirmatio. Vnde ad videndum quid sit propriè ecclesiæ militantis senectus vel senium: sciendum quod vt dicit Catholicus, quod mundi ætates distinguuntur ad similitudinem ætatis vnus hominis. Variantur autem in homine ætates secundum diuersas notabiles varietates in statu ipsius. Vnde prima ætas dicitur infantia vsque ad septimum annum. Secunda pueritia vsque ad tertium decimum. Tertia adolescentia vsque ad vigesimum septimum. Quarta iuuentus vsque ad quinquagesimum. Quinta senium vsque ad septuagesimum. Sexta senectus quæ nullo annorum termino concluditur. Senium autem dicitur vltima pars senectutis. Cõsimiliter ergo in tempore mundi sex describuntur ætates. Prima ab Adam vsque ad Noe: in qua fuit humani generis institutio & lapsus. Secunda à Noe vsq; ad Abraam: in qua fuit generis humani per diluuium consumptio & reparatio. Tertia ab Abraã vsque ad Dauid: in qua fuit circūcisionis & legis institutio. Quarta à Dauid vsque ad transmigrationem babilonis: in qua lex floruit sub regibus & prophetis. Quinta à transmigratione Babilonis vsque ad Christum: in qua fuit populi captiuatio & liberatio. Sexta à Christo vsque ad finem mundi: in qua est humani generis redemptio. Ad propositum ergo sicut sexta hominis ætas vocatur senectus, cui finis dicitur senium: sic & vltima ætas mundi quæ durat à Christo vsque ad finem mundi: dicitur senectus, cuius vltima pars quæ scilicet erit tempore anti Christi, senium appellatur. Ecclesia ergo orans ne derelinquatur à Deo vsque in senectam & senium, petit ecclesiæ fidem seruari à Deo vsque in finem & precipue in senio, id est tempore anti Christi, quo ecclesiæ maxima persecutio fiet. Dicit ergo ecclesia. *Et vsque in senectam &c.* quasi dicat secundum glo. quia nisi vsque ad vltimum mecum sit gratia tua, nihil ero. Vel potest dici quod ista verba non tam dicit præcitiuè quam prædictiue: vt exponatur ly *ne derelinquant me.* i. non derelinques. Sic enim docta orat ecclesia à Christo, quod vsque ad vltimum ab ipso non derelinquetur: ipso dicente. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi.

Senium. Senectus. Actus.

**Donec annunciem brachium tuum, generationi omni, quæ ventura est.**

Hic ponitur tertium beneficium quod est Christi incarnatio. Vbi notandum quod quamuis in scriptura brachium multa significet, vt patet supra versu. 583. Hic tamen specialiter significat Christum incarnatum, qui quandoque dicitur dextera, quandoque brachium, vt patet supra versu. 713. Recolens ergo ecclesia Christi incarnationem ipsam mundo prædicando annunciare cupit. Et ideo ad hoc petit vt non derelinquatur à Deo, ad hoc, scilicet. *donec annunciem brachium tuum.* id est Christum incarnatum omni generationi, &c. Sed aduerte quod ait *donec.* Ista enim prædicatione solum durabit in vita præsentis: quia in futura vita non erit opus doctrina vel prædicatione. Non quidem beatis: quia clarè videbunt Dei verbum in quo relucet omnia, sed neque damnatis: quia non erunt in statu in quo possint ad bonum conuerti, vt deducit Greg. lib. 30. mor. c. 9. Dum igitur petit non derelinqui à Deo, donec annunciet brachium Dei, nõquid ergo vult derelinqui postquã hoc

1157

Brachium Christum.

hoc

hoc fecerit. Dicendū quōd donec quandoq; significat semper &c. vide supra vers. 91. Præfens ergo versus est quasi expositio præcedentis: quia enim statim superius dicitur. Pronunciabo mirabilia tua. Ideo si quæras quæ mirabilia. Respondetur, scilicet Christi incarnationem in qua cætera miracula relucet.

1158 Potentiam tuam & iustitiam tuam, Deus vsque in altissima, quæ fecisti magnalia, Deus quis similis tibi?

Hic ponitur quartū beneficium, quod est operum iusta retributio. Vbi notandum quōd in scriptura per potentiam Dei intelligitur eius misericordia, qua peccatores iustificat, & iustificatos præmiat. Per iustitiā vero eius æquitas: qua in malo obstinatus æternaliter damnat. Et ratio primi est: quia secundū Aug. super Ioan. maioris potestatis est impium iustificare, quā totum mundū ex nihilo producere. Cuius ratio est: quia peccatū magis Deo cōtrariatur quā nihil. Et hoc est quod in collecta quadā notat ecclesia dicens. Deus qui omnipotentia tuam parcēdo maximē & miserando manifestas. Sic enim Dei misericordiā sub nomine potētiæ, vt nos saluos faceret orando postulabat psal. dicēs. Excita domine potētiā tuam & veni vt saluos facias nos. Ratio vero secundi est: quia quamuis in omni opere Dei infimul cōcurrat misericordia & iustitia, tamē in punitione malorum principaliter relucet iustitia. Vnde malorū punitiō vocatur iustitia. Sap. 14. Benedictū lignū per quod fit iustitia. Est ergo huius versiculi sensus. *Annunciabo mirabilia tua.* Et si quæras, quæ Respondet. *Potentiam tuam & iustitiam.* Et istum intellectum ostendit magister in glo. dicens. O Deus *annunciabo potentiam tuam.* scilicet liberando homines: quia per tuā incarnationem captiuos liberas. *Et iustitiam tuam.* qua, scilicet liberando homines: quia per tuā incarnationem captiuos liberas. Et iustitiam tuam. qua, scilicet liberando homines: quia per tuā incarnationem captiuos liberas.

1159 Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus uiuificasti me, & de abyssi terræ iterum reduxisti me.

Hic ostenditur quintum beneficium, quōd est in aduersis consolatio. Vbi notandū quōd ecclesia à principio per aduersitates & persecutiones exercitata fortis effecta numero creuit & sanctitate. Vnde quādo sancti martyrizabantur, corpore moriebatur vnus, & spiritu innumerabiles uiuificabantur. Quod nūc præuidēs psal. ait. *Quantas ostendisti mihi tribulationes, &c.* Vnde & multi gentiles videndo martyrum constantiam conuertebantur ad Christū. Hoc ideo, quia Deus illorum exemplis se conuertebat ad illos. Et hoc est quod sequitur. *Et conuersus uiuificasti me.* quia. f. gentiles vita gratiæ carentes reuocauit ad vitā, & illos qui erāt in abyssi terrenorum vitiōrū reduxit ad gratiā. Sic ergo Deus percutiebat electos vt egrotos sanaret, occidebat viuentes, vt mortuos reuocaret ad vitā. Et hoc beneficium recolēs ecclesia dicit. *Quantas ostendisti mihi tribulationes, &c.* Potest etiā hic versus intelligi de quolibet electo, quem Deus idcirco tribulationibus percutit exterius, vt intrus animam reducat ad vitam. Vnde Greg. ait. Aliquādo enim omnipotens Deus carnem percutit, & mentis duritiā suo pauore tabefacit. Vulgerando ergo ad salutem reuocat, cum electos affligit exterius vt interiorius uiuant. Vnde per Moysen loquitur dicens. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiā & ego sanabo. Occidit enim vt uiuificet, percutit vt sanet, quia idcirco foras vulnera adhibet, vt intrus vulnera delictorū curet. Et hoc est quod ait apostolus. Id enim quod in præfenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modū in sublimitate æternū gloriæ pondus operatur in nobis. Quod ideo est: quia tribulatio amorē Dei accendit in nobis. Dicit enim Isidorus. 16. etym. quōd natura calcis viuæ dicitur esse mirabilis, nam

Magnalia dicuntur opera misericordie & iustitie.

Psal. 105. Glosa.

Glosa.

superius quōd Christo nullus similis dici potest vers. 53. Et hic notat gl. quōd homines dupliciter Deo similes esse dicuntur. s. benē & malē, vnde dicit. Est similitudo peruersa qua homo stultus se extulit, & credidit diabolo suggerenti, eritis sicut dii, & inde fuit captiuus. Omnis enim qui ipsi Adē similis est, dum peruersē vult esse similis Deo, cadit in captiuitatem. Est & alia similitudo bona, qua homo iustus qui diligit inimicos, & beneficit eis similis est Deo ad cuius imaginē factus est, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Hæc est similitudo obedientiæ non superbiæ, imitationis non æquiparationis. Est ergo benē similis Deo, qui credit Deum summum esse: nullo egere, se vero non per se sed per eū esse. Qui vero vult esse per se vt Deus à nullo est, peruersē vult esse similis Deo, vt diabolus, qui noluit esse sub eo, & homo qui vt seruus noluit tēneri præcepto, sed voluit vt nullo sibi dominante esset quasi Deus, quæ est peruersa similitudo. Prima ergo similitudine imitationis boni sunt similes Deo. Sed secunda quæ est superbiæ & ambitionis, multi quidem similes Deo esse volunt, sed similis nullus existit. Propter quod dicitur. Non est similis tui in diis domine, non est secundum opera tua.

1161 Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.

Vbi nota quōd magnificentia dicitur Christus, vt patet superius vers. 83. quæ multiplicari debet, non in persona: sed in naturis: quia in vna persona verbi tres substantiæ sunt vnitæ. s. diuitias, anima & caro. Ista ergo magnificentia fuit multiplicata, quando verbum caro factum est. In qua multiplicatione consolatus est nos, dando nobis exemplū patientiæ in omnib. aduersis, & præmia pro aduersorum patientia conferens æterna. Et nota quōd multiplicata magnificentia, dicit Deum esse conuersum, quod ideo dicit: quia per incarnationem Christi seueritas legis antiq. in amorem nouæ legis est mutata, vt qui ante dominus vocabatur per timorem, nunc per amorē dicitur pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. Cor. 1. Quinimmo secundum mensuram tribulationis datur mensura consolationis, psal. 93. Secundum multitudinē dolorū meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

1161 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus, psallam tibi in cithara sanctus Israel.

Hic resumit gratiarum actionem. Et ex tribus assumit materiam gratiarū actionis. Primō ex diuinitatis veritate. Secundō ex pietatis charitate, ibi. *Exultabunt.* Tertio ex retributionis æquitate, ibi. *Sed & lingua mea.* Quantum ad primum sciendum q. veritas est duplex sicut & iustitia quædam per essentiā qua omnia sunt vera & hæc est Deus dicēte Christo. Ego sum via, veritas, & vita. Quædā autē est veritas accidentalis & participata. s. quælibet creata veritas. Et hæc est triplex. s. veritas vitæ, Tob. 1. Viā veritatis non deseruit. Veritas doctrinæ. Exo. 28. Ponēs in rationali doctrinā & veritatem. Veritas iustitiæ. Exo. 18. Prouide de omni plebe viros timentes Deum, in quib. sit veritas. Et quælibet istarum est veritas accidentalit, quia deicit & minuitur. psal. 11. Diminutę sunt veritates à filiis hominum. Prima namq; veritas, s. vitæ iam penē in omnib. defecisse videtur. Esa. 59. Facta est veritas in obliuionem. Et Mich. 7. Perit sanctus de terra, in hominib. non est veritas. Secunda veritas. s. doctrinæ defecisse videtur: quia quāuis multū multa scientes vera loquantur, tamen pauca faciunt eorum quę docent, & sic propriē in talib. nō dicitur esse veritas quę est adæquatio rei ad intellectum. Vnde de talib. dicit Greg. super Eze. parte prima Homil. 10. q. corū intellectus ad spiritualia inuitat: & tamen vita in factis carnalib. remanēs ab intellectu discordat. de quib. dicitur 2. Tim. 4. Exit tempus (& nunc est) cum sanam doctrinam non sustinebunt &c. Tertia vero veritas. s. iustitię defecit in iudicib. & rectorib. 1. Mach. 7. Non est in eis veritas & iudiciū. & Esa. 59. Iustitia lōgē stetit: quia corruit veritas. Veritas autem essentialis, quæ Deus est, stabilis est & æterna. psal. 116. Veritas domini manet in æternum. Ad propositum, quid est confiteri veritatem Dei, nisi quōd Deus verē Deus est, quod de diis gentium dici non potest. Et hoc est quod dicit. *Nam & ego confitebor tibi veritatem tuam.* s. quōd verē Deus es, & hoc in vasis psalmi. id est in decantatione psalmodiarum qui sunt vasa veritatis. Illud enim quod veritatem & laudem continet vas vocatur, sic enim quia Deus veritatem fidei impleuerat Paulum in triduo excecationis ipsum vas nominauit dicens Anania 9. Vade quoniā vas electionis est mihi iste, vt portet nomen, &c. Sic & conformiter psal. quia laudem, quam continet per totum spargunt, vasa dicuntur. Sequitur. *Psallam tibi in cithara sanctus Israel.* Hoc multipliciter intelligitur secundum q. multiplex est cithara, vide supra vers. 481.

Incog. Tom. j.

nam aquis incenditur, quibus ignis solet extinguī, & oleo extinguitur quo ignis solet accendi. Et causam primi reddit Albertus tertio meteor. quōd in calce frigidō est ignis dispersus, qui congregatur in vnū, per hoc quōd per aquam expellitur à quibusdam partibus calcis ad alias quædam. Ex quo patere potest causa secundi, scilicet de oleo: quia certum est quōd oleum tale frigiditatem expellens, non habet ignem congregare, sed magis dispergere, & sic ipsum extinguit. Similiter in proposito. Nam per calcem amor intelligitur: quia lapis lapidi fortiter adherere non potest, nisi calce coniunctus. Sic per amorem fit adhæsiō fortis amantis cum amato. Contingit ergo quandoque amorem nostrum circa Deum & spiritualia tepescere, & secundum dictum Christi multorum charitatem frigeſcere: quia feruor cordis circa temporalia distrahitur. Et ideo Deus quandoque infundit aquam tribulationis & aduertitatis, vt sic feruor cordis extrinsecus repercutillus (quia nihil inuenit extra se, nisi aduersum & contrarium) interiori congregetur & erga Deū inflammetur. Oleum autem, id est prosperitas mundi omnino facit oppositum. Et hoc est quod dicitur Naam 1. Bonus dominus & confortans in die tribulationis, Et hoc confirmans subdit.

1161 Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me.

Vbi nota quōd magnificentia dicitur Christus, vt patet superius vers. 83. quæ multiplicari debet, non in persona: sed in naturis: quia in vna persona verbi tres substantiæ sunt vnitæ. s. diuitias, anima & caro. Ista ergo magnificentia fuit multiplicata, quando verbum caro factum est. In qua multiplicatione consolatus est nos, dando nobis exemplū patientiæ in omnib. aduersis, & præmia pro aduersorum patientia conferens æterna. Et nota quōd multiplicata magnificentia, dicit Deum esse conuersum, quod ideo dicit: quia per incarnationem Christi seueritas legis antiq. in amorem nouæ legis est mutata, vt qui ante dominus vocabatur per timorem, nunc per amorē dicitur pater misericordiarū, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2. Cor. 1. Quinimmo secundum mensuram tribulationis datur mensura consolationis, psal. 93. Secundum multitudinē dolorū meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.

1161 Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam Deus, psallam tibi in cithara sanctus Israel.

Hic resumit gratiarum actionem. Et ex tribus assumit materiam gratiarū actionis. Primō ex diuinitatis veritate. Secundō ex pietatis charitate, ibi. *Exultabunt.* Tertio ex retributionis æquitate, ibi. *Sed & lingua mea.* Quantum ad primum sciendum q. veritas est duplex sicut & iustitia quædam per essentiā qua omnia sunt vera & hæc est Deus dicēte Christo. Ego sum via, veritas, & vita. Quædā autē est veritas accidentalis & participata. s. quælibet creata veritas. Et hæc est triplex. s. veritas vitæ, Tob. 1. Viā veritatis non deseruit. Veritas doctrinæ. Exo. 28. Ponēs in rationali doctrinā & veritatem. Veritas iustitiæ. Exo. 18. Prouide de omni plebe viros timentes Deum, in quib. sit veritas. Et quælibet istarum est veritas accidentalit, quia deicit & minuitur. psal. 11. Diminutę sunt veritates à filiis hominum. Prima namq; veritas, s. vitæ iam penē in omnib. defecisse videtur. Esa. 59. Facta est veritas in obliuionem. Et Mich. 7. Perit sanctus de terra, in hominib. non est veritas. Secunda veritas. s. doctrinæ defecisse videtur: quia quāuis multū multa scientes vera loquantur, tamen pauca faciunt eorum quę docent, & sic propriē in talib. nō dicitur esse veritas quę est adæquatio rei ad intellectum. Vnde de talib. dicit Greg. super Eze. parte prima Homil. 10. q. corū intellectus ad spiritualia inuitat: & tamen vita in factis carnalib. remanēs ab intellectu discordat. de quib. dicitur 2. Tim. 4. Exit tempus (& nunc est) cum sanam doctrinam non sustinebunt &c. Tertia vero veritas. s. iustitię defecit in iudicib. & rectorib. 1. Mach. 7. Non est in eis veritas & iudiciū. & Esa. 59. Iustitia lōgē stetit: quia corruit veritas. Veritas autem essentialis, quæ Deus est, stabilis est & æterna. psal. 116. Veritas domini manet in æternum. Ad propositum, quid est confiteri veritatem Dei, nisi quōd Deus verē Deus est, quod de diis gentium dici non potest. Et hoc est quod dicit. *Nam & ego confitebor tibi veritatem tuam.* s. quōd verē Deus es, & hoc in vasis psalmi. id est in decantatione psalmodiarum qui sunt vasa veritatis. Illud enim quod veritatem & laudem continet vas vocatur, sic enim quia Deus veritatem fidei impleuerat Paulum in triduo excecationis ipsum vas nominauit dicens Anania 9. Vade quoniā vas electionis est mihi iste, vt portet nomen, &c. Sic & conformiter psal. quia laudem, quam continet per totum spargunt, vasa dicuntur. Sequitur. *Psallam tibi in cithara sanctus Israel.* Hoc multipliciter intelligitur secundum q. multiplex est cithara, vide supra vers. 481.

Incog. Tom. j.

strinæ. Exo. 28. Ponēs in rationali doctrinā & veritatem. Veritas iustitiæ. Exo. 18. Prouide de omni plebe viros timentes Deum, in quib. sit veritas. Et quælibet istarum est veritas accidentalit, quia deicit & minuitur. psal. 11. Diminutę sunt veritates à filiis hominum. Prima namq; veritas, s. vitæ iam penē in omnib. defecisse videtur. Esa. 59. Facta est veritas in obliuionem. Et Mich. 7. Perit sanctus de terra, in hominib. non est veritas. Secunda veritas. s. doctrinæ defecisse videtur: quia quāuis multū multa scientes vera loquantur, tamen pauca faciunt eorum quę docent, & sic propriē in talib. nō dicitur esse veritas quę est adæquatio rei ad intellectum. Vnde de talib. dicit Greg. super Eze. parte prima Homil. 10. q. corū intellectus ad spiritualia inuitat: & tamen vita in factis carnalib. remanēs ab intellectu discordat. de quib. dicitur 2. Tim. 4. Exit tempus (& nunc est) cum sanam doctrinam non sustinebunt &c. Tertia vero veritas. s. iustitię defecit in iudicib. & rectorib. 1. Mach. 7. Non est in eis veritas & iudiciū. & Esa. 59. Iustitia lōgē stetit: quia corruit veritas. Veritas autem essentialis, quæ Deus est, stabilis est & æterna. psal. 116. Veritas domini manet in æternum. Ad propositum, quid est confiteri veritatem Dei, nisi quōd Deus verē Deus est, quod de diis gentium dici non potest. Et hoc est quod dicit. *Nam & ego confitebor tibi veritatem tuam.* s. quōd verē Deus es, & hoc in vasis psalmi. id est in decantatione psalmodiarum qui sunt vasa veritatis. Illud enim quod veritatem & laudem continet vas vocatur, sic enim quia Deus veritatem fidei impleuerat Paulum in triduo excecationis ipsum vas nominauit dicens Anania 9. Vade quoniā vas electionis est mihi iste, vt portet nomen, &c. Sic & conformiter psal. quia laudem, quam continet per totum spargunt, vasa dicuntur. Sequitur. *Psallam tibi in cithara sanctus Israel.* Hoc multipliciter intelligitur secundum q. multiplex est cithara, vide supra vers. 481.

1162 Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.

Hic gratias agit ratione suæ pietatis & charitatis, qua nos redemit. Secundum enim quōd ait Chryso. super Matth. Nihil est propter quod magis gratias Deo agere debeamus, quā propter mortem suam, qua nos piē redemit. Vnde omnis nostra salus in Christi morte consistit. Considerans ergo ecclesia se à Christo redemptam, cum exultatione gratias agens, dicit. *Exultabunt labia mea cum cantauero tibi.* id est cum prædicauero charitatem, qua me redemisti, & tibi gratias adducam per fidem. Et si quæras quæ est causa talis exultationis & cantus? Respondet. *Anima mea quam redemisti.* Qualiter autem redempti sumus per Christum, vide supra vers. 431. Et nota quōd ad hoc quōd labia nostra dignē Deo cantare valeant, multas condiciones debent habere, scilicet quia debent esse labia discreta contra verborum temeritatem. Prouerb. 10. In labiis sapientis inuenitur sapientia, Labia modesta, contra verborum superfluitatem. Prouerb. 5. Disciplinam labia tua conferuent. Labia honesta, contra verborum inhonestatem. Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Labia iusta & recta contra verborum iniquitatem. Prouerb. 23. Exultabunt renes mei

1162 Exultabunt labia mea cum cantauero tibi, & anima mea quam redemisti.

Hic gratias agit ratione suæ pietatis & charitatis, qua nos redemit. Secundum enim quōd ait Chryso. super Matth. Nihil est propter quod magis gratias Deo agere debeamus, quā propter mortem suam, qua nos piē redemit. Vnde omnis nostra salus in Christi morte consistit. Considerans ergo ecclesia se à Christo redemptam, cum exultatione gratias agens, dicit. *Exultabunt labia mea cum cantauero tibi.* id est cum prædicauero charitatem, qua me redemisti, & tibi gratias adducam per fidem. Et si quæras quæ est causa talis exultationis & cantus? Respondet. *Anima mea quam redemisti.* Qualiter autem redempti sumus per Christum, vide supra vers. 431. Et nota quōd ad hoc quōd labia nostra dignē Deo cantare valeant, multas condiciones debent habere, scilicet quia debent esse labia discreta contra verborum temeritatem. Prouerb. 10. In labiis sapientis inuenitur sapientia, Labia modesta, contra verborum superfluitatem. Prouerb. 5. Disciplinam labia tua conferuent. Labia honesta, contra verborum inhonestatem. Prouerb. 22. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum habebit amicum regem. Labia iusta & recta contra verborum iniquitatem. Prouerb. 23. Exultabunt renes mei

Exo. 28. Exo. 18.

Psal. 11.

Esa. 59. Mich. 7.

Grego. super Ezechiel.

2. Tim. 4.

1. Mach. 7. Esa. 59.

Psal. 116.

Act. 9.

1162

Chryso.

Prouer. 10.

Labia.

Prouer. 5.

Prouer. 22.

Prouer. 23.



mei cum locuta fuerint recta labia mea. Talibus ergo labiis exultando ecclesia Deum laudat, dicens. *Exultabunt labia mea.* &c.

1163 Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam, cum confusi & reueriti fuerint, qui quærunt mala mihi.

Hic gratias agit ratione æquitatis & iustitiæ. Vbi notandum, quod in vita præfenti sicut mali præ aliis florent, ita & iusti infumantur, prosteruntur, & vituperantur, unde non bene discernuntur à malis. Sed in futura vita ubi omnia erunt clara & aperta, mali confundentur: iusti autem coronabuntur. Ideo, hic iusti non habent meritum perfectæ lætitiæ, sed habebunt in futuro, sic enim dicitur divina iustitia. Et hoc est, quod hic dicitur. *Sed & lingua mea meditabitur iustitiam tuam.* id est contemplan-do laudabit iustitiam tuam. Sed quando hoc erit. *Cum confusi fuerint & reueriti qui quærunt mala mihi.* id est cum mali aperit confusi fuerint, quod erit in iudicio. Quanta autem tunc erit confusio damnatorum, vide supra versic. 45. De quibus nunc dicit. *Cum confusi & reueriti fuerint.* Sed quid est reueriti fuerint? Sciendum quod secundum grammaticos vereor, eris, veritus sum: idem est quod verecundari, vel timere, & cõponitur cum re, & sic reueritus sum, id est iterum confusus vel verecundatus. Erunt ergo in futuro mali reueriti: quia dupliciter confusi & verecundati, scilicet intus & extra. Intus, quia ipsos accusabit cõscientia, extra quia ipsorum mala opera erunt omnibus manifestata. Et hoc est quod aliis verbis de ipsis dicitur. Induantur sicut diploide cõfusione sua, diplois enim est vestis duplex. Induantur ergo sicut diploide confusione secundum glo. quia confundentur intus & foris, & coram Deo, & coram hominibus.

P S A L. L X X I.

1164 Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis.

Hic psalmus talem habet titulum. *In salomone.* Secundum opinionem multorum Hebræorum, ac etiam doctorum nostrorum David fecit hunc psalmum orans pro Salomone filio suo, quem regem constituerat, orans Deum vt regnum Israel in manu sua prosperaretur, cum iustitia & veritate. Et ideo intulatur à Salomone, nõ tanquam ab auctore, sed tãquam ab illo pro quo fuit factus. Sed Hieronymus in prologo super psalterium expressè dicit, quod Salomõ istum psalmum fecit. Et hoc tenetur communis. Vnde pro tituli expositione sciendũ quod iste psalmus non agit de prosperitate regni Iudæorũ sub Salomone, sed agit de prosperitate ecclesię per Christum regem in veritate & iustitia gubernatæ. Multa enim in isto psalmo continentur quæ de Salomone regẽ intelligi non possunt, vt puta, orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur luna, &c. Pax enim quæ fuit sub Salomone non durauit vsque ad ablationem lunæ quæ erit in die iudicij, immo ipso mortuo, statim regnum eius diuisum fuit, vt pater 3. Reg. 11. Etiam Salomõ non habuit dominium à mari vsq; ad mare, nec vsque ad terminos

orbis terrarum (sicut hic dicitur) sed tantum in iudæa & aliis terris propinquis fuit dominatus. Sed hæc omnia in isto psal. cõtenta cõpetunt proprie Christo. Et per Salomõ hic intellige Christum. Salomõ enim interpretatur pacificus, quod verissimè cõpetit Christo: qui vt verus mediator pacem attulit mundo. Propter quod ipso statim nato angeli cantauerunt. Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus: nos Deo pacificauit in sanguine suo. Ephe. 2. Ipse est pax nostra, qui fecit vtraq; vnũ. Cum iniuriaribus, pacificus māsit. psal. 119. Cũ his, qui oderunt pacem eram pacificus. In hunc ergo Salomõnem verum pacificũ dirigitur iste psalmus. Quib. visis accedo ad diuisionẽ psal. mi. Ergo iste agens de Christo diuiditur in partes quinq; quia agit primo de Christi iudiciaria potestate. Secundò de Christi humili natiuitate; ibi. *Descendet.* Tertio de Christi adoranda diuinitate; ibi. *Et dominabitur.* Quarto de Christi cõmendanda bonitate; ibi. *Quia liberauit.* Quintò de Christi laudanda maiestate; ibi. *Sit nomen domini.* Prima pars diuiditur in tres: quia primò de Christi potestate. Secundò de potestatis auctoritate; ibi. *Iudicabit.* Tertio de ipsius eternitate; ibi. *Et permanebit.* Prima pars diuiditur in tres: quia primò Christi potestatem optatiuè prædicatur. Secundò declaratiuè exponitur; ibi. *Iudicare.* Tertio qualiter recipiatur ostenditur; ibi. *Suscipiant.* Quantum ad primũ sciendum quod nomina relativa quæ de Deo dicuntur sunt duplicia: quia quædam sunt intrinseca, quædam extrinseca. Intrinseca sunt, quæ de Deo dicuntur æternaliter, vt pater & filius, spiritor & spiritus. Sed extrinseca sunt quæ relationẽ ad creaturã important, vt dominus dicitur respectu serui gubernator respectu gubernati: cõseruator respectu cõseruati, sic & rex respectu recti. Cũ igitur relatiua posita se ponat, & percepta se perimant, & ab æterno nõ fuerit seruus, nec gubernatus, nec cõseruatus, nec aliquis ab alio rectus, sequitur qd ab æterno Deus non fuit dominus, nõ cõseruator, non gubernator, neq; rex, sed simul cũ creatura cæpit esse talia nomina relatiua de Deo prædicari potuerunt extrinsecè. Et quia tales relationes extrinsecè æqualiter de trib. personis dicuntur, sequitur qd omnes tres æqualiter dicuntur vnus dominus, vnus cõseruator, vnus rex respectu creature. Istã tamẽ dignitatem regiã Deus Christo homini cõmunicauit, quando verbum humanitatẽ nostrã assumpsit. Quod præuidens nunc psal. Deo loquitur, dicens. *Deus iudicium tuum regi da.* id est Christo homini qui est rex in quãtum Deus dabis potestatem iudiciariã, qua habebit omnes iudicare. Cũ enim iudicare sit actus ad extra, & per consequens toti trinitati cõpetat, tamen quia solus filius in humanitate ab omnib. in iudicio videbitur, ideo specialiter iudicium filio attribuitur. Est etiã filius Regis: quia filius Dei de quo subditur. *Et iustitiam tuam filio regis.* Sed replicatur eadem sententiã sub eisdem verbis, vel sub aliis, multum commendant diuina eloquia, maxime quæ sunt in eodem genere sermonis quo effectus animi est mouendus, vt cum dicitur. Deus meus Deus meus vt quid dereliquisti me. Vel cum dicitur. Domine Deus salutis meæ. Vel aliter secundum grammaticos differentia est inter iudicium & iustitiam: quia iudicium dicitur à ius, quasi iuris dictio & est iudicium cum causã discutitur, sed iustitia cum

cum causã determinatur. Sic Christus in iudicio ultimo faciet iudiciũ cum dicit. *Esurui, & dediisti mihi, &c.* Sed iustitiam cum dicit. *Venite benediãti patris mei, &c.* Et nota quod quãuis Deus trinus & vnus sit vere rex noster: quia nos gubernat & regit: tamen Christus incarnatus singulari modo rex noster dicitur. Dicit enim philosophus pol. quod rex debet esse de genere illorum, quibus principatur. Sic enim erit maxime regis & subditorum mutus amor, ideo Christus vt congruentius nobis rex fieret, de genere nostro voluit esse dum nostram naturam assumpsit. Et hoc satis insinuat scriptura dicens. Non poteris alterius generis hominem regem facere, qui non est frater tuus. Et de isto rege dicitur. Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem in medio terrarũ. Rex noster Christus, qui est rex ante sæcula.

Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Hic declaratur iudiciaria Christi potestas. Quia enim statim prædixit dandam Christo potestatem iudiciariã, nunc declarat ad quid. q. d. Da iudicium tuum regi &c. Ad quid, ad hoc scilicet iudicare populum tuum in iustitia &c. Vbi nota qd duplex est iudicium. s. discretionis & condemnationis. Et de vtroque loquitur hic dicens. De iudicio discretionis, vt. *discernat populum suũ à non suis, & pauperes à diuitibus.* i. humiles à superbis, quod facit in præfenti, non quidem loco, sed merito. In iudicio autem faciet loco & merito, quãdo scilicet separabit oves ab hedis. Mart. 25. Et nota hic quod pro eodẽ accipitur populus tuum & pauperes. Quis autem proprie dicatur populus, vide supra ver. 81. Sed quilibet sic faciens populu est humilis, & per cõsequens pauper spiritu: vide 99. & 128. Et sic per populu & pauperes iusti significantur. Istos ergo *iudicabit in iustitia* dando sententiam pro ipsis. *Et in iudicio* eorũ merita discutiedo. Item nota quod per hoc quod dicit tuam & tuos, ostendit omnia quæ sunt patris esse filij: & e contrario: vnde & ipse filius patri dicebat. Ioan. 17. Omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt.

Suscipiant montes pacem populo & colles iustitiam.

Hic ostenditur qualiter Christi potestas, vel ipse Christus recipitur. Vbi primò notadũ quid per montes quid per colles intelligitur. Secundò quid per pacẽ, & quid per iustitiã. Primò nãq; per mōtes significatur S. angeli, quia sicut mōtes nos protegunt. Vñ Gre. ait. Mōtes sũt sublimes angeli rũ virtutes, quæ hic nos ministrãdo & adiuuãdo reficiunt, quæ Deo largiẽte in omni nos certamine protegunt, quorũ defensione cõtra aduersarios ex omni latere munimur. De quibus dicitur psal. 124. Montes in circuitu eius. i. angeli, vt August. exponit. Et sic per colles, qui sunt montes minores, intelliguntur sancti apostoli & doctores, quibus angelorum ministerio mysteria diuina sunt reuelata. Apoca. 1. Significauit Deus mittes per angelum suum seruo suo Ioãni &c. Propter quod de diuinis mysterijs dicitur. De mōte in collem transferunt. Dicit igitur. *Suscipiant montes pacem populo,* quia sancti angeli acceperunt mandata Incog. Tom. j.

tum à Deo de annunciando pacem populo in Christi natiuitate dicentes. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. *Et colles iustitiam.* Per iustitiam autem hic accipe legem euãgelicam, quæ hominem iustificat obseruantem. Hoc ideo, quia apostoli & alij doctores acceperunt mandatum de prædicando populo euangelia. Mar. vlt. Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangeliũ omni creaturæ. Vel aliter per montes accipe apostolos, prælatos, & alios, qui inter ceteros eminet dignitate, & magis per vitam approximant celo, De quibus dicitur psal. 120. Leuaui oculos meos in montes &c. Per colles vero accipe minores & subditos. Ad prælatos autem & maiores pertinet præcipue subditorũ pacem procurare, & vnitatem, vt habetur distin. 90. discordantes. Ad subditos autem præcipue spectat humilitas, qua suis obediãtia superioribus. Ipsa autem humilitas per iustitiam significatur. Matth. 3. Sic dicit nos implere omnem iustitiam. Dicit igitur psal. *Suscipiant montes pacem populo.* id est prelati & doctores mandatum pacis in populo seruandæ: quia excellentes in ecclesia debent paci vigilantissimo animo cõsultare, ne propter suos honores superbe agendo schismata faciant, vnitatis compage dirupta. *Et colles iustitiam.* id est, minores humilitatem, vt maioribus obediãtia, & in eis Christum anteponat vt de his dicatur. Incuruati sunt colles mundi. 1167.

Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum, & humiliabit calumniatorem.

Hic agitur de potestatis Christi auctoritate. Vbi aduertendum, quod cum paupertas sit multiplex. scilicet quædam necessitatis, quædam voluntatis non spiritualis, quædam autem voluntatis spiritualis, solum de tertia est hic intelligendum quod tales pauperes saluos faciat Christus: quod ostendit Bernard super illo verbo Matth. 5. Beati pauperes spiritu, dicens. Quid enim tã absconditum, quam paupertatem esse beatam: attamen veritas loquitur, quæ nec falli nec fallere potest. Sic vos insensati filij Adam diuitias quæritis diuitias desideratis vsque adhuc: am beatitudo pauperum diuinitus sit commendata: Qua fronte vel qua mente Christianus diuitias quærit, postquam Christus beatos pauperes prædicauit? Sed diligenter attende, quod nõ simpliciter pauperes nominat propter plebeios pauperes necessitate, miserabiliter, non voluntate, de quibus hoc loco non dicit, sed de his qui possunt dicere: Voluntariè sacrificabo tibi. Sed nec omnes pauperes voluntarij laudem habent apud Deum. Nam & philosophi omnia sua voluntariè reliquissẽ leguntur: vt expediti à mundialibus curis studio veritatis vacare possent liberius: & nolebant sensu abundare terreno, vt abundarent magis in sensu suo. Hos discernit quod dictum est spiritu. id est spirituali voluntate. Beati enim pauperes spiritu, id est spirituali intentione, propter solum beneplacitum Dei & animarum salutem, quoniam ipsorum est regnum cœlorum: & Merito. Nã miserimus ille hostis antiquus de cœlo cictus est, quoniã affectauit celsitudinẽ, sublimitatẽ presumpsit, nõne cõsequens est beatos esse qui sponte in paupertatis humilitate sese deponunt: Et vide quã sapiẽter ordinauit sapiẽtia cõtra primũ peccatum Yy 2

peccatum remedium primum opponens, ac si dicat. Vis obrinere regnum cælorum quod perdidit superbiens angelus, qui confusus est in virtute sua & in multitudine diuitiarum suarum, paupertatis vilitate amplectere, & tuum erit. Et hoc est quod hic sub aliis verbis dicit psal. *Iudicabit pauperes populi.* i. in populo. Sed qualiter eos iudicabit, subdit. *Et. i. quia saluos faciet filios pauperum.* Idem enim sunt pauperes qui & filij pauperum: sicut idem est ciuitas Sion & filia Sion. Sequitur. *Et humiliabit calumniatorem.* Quis autem dicatur calumniator ostendit Greg. dicens. Calumniatores rectè dicere possumus omnes iniquos, non solum qui exteriora bona rapiunt, sed etiam qui malis suis motibus & vitæ reprobæ exemplo interna nostra dissipare contendunt. Illi namque ea que nobis extra sunt inuadere ambiunt, isti vero prædari interiora quærunt. Illi amore rerum: isti odio non cessant seruire virtuti. Illi inuident quod habemus, isti quod vinimus. Illi student rapere bona exteriora, quia placent, isti student interiora bona dissipare, quia displicent. Quanto ergo morum vita à rerum substantia distat, tanto grauior calumniator est qui malè viuendo vim infert nostris mentibus quam qui violenter opprimendo dama ingerit rebus &c. Ex quibus patet quòd duplex est calumniator. scilicet spiritualis, qui bonis spiritualibus insidiatur, & alius temporalis qui temporalibus. Primus est diabolus. Secundus quilibet tyrannus. Et de vtroque hoc exponit. Et primò de caluniatore spirituali diabolo, quem Christus humiliavit: dum per suam passionem dominium mundi sibi abstulit. Vnde magister in glo. Calumniator diabolus humiliatus est in Christi passione, quando per calumnias iudeorum eum occidit in quo nihil iuris habuit: vnde merito eos amisit, in quibus aliquid iuris habere videbatur: qui verè calumniator dicitur: quia innocentes in culpam trahere nititur, quod est calumniari. Hunc autem humiliavit Christus in passione, sed nondum penitus extinxit. Vnde alibi scriptum est. Humiliasti sicut vulneratum superbum. Potest enim intelligi de calumniatoribus temporalibus: quia Christus humiliavit tyrannos fidelium persecutores, sicut patet de Nerone qui primam persecutionem mouit contra ecclesiam, & de Domitiano qui mouit secundam & vterque deiectus fuit de imperio. Vnde primus interfecit seipsum: secundus autem à senatu fuit occisus, & sic de multis aliis.

Calumniator Gregor. 26. moral. c. 9.

Diab. las. fuit humiliatus.

Psalmus. 88.

1168.

**Et permanebit cum sole, & ante lunam, in generatione & generationem.**

Hic agitur de Christi æternitate. Vbi nota quod in Christo est duplex natura, scilicet diuina & humana. Secundum diuinam est simpliciter æternus: sed secundum humanam à parte ante non est æternus, sed à parte post. Itè nota quod per solè accipitur omne tēpus, sed per lunā omnia tēporalia. Per solem enim ideo significantur omnia tēpora, quia iusta eursum solis mutantur & distinguuntur tēpora. Et sic est sensus. *Et permanebit cum sole.* i. sicut humanitatem quandiu voluerit ipse permanebit scilicet in ecclesia per sacramentum sui corporis. Marth. vlt. Ego autem vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Et hoc

Matth. vlt.

dicat ad confutationem illorum qui dicunt ecclesiam vel Christianam religionem aliquando desinituram. Quantum vero ad diuinitatem dicit, ante lunam. Per lunam enim quæ nunquam in eodem statu permanet, intelligo omnem creaturam, quæ de se semper mutabilis est. Si ergo Christus permanet ante lunam, sequitur quòd permanet ante omnem creaturam: & sic est æternus: ad Hebr. 13. Christus heri & hodie ipse in secula. Vel aliter per solem intellige Deum patrem, quia sicut sol habet splendorem sibi coequalis: sic & ipse filium qui est splendor & figura substantiæ patris ad Hebræos. 1. Permanet ergo cum sole: quia coæternus est patri, quo ad diuinitatem. Sed permanet ante lunam, per quam ecclesia intelligitur: quæ de præsentis generatione, scilicet mortali trāsibit ad generationem immortalem. Permanet ergo ante lunam, id est in conspectu ecclesiæ ipsam protegendo, donec transeat de generatione mortali ad immortalem.

Luna.

Hebr. 13.

Hebr. 1.

1169.

Indicum. 6.

Madian. Gedeon.

Plumini.

Lux.

Incarnatio Christi.

Zach. 9.

Marth. vlt.

Matth.

cens.

**Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terram.**

Hic consequenter agitur de Christi incarnatione & natiuitate. Et duo facit: quia primò ponit natiuitatis modum, secundò eius fructum, ibi. *Orietur.* Quantum ad primum sciendum quòd iste versus fundatur super historiam quæ habetur Indicum 6. Nam cum populus Israhel propter peccata sua in seruitutem Madian esset traditus, angelus domini apparuit Gedeoni dicens, quòd ipse liberaret populum de manu Madia. Gedeon autem super hoc volens habere aliquam certitudinem, dicit ad angelum. In hoc sciam quòd dominus liberet populum per manum meam. Ponà vellus in area: & si hac nocte descendat pluuia supra vellus solum, sic quòd in tota terra area sit siccitas. Et factum est ita. Nam de mane confurgens, inuenit totum vellus madidum: sic quòd ex vellere concham plenam roris expressit, & in tota terra erat siccitas. Deinde vt certior fieret postulauit signum per oppositum, scilicet vt tota area compleretur, & in solo vellere siccitas esset, quod & factum est. Nam nocte descendit pluuia suauiter distillans & guttatim, & cõpluit totam aream. In vellere autem solo remansit siccitas. Consimiliter ergo ad istam historiam ostendit psalmista Christi incarnationem fiendam. Vbi notandum quòd in incarnatione sua non venit cum magnitudine potestatis, sed benignitate humilitatis maxime, secundum quòd fuerat prophetatum Zach. 9. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus &c. Et hoc notans dicit. *Descendet sicut pluuia in vellus.* id est suauiter & imperceptibiliter descendet in virginem, quia in humilitate summa & lenitate veniet. Et hoc est. Descendet in vterum virginis, sicut pluuia in vellus. Christus, qui magna potestate venire potuisset si voluisset. Leniter sine aliquo strepitu in vteru virginis descendit, sicut pluuia in vellus. Et congrua similitudo, vt ait gloss. Lana enim accipiendo vel reddendo aquam non rumpitur, sed integra manet. Sic in gloriosa virgine Maria, virginitas ante partum, post partum, & in partu permanit inuiolata. Et adhuc addit. aliam similitudinem, dicens.

*gens. Et sicut stillicidia stillantia super terram.* Stillantia. i. gutta cõponitur cum cado. dis. & sic stillicidium, dij. i. aqua guttatim & suauiter cadens, quæ in modum roris summa suauitate descendit. Quis ergo (ait glo.) post rã aptam similitudinem adductam dubiter de virginis partu? Et attēde quod sicut isto signo prædicto Gedeon liberauit populum de manu Madiam. Gedeon n. interpretatur circuius in vtero, & significat Christum, qui in vtero virginis existens, totum mundum circuiendo cõtinebat. Madia vero interpretatur iniquitas vel contradictio, & significat diabolum, qui sua iniquitate omnibus bonis contradicit. Et ista similitudine voluit vt psalmista, demonstrando Christi incarnationē. Vel aliter exponitur iste versus secundum glo. quæ dicit. In exēplo enim Gedeonis significatur mysticè, quòd populus iudeorum prius irroraretur gratia Christi, remanente sicca area gentilitatis: postea cõplueretur gentilitas, sicco remanente vellere iudeorum. Per vellus enim iudæa accipitur, quæ auctoritate doctrinæ expolianda erat, vt ouis vellere. Per vellus enim iudæa accipitur: quia pluuia doctrinæ detinebat, quæ gētibus predicare noluit, vt vellus detinet pluuia. Ait ergo de Christo, quòd. l. prius *descendet sicut pluuia in vellus.* id est gratia Christi prius descendit in populum iudeorum: vnde sibi matrē elegit & apostolos, sicca remanente area totius orbis: sicut pluuia prius descendit in vellus Gedeonis, sed postea *descendet sicut stillicidia stillantia super terram.* i. super gentes, sicco vellere iudeorum: sicut postea cõplura fuit area Gedeonis, sicco vellere. Et sic Christus primò venit ad iudeos relictis gentibus, postea ad gentes, relictis iudeis.

vt dicitur Prouer. 12. Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Ista autem durabit donec auferatur luna: per lunam enim intelligitur ecclesia: quia sicut luna illuminatur à sole, sic ecclesia à Christo. Vnde Greg. 17. lib. mor. c. 8. dicit. Quid per lunam nisi cuncta simul designatur ecclesia, propheta attestante qui ait. Abacuc. 3. Eleuatus est sol, & luna iterit in ordine suo: quia ascendente ad cælos domino, sancta protinus ecclesia in prædicationis auctoritate roboratur &c. De ecclesia ergo dicit. *Donec auferatur luna.* s. ecclesia tollatur de statu mortali, in quo nunc est: & deducatur ad statum immortalitatis, sicut de ecclesia habet. *Donec extollatur luna.* id est donec ecclesia subleuetur per statum resurrectionis. Et accipie hic donec: vt supra versiculo. 915.

Prouer. 12. Grego. 17. lib. mor. c. 8. Abacuc. 3.

**Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.**

Hic consequenter agit de Christi adoranda diuinitate. Et diuiditur in partes quatuor: quia primo ponitur regni Christi dilatatio. Secundò gentiliū ad fidem conuersio, ibi. *Coram illo.* Tertio dominij Christi recognitio, ibi. *Reges Tharsis.* Quarto fidelium per orbem multiplicatio, ibi. *Et adorabunt.* Quantum ad primum notandum, quòd regnum Christi dilatatum fuit: primò ratione suę potestatis, qua corda infidelium per gratiam sibi poterat subiugare. Et istam potestatem habuit in primo instanti suę conceptionis in vtero virginis. Secundò fuit dilatatum per prædicationem legis & sacramentorum collationem, & incepit in baptismo Christi, quado à Ioanne fuit baptizatus in Iordanis flumine. Primam dilatationis causam notat, dicens. *Et dominabitur à mari vsque ad mare.* Per mare enim in scriptura aliquando intelligitur virgo Maria. Vnde ipsa à mari Maria nuncupatur. Nec mirum, quoniam ipsa ad modum maris est magnæ puritatis, capacitatis, & vtilitatis. Patet primum: quia nihil immundū retinere potest, sic nec virgo aliquam peccati contraxit immunditiã. Vnde de ipsa dicitur. Apoc. 4. In conspectu sedis. scilicet Dei tanquam mare vitreum simile crytallo. Crytallus enim & vitrum habent claritatem & frigiditatem quæ puritati congruunt virginis Mariæ. Secundum patet: quia omnia flumina intrant mare. Sic in beata virgine omnes gratiæ congregatæ fuerunt. Vnde Hieronymus. Ceteris gratia per partes præstatur, Maria autem se tota gratiæ plenitudo infundit &c. Vnde Genesis primo. Congregationes aquarum appellauit Maria. Tertium patet quia non est terra ita stérilis, quæ (supra mare situata) non abundet omnibus bonis. Sic & beata virgo omnibus peccatoribus iuxta ipsam per deuotionem positæ gratiarum copiam confert. Vnde Bernardus. Maria omnibus sinum suæ misericordiæ aperuit: vt de plenitudine eius capiant inuerti. Secundò per mare quandoque intelligitur penitentia: status: mare ab amaritudine dictus. Vnde Ricardus super psal. Qui diuisit mare rubrum i diuisiones ait. Maris aquæ amaræ sūt valde. Quid ergo mare, nisi amaritudo penitentia? Mare

1171.

1171.

Mare dicitur virgo Maria.

Apoc. 4.

Hieronymus.

Gen. 1.

Bernardus. Mare penitentia.

Ricardus.

Psalm. 135.

1170.

**Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferatur luna.**

Hic ostenditur fructus Christi natiuitatis. Vbi notandū quod per iustitiã intelligitur lex euangelica, in qua omnis iustitia continetur: quia lex antiqa solā iustitiã docebat exteriorē, hæc autē exteriorē simul & interiorē. Propter quod de lege nota uis nomine iustitiæ dicitur psal. 118. Iustitia tua iustitia in æternū, & lex tua veritas. Et de hac iustitia dicit. *Orietur in diebus eius iustitia.* quia, sicut se Christus natus, legē iustitiæ dedit in mōte discipulis suis. *Et abundantia pacis.* Quidā de pace temporalis hoc exponunt, quæ fuit per vniuersum orbem tēpore Christi natiuitatis, quando vnus erat in orbē monarcha. Sed hoc nõ videtur cõpetere literæ sequenti, d. *Donec auferatur luna:* quia illa pax non multū durauit, & maxime in iudæa ipsis iudeis rebellantibus Romanis: propter quod Hierusalem destructa fuit & ciuitates multæ. Sed ad hoc dici potest, quòd psalmista prædicit duo tempora Christi orienda. l. iustitia euangelica legis, & abundantia pacis: quorum primum durabit donec auferatur luna, non secundum. Et sic ly *donec auferatur luna,* refertur ad ly iustitiam, non ad abundantiam pacis. Aliter autem & melius exponitur de pace spirituali, quam attulit Christus. De qua ipso nato angelus ait. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis: quia in bonis hominibus semper durat pax melioris conscientia, quia

In cog. Tom. j.

Yy 3 ergo

ergo quasi indiuifum manet: quando quis solum A  
 ex damnationis formidine Demere nouit. Sed ma  
 re diuiditur. quando compunctioe geminatur  
 amaritudo cordis, quando quis, scilicet compun  
 ctionis fletum geminat: vt non solum defleat ma  
 lum, quod perimefecit, sed etiam pro bono, quod  
 concupiscit. Et in isto mari poenitentia egyptij  
 submerguntur: quia per poenitentiam omnia pec  
 cata annullantur. Vnde michea. 7. Projiciet in  
 profundum maris omnia peccata nostra. Est igitur  
 sensus psalmi. *Et dominabitur a mari usque ad  
 mare:* quia dominatio Christi, qua per suam gra  
 tiam dominatur & regnat in fidelibus, incepit a  
 mari gloriosa virginis Maria: quando, scilicet in  
 ea fuit conceptus & processit per totum orbem B  
 usque ad mare, id est ad omnes per poenitentiam  
 pro peccatis amarus. Secundò dilatatu fuit Chri  
 sti regnum per praedicationem euangelij & sacra  
 mentorum collationem: & quantum ad hoc, dic  
 citur: *A flumine usque ad terminos orbis terrarum.* Hic  
 enim fluius secundum glo. fuit Iordanis, in quo  
 Christus fuit baptizatus: & super ipsum vox pa  
 tris insonuit. Hic est filius meus dilectus. Inde er  
 go incepit Christi doctrina, ibi inceperunt  
 sacramenta: quia baptisimus qui est sacramen  
 torum omnium ianua & fundamentum. Et in  
 de, id est ab isto flumine manauit doctrina Chri  
 sti & sacramentorum: usque ad terminos orbis terra  
 rum, id est, per totum orbem diffusa fuit: vt dicitur  
 psal. 18. In omnem terram exiuit sonus eorum  
 &c. id est apostolorum & aliorum praedicatorum  
 Vel aliter. Vbi nota, quòd tota terra mari circun  
 datur. Mare enim oceanum licet sit vnum ma  
 re, secundum tamen sui partes diuersas variè nun  
 cupatur, vt puta mare orientale a parte orientis,  
 occidentale a parte occidentis, aquilonare a parte  
 aquilonis, & sic de alijs. Quid est ergo a mari us  
 que ad mare, nisi ab vno extremo terrae, usque ad  
 aliud extremum? Et per consequens in omni ter  
 ra: quia in omni parte terrae Christus habuit ali  
 quos per fidem sibi subiectos. Sed tamen quia  
 ista praedicatione incepit a flumine iordanis, vt di  
 ctum est, ideo subditur *A flumine usque ad termi  
 nos orbis terrarum.* vt supra.

Michea. 7.

Fluuius Ior  
danis.

Psalm. 18.

1172.

**Coram illo procident Aethiopes,  
 & inimici eius terram lingent.**

Hic ostenditur gentium ad fidem Christi con  
 uersio. Vbi nota quòd ad praedicationem aposto  
 lorum ex gentibus aliqui sunt conuersi ad Chri  
 stum: aliqui vero in sua infidelitate permanerunt.  
 De primis dicitur *Coram illo procident Aethiopes,* qui  
 conuersi fuerunt ad praedicationem beati Ma  
 thaei Apostoli, qui ad illam prouinciam veniens,  
 suscitato filio regis defuncto: ipsum regem cum  
 filio baptizauit, & vnam eius filiam virginem  
 Christo consecrauit, & eam ducentis virginibus  
 praefecit, & populum regni illius Aethiopiae pro  
 magna parte baptizauit. Sic ergo Aethiopes qui  
 erant prius gentiles, accipiuntur generaliter pro  
 omnibus gentibus: vt moris est scripturae acci  
 piendi partem pro toto. Vnde de conuersis gen  
 tilibus, dicitur *Coram illo.* scilicet Christo *procident*  
*Aethiopes* scilicet generaliter gentiles. Nam se  
 cundum grammaticos cado. dis. componitur cu  
 pro, & fit procido. dis. id est ante cadere, sicut  
 quando aliquis vult adorare alium, cadendo an

Aethiopi  
conuersio.

Genes.

Procidere.

te illum se prosternit, vt dicitur psal. 94. Venire. *Psalm. 94.*  
 adoremus & procidamus ante Deum. De illis au  
 tem qui in infidelitate permanserunt subditur.  
*Et inimici eius terram lingent.* scilicet pertinaces &  
 schismatici qui gloria Christi inuident, *terram*  
*lingent.* scilicet in modum serpentis, cui dictum  
 est. Terram comedes. *Lingent terram,* id est ama  
 bunt terrena, praeter gloria Christi Michea. 7. Lin  
 gent puluerem sicut serpentes. Vel aliter etiam  
 exponitur in bonum, scilicet de gentilibus, qui  
 prius erant inimici Christi per idololatriam: au  
 dita praedicatione euangelij inclinauerunt se ad  
 Christum adorandum deuotè, ac si terram ex de  
 uotione & humilitate lingere vellent, sicut pra  
 dictum fuit Esa. 60. cap. Venient ad te qui detra  
 hebant tibi, & adorabunt vestigia pedum tuorum.  
 Et sic in istis impletum est, quod dictum est Esa.  
 49. Vultu in terra dimisso adorabunt te, & pul  
 uerem pedum tuorum lingent. Vel aliter, hoc ex  
 ponitur ab aliquibus de iudeis contra Christum  
 obstinatis, qui in obfisione Titi fuerunt ita fame  
 compressi, quòd ipsi querebant ad comedendum  
 illa quae de emundatione ciborum, ad terram fue  
 rant proiecta: & sic terram lingere videbantur.

Psalm. 94.

Lingent in  
ram.

Michea. 7.

Esa. 60.

Esa. 49.

**Reges Tharsis, & insulae munerum  
 offerent, reges Arabum & Sabbae do  
 na adducent.**

Hic ponitur dominij Christi recognitio, quo  
 niam alij reges terrae venerunt ad Christum sta  
 tim, ipso nato, ad recognoscendum ipsum verum  
 regem, & in modum tributi sibi obtulerunt mu  
 nera. Vnde ad lit. eram hoc exponitur de illis tri  
 bus regibus de quibus dicitur Matth. 2. Cum na  
 tus esset Iesus &c. Ecce magi &c. qui venerunt  
 adorare dominum cum muneribus, qui ad lite  
 ram fuerunt de istis prouincijs hic nominatis, cu  
 quibus etiam insulae, id est aliqui extremi. Vnde  
 & illi dicebant. Venimus cum muneribus adora  
 re eum. Sic & hoc prauidit psal. dicēs. *Reges Thar  
 sis & insulae offerent ei munera &c.* Quia apertis  
 thesauris obtulerunt ei munera, aurum, thus &  
 myrrham. Quilibet enim illorum ista tria mune  
 ra obtulit. Vnde cognouerunt ipsum esse verum  
 Deum quia thus obtulerunt, quod in sacrificijs  
 diuinis offertur uerum regem. Vnde obtulerunt  
 aurum quod offertur regibus. Er veru hominem  
 mortale: quia obtulerunt myrrham, quia corpora  
 mortuorum condiuntur. Vnde Augusti. in sermo  
 ne de epiphania, dicit, Auru ei soluitur quasi re  
 gi magno, thus sibi immolatur, vt Deo vero, my  
 rra sibi praebetur tanquam pro salute omniu mor  
 turo: vnde & singuli praedicta munera obtulerunt  
 quia singuli ipsum suis muneribus regem Deum  
 & hominem praedicaerunt. Potest etiam hic ver  
 sus exponi de alijs regibus, & principibus mun  
 di: qui ad Christi fidem conuersi larga munera  
 dederunt ad sustentationem pauperum & eccle  
 siarum constructionem.

Matth. 2.

Magi.

Augusti.

Munera.

**Et adorabunt eum omnes reges  
 terrae, omnes gentes seruient ei.**

Hic ponitur familiae Christi per orbem mul  
 tiplicatio. Vbi norandum quòd hoc videtur im  
 pletum

1173.

impletum

pletum fuisse tempore Constantini, cui tanquam A  
 monarchae obediebant omnes reges terrae, & ipse  
 praecipit ad cultum & honorem Christi ecclesias  
 vbique aedificari. Et sic omnes reges terrae adora  
 uerunt Christum: quia Constantinus, qui erat ca  
 put omnium regum. Vel alio modo intelligitur,  
 vt hic ly omnes stet pro generibus singulorum,  
 non pro singulis generum: quia non fuit gens ali  
 qua, quae saltem in parte sui non adorauerit Chri  
 stum. Quid autem sit adoratio, & qualiter di  
 uersa diuersimodè adorari debent, vide supra ver  
 siculo 3 20.

Adoratio.

**Quia liberauit pauperem a poten  
 te, & pauperem, cui non erat adiutor.**

Hac est quarta pars principalis, in qua agitur  
 de Christi commendanda bonitate. Vbi notandū  
 quòd duae virtutes maximè regibus conueniunt  
 (vt dicit Isidorus.) scilicet iustitia, vt iniuste op  
 pressi liberentur, & misericordia, vt bonis pra  
 miferantur. Et secundum ista duo hic regis  
 nostri commendatur bonitas. Primò in liberatio  
 ne oppressorum. Secundò in collatione bonorum,  
 ibi. *Et vinct.* Quantum ad primum sciendum quòd  
 ante Christi aduentum humanum genus triplici  
 malo praemebatur. Primò diabolo subiugabatur.  
 Secundò peccato maculabatur. Tertiò poena obli  
 gabatur. A quibus tribus liberauit nos Christus.  
 Et sic pars prima diuiditur in tres partes, quia pri  
 mo ostenditur quòd nos liberauit a diabolo. Sec  
 undò a peccato, ibi. *Parcet.* Tertiò a poena, ibi.  
*Ex vsuris.* Primò ergo ante Christi aduentum nos  
 diabolus tenchat captiuos. Vnde & princeps  
 mundi dicebatur, ex eo quòd eius tentationibus  
 nullus plenè poterat resistere, vt deducit Greg. 2.  
 moral. c. 22. dicēs. Ab Adam quippe usque ad ad  
 uentum domini diabolus omnes nationes gen  
 tium post se traxit. Circuivit terram & perambu  
 lauit: quia per corda gentium iniquitatis suae im  
 pressit vestigia. Cadens enim de sublimibus hu  
 manas mentes iure possedit: quia in culpa suae  
 vinculo nolentes astrinxit, tantoque in mundo  
 latius est vagatus, quanto a reatu illius quisque  
 per omnia liber inuentus non est. Cui quasi ex  
 potestate mundum circuisse est, nullum qui sibi  
 plenè resisteret inuenisse. Vnde de ipso dicebatur  
 Job 41. Non est potestas super terram, quae com  
 paretur ei. Sed ab eius potestate nos liberauit  
 Christus, ne tantum possit in nobis quantum po  
 terat ante. Quod ostendit magister, dicens. Chri  
 stus diabolum morte sua vicit, vt in hac vita ten  
 tando, nobis non praualeat. Licet enim nos ten  
 tet post Christi mortem, quibus modis ante ten  
 tatar, non tamen vincere potest, sicut ante vin  
 cebat. Nam & Petrus, qui ante Christi mortem  
 voce ancillae territus negauit Christum, post  
 Christi mortem ante reges & praesides ductus,  
 non cessit, quare quia fortior, id est Christus ven  
 niens in domum fortis, id est in corda nostra, vbi  
 diabolus habitabat, alligauit fortem, id est a sedu  
 ctione compefcuit fidelium &c. Et hoc est quod  
 prauidens hic psalmista dicit. *Quia liberauit pau  
 perem a potente, pauperem inquam,* scilicet populū  
 humilem & credentem *a potente,* id est a diabolo,  
 quem non sua virtus sed hominum peccata po  
 tentem fecerunt, quem pauperem nullus praeter  
 Christum liberare poterat: quia non angelus, non

1175

Isidorus.

Greg. 2.

Job 41.

Magister.

Psalm.

Magister.

Psalm.

Magister.

Psalm.

Magister.

Psalm.

communis homo iustus, non liberum arbitrium  
 poterat eum liberare, nisi tantum leo de tribu  
 iuda. Et hoc est quod subdit. *Pauperem cui non  
 erat adiutor.*

**Parcet pauperi & inopi, & animas  
 pauperum saluas faciet.**

Hic ostenditur quomodo nos Christus libera  
 uit a peccato: quia scilicet peccata dimittit, sed  
 quibus? pauperi & inopi. Vnde nota quòd pau  
 per dicitur qui aliquid habet, licet parum. Inops  
 vero dicitur qui nihil habet. Per pauperem ergo  
 intellige peccatorem, qui fidem Christi habet lic  
 et informem, vt puta, qui fide recepta peccauit.  
 Hi enim parum habent, quia talis fides informis  
 licet non sit meritoria, disponit tamen ad poeni  
 tendum: quia ad cogitandum peccatum commif  
 sum. Per inopem autè intellige infideles & idolo  
 latras qui de fide Christi nihil habent. Istis duo  
 bus generibus peccatorū parcit Christus & pec  
 cata dimittit, pauperibus per actum poeniten  
 tia, sed inopibus quando eis supernaturaliter fi  
 dem inspirat. Vel per pauperem & inopem intel  
 lige humiles, qui de seipsis nihil praesumunt, sed  
 solum de gratia Dei. Sed hic est dubium, quomo  
 do Deus parcit peccatori, cum peccatum impu  
 nitum dimittere non possit. Vnde scriptum est,  
*Veretur omnia opera mea sciens, quòd non par  
 cis delinquenti.* Ad hoc respondet Gregor. praedi  
 cta verba tractando, dicens. Si enim delinquenti  
 non parcitur, quis ab aeterna morte eripitur, cum  
 a delicto mundus nemo reperitur? An poenitenti  
 parcit, & delinquenti non parcit: quia cum delicta  
 plangimus, nequaquam iam delinquentes sumus.  
 Sed quid est quòd Petrus cum negat respicitur,  
 & redemptoris negati respectu ad lachrymas vo  
 catur? Quid cum Paulus redemptoris nomen co  
 naretur in terra extinguere, eius verba meruit  
 audire? Sed tamen culpa in vtroque puniata est:  
 quia & de Petro teste euangelio, scriptum est, Re  
 cordatus Petrus verbi Iesu quod dixerat, egressus  
 foras fletit amare. Et de Paulo hac eadem quae  
 ipsum vocauit veritas, dicit. Ego ostendam ei,  
 quanta oportet eum pro nomine meo pati. De  
 linquenti ergo nequaquam dominus parcit: quia  
 delictum sine vltione non deserit: aut enim ipse  
 hoc homo in se poenitens punit, aut hoc Deus cu  
 homine vindicans percutit. Nequaquam igitur  
 parcit peccato, quia nullatenus sine vindicta re  
 laxatur. Sic igitur poenitenti parcit Deus. Malach.  
 2. *Parcam eis sicut vir parcat filio suo.* Quod pra  
 uidens psalmista, dicit. *Parcet pauperi, &c.* Sequi  
 tur. *Et animas pauperum saluas faciet.* scilicet ab ini  
 quitate, scilicet dando gratiam ad faciendum iu  
 stitiam & opera meritoria. Et attende secundum  
 quòd ait Magister in glo. duplex adiutorium gra  
 tiae hic commendatur. Primum est quòd in remis  
 sione peccatorum cum ait, *parcet pauperi & ino  
 pi.* Secundum est quòd in participatione iustitiae  
 cum addit, *et animas pauperum saluas faciet.*

1176

Pauper.

Inops.

Questio.

Job 9.

Parcere pec  
cato.

Gregor. 9.

mora. c. 27.

Lucas 22.

Aloum 9.

Malach. 3.

Magister in  
glo.

**Ex vsuris & iniquitate redimet a  
 nimas eorum, & honorabile nomen  
 eorum coram illo.**

Hic ostendit quòd Christus nos liberat a poena.  
 Vbi

1177

Vbi



de multis  
usura.

Psal. 14.

Leuit. 25.

Deute. 23.

Ezechiel. 22.

Luca. 19.

Chrysof.

Beza.

1178

Vbi sciendum est pro eius euidencia, quod vsura A est multiplex scilicet vsura culpæ: vsura pœnæ: vsura gloriæ. Primo est vsura culpæ: vt culpa cum quis exigit vltra sortem: in rebus cuius vsus est ipsarum consumptio. Et de ista dicitur. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, &c. Sequitur Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. Et ab ista nos debent retrahere multa. Primum timor diuinæ maiestatis. Leuit. 23. Dominum Deum time: vt possit viuere frater tuus apud te. pecuniã tuam non dabis ei ad vsuram. Secundum est amor diuinæ bonitatis. Deu. 23. Fratri tuo id quo indiget sine vsura commodabis: vt benedicat tibi Deus. Tertium odium dolosæ iniquitatis: contra quod dicitur in psalmo. Non defecit de plateis eius vsura & dolus. Quartum est desiderium superne felicitatis: ad quam non ascendit vsuras exercens: vt dictum est. qui pecuniam suam non dedit ad vsuram &c. Et de isto genere vsuræ. vide supra versic. 886. Secundo est vsura pœnæ: quando scilicet plus exigitur in pœnis quam commissum fuerit in delictis. Et de ista intelligitur iste versus. Ex vsuris &c. Vsuræ enim secundum gloriam sunt quando plus exigitur in suppliciis: quam commissum fuerit in culpis. Et istud plus intelligitur multipliciter scilicet quoad plura. Verbi gratia. Cum homicida tantum corpus hominis perimat: animæ vero nihil noceat: ipsius tamen homicidæ corpus & anima perditur in gehenna. Vel potest intelligi quoad durationem: quia peccata delectatio est breuis & transitoria: sed pœna æterna vel quo ad intentionem: quia longè maior & intensior est afflictio in pœna, quam fuerit delectatio in culpa. Ezechiel. 22. Vsuram & superbundantiam accepisti. Tertio est vsura gratiæ siue gloriæ. De qua dicitur. Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam: vt & ego veniens cum vsuris exegissem illam? Dominus enim nobiscum vsuram facit: quia per suos prædicatores verbum Dei nobis præstat, & cum verbis à nobis exigit opera. Vnde prædicta verba exponens Chrysostomus ait. In sensibilibus & temporalibus diuitiis debetores solius accommodati obnoxij sunt: quantum enim receperunt: tantum necesse est eos reddere: nec plus ab eis queritur. In diuinis autè eloquiis non solum ad custodiam obligamur: sed etiã multiplicare monemur. Qui enim verbi pecuniam à doctore percipit credendo, necesse est vsucum vsuris eam soluat operando: ac etiam vt ex his quæ audiuit etiam alia studeat intelligere: quæ necdum ex prædicatores ore didicit. Ad propositum igitur hic loquitur de vsuris secundi generis: quia cum Deus à culpa nos liberat: etiam ab vsuris pœnæ æternæ absoluit. vnum enim consequens est ad aliud. Ideo illa Deo simul copulat, dicens. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum. Sequitur. Et honorabile nomen eorum coram illo. quia scilicet tales ante se in regno collocabit honorificè. Vel secundum aliam literam. Et honorabile nomen eius coram ipsis: quia tales sic per Christum liberati in multa reuerentia & honore habent Christi nomen. E

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabia: & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

Hic consequenter commendatur bonitas Christi

sti ex collatione bonorum. Duo autem bona maxime suis confert scilicet veritatis cognitionem & in bono confirmationem. Secundum tibi. Erit. <sup>Aurum.</sup> Quantum ad primum sciendum quod in scriptura per aurum sapiëntia designatur. De qua per salomonem dicitur. Thesaurus desiderabilis requisit in ore sapientis, Aurum quippe sapientiam vidit: quam thesaurum vocauit: quæ rectè auri appellatione significatur: quia sicut auro temporaria, ita sapientia æterna mercantur. Si enim aurum sapientia non esset: nequaquam Laodiceæ ecclesiæ ab angelo diceretur. Suadeo tibi exire à me aurum ignitum. Aurum quippe è minus: cum ad acceptam sapientiam prius obedientiam præbeamus. Ad quem videlicet contractum nos bene quidem sapiens excitat, dicens. Concupisce sapientiam: serua mandata: & dominus præbebit illam tibi, &c. Per Arabiam namque quæ humilis interpretatur: humilitatis accipe virtutem. Quid ergo est dicere: Dabitur ei de auro Arabia: nisi dabitur ei scilicet Christo sapientia, qua seipsum humiliabit pro nobis vsque ad mortem crucis? Sapientiam enim tantam Deus animæ Christi contulit: quod ei amplius conferri non potuit: quia omnia nouit quæ Deus. vt ostendit Magister libr. 3. distin. 13. Humilitatem vero habuit: quia humiliavit semetipsum formam serui accipiens &c. Propter quod & Deus exaltauit illum &c. Dicat ergo de Christo. Et viuet. i. etsi pro nobis sit mortuus: tamè resurget immortalis: quia Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Ro. 6. Et dabitur ei de auro Arabia, de fonte diuinæ sapientiæ cum summa humilitate. Et hæc omnia accepit Christus propter nos scilicet sapientiam: vt nos de mysteriis fidei illuminaret, ipso dicente. Ego sum lux mundi. Humilitatem: vt nos ad humilitatem inclinaret. Matth. 23. Discite à me: quia mitis sum &c. Et ideo fideles per Christum illuminati fide seiplos illi humiliant ipsum adorando. Quod præuidens psalmista, de fidelibus nunc sequitur, dicens. Et adorabunt de ipso semper. Illi qui sunt de ipso. i. de corpore suo: quod est ecclesia: semper Christum vt verum Deum adorabunt: & hoc actu vel habitu tota die benedicent ei. s. gratias agendo pro receptis ab eo beneficiis. Vel aliter: per aurum Arabiæ accipe sapientiam sæcularem, nam Arabia interpretatur terrestris. Et sic dabitur de auro Arabiæ: quia sapientes mundi sibi subiicietur. Sic enim exponit glo. dicens. Et dabitur ei de auro Arabia. i. sapientes mundi in Christum credent. Per Arabiam enim gentes significantur. Per aurum vero quod excellit inter omnia metalla: sapiëntia quæ excellit inter doctrinas. Vel ideo hoc dicit: quia post resurrectionem Christi multi principes & potentes ad fidem Christi conuersi: dederunt aurum & munera præciosa ad ædificationem ecclesiarum. Et sic verisimile est, quod dederunt de auro Arabiæ quod est præciosius &c.

Erit firmamentum in terra in summis montium: super extolletur super libanum fructus eius: & florebut de ciuitate sicut fœnum terræ.

Hic ostendit quod Christus fuit conferens in bono confirmationem. Vbi primo notandum quod secundum

1180

Firmamentum  
in aduentu  
Christi  
secundum  
Hieronymum

Expositio  
Ier. 14.

Ioan. 6.

Ad phil.

Rom. 6.

Ioan. 8.  
Matth. 23.

Gregor. 9.  
Ier. 14.  
Ier. 17.

Firmamentum  
dicitur  
Christi

1179

secundum aliquos doctores hæc litera vitio scriptoris est corrupta quando dicit. Et erit firmamentum, quia dicere debet. Et erit firmamentum. Quod probant per hoc: quia in hebræo habetur. Et erit abundantia frumenti. Et in translatione Hieronymi. habetur. Et erit memorabile frumentum. Et ideo dicunt quod translatio communis est corrupta per scriptores ex similitudine dictionum habens firmamentum pro frumentum. Vnde istum passum exponunt hebræi, dicentes, quod in aduentu messie, quem falso expectant, frumenta crescent in altitudine tanta, sicut cedri libani, & facient spicas altas & latas, ex quibus vento flante decideret simila, de qua iudei ad libitum poterunt saturari. Sed posito quod textus diceret. Et erit frumentum, tamen illa expositio videtur fatiis puerilis, & non vera. Sed tunc acciperetur frumentum pro sacramento eucharistiæ, in quo Christus realiter continetur, qui se grano frumenti comparat. Et tunc sic exponeretur. Et erit frumentum. scilicet sacramentum eucharistiæ. in terra in summis montium, quia episcopi & sacerdotes qui sunt in ecclesia Dei quasi montes, super capita sua eleuant hoc sacramentum. Super extolletur super libanum fructus eius. quia fructus huius sacramenti extollit & eleuat hominem ad altitudinem cæli & vitæ beatæ. Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Et florebut de ciuitate sicut fœnum terræ. id est Christiani qui in ecclesia velut in ciuitate vniuntur fide & charitate. Ciuitas enim dicitur ciuium vnitas. De ista ergo ciuitate florebut Christiani, id est multiplicabuntur. Et hoc sicut fœnum terræ. Quod ideo sic dicit: quia sicut fœnum subito multiplicatur, sic & Christiani in paruo tempore per totum orbem multiplicati fuerunt. Sed legedo istum textum vt habet communis translatio, scilicet Et erit firmamentum in terra, &c. Vbi notandum quod per montes in scriptura sacra sancti prædicatores designantur, vt ostendit Gregor. dicens. In scriptura sacra sæpe montium nomine prædicantium altitudo designatur. De quibus per psalmistam dicitur. Suscipiant montes pacem populo. Electi quippe prædicatores æternæ patriæ non immerito montes vocantur: quia per vitæ suæ celsitudinem ima terrarum deserunt, & cælo propinqui fiunt. Summa ergo montium sunt summi prædicatores scripturarum, scilicet propheta & apostoli: quorum vaticiniis Christus incarnatus fuit. Firmamentum, quia omnia ab illis prædicta per Christum sunt firmata & completa. Et hoc in terra, id est propter eos qui sunt in terra. Vnde propter hoc Christus in terram venit, vt in ea impleteret quæ prædicta erant. Firmamentum ergo prophetarum est, quia quod dixerunt impleuit. Et extolletur super libanum fructus eius. Quis est enim fructus Christi, nisi quilibet iustus? De quo fructu dicit Iesus apostolis. Ego posui vos vt eatis & fructum afferatis & fructus vester maneat. De isto ergo fructu dicit. Et extolletur super libanum fructus eius. Quod ideo dicit: quia sicut Libanus producit proceres fructus & altos, ita Christus iustus suos altius subleuat, dum eos attollit ad cælum. Et florebut de ciuitate. scilicet ecclesiæ, vt supra, sicut fœnum terræ. Vbi nota quod hic fœnum accipitur pro viriditate, non pro ætate, sicut de iustis alibi dicitur. Iustus vt palma florebit: quia viriditatem gloriæ semper obtinebunt.

A Sit nomen eius benedictum in secula, ante solem permanet nomen eius.

Hæc est vltima pars, in qua agit de Christi laudanda maiestate. In qua per multas rationes probat Dei maiestatem à cunctis venerandã. Et primo ratione suæ æternitatis, quia ante solem permanet nomen eius, ergo ante omnem creaturam cuius deductio ex hoc patet. Omnia creaturarum genera à principio simul creata fuerunt & non successiue. Eccles. 18. Qui viuit in æternum creauit omnia simul, quod Augustinus intelligit omnia simul fuisse creata in materia & forma. Sed Gregor. solum in materia, postea autem per opera sex dierum fuerunt per suas species distincta, ex quibus sequitur, quod nulla creatura fuit ante solem vel saltem materiã solis. Ergo omne quod fuit ante solem, est æternum, sed Christus fuit ante solem, quia nomen eius ante solem permanet, quod verum est quantum ad suppositum Christi. Vel aliter per solem intelligitur natura angelica: quia sicut sol ceteris aliis cunctis est luminosior, sic & natura angelica ceteris creaturis quamuis non pertingat ad claritatem cognitionis diuinæ: quia vt dicitur Eccles. 23. Oculi domini multo plus lucidiores sunt sole, quod exponitur de natura angelica. Cum igitur ante naturam angelicam nihil fuerit creatum, consequens est vt qui ante solem fuit, sit æternus. Et hanc rationem laudis assignat psalmista, dicens. Sit nomen eius benedictum. id est dignum est benedictione, probat ratione æternitatis. Et ante solem permansit nomen eius. Vbi ly, &, stat pro quia.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.

Hic ostendit Christum laudandum ratione suæ bonitatis, quàm scilicet omnibus communicat. Vbi nota quod Christus incarnatus in mundo conuersatus passus & mortuus fuit, non pro vna gente tantum, vt puta pro Iudæis vel Sarracenis vel pro Græcis, sed pro omnibus. generaliter quantum ad sufficientiam, pro solis autè electis quantum ad efficaciam, quibus passio fuit causa salutis, cuius participatione benedictione cælestem consequuntur ab ipso Christo. Et hoc erit in die iudicij, quando omnes electos in simul congregatos ad regnum cæleste vocabit, dicens. Venite benedicti possidere, &c. Ista est promissio facta Abraham. Benedicentur in te omnes cognationes terræ, vt ly signum vniuersale omnes accipiat pro generibus singulorum non pro singulis generum quod in Christo qui fuit de semine Abraham completum fuit, quod etiam nunc præuidens psalmista, ait. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ. Vbi notandum quod hoc nomen hæc tribus dicitur à tris vel à tribus. Et dicitur tribus progenies à tris: quia in principio Romani à Romulo fuerunt trifariam transcripti, scilicet in senatores, milites, & plebeios. Et sic alia est progenies senatorum, alia militum, alia plebis. Et istomodo duodecim filij Iacob fecerunt duodecim tribus: quia de quolibet illorum tres prædictæ progenies descendunt.

Eccles. 18.  
August.  
Gregor.

Eccles. 23.

1181

Benedictio  
Christi.

Math. 25.  
Gene. 12.

Tribus vnde  
dicitur.

runt: cum ad istam triplicem progeniem quilibet redueatur. quia quilibet aut est de progenie dominorum, aut militum, aut plebium: sequitur quoddam per omnes tribus intelligitur, omnis homo. *Benedicentur ergo in Christo omnes tribus* id est, omnis homo. Et quia sancti a Christo sic benedicti: non sunt sibi ingrati: ideo sequitur, *Omnes gentes* scilicet sic a Deo benedicta magnificabunt eum. Qualiter autem Christus magnificatur & magnus efficitur a nobis, vide supra versicu. 272. & 303. & 351.

1182

**Benedictus dominus Deus israel: qui facit mirabilia solus.**

Hic ostendit Christum fore laudandum ratione sua potestatis: quia ipse solus mirabilia facit. Omnia enim opera trinitatis ad extra sunt indiuisa: & sic aequaliter competunt filio ut patri. Cum ergo solus Deus mirabilia faciat sua infinita potentia: consequens est, quod etiam Christus solus mirabilia facit: quia Christus est Deus. Vnde Iob. 5. Qui fecit magna & inscrutabilia & mirabilia absque numero. Quod exponens Grego. 6. mora. c. 6. ait. Quis omnipotentis Dei mirabilia scrutari sufficiat: quod cuncta ex nihilo creauit: quod ipsa mundi fabrica mira potentia virtute disposita: & super aera caelum suspenditur: & super abyssum terra libratur: quod ex rebus inuisibilibus omnis haec vniuersitas existat: quod hominem fecerit (ut ita dixerim) in breui colligens mundum alterum: quod hunc ex anima & carne constituens inuestigabili virtutis dispositione permiscuit spiritum & lutum? Ex his itaque aliud nouimus, aliud fumus: sed tamen haec mirari negligimus: quia ea quae in comprehensibili indagatione mirra sunt humanis oculis visu viluerunt. Vnde fit ut si mortuus homo suscitetur: in admiratione omnes exiliant, & quotidie homo qui non erat nascitur: & nemo miratur, dum proculdubio omnibus constat, quod plus sit creati quoddam non erat, quam reparari, quoddam erat. Quia arida virga Aron floruit, cuncti mirati sunt: quotidie ex aere terra arbor producitur: virtusque pulueris in lignum vertitur, & nemo miratur. Quia quinque fuerunt panibus quinque milia hominum satiati, creuisse escas in dentibus cuncti mirati sunt, quotidie sparsa grana seminum plenitudine implentur spicarum, & nemo miratur. Aquam semel in vinum permutatam videntes cuncti sunt admirari: quotidie humor terrae, in radicem vitis attractus per botrum in vinum vertitur, & nemo miratur. Mira itaque sunt omnia quae mirari homines negligunt, quia ad considerandum (ut praediximus) visu torpescunt. Et sequenti cap. addit alia exempla ad propositum ex quibus omnibus patet mira Dei potentia, quae mirabilia operatur. vnde & laude concluditur dignus. Quod modo attendens psalmista, ait. *Benedictus dominus Deus israel qui facit mirabilia solus.* Et si dicas. Nonne etiam quandoque homines alij faciunt mirabilia: ut petrus qui sola vmbra sui corporis curabat infirmos: solo verbo suscitabat mortuos: erigebat claudos: caecos illuminabat: & sic de aliis etiam sanctis? Quomodo ergo de Christo dicitur: qui facit mirabilia solus. Ad hoc respondet glo. quia & quicunque alius si mirabilia facit, ipse in illo facit: quia omnia

Iob 5. Mirabilia Dei. Grego 6. mora. ca. 6.

Apertum facta sunt Ioan. 1. Vnde Esa. 26. Omnia opera nostra operatus es in nobis domine.

**et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum: & replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat.**

Hic ostendit Dei maiestatem laudandam ex eius immensitate. Sicut enim aeternitas Dei simul continet omnia tempora praesentialiter: sic & immensitas Dei simul replet omnia loca, & omnem naturam: sic quod ubique praesens est. Quoniam ut ait magister libro 1. dist. 37. Deus incommutabiliter semper in se existens, praesentialiter, potentialiter & essentialiter est in omni natura sine essentia sine sui diffinitione, & in omni loco sine circumscriptione: & in omni tempore sine mutabilitate &c. Vnde Hiero. 23. dicitur. Caelum & terram ego implebo, dicit Dominus. Vnde Grego. ait. Creator quippe hominum in parte non est quia ubique est: & tunc minus inuenitur quado is qui totus ubique est, in parte queritur. In circumscriptione namque spiritus omnia intra semetipsum habet: qui tamen omnia implendo circumdat: & circumdando implet: & sustinendo transcendit: & transcendendo sustinet. Haec autem Dei immensitas, scilicet quod omnia repleat, ratione naturali probari potest, ut sic arguatur. Aut Deus est essentialiter ubique: aut nusquam: aut alicubi sic: & alicubi non. Si primum habetur propositum. Si secundum, ergo Deus non est, si nullibi est, dato quod sit solus. Quis enim audeat dicere, diuinam essentiam nusquam esse? Si autem detur tertium, quod alicubi sit & alicubi non: ergo sequitur, quod Deus sit localis: & quod possit de loco ad locum moueri, quod nulla philosophia suspicatur. Nec valent aliquorum argumenta ad oppositum facta, dicitur, Deus ab aeterno non fuit ubique, ergo nunc essentialiter non est ubique. Patet consequentia quia omne quod Deo conuenit essentialiter, sibi conuenit ab aeterno, cum sua essentia ab aeterno fuerit perfectissima. Sed antecesserit patet, quia ab aeterno non fuit in ciuitate Bononiae, quia ciuitas Bononiae non erat, nec in aliquo loco, quia nullus locus erat. Et confirmant, quia Deus essentialiter est incommutabilis, ergo non est ubique patet consequentia, quia tunc sequeretur quod ad creationem noui loci esset in illo in quo ante non fuit. Vnde & Damascene. Dicit libro 1. quod Deus immaterialis existens, in loco non est. Ista non concludunt. Non primum, quia cum dicitur quod omne, quoddam Deo conuenit essentialiter, sibi conuenit ab aeterno. Hoc enim intelligi debet de illis qui nullam creaturam connotant. Nam Deus essentialiter est dominus omnium. quod non fuit ab aeterno, quia Deum esse dominum constat seruitutem creaturae. Et sic dico in proposito, quod Deum esse ubique, connotat creaturam quia connotat locum. Ad secundum consimiliter dicitur, quod solum illud quod locum nouum acquirat circumscriptione, vel habitum, sic deperdit: quod solum tale mutatur. Deus autem circumscriptione locum nouum non acquirit, vel habitum, perdit, sed solum dicitur esse in loco nouo, quia locus nouus est, vel habitum deperdit, quia habitus locus definit esse. Ad Damascenum dicitur, consimiliter, quod intelligit de esse in loco circumscriptione.

Immensitas Dei.

Hiero. 23. Grego. 10. mora. c. 11.

Ubiq. est Dei.

circumscriptione. Ad propositum ergo ratione huius immensitatis diuinae, psalmista ostendit Dei maiestatem fore laudandam, dicens. *Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum.* Et subdit causam, dicens. *Et, pro quia, replebitur maiestate eius omnis terra fiat fiat* id est amen amen. Et secundum distinctionem factam in principio: hic finitur secundum liber psalteri. Quia ubique ponitur fiat fiat. ibi est finis libri. Quid autem nomine maiestatis intelligitur: dicit Catholicus: quod maiestas dicitur a maior, & est maiestas idem quod dignitas sic dicta, quasi maior potestas.

PSALMVS LXXII.

**Quam bonus israel Deus his, qui recto sunt corde.**

Titulus huius psalmi est. *Defecerunt laudes vel hymni David filij esse psalmus Asaph.* Circa istum titulum duplex est opinio. Primitus iste titulus vsque ad illud, psalmus Asaph: spectat ad psalmum praecedentem & finis ipsius: sed titulus istius psalmi solum est, *psalmus Asaph.* Et haec est opinio aliquorum hebraeorum. Vnde in fine praecedentis psalmi hoc totum ponitur. *Defecerunt laudes vel hymni David filij Iesse.* Et si arguatur. Contra, quia psalmus & orationes David in praesenti psal. non sunt complete, quia postea in hoc libro etiam consequenter ponuntur multi psal. ab ipso David facti. Quomodo igitur in praecedenti psalmo defecerunt laudes David? Respondet. quod hoc dicitur pro tanto quia in praecedenti psalmo agitur de Christi regno ad quod oes psalmi a David facti, ut ad finem sunt ordinati. finis autem importat complementum. Sed ista responsio non valet, quia multi alij psalmi David agunt de Christi regno. ut est psal. 20. & 23. & 22. &c. Non tamen in illis ponitur talis finis. I. defecerunt laudes &c. Ideo aliter respondet Nicolaus, dicens, quod iste psalmus fuit vltimus inter psalmos factos a David, sed in hoc libro non fuit vltimo loco scriptus, quia psalmi scribebantur eodem ordine quo inueniebantur. Et ex hoc contingit quod psal. 144. qui primus fuit factus a David, vel factus fuit de psal. est positus propere finem libri, quia fuit de vltimis inuentus. Et conformiter accidit, quod iste psal. qui fuit vltimus factus a David, ponitur circa medium libri, quia scilicet tali ordine fuit inuentus. Et hanc solutionem dicit ragera Ra. Sal. in glo. Vnde quamuis in titulis psalmodum multorum ponatur nomen David absolute, nunquam tamen ponitur cum articulo ut hic David filij Iesse, quod non vacat a mysterio. Nam quando David absolute ponitur, ratione sua in interpretationis significat Christum quoad caput, vel quoad membra. Ideo ne hic sic acciperes David secundum interpretationem pro ipso Christo ipsum non posuit absolute, sed cum articulo. s. filij Iesse, ut intelligeret illum hominem realiter qui fuit dicitur David filius Iesse, quo tempore suo temporaliter regnauit in populo iudeorum carnali. Et sic quia David erat rex & caput illius carnalis populi, per ipsum David intellige illum populum iudeorum, qui pro temporalibus bonis habedus Deo seruiebat, non intelligens quod per illa bona temporalia quae Deus eis dabat & promittebat signabatur bona spiritualia & aeterna. Vnde &

1184

Titulus liber psalmorum.

Ubiq. est Dei.

illa bona temporalia multotiens Deus ab eis attulerebat, & dabat idololatri, ut viderent illa communia esse bonis & malis, & per consequens pro illis non debere Deum colere principaliter, sed pro bonis aeternis in illis signatis. Boni autem iudei & spirituales qui significantur, non per David filium Iesse, sed per David filium Dei, non colebant Deum pro illis temporalibus, sed pro spiritualibus figuratis per illa. Et sic in istis deficiebat laudes David filij Iesse id est illius populi carnalis, sed non laudes David filij Dei. Ad propositum, Asaph qui fuit vnus de principalioribus, catoribus quos David instituit volens abducere illum carnalem populum ab illis terrenis ad bona spiritualia & aeterna per illa figurata, fecit istum psalmum. Ex quibus apparet sensus tituli, qui est talis. *Defecerunt laudes vel hymni David filij Iesse* id est laudes illius carnalis populi, qui pro temporalibus Deum colebat, significati per David filium Iesse defecerunt scilicet in bonis & spiritualibus, qui scilicet non laudant Deum vel colunt pro temporalibus principaliter, sed pro bonis aeternis. Et de hoc agit iste psal. quem fecit Asaph. Iste ergo psal. non est exponendus historialiter, sed solum doctrinaliter. Vnde in toto psalmo, iste vult ostendere diuinam bonitatem erga illos, qui ipsum colunt denotet. Diuiditur ergo psalmus iste in tres partes, quia primo psalmista ponit intentam conclusionem. Secundo arguit ad vtramque partem ibi. *Mei autem.* Tertio ponit veritatis determinationem, ibi. *Si dicebam.* Quantum ad primum sciendum quod principalis intentio psalmista est, ostendere erga nos Dei bonitatem, quam proponit dicens. *Quam bonus israel Deus &c. quasi dicat.* Deus israel est valde bonus. Et loquitur ipsi populo israel, quia quamuis Deus sit omnium Deus specialiter tamen erat Deus israel per verum cultum & cognitionem, quia solus populus israel Deum colebat. Vbi notandum quod iste Asaph quandoque fuit opinionis contrariae scilicet quod Deus esset melior malis quam bonis, quia videbat malos amplius prosperari in praesenti. Nunc autem ab errore conuersus oppositum tenet, quod bonis & rectis corde melior est. Vnde dicit. *Quam bonus Deus his, qui recto sunt corde quasi dicat.* secundum glo. Hoc mihi non semper visum fuit, quia peruersus eram, & verum bonus est Deus bonis, quia bonitas diuina non sentitur a malis, sicut nec claritas solis delectabilis est oculis aegris. Ideo dicit. *His qui recto sunt corde,* qui scilicet recto corde tendunt in Deum sicut in summum bonum. Et nota quod solus Deus multipliciter dicitur esse bonus. Vide supra versicu. 351.

**Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei.**

Hic incipit arguere ad partes. Et primò arguit ad oppositum diuinæ bonitatis. Secundò ad propositum, ibi. *Si dicebam.* Quantum ad primum arguit contra bonitatem diuinam improbens diuinam prouidentiam ex duobus. Primò ex prosperitate malorum. Secundo ex aduersitate bonorum ibi. *Conuertetur.* Quantum ad primum notandum quod hic propheta loquitur in persona propria quia quandoque non fuit verè opinionis in ista materia, ut dictum est. Vel loquitur in persona

1185

lona

sona populi infirmi, qui videns malorum prosperitatem incipit dubitare de bonitate diuinæ providentiæ. Propter quod multi dicunt diuinam providentiam etiam circa ista inferiora non versari. In quorum persona dicitur Iob. 22. Circa cardines cæli perambulat, nec nostra inferiora considerat. Circa hoc autem duo facit, quia primo describit malorum prosperitatem: Secundò ostendit ipsorum iniquitatem, ibi. *Ideo tenuit*. Prosperitatem autem malorum describit ex tribus Primò quia pacis habent tranquillitatem, Secundò, quia vitæ habent diurnitatem, ibi. *Quia non est*. Tertio, quia quietis habent voluptatem, ibi. *In labore*. Ante tamen quam ista producat, præmittit quod istorum consideratio sibi periculum ruinæ fuit & erroris, dicens. *Mei autem penè moti sunt pedes*. Vbi notandum quod per pedes hic accipit affectiones & cogitationes, quibus totus homo interior circumfertur, sicut exterior corporis pedibus. Videtes enim multi tam malorum prosperitates quam bonorum aduersitates, & scientes quod iustitia oppositum dicitur, scilicet ut mali deprimantur & boni exalcentur, in seipsis syllogisant, dicentes. Aut Deus non est iustus, aut de istis inferioribus non habet providentiã. Hac enim consideratione motus Hieremias. d. Iustus quidem tu es domine, si disputem tecum, verum tamen iusta loquar ad te. *Quare* via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui inique agunt, &c. Cõsimiliter & Iob ista considerans, dicit. *Quare* impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitiis &c. Et multorum affectiones & iudicia à via recta diuinæ providentiæ errant, & aliqui sunt in periculo erroris. De quorum numero hic erant psalmista, dicens. *Mei autem penè moti sunt pedes vel effusi gressus*, sed penè, quia cœpi errare, sed nõ perseueravi, cœpi cadere, sed non cecidi. Vnde hic idem sunt pedes & gressus. Et sic prima pars versus & secunda continent eandem sententiam, sed replicatam alijs verbis. Et notandum quod effusio est multiplex scilicet voluptatis & lasciuia, Gen. 49. Ascendisti cubile patris tui, effusus es &c. Quædam crudelitatis & malitiæ Psal. 78. Effunderunt sanguinem innocentem &c. Quædam miseratiõnis & clementiæ, Esa. 58. Cum effuderis esuriienti animam tuam, orietur in te ebrietas lux tua. Quædam deuotionis & reuerentiæ. Matt. 26. Alabastrum unguenti effudit super caput eius. Quædam contritionis & potentiæ. Psalm. 61. Effundite coram illo corda vestra. Quædam dubitationis & inconstantia, vt hic. *Penè effusi sunt gressus mei*.

Iob. 22.

Pet.

Hieremias.

Iob. 22.

Effusio multiplex.

Gen. 49.

Psal. 78.

Esa. 58.

Matth. 26.

Psal. 61.

1186

Quia zelauit super iniquos pacem peccatorum videns.

Hic declaratur malorum prosperitas. Et primò quia habent hic pacis tranquillitatem. Vnde iste versus cum duobus sequentibus respondet prædicto, quia si queratur quare penè moti sunt pedes &c. respondet. *Quia zelauit super iniquos &c.* Vbi notandum quod zelare quandoque sumitur in bono, & quandoque in malo. Nam secundum grammaticos zelus zeli masculini generis idem est quandoque quod amor, quandoque idè quod

inuidia, quandoque idem quod emulatio tam in bono quam in malo. Et hinc dicitur zelo. las. idè quod amare inuidere vel æmulari siue imitari. Est enim zelare idem quod imitari. psal. 36. Noli æmulari in malignaribus, neque zelaueris id est imitatus fueris facis iniquitatem. Quandoque idem quod amare, Eccle. 9. Neque zelus id est ames mulierem proximi tui. Quandoque idè quod inuidere & dolere. Actuum. 17. Cum multitudo magna fidem Christi recepisset, zelantes iudei assumpserunt quosdam de vulgo, & turba facta concitauerunt ciuitatem. Sic & in proposito zelare stat pro inuidere vel dolere. Vnde dicit. *Quia zelauit super iniquos, &c.* glo. quasi dicat. *Videns pacem peccatorum*. inuidi eis & grauiter tuli. Vel secundum alios hic zelari stat pro imitari, vt sit sensus. *Zelauit super iniquos*. id est quasi motus fui per quamdam concupiscentiam ad sequendum eos. Et motuum dicta concupiscentia tangit, dicens *Pacem peccatorum videns*. scilicet ipsorum felicitatem temporalem. Circa autem pacem peccatorum notandum, quod pax peccatorum triplex reperitur, scilicet pax libidinosa familiaritatis, quæ est carnalium peccatorum. Pax calumniosa fraternitatis, quæ est mundialium cõspiratorum. Pax ociosa impunitatis, quæ est negligentia peccatorum. Primo dicitur pax libidinosa, &c. Et hæc reperitur inter libidinosos virum & mulierem, se inhonestè amantes. Vnde talis mulier dicitur Iud. Can. 8. Ego murus, & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum cum eo pacem reperiens. Talis pacificus fuit Salomon. De quo Ecclesiast. 47. Salomon imperauit in diebus pacis, & citò post de ipso dicitur. Inclinaisti femora tua mulieribus. Et notandum, quod talis pax non habetur in diebus belli vel aduersitatis: quia tunc homines non vacantur libidini: sed in diebus otij & prosperitatis. Vnde David cum ociosus deambularet in solario domus suis militibus existentibus in bello, commisit adulterium, 2. Regum 11. Sic & ciuitas Romana, cum bellis quibus Chartagine uersa est, habens pacem continuò Romani vitis gulæ & luxuriæ vacantes fuerunt. Vnde plus nocuit Roma euersa Carthago, quam prius noceret aduersa: sicut dicit Augustinus 3. de ciuitate Dei. Secundò est pax ociosa, &c. quæ nihil aliud est, quam quædam violentia calumniosa fraternitatis: quia mali confederant se ad inuicem, vt bonis resistere possint. Hæc figuratur per pacem herodis & pilati, qui Christum occiderunt. Sic enim videmus quod inter spinas steriles maior est connexio, quam inter arbores fertiles, sic & inter malos maior est connexio ad brigas & discordias, quam inter bonos ad bona. Sic & Iudas pacem fecit cum Iudæis, vt traderet Christum. psalmus quadragesimus. Homo pacis meæ in quo sperabam. Tertio est pax ociosa. Et hæc nihil aliud est quam quædam negligentia punitionis. Quando enim prælatus videt delictum puniendum & dissimulat, nec punit: tunc à subditis vocatur pacificus. Similiter & quando Deus malos non punit, dicunt mali se habere pacem cum Deo. Et de ista pace hic loquitur psalmista, dicens. *Quia zelauit super iniquos, pacem peccatorum videns*. Sed aduertant quod scribitur. Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus.

Quia

Quia non est respectus morti eorum & firmamentum in plaga eorum.

Hic secundo declaratur malorum prosperitas: quia habent vitæ diurnitatem. Vbi sciendum quod respectus dicitur ad respicere seu videre. Et sic illud dicitur habere respectum, quod sæpe cernitur & videtur: & illud non habere respectum: quod tardius vel raro videtur. Et isto modo quia Deus in præsentibus sanctos suos aduersitatibus exponit, ipsi à Deo respici non videtur: sed quia in futurum ipsos cõseruabit: ideo tunc erit respectus illorum. Sapient. 3. Tanquam aurum in fornace probauit electos dominus. Sequitur. Et in tempore, scilicet, futura vitæ erit respectus illorum. Et isto modo hic loquitur psalmista: quod non est respectus morti malorum: quia scilicet diu viuunt amplius quam iusti. Et hoc est quod dicit: *quia non est respectus morti eorum*: quia & si aliquando infirmantur, eo quia indiuitiis abundant: habent remedia preparata medicorũ & aliorũ necessariorum quibus cito curantur. Iusti autem quia temporalibus carent, illa remedia habere non possunt. Et hoc est quod subdit. *Et firmamentum in plaga eorum*. Vnde negatio quæ est in principio versus, ad ambas partes refertur: vt dicatur. *Non est respectus morti eorum: & non est firmamentum in plaga eorum*. quia scilicet eorum plaga vel infirmitas non firmatur vt diu duret: sed cito curatur. Sed huic sententiæ videtur aduersari quod superius dictum est psal. 54. Viti sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos. Hic autem dicitur, quod non est respectus morti eorum. Respondeo, quod amba propositiones sunt indefinitæ: ideo in simul stare possunt in veritate: sicut iste homo currit: & homo non currit. Secundò quod illud, viti sanguinum &c. non dimidiabunt dies suos: intelligitur quod non interponunt medium malis suis per penitentiam: vide vbi vers. 90. Vel aliter iste versus exponitur. Vbi considerandum quod multiplex est mors, scilicet culpa. Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Natura. Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori. Gratia: quæ scilicet quis moritur mundo & peccatis, i. Pet. 2. Christus peccata nostra pertulit super lignum crucis in corpore suo: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Isto enim modo religiosi dicuntur mortui: quia ex perfectione sua mundo & vitis mori profitentur. Et de ista morte gratia loquitur psal. 30. dicens. Obluioni datus sum tanquam mortuus à corde. Quod exponens Gilbertus, dicit. Obluioni datus sum tanquam mortuus à corde. id est à propria voluntate. Bona obliuio, si te ipsum nescias, vt proximo profis. Bene autem mortuus à corde qui dicit. Vt uo ego, iam non ego: viuunt autem in me Christus. Mortem hanc quæ sit à corde infert charitas. De qua loquitur sponsa in canticis. Vulnerata charitate ego sum. fortis est vt mors dilectio: vt mortem in nobis non vitam occidat. Vnde & audacter morti minatur, dicens. Ero mors tua ò mors. Quia peccatum contingit, quod animæ vitam expulerat animam innocentia restituit. Verum si præualeat morti charitas: ita vt illam in ingressu vincere possit: cur non dicitur morte fortior: nisi quia & ipsa est mors & seipsa fortior esse nõ potest. Bona mors, non vita, sed mortis. Bona

Incog. Tom. j.

mors nõ abhorreda: quæ etiã si vitã adimit, adimit quidem, sed ad tempus restituendam in tempore sine tempore duraturam &c. Ad propositum. Ista morte aliquando moriuntur mali: quia penitent de peccatis: & charitate eleuantur ad Deum: sed non perseverant ad vitam peccati redeuntes. Et hoc notans hic psalmista, dicit. quod non est respectus morti eorum & firmamentum, &c. quia scilicet non durant firmiter vsque ad mortem.

In labore hominum non sunt: & cum hominibus non flagellabuntur.

Hic tertio declarat prosperitatem malorum: quia quietis habent voluptatem. Cum enim dicitur. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volandum: ille videtur à natura declinare hominis: qui in presenti labore caret. Sed quis est hic cum in omni statu & gradu labor sit & dolor: Et ideo notandum quod sicut duplex est homo, scilicet re, qui viuunt secundum rationem, vt quilibet iustus, & est homo solo nomine, qui viuunt, non secundum rationem, sed secundum sensualitatem. Sic duplex est labor, scilicet hominum iustorum & labor peccatorum. Labor iustorum est hic quotidie flagellis & aduersitatibus arteri & mente ad celestia eleuari. Vnde Greg. exponens illud, Homo nascitur ad laborem. ait. Ad laborem quippe homo nascitur, quia nimirum is qui præditus est ratione, considerat quod valde fit sibi impossibile, vt hic peregrinationis suæ tempora sine gemitu euadat. Vnde bene Paulus cum tribulationes suas discipulis enumeraret, adiunxit. Ipsi enim scitis, quod in hoc positi sumus, sed in eo quod caro flagellis afficitur, mens ad appetenda altiora subleuatur, Paulo attestante qui ait. Et licet is, qui foris est noster homo, corumpatur, is tamen qui intus est renouatur de die in diem. Homo autem ad laborem nascitur, & auis ad volandum, quia inde mens ad summa euolat, vnde caro in infimis durius laborat &c. Et in istis laboribus aduersorum & flagellorum fuerat Paulus qui dicebat. In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supramodum, in carceribus frequenter. Et de isto labore dicit psalmista, quod multi mali non sunt, quia voluptatibus & delictis vacant, Et sic in labore hominum scilicet, iustorum non sunt. Sed nunquid ideo sunt sine labore? Certè in labore sunt peccatorum, quoniam quanto in mudo altior est gradus dignitatis, gradus voluptatis vel diuitiarum, tanto in illis anxius laboratur. Nam grauis labor est hanc ipsam presentis vitæ gloriam querere, quæ sitam quandoque percipere, & perceptam cum omni circumspectione custodire. Grauis labor est, hic cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendit nouerit, se diu stare non posse. Ille enim huius mundi mala veraciter sentit, qui mundi bona inhianter appetit. Verba sunt Grego. sexto. mor. cap. 5. In istis autem laboribus peccatorum non sunt iusti, quia transeuntia non amant. ideo in eorum grauibus erumnis non laborant. Sic & mali in labore iustorum non sunt, quia celestia non desiderant, ideo amore celestium carnem non affligunt. Et hoc est: quod hic de malis dicitur In labore

1188.

Iob 5.

Homo. Labor.

Grego. 6. mora. c. 5.

1. Thessa. 3.

2. Corin. 4.

2. Corin. 11.

Grego. 6. mora. c. 5.

Z z labore



Bernard in sermone de vita Simonis peccatoris ad festum Praelati & clericorum delicta

labore hominum non sunt & cum hominibus, scilicet Bernardus de clericis lasciuus & praelaris dicens. In labore hominum non sunt. dicit. Ad nullos rectius arbitror, quam ad nostri temporis clericos referendum. Habent enim singula quaeque hominum genera laboris aliquid & aliquid voluptatis. Sed aduertere prudentiam istorum: & mirare quemadmodum nouo inter haec artificio discernentes, totum quod delectat eligunt: quod molestum est fugiunt & declinant. Cum militibus nempe superbiae fastus amplam familiam & nobiles apparatus, equorum phaleras, accipitres, aleas, & similia quaeque frequentant: & molliciem omnem atque glotiam suam a mulieribus mutuantes. Cautem vero lauricae pondus & insomnes in castris noctes incertaque praeliorum discrimina vitant. Mulierumque verecundiam & disciplinam: & si aliquid ille sexus laboris habere credatur declinat. Sudant agricolae: putant & fodiant vitatores: & clerici inter haec ocio torpent. Accedente vero fructuum tempore, innouari sibi horrea iubent: & promptuaria eorum plena: vitinam non praestant illis: vitinam vel cum illis: vitunt tritico: bibunt sanguinem vine meracissimum, parum est, impinguantur & dilatantur ex adipis frumenti. Herbarum viribus peregrinum mutant vina saporem & addunt oleum camino. Sed considera & negociatores. Circumueunt mare, & aridam in labore corporis, & periculo vitae perituras sibi diuitias congregantes: & isti in terra dulces capiunt fomnos, ne dicam in stratis suis lasciuunt. Erit tamen inuenire in die festo graues in vasis aureis & argenteis ministrorum dexteris, refertas variis opibus manticas, & perlicas oneratas, & in feminis tam multiplices oculos, vt si metas adhibueris, numularios illos eos putes. Quid fabros quid cementarios ceterosque huiusmodi operarios necesse est enumerare? Videtur sibi multo labore quærunt, illi autem madent delictis, copiiis affluunt ociosi. An non merito tales poeta subfannet? Ne forte cum suas repetitum venerit olim grex animum plumas, moueat cornicula risum futinis nudata coloribus. Cum ergo resurgere homines exasperent, vnusquisque in ordine suo, vbi putas generatio ista locabitur? Si ad milites forte diuertant exsufflabunt illos, quod non secum pericula & labores tolerauerunt. Sic agricolae, sic negociatores, & ceteri singuli a finibus suis eos arcebunt, vt puta, quia in labore hominum non fuerunt. Quid ergo restat, nisi vt quos omnino repellit pariter & accusat, eum fortiantur locum, vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat: Erunt enim necesse in labore demum qui cum hominibus non flagellati in labore hominum non fuerunt.

1189

Ideo tenuit eos superbia: operiti sunt iniquitate, & impietate sua.

Hic consequenter describit malorum iniquitatem. Horum autem iniquitatem ostendit per quatuor. Primo ex praesumpta superbia. Secundum ex certa malitia, ibi. Prodiit. Tertio ex docta

nequitia, ibi. Cogitauerunt. Quarto ex ingrata demencia, ibi. Posuerunt. Quantum ad primum sciendum quod viria quandoque tenent hominem, quandoque vero tenentur ab homine. Tenent hominem, quando sic radicata sunt in homine, vt homo ab illis facilliter diuertere non possit, sicut quando quis peccat ex habitu vitioso, qui de difficili dicitur mobilis. Sicut grauius infirmus ab infirmitate tenetur, quia sibi non est facile ab illa resiliere. Sic enim dicitur Lucae. 4. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. Sed homo tunc tenet vitia, & non tenetur, quia non peccat ex habitu vel consuetudine, sed solum aliquo actu accidentaliter. vnde ab illo facilliter resiliere potest, sicut homo illud, quod tenet in manu, facilliter potest dimittere. Sic dicebat apostolus, secundum Thessal. 2. ca. Qui tenet nunc teneat. Per hoc ergo quod dicit, Ideo tenuit eos superbia, quia talis malorum superbia non est ad horam per modum passionis transeuntis, sed magis per modum habitus permanentis. Quod ideo contingit, quia quasi connaturaliter altum gradum vel magnas prosperitates mundi superbia concomitantur. vnde glossa. Tenuit eos superbia, quia prosperis sunt eleuati. Ideo tenuit eos superbia, quasi quibusdam manibus ne euadere possint, quod peius est scilicet, superbia teneri, quam quolibet actu superbire. vnde ad denotandum quod tales totaliter a superbia possidentur, subdit. Operiti sunt iniquitate & impietate sua. vnde non dicit amicti sunt, sed operiti. nam qui vestitus est, saltem caput habet liberum, qui autem operitus est, nihil liberum habet. Operiti sunt ergo iniquitate contra proximum, & impietate sua contra Deum, quia superbia & Deum contemnit, & proximum calcat. Et ad praedictum sensum istum passum exponit Gilbertus, dicens. Ideo tenuit eos superbia & c. Quid est tenuit, nisi irretiuit & implicauit, & delicato vinculo consuetudinis obligauit: Et hoc est quod sequitur. Operiti sunt iniquitate & impietate sua. vt scilicet non facile euoluere & explicare ab illa se possint. Et amplius dicam, quasi cute quadam sic aliqui praua operi & inuoluti sunt consuetudine vitiorum, vt illam exuere non tam expoliari sit quam excoriari. In cuius rei iudicium forte continet legis institutio hostiae pellem abstrahi, Nam e regione quod stricta sacerdos indui iubetur linea, veritatis te vult illius, quae de terra orta est habitu arctius astringi, vt per se castimoniam & puritatis & innocentiae tibi virtus inhaereat, & tibi conglutinetur, sed omnia sacerdotis indumenta carenulis vel vitris astricta & colligata sibi vult esse lex, vt cum indueris dominum Iesum Christum, certe indueris viscera misericordiae benignitatem charitatem & contemplationem virtutis inuiscaueris affectum, omnia tibi coaptentur & constricta sint, nihilque circa te vagari & fluctuari possit ex tentationis vento dissolui.

Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: transferunt in affectum cordis.

Hic ostendit malorum iniquitatem ex eorum

rum deliberata malitia. Vbi sciendum quod peccatum tanto grauius est, quanto ex minore occasione procedit. Hinc est quod peccatum demonis fuit maius quam peccatum hominis: quia deum nullam habuit occasionem ad peccandum, nisi voluntate propria. Homo autem ad peccandum fuit tetatus. Ideo peccatum hominis remedium habere meruit: non autem demonis peccatum, vt ostendit Grego. lib. 4. mor. cap. 9. vnde si quis mentitur timore mortis: alius autem sola libidine mentitur. Similiter si quis furatur paupertate coactus, minus peccat quam diues. Et ideo mali tyranni qui in hoc saeculo prosperantur, alios expoliantes, quia hoc non faciunt ducti necessitate: sed magis abutentes libertate propria, magis peccant quam facerent pauperes indigentia mori alios expoliantes. Volens igitur psal. ostendere malorum grauitatem peccati, qui prosperantur in mundo, ait. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum: quasi dicat secundum glossam. Iniquitas eorum in apertum prodiit ex adipe, id est ex abundantia: non ex motiuo necessitatis. Sunt enim quidam mali ex macie. i. ex necessitate: alij autem ex abundantia, vt cum pauper egestate furatur, diues ex cupiditate. Et hoc notans subdit. Transferunt in affectum cordis. i. peccando sunt imitati affectum & voluntatem cordis eorum, non necessitatem, vel aliam occasionem inducentem ad extra: quasi dicat. Hoc desiderio agunt, non necessitate, vt grauius ostendant illos peccasse. vnde istum versum ad propositum inducit Gregorius, 15. mor. ca. 25 dicens. Sicut enim ex abundantanti cibo adeps, ita ex abundantia rerum nascitur quod impinguat mentem diuitis, dum eleuatur animus superbientis. Superbia enim cordis, quasi quadam pinguedo est crassitudinis. vnde & plerique ex abundantia peccata perpetrant, sicut per prophetam dicitur. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum.

Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt.

Hic ostendit malorum iniquitatem ex docta nequitia. Vbi sciendum quod quamuis peccatum quod aliis exemplum & occasionem peccandi tribuit: grauius est quam alias foret. vnde & si quis publice peccat, & transacto actu peccati, tanto grauius augetur peccatum, quanto exemplo illius alij ad peccandum inducuntur. Sicut dicitur de Arrio haeretico, quod peccatum suum continuè augetur: dum alij suo errore inducuntur deficiunt. Sic ad propositum peccans in secreto cordis sui, non tantum malus est sicut peccatum suum publicans & docens alios consimiliter peccare grauius peccat. Sic malorum iniquitate nunc exasperans psalmista, dicit. Cogitauerunt, scilicet in corde malum facere, & sic fecerunt. Et hoc non sufficit eis, nisi etiam alios docerent male facere. vnde subdit. Et locuti sunt. scilicet alios docendo: quasi dicat secundum glossam. Non satis fuit eis peccatum quod intus habent, nisi illud exterius effundant & alios doceant. Et quia nullus peccare potest in proximum, quin

In cog. Tom. j.

etiam peccet in Deum, ideo doctrina, qua quis alium peccare docet contra Deum procedit: & est quod subditur. Iniquitatem in excelsis locuti sunt. Quia sicut omnia bona proximis exhibita Deus sibi exhibita approbat: conformiter de malis est iudicandum. Et nota quod in hoc quod dicit. Locuti sunt nequitiam, notat quod mali sunt parati alios omnia peccata docere, quia per nequitiam, omne significatur peccatum: quoniam nequitia significat primo peccatum superbiae. primo Regum decimo sexto. Exagitabat eum spiritus nequam. Et Eccles. trigesimo septimo. O praesumptio nequissima vnde creata es. Secundum peccatum inuidiae. Eccles. decimo quarto. Nequam est occultus inuidi. Marthei vigesimo. An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Tertio iracundiae. Eccles. vigesimo quinto. Morari cum leone & dracone magis placebit, quam cum muliere nequam, nequitia enim mulieris immutat faciem eius. Quarto auaritia. Actuum octauo. Penitentiam age ab hac nequitia tua, volebat enim Simon emere gratiam, vt ipsam alius dando lucraretur: & inde dicuntur simoniaci. Quinto acidia. Eccles. decimo quarto. Qui sibi nequam, cui bonus erit? Talis est ociosus qui nec sibi nec aliis proficere curat. Sexto luxuria. Eccles. decimonono. Qui se iungit fornicariis, nequam erit. Septimo gula. Eccles. decimo septimo. Quid nequius quam quod cogitat caro & sanguis? Et ideo de malis dicendo quod locuti sunt nequitiam: vult ostendere quod ipsi alios omnia genera peccatorum docent.

Posuerunt in caelum os suum, & lingua eorum transfuit in terra.

Hic ostendit malorum iniquitatem ex ingrata dementia. Quid magis ingratum excogitari potest quam suo benefactori non solum gratias non agere, sed honorem ei debitum inique sibi usurpare? Quod quidem faciunt prosperantes in mundo: qui maiorem reuerentiam & obedientiam sibi exhiberi cogunt quam Deo. Et in hoc se Deum extimari volunt: quia sua praeccepta, seruari volunt plusquam Dei. Si quis blasphemauerit Deum, leuiter paritur sibi. Si quis blasphemauerit principem, statim crimine lesa maiestatis punitur. In hoc ergo os suum ponunt in caelum: quia de Deo praepoentes, detrahunt Deo: more Nabuchodonosor, qui Holoferni praepit, vt omnes deos terrae exterminaret, ad hoc vt ipse solus Deus putaretur. Et ideo lingua eorum transfuit in terra. Quamuis enim tales contra domini praeccepta faciant, non tamen eorum praeccepta à iustis recipiunt, sed ab eis contra dicitur more Petri dicentis. Adhaere oportet magis Deo quam hominibus. Non ergo transit praecceptum eorum in iustis, sed solum in terra, id est in terrenis hominibus, qui terrenis principibus complacere volentes, ipsorum praeccepta recipiunt: & Dei mandata contemnuunt. Et hoc est quod subditur. Et lingua eorum transfuit in terra: quia scilicet solum ab hominibus terrenis est recepta.

Ideo conuertetur populus meus

Z z 2 hic

hic, & dies pleni inuenientur in eis.

Hic consequenter arguit contra bonitatem diuinæ prouidentiae ex aduersitate bonorum. Circa quam sic procedit: quia ponitur primò aduersitatis bonorum consideratio. Secundò ex hoc infertur conclusio, ibi Et dixerunt. Tertio cõclusionis probatio, ibi. Ecce ipsi. Circa primum sciendum, quòd vita iustorum pluribus aduersis quoad corpus & mundum hic præmitur, quam vita malorum, quinimo ut in pluribus, quòd quis iustior, tanto grauiora sustinet aduersa, ut patet de Christo, de apostolis & sanctis martyribus. Sic quòd nullus vnquam iustus inexpectat aduersitatibus fuit, ut deducit Greg. lib. 5. moral. cap. 14. Sic autem hic iusti assidue considerant & reperiunt dies suos plenos pœnalitatibus & aduersis. Et hoc est quòd dicit. Ideo conuertetur populus meus hic, scilicet ad considerandas aduersitates bonorum: Et dies pleni. scilicet aduersitatibus inuenientes in eis. Sic enim ad hoc considerandum se conuertit, & alios conuerti docebat illa sancta mulier Iudith omnibus dicens. Memores estote: quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus amicus Dei effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transferunt fideles. Et nota quòd ista talis consideratio aliquos inducit ad amorem Dei: quia considerant Deum ad modum boni patris filiorum mala hic emendare velle, & corrigere ne puniantur aternaliter, reprobatorum autem mala ad aeternam damnationem referre. Aliquos autem ducit in errorem, quia considerat cum Deus sit iustus: quomodo bonis infert aduersa & malis prospera, si prouidentiam haberet de istis inferioribus. Et ideo ex hoc arguunt, quòd Dei scientia vel prouidentia ad ista inferiora non se extendit. Vnde & argumentationem ex hoc errantium infert consequenter. d. Vel aliter. Iusti plenos habent dies, scilicet: mercede aeterna. Vide Gregor. 5. moral. cap. 19. & 20.

Gregorium.

Iudith. 8.

1194.

Et dixerunt, quomodo scit Deus, & si est scientia in excelsis?

Hic ergo ex præmissis infertur cõclusio. Cum enim ad principem spectet bonos præmiare, & punire malos, quos nouit. Sequitur quòd postquam Deus hic malos non punit: nec præmiat bonos, quòd nostra bona opera vel mala non cognoscit. Inter omnes enim virtutes, quæ requiruntur in principe est scientia, qua opera & conditiones subditorum cognoscere possit. Ad principem enim spectat iudicare de subditis. Solum autem quis rectè iudicare potest de his quæ nouit & horum solum est bonus index: ut ait Philosophus 1. ethi. Vnde quòd in regno aliquo boni deprimantur & mali exaltentur, ex duobus prouenire potest, scilicet aut ex malitia principis, aut ex nescientia. Cum ergo in præfenti vita mali exaltentur & boni deprimantur, aut hoc est ex malitia Dei, aut ex nescientia: sed cum malitia in Deum cadere non possit: sequitur quòd hoc prouenit ex nescientia. Et sic cõcludunt, quòd Deus non habet scientiam actuum nostrorum. Sic ergo multi videntes prauorum prosperitatem &

Aristotel.

aduersa bonorum dixerunt. Quomodo scit Deus & si est scientia in excelsis? id est in Deo: quali dicat, si Deus ita sciret ista talia euenire non permitteret. Ista opinio, scilicet quòd Deus actus non sciat ponitur Iob. 22. ubi dicitur, Quid enim nouit Deus: & quasi per caliginem iudicat, nec nostra considerat &c. Istius etiam opinionis videtur Philosophus fuisse in 11. metha. ubi ponit quòd intelligibile est perfectio intelligentis, ergo si Deus intelligit aliud à se, intellectus eius perficitur ab alio. Quòd si verum dicitur, ad hoc sequitur triplex inconueniens. Primum quòd eius cognitio vilescit, cum perficiatur à re minus nobili quam sit Deus. Secundum quòd eius cognitio transmutatur, quia omne quòd ab aliquo perficitur transmutatur: & per consequens etiam ipse Deus transmutatur, cum cognitio Dei sit ipse Deus. Tertium est quòd Deus ab alio extrinseco perficitur. Sed ad oppositum, scilicet quòd Deus omnia cognoscat, est textus Eccl. 23. Domini non est antequam crearentur omnia, sunt agnita & post perfectus respicit omnia. Ad hanc autem difficultatem dicendum, quòd Deus omnia nostra opera cognoscit. Vnde ad intelligentiam huius difficultatis norandum est, quòd Deum cognoscere ista inferiora & alia à se potest intelligi dupliciter. Primò quòd illa cognoscat per aliquod medium à se distinctum. Secundò quòd illa cognoscat non per aliquod medium à se distinctum sed per seipsum. Quando enim cognoscens cognoscit aliud à se per aliud & non per seipsum, tunc verum est, quòd perfectionem habet aliunde, & est transmutabile. Hoc autem est omnino impossibile circa Deum. Quando autem cognoscit per seipsum: tunc cognoscens est actus respectu cognitionis. Et tunc non recipit perfectionem à cognoscibili, sed magis econtrario. Et isto modo ponemus Deum cognoscere alia à se, non per aliud: sed per seipsum. Et sic non procedit ratio philosophi, sed secundum primam viam: & ita intellexit philosophus si verum dixit. Errant ergo qui dicunt, quòd non scit Deus ista inferiora, & quòd non est scientia in excelsis. Quam opinionem hic recitat psalmista, dicens. Et dixerunt quomodo scit Deus.

Scientia di

Iob. 22.

Opinio philo. Ieph.

Ecce ipsi peccatores, & abundantes in sæculo, obtinuerunt diuitias.

Hic ponitur probatio conclusionis ipsorum errantium circa diuinam prouidentiam. Et hoc inducit. Primo ex prosperitate malorum. Secundò ex aduersitate bonorum, ibi. Et dixi. Quantum ad primum (ut dictum est) multi mirantur quòd mali in hoc mundo magis florent, & bonis temporalibus abundat quam boni: & ex hoc arguunt Deum actuum nostrorum non habere notitiam. Et hanc rationem adducit psalmista, dicens. Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo. id est in malis & vitiis huius sæculi. Obtinuerunt diuitias. id est abundanti diuitiis. Ex quo sequitur quòd etiam abundant aliis bonis temporalibus: quia ut dicitur Eccl. 10. Pecunie omnia obediunt. Sed tales sic arguentes non aduertunt quòd sicut Deus nullum malum dimittit impunitum, sic & nullum bonum irremuneratum. Cum ergo reprobi quantum

1195.

Diuitia.

Eccl. 10.

tuncque mali, aliquid bonum de genere bonorum quandoque faciant, quia illo non sunt digni aeterna remuneratione, Deus in præfenti vita bonis temporalibus eos præmiat. Vnde diuitiarum & prospera huius sæculi sunt inagis signum diuinæ reprobationis quam dilectionis, vide supra versicu. 587. 1.

1196

Et dixi ergo sine causa iustificauit cor meum, & laui inter innocentes manus meas.

Hic consequenter arguunt errantes propositum suum ex aduersitate bonorum. Et primò ponit bonorum frustrationem. Secundò bonorum afflictionem, ibi. Et fui. Quantum ad primum sciendum quòd quanto quis iustior est, tanto amplius præmitur aduersis. Quod multi considerantes dicunt. Ad quid proficit se abstinere à peccatis, cum talibus plura eueniant aduersa? Et hoc inferunt dicentes. Ergo postquam bonis mala eueniunt, frustra à peccato abstinere. Et notat hic duplex peccatum scilicet peccatum cordis, dicens. Sine causa iustificauit cor meum. id est iustum cor habui abstrahendo à peccato cordis. Et peccatum operis, dicens. Et laui inter innocentes manus meas. id est, manus habui mundas à peccato operis, quia ex hoc præmium non consequor, sed magis supplicium. Et tales sic arguentes non aduertunt, quod non est aliquis tam iustus, quin multotiens cadat, quia si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Deus autem electos in futuro præmiare volens, hic de suis peccatis punit, ut postmodum purgati reperiuntur. Et nota quòd cor iustificatur sine emundatur multipliciter, scilicet per adhesionem creatorum. Require supra versicu. 843. Et statim causam quare dicit, sine causa iustificauit cor meum adiungit dicens.

1197

Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

Loquitur enim hic in persona iustorum, qui præ cæteris magis hic affliguntur aduersis. Vbi nota, quòd per diem tempus vite nostræ designatur, ut ait Gregorius. Tota ergo die flagellatur iustus: quia per totam vitam suam aduersis quatitur vel per magnam partem. Sic enim dicitur psal. 37. Miser factus sum & curuatus sum usque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Talia autem flagella iustis non immitit Deus frustra, sed ut in ipsis purget si quod vitium habent, dicens. Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit, &c. Et apostolus ad Hebræos. 12. Flagellat autem Deus omnem filium, quem recepit, & Apocalyp. 3. Quos amo, hos corrigo & castigo. Et non solum flagellat Deus iustos, sed flagellare non tardat. Quod notans psalmista, dicit. Et castigatio mea in matutinis. id est velociter adhibita. Quando enim electi cadunt in peccatum, Deus non differt eos punire usque ad finem, sed citò punit & corrigit, quod est signum magnæ misericordiae. Vnde dicitur, 2. Maccab. 6. Etenim multo tempore non finire peccatoribus ex sententia agere, sed statim punitiones adhibere, magni beneficij est iudicium. Et nota quòd castigatio idem est quòd Incog. Tom. 4.

Grego. 4. moral. 6.

Psal. 37.

Psal. 33.

Heb. 12.

Apoc. 3.

Castigatio.

2. Macc. 6.

disciplina vel correctio. Castigatio autem Dei quandoque præcedit peccatum: quia quandoque flagella Deus immitit, ut per illa peccatum vitetur, sic dicebat apostolus. Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus, &c. Quandoque concomitatur peccatum. Sic enim dicitur psalm. 77. Adhuc escog eorum erant in ore ipsorum; & ira Dei ascendit super eos. ad Heb. 12. Quem diligit Deus castigat, &c. Quandoque sequitur post peccatum. Sic enim populum Iudæorum propter ipsorum peccata castigauit, quando ipsum in captiuitatem duci permisit. Tob. 13. Castigauit nos propter iniquitates nostras.

2. Cor. 12.

Psal. 77.

Heb. 12.

Tob. 13.

Si dicebam narrabo sic, ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.

Hic consequenter arguit ad oppositum quæstionis, ostendens quòd si aduersa adueniunt iustis, quòd hoc non est ideo, quia Deus non cognoscat ipsorum virtutes & merita, sed ideo scilicet illa immitit, ut iustorum præmia augeantur, quia coronam non meretur, nisi qui legitime certat. Et sic quanto certamen est maius, tanto sibi maius præmium correspondet. Et hoc est quòd dicebat illa sancta mulier Iudith. Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles, sic Abraham, sic Isaac, sic Iacob. Vnde & Ioseph à fratribus fuit venditus, David à Saule persecutus, Esaias secutus, Hieremias lapidatus. Vnde Actuum 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Ex quibus apparet quòd filij Dei non à casu, sed à prouidentia Dei patiuntur aduersa in præfenti, ut in futuro ipsorum præmia augeantur. Quid est ergo negare prouidentiam Dei, nisi negare generationem filiorum Dei? Et hoc exponens psalmista ait. Si dicebam narrabo sic. id est si tenebo opinionem prædictam, quòd Dei prouidentia non se extendit ad ista inferiora. Ecce nationem filiorum tuorum. id est iustorum, reprobaui. id est negabo: quia scilicet sic negarem ipsorum meritum & præmium. Reprobat enim nationem filiorum Dei, qui dicit illos per aduersa non mereri, & à Deo amplius præmiari. Vnde magister in glossa. Si dicebam narrabo sic. id est si astruam sic, scilicet quòd Deus non curat ista, quòd quis frustra iuste uiuat. ecce reprobaui. id est reliqui nationem filiorum tuorum. id est sanctorum patriarcharum prophetarum, qui omnes docent iuste uiuere, & Deum aeternaliter cognoscere.

1198

Iudith. 8.

Act. 14.

Magister in glossa.

Existimabam, ut cognoscerem, hoc labor est ante me.

Hic consequenter ponitur prædicta quæstionis determinatio. Et primò ponitur quæstionis difficultas. Secundò ostenditur quæstionis veritas, ibi. Verumtamen. Prima pars diuiditur in duas, quia primo ostenditur quòd quæstio est difficilis. Secundò ostenditur quòd est solubilis, ibi. Donec intrem, &c. Quantum ad primum sciendum, quòd opera Dei & iudicia humana ratione comprehendere non possunt: sed fide credenda sunt, ut ostendit Gregor. dicens. Auctoris facta semper indiscussa veneranda sunt: quia iniusta esse nequaquam possunt. Rationem quippe de occultis Dei querere, nihil aliud est quam contra eius consilium superbire.

Des opera.

Gregor. 9. moral. c. 11.

bire. Cum ergo factorum Dei causa non depre-  
henditur, restat ut sub factis illius cum humilitate  
taceatur: quia nequaquam sufficit sensus car-  
nis, ut secreta penetret maiestatis. Qui ergo in fa-  
ctis Dei rationem non videt, infirmitatem suam  
considerans cur non videat, rationem videt, &c.  
Ex quibus patet, quod si quis velit per rationem  
naturalem diuina facta discutere, hic quidem la-  
borat, sed suo labore ad cognitionem veritatis per-  
uenire non potest: quia saluum operum Dei veri-  
tas & ratio sola diuina inspiratione & reuelatio-  
ne cognoscitur. Et hoc est quod dicitur. Difficile  
estimamus scire quae in terra sunt, & quae in con-  
spectu nostro sunt inuenimus cum labore. Quae  
autem in caelis sunt, quis inuestigabit? quasi dicat  
nullus. Et hoc hic notans psalmista, dicit. *Existi-  
mabam ut cognoscerem, id est cogitabam ut scirem  
quaestiones veritatem, & multae difficultates  
mihi occurrebant, scilicet si Deus cognoscit  
ista inferiora, qualiter est iustus, cum bonis det  
mala, & bona malis? Et ideo, Hoc labor est ante  
me, id est supra me. Sic enim ante accipiebat pro-  
supra Ioannes, dicens, Qui post me venit ante me  
factus est. Et aduerte, quod quamuis sit nobis oc-  
cultum cur haec Deus bonis mala & malis bona  
conferat, tamen magis secretum & occultum est  
nobis, cum bonis bona & malis mala tribuit, ut  
deducit Gregor, dicens. Cum valde occulta sint  
diuina iudicia, cur in hac vita nonnunquam bo-  
nis male sit & malis bene, tunc tamen occultiora  
sunt, cum & bonis hic bene est, & malis ma-  
le. Nam cum bonis male est, & malis bene, hoc  
fortasse deprehenditur, quia & boni si qua deli-  
querunt, hic mala recipiant, ut plenius ab aeterna  
datione liberentur, & mali bona quae pro hac  
vita faciunt, hic inueniunt, ut ad sola postmodum  
tormenta pettrahantur. Vnde & ardenti in infer-  
no diuiti dicitur. Memento tibi quia recepisti bo-  
na in vita tua, & Lazarus similiter mala. At cum  
bonis hic bene est, & malis male, incertum valde  
sit utrum boni idcirco bona accipiant, ut prouo-  
cati ad aliquid melius crescant, an iusto latentiq;  
iudicio hic suorum operum remunerationem reci-  
pian, ut a praemiis vitae sequentis inanescent.  
Et utrum malos idcirco aduersa feriat, ut ab aeter-  
nis suppliciis corrigentia defendant. An hic eo-  
rum poena incipiat, ut quandoque complenda  
eos ad vltima gehennae tormenta perducatur. Quia  
ergo inter diuina iudicia graui incertitudinis suae  
caligine humana mens praemittitur, sancti viri cum  
sibi suppetere prospera mundi conspiciunt, pa-  
nida suspitione turbantur. Timent enim ne hic  
laborum suorum fructus percipiant, timent, ne  
quod diuina iustitia larens in eis vulnus aspiciat,  
& exterioribus eis muneribus cumulans, ab in-  
timis repellat, &c. Ex quibus patet, quod non so-  
lum sit laboriosum inuestigare cur Deus hic bo-  
na malis det, & bonis mala, sed multo plus cur  
hoc cognoscere vel inuestigare, est labor ante eu.  
id est supra vires humanas, quia, scilicet talia non  
possunt cognosci nisi reuelatione diuina, vel per  
scripturam sacra a Deo reuelaram. Vnde sequitur.*

Sapient. 9.

Joan. 1.  
Nota bene.

Gregor. 1.  
mora 9. l.

Iudicia Dei.  
Luca 16.

1200

**Donec intrem in sanctuarium Dei,  
& intelligam in nouissimis eorum.**

Hic consequenter ostendit qualiter dicta quaestio potest solui, scilicet per scripturam sacram.

Vbi notandum, quod per sanctuarium Dei intel-  
ligitur scriptura sacra: quia sicut in sanctuario  
Dei, id est in sancta sanctorum diuina dabantur  
responsa, sic per sacram scripturam nobis loquitur  
Deus. In isto enim sanctuario, scilicet sacra  
scriptura nobis ostenditur solutio dictae quaestio-  
nis, scilicet cur Deus bonis in praesenti dat mala  
& bona malis, ut puta Luca 16. dum dicitur di-  
ti. Recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter  
mala, nunc autem hic consolatur, tu vero crucia-  
ris. In hoc etiam sanctuario ostenditur, quod om-  
nia Deus cognoscit & disponit iuste. Eccles. 17.  
De hominibus dicitur, quod vig eorum non sunt  
absconsa ab oculis, scilicet Dei. Intra ergo san-  
ctuarium Dei, id est scripturam intelligit nouis-  
sima eorum, scilicet bonorum & malorum: quia  
finaliter bonis dabuntur aeterna praemia, sed ma-  
lis supplicia. Vnde Dan. 12. dicitur. Qui dormie-  
runt in puluere, euigilabunt, alij in vitam aeterna,  
alij in opprobrium, ut videant semper. Vel aliter.  
Per sanctuarium Dei accipe Christum, qui est san-  
ctus sanctorum, in quo nobis dicta quaestio solu-  
iur. Vnde ait magister in gl. Sanctuarium Dei  
Christus, in quo sunt omnia consilia super filios  
hominum, qui ut Deus merita singulorum cog-  
noscit. Et est sensus. *Donec intrem in sanctuarium  
Dei. id est mente in Christum tendam, qui hic  
prospera non habuit, nunc autem regnat in aeter-  
num cum patre. Et intelligam in nouissimis eo-  
rum. id est per ipsum Christum intelligam finem bo-  
norum & malorum: quia ipse in iudicio dabit bo-  
nis regnum, sed malis aeternum supplicium.*

Luca 16.

Eccles. 17.

Dan. 12.

Sanctuarium  
Dei dicitur  
Christus.

1201

**Veruntamen propter dolos posuistis  
eis, deiecisti eos, dum alleuarentur.**

Hic consequenter declaratur dictae quaestio-  
nis veritas. Et primo circa malorum prosperitatem.  
Secundo circa bonorum aduersitatem, ibi. *Qua  
inflammatum est.* Circa primum ostendit quod ma-  
lorum prosperitas verum bonum non est, nec ex  
illo debent gloriari. Quod probat ex tribus osten-  
dens quod eorum prosperitas primo non est pu-  
ra. Secundo quod non est firma, ibi. *Quomodo facti  
sunt.* Tertio quod non est vera, sed phantastica, ibi.  
*Velut somnium.* Quantum ad primum sciendum,  
quod malorum prosperitas semper poenalitatis  
est admixta, quia illa semper est cum peccato, pec-  
catum autem omne semper poena est & corrup-  
tio boni. Et ideo omnis malorum prosperitas  
verum malum continet, sed falsum bonum, sicut  
phreneticus se regem parat, dum est in vinculis,  
fatuus se liberum putat dum seruit. Sic & quili-  
bet malus, dum maior prosperitate attollitur,  
grauius cadit, dum temporaliter amplius domi-  
natur daemionibus durius seruit, & dum magis flo-  
ret, magis laborat, teste Gregor, dicente. Carnalis  
quisque, dum transuentia appetit, desideriorum  
suorum se pondere affligit. Grauis quippe labor  
est hanc ipsam gloriam praesentis vitae quaerere,  
quaesitam quandoque recipere: & perceptam cum  
omni circumspicione custodire. Grauis labor  
est hoc cum magna fatigatione apprehendere,  
quod is qui apprehenderit, nouerit diu stare non  
posse. Vnde merito nunc psalmista ostendens ma-  
lorum prosperitatem puram non esse, sed in multis  
poenis admixtam, ait. *Veruntamen propter dolos. id  
est propter dolositates ipsorum & peccata. Posuisti*

Prosperitas  
malorum  
non est pu-  
ra.

Gregor.  
mora 4.

eis, scilicet poenas multas admixtas. Vnde glo. hic  
dicit etiam in hoc mundo malos non esse immu-  
nes & impunitos: quia & si felices sunt reatu  
gestant, id est vermen conscientiae: quia & quan-  
to amplius temporalibus florent, magis spiritua-  
libus carent. Propter quod sua temporalis exalta-  
tio, est realiter ipsorum depressio. Propter quod  
subditur. *Deiecisti eos, dum alleuarentur.* Quia talis  
eleuatio casus est, sicut & diabolus dum se in al-  
turo eleuare voluit, grauissime corruit. Sic etiam  
patet de Nabuchodonosor, qui dum superbe se  
eleuaret, a consortio hominum eiectus est. Sic  
& Holofernes, cum se contra Deum eleuaret, ma-  
nu feminae corruit. Sic & Anthiochus illustris,  
dum se superbe contra Deum eleuaret de curru  
suo cecidit, & abominabilis omnibus factus est. B  
Sic & Herodes, ut patet Actuum 12. Merito ergo  
de malis prosperantibus dicit. *Deiecisti eos, dum al-  
leuarentur.* quia ipsorum eleuatio ipsorum, est casus.  
Vnde in personam omnium malorum, ait psal-  
mista psal. 101. Eleuans allisisti me. Quod ideo est,  
quia superbia semper deiicit ad ima, ut ostendit  
Greg. libro 34. mora.

Psal. 14.

Dan. 4.

Iudith 13.

1 Mach. 5.

Act. 12.

Psal. 101.

1202

**Quomodo facti sunt in desolatio-  
nem subito defecerunt, perierunt pro-  
pter iniquitatem suam.**

Hic ostendit, quod malorum prosperitas non  
est stabilis, nec firma, sed cito labilis & caduca.  
Vnde & mundi prosperitas siue fortuna ad mo-  
dum rotae pingitur: quia ad modum rotae rotundae  
nulla stabilitate pingitur, vide supra vers. 57. 5.  
Vnde de psal. 36. Vidi impium superexaltatum & eleua-  
tum sicut cedros libani, transiit, & ecce non erat,  
&c. Quod ideo dicit: quia subito de prosperitate  
ruunt in aduersitatem, de gloria ad opprobrium,  
de libertate ad seruitutem, &c. Exempla quotidie  
nobis apparent manifesta, Et si dicas, quod quandoque  
malorum prosperitas etiam vsque ad mortem durat,  
ex hoc non concluditur, quod sit stabilis: quia sicut  
ipsorum vita corporalis diu stare non potest, sed  
per mortem subito deficit, sic & eorum prosperitas.  
Et hoc est quod hic dicit. *Quomodo facti sunt in de-  
solationem.* quia ab omnibus rebus deseruntur in  
morte, quae repente venit eis. Vnde subdit. *Subito  
defecerunt.* quia sicut fumus ascendendo, deficit su-  
bito, sic & ipsorum prosperitas per mortem. psal.  
67. Sicut deficit fumus, deficiant, sicut fluit cera a  
facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei. Et  
non solum per mortem perdunt prosperitatis ho-  
norem quem habebant, sed etiam aeternam miseriam  
incurrunt. Vnde subdit. *Perierunt.* scilicet aeternaliter  
*propter iniquitatem suam.* Vnde de malis dicitur  
Iob 11. Oculi impiorum deficient, & effugium de-  
peribit ab eis. Quod exponens Greg. dicit. Oculi  
impiorum sunt intentiones in eis carnalium desi-  
deriorum, qui idcirco deficiunt, quia aeterna ne-  
gligunt, & sola semper transitoria praestolantur.  
Ad ipsi quippe terrenam gloriam cogitant, mul-  
tiplicati rebus temporalibus, exoptant, ad mortem  
quotidie cursu labentium retum tendunt. Carnis vita  
per momenta deficit, & tamen carnale desiderium  
aerescit, res habita instante sine corrumpitur, & ha-  
bendi anxietas non finitur. Sed cum mors impios  
subtrahit, eorum profecto desideria cum vita ter-  
minantur. De quibus ait psalmista. In illa die peri-  
bunt omnes cogitationes eorum, quia & aeterna ma-

Prosperitas  
malorum de  
sunt.

Psal. 67.

Perierunt ma-  
lorum.

Iob 11.

Gregor. 10.  
mora 23.

Gregor.  
mora 4.

la nunquam cogitata reperiunt, & subito amittunt  
bona temporalia, quae diu tractata tenuerunt. A  
quibus & omne effugium perit, quia eorum malicia  
quo se valeat ab animaduersione districti iudicis  
occultare non inuenit. Nam nunc iniqui, cum tri-  
stia aliqua vel aduersa patiuntur, effugij latebras  
inueniunt: quia ad voluptatem protinus desiderio-  
rum carnalium recurrunt. Ne enim paupertas eos  
eruciet, diuitiis animam demulcent, ne despectus  
proximorum opprimat, sese dignitatibus exaltant.  
Si fastidio corpus arderit, ante positis epularum  
diuersitatibus nutritur. Si quo animus impulsu mee-  
sticè deiicitur, mox per interposita iocorum blan-  
dimenta releuatur. Tot igitur habet effugia, quot  
sibi preparant delectamenta. Sed quandoque ab eis  
effugium perit, quia eorum mens amissis omnibus,  
se solum modo & iudicem conspiciunt, tunc voluptas  
subtrahitur, sed voluptatis culpa seruat, & re-  
pente miseri pereundo discunt: quia peritura te-  
nentur, ut de ipsis merito dicatur. *Subito defecerunt,  
perierunt propter iniquitatem suam.*

Psal. 145.

**Velut somnium surgentium, do-  
mine in ciuitate tua imaginem ipso-  
rum ad nihilum rediges.**

1203

Hic ostenditur, quod malorum prosperitas  
non est verum bonum, sed simulatum & fantasticum.  
Sicut enim res, quae videtur in somno, non sunt  
vera res, sed imaginariae & phantasticae, sic & glo-  
ria temporalis vel prosperitas malorum. Vnde si-  
cut pauper somniat se diuitem esse, vel seruus regem:  
cum euigilat nihil horum se esse reperit. Sic prof-  
peritate temporalis diuitiis vel dignitate hic male  
gaudentes, cum anima ipsorum quae in vitiis hic  
dormiebat, cum per mortem euigilauerit in pec-  
nis, quia poena aperit oculos, quos clausit culpa  
nihil horum se inueniunt habere. Si ergo quaeratur  
quid sit temporalis prosperitas malorum, Respon-  
det psal. dicens. quod est *velut somnium surgentium.*  
Quod bene ostenditur. Iob. 27. ubi dicitur. Diues  
cum dormierit nihil secum auferet, aperiet oculos  
suos, & nihil inueniet. Quod exponens Greg.  
dicit. Ut enim in sua manu diuites post mor-  
tem suam quicquam inueniant, eis ante mortem  
dicitur. Diuitias suas in quorum manibus ponat.  
Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut  
cum defeceritis, recipiant vos in aeterna taberna-  
cula. Diues enim cum dormierit nihil secum au-  
feret. Res suas cum moritur secum tolleret, si ad  
petentis vocem, cum viueret tribuisset. Nam ter-  
rena omnia, quae seruando amittimus largiendo  
seruamus. Patrimonium quoque nostrum retentum  
perditur, manet erogatum. Diu enim cum re-  
bus nostris durare non possumus, quia aut nos  
illas moriendo deserimus, aut illa nos viuentes  
quasi deserunt pereundo. Agendum ergo est no-  
bis, ut res absolute perituras in non pereuntem  
transire faciamus mercedem. Sed mirandum valde  
est quod dicitur. Cum dormierit aperiet oculos  
suos, & nihil inueniet. Ut dormiamus quippe o-  
culos claudimus, & vigilantes aperimus, quia cum  
homo ex anima constet & corpore, cum vnus rei  
somnia dicitur, alterius vigilie demonstratur: quia  
cum corpus dormit in morte, anima vigilat in  
cognitione. Dormit ergo diues, & oculos aperit,  
quia cum carne moritur, eius anima videre cogi-  
tur quod prauidere contempsit, & tunc nihil esse  
Z z 4 conspicit

Prosperitas  
malorum  
somnia  
dicitur.

Gregor. 18.  
mora 6. 9.  
Luca 16.



conspicit quod tenebat. Tūc se vacuum inuenit, qui plenum rebus præ cæteris hominibus se esse letabatur. Nā culpa rerū simul ducitur, quamuis hic omnia, pro quib. culpa perpetrata fuit, relinquuntur. Eat ergo nunc diues, & acceptis rebus tumeat, seque super cæteros extollat, gloriatur se habere, quod proximus nō habet. Veniet quandoque tēpus vt euigilet, & tunc cognoscat, quā vacuum fuerit, quod in somno tenuerat. Sæpe nāq; contingit dormienti inopi, vt se per somnium diuitem videat, atq; eisdem rebus animum extollat, letetur se habere quod nō habet, sed repente euigilans euigilasse se doleat, qui interim diuitiarū imaginem vel dormiēs tenebat. Hæc ille. Ex quibus omnibus patet, quod prosperitas temporalis malorum velut quoddam somnium esse dicitur.

**B** De quibus psal. 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Et nunc ait psal. *Velut somnium surgen- tium domine. & hoc in ciuitate tua.* scilicet in cœlesti gloria: quia mali ibi nihil habent cum moriūtur. Et sic totum quicquid hic habuerunt somnium fuit. Sequitur *Imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Per imaginem malorum intellige temporale gloriā ipsorum, quæ non est vera gloria, sed similitudo gloria: quia cum deerit eis veritas supernæ ciuitatis, peribit etiam imago: quia nec similem retinebunt qui de vera beatitudine nihil habebūt. Vnde de prosperitate omnium malorum per somnium significata dicitur. Sicut somniat efu- rians, & comedit, cum autem fuerit expergef- ctus vacua est anima eius, sic erit multitudo om- nium gentium, &c. id est malorum.

1204

**Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, ego ad nihilum redactus sum & nesciui.**

Hic consequenter exequitur declarationem propositæ quæstionis circa cōditiones bonorum. Et diuiditur in duas partes: quia primò ponit iustorum virtutes & præmia. Secūdo inter iustos & malos concludit differentiam, ibi. *Quia ecce.* Prima in duas: quia primò ponit iustorū virtutes in præ- senti. Secūdo ipsorum præmia in futuro, ibi. *Tenuisti.* Quantum ad primū sciendum quod fortius argumentum superius factum ad probandum, qd Dei prouidentia non sit in istis inferioribus, fuit quia bonis eueniunt mala. Et ad illud hic respon- dens psal. dicit, qd bonis eueniūt mala in præsentī ex diuina prouidentia, nec ex hoc Deus iniustus dicitur: quia mala iustis permittit euenire, non ad ipsorum cōsumptionem, sed magis ad ipsorū vti- litatem. Quæ utilitas est duplex. Et secūdo hoc hæc pars habet duas: quia ostendit qd aduersa ius- tos primò virtutibus ornant. Secūdo iustos Deo sociant, ibi. *Vt iumentum.* Quātum ad primū sciendū qd aduersa in nobis præcipue tres inducūt vir- tutes, scilicet charitatem, castitatē & humilitatem, quas omnes virtutes in isto versic. tangit. Et ponit vir- tutem dilectionis & charitatis dicēs. *Quia inflam- matum est cor meum.* quasi in persona omnium ius- torum loquitur, dicens. *Non frustra nec iniuste mihi Deus immittit aduersa, sed ad meam utilita- tem:* quia per aduersa inflammatum est cor meū, scilicet Dei dilectione & charitate. Sicut enim ad- uersa mundi ab eius amore animum reuocant, sic

Duplex vti- litas aduer- sitatis.

Aduersa.

**E** ad Dei dilectionem mentē inflammant, vt ostendit Greg. dicens. Iusti ex aduersitatibus vires sumunt: quia crescentem pugna, gloriosorem sibi nō ambigunt imminere victoriam. Sic itaq; electo- rum desideria dum præmuntur aduersitate, pro- ficiunt, sicut ignis flatu præmitur vt crescat, & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur. In eo namque ostendimus, quanta ad Deum cupi- ditate flagramus, si non solum ad eum per tran- quilla & mollia, sed etiam per aspera & dura tran- simus. Hinc namq; propheta ait. Qui perfecit pe- des meos tanquam ceruorum. Ceruus enim cum montium iuga ascendit, quæq; sibi aspera, quæq; obuiant sentibus illigata, dato saltu transgreditur, & absq; vilo curfus sui obstaculo in superiora ele- uatur. Ita etiam electorum mentes quæq; sibi in hoc mundo aduersa obstitere atq; obuicare con- spiciunt, contemplationis saltu transcendunt, & more ceruorū despectis terrenorum sentibus, in superna se fortius eleuant, &c. Vnde de mundo, qui pauca bona ministrat & multa aduersa dicitur. Exigua dabit, & multa improperebit, & aper- tio oris eius inflammatio. Et sic aduersa nobis proficiunt, dum nos ad Dei amorem accendunt. Et hoc est, quod nunc ait psal. quia scilicet per ad- uersa inflammatum est cor meum. In cuius figu- ram quando Ioseph aduersa carceris & compe- dum iniuste pariebatur, eloquium domini inflam- mauit eum. psal. 104. Secūdo aduersa iustis pro- ficiunt: quia castitatem conseruant. Nam vt ait Greg. Internus medicus peccatorum contagia, inducunt, qui inesse medulitis reprobant, secant. Abscindit enim virus libidinis ferro tribulationis. Et hoc notans psalmista, dicit. *Et renes mei commutati sunt.* scilicet per aduersa à carnis concupiscentia, quæ in rebus viget. In cuius figuram de Helia virgi- ne dicitur 4. Regum 1. quod zona pellicea con- tra renes eius esset accinctus. Tertiò aduersa in nobis humilitatem conseruant, sicut prospera ad superbiam inducunt, vt ostendit Gregorius 26. moral. cap. 20. Et hoc in sinuans psalm. dicit hic. *Et ego ad nihilum redactus sum.* id est per aduersa nihil me esse reputaui, & nesciui, id est me nes- cientem & ignorantem reputaui. Sic enim & Iob. per aduersa humiliatus dicebat. Redactus sum in nihilum.

**Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.**

Hic consequenter ostendit quod aduersa nos Deo sociant. Vbi sciendum quod iumentum dicitur à iuuo iuuas, vel à iuuamentum per synco- piam dicitur iumentum: quia iumenta suo la- bore nos iuuant, vt bos arando, equus trahendo, asinus onera portando. Et ideo iusti humiles iu- mentum dicuntur: quia ad modum iumentū di- uinis allegatis præceptis, aduersitatum onera pa- tienter portant, & ad aliorum adiutorium se totis viribus subiiciant, vnde sicut iumentum non li- berè vadit, sed loris ligarum ducitur, sic & iusti ducuntur à Deo. Vnde istum versum inducens Gregor. ait. Sæpe diuina miseratio, quos prodire in effrenationem illicitæ libertatis cōspicit, obie- ctione prosperæ aduersitatis frangit quatenus læ- si discant quā reprobā erectione tumuerunt, vt iam flagelli experimentis edomiti, quasi iu- menta domestica præceptorum loris mentis colla subiiciant,

Dilectio Dei. Greg. 16. mora. c. 10.

Psal. 17.

Eccl. 10.

Eccl. 10.

Psal. 104.

Aduersa castitatem inducunt.

Grego. 16. mora. c. 16.

Luxuria.

4. Reg. 1.

Aduersa humilitatem.

Job 30.

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

1205

subiciat, & vitæ præsentis itinera ad nutum præ- sidentis pergant. Quibus loris bene se ligatum nouerat qui dicebat. *Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.* Et nota quod iusti aduersa patienter tollerantes adhærēt Deo, & ipsum Chri- stum imitantur, ideo cū Deo semper dicuntur esse, quinimo & vnum esse cum Deo per imitatio- nem. vt patet. supra versiculo. 996. Sunt ergo tales cum Deo, & Deus cum illis, dicente domino. Dum ambulaueris per ignem ego tecum sum,

**Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.**

Hic consequenter ostendit in futurum iustorum præmia & mercedem virtutū. Et diuiditur in partes tres. Quia primò ostēditur quod iusti per aduersa ad gloriā deducuntur. Secūdo quod non in creatura, sed solū in Deo beatificatur, ibi. *Quid enim mihi est in celo.* Tertiò quod omnes sensus no- stri à gloria superantur, ibi. *Defecit cor meum, & caro mea.* Quantum ad primum notandum, quod per dexteram manum significatur prosperitas, si- ue præmium bonis operibus debitum, sicut per sinistram pena debita culpæ, iuxta illud. Dele- ctationes in dextera eius. Dextera ergo iustorum dicitur præmium debitum bonis operibus ipso- rum, quod Deus quando sunt in præsentī vita apud se retinet, non præmians ipsos in præsentī sed multis aduersitatibus subiiciēs ipsos. vt dedu- cit Grego. lib. 10. mora. ca. 21. Sed e contrario mal- lis dat dexteram suam in præsentī, quia de bonis ipsorum operibus hic præmium ipsis concedit, quia ipsos in futurum præmiare non intendit. vt dedit Grego. 5. mora. ca. 1. *Quid est ergo iustū Deo dicere. Tenuisti manum dexteram meam,* nisi præmium operibus bonis mihi debitum hic non concessisti, sed magis aduersis me percussisti. iux- ta illud ad Hebr. 12. Flagellat autem Deus om- nem filium, quem recipit. Et quia per aduersa ad amorem Dei magis accendimur, & per cōsequēs Dei voluntati conformamur. ideo sequitur. *Et in voluntate tua deduxisti me.* Deducit enim illos Deus de præsentī miseria ad æternam gloriam ducit, iuxta illud prouerb. 29. Humilē spiritu suscipiet gloria. Et hic nota quod iustos multipliciter sus- cipit Deus, scilicet suscipit innocentes per gratiā conseruantem. psalmus 37. Me autem propter in- nocentiam suscepisti & confirmasti &c. Suscipit pœnitentes per gratiam reparantem Hier. 3. Re- uertere ad me, & ego suscipiam te. Suscipit ad- uersa patientes ad gloriam consummantem. Act. 7. Domine Iesu suscipe spiritum meum. Sic & mo- do loquitur iustus aduersitatib. pressus dicens. *Et cum gloria suscepisti me.* id est suscipies, præteri- tum ponens pro futuro.

**Quid enim mihi est in celo, & à te quid volui super terram.**

Hic consequenter ostēdit quod iustorum bea-

titudo in solo Deo consistit. Cum enim beatitu- do satiet mentem beati, quia aliter beatus nō ef- fer. & solus Deus nostram mentem satiare possit cum mens nostra sit capacitatis infinita, & solus Deus simpliciter sit infinitus, sequitur quod in nulla creatura cœlesti vel terrena beatificari pos- sumus. Et hoc est quod hic dicit. *Quid enim mihi est in celo, & à te quid volui super terram:* quasi dicat neque in celo neque in terra est aliud à te id est, aliqua creatura quæ ad me beatificandum suffi- ciat mihi, quia vera beatitudo in solo Deo qui est bonitatis infinitæ obiectiue consistit. Etiam quia nostræ beatitudinis causa sola diuina prædestina- tio existit. vide supra versic. 492. Et ideo hoc o- stendens dicit. *Quid enim mihi est in celo & c.* quasi dicat à te id est, quid aliud à te pro beatitudine volui in celo vel in terra, scilicet nihil. quia psal. 143. Beatus populus cuius dominus Deus eius.

**Defecit caro mea, & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.**

Hic consequenter ostendit, quod omnes sen- sus nostri tam interiores quam exteriores super- rantur à gloria. Vt enim ait Greg. in homil. Quæ autem lingua dicere vel quis intellectus capere sufficit, quāta illius supernæ ciuitatis sint gaudia angelorum choris interesse, cum beatissimis spi- ritibus gloriæ conditoris assistere, præsentē Dei vultum cernere, incircumscrip- tum lumen videre nullo mortis metu affici, incorruptiōis perpetuæ munere latari quasi dicat nulla, nullus. quia vt dicitur 1. Corin. 2. Oculus non vidit neque auris audiuit. Et hoc quoad sensus corporales, quod vero ad sensus interiores subdit. Nec in cor homi- nis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Et hoc est quod ait. *Defecit caro mea & cor meū:* quia scilicet non sufficiunt tantam gloriam com- prehendere. Et quod solus Deus sit beatitudo nostra, subdit dicens. *Deus cordis mei,* scilicet beatorum. Et ideo *pars mea Deus in æternum.* quasi dicat Pro beatitudine sua eligant sibi su- perbi honores, auari diuitias, luxuriosi dilitias, &c. Ego autem partem meam eligo Deum. Et no- ta quod hic pars stat pro hereditate, sicut psalm. 15. Dominus pars hereditatis meæ &c. Et nota quia dicit. *Deus cordis mei,* quod vt Deus sit cordis nostri beatificatio ipsum cor nostrum multipli- citer sibi debemus offerre, scilicet Liberaliter si- ne coactione. Integraliter sine diminutione. Per- petualiter sine terminatione. Primo ergo offera- mus cor nostrum Deo liberaliter & sponte, vt sci- licet ipsum Deo non mutemus, nec vendamus, sed offeramus liberè. Deo ei mutant cor suum, qui sibi seruiunt sub spe temporalis retribu- tionis, qui quando eis temporalis retributio subtra- hitur, vel prosperitas, & ipsi cor suum à Deo sub- trahunt. Illi autem vendunt qui pro temporali mercede Deum diligunt, qui solum tantum de Deo cogitant, quantum de beneficiis se à Deo percepisse cognoscunt. Et tales cor suum habent diuisum, qui secundum partem minorem Deum diligunt & secundum amplio- rem eius beneficia amant. De quibus Osæ. 10. Diuisum est cor eo- rum, nunc interibunt. Illi autem cor suum Deo liberaliter

Psal. 143.

1208

Gregor. in homil. Beatitudo.

1. Corin. 2.

Psal. 15. Cor offerre. Deo.

Osæ. 10.

liberaliter donant, qui non amore commodi, sed A  
 iustitiæ Deo seruiunt. Iuxta illud Iosue. 24. Nunc  
 ergo timete dominum, & seruite ei corde perfe-  
 cto, atque verissimo. Secundò offeramus integra-  
 liter. Ille enim nõ integraliter sed partialiter cor  
 suum dat Deo, qui aliquid aliud diligit cum Deo  
 & non propter Deum. Deus enim sicut sponsus  
 sponsæ suæ, sic & cordis nostri zelotypus est, nec  
 alium à corde nostro permittit amari. vnde totũ  
 cor sibi vult applicari. Deut. 6. Diliges dominum  
 Deum tuum ex toto corde tuo. Videmus enim  
 quod cum ipsa auis nobilis de manu domini sui  
 volauerit & cæperit prædam, cor prædæ suæ re-  
 quirat habere. Sic & Christus auis nobilis qui vo-  
 lauit à manu patris in vterum virginis, ac ad mũ-  
 dum & patibulum crucis, & de inferno prædam B  
 capuit generis humani, qua capta ipsam in cæliũ  
 portauit ad patrem, huius prædæ, cor petit habe-  
 re. Et ideo consuluit psalm. dicens. Effundite cor-  
 ram illo corda vestra. Vnde cuiuslibet nostrum di-  
 cit. Fili præbe mihi cor tuum. Tertiò debemus  
 offerre cor nostrum Deo perpetualiter sine ter-  
 minatione, quia nemo mittens manum suam ad  
 aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei.  
 psal. 11. Confirmatum est cor eius, non commo-  
 uebitur.

1209

Quia ecce qui elongant se à te pe-  
 ribunt, perdidisti omnes, qui forni-  
 cantur abs te.

Hic finaliter concludit differentiam inter ius-  
 tos & malos, quæ differentia stat in hoc, quia ma-  
 li à Deo sunt remoti, sed boni propinqui. Ideo  
 primò ostendit primum Secundò secundum, ibi.  
*Mihi autem.* Quantum ad primum sciendũ quod  
 homo existens in gratia manet cum Deo, quia  
 similis est Deo, sed per peccatum fit Deo dissimi-  
 lis, & sic per peccatum elõgatur à Deo, nõ quidẽ  
 loco, sed dissimilitudine. vt ostendit magister di-  
 cens. A Deo elongatur homo per peccatum, non  
 quidem loci distantia, quia vbique præsens est  
 Deus, & in omnibus rebus. Per peccatum ergo  
 non secundum locum quis longè fit à Deo, &  
 in eo longè fit quia ab eius similitudine recedit, D  
 & tantò longius, quanto fit dissimilior. Nam quæ  
 participatione similia sunt Deo, recipere possunt  
 dissimilitudinem, ipsa autem similitudo ex nulla  
 parte dissimilis esse potest. Vnde cum filius sit si-  
 militudo patris, ex nulla parte potest esse patri di-  
 similis, cuius participatione similia sunt, quæcũq;  
 Deo similia sunt & illa possunt recipere dissimi-  
 litudinem. Nihil est autẽ quod hominẽ à Deo dif-  
 simile faciat quæadmodum peccatũ per quod ho-  
 mo elõgatur à Deo. Ideo dicitur psal. 118. de pec-  
 catoribus. A lege autẽ tua lõge facti sunt. Et quia  
 peccatũ mortale quis elongatur à Deo quod  
 poenã meretur æternã, ideo ait. *Quia ecce qui elõ-  
 gant se à te, s. per peccatũ mortale: peribunt.* psal. 67.  
 Sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccato-  
 res à facie Dei Quod aliis verbis confirmans, ait.  
*Perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.* Vbi nota  
 quod in scriptura per fornicationem intelligitur  
 idololatria, vt habetur. 28. q. 1. non solum. Vnde  
 1. paral. 5. Reliquerunt Deum & fornicati sunt  
 post Deos populorum terræ. Omnis autem pec-  
 cans mortaliter est idololatra, quia aliud plus

Elongatur à  
 Deo quis per  
 peccatum.  
 Magister.  
 li. 2. disti. 35.

Psal. 118.

Psalm. 37.

Fornicatio.  
 Idololatria

quam Deum diligit. Illud autem quod plus dili-  
 git, colit. Et sic dicitur hic *perdidisti omnes qui for-  
 nicantur abs te.* idem est dicere quod *perdidisti.* id  
 est perdes æternaliter omnes qui alium Deum  
 à te adorant. prouer. 6. Qui autem adulter est, sci-  
 licet idololatra, perdet animam suam.

Mihi autem adhærere Deo bo-  
 num est: & ponere in domino Deo  
 spem meam.

Hic ostendit quod boni sunt Deo propinqui  
 quia ipsi Deo adhærere. Vnde notandum quod  
 triplex est adhesio qua iusti adhærere Deo, secun-  
 dum quã ista pars diuiditur in tres. Prima est ad-  
 hæsiõ charitatis & amicitie. Secunda est adhesio  
 spei atque confidentie, ibi. *Et ponere in Deo spem  
 meam.* Tertia est fidelitatis & credentie, ibi *Vt an-  
 nunciem.* Quantum ad primum sciendum, quod il-  
 li rei cor verius seu magis adhæret quam diligit.  
 Et ideo quia Deum toto corde debemus dilige-  
 re, & proximum sicut nos, ideo & Deo & proxi-  
 mo charitate adhærere debemus, scilicet Deo per  
 mandatorum obseruantiam, proximo autem per  
 charitatem & compassionem. De adhærere Deo  
 per mandatorum obseruantiam dicitur. Diligatis  
 dominum Deum vestrum, vt ambuletis in om-  
 nibus viis eius, & obseruetis mandata eius. Ad-  
 hæreatque ei in omni corde vestro. Sic enim ad-  
 hæserat Deo psal. quando dixit. Adhæsi testimo-  
 niis tuis domine, noli me confundere. Sic enim  
 adhærere Deo, nihil aliud est quam ipsum dili-  
 gendo eius mandata custodire. Vnde dicta verba  
 exponens magister in glo. dicit. Adhæret testi-  
 moniis Dei, qui mundo renunciat, & qui curam  
 huius vitæ & tædiæ spernit, qui luxuriæ studio ac  
 pecuniæ cupiditate non curatur, & reliqua Dei  
 custodit mandata. Vnde talis Deo confidenter di-  
 xit. Noli me confundere, scilicet ab expectatione  
 mea, sed fac, vt quò curro, perueniam. Et de ista  
 adhesione charitatis nunc ait psalm. *Mihi autem  
 Deo adhærere bonum est.* Nec mirum quoniam qui  
 adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo, vt ait A-  
 postolus. 1. Corin. 6. Secunda adhesio est spei qua  
 iusti adhærere Deo. Quanto enim aliqua res est  
 solidior, tanto res illi adhærens firmior est atque  
 securior. Cum ergo Deus sit fortitudo per essen-  
 tiam & perpetua stabilitas sibi adhærens, nihil ti-  
 mere debet. Quod considerans psalm. nunc ait.  
*Mihi autem adhærere Deo bonum est, & ponere in Deo  
 spem meam.* Cum enim spes sit certa expectatio  
 futuræ beatitudinis ex Dei gratia proueniens, &  
 meritis, ille dicitur per spem adhærere Deo, qui  
 in gratia existens de præmio futuro cõfidit, quod  
 scilicet quod illud habebit post hanc vitam in re  
 quod nunc habet in spe. Vnde hic ait magister in  
 glo. *Mihi autem adhærere Deo bonum est & c.* quia  
 nihil est melius quam videre Deum facie ad fa-  
 ciem. Et ideo interim dum sum peregrinus, dum  
 non est res, bonum est mihi adhærere, id est cõ-  
 fidendo de Deo ponere spem meam in ipso, quæ  
 spes est quasi anchora præmissa ad terminum,  
 qua nostra vita in huius mundi fluctibus stabilis  
 perseuerat. Vnde & Bernardus. super can. expo-  
 nens ista verba dicit. *Mihi autem adhærere Deo bo-  
 num est & c.* Tu domine es spes mea, quicquid es-  
 gendmm, quicquid declinandum, quicquid tole-  
 randum

Prouer. 6.

1210

Triplex  
 adhesio.

Iosue. 23.

Psal. 118.

1. Corin. 6.

Spei.

1. Corin. 6.

Bernard.

randum, quicquid optandum, tu es domine spes A  
 mea, hæc mihi vna promissorum causa. hæc tota  
 ratio meæ expectationis. Prætendat alter meri-  
 tum suum, abstinere se iactet, pòdus dicat & estus,  
 portate, ieiunare se bis in sabbaro dicat, se non ef-  
 se sicut cæteri hominum gloriatur. Mihi autem  
 hoc solum bonum est adhærere Deo, & ponere  
 in domino Deo spem meam. Ideo nobis præcipi-  
 tur Iosue. 22. Illi soli scilicet Deo adhæreatis  
 quoniam ipse est vita vestra.

Vt annunciem omnes prædicatio-  
 nes tuas in portis filiæ Sion.

Hic agit de tertia adhesione fidelitatis, qua ius-  
 ti Deo vniuntur. Vbi nota quòd sicut arbor ad-  
 hæret terræ, à qua trahit humorem quo viu-  
 it, quòd si ab eius adhærentia se alienaret, statim vi-  
 ta illius deficeret. Sic quilibet homo Deo adhæ-  
 rens per fidem, quæ animæ tribuit vitam spiritua-  
 lem, à qua si recedat statim spiritualiter mortifica-  
 tur vnde Deut. 4. Vos qui adhæretis Deo viu-  
 itis vniuersi. Ille autem qui Deo per fidem adhæret  
 non solum quæ sunt fidei credit, sed credenda ali-  
 aliis annunciat conatur. Et hoc est quod nunc  
 ait psalm. *Vt annunciem & c.* quasi dicat. Ideo tibi  
 Deo adhæreo per fidem, vt annunciem omnes  
 prædicationes tuas. Vnde & Hieremia dictum  
 fuit. Sta in porta domus domini & prædica & c.  
 Consimiliter iste dicit. *Vt annunciem & c. in por-  
 tis,* scilicet templi *filiæ Sion* id est, ciuitatis hierusalem  
 quæ filia Sion dicitur, quia in monte Sion erat for-  
 talitũ, quo ciuitas hierusalem protegebatur, vt  
 filia à matre. Consimilia loquitur psalm. eum dicit  
 qui exaltas me de portis mortis, vt annunciem  
 omnes laudationes tuas in portis filie Sion. Ibi  
 vide de duplicibus portis scilicet verba. 104.

1211

Adhærere.

Deuter. 4.

Hierem.

Vt quid Deus repulisti in finem: ira-  
 tus est furor tuus super oues pas-  
 cuæ tuæ.

Psalmus iste hunc habet titulum. *Intellectus  
 Asaph.* Vel secundum alios. *Eruditio Asaph.* Et po-  
 test habere duplicem sensum. Primus est quod iste  
 psalmus est eruditio qua Asaph à Deo per re-  
 uelationem fuit eruditus de contẽtis in isto psal.  
 Alius sensus est quod iste psalm. est eruditio alio-  
 rum, quia istum psalmum scripsit Asaph ad alio-  
 rum eruditionem de contẽtis in ipso. Materia  
 autem psalm. est, quia Asaph propheta spiritu pro-  
 phetico præuidit captiuitatem futuram populi  
 iudaici factam per Nabuchodonosor regem Ba-  
 bylonis. Et in isto psal. orat pro liberatione à di-  
 cta captiuitate, de qua captiuitate habetur. 4. Re.  
 24. Vel secundum alios hic loquitur de captiuita-  
 te ludæorum facta per Tirum & Vespasianum  
 & destructione templi & ciuitatis Ierusalem. de  
 qua loquitur Christus Luc. 19. Est ergo in toto  
 psal. isto intentio Asaph rogare Deum pro libe-  
 ratione populi iudæorum ab illa captiuitate. Et  
 vt facilius exaudiatur, ipse multa allegat vt Deũ  
 ad misericordiã inclinet. Et maxime quatuor ad-  
 ducit secundũ quæ iste psalmus diuiditur in qua-  
 tuor partes, quia allegat primò Dei ad iudæos pri-  
 uam familiaritatem, & amicitiam. Secundò ad-

uerfantium iniquitatem & malitiam, ibi. *Leu a ma-  
 nus tuas.* Tertiò Dei bonitatem & potentiam, ibi.  
*Vsquequo Deus.* Quartò populi iudæorum afflictio-  
 nem & miseriam, ibi. *Ne tradas.* In prima autem  
 parte tria facit, quia primò per modum quæstio-  
 nis dictam proponit captiuitatem. Secundò per  
 modum inclinationis Dei ad illos antiquam in-  
 ducit familiaritatem, ibi. *Memor esto.* Tertiò per  
 modum recognitionis Dei erga illos memorat  
 bonitatem, ibi. *Redemisti.* Quatum ad primum sciẽ-  
 dum, quod quando populus iudæorum Deum  
 denotè colebat, Deus erat adiutor eius, & pro ip-  
 so contra hostes dimicabat, vt patuit in Pharao-  
 ne, quem miraculosè cum toto suo exercitu sub-  
 merfit: in regibus Amorrhæorum, quos lapidibus  
 grandinis cum suis interfecit. Iosue. 10. In habita-  
 toribus terræ promissionis, quos mirabiliter dele-  
 uit, vt patet Iosue pertotum. Sed quãdo ipsi pec-  
 catis suis Deum ad iracundiam prouocabant, i-  
 pso deserebat, & in manibus persecutorum tra-  
 debat. Sic enim dicitur psalm. 105. Et commixti  
 sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, &  
 seruierunt sculptilibus eorum. Sequitur. Et iratus  
 est furore dominus in populum suum, & abomi-  
 natus est hereditatem suam, & tradidit eos in ma-  
 nus gentiliũ, & dominati sunt eorum qui ode-  
 runt eos. Est enim de Deo respectu nostri sicut  
 de anima respectu corporis, quia sicut ani-  
 ma non recedit à corpore, nisi propter defe-  
 ctum corporis, sic nec Deus à nobis, nisi pro-  
 pter defectum nostrum. Propter peccata ergo iu-  
 dæorum Deus repulit eos, & tradidit eos capti-  
 uos in manu regis Babyloniæ, qui regẽ Ioachim  
 & omnes filios suos & matrẽ ac omnes proceres  
 regni captiuos duxit in Babylonẽ, vt habetur. 4.  
 Reg. 24. Similiter post tradidit eos in manus Ro-  
 manorũ, qui omnes trucidauerunt, vendiderunt,  
 & captiuauerunt, & templum cum ciuitate fun-  
 ditus destruxerunt. Et ista captiuitas vsq; hodie du-  
 rat & durabit vsq; in finẽ seculi. Hæc ergo captiui-  
 tatem per modum quærele proponit psal. Deo,  
 dicens. *Vt quid Deus repulisti* id est repelles, scilicet  
 iudæos *in finem.* Et dicit *in finem* quasi dicat ex to-  
 to, quia non parcitur homini, non sexui, non ata-  
 ti, non templo, quod potest exponi de captiuitate  
 Babylonica. Vel aliter & clarius. *Vt quid Deus  
 repulisti in finem.* id est vsque ad finem sæculi, &  
 tunc intelligitur de captiuitate Romanorum. Et  
 istum intellectum magis approbat glo. *Iratus est  
 furor tuus super oues pascuæ tuæ.* Quamuis in Deo  
 non cadat ira nec furor: quia cum tranquillitate  
 iudicat, tamen quando perimit & homines à se  
 repellit, dicitur se habere secundum modum ho-  
 strum intelligendi, quodmodum irati vel furibundi  
 Super oues pascuæ tuæ. Oues autem pascuæ Dei di-  
 cebantur iudæi, quia per cultum veri Dei soli  
 Deo voluntariè subdebantur, & ab eo sicut oues  
 à pastore regebantur. Psal. 94. Nos populus pas-  
 cuæ eius, & oues manus eius. Et nunc singulari-  
 ter iudæos oues Dei nominat secundum glo. vt  
 misericordiã pij pastoris per humilitatẽ facilius  
 acquirat. Et dicit oues pascuæ eius, quia in eos  
 temperantiũ solemus vindicare, quos aliquan-  
 do fuisse nostros meminimus.

Memor esto congregationis tuæ,  
 quam possedisti ab initio.  
 Hic consequenter antiqua Dei beneficia per  
 Deum

Iosue. 10.  
 Repellit  
 nos Deus  
 propter pec-  
 cata.

Sapient. 12.

Psal. 94.

1213

Deum populo iudæorum facta & familiaritatem A proponit, vt Deum ad ampliora beneficia eis præstanda inclinaret. Circa quod sciendum quod quamuis vera amicitia solum fit inter bonos, quod si aliquis eorum prauus efficiatur, statim amicitia est dissoluta. vt habetur. 8. ethicorum.

Amicitia.

Tamen in illo qui in bonitate perseverat, semper remanet quædam inclinatio ad illum, qui prius erat amicus ad ipsum gratiose recipendam, si ad bonum reuertatur, & ad iniurias sibi liberè dimittendas. Cum igitur ab initio populus Iudæorum, qui incepit in sanctis patriarchis, vt Abraã, & Isaac Jacob: qui erant virtuosus, & per consequens amici Dei, vnde Jac. 2. dicitur. Creditur Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam & ideo amicus Dei appellat<sup>o</sup> est. Sequitur quod quamuis dicitur Deus populus collocat, adiungit per diuersa peccata, quod tamen Deus ratione pristinæ amicitie libenter ipsum si reuerti voluerit recipit, & liberè iniurias illi dimittit. Et ideo ad placandum Deum hic psal. Deo proponit pristinam eius cum isto populo amicitiam dicens. Deo. Memor esto congregationis tuæ &c. Vnde hic ait magister in glo. Priora beneficia huic populo data psal. commemorat vt pius iudex inuiteretur ad consueta beneficia, & plus sua beneficia in eis quam ipsorum errata attendat. Orans ergo pro eis ait. Memor esto congregationis tuæ &c. quam possidisti ab initio. scilicet illius populi, id est, à patriarchis qui fuerunt initium eius. Hic est enim populus israel, quem Deus possedit, quibus specialiter legem dedit & prophetas, non gentibus.

Inco. 2.

Beneficium.

Et nota quod populum iudæorum vocat congregationē in hoc recolens beneficium liberationis à captiuitate Ægyptiaca, quoniam populus hebræorū per diuersas partes Ægypti dispersus erat ad opera diuersa deputatus, sed quando ipsum Deus liberare voluit, ipsum totum insimul in Ramesse ciuitate Ægypti congregauit. Ideo istam congregationem commemorans dicit. Memor esto congregationis tuæ vt conformiter nunc Deum inclinaret ad liberandum ipsum populum de præsentis captiuitate. Item nota quod quamuis Deus omnium generaliter sit dominus illius tamen populi specialiter dicitur possessor, qui ad eius obedientiam se sponte obligauit. Sic fuit de iudæorum populo qui lege suscepta ad eius obseruantiam se obligauit liberè, dicens. Omnia quæ locutus est dominus, faciemus. Sic & nunc possidet fideles, qui ad eius obedientiam in baptismo se obligauerunt. Vnde de gentibus conuersis ad fidem dicitur. Impleta est terra possessione sua. De iudæis autem dicitur. Dominus israel elegit in possessionem sibi. Et hic nota quod multiplex est congregatio: tam bona quam mala, vide in dicto loco suo.

Possidere nos dicitur Deo. Exod. 24.

Psal. 103. Psal. 134.

1214.

**Redemisti virgam hæreditatis tuæ mons Sion, in quo habitasti in eo.**

Hic consequenter alia Dei erga iudæos recollit beneficia. Vbi notandum quod per virgam hæreditatis domini intelligitur populus iudaicus, cuius ratio est, quia volens Deus liberare populum de Ægypto, & illum possidere, virgam moysi vertit in serpentem: sed apprehensa cauda rediit in virgam. Cum enim dixisset. Moyses Deo quod signum dabo filiis israel vt credant quia tu me misisti: Ait ad illum dominus. Quid tenes in manu tua? Qui respondit. Virgam. Et ait illi dominus. Projice illam in terram. Et dimisit virgam in terram, & facta est serpens. & expauit Moyses & fugit. Et ait illi dominus. Apprehende caudam eius. Et apprehendit, & reuerfa est in statum suū virga facta, sicut ante virga erat. Et propter hoc ipsa congregatio populi iudæorum virga dicitur. De hac ergo virga dicit psal. Redemisti virgam hæreditatis tuæ id est, redemisti de seruitute Pharaonis iudæos, qui dicuntur virga hæreditatis tuæ, quia ille populus hæreditas domini dicebatur quia sicut ille solus populus verum Deum colebat, sic illi soli hæreditas regni cælestis debebatur, dicente domino. Hæreditas autem mea israel. Sed postquam istam hæreditatem redemit & in terram promissionis collocavit, quis fuerit principalior locus vbi ipsam collocavit, adiungit dicens. Mons Sion, in quo habitasti in eo. Quia enim ibi erat templum, in quo Deus colebatur, & palatium in quo caput regni habitabat, id est de singulariter in monte Sion habitasse dicitur. psal. 75. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Et nota moraliter, quod triplex virga reperitur quoniam legitimam florentem virgam mirabiliter virgam rescitentem suauiter, virgam potentem effaciter. Primum vide virgā mirabiliter florētē. Hæc fuit virga Aarō, de qua Nume. 14. Inuenit virgam Aaron germinasse, & ingentibus gemmis eruperat flores. Per hanc virgam intellige virginem parturientem de qua Esa. 11. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet. Per secundam intellige Christum nos rescitentem infundendo gratiam, 1. Reg. 14. Ionathas extendit summitatem virgæ in fauam mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Sic & Christus gratia sua nos rescitendo illuminat interius. psalmus. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Per tertiam intellige crucem summæ potentie confundendo diabolicam potestatem. Exo. 4. Virgam hanc fumus in manu tua, in qua facturus es signa.

Exo. 4.

manu tua? Qui respondit. Virgam. Et ait illi dominus. Projice illam in terram. Et dimisit virgam in terram, & facta est serpens. & expauit Moyses & fugit. Et ait illi dominus. Apprehende caudam eius. Et apprehendit, & reuerfa est in statum suū virga facta, sicut ante virga erat. Et propter hoc ipsa congregatio populi iudæorum virga dicitur. De hac ergo virga dicit psal. Redemisti virgam hæreditatis tuæ id est, redemisti de seruitute Pharaonis iudæos, qui dicuntur virga hæreditatis tuæ, quia ille populus hæreditas domini dicebatur quia sicut ille solus populus verum Deum colebat, sic illi soli hæreditas regni cælestis debebatur, dicente domino. Hæreditas autem mea israel. Sed postquam istam hæreditatem redemit & in terram promissionis collocavit, quis fuerit principalior locus vbi ipsam collocavit, adiungit dicens. Mons Sion, in quo habitasti in eo. Quia enim ibi erat templum, in quo Deus colebatur, & palatium in quo caput regni habitabat, id est de singulariter in monte Sion habitasse dicitur. psal. 75. In pace factus est locus eius, & habitatio eius in Sion. Et nota moraliter, quod triplex virga reperitur quoniam legitimam florentem virgam mirabiliter virgam rescitentem suauiter, virgam potentem effaciter. Primum vide virgā mirabiliter florētē. Hæc fuit virga Aarō, de qua Nume. 14. Inuenit virgam Aaron germinasse, & ingentibus gemmis eruperat flores. Per hanc virgam intellige virginem parturientem de qua Esa. 11. Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice eius ascendet. Per secundam intellige Christum nos rescitentem infundendo gratiam, 1. Reg. 14. Ionathas extendit summitatem virgæ in fauam mellis, & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Sic & Christus gratia sua nos rescitendo illuminat interius. psalmus. 22. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Per tertiam intellige crucem summæ potentie confundendo diabolicam potestatem. Exo. 4. Virgam hanc fumus in manu tua, in qua facturus es signa.

As.

Daniel.

Genes. 7. Anac. 8. 16. 6.

Amos.

Qual. Subditus. Phalaris.

Manu D.

**Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.**

Hic consequenter ad inclinandum pro liberatione dicte captiuitatis diuinam clementiam psal. allegat iniquitatem, & iniustitiam aduersantium. Aduersantes autem duplexes erant scilicet extrinseci & intrinseci. Extrinseci erant persecutores ipsos captiuos detinentes, vt puta Babyloni, vel Romani. Intrinseci autem erant aliqui ex iudæis ipsorum peccatis dicte captiuitatem promerentes. Primum ergo allegat iniquitatem extrinsecorū. Secundo intrinsecorū, ibi. Signa nostra. Quantum ad primum sciendum, quod primum allegat malitiam eorum in generali. Secundo in particulari ibi. Et gloriati sunt. Notandum quod (vt dictum est) iste psalm potest intelligi de captiuitate Babylonica, vel de captiuitate Romana. Si de captiuitate Babylonica tunc psalm. ista quæ contra captiuos loquitur dicit non optatiuè, sed prædictiue, dicens. Leua manus tuas in superbias eorum, id est, leuabis. Quid, n. per manum qua operamur nisi potestas designatur? Et sic leuat super aliquos Deus manus suas cum potestate sua ipsos pro

pro peccatis suis punit. Sic enim leuauit manum suam super Philisteos, quando pro peccatis eorū ipsos interfecit. 1. Reg. 5. Fiebat manus domini super singulas ciuitates interfectionis, magnæ nimis, & percutiebat viros &c. Præuidens ergo psalm. quod Deus puniturus erat Chaldæos, qui iudæos captiuauerant, dicit. Leua manus tuas in superbias eorum id est, manus leuabis ad puniendum ipsorum superbias, quod adimpletum fuit quando Deus per Cylum & Darium reges perstruxit Babyloniam destruxit, vt habetur Daniel. 5. Et causam huius punitionis adiungit, dicens. Quanta id est, multa malignatus est inimicus in sancto id est, rex Babylonus, & eius populus in sancto id est, in templo sancto cultui diuino deputato, quia & templum destruxit, & vasa sancta asportauit, & populum captiuauit. Si autem intelligatur de captiuitate Romanorum, tunc ista dicit propheta per modum orantis & optantis. Vbi sciendum, quod tunc Deus dicitur manum suam potestatis habere ligatam quando peccatores non puniendos, non corrigi, sed manum leuat vel soluit, quando ipsos flagellat & corrigit. vt ostendit Grego. super illo verbo Job. 6. Soluat manum suam & succidat medietatem. Sepem namque fiducia longè prosperitatis in flari in quodam fastu elationis erigimur. Cumque nos extolli conditor conspiciat, sed amorem suum per verbera erga nos non exercet, quasi ad feriendam nostram vitia manum ligatam tenet. An non effectus sui manum ligauerat, cum peccanti populo dicebat. Iam non irascar tibi, & zelus meus recessit à te. Soluat ergo manum dicitur, id est exercet effectum id est, succidat me. Cui enim securos nos ac de virtutum affluentia elatos repentinus vel flagelli dolor vel infirmitatis tentatio percutit, protinus à status sui vertice nostram mentis elatio succisa cadit &c. Sic Deum leuare manus in superbias hominum, est vitia corrigendo superbos ad humilitatem conuertere. Sic ergo psalm. præuidens superbiam Romanorum orat pro ipsorum conuersione, dicens. Leua manus tuas in superbias eorum in finem. Quod exponens ad istud propositum glo. ait. Leua manus &c. id est leua potentiam tuam in superbias eorum, à quibus scilicet euerfa est Hierusalem scilicet in superbias Romanorum, vt superbias eorum veritas ad humilitatem in finem id est in Christum. quod & iam impletum cernimus, quia Romæ Christiana religio effloruit. Et notanter dicit Leua, quia ex multo superstitiosa facta est sanctissima. & ipsorum primo superbiam admiratiue exprimit dicens. Quanta id est multa malignatus est inimicus in sancto. id est in his quæ sancta tua erant scilicet in templo in sacerdotio & in cæteris sacramentis. Quæ omnia permisit Deus, quia iam illa nihil præsignabant, cum res per illa signata iam aduenisset. Admirando ergo dicit. Quanta malignatus est inimicus in sancto. quasi dicat multa, quia sacerdotes & ministria templi præda illis fuerunt, tota gens occisa vel captiuata fuit. Et hoc fecit inimicus id est Romanus exercitus. Istum passum exponit Gual. de subditis superbis, qui contra prælatos suos malignatur, dicens. Quanta malignatus est inimicus in sancto. id est si dispar est & clavis molestior vexatio malignantium quam amantium, sed tamen nescio quæ nostri temporis huius miseria ipsi amantes facti sunt malignantes. Quanta malignatur hodie amicus in sancto, dixisse debuisset inimicus, Incog. Tom. j.

sed dixi amicus in sancto, quod magis dolet. Ipse enim amicus facti sunt inimici: amici professione, inimici actione, speciei amici, virtutem amicitie abnegantes. Amicus Absalon quia filius, sed quanta malignatus est sceleratus in sancto, filius in patre, Absalon in Dauid. Absalon pax patris dicitur bonum planè nomen, sed ipse veritatem nominis confundit, quoniam affectauit regnum, incestauit cubile. Felix tamen Dauid cum inter tot filios, non nisi vnus malignator erupit. Quis dabit mihi hodie vt contra magistros non nisi vnus Absalon insidietur? Verum quasi Absalones quidam sunt qui (sicut scriptum est) pacem prædicant, & dentibus mordent, affectant locum patris, cubile sedant, dum suffrationibus socios eorum puniunt & subuertunt corda innocentium in quibus pax patris suauiter quiescebat. Imitatione Absalon, est qui magistri & locum sibi arrogat, & derogat vitæ. Quanta malignatus est inimicus in sancto, Denique quæ non videt suspicatur. Potuerunt inquit signa sua, & non cognouerunt, quia ponunt quæ non inueniunt: ponunt quæ postea prauè exponunt. Signa inquit sua: seipsum enim in signum ponunt, cum ex suæ prauitatis regula alios mentiuntur. Signa inquit sua: quasi dicat tantum signa, & non veritatem, signa non certitudinis, sed suspicionis, & non cognouerunt. Non enim cognitione, sed coniectura vincuntur. Malignatur inimicus in sancto. In quo sancto? In sancto sanctorum, in sancto qui dicit. Qui vos spernit, me spernit &c.

Abfalon.

**Et gloriati sunt, qui oderunt te, in medio solemnitatis tuæ.**

Hic consequenter in particulari exponit malitiam persequentium. Et diuiditur in partes quinque: quod quinque mala in particulari narrat de ipsis, quoniam illi primo Deum corde contempserunt. Secundo signa vana erexerunt, ibi. Posuerunt. Tercio portas ciuitatis destruxerunt, ibi. Quasi. Quarto sanctum templum combusserunt, ibi. Incenderunt. Quinto festa Dei abiecerunt, ibi. Dixerunt. Et omnia prædicta de duplici captiuitate intelliguntur. Quantum ad primū sciendum quoad primam captiuitatem Babylonicorum, quod Babyloni captiuitatem Hierusalem, & destructo templo, gloriabantur in se metipsum, quasi propria virtute hoc fecissent, non considerantes quod Deus iustus hoc fieri mandauerit vt iudæorum peccata hoc modo puniret, & vt iudei qui in prosperis à Deo recedebant, per aduersa ad ipsum colendum reducerentur. Et nota quod ipsos Babylonicos dicit odientes Deum, quia ipsi idololatrarum erant, & sic cultum Deo debitum idolis impendebant, quod sine contemptu Dei fieri non poterat. Dicit ergo. Et gloriati sunt. scilicet captiuato populo, & destructa ciuitate tanquam hoc propria virtute fecissent. Qui oderunt te. scilicet Babyloni qui erant idololatrarum in medio solemnitatis tuæ, id est in destructione Hierusalem quæ dicebatur in medio solemnitatis Dei, quia illa erat sita in medio terre promissionis, ad quam iudei in circuitu manentes ter in anno confuebant ad solemnitates domini celebrandas, sicut festo paschæ, pentecostes & tabernaculorū, vt habetur Exo. 23. Si autem de secunda captiuitate intelligatur, tunc eodē modo

1216.

Gloriari de malo.

Exod. 13.

A a a do



do applicatur ad Romanos principes de quibus A dicitur. *Et gloriati sunt*, scilicet de victoria, quam habuerunt contra iudæos, *qui oderunt te*. Romanus, qui tunc erat serui demonum. Et notatur, maxime ipsorum peruersitas. de malo facto gloriari. Ex quo notat glo. q. Romani non bono zelo destruxerunt Hierusalem, & templum, & populum captiuauerunt, sed magis liuore vindictæ: quia Romani rebellauerunt. Vnde ait glo. Ecce quod non bono zelo fecerunt, gloriati enim sunt de malo, cum post scelus sequi soleat poenitudo, sed isti ad gloriam verterunt. Et in quo tempore hoc fecerunt ostendit dicens *In medio solennitatis tuae*. Tunc enim versa fuit Hierusalem, quando palialis solennitas agebatur: & sic *in medio solennitatis*, scilicet paschalis. Et vide mirabilia Dei iudicia: quia sicut iudæi in solennitate paschali contra Christum seuerunt congregati, sic congregati in solennitate paschali perierunt. Sed quid dicendum cum doctores dicant, quod illa captiuitas & destructio fuerit facta in vindictam mortis Christi, sed ex parte populi Romani seueritas fuit in vindictam rebellionis facta contra Romanos. Quamuis ergo illi tunc facerent, quod Deus disposuerat illos facturos, non tamen recto animo id agebant: quod patet: quia ex hoc vanè gloriabantur: de quibus prouer. 2. Latantur cum malè fecerint, & exultant in rebus pessimis. An sit maius peccatum gloriari de peccato commisso, quàm in se fuerit primum peccatum. vide versic. 853.

Prouerbi. 2.  
Quasi.

1217. Posuerunt signa sua signa, & non cognouerunt sicut in exitu super summum.

Hoc eodem modo exponitur de Babyloniis & Romanis: quia capta ciuitate, in signum victoriae posuerunt vexilla in locis altis, & in portis. Et hoc est quod dicit. *Posuerunt signa sua*, id est vexilla Romana, dracones, & aquilas, quibus in prælio utebantur. Et replicat signa in signum doloris: vt scilicet ad scelus vindictam prouocaret iudicem, ostendens quod suis virtutibus victoriam ascriberent, & non Deo. Vnde subdit. *Et non cognouerunt*, scilicet, quod hoc esset à Deo, & q. Dei dispositione hoc fieret. Sequitur. *Sicut in exitu super summum*. Per exitum intellige portas ciuitatis per quas quis exit ciuitatem. Sicut ergo posuerunt signa sua in exitu, i. in portis ciuitatis, sic etiã illa posuerunt *super summum*, i. in summitate turrii. Vel per signa intellige statuas principum, qui victoriam obtinuerunt, quas ad rei memoriam posuerunt, & in portis & in locis supremis. Vel per summum intellige templum cuius summitas omnia alia aedificia excellebat. Erat enim ad modum cuiusdam turris altissimæ tres habens mansiones. Vnde de templo sub nomine turris dicitur. Turris nebulosa filia Sion, usque ad reueniet. Vocatur enim turris propter altitudinem, sed nebulosa propter fumum holocaustorum sacrificiorum & incensorum.

Summum.  
Signa.  
Mich. 4.

1218. Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam.

Hic consequenter ostendit quod portas ciuitatis sanctæ, scilicet Hierusale destruxerunt: quod

vniformiter de vtraque captiuitate intelligi potest: quia quado ceperunt ciuitatem Hierusalem (vt consuetum est in talibus) primum quod viatores faciunt vt habeant liberum ingressum & egressum, portas ciuitatis destruunt, ne per insidias vel aliis superuenientibus includantur: vnde ait quod sine aliqua reuerentia cum *securi & ascia exciderunt*, ianuas, scilicet ciuitatis, quemadmodum indifferenter in silua lignorum ligna inciduntur. Et hoc *in idipsum*, scilicet existentes conspirati in vnum constantes. Et nota quod Asaph prophetaizat destructionem ciuitatis in securi & ascia, ad denotandum quod totaliter dissipari debebat. Nam securis primo ligna grossa præscindit, ascia vero minutius prosequitur. Per hoc ergo res magnas & minimas ciuitatis dicit deiiciendas, vt ostendat ciuitatem funditus dissipandam. Possumus autem hic moraliter notare, quod per ianuas ciuitatis intelligitur aditus regni cœlestis. Nam triplex ianua est. scilicet superior, anterior, & exterior. Prima aperitur per beneficiorum Dei collatione psal. 77. Ianuas cœli aperuit, & pluit illis manna ad manducandum. Secunda aperitur per animarum præparationem. Apoc. 3. Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum &c. Tertia aperitur per superbiorum damnationem. Esa. 45. Aperiam ante eam ianuas, & gloriosos terræ humiliabo. Sed prima ianua, scilicet cœlestis dissipatur per ingratiudinem diuinorum beneficiorum, vt ingratis non pateat. 2. Paral. 28. Disruptis omnibus vasis atque fractis destruxerunt ianuas templi. Vnde nunc de ingratis dicitur. *Exciderunt ianuas eius*, fuit hoc *in securi & ascia*. Per securim, quæ ligna grossa cædit: accipe ingratiudinem beneficiorum spiritualium, sed per asciam, quæ minutè cædit accipe ingratiudinem beneficiorum corporalium: quæ sunt minuta respectu spiritualium.

Incenderunt igni sanctuarium tuum in terra, polluerunt tabernaculum nominis tui.

Hic ostendit consequenter, q. templum combulerunt. Quia enim templum de lapidibus erat, qui securi & ascia excidi non possunt, vt ligna, ideo ipsum per ignem vastauerunt. Vbi nota q. per sanctuarium & tabernaculum hic idem intelligitur. scilicet templum ad Dei cultum fabricatum, vt in ipso nomen Dei laudaretur, quod igne tam per Chaldæos, quam postea per Romanos fuit combustum, capto tanè templo antequam illud combureret illud polluerunt immolantes in eo idolis suis, quibus victoriã suã attribuebant. Et hoc est quod subditur. *Polluerunt tabernaculum nominis tui*. i. nomini tuo dedicatum. Et notanter dicit in terra: quia tabernaculum Dei quod est in cœlo nec tan gere nec violare potuerunt. Et nota moraliter quod tabernaculum nominis Dei, scilicet Christi est multiplex, scilicet primum in quo requieuit carnem assumendo, scilicet virgo Maria. Eccle. 24. Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo. Secundum est in quo requiescit fides collocando, scilicet vniuersalis ecclesia, vel qualibet sancta conscientia. Apoca. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis, scilicet per fidem & gratiã. Tertium est in quo requiescit gloriam

gloriam conferendo, scilicet gloria æterna. psal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescit &c. Primum tabernaculum polluit hæretici, qui dicunt ipsam Christum concepisse ex virili semine. Contra quos ipsa dicit. *Se cretò Deus erat mecum in tabernaculo meo*. Secundum enim est quod nulli communicatur. Et sic Deo in tabernaculo virginis erat secretò, quia eius conceptio alteri homini non fuit communita. Secundum tabernaculum, scilicet ecclesiã vel conscientiam, polluit infideles & peccatores, qui ecclesiam vel conscientiam vertunt in speluncam latronum. Contra quos dicebat. psal. 83. Elegi abiectus esse in domo Dei mei magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum. Tertium tabernaculum, scilicet gloriae polluit, resurrectio nem corporum negantes. Contra quos dicebat Saluator. *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos in æterna tabernacula*.

Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra.

Hic consequenter ostendit quomodo Dei festa abiecerunt. Vbi aduertendum quod intentio tã Chaldæorum in prima captiuitate, quam Romanorum in secunda, erat tollere de terra cultum Dei & ceremonias iudæorum, ne Deus hebræorum amplius ibi coleretur. Et hoc statuerunt communi consilio, scilicet primo Chaldæi intra se: & secundo Romani intra se. Et hoc est quod dicit. *Dixerunt in corde suo*, id est in intètio ipsorum erat hæc, & post *simul congregati super hoc consilium fecerunt cognatio eorum simul*, scilicet omnis eorum cognatio simul congregata. Et quid dixerunt, vel quid deliberauerunt subditur. *Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra*, id est sic destruamus ritum iudæorum & ceremonias, vt dies ipsorum festiui amplius non memorentur. Et nota quod dies festiui apud iudæos maximè erant tres. Primum est azymorum, scilicet festum paschæ in memoriã liberationis de ægypto, per quod festum significatur serenitas conscientie. 3. Esdræ. 7. Celebrauerunt diem festum azymorum. Secundum erat festum pætecostes in memoriã legis à Deo datæ, quod alio nomine dicebatur festum nouarum frugum: quando scilicet panes de nouis frugibus Deo offerebant: de quo Deut. 16. Celebrabis festum domino Deo tuo. Tertium erat festum tabernaculorum, quod dicebatur scenopogia, in quo comedeant in vmbraculis, in memoriã quod per quadraginta annos in vmbraculis ipsos per desertum Deus pauerat. Phagim enim quod est comedere componitur cū scenos quod est umbra, & inde scenopogia. i. festum tabernaculorum in quo sub umbra ramorum habitabant & comedeabant. De hoc Ioan. 7. Erat dies festus iudæorum qui dicitur scenopogia &c. Et de istis tribus festis siue festiuitatibus dicitur Exo. 23. Tribus vicibus per singulos annos festa celebrabit. Per primum festum moraliter intellige puritatem conscientie. Per secundum nouitatem vitæ. Per tertium quod erat vltimum celebratam gloriae. Sed forte dices. Dies festus quando incipit & quando terminatur. Incog. Tom. 1.

1214.  
1219.  
1220.  
1221.  
1222.  
1223.  
1224.  
1225.  
1226.  
1227.  
1228.  
1229.  
1230.  
1231.  
1232.  
1233.  
1234.  
1235.  
1236.  
1237.  
1238.  
1239.  
1240.  
1241.  
1242.  
1243.  
1244.  
1245.  
1246.  
1247.  
1248.  
1249.  
1250.

natur. Respondet glo. extra de fer. quoniã in parte lib. 2. dicens. Dies incipit & terminatur horis diuersis diuerso respectu. Quantum enim ad officij diuini celebrationem incipit in vesperis & terminatur. Quoad iudicia incipit in mane. scilicet in ortu solis & terminatur in occasu. Quo ad cœlestus incipit in media nocte & terminatur. Quo ad esum carnis incipit post cœnam. Quod vero ad obseruationem treuge incipit in ortu solis, & sic terminatur. Quod vero ad operationem non dicit quando incipiat vel terminetur: sed credo quod incipit in occasu solis, & sic terminetur. Et in hoc maximè loquorum consuetudo debet considerari.

Signa nostra non vidimus, iam non est propheta, & nos non cognoscer amplius.

Hic allegata iniquitate extrinsecorum aduersantium, consequenter allegat iniquitatem intrinsecorum. Hoc aliter exponitur de captiuitate Babylonica, & aliter de Romana. Quantum ad captiuitatem Babylonicam, sciendum quod multi iudæorum talem captiuitatem videntes, & templi destructionem, desperabant, & se à Deo totaliter repulso credabant, propter quod idololatriã cõmittebant. Vnde dicebat. *Signa nostra non vidimus*, id est Deus nunc non ostendit nobis signa qualia fecit patribus nostris, quado ipsos de ægypto pro eduxit: quando per desertum multos reges nobis subiecit, quando in conspectu nostro in terra missionis gentes euerit. Et videtur quod ex toto nos reliquerit. Similiter ex alio, quia patribus dedit prophetas, qui eis Dei voluntatem manifestabant. Nunc autem nullus est propheta, qui nobis eius voluntatem annunciet. Ex quo concluderent quod Deus ipsos amplius non recognosceret, vt populum peculiarem sibi acceptum. Et hoc est quod subdit. *Iam non est propheta, & nos non cognoscer amplius*. Et ex hoc inferebant. Si nos vt populum suum amplius non vult recognoscere, nec nos ipsum vt Deum & dominum nostrum recognoscere debemus, & sic in desperationem cadebant. Ex hoc enim vult psal. allegare opinionem domini pro liberatione dictæ captiuitatis, ne scilicet populus in quo solo diuinus erat cultus, ad idololatriã totaliter verteretur. Sed contra hoc quod dictum est, quod tempore dictæ captiuitatis non erat propheta in populo Dei, qui ei annuncieret Dei voluntatem, videtur quod tempore dictæ captiuitatis fuit Hieremias propheta: vt pater Hierem. 1. Respondeo q. quãuis tempore illo Hieremias eis prophetizaret, tamen ipsum nõ reputabant verum prophetam, imò etiam illi qui remanserant in iudaismo dicebant. Non misit te dominus, & mēdaciū loqueris: vt pater Hierem. 43. Quanto magis apostata iudæorum ipsum prophetam non reputabant. Sic & hic psal. allegat eorum opinionem dicens. *Iam non est propheta*. Quantum vero ad captiuitatem Romanorum sic exponitur. Nam omnia veteris testamenti erant quasi signa & figura noui testamenti, vt deducit apostolus. 1. Cor. 10. Omnia in figura contigebant illis. Sicut autem adueniente luce, cessat umbra, sic adueniente veritate siue figurata cessat figura & signa. Cessauerunt autem

Dicit.  
1221.  
Hierem. 1.  
Hierem. 43.  
Signum.  
1. Corint. 10.  
Aaa 2 omnia

omnia signa veteris legis tempore nouæ legis datæ per Christum: quia venit res figurata. Quia igitur captiuitas Iudæorum facta per Romanos fuit tempore legis nouæ, ideo notat prophetâ istam captiuitatem non esse signum, sed res significata per captiuitatem babilonicam. Vnde dicit q̄ tempore dictæ captiuitatis Romanorum: *signi non: ra non: videmus*, scilicet in ista captiuitate, quia scilicet venit res signata: & iam nõ est propheta, scilicet, sicut in aliis captiuitatibus fuit, qui eis prædicet liberationem ab ista captiuitate. *Et nos non: cognoscat amplius*, scilicet nõs reduciendo, quia scilicet ista captiuitas Iudæorum manere debet vsq; ad finem sæculi, quando per Helias & Enoch prædicationem Iudæi conuertentur ad fidem Christi. Et secundum hoc iste versus respõdet interpretationibus psal. superius positis pro liberatione populi, dicens quod ille populus ab ista captiuitate liberari non debet nec a Deo recognosci vsque ad finem sæculi. Moraliter autem hic nota q̄ multiplex est propheta, vide in lectura iohannis.

**Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem.**

Hic cõsequenter pro liberatione populi psal. Allegat Dei bonitatem & potentia. Et diuiditur in partes tres. quia per psal. primo tempus dictæ captiuitatis deploratur. Secundò vt Deus ipsam terminet imploratur, ibi. *Deus autem rex noster*. Quantum ad primum sciendum quod aliter legitur iste versus de captiuitate babilonica: & aliter de Romana. Quantum ad primam captiuitatem per aduersarium & inimicum intellige populum Babiloniorum: qui populo Dei aduersabatur & inimicabatur. Sic enim inimici nomine illum populũ nominabat Hieremias Thre. 2. dicens. Quos educam & enutriui inimicus meus consumpsit eos. Ille enim populus Chaldæorũ Indæis captiuis improperabat quod Deus Iudæorum non esset verus Deus, quia ipsos non defenderat de manibus ipsorũ. q. d. Si esset verus Deus, non vos sic captiuari permisisset. Et quia tale improperium erat ad iniuriam Dei, ideo sic improperando Deum irritabant contra se: & ad iram pronocabant. Querit ergo hic psal. quãdiu Deus hoc sustinebit dicens. *Vsquequo Deus improperabit* &c. id est quãdiu hoc durabit: an vsque in finem, scilicet sæculi. Non tamen vsque in finem durabit sæculi, sed solum vsque ad Cyrum regem Persarum, qui reduxit captiuitatem Iudæorum ad propitia. vt habetur. 1. Esdræ. 1. Sed tamen sic loquitur psal. vsque in finem. quia sicut expectanti liberatione omne tempus longum videtur. Si autem intelligatur de secunda captiuitate per inimicum & aduersarium, intellige populum Iudæicũ, qui homini Christo inimicatur, qui ex eorũ gente carnem assumpsit. De quibus dicitur Matt. 10. Inimici hominis, domestici eius. Quãdiu enim extra fidem Christi manent, improperant Christo, & per consequens Deo, quia Christus est Deus. Querit ergo psalm. quãdiu Iudæi extra Christi fidem manebunt, dicens. *Vsquequo Deus imp. operabit inimicus*, scilicet populus iudaicus.

Iudæi

Propheta.

Nota.

1222.

Inimicus.

Thre.

1. Esdræ 1. Inimicus dei Iudæi.

Matth. 10.

& statim respondet, quod vsque ad finem sæculi, quando scilicet Helias conuertet corda patrum ad filios. & e contrario. Et hoc est quod subdit. *Irritat aduersarius*, id est populus iudaicus tibi aduersans nomen tuum, id est Christum, in finem, id est vsque ad sæculi finem. quia tunc conuertetur, vide supra versũ. 953.

**Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem.**

Hic psal. implorat captiuitatis terminationem. Quantum ad primam captiuitatem, sciendum quod vulgariter manum in sinu tenere dicitur, quod quando potest quis non operatur. Sic conformiter Deus manum in sinu tenere dicitur, quãdiu populum iudaicum suo cultui deputatum ab infidelibus & idololatriis nõ defendit. Et ideo vt ipsam de sinu extrahat iudæos liberando dicit. *Vt quid auertis manum tuam & dexteram tuam*, supple extrahere de medio sinu tuo in finem, id est tã diu. Loquitur enim ipsi Deo ad modum quo loquitur homini. Quantum ad secundam captiuitatem nota quod per manum Dei intelligitur populus iudaicus. Per manus enim operamur. Et quia soli iudei opera Dei faciebant, quia soli legem Dei obseruabant: ideo ipsi inter omnes nationes manus Dei dicebantur, & ipsorum opera Deo erant accepta. Ideo dicitur de ipsis. Opera manuum tuarum id est fidelium iudæorum non despicias. Quid autem est sinus Dei nisi christus Dei filius. Nam (vt ait Grego.) per sinum, secretũ mentis accipitur, ipse autem filius Dei Iesus est secreta patris notitia. Vnde quia Ioannes Euangelista per amorem erat cõiunctus Christo, ideo in sinu Iesu recubuisse dicitur. Extra sinum ergo Dei manet manus eius, quãdiu populus iudaicus extra Christi fidem permanet. Quando vero ad Christi fidem in fine mundi reduceretur, tunc Deus manum suam ponet in sinum. Hoc satis figuratiter nobis fuit ostensum Exo 4. (vt deducit magister in glo.) quando Moyse patri & ductori iudæorum dixit Deus. Mitte manum tuam in sinum tuum. Et misit, & ait. Produca eam, & produxit, & inuenta est immunda. Iterum dixit reuoca eam in sinum tuum, & reduxit, & munda effecta est. Hæc manus populus Dei est, qui quãdiu manet extra sinum, scilicet Christi fidem, immundus est. Sed quando reuocabitur ad sinum veræ fidei Christi, mundus erit. Vt ergo iudei ad fidem reducantur, ait psal. Deo. *Vt quid auertis manum tuam* Et de qua manu intelligat, subdit. *Et dexteram tuam de medio sinu tuo*. Id est vt quid auertis populum iudaicum à Christi fide, & non reducis eum in finem, id est in Christum, q. d. secundum glof. Vt quid alienas populum tuum a te, vt foris remaneat immundus? Vsquequo nõ reuocas manum in finem, id est in Christum, vt eum agnoscat saluatorem? Et nota quod illos dicitur auertere à fide Christi, quos non conuertit.

**Deus autem rex noster ante sæcula, operatus est salutem in medio terræ.**

Hic Dei potestatem ostendit, ostendens quod Deus potens est ipsos ad libitum liberare. Et duo facit

1213

Manus Dei

Grego. 22. n. 1. c. 14.

Ioh. 13. Sinus Dei Christi.

Exo. 4.

Glof.

1224

facit. Quia primo Dei potestatem declarat. Secundò Dei bonitatem implorat, ibi. *Memor esto*. Prima pars diuiditur in sex: quia ex sex mirabilibus declarat Dei summam potestatem. Primò ex hoc quod Iudæos in terram promissionis potenter adducit. Secundò quia ad ingressum Iudæorum mare diuisit, ibi. *Tu confirmasti*. Terridò quia in mari principes Ægyptiorum submersit, ibi. *Tu confregisti*. Quartò quia in deserto de perra aquam eduxit, ibi. *Tu dirupisti fontes*. Quintò quia omnia corpora cœlestia creauit, ibi. *Tuus est dies*. Sextò quia omnia corpora inferiora produxit, ibi. *Tu fecisti*. Miradò ergo ostendit Dei potentiam, quia Iudæos miraculose ad terram promissionis adducit, dicens. *Deus autem rex noster*. Vbi nota quod terra promissionis dicitur esse in medio terræ habitabilis, & sic operatus est salutem in medio terræ, quando saluauit populum suum de captiuitate Ægypti, & ipsum ad terram promissionis induxit. Vel aliter per salutem intellige Christi incarnationem & mortem per quam liberati sumus, quam operatus est in medio terræ. Nam vt ait Be da in libro de imagine, Mons caluarie directè in medio terræ habitabilis esse dicitur, q̄ ideo ibi uoluit Christus pati, vt passionem suam omnibus offerret æqualiter. Vel aliter. Infernus dicitur esse in medio terræ, vt patet supra versũ 108. Ibi autem fecit salutem, quando eius anima in triduo ad infernũ descendens, inde saluans sanctos patres eduxit, quam salutem non est operaturus. Vnde istum passum exponens Bernard. ait. *Deus autem rex noster ante sæcula operatus est salutem*, &c. Operatus est salutem Christi in medio terræ. Vnde & tu in medio gehennæ, & expecta salutem quæ iam facta est in medio terræ. Nõ enim relinquitur amplius hostia pro peccatore mortuo in peccatis, non crucifigitur amplius pro te filius Dei, mortuus est semel, iam non moritur, non descendit apud inferos sanguis, qui effusus est super terram. Biberunt ex eo omnes peccatores terræ. Non est qui de eo sibi vendicet demones ad restringendum focos suos, sed neque homines socij demonum. Semel illud descendit, non sanguis sed anima: & hæc portio eorum qui in carcere erant: vna illa uisitatio quæ tunc facta est per præsentiam animæ, cum corpus penderet exanime super terram. Sanguis aridam rigauit, sanguis infudit terram, & inebriauit eam, sanguis quæ in terra sunt & quæ in celo pacificauit. Non autem & quæ apud inferos, nisi quod semel illo (vt dixi) anima eius exierat, & fecit ex parte redemptionem, ne vel eo momento vacarent opera pietatis, sed ultra non adiciet hoc. Hæc ille. Sed aduerte quod dicitur. *Deus autem rex noster ante sæcula*. Dupliciter, n. hoc potest exponi. Vno modo sic. Rex noster qui est Deus ante sæcula, id est ab æterno, non tamẽ rex est ab æterno, quia nomen regis connotat respectum ad creaturam subditã quæ non fuit ab æterno. Alio modo vt per sæcula intelligantur reuolutiones certorum annorum. Sæculũ enim communiter accipitur pro reuolutione vnius iubilæi, vel quinquaginta annorũ. Ab exitu enim de Ægypto vsq; ad foundationem tẽpli per Salomonem, fluxerunt anni quadringenti octoginta. Quo tempore fuit factus iste psal. Asaph qui fuit conterraneus ipsi Dauid. Et sic pater q̄ multi iubilæi fluxerunt ab exitu de Ægypto vsque ad tempus quo Asaph fecit istum psal. Et sic Incog. Tom. j.

A illud tempus denotans Asaph, dicit. *Deus autem rex noster ante sæcula, &c.*

**Tu confirmasti in virtute tua mare, contribulasti capita draconum in aquis.**

Hic consequenter ostendit Dei potestatem: quia ad ingressum Iudæorum mare diuisit. Nam (vt habetur Exo. 14.) leuante Moyse virgam supra mare: aquæ maris fuerunt diuisæ, & erant Iudæis quasi pro muro à dextris & à sinistris: quam aquarum solidationem virtute diuina factã ostendit, dicens. *Tu confirmasti in virtute tua mare*, id est lapsum maris rubri, vt filius Israel esset iter siccum per mediũ maris. Vel aliter & magis mysticè. Per mare quod amarum fluctuans & immundum est, intellige gentes quæ erant à mare per idolatriam, fluctuantes per superbiam, immundæ per luxuriam. Hoc mare dominus confirmauit cum ad fidem Christi incarnationis gentiles reduxit. Vnde Grego. 17. mora. c. 15. ait. *Quid aliud maris nomine, nisi præfens sæculum designatur?* in quo corda hominum terrena quærentiũ diuersis cogitationum fluctibus intumescunt: quia elatione superbiæ incitati dum alterna intentione se impetunt, quasi aduersantes se vnde collidunt. Sed iam in fortitudine illius maria sunt cõfirmata: quia incarnato domino discordantia seculariũ corda concorditer credunt. Iam Petrus supra mare ambulat: quia nimis Christi prædicationibus illa quondã tumida corda gẽtilium humili auditu subtrata sunt, &c. Est ergo sensus. *Tu confirmasti in virtute tua mare*, id est fluctuantia gentiliũ corda in Christi fide firmasti. Vnde huius cõfirmationis mysterium subdit, dicens. *Contribulasti capita draconum in aquis*, id est superbias demonum in aquis baptismi annihilasti. Et dicit *contribulasti*, quia demones simul condolent virtute aquarum baptismi de cordibus gentiliũ se fore expulso.

**Tu confregisti capita draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum.**

Hic consequenter ostendit Dei potestatem ex submersione Ægyptiorum. Vbi notandum quod in scriptura draconis nomine, regnum Ægypti intelligitur, vnde Ezech. 29. dicitur. Hæc dicit dominus. Ego ad te rex Ægypti draco magnè, &c. Et sic per capita draconis intellige principes & proceres regni Ægypti, qui omnes confracti fuerunt, & in mari submersi, vt habetur Exo. 14. Et Exo. 15. dicitur. Electi principes submersi sunt in mari rubro, abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundũ quasi lapis. Quod alij verbis psal. recoli, dicens. *Tu confregisti capita draconis*, scilicet regni Ægypti. Sed quid de ipsis postea factum fuerit, subdit. *Dedisti eum escam populis Aethiopum*. Vbi sciendum quod (vt habetur Exo. 14.) postquam illi fuerunt in mare submersi ipsorum cadauera mare proiecit ad littus. Vnde ibi dicitur, quod viderũt filij Israel Ægyptios mortuos supra littus maris. Vnde & aues coruini generis quæ affectuose cadauera mortuorum comedunt, ad illa cadauera descenderunt, & illa comederunt. Vnde aues illas nigras coruini generis, hic psal. figuratiuè vocat populũ Aethiopum propter coloris nigredinem.

1225

Exod. 14.

Mare. Genes.

Grego. 17. mora. c. 15.

Baptismus.

1226

Ezech. 29. Draco.

Exo. 14. & 15.

Exod. 14.

Ethiops.

negredinem, dicens. *Dedisti eum.* scilicet regnum, *A* *escam populis Aethiopiae.* id est aubus nigris, Magis autem mystice hoc exponit glo. non de dracone diabolo in aquis baptismi contracto, dicens. *Tu confregisti capita draconis.* id est potestates draconis, id est principis demoniorum. Vel caput draconis est initium peccati, quod est superbia. *Et dedisti eum,* scilicet draconem *escam populis Aethiopiae.* id est gentium omnium quae prius nigrae erant peccatis, sed post baptismum lotae candore virtutum sunt dealbatae, quibus diabolus datur in escam consumptionis, sed christus datur illis in escam consummationis. Christus enim esca est, qua confirmamur in bono, sed diabolus est esca quam consumimus, dum per virtutes eius vires deducimus ad nihilum. Sic ergo gentes quae credunt hodie corpus diaboli deuorant, dum alia diaboli membra ad Deum conuertunt. Sic ergo gentibus conuersis corpus diaboli praebet in escam. Iob 38. Quis preparat coruam escam suam, supple nisi Deus.

**Tu dirupisti fontes & torrentes, tu siccasti fluuios Ethan.**

Hic ostendit diuinam potentiam ex eo quod de petra aquam eduxit. Nam ut habetur Nume. 20. Cum venisset hebraeorum populus in deserto Syna, aquam ad bibendum non habebat, propter sitim moriebantur tam homines quam iumenta. Clamauit populus ad Moysen, Moyses autem orauit ad dominum dicens. Domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquae viuae, &c. Et ait illi dominus. Tolle virgam in manu tua, & congrega populum tu & Aaron, & loquimini ad petram coram ipsis, & illa dabit aquas. Cumque eleuasset Moyses manum, percussit virga bis siliem, egressae sunt aquae largissimae quasi de fonte in modum torrentis mundanis, & bibit omnis populus & iumenta. Et hanc historiam in breui commemorat hic psalm. dicens. *Tu dirupisti.* i. petram, & exierunt fontes, & torrentes aquarum. *Vel tu dirupisti.* id est aperuisti petram, &c. Et de petra quae sua natura aquam non habebat, aquam abundanter fecit exire, quod est signum summae potestatis. Sic & e contrario flumina quae naturaliter aquarum habent abundantiam, in siccam pro libito redegit. Et hoc est quod subdit. *Tu siccasti fluuios Ethan.* Vbi sciendum quod Ethan interpretatur fortis & robustus. Et sic per fluuios Ethan intelligitur fluuius Iordanis qui inter omnes fluuios terrae promissionis fortior est & profundior. Et accipitur hic plurale pro singulari, cum dicitur fluuios, id est fluuium, sicut cum dicitur. Isti sunt dij tui Israel &c. cum tamen esset solum vnus virulus. Est ergo sensus. *Tu siccasti fluuios Ethan.* id est fluuium Iordanis: quia ut habetur Iosue 3. Deus ad transitu filiorum Israel siccauit Iordanis fluuium tempore quo aquis magis erat repletus. Vide ibi historiam. Magis autem mystice hoc exponit glo. dans differentiam inter fluuios & torrentes. Per fluuios intelligens bonos praedicatorum a quibus continet aqua sapientiae fuit, sed per torrentes illos praedicatorum qui ad tempus praedicant, sed in tempore tentationis deficiunt. Vnde dicit. In aliis enim verbum Dei fit fons aquae salientis in vitam aeternam, in aliis torrentis, quae est aqua currans, sed in aestate sicca-

*Esca.*  
*Iob 38.*  
*1227*  
*Num. 20.*  
*Aqua con-*  
*spici dicitur*  
*Iordanis*  
*Exo. 32.*  
*Fluuius.*  
*Iosue 3.*  
*Torrentes.*  
*Predicatorum*  
*107.*

tur. Hi sunt illi qui accepto verbo praedicant & currunt, sed tentationibus cedunt, qui non sicut habent verbum ut bene viuunt, sed ut aliis non taecent, tamen ex vtriusque terra fidelium irrigantur a Deo. *Tu siccasti fluuios Ethan.* Ethan enim interpretatur fortis, & significat doctrinas philosophorum gentilium, & magorum de se praesumentium, quas Deus siccauit, dum ad praedicationem simplicium apostolorum illos subiecit: quia elegit infirma, ut fortia quaeque confundat, ut ait apostolus. 1. Cor. 1.

**Tuus est dies, & tua est nox, tu fabricatus es auroram & solem.**

Hic ostendit diuinam potentiam ex eo quod caelestia corpora creauit. Vbi notandum quod per cursum solis dies a nocte distinguitur: quia quando sol est supra hemisphaerium nostrum, in ipso diem causat, quando vero est infra, in ipso causat noctem. Ex quo sequitur quod in cuius potestate est motus solis, in eius potestate est tempus, dies, & nox. Cum igitur sol sit in potestate Dei: quia ipsum solem facit, ergo & dies & aurora & nox. Et hoc notans psalm. dicit. *Tuus est dies, & tua est nox.* quia scilicet ista sunt in potestate tua, probat: quia sol a quo ista causantur est ipse Deus. Vnde subdit. *Tu fabricatus es auroram & solem.* Ex hoc vult concludere quod omnia corpora caelestia Deus sua potestate creauit: quia per solem, qui inter omnia corpora caelestia nobis magis apparet, & maiotis efficaciae videtur caetera corpora caelestia vult intelligere. Per auroram autem hic intelligitur luna: quoniam aurora est finis noctis, in qua splendet luna. Omnis autem res a suo fine denominari potest, & ideo quia aurora terminat lunae lumen, per auroram accipe lunam: Est ergo sensus. *Tu fabricatus es auroram & solem.* id est lunam & solem, & ex consequenti caeteras stellas, iuxta illud Genes. 1. Fecit Deus duo luminaria magna, &c. & stellas. Magis autem mystice secundum glo. per diem hic accipe perfectos & spirituales, quos illuminat sol iustitiae Christus. Per noctem vero accipe minus perfectos & carnales, quos luna, id est Christi perlustrat humanitas, quibus ait Apostolus 1. Cor. 3. Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Per auroram autem quae est principium diei, intellige insipientes, sed per solem qui perfectam generat claritatem, intellige in sapientia & fide Christi perfectos. Et hos omnes fabricat Deus: quia ab ipso omnis sapientia grandis siue parua procedit secundum illud Ioan. 1. Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: quia nullus nisi per ipsum illuminatur.

**Tu fecisti omnes terminos terrae, aetatem & ver tu plasmasti ea.**

Hic consequenter ostendit Dei potentiam ex productione corporum inferiorum. Vbi per terminos terrae accipe omnia quae terminantur & vertuntur in terram, ut sunt omnia generabilia & corruptibilia, quae de terra generantur, & in terram terminantur. Est ergo sensus. *Tu fecisti omnes terminos terrae.* id est omnia corruptibilia quae vertuntur in terram. Et per hoc vult habere quod etiam fecit omnia quae sunt media inter caelum & terram:

1. Cor. 1.

1228

Iob 24.

Grego. 22.

1229

1230

1231

1232

1233

1234

1235

1236

1237

1238

1239

1240

1241

1242

1243

1244

1245

1246

1247

1248

1249

1250

1251

1252

1253

1254

1255

1256

1257

terram: quia si fecit omnia caelestia & omnia terrestria omnia superiora & inferiora, consequens est quod etiam fecit media, & sic fecit omnia entia permanentia. Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt. Sed Deus de rebus successiuus, ut est motus & tempus subdit. *Aestatem & ver tu plasmasti.* per ista duo intelligens omnia tempora. Quamuis enim sint quatuor tempora anni, scilicet ver, aestas, autumnus, & hyems, tamen quia extrema tempora sunt aestas & hyems, aestas in calore, hyems in frigore tenet extremitatem, ideo per ista duo extrema alia duo media intelligit. Omnia autem praedicta ab illo loco, Deus autem rex noster induxit psalm. ad ostendendam Dei potentiam qua lucos de capriuitate ad libitum liberare potest. Iob 24. Ab omnipotente non sunt abscondita tempora. Magis autem mystice fecit Deus omnes terminos terrae, quia omnia rei terrenae & corruptibili posuit terminum, ut ostendit Greg. super illo verbo Iob 14. Constituisti terminos eius, qui praeteriri non poterunt, dicens. Nulla quae in hoc mundo hominibus sunt, absque omnipotentis Dei consilio veniunt. Nam cuncta Deus futura praecians ante saecula decreuit qualiter per saecula disponantur. Statutum quippe est homini, vel quantum hunc haec mundi prosperitas sequatur, vel quantum aduersitas feriat ne electos eius aut immoderata prosperitas eleuet, aut nimia aduersitas grauet. Statutum quoque est quantum in ipsa vita mortali temporaliter viuat. Nam & si anno quindecim Ezechie regi ad vitam addidit omnipotens Deus, cum eum mori permisit, tunc eum praeciuo esse moriturum. Quia in re quaestio oritur, quomodo ei per prophetam dicatur. Haec dicit dominus dispone domui tuae: quia morieris tu & non viues. Cui cum mortis sententia data est, protinus ad eius lachrymas & vita addita est. Sed per prophetam dominus dicit, quo tempore mori ipse merebatur, per largitatem vero misericordiae illo tempore eum ad mortem distulit, quod ante saecula ipse praeciuo. Nec propheta igitur fallax: quia tempus mortis innotuit, quo vir ille mori merebatur, nec dominica statuta permutata sunt: quia ut ex largitate Dei anni vite crescerent, hoc quoque, ante saecula praefixum fuerat spacium vitae quod inopinatus foris est additum, sine augmento praescientiae fuit intus statutum. Bene ergo dicitur. Constituisti terminos eius qui praeteriri non poterunt. Et hoc non solum de rebus corporalibus, sed & de spiritualibus est intelligendum secundum magistrum hic in glo. Vnde & ibi se subdit Greg. dicens quod dicitur. Constituisti terminos eius, qui praeteriri non poterunt, etiam iuxta spiritum intelligi valet: quia nonnunquam in virtutibus proficere conamur, & quaedam dona percipimus, a quibusdam vero repulsi in imis iacemus. Nemo enim est qui tantum virtutis apprehendat quantum desiderat, quia omnipotens Deus interiora discernens ipsis spiritualibus prouectibus modum ponit, ut ex hoc homo vel bonum quod apprehendere conatur, & non valet, in illis se non eleuet quae valet. Vnde ille quoque egregius praedicator qui raptus vsque ad tertium caelum fuerat, paradisi arcana penetrauerat, esse post reuelationem tranquillius atque intentatus non valebat. Sed quia omnipotens Deus terminos constituit homini qui praeteriri non poterunt, & eleuauit hunc ad cognoscendum sublimia, &

reduxit iterum ad infirma toleranda, ut modi sui mensuras aspiciens, dum securitatem apprehendere conaretur, & non posset, ne per elationem extra se iret, per humilitatem cogeretur intra suos semper se terminos redire. Haec ille. Ex quibus patet quod non solum rebus terrenis Deus terminos fecit, sed etiam omnibus spiritualibus.

**Memor esto huius, inimicus improperauit domino, & populus insipiens incitauit nomen tuum.**

Hic psalmista narrata potentia Dei, ipsius bonitatem implorat dicens. *Memor esto huius.* Sed cuius huius non dicit, sed subintelligitur, scilicet operis tui. Vnde alij transulerunt. *Memor esto huius creaturae tuae.* Cuius creaturae, scilicet praedicti populi Iudaeorum. Ista litera aliter legitur de captiuitate prima, aliter de secunda. Nam si exponitur de prima captiuitate, tunc ly inimicus & populus insipiens stat pro populo Babylonie, qui Iudaeos captiuauerat, & tunc est sensus. *Memor esto huius.* scilicet populi Iudaeorum, ut ipsos liberet. Adducit causam, quoniam in ista captiuitate *inimicus improperauit domino.* scilicet populus Babylonie. Improperauit enim domino, dum Iudaeis captiuatis dicebatur. Ecce quam potens est Deus vester, qui non valuit vos defendere a manibus nostris. Et hoc improperium directum tenebat contra Deum. De quo etiam populo Babylonico subdit. *Et populus insipiens incitauit nomen tuum.* quod est replicatio eiusdem sententiae. Nam ipse populus Babylonie ideo dicitur insipiens: quia caret cognitione veri Dei, in qua sola vera sapientia consistit. *Incitauit nomen tuum.* Incitare nomen domini est ipsum promouere & instigare ad iram. Et sic idem significatur in prima parte versus, cum dicitur. *Inimicus improperauit domino.* quod in secunda ostenditur. *Et populus insipiens incitauit nomen tuum.* quia inimicus & populus insipiens stat pro populo Babylonico. Et improperare domino & incitare nomen domini idem est, scilicet Deum ad vindictam incitare. Si autem exponitur de secunda captiuitate, tunc ly inimicus & populus insipiens stat pro populo Iudaeorum qui inimicus dicitur: quia iniuste Christum persecutus est. Marti decimo. Inimici hominis domestici eius. Etiam populus insipiens dicitur: quia Christum qui ad eum saluandum venerat, noluit recipere. Ioannis primo. Sui eum non receperunt. Iste ergo inimicus & populus insipiens Iudaeorum improperauit domino, & incitauit nomen domini, ut puta quando Christo dicebant. Daemonium habes. Et Ioannis nono. Scimus quia hic homo peccator est, non nouimus unde sit, Moysen nouimus cui locutus est dominus, & similia. Et sicut tunc Christo improperabant, & ipsum ad iracundiam concitabant, sic & hodie faciunt & facient vsquequo ad fidem Christi reducuntur. Ne ergo isti in tanto malo perseuerent pro ipsis rogat psalm. allegans malum ipsorum, ut ex tanti peccati displicentia, ne perdurent & Deum prouocent ad iracundiam, dicens. *Memor esto huius.* Quomodo autem memoratio vel obliuio cadat in Deo, vide supra versiculo 349.

1230

Inimicus.

Incitare.

Marti. 10.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 9.

Memoria Dei.



Ne tradas bestiis animas confiten-  
tes tibi, & animas pauperum tuorum  
ne obliuiscaris in finem.

Hæc est vltima pars principalis psal. in qua vt  
Deum ad misericordiam prouocet, allegat popu-  
li Iudæorum afflictionem & miseriam. Et facit  
quinque. Quia primò allegat iudæorum pœnalita-  
tem. Secundò promissionis Dei fidelitatem, ibi.  
Respice. Tertio Iudæorum humilitatem, ibi. Ne a-  
uertatur. Quarto Dei offensionem, ibi. Exurge.  
Quintò persecutorum iniquitatem, ibi. Ne obli-  
uiscaris. Primò ergo allegat iudæorum pœnalita-  
tem, dicit. Ne tradas, &c. Vbi sciendum quòd al-  
liter exponitur de prima captiuitate, quàm de se-  
cunda. Si de prima exponitur sciendum quòd ho-  
mo quamuis nò sit solum corpus nec solù anima  
quia propriè nec anima est homo, nec corpus est  
homo, sed anima simul cù corpore est homo. Vn-  
dè nec propriè dicitur qd iudas homo est in infer-  
no, sed solum pars hominis illius, scilicet anima. Sic nec  
homo Petrus est in Paradiso, sed solù anima illius  
hominis, vnde in triduo Christus nec erat homo  
in sepulchro, nec erat homo in inferno: quia sola  
anima in inferno, & solù corpus in sepulchro erat.  
Tamen multoties nomine partis principalioris  
totum intelligitur. Et quia anima est principalior  
hominis pars, nomine anime totus homo accipi-  
tur. Sic enim dicitur Exo. 1. Omnes animæ quæ  
egressæ sunt de femore Iacob, &c. i. omnes homi-  
nes. Similiter & in proposito accipitur anima pro  
toto homine, cum dicitur Ne tradas bestiis animas  
confitentes tibi. quod de iudæis intelligitur: quia  
tunc soli iudæi cõfitebantur Deo confessione lau-  
dis: quia soli Deū colebant, psal. 75. Noe in iudæa  
Deus. Nomine autè bestiarum intelligitur ipsi Ba-  
bylonij propter ipsorū crudelitatem, quæ erga suos  
captiuos exercebant, vt patuit de tribus pueris,  
quos innocentes in fornacè ignis ardentis posue-  
runt, de Daniele, què in lacum leonū clauerunt.  
Videns ergo psal. in quorum manibus iudæi essent  
traditi, pro ipsis orat dicens. Ne tradas bestiis, &c.  
Si autè accipitur de captiuitate secunda, sciendū  
qd iudæi hodie per orbem captiuitati Deo confite-  
ntur cõfessione laudis, & ipsum colunt, quāuis  
Christū negent Deū, & in parte negāt, & confiten-  
tur in parte. Per bestias vero intellige ipsos demo-  
nes, vt deducit Greg. lib. 3. mora. c. 2. Videns ergo  
psal. qd iudæi quamdiu in secunda captiuitate ma-  
nent, sunt alieni à fide Christi, & sic morietes dæ-  
monibus perpetuo cruciandi traduntur, orat vt  
Deus ipsis misereatur ipsos ad fidem conuertēdo,  
dicens. Ne tradas bestiis animas, &c. id est oro vt a-  
nimas iudæorum, qui hodie per mundum disper-  
si vagantur, ne obliuiscaris in finem, scilicet Chri-  
stum qui est omnium fidelium finis, reducere per  
fidem: quia si reducantur sic in finem, non traden-  
tur bestiis, scilicet dæmonibus cruciandi.

Homo.  
Anima.

Psal. 75.  
Bestia dicitur  
pro Babylonijs.

Bestia  
Diabolum

1232

Respice in testamentum tuum, quia  
repleti sunt, qui obscurati sunt terræ  
domibus iniquitatum.

Hic cõsequenter allegat promissionis Dei fide-  
litem & inimicorū malignitatem, quod de vtra-  
que captiuitate exponitur. Si de prima, tunc per

testamentum Dei intellige testamētum verus, in  
quo promisit Deus populo iudaico: quòd quan-  
docunq; esset in captiuitatem ductus, si poenite-  
ret de suis peccatis, ipsam liberaret, vnde dicitur  
Deut. 30. Si ad cardines cœli fueris dissipatus, in-  
de te retrahet dominus Deus tuus, & inducet te in  
terrā quam possederūt patres tui, & obrinebis eā.  
Cū ergo in illa captiuitate Babylonica multi fue-  
runt Iudæi boni & poenitentes, ex hoc testamēto  
probat qd Deus eos debet inde adducere ad ter-  
ram promissionis, dicens Deo. Respice in testamētū  
tuum, id est respice promissionem quam fecisti in  
scriptura testamētum tui. Consequenter allegat  
Babyloniorum iniquitatem, dicens. Quia repleti  
sunt qui obscurati sunt, &c. Quod sic construitur.  
Qui obscurati sunt terra. scilicet abundantia terre-  
norum, scilicet ipsi Babylonij, repleti sunt domibus  
iniquitatum, id est repleti sunt iniquitatibus, in qui-  
bus vt in domibus, confidenter habitant. Si autem  
de secunda captiuitate exponatur, tunc per ly te-  
stamentum accipit legem nouam, in qua non ter-  
rena promittuntur, sed cœlestia & æterna. Et tūc  
psal. orat vt testamentum nouum cito impleatur,  
quia completo ipso, scilicet completo electorum  
numero, quibus promissio noui testamētum diri-  
gatur, ipsi iudæi qui reperierunt saluabuntur.  
Dicit ergo. Respice in testamētum tuum, id est imple  
& perice quæ promissisti in testamento nouo, scilicet  
vitam æternam dare beatis. Et quando erit  
completum? Quando, scilicet iniquitas antichri-  
sti, & suorum satellitum erit impleta. Et hoc est  
quod subdit, quod hoc erit ad antichristum cum  
suis qui obscurati sunt terræ, repleti erunt domi-  
bus iniquitatum. Construe vt supra.

Ne auertatur humilis factus con-  
fusus, pauper & inops laudabunt no-  
men tuum.

Hic allegat iudæorum humilitatem siue hu-  
miliationem. Nota quòd populus iudaicus in ca-  
ptiuitatem ductus factus fuit humilis & confu-  
sus: quia depressus & subiugatus. Nam humilitas  
quandoque significat virtutem, quandoq; pœnā  
& afflictionem, vt dictum est, ver. 616. & ver. 896.  
Hic ergo humilis accipitur pro afflictio & subiu-  
gato, quod satis ostendit cum subdit. Factus confu-  
sus, quia non modica confusio fuit iudæis, sic per  
idololatræ captiuari & subiugari. De populo er-  
go iudæorū sic humiliato & confuso dicit. Ne a-  
uertatur, scilicet ne vel à tua misericordia, sed reducat  
quia si reducat ad propria, quāuis sit pauper &  
inops, tamen laudabunt nomen tuū, quod & sic  
factum fuit: quia quādo per Zorobabel de capti-  
uitate educti fuerūt in Hierusalē, statim edificauit  
rūr altare domino, & festū tabernaculorū fecerūt  
laudātes nomē domini, vt habetur 1. Esd. 3. Si autè  
de secūda tūc accipitur humilis & confusus pro vir-  
tuoso: quia iudæi qui in fine reperierūt sub Chri-  
sto, humiliabūtur, & de sua infidelitate perpetua  
præfundētur, quæ cõfusio est virtuosa, vt notatur  
supra ver. 345. Quod autè de humilitate & confu-  
sione virtuosa loquatur, ostēdit cū subdit. Pauper  
& inops laudabunt, &c. quia pauper & inops dicitur  
qui verè est humilis, Marth. 5. Beati pauperes  
spiritu. Quæ autem sit differētia inter pauperem  
& inopem, vide superius, ver. 580.

Exurgo

1234

Exurge Deus, iudica causam tuam  
memor esto impropiorum tuorum  
eorum, quæ ab insipiente sunt to-  
ta die.

Hic consequenter allegat diuinam offensio-  
nē. Vbi aduerte, quod iniuria & opprobria illa-  
ta contra populum Dei per Babylonicos directè  
militabant contra ipsum Deum, tum quia dice-  
bant Deum iudæorum illos non potuisse defen-  
dere, tum quia iniuria illarā membris resulat in  
caput. Cum ergo Deus sit caput nostrum & nos  
membra eius, mala suis illata ad ipsum pertinent  
vt deducit Grego. dicens. Si enim caput nostrum  
tormenta nostra non tangerent, nequaquam affli-  
ctis membris persecutori etiam de cœlo clama-  
ret. Saule Saule, quid me persequeris. Si cruciat⁹  
nostri eius pœnæ nō essent, conuersis afflictisq;  
Paulus minimè diceret, Supple eā quæ defuit  
passionum Christi in carne mea. Et tamen de re-  
surrectione iā sui capitis exaltatus dicit. Qui nos  
conresuscitauit, & cõsedere fecit in cœlestibus.  
Nempe hunc in terra persecutionū tormenta  
constrinxerāt, sed pœnarum suarū ponderibus  
pressus ecce iam per gloriam captus in cœlo resi-  
debat. Ex quib. apparet quòd iniuria nobis illa-  
ta & pœnæ Christi esse dicuntur. Quod bene cõ-  
siderans psal. nunc ait. Exurge domine iudica causam  
tuam. Quæ causa quia scilicet dicitur Babylonijs,  
vbi est Deus tuus qui te liberare possit? Vel si re-  
feratur ad captiuitatem secundam eodem modo  
exponitur de Romanis: Vnde causam istam ex-  
primit dicens. Memor esto impropiorum tuorum.  
Hic ly tuorum vel referri potest ad Deum, vt im-  
propria dicantur Dei id est, contra Deum, vel ad  
populum iudæorum, vt sit sensus. Memor esto im-  
propiorum tuorum, qui scilicet sunt tui per cul-  
tam singularem. Et à quibus sint ista impropie-  
ria illata subdit. Quæ sunt ab insipiente tota die scilicet  
ab insipiente populo Babylónico, quòd ad pri-  
mam captiuitatem, vel ab insipiente populo Ro-  
mano, quòd ad secundam: qui vterque populus di-  
cebatur insipiens, quia sine cultu verū Dei erat.  
Memor ergo esto eorum, scilicet tuis dans coronam,  
hostibus pœnam. Et aduerte quod memoratur  
Deus bonorum & malorum multipliciter, scilicet  
primò nobis miserendo. Job. 7. Memento mei  
Deus, quia ventus est vita mea. Secundò in tribu-  
latione subueniendo psal. 135. Quia in humilitate  
nostra memor fuit nostri. Tertio æternaliter  
premiando, vt hic & psal. 113. Dominus memor  
fuit nostri & benedixit nobis. Quarto peccata re-  
laxando. Tob. 3. Nunc domine memor esto mei,  
neque vindictam sumas de peccatis meis. Quinto  
malorum memoratur ipsos puniendo. Psalm.  
Memor esto domine filiorum Edon.

1235

Memoratur  
Deum malis  
hostibus.

Psal. 135

Psal. 113

Tob. 3.

1235

Ne obliuiscaris voces inimico-  
rum tuorum, superbia eorum, qui  
te oderunt, ascendit semper.

Hic vltimò allegat persequentium iniquitatē  
Si ad primam captiuitatem referatur, ipsi Baby-  
lonij dicebantur inimici Dei, tum quia Deum  
blasphemabant, dicentes ipsum non posse libera-  
re iudæos de ipsorum manibus, tum quia erant

idololatræ & superbia pleni, de quibus subdit.  
Superbia eorum, scilicet Babylonicorum ascendit  
semper. Quamdiu enim superbia & aliud pecca-  
tum durat semper crescit: quia diuturnas peccati  
ipsum auget, etiam quia in tātum superbia Na-  
buchodonosor regis Babylonicorum ascendebat,  
quod se adorari tanquam Deum volebat ab om-  
nibus in statua aurea, quam erexerat, vt habetur.  
Daniel. 3. Si autem exponatur de secūda capti-  
uitate, tunc exponitur de superbia Romanorum  
quæ tantum ascendit, quod Christum vbiq; per-  
sequebantur in terris, vnde hoc de superbia Ro-  
manorū exponit magister in glo. Sed hic est vnū  
dubium scilicet quomodo Deus odio haberi po-  
test ab aliquo ethnicorum. Vnde sicut summum  
malum non potest ab aliquo diligi, sic nec sum-  
mum bonum odiri. Ad oppositum tamen est,  
quod hic dicitur. & Ioan. 15. Nunc autem vide-  
runt & oderunt me & patrem meum. Responso  
dicendum, quod odium est quidam motus poten-  
tiæ appetitiuæ, quæ non mouetur nisi ab aliquo  
apprehenso. Deus autem ab homine dupliciter  
potest apprehendi. Vno modo secundum seipsū  
puta cum videtur per essentiam. Alio modo per  
effectus suos, puta cum inuisibilia Dei per ea  
quæ facta sunt intellectuā conspiciuntur. Deus  
autem per essentiam suam est ipsa summa boni-  
tas, quam nullus odio habere potest, quia de ra-  
tione boni est quod ametur, ergo multo fortius  
de summo bono. Et idē impossibile est quod om-  
nis videns Deum per essentiam ipsum habeat  
odium. Vnde dicit magister lib. 4. distin. vlt. quod  
damnati in iudicio non videbunt diuinam essen-  
tiam: quia diuinitas sine gaudio videri non pōt.  
nec odiri, quia res odita vifa non gaudium inge-  
rit, sed turbationem. Si autem Deus ab homine  
apprehenditur per effectus suos, tunc sciendum  
quod aliqui sunt effectus diuini, qui nullo mo-  
do possunt esse contrarij voluntati humanæ, si-  
cut esse, viuere, & intelligere, quæ omnibus sunt  
appetibilia & amabilia. Et secundum istos effe-  
ctus Deus odio haberi non potest. Quidam au-  
tem sunt effectus diuini, qui repugnant voluntati  
inordinatæ, sicut cohibitio peccatorum per le-  
gem Deī, pœnæ inflictio. Talia enim repugnant  
voluntati per peccatum deprauatæ. Et secundum  
considerationem talium effectuum, Deus ab ali-  
quibus odio potest haberi, in quantum scilicet,  
apprehenditur, vt peccatorum & delectationum,  
carnalium prohibitor, peccatorum damnator, pœ-  
narum inflictor, & huiusmodi. Cum ergo dicitur  
quod Deus est summum bonum, carens omni  
malo, ergo odiri non potest, conceditur sub no-  
mine huius, sed bene in quantum punitor & hu-  
iusmodi. Vnde & damnati tantum habent Deum  
odium, quod vellet ipsum non esse, vt dicit magi-  
ster lib. 4. distin. 50.

PSALMVS LXXIIII.

Confitebimur tibi Deus, confite-  
bimur & inuocabimus nomen  
tuum.

Titulus huius psalmi hic est. In finem, ne disper-  
das vel corrumpas, psalmus cantici Asaph. Vbi no-  
tandum quod sicut psalmus præcedens ab Asaph  
fuit factus pro liberatione filiorum israel à capti-  
uitate

Daniel. 3.

Questio.  
Odium Dei

Ioan. 15.

1236

uitate Babylonica & Romana, sic ipse Asaph istū psalmum consequenter fecit rogans Deum, ne amplius permitteret populum suum a gentibus captiuari. Est ergo psalmus iste oratio ipsius Asaph, ut Deus populum suum liberatum de captiuitatibus amplius captiuari non permittat. Et sic est sensus tituli ad litteram. *Isse psalmus cantici Asaph qui quidem est psalmus, quia docet bene agere. est canticum, quia docet Deum laudare, qui dirigit nos in finem. Orat. & quid? ne scilicet disperdas vel corrumpas scilicet ne disperdi vel corrumpi amplius permittas populum tuum israel ab aliquibus hostibus. Et sic quada littera psalmus iste diuiditur in tres partes, quia ponitur primo liberatorum confessio. Secundo inimicorum amotio, ibi. *Dixi iniquis.* Tertio Deo gratiarum actio, ibi. *Ego autem &c.* Dic ut N. Quantum vero ad sensum propheticum sciendum quod in repositio psalmista est ostendere Christum verum Deum & verum hominem iudicemque venturum viuorum omnium ac mortuorum, ad hoc maxime ut Iudaei credant in ipsum, & ne aduersariis pressis corrumpant vel disperdant fidem & spem quam ipsorum patres antiqui habuerunt in Christum venturum. Est ergo sensus tituli, iste psalmus quem fecit Asaph, est in finem, scilicet in Christum nos dirigens, qui dicitur psalmus qui mouet ad bene optandum, dicitur etiam canticum, quia agit de praemiatione aeterna. Hoc intendit ne tu Iudaei vel quicumque alius aduersariis pressis disperdas vel corrumpas fidem, scilicet & spem, quam antiqui patres habuerunt in Christu. Psal. autem iste diuiditur in duas partes secundum quod sunt duo genera hominum, quia quidam sunt humiles & depressi, quidam vero florentes & superbi. Primo ergo consolatur humiles. Secundo terret superbos, ibi. *Narrabimus mirabilia.* Quantum ad primum sciendum quantum ad praesens spectat quod confessio est triplex, scilicet confessio foralis eloquentiae reorum damnatiua, confessio salutis poenitentiae peccatorum purgatiua, confessio laudis & excellentiae gratiarum redditua. Prima est confessio foralis quae scilicet fit in foro iudiciali, per quam reus confessus iuste condemnatur a iudice, de qua ad litteram dicitur Iosue. 7. Dicit Iosue ad Achor. Fili da gloriam Deo, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas? Respondit Achor. Verè ego peccaui &c. ex qua confessione iuste fuit condemnatus ad mortem. Et nota quod ista confessio facta in foro iudiciali solum confidenti praedictat, & non alteri, ut habetur. 2. q. 1. nos. Sed forte dices, quis est reus, nunquid in iudicio tenetur se quis reum confiteri? Et videtur quod non, quia tunc esset sui ipsius homicida. Ad oppositum videtur, si veritatem non confiteatur, proditor erit veritatis, quod nunquam licet. Respondeo quod sic, quia iudici tenetur respondere, & non nisi verum. ergo non est homicida sui ipsius proprie, sed valde indirecte, quia aliquod peccatum in hoc casu sibi non imputatur, & ista confessio non est ad propositum. Secunda confessio est salutis poenitentiae. & de ista dicitur. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino &c. vbi Psal. docet aliena peccata tacere, & solum propria confiteri, & se solum accusare non excusare, dicens. Confitebor aduersum me iniustitiam meam. Notandum tamen,*

Confessio multiplex.

Isse 7.

2. q. 1. 2. q. 110.

Psal. 31.

Nota eorum

quod in casu licet alienum peccatum in confessione dicere, immo expedit, non quidem ad excusationem sui peccati, sed ad declarationem. Verbi gratia. Quis cognouit matrem ipsa volente vel mulier quaedam cognita est a curato suo ipso instigante. Talis enim non potest confitendo grauitatem peccati declarare, nisi peccatum alterius dicat. Ista autem confessio est peccatorum purgatiua. Vnde glo. super illud Psal. 95. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, ait. Confitendo fit homo de fado pulcher. Si ergo amas pulchritudinem confitere, ut sis pulcher. id est iustus. Ideo prius dicit confessio: & postea pulchritudo. Vnde & Rebecca de camelo profiliuit viso Isaac ut ei iungeretur, quia ecclesia de tortuosa vitiorum gibbositate per confessionem descendit veniens ad Christum. Et ideo debite confessio dicitur decor. Psal. 103. Confessionem & decorem induisti amicus lumine sicut vestimento quia scilicet per confessionem decor & lumen gratiae acquiruntur. Tertia confessio est laudis. Sic enim confiteri alicui est illum laudare & extollere, vel illi gratias agere, & sic Deum laudando sibi confitemur. psal. 108. Confitebor domino nimis in ore meo, in medio multorum laudabo eum. Ad propositum ergo confessionem laudis diuinae praedere debet confessio salutis poenitentiae, quia nullus Deum laudare potest, nisi a peccatis fuerit purgatus, quoniam ut habetur psal. 49. Peccatori dixit Deus. Quare tu enarras iustitias meas &c. Prius ergo quam ad confessionem laudis accedat, ad confessionem criminis accedere debet, per quam peccata purgantur. Et hoc notans quilibet verus humilis, dicit. *Confitebimur tibi Deus,* scilicet confessione prima poenitentia. Et iterum replicat, dicens. *Confitebimur tibi* scilicet post confessionem criminis confessione laudis. Vnde glo. hic ait. Confiteri peccata vel semel terreno iudici, mortem inducit, sed Deo facta frequens confessio, vitam parit. Post confessionem vero criminis, laus sequitur Deo: sed post laudem, inuocatio vnde subditur. *Et inuocabimus nomen tuum.* Inuocatio enim diuini nominis sequitur confessionem, quia prius est, ut ait glo. peccata confiteri, per quod euacuatur a malis, postea Deum inuocare in auxilium, quo bonis implentur. A purgato enim animo inuocatur Deus ut a suo. Indeuotus vero, si eum vocat, iudicium sibi postulat. Quid autem proprie sit inuocare Deum, vide supra versiculo. 45 4.

**Narrabimus mirabilia tua, cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.**

Hac est secunda pars, in qua terret superbos. Nihil autem tantum terret peccatores, sicut consideratio ultimi iudicij, in quo mirabilia ager Deus circa iustos ac reprobos. Ideo ut bonos cofoletur, & malos terreat, hic mirabilia diuini iudicij narrare proponit, quae mirabilia maxime sunt tria scilicet primum quod Christus erit verus iudex secundum quod erit vniuersalis omnium iudex, ibi. *Quia neque ab oriente.* tertium quod erit iustus iudex, ibi. *Hunc humiliat.* Quantum ad primum ostendit tria, primum quod potestas iudicandi Christo condonatur. Secundum quod dignitas

Psal. 95.

Psal. 103.

Psal. 108.

Psal. 49.

1237

Iudicabit omnes iusti Ang. 20. de vniuersitate Dei.

Doctorem spiritum.

dignitas iudicandi bonis applicatur, ibi. *Liquefacta est.* Tertium quod malorum iniquitas inexculabilis demonstratur, ibi. *Dixi iniquis, &c.* Quantum ad primum sciendum, quod potestas iudicaria data est Christo, in quantum homo est, non in quantum Deus, quod ipse exprimens ait. Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est. Vbi Augustinus. Christus filius Dei & filius hominis est, quia filius hominis est, accipit potestatem iudicium facere, quod scilicet erit in fine saeculi, vbi erit resurrectio corporu mortuorum. Animas enim suscitatur Deus per Christum filium Dei, corpora vero suscitatur per eundem filium hominis. Nam secundum quod filius Dei est, hominem potestatem habuit iudicium facere, secundum autem quod filius hominis est, accepit hoc ex tempore. Et hoc est quod ait psalmista. *Cum accepero tempus ego iustitias iudicabo.* Modo enim tempus est docendi & miserendi, sed in fine erit tempus iudicij. Accepit enim Christus tempus, nunquid accepit filius Dei tempus? Filius Dei non accepit tempus, sed filius hominis. Idem tamen est, filius Dei per quem facti sumus, & filius hominis per quem refecti sumus. Accepit ergo tempus, ut filius hominis, qui gubernat tempora ut filius Dei. Accepit ergo Christus secundum hominem, quod ipsemet dat Deus, scilicet potestatem faciendi iudicium. Nam secundum quod filius Dei, nunquam caruit potestate iudicandi. Hac sunt ergo mirabilia, quae narrare incipit, scilicet ut factor temporum, tempus accipit, ut creator omnium, potestatem accipiat iudicandi.

**Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego confirmaui columnas eius.**

Hic ostendit secundum mirabile, scilicet quod dignitas iudicaria bonis applicatur. Vbi sciendum quod non solum sancti apostoli, sed etiam alij boni cum Christo sedebunt in iudicio ad iudicandum, licet diuersimode, dicente Christo suis apostolis. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus israel. Quod non solum de apostolis intelligendum est, sed de omnibus imitatoribus Christi, ut ostendit Greg. dicens. Vos qui secuti estis me, &c. Duo denario numero quantitas vniuersitatis exprimitur: quia quisquis stimulo diuini amoris excutatus hic possessa reliquerit, illic proculdubio culmen iudicariae potestatis obtinebit, ut simul tunc iudex cum iudice veniat, qui consideratione iudicis sese spontanea paupertate castigat &c. Sic ergo in hoc numero duodenario iudicantium omnes intelliguntur, qui propter euangelium sua dimiserunt, & secuti sunt dominum. Vnde August. ait. Ex hoc loco discimus cum suis discipulis iudicaturum Iesum, nec quoniam super duodecim sedes seduros esse ait solum hos duodecim homines cum ipso iudicatos putare debemus. Duodenario quippe numero vniuersa quaedam significata est iudicantium multitudo, propter duas partes numeri septemnarum, quo significatur plerumque vniuersitas, quae duae partes id est, tres & quatuor, altera per alteram multiplicata duodecim faciunt. Alioquin cum in locum Iudae traditi-

toris Matthiam legimus ordinatum, apostolus Paulus, qui plus omnibus laborauit, vbi ad iudicandum sedeat non habebit qui profecto cum aliis sanctis ad numerum iudicum se pertinere demonstrat, cum dicit. Nescitis, quia angelos iudicabimus. Hanc ergo dignitatem bonis concessa hic praedicit psal. dicens. *Liquefacta est terra &c.* Vbi per terram accipe omnes homines terram inhabitantes, quorum columnae fuerunt apostoli & ceteri alij iusti, qui tamen a calore peccati omnes liquefacti sunt, ut puta apostoli in Christi passione fugerunt, qui columnae fidei principales erant. Et hoc notans, dicit. *Liquefacta est terra* scilicet a stabilitate virtutis & iustitiae defluxit. Sed de qua terra loquatur, exponit cum subdit, *Et omnes habitantes in ea.* & ponitur pro id est, ut sit sensus. *Liquefacta est terra* id est, omnes habitantes in terra. *Ego confirmaui columnas eius.* id est dicit Christus. Ego qui non sum nunc suppliciorum exactor, sed peccatorum donator, *confirmaui columnas eius.* id est bonos & praedestinos. scilicet apostolos & ceteros iustos consummaui in fide per meam resurrectionem, confirmaui in charitate per spiritus sancti missionem, confirmaui in honore per iudicariam mecum potestatem. Et nota hic quod apostoli etiam ceteri iusti per columnas significantur, quia septem donis spiritus sancti ditantur, quibus velut columnas septem ecclesia sustentatur. Vnde de domo ecclesiae dicitur. Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem. Vbi nota quod sacra scriptura septem materias columnarum diuersarum ostendit per quas septem dona spiritus sancti quibus iusti fortificantur demonstrat. Prima columna est donum timoris, quo mens semper Deo humiliatur, quod figuratur in columna nubis, quae a spiritu circumquaque mouetur faciliter, sic & humilitas impulsu spiritus sancti sequitur semper. Nee. 9. In columna nubis ductor eorum fuit scilicet iustorum. Secunda columna est donum pietatis quae per columnam auream figuratur. De qua Eccl. 26. Columna aurea super bases argenteas. In auro enim ratione sui coloris & valoris significatur pietas. Tertia columna est donum scientiae, quae per columnam argenteam denotatur, quia argentum ad modum scientiae sonorum est atque perlucidum Can. 3. Columnas eius fecit argenteas. Quarta columna est donum fortitudinis, quae per columnam ferream figuratur. Hier. 1. Dedi te in columnam ferream. per ferrum enim quod inter metala fortius est, designatur fortitudo. Quinta columna est donum consilij, quod figuratur in columna fumi. De qua dicitur Iudic. 20. Viderunt columnam fumi de ciuitate consedere. Fumus enim qui ex sui natura semper sursum ascendit & ad caelum eleuatur significat donum consilij quo quis omnibus mundi spretis, caelestis efficitur. Sexta columna est donum intellectus. Intellectus enim ad munditiam pertinet cordis, quia intellectus nullis obfuscatur immunditiis. quod figuratur in columna marmorea, quae sordes retinere nescit, sed semper candida splendet. De qua Can. 5. Crura eius columnae marmoreae. Septima columna est donum sapientiae quod figuratur in columna pacis & requies, quia sapientia mentem quietat. De qua dicitur Eccl. 36. Adiutorium illi est & columna & requies. Iste ergo sunt septem columnae quibus ecclesia Dei sustentatur

1. Corin. 6.

Sapient. 9. Columna multiplex.

dona spiritus sancti per columnas significatur.

Nee. 9.

Eccl. 26.

Can. 3.

Hier. 1.

Iudic. 20.

Can. 5.

Eccl. 36.

stentatur, & iusti omnes significantur. Ideo iusti columnarum nomine significantur, cum hic dicitur. Ego confirmavi columnas eius.

1239

Dixi iniquis, nolite iniquè agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu.

Hic consequenter ostendit malorum iniquitatem in iudicio fore inexcusabilem. Vbi notandum quod quamuis lege naturali quilibet faciens malum sciat se facere malum, ut dedit Grego. 27. mora, cap. 18. Tamen quando peccator de peccato suo corrigitur & amouetur, tunc minus excusationem de peccato suo prærendere potest. Excusationem ergo aliquam prætendebant gentiles ante Christi incarnationem, quia ad eos neque propheta, neque alius qui eos corripere, fuerat missus, quia propheta in solo populo iudeorum manebant, secundum illud psal. 147. Non fecit taliter omni nationi &c. Venit ergo Christus, apostolos per vniuersum mundum misit qui peccatores corripere, & sic eis nullam excusationem de peccatis suis relinquerent. Et hoc est quod hic ostendit psalmista, dicens. Dixi iniquis &c. Et duo facit. Quia peccatores primò admonet, ut peccare desistant. Secundò ne peccata excusentur: ibi. Nolite extollere. Quantum ad primum dicit. Dixi iniquis &c. Loquitur enim illis qui iam per peccatum ceciderunt, ne in peccato perseuerent. Quid autem dixerit, subdit. Nolite iniquè agere id est nolite in peccato perseuerare, sed surgite ad medicum. Malum enim est peccare, sed pessimum est in peccato perseuerare. Er aduerte quod aliud est peccatum operis, aliud est peccatum cordis ut ostendit Grego. lib. 11. mora, ca. 23. dicens. Scelus in opere, delictum vero plerunque est in cogitatione. Vnde & per psalmistam dicitur psal. 18. Delicta quis intelligit: quia videlicet peccatum operis tanto citius cognoscitur, quanto exterius ostendit. Peccata vero cogitationis eo ad intelligendam difficilia sunt quo inuisibiliter perpetrantur. Peccata ergo operis reprimit, dicens. Dixi iniquis, nolite iniquè agere. Peccata vero cordis reprimit, dicit. Et delinquentibus nolite exaltare cornu. Per cornu enim ipsum peccatum cogitationis intelligitur, ut statim ostendam. Et sic exaltare cornu, est corde contra Deum superbire.

Grego. Peccatum. Delictum.

Psalm. 18.

1240

Nolite extollere in altum cornu vestrum, nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Hic admonentur peccatores, ne peccata excusent. In altum enim cornu extollit, qui commissum peccatum superbe defendit. Vnde glossa. Quasi enim cornu in altum erigit, qui peccata sua per alios excusare nititur, ut per diabolum, vel suos suos, vel per necessitatem stellarum. Et quia tales excusantes peccata sua culpam in Deum nituntur inferre. Ideo hoc clarius exponens subdit. Nolite loqui aduersus Deum iniquitatem. Vbi glo. Aduersus Deum iniquitatem loquitur qui se dicit iniuste pati, cum nequiores prosperi sint, quod est dicere Deum iniustum. Vel aduersus Deum iniquitatem illi loquuntur, qui non

sua culpa, sed necessitate stellarum dicunt se peccasse, ut Deo, non sibi imputetur. Nihil enim aliud est peccatum excusando defendere, nisi iniquitatem aduersus Deum loqui, & Deo peccati culpam imponere. ut ostendit Grego. dicens. Hæc namque sunt verè humilitatis testimonia, iniquitatem suam cognoscere, & cognitam voce confessionis aperire. ut supra versiculo 553. Et ibidem adde quod hic dicitur. Cumque excusare peccatum voluit vir per mulierem, mulier per serpentem, auxerunt culpam, quam tueri conati sunt. Adam enim Deum tangens, quod ipse peccati auctor extitit, qui mulier fecit, & Eva culpam ad dominum referens, qui serpentem in paradiso posuisset. Qui enim ore fallentis diaboli audierant, eritis sicut dii, qui Deo esse similes in diuinitate nequiverunt, ad erroris sui cumulum Deum facere sibi similem in culpa conati sunt. Hic autem moraliter notandum, quod diuersa peccata in scriptura per cornu significantur. Et sic quia omne peccatum procedit à corde. ideo per cornu intellige specialiter peccata interiora siue cordis. Nam cornu in scriptura significat ambitionem superborum: simulationem deceptorum obstinationem reproborum, cupiditatem auarorum: voluptatem lasciuorum, irāgressiōnem madorum. Primo cornu significat superbiam quoniam sicut cornu in corpore animalis altiore locum poscit, & cætera membra supergreditur: sic & superbia semper ad alta ascendere conatur, & cæteris eminere hominibus, & cætera procedere vide in dictionario literæ cornu.

Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus, quoniam Deus iudex est.

Hic ostendit quod ipse Christus est vniuersalis omnium iudex, sic quod illius iudicium nullus effugere potest, cum Deus sit immensus omnia replens, aliquo singulari loco non continetur, ut ab alio sit absens, & sic ad nullum locum potest esse fuga, ut eius euitetur iudicium. Vnde ad istum intellectum inducit hunc versiculum Grego. dicens. Potestas enim diuini iudicij (quia vndique stringit) circulus dicitur & quia intra se omnia sciendo complectitur, falsis nomine significatur. In falce enim quicquid incidit, intus cadit. Et quia potestas diuini iudicij nullatenus euitatur, intra enim ipsam sumus quolibet fugere conemur, rectè cum venturus iudex ostenditur, falcem tenere perhibetur, quia cum poterit ad omnia obuiat, incidendo circumdat se esse intra iudicij falcem propheta conspexerat, cum diceret. Si ascendero in cælum, tu illic es: & si descendero, in infernum, ades. Si sumptero pœnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Intra quandam falcem diuini iudicij se vidit, cum ex nullo se loco patere fugæ aditum posse cognouit, dicens. Quia neque ab oriente neque ab occidente, neque à desertis montibus subaudit pater via fugiendi. Atque mox ipsam superbiæ potentia omnimodam comprehensione subdens, ait. Quoniam Deus iudex est. Ac si diceret Fugiendi via vndique deest, quia ille iudicat qui vbiq; est. Hæc ille. Quamuis enim in certo quodam

1241

Christus iudex

Grego. 27. mora. ca. 18.

Psalm. 117.

dam loco fiet iudicium vltimum. In aere contra montem oliueti, ex quo ascendit dominus (ut ait magister.) tamen potentia iudicis torum orbem occupabit: ut non sit in orbe locus in quo quis latere possit. Propter quod dicit apostolus. Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Gl. id est ante iudicium Dei sedent. Et hoc dicitur à simili. Tribunal enim est sedes iudicij, quæ in excelso loco locatur ut iudex ab omnibus videatur, & ipse ex eminenti loco omnes valeat intueri. Ita Christus in iudicio quasi in tribunali sedebit: quia & ab omnibus videbitur, & ipse omnium conscientias videbit, & omnium causas iudicabit. Et horum causam subdit, dicens. Quoniam Deus iudex est. Quia Christus qui est iudex est Deus. Deus autem vbiq; est, & omnia continet &c. Mystice autem hoc exponit glo. dicens, quod oriens sunt boni quibus oritur sol iustitiæ. s. homines claritate conspiciunt. Occidens sunt quibus occidit sol iustitiæ. id est mali. Deserti montes sunt falsi prædicatores, qui locum montium vsurpant, sed à veritate Dei sunt deserti: quibus Deus præsens est, non ob meritum, ut in bonis, quibus Deus præsens est, per gratiam non modo per cognitionem. Est ergo sensus. Cur mala non faciatis, ratio est, quia Deus neque deest ab oriente id est à bonis, neque ab occidente id est à malis, neque deest à desertis montibus. id est falsis prædicatores, quia omnibus generibus hominum præsens est Deus & cognitor est. Quoniam Deus iudex est etiam eorum, quæ sunt in corde.

Hunc humiliat & hunc exultat, quia calix in manu domini vini meri plenus mixto.

Hic ostendit consequenter quod Deus est iustus iudex. Et diuiditur in partes tres. Quia ostenditur primo quod per Christum omnes iuste iudicantur. Secundò quod omnes pie admonentur, ibi. Ego autem. Tertio omnia iuste terminantur, ibi. Et omnia. Quantum ad primum sciendum quod diuina iustitia à se superbos repellit & deprimat, sed humiles corde exultat, Christo dicente. Omnis qui se exultat, humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. Quam iustitiam ante longe perhumiderat psalmista dicens. Hunc humiliat, s. superbū. Hunc exultat, s. humilem. Vbi notandum quod humiliatio est multiplex, similiter & exaltatio. Nam ut ait Chryostomus super Lucam. Humilitatis nomē est multiplex. Humilitas enim quandoque virtus est, iuxta illud. Cor contritum & humiliatum Deus non despiciet. Et est humilitas idem quod erumna siue pœna, iuxta illud psal. 142. Humiliauit in terra vitam meam. Similiter & est multiplex exaltatio. scilicet præsumptionis: quia diabolus superbus voluit exaltare seipsum. Esa. 14. Super astra cæli exaltabo solium meum. Et est quædam exaltatio præmiationis. psalm. 36. Expecta dominum & exaltabit te, ut hæreditate capias terram. Nunc ad propositum hunc humiliat, hunc scilicet qui præsumptuose seipsum extollit humiliat Deus pœnis & erumnis. Et illum qui se virtuosè humiliat, exultat præmiis & honoribus, quia ut dicitur Iob. 5. Ponit humiles in sublime. Quod exponens Greg. dicit. In sublimi humiles ponuntur: quia hi qui nunc pro Dei amore despecti sunt, postea cum Deo indices veniunt. Vnde autem ve Incog. Tom. j.

niat talis humilitas & exaltatio, ostendit cum subdit. Quia calix in manu domini vini meri plenus mixto. Vbi notandum quod per calicem significatur lex diuina, quæ ideo calix dicitur, quia inde Deus suos fideles potat, iuxta illud Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutatis potabit illum. Hic autem calix legis diuinæ continet vinum merum, & etiā mixtum. id est feces. Per vinum merum quod cor lætificat iuxta illud psal. 103. Vinum lætificet cor: intelligitur præmium æternum iustis debitum. Iud. 9. Vinum, id est præmium æternum, lætificat Deum & homines. Per vinum autem mixtum, & non depuratum, s. per feces, intelligitur pœnam malis debitam. Apoca. 14. Si quis adorauerit bestiam, bibet de vino iræ furoris Dei. Est ergo sensus: quia calix in manu domini, id est sacra scriptura, plenus vini meri, id est declarans præmium æternum iustis debitum & plenus mixto vino, id est declarans pœnam malis debitam. Ille ergo calix Dei in manu domini, id est operibus domini: quia scilicet sic dabit iustis præmium & malis supplicium: ut prædicat scriptura sacra. Vel aliter totum hunc humiliat, hunc exultat: hic duos populos intelligit, scilicet iudæum & gentilem. Christus ergo veniens hunc humiliat, scilicet populum iudaicum, quia in Christum noluit credere, aliis nationibus subiicit. Hunc exultat, scilicet populum gentilem, qui Christum recepit: quia in cognitione legis diuinæ & veritatis fuit exaltatus, quia calix in manu domini, scilicet scriptura sacra, quæ plena est vino mero & mixto. Vbi notandum quod tota scriptura in duas partes diuiditur, scilicet in antiquum & nouum testamentum. Antiquum testamentum erat quasi quædam figura significans rem noui testamenti, scilicet ipsum Christum & legem nouam, ut dicit Greg. super Ezech. parte. 1. Vnde illa sacrificia carnalia erant quasi feces ab illis figuris. Iudeis ergo quibus remansit vetus testamentum & illæ figuræ carnales, remansit vinum mixtum, sed gentilibus conuersis, qui Christum & eius legem recipiunt, datur vinum merum. Ecce ergo quomodo humiliat iudæos, verum legis intellectum auferens ab eis. Ecce quomodo exultat gentiles vinum merum dans eis, scilicet cognitionem Christi & nouæ legis. Et istum intellectum videretur sequens versus confirmare, dicens.

Et inclinavit ex hoc in hoc, verum tamen fex eius non est exinanita, bibent omnes peccatores terræ.

Verum tamen fex eius: ut sit sensus. Et inclinavit scilicet dominus hunc calicem scripturæ, ex hoc id est à iudaico populo, in hoc, id est in gentilem populum, in quem spiritualis sensus scripturæ eliquatus est. Et per hoc patet quomodo humiliat populum iudaicum, & exultat gentilem. Vnde sequitur. Verum tamen fex eius non est exinanita. s. figuræ legis antiquæ non cessauerunt. s. à iudæis: quia carnalia sacramenta apud eos remanserunt, quia dicunt in illis figurata, scilicet Christum & legem eius nondum aduenisse. Vnde de isto calice scripturæ subdit. Bibent ex eo omnes peccatores terræ. Vbi sciendum, quod peccatores sunt duplices. s. superbi qui regē suum, scilicet Christum negant, alij peccatores humiles. s. gentiles conuersi quæ regi suo Christo per fidem se humiliter subiiciunt.

Eccles. 15.

Psalm. 103.

Iud. 9.

Apoca. 14.

Calix scriptura.

Vinum merum & mixtum.

Grego. super Ezechielam.

1243.

Bibere.

Bbb Omnes



Omnes ergo bibunt ex isto calice scripturæ, sed A differenter: quia peccatores humiles bibunt vinum merum, calicis recipiendo Christum & eius legem, sed peccatores superbi, scilicet iudei bibunt fæces. Antiquas figuras de Christo retinentes & sacrificia carnalia, quorum significata adhuc impleta non credunt. Vel aliter iuxta primam expositionem verliculi præcedentis, si per vinum merum intelligatur præmium bonis debitum, & per vinum mixtum supplicium debitum peccatoribus: tunc est sensus. *Bibent ex eo omnes peccatores terræ.* id est ex vino mixto: quia omnes peccatores punientur æternaliter, & non solum in præsentis vitæ, quia per pœnas vitæ præsentis non exinanitur fœces, id est non terminatur pœna debita malis: quia vt dicitur psal. 10. Pluet super peccatores laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum, boni autem inebriabuntur ab vberitate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.

Psalm. 10.

1244. Ego autem annuntiabo in sæculum cantabo Deo Iacob.

Hic omnia es piæ admonentur. Deus enim volens omnes homines saluos fieri voluntate, si signi omnes semper admonet vt opera iustitiæ faciant: per quæ vinum merum æterni præmij percipere queant, vt ostendit Gregor. in homil. dicens. Ad erudiendam autem dominus plebem suam, nullo tēpore desistit deus operarios mittere: quia & prius per partes, postmodum per legis doctores, deinde per prophetas: ad extremum vero per apostolos vineæ. i. ecclesiæ cultum debitum annuntiavit. Vel dicat Christus. *Ego autem annuntiabo in sæculum.* i. quādiu sæculum erit, annuntiabo per meos & pœnam malis debitam, & gloriā bonis. *Vel annuntiabo in sæculum.* i. quæ de Christo sunt credenda. Vnde circa hoc notandum, quod de Christo sacra scriptura sex nobis annunciat. Primò annunciat eius incarnationem, qua scilicet verbum caro factum est. Et hanc annunciat angelus. Lucæ. primo. Vnde de ista annunciatione facta per angelum dicitur. Qui habet pœnas, annuntiabit sententiam. Angelus enim pœnas habere dicitur, propter suam agilitatem, cum non grauetur corpore. Quæ autem maior potest esse sententia, quam annuntiare mundo verbum carnè factum. Vnde ille angelus annūcians Mariæ rectè poterat dicere mundo illud Esa. 42. Noua ego annuncio, antequam oriatur, & vobis audita faciam. Sed quod nouum tunc annuntiavit angelus mundo, declaratur Hiere. 3. 1. Nouum inquit faciet dominus super terram, mulier circumdabit virum. De istis quæ de Christo sunt annunciat, vide supra versicul. 657. Sequitur. *Cantabo Deo Iacob.* Quid enim est cantare Deo Iacob, nisi pura mente & iocunda Deo de suis beneficiis gratias agere? Vbi nota quod inter omnes actus humanos cantare requirit lætitiā & organorum debitam dispositionem: vt ostendit Greg. dicens. Quilibet peritus cantandi artifex, artem cantandi explere non valet, nisi ad hanc sibi instrumenta exteriora cōcordent, quia nimirum canticum quod docta manus imperat, quassata organa proprie non sonant, nec artem status exprimit si scilicet rimis fistula stridet. Vt ergo Dei beneficia recollendo, eidem canticum resonare valeamus, oportet quod cum debita exaltationis lætitiā fiat. Propter

Greg. in hom. Math. 20.

Annunciare.

Lucæ. 1. Eccl. 10.

Esa. 42.

Hiere. 3.

Cantare Deo Quid est.

Grego. 1. mo. epistola. 5.

quod dicit psalmista. Iubilare Deo omnis terra, cantate & exultate & psallite. Vbi considera triplicem lætitiā pro beneficiis Dei reddendo canticum nobis necessariam. Primò est lætitiā mentis interioris, quæ notatur cum dicitur. Iubilare Deo. Iubilum namque secundum Greg. dicitur ineffabile gaudium quod mente concipitur, quod nec abscondi potest nec sermonibus aperiri, quod quamuis quibusdam motibus prodatur &c. vide in dictionario, litera can ere. Sic ergo pro beneficiis per Christum nobis exhibitis reddendo Deo gratias, nostrum quilibet dicat. *Cantabo Deo Iacob.* Ad quod nos exhortans apostolus, dicit. Implemini spiritu sancto, cantantes, & psallentes domino in cordibus vestris.

Grego. 1. mo. 5.

Ad Eph. 5.

Et omnia cornua peccatorum cōfringam, & exaltabuntur cornua iusti.

1245.

Hic concludit conclusionem principalem, s. quomodo per Christum iustum iudicem peccatores damnabuntur, & iusti glorificabuntur. Vbi nota quod per cornua in scriptura sacra duo principaliter significatur. s. malorum superbia, & iustorum virtus & innocentia. De cornu iniquitatis & superbiæ. vide supra versic. 1240. De cornu vero virtutis notandum quod virtutes quibus efficimur iusti, in scriptura cornua vocantur, quia sicut cornua animalia defendunt & ornant: sic & virtutes homines iustos, & maxime tres virtutes per cornua designantur. Primò per cornua significatur virtus humilitatis & reuerentiæ. Cornua enim animalis semper circa terram aliquantulum clinantur. Sic & humilitas mentem declinat ad ima. Vnde de cornu humilitatis dicitur psalm. 111. Iustitia eius manet in sæculum sæculi, cornu eius exaltabitur in gloria. Vbi ad literam loquitur de homine humili. Vnde ibidem ait glossa. In stitia eius manet in sæculum sæculi, s. elemosyna quæ Deo datur, quia Deo custode nihil perit. *Ist cornu eius.* id est humilitas, quæ à superbiis contemnitur, exaltabitur in gloria. Quare? quia hic humilis fuit, ibi potestatem habebit. Secundo cornu significatur virtus pietatis & misericordiæ. Antiquitus enim in cornibus portabant oleum, ad inungendum reges, vt per hoc ostenderetur, quod in eis virtus pietatis vigere deberet. In oleo enim suavi & linitiuo doloris ipsa signatur pietas. Vnde. 1. Regum. 16. dicitur. Tulit Samuel cornu olei, & vnxit Dauid in medio fratrum eius: & per istam vnctionem Dauid totus clemens, & pius fuit effectus psal. 131. Memendo domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius, Tertio in cornu significatur virtus castitatis & munditiæ. Cornu enim ex carne nascitur, à carne tamen manet nudatus. Sed ossa à carne quidem originem habent: & carne manent operata. Ideo per ossa figurantur in carne viuentes carnaliter. Sed per cornua homines casti in carne viuentes, sed præter carnem. In cuius figuram facies Moysi cornuta apparuit populo. Exo. 34. Moyses enim, qui assumptus ex aqua interpretat, significatur castos homines, quoniam per aquam ipsa luxuria fluxibilis designatur. Vnde & Ioanni dictum fuit. Veni & ostēda tibi dānationē meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas. Si ergo per aquam significatur luxuria, quis proprie dicitur Moyses. i. assumptus

Cornu multi plex. p. cornu.

Psalm. 111.

1. Reg. 16.

Psalm. 111.

Exo. 34.

1. Cor. 10.

ex aqua, nisi quilibet homo castus, à voluptate luxuriam separatus? Sic ergo per cornu aliquando figuratur peccatorum nequicia, aliquando bonorum iustitia. Vnde & de vtroque cornu hic loquitur psal. Primò de cornibus victorum, dicens. *Et omnia cornua peccatorum cōfringam.* quasi dicat. secundum glo. quamuis peccatores hic eleuentur & nolint hic per humilitatem frangi, in fine tamen, id est in iudicio cōfringentur per damnationem æternam. De iustis autem dicit. *Et exaltabuntur cornua iusti.* id est virtutes iustorum, quæ hic depressæ videntur, exaltabuntur in iudicio, id est præmiabuntur. Sic enim de iustis dicit psal. 148. Confessio eius super cælum & terram, & exaltabit cornu populi sui.

PSAL. LXXV.

Notus in iudæa Deus, in israel magnum nomen eius.

Iste psalmus talem habet titulum. *In finem in carminibus canticum ad Assyrios psalm. Asaph.* Ad cuius notitiam sciendum quod istum psalmum fecit Asaph præuidens superbiam Sennacherib regis Assyriorum, contra regem iudæorum confidentis in multitudine exercitus sui, qui tamē miraculose per angelum domini fuit fugatus. Nam vt habetur 4. Reg. 19. Sennacherib rex Assyriorum venit cōtra Hierusalē, regnante Ezechia rege. Misit autem ad Ezechiam regē, dicens. Nō te seducat Deus tuus, in quo habes fiducia: neque dicas. Non tradetur Hierusalē in manu regis Assyriorum. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum in uersis terris, quomodo vastauerunt eas. Nunquid tu solus poteris liberari? Nunquid liberauerunt dii gentium singulos, quos vastauerunt patres mei? Cum autem audisset Ezechias sermones istos, deuotè orauit dominum vt ipsum saluaret de manu Sennacherib regis Assyriorum. Dominus exaudiuit illū. Vnde illa nocte misit Deus angelum suum in castris regis Assyriorum, & percussit ex exercitu regis assyriorum centum & octuaginta quinque millia. Cumque surrexisset Sennacherib rex, vidit omnia corpora mortuorum exercitus sui, & statim territus recessit ad regnum suum, & mansit in Ninie, & ibi interfectus fuit à filiis suis. Istam ergo miraculosam victoriam populi iudæorum contra Sennacherib regē Assyriorum præuidens Asaph spiritu prophætico, fecit istum psalmum, vt omnes moneret in omni aduersitate spem suam in domino Deo ponere. Est ergo sensus tituli. Iste psalmus quem fecit Asaph in finem. s. in Christum nos dirigit, & est in carminibus. i. in laudibus de victoria à Deo data iudæis: & est canticum: quia gratias agit Deo de victoria data. Et est iste psalmus ad Assyrios: quia agit de percussione ipsorum à Deo facta miraculose. Intentionem mouet ad confidendum in Deo in omni aduersitate constitutis. Sic ergo primò declarabo sensum literalem, secundò propheticum. Quantum ergo ad sensum literalem sciendum quod psalmus iste diuiditur in tres partes, quia describitur regi iudææ cōditio. Secundò Sennacherib deiectio, ibi. *Confregit.* Tertio gratiarum actio, ibi. *Quoniam cogitatio hominis &c.* Dic vt. N. Quantum verò ad sensum propheticum sciendum, quod psalmus iste agit

Incog. Tom. j.

de Christi gratia, & de iudæorum ingratiudine & malitia. Et sic diuiditur in tres partes quia primo confundit iudæorum vanam gloriā. Secundò ostendit Christi veram gratiā, ibi. *Illuminaus.* Tertio cōfurgit ad gratiarum actionem debitā, ibi. *Quoniam cogitatio.* Quantum ergo ad primum volens confutare iudæorum gloriā, quam sibi vsurpant ex nomine, tria facit, quoniam ostendit primò, qui sunt veri iudæi quibus notus est Deus. Secundò quod in veris iudæis habitat Christus, ibi. *Et factus est in pace.* Tertio quod omnia mala à veris iudæis remouet Christus, ibi. *Confregit.* Quantum ad primum sciendum quod psal. hic vult ostendere quod gloria iudæorum qua se iactant populū esse Dei & legem Dei habere, est nulla: quia illi non sunt veri iudæi. Vt enim ostendit apostolus Rom. 2. Duplices sunt iudæi. s. in manifesto, & in occulto. id est, carne & spiritu. Carne enim dicuntur iudæi, qui carnaliter nati sunt de tribu iuda, qui fuit vnus ex filiis Iacob. Sed spiritu & in occulto iudæi sunt, qui rem per nomen significantam conseruant. Nam iudas interpretatur confitens. Illi ergo non sunt veri iudæi, qui Christum regem non cōfitentur. Illi autem sunt veri iudæi, qui Christum verum regem confitentur. Vnde dicit glo. ad Rom. 2. Bene potest fieri iudæus gentilis, & gentilis iudæus. Vnde verus iudæus non est, qui solum iudæus est nomine & natione, vel qui solum labiis confitetur, sed corde est remouus. Iudæus enim interpretatur confitens. Qui ergo verè credit & rectè confitetur, verè iudæus est. Vnde contra istos carne iudæos arguit sic magister hic in glo. dicens. De tribu sola iuda reges erant iudæorum. Vnde benedicens Iacob filiis suis, ait. Non deficiet princeps de iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Et ab hac tribu omnes iudæi dicuntur. De qua etiam venit dominus noster Iesus Christus. Iudæi autem Cæsarem confessi sunt regem ipsorum qui non erat de tribu iuda, & nō Christum. Ergo iam amplius non sunt appellandi iudæi: itaque euersum est regnum iudæorum, quia noluerunt cognoscere verum regem iudæorum. Abdicauerunt se ab isto nomine, cum dixerunt. Non habemus regem nisi Cæsarem. Si enim non habent Regem nisi Cæsarem, defecit iam princeps de iuda: venit ergo ille qui promissus est. Illi ergo verius iudæi sunt, qui Christum de iuda natum verum regem credunt. Ex isto ergo vult arguere psalmista quod iudei carne falso gloriatur de hoc nomine dicens. *Notus in Israel Deus:* arguens sic. Si enim veri iudæi estis, tunc in vobis notus est Deus: quod si nō est in vobis notus, tunc non estis veri iudæi. Sed in vobis non est notus Deus, quia Cæsarem gentilem confessi estis, dicentes. Nō habemus regem nisi Cæsarem, & Christum negastis de tribu iuda natum. Et eodem modo vult ostendere, quod illi qui sunt iudæi sola carne, non debent dici veri israelitæ: quia illi non sunt veri israelitæ, in quibus non est magnum nomen domini: pater: quia in Israel est magnum nomen eius, patet etiam quia israel interpretatur videns Deum. Sed nomen domini non est magnum in illis, quia ipsum dominum regem negauerunt, & Cæsarem sibi regem elegerunt. Ex quibus omnibus vult psalmista cōcludere quod gentiles ad fidem Christi conuerſi veri iudæi & israelitæ debent nuncupari, & non illi qui solum de tribu iuda sunt carnaliter nati.

Rom. 2.

Iudæus quis proprie dicitur.

Ad Rom. 2.

Glossa.

Gen. 49.

D

E

Bbb 2 Et

1247. Et factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion.

Hic ostendit quod in veris iudeis habitat Christus. Vbi notandum, quod pax est duplex, scilicet exterior & interior. Exteriores pacem plus habent peccatores quam iusti, qui semper aduersis impetuntur, sed interiores, quae stat in puritate conscientiae, quae peccatorum remouit non habet, habent iusti & non peccatores. De qua dominus dicebat suis apostolis. Pacem meam do vobis &c. Hae autem pax stat in duobus (vt ait Augu. super Ioan.) scilicet, vt hostem vincamus, & vt nos adinuicem diligamus. Tales autem pacificos inhabitat Christus, psal. 21. Tu autem in sancto habitas &c. Consimiliter nunc ait, In pace factus est locus eius. Locus enim Christi est cor hominis pacifici. Quae autem conturbent cor nostrum, ne ista pace fruatur, ostendit Hugo de sancta Victore, dicens. Quatuor sunt quae in nobis pacis quietem frangunt, scilicet hostis, seruus, vxor, & vicinus. Hostis est diabolus, seruus mundus, vxor caro, vicinus quilibet proximus. Cum ergo diabolus eiicitur, mundus subicitur, caro affigitur, proximus diligitur, quid aliud agitur, nisi quod pax in nobis ex omni parte stabilitur? Sic ergo ille veram pacem habet in corde, quem non conturbat memoria praeteritorum delictorum, quem non inquietat desiderium futurorum qui non frangitur aduersis, neque prosperis eleuatur. Et talem pacificum inhabitat Christus, De quo dicitur. In pace factus est locus eius. Sequitur. Et habitatio eius in Sion. Vbi aduerte, quod aliter Christus locum habet in nobis, & aliter habitationem, quoniam locum habet in illis in quibus est per gratiam, sed habitationem in sanctis in quibus est per gloriam. Nam quod proprie no habitat hominibus in quibus est per gratiam apparet ex verbis Christi, dicens iustis. Si quis diligit me &c. Sequitur, Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ecce quod iam in illis erat per gratiam, quia diligentes se loquitur, in quibus tamen nodum habitabat per gloriam, ideo de futuro dicit. Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus. Licet etiam modo communiori habitat in omnibus in quibus est per gratiam. Hoc ergo insinuans dicit. Et habitatio eius in Sion. Sion namque specula interpretatur, & significat gloriam aeternam, in qua beati facie ad faciem Deum speculantur. Propter quod dicitur psal. 83. Ibunt de virtute in virtute: videbitur Deus deorum in Sion. Sic enim speciali modo habitat Deus in beatis. Apoca. 21. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum illis & erit illorum Deus. Aliqui autem exponit istum versum, de sepultura Christi, quia a principio natiuitatis suae semper Christus persecutiones fuit passus vsque ad mortem. Sed post mortem, sepultus in pace requieuit.

1248. Ibi confregi potentias, arcum scutum, & gladium, & bellum.

Hic ostendit quod a veris iudeis Christus omnia mala remouet, quia ipsos vere pacificat in gloriam. Multa enim mala in hoc mundo patimur quae in patria vere tolluntur. Et hoc est quod dicitur.

Ibi, scilicet in Sion & in gloria confregi potentias &c. Et quas potentias, ostendit iubdens. Arcum, scutum, gladium, & bellum. Per arcum, qui fuit occulte: intellige dolos. Per scutum, quo protegitur, intellige omne illud per quod superbi sua virtute operire conantur. Per gladium omnis rebellio contra Deum. Per bellum, peccatorum excusatio qua contra Deum bellamus. Ibi ergo, id est in Sion gloria omnia ista remouentur: quia ibi haec omnia desinunt. Vel aliter. Per arcum intellige peccatum luxuriae. Per scutum peccatum obstinationis & superbiae. Per gladium peccatum auaritia. Per bellum vero rebellionem carnis ad animam. De quibus vide supra versum, 763. Aliter istum versum exponit Greg. ostendens quod omnia etiam ista in praesenti vita constringuntur. Vnde ait. Ibi confregit cornua, secundum aliam translationem, arcum &c. In cornibus elatio superborum, in arcu insidia longae ferientium: in scuto obstinata duritia defensionum, in gladio vicina percussio, in bello vero ipsa contra dominum mentis motio designatur. Quod nimirum totum in sancta ecclesia constringitur, dum mentes Deo resistentium supposito iugo humilitatis edomantur. Hinc rursum per eundem psalmistam dicitur Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburent igni. Arcum enim dominus conterit, cum occulta insidiantium machinamenta dissipauit. Arma confringit, cum ea quae contra se erecta fuerant, patrocinia humana comminuit. Scuta ergo comburit, cum peccantium mentes obstinata se duricia defendentes, ad penitentiae & confessionis ardorem spiritus sancti calore succendit.

Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis, turbati sunt omnes insipientes corde.

Hic consequenter ostendit Christi veram gratiam & potentiam. Et primo ostendit erga nos Christi gratiam & benignitatem. Secundo circa malos iudicariam Christi potestatem, ibi. Tu terribilis es. Circa primum gratiam Christi ostendit in tribus. Primo quia per fidem mentes illuminat. Secundo: quia per exemplum auaros reuocat, ibi. Dormierunt. Tertio, quia increpando superbos humiliat, ibi. Ab increpatione. Quantum ad primum sciendum quod Christus mundum per apostolos suos & alios praedicatores illuminauit, qui fidem Christi praedicando docuerunt & miraculis confirmauerunt: quod prauidens psalmista, dicit. Illuminans tu mirabiliter &c. Per montes enim intellige sanctos apostolos & praedicatores propter vitae altitudinem, & quia non ima, sed summa praedicabant, vt dictum est supra vers. 1016. & 1170. Per quos Deus mundum illuminauit, quia ipsorum praedicationibus gentes conuertit ad fidem. Qui praedicatores & apostoli dicuntur montes aeterni, quia ipsorum no terminatur beatitudo, & quia Deus per eosdem mundo vitam promisit aeternam. Illuminat autem mundum per ipsos mirabiliter: quia non solum praedicatione, sed etiam per miraculorum operationem. Et hoc est quod dicit. Illuminans tu mirabiliter. id est, per mirabilia per manus tuorum apostolorum & praedicatorum facta, quia gentium corda ipsi non tantum verbis quantum signis conuertebat.

Joan. 14. Aug. 11. Psal. 33. Hugo. Pax frangi cur a multis.

habitatio Christi.

Joan. 14.

Psalm. 83.

Apoca. 21.

1248.

Hic ostendit quod a veris iudeis Christus omnia mala remouet, quia ipsos vere pacificat in gloriam. Multa enim mala in hoc mundo patimur quae in patria vere tolluntur. Et hoc est quod dicitur.

1249.

Montes aeterni.

1250.

1251.

Et ne virtutem huius illuminationis cordiu quis attribuat apostolis & praedicatoribus notanter dicit. Illuminans tu mirabiliter. quasi dicat Non montes ipsi illuminant, sed tu per montes: sicut manus proprie non scribit, sed intelligens per manum, sic homo non docet alium nec illuminat, sed Deus per hominem, vide supra versum, 353. Verum quia ad praedicationem apostolorum non omnes fuerunt illuminati, sed quidam rebelles & obstinati permanserunt, quia electi crediderunt, reprobi non, sicut dicitur Actuum 13. Crediderunt quotquot praedicatorum erant ad vitam aeternam: ideo de illis qui non crediderunt subditur, quod ad praedicationem apostolorum turbati sunt omnes insipientes corde. vt homines multi carnales desideria mundi sequentes, turbati sunt, audientes quod aliam vitam futuram diligere debemus, & calcare praesentem. Ergo continuatur praesens versus ad praecedentem: quia dictum est Christus confringit potentias, arcum, scutum, &c. nunc ostendit quomodo: quia illuminans tu mirabiliter, &c. Istum versiculum exponit Greg. inducens qd Deus nos illuminat ad sequelam virtutum sanctorum exemplis, qui montes dicitur aeterni. Vnde sic ait. In psalmo scribitur. Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis. Qui enim orientem solem contemplari non valet, irradiatos montes conspiciat, & quasi sol ortus sit deprehendit. Ex aeternis ergo montibus Deus nos illuminat: quia per admiratam vitam patrum praecedentium radio suae claritatis illustrat. Ecce in studio deuotionis dominicae & charitatis accendimur, sed in hac deuotione atque charitate melius horum motuum contemplatione formamur. Quis enim deuotior Petro: quis carior Ioanne? Ille per deuotione fluida maris dorsa calcare non timuit, iste per amore in ipso auctoris nostri pectore quieuit. Et qui ad corporalis cenae recreationem venerat, spirituale pabulum de sinu redemptoris sumpsit. Sed quia signari per motes Prophetas diximus, necesse est vt adhuc ad medium superiorum patrum exempla deducamus. Ecce cum praecipis caelestibus subdi per obedientiam cupimus, consideratis antiquorum patrum vestigiis iuuamur. Quid enim Abraham obedientius, qui ad vnam vocem dominicam cognatos, & patriam deseruit, & pro adipiscenda aeterna hereditate ipsum ferire non trepidauit, quem senex iam & penè moriturus acceperat heredes? Cum patientia apprehendere virtutem conamur, praecedentium montium exempla conspiciamus. Quid enim Isaac patientius, qui ligna portat, & de holocausto interrogat, atque post paululum ligatur & non loquitur, arq; superponitur & non reluctatur? Quid ergo isto viro patientius dici potest, qui quasi ad solatium ducitur & requiritur, ad feriendum ligatur & conticescit, oblatas in holocaustum tacet? Cum autem accingi ad laborum tolerantiam nitimur, exemplis praecedentium montium informamur. Quid enim Iacob laboriosus, qui apud Labam tam longo tempore propinquus iure cognationis opera exercuit seruitutis, & vicem obsecutus est famuli, vt perfrueretur praemiis haereditis. Cum arcem continentiae, & castitatis ascendere nitimur, exemplis praecedentium montium subleuamur. Quid Ioseph castius, qui ad desiderium petulantis dominae iugo luxuriae praemi non potuit, etiam captiuus? Et quidem hominibus ser-

1250.

Abraham exemplum obedientiae.

Isaac exemplum patientiae.

Iacob exemplum laboriositatis.

Ioseph exemplum castitatis.

1251.

aus extitit, sed contra dominantem nequitiam & in seruitio liber fuit? Cum mansuetudine repleti cupimus, praecedentium patrum exemplis adiuuamur. Quid enim Moyse mansuetus, qui commissi sibi populi seditione tolerat, & tamen irascentem dominum pro eisdem suis persecutoribus orat, seque pro illis diuino furori obicit, quia in sancto eius pectore etiam in persecutione charitas ignescit? Cum contra aduersa mundi formare nos mentis constantia nitimur, praecedentium patrum consideratione fulcimur. Quid enim Iosue constantius, qui ad explorandam qualitatem gentium missus, nec pro certitatis magnitudinem, nec numerositatis multitudinem expauit? Vnde & easdem gentes quas explorando non timuit, etiam praellando prostrauit: Cum benignitatis culmen apprehendere conamur, praecedentium patrum exemplis instrui-mur. Quid enim Samuele benignius, qui de principatu regendi populi deiectus, successorem sibi humiliter requirit, inuentumque vngit in regem, vinctum mox tolerat percussorem, a quo ne moriatur trepidat, & tamen ne ei dominus irascatur rogat. Ipse quoque cum mitteretur ait. Audiet Saul, & interficiet me. Et ei per semetipsum veritas dicit. Quousque tu luges Saulem, cum ego abiecerim eum? Quid ergo viro isto benignius dici potest, qui & hunc non vult diuinitus percuti, a quo formidat occidi? Cum ad pietatis atque humilitatis celsitudinem tendimus, praecedentium exemplis illuminamur. Quid enim David misericordius, quid humilior dici potest, qui a rege reprobo pro victoriis contumelias recepit, qui de manu hostili Israeliticam gentem fortis eripuit, & tamen ipse ne moriatur, quasi debilis fugit? Qui & se electum diuino iudicio, & persecutorem suum reprobum agnoscit, & tamen eidem persecutori suo crebro satisfactionis humilitate se subiecit, qui persecutoris lanceam tollit, oram chlamydis detroncat, atque ad cacumen montis protinus properat, & vno eodemque tempore quia occidendi potestatem habuerit ostendit, & ne occidatur rogat. Quia ergo in cunctis quae spiritualiter appetimus, exemplis praecedentium patrum illuminamur, bene de his montibus dicitur. Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis, &c. Sed quia bonis aliorum exemplis multorum vitia denudantur: quia contraria comparata magis elucescunt, hinc est quod vnde alii qui illuminantur ad virtutem, inde alij ad odium excitantur & iram, vnde subditur. Turbati sunt omnes insipientes corde.

Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Hic consequenter per exemplum auaros reuocat. Vbi notandum quod vita praesens quaedam dormitio dicitur ipsis peccatoribus: quia licet vigilet corpore, anima tamen ipsorum dormit, sic ecortia iusti corpore dormiunt, sed anima vigilat. Sic enim ecclesia in persona omnium iustorum, dicit. Ego dormio & cor meum vigilat. Peccator ergo qui secundum animam in praesenti dormit, vigilat in morte: quia tunc eius anima videre cogitur, quae hic videre volebat. Psalmista ergo auaros ad praedicationem Bbb 3 nitentiam.

Moyse exemplum mansuetudinis.

Iosue exemplum constantiae.

Samuel exemplum benignitatis.

David exemplum humilitatis.

1250.

Can. 5.

1251.

nirentiam prouocare volēs, adducit exemplum A sunt dormientes corporaliter, pauperes quandoq; somniant se multas habere diuitias, sed cum euigilant, vacuos se reperiunt. Sic est de auarīs: quia in presenti dormientes se diuites putant, sed cum per mortē euigilauerint, nihil se habere reperiūt. De quibus nūc dicit. *Dormierunt somnum suum.* Vbi glo Auari enim hic dormientes somniant se multos thesaurōs habere, sed cum euigilant, nihil inueniunt. *Virī diuitiarum in manibus suis.* Et attende quod ait. *Virī diuitiarum.* scilicet subditi diuitiis, non dicit habentes diuitias. Multi enim habent qui non amant. Vnde istum versum ad propositum exponens Greg. super illo verbo Iob 27. *Diues cum dormierit, nihil secum aufert,* dicit. Huius nimirū sententię psalmista concordans, dicit. *Dormierunt somnum suum, & nihil inueniunt omnes virī diuitiarum in manibus suis.* Vt enim in sua manu diuites post mortem suam quicquid inueniant, eis ante mortem dicitur, diuitias suas in quorum manibus ponant, &c. vide supra versū 1203. Vnde de istis auarīs diuitibus dicitur psalm. 48. *Et reliquit alienis diuitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in aeternam,* vidi ibi.

Grego. 18. mora. 1. 9.

Psal. 48.

1351

**Ab increpatione tua Deus iacob, dormitauerunt, qui ascenderunt equos.**

Grego. 31. mora. 1. 18. Equus significat uolūta.

Psal. 31. Hiere. 5.

Eccle. 10.

Eccle. 14.

Hic superbos increpando humiliat. Vbi sciendum quod secundum quod ait Greg. Equi nomine in scriptura multa significantur. Equi nomine aliquando lubrica vitā prauorum, aliquando dignitas vel superbia tēporalis, aliquando hoc ipsum pensens seculum, aliquando preparatio rectę intentionis, aliquando sanctus predicator exprimitur. Equi enim nomine lubrica vita prauorum designatur, sicut scriptum est. *Nolite fieri sicut equus & mulus.* Et sicut per prophetam alium dicitur. *Equi amatores in feminas & emissarij facti sunt vnusquisque ad uxorem proximi sui hincniebat.* Equi nomine dignitas vel superbia tēporalis accipitur Salomone attestante qui ait. *Vidi seruos in equis, & principes ambulātes quasi seruos super terram.* Omnis quippe qui peccat seruus est peccati, & serui in equis sunt; dum peccatores presentis vitę dignitatibus efferuntur. Principes vero quasi serui ambulāt super terram, cum multos dignitate virtutum plenos nullus honor etigit, sed summa hic aduersitas vel indignis deorsum premit. Hinc rursus dicitur. *Dormitauerunt qui ascenderunt equos.* id est in morte animę mentis oculos a veritatis luce clauerunt, qui in presentis vitę honorē superbē confisi sunt, &c. Sic ergo hic per equos intellige superbas huius mundi dignitates, quas ascendunt superbi, qui Deo subiaci nolunt. Ascenderunt ergo equos superbię, qui Deo subiaci nolunt. Sic pharaon increpatus a Deo, increpationes Dei obstinate mente contempsit. Sic & omnes qui negligunt monita Dei dormitāt, quia Deum audire cōtemnunt, quasi per hoc volēs illos abducere a superbia, vt Christo subiiciantur, ne sic accidat eis, sicut pharaoni, de quo dicitur Exod. 14. *Ingressus est eques Pharaon cum cūtibus & equitibus eius in mare, & reducit super eos dominus aquas ma-*

ris. Et attende secundum glo. tremendam rem, increpationis exercitare solet dormientes. Quomodo ergo ad increpationem Dei, quę tanti ponderis est dormitant superbi, nisi quia cor habent induratum? Duritia enim cordis obdormitio est. Vnde quāto amplius a Deo increpantur in presenti, ipsi magis indurantur. Vnde de talibus superbis induratis dicitur Sapien. 12. *Qui increpationibus correcti non sunt, dignum Dei iudicium experti sunt.*

**Tu terribilis es, & quis resistet tibi, extunc in ira tua.**

Hic consequenter ostendit diuinam potestatem, circa quam rra ostēdit, scilicet primū quod diuina potestas est singulorū excessiua. Secundū quod est malorū punitiua, ibi. *De caelo.* Tertiū quod est bonorū pręmiatiua, ibi. *Cum exurgeret,* quantum ad primū sciendum quod tanta est diuina potestas, quod nullus ei resistere potest, quia sua voluntas est sua potestas. Propter quod dicitur Hester. 13. *Domine Deus rex omnipotens in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui tue possit resistere voluntati.* Quod nunc confirmans psalmista ait. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi,* quasi dicat nullus. Sed contra videtur: quia psal. 16. dicitur. *A resistētibus dextera tua custodi me.* Et Stephanus iudæis dicebat. *Vos semper spiritui sancto resististis.* Quomodo ergo nunc dicit psalmista. *Quis resistet tibi.* Hanc quæstionem mouet Greg. super illo verbo. Iob 9. *Deus cuius irę nemo resistere potest, dicens. Mirum valde est quod irę Dei nullum resistere posse dicitur, cum tamen multos indignationi supernę animaduersionis obuiasse eloquia diuina testantur. An non irę Dei Moyses resistit, qui pro cadente populo erectus ipsum supernę percussiois impetum, mortis sue oblatione restitit dicens. Dimitte illis hanc noxam, alioquin dele me de libro quem scripsisti. An non irę Dei Aaron resistit, cum inter viuētes ac mortuos thuribulum sumpsit, atq; animaduersionis ignem incensū fumo temperauit? An uo Phinees irę Dei resistit, quia luxuriantes cum alienigenis in ipso coitu trucidans, zelum suum diuinę indignationi obtulit, & furorem gladio placauit? An non irę Dei Dauid resistit, qui angelo ferientē se offerens, placationis gratiam & ante tempus propositum exegit? An non Helias irę Dei resistit, qui longo iam tempore terra arente subductas de caelo pluias verbo reuocauit? Quo modo ergo diuinę irę nullum posse resistere dicitur, cum multos sæpe resistisse exēplis existentibus demonstratur? Sed si subtiliter ista pensem, & verum cognoscimus: quia diuinę irę non resistitur, & verum quia multi sæpe resistunt. Omnes etenim sancti qui irę Dei obuiāt, ab ipso accipiunt, vt contra impetum percussiois eius opponantur, atque vt ita dixerim cum ipso se erigunt contra ipsum, eosque diuina vis sibi opponit secum: quia in eo quod aduersum se sentientes iram foras obtinent, intus eos gratia miserantis fouet, & famulantes interius leuat, quos quasi aduersantes exterius tolerat. Portat ergo contradictionem deprecantium, quā aspirat, & velut nolenti opponitur, quod ab ipso vt fiat imperatur. Moysi enim dicit. *Dimitte me vt irascatur fur**

Incepato.

Sapien. 12.

1251

Hiere.

Resistere Deo. Psal. 16. Actuum 7.

Grego. 9. mora. 11.

Eccle. 31.

Act. 11.

Psal. 46.

1. The. 4.

Grego. 32. mora. 1. 6.

Eccle. 14.

ror meus contra eos, & deleam eos, faciāmque te in gentem magnā. Quid est seruo suo dicere. Dimitte me, nisi deprecanti ausum prębere? Ac si aperte diceretur. *Pensa quantum apud me valeas, & cognosce quia obtinere poteris quicquid pro populo exoras.* Aliter autem ad dictam quæstionem responderet idem Greg. dicens. Resistere Deo dicitur, cum repugnare eius dispositionibus conamur. Neque enim nostra infirmitas incommutabili eius sententię obuiat, sed tamen quod exple-re non valet tentat, Nam sepe humana infirmitas occulte vim dispositionis agnoscit, & tamen hęc si mutare valeat appetit & contra ire sagit, sed ipso se gladio contradictionis frangit, ordini inteno renititur, sed suis victa conatibus ligatur. Hanc ergo Dei potentiam insuperabilem ostendens, ait. *Tu terribilis es, & quis resistet tibi?* quasi dicat nullus. Terribilis enim secundum grammaticos, dicitur a terreo terres, & idem est terribilis quod metuendus, & terrori habilis. Et aduerte tamen quod quamuis hic nullus realiter Deo possit resistere, tamen eo modo quo præcib. sanctorum placatur, sibi resistere dicimur, quia nunc tempus est misericordię, sed in iudicio cum tempus erit iustitię & vindictę, nullis placabitur precibus. Quod notat psalmista, dicens. *Ex tunc ira tua,* quasi dicat secundu glo. Modo dicunt mali quę volunt, disputant contra Deum, quod tunc facere nō poterant, quia tunc scilicet in die iudicij erit ira tua scilicet super malos firmata.

Grego. 9. mora. 11.

Terribile.

1251

Psal. 18.

Psal. 49.

Act. 10.

Act. 11.

Psal. 46.

1. The. 4.

Grego. 32. mora. 1. 6.

Eccle. 14.

terribilem culpa. Quorum pauore quis explicet, cum contigerit miseris & intra se culpas cernere, & ante se iudicem iustum videre? Hoc nimirum continuē in vsu vitę presentis agitur, vt de qualitate venturi iudicis mortalium corda doceantur. Nam cum duo ad iudicium pergunt, alius innocentię sibi conscius, & alius culpę debitor, graue contra se hoc ipsum iudicis silentium suspicatur, quam iram sibi non denunciat perturbatio iudicis, sed recordatio prauitatis. Quia & si adhuc fortassis hunc reum sententia non clamat intus tamen conscientia iam grauiter accusat. At contra iustitię amicus, decernentis iudicis vultum conspicit sed intus de testimonio bonę recordationis hilarescit. Er quo apud se metuat non habet, eo ipso omne quod est ante ipsum, blandum videt. Cum ergo dicitur Iob 40. *Disperge superbos in furore tuo, non perturbatio diuinę sententię, sed super peccatores malę sibi conscios examinatio iustę vindictę, quamuis enim in iudicio eum tranquillum videant, quia tamen feriendos se ab illo non dubitant, cum suis moribus perturbatū putant.* Ex quibus apparet, quod in mali iudicio tranquillum iudicem timebunt, & conscientia teste, recalcitrare non valebunt. Er hoc notans hic psalm. ait. *Terra tremuit & quieuit,* quia scilicet secundum glo. peccatores terreni cre-mabuntur, & perdita potestate malę agendi, vel excusandi, conquiescent.

Innocentia confortat.

Iob 40.

1254

**Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terrę.**

Hic ostenditur quod diuina potētia est bonorum pręmiatiua. Vbi notandum quod iustitia duos habet actus, videlicet malos punire, & premiare bonos, quorum vnum per se intendit, scilicet bonorum pręmiationem, & aliud per accidens, scilicet malorum punitionem. Non enim malos punit nisi ad vtilitatem bonorum. Propter quod dicit Isidorus. *Factę sunt leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutāque sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis foimidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas.* Er quamuis hoc dicatur de lege humana, tamen suo modo sic est de lege diuina, quę principaliter intendit premiare bonos, sed quasi par accidens malos punire. Sic etenim Christus prius bonos ad pręmium vocabit, & postea malos ad supplicium, vt patet Matth. 25. *Venite benedicti, &c.* Er consequenter dicit. *Discedite, &c.* Quamuis postea concludendo dicat. *Ibunt hi in supplicium æternum, iusti vero in vitam æternam.* Quod ad propositum exponens Origenes ait. *Attende quia prius dicit, venite benedicti patris mei, deinde, discedite maledicti, propterea, quia proprium est boni Dei primum recordari facta bonorum quā malorum, hic tamen prius concludit penam malorum, deinde vitam bonorum, vt primum quę timoris sunt euitemus mala, postea quę honoris sunt, appetamus bona.* Sic & hic quamuis Deus principaliter intendat bonos premiare, tamen premiit malorum penam dicens. *Terra tremuit, &c.* Tamen vt ostendat bonorum pręmium principaliter intendit, hic adiungit quod principalis

Iustitia.

Isid. 5. etyco. Lex dat per se pręmium sed per accidens supplicium.

Matth. 25.

Origenes.



cipalis causa iudicij erit bonorum præmiatio, dicens *Cum exurgeret in iudicium Deus, ut saluos faceret.* &c. Nam ly vt, est dictio ostendens causam. Est ergo sensus, quod terra tremuit & quieuit, id est peccator quilibet, cum *Deus exurgeret*, id est exurgeret in iudicio. *Ut saluos faceret*, id est faciet omnes mansuetos terræ. Et notanter dicit, *omnes mansuetos terræ*. glo. id est homines qui non ascendunt e quos superbiæ, sed humiliter confessi sunt peccata, qui habent pacem mentis. Quid autem proprie sit mansuetudo, & quis mansuetus dicatur, vide supra versic. 740.

1255 **Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi.**

Hic psalmista vice bonorum confurgit ad gratiarum actionem debitam. Et tria facit: quia ostendit primò quòd Deo gratias debemus agere. Secundò quòd promissa Deo debemus reddere, ibi. *Vouete*. Tertio quòd terribilè Deum debemus credere, ibi. *Terribili*. Quantum ad primum sciendum quòd secundum grammaticos, reliquæ dicuntur à relinquo, is. Et sic reliquæ dicuntur illa quæ remanent, vel post relinquuntur, vel sequuntur. Iusti autem habent duo, scilicet vnum primò quod præcedit, scilicet bona volùtas vel cogitatio, & aliud quod relinquitur post vel sequitur, scilicet bona operatio. Volens ergo psalmista ostendere quod gratias Deo debemus agere corde & opere, dicit. *Quoniam cogitatio hominis*, scilicet iusti confitebitur tibi, scilicet cõfessione laudis gratias agendo. *Et reliquæ cogitationis*, scilicet opera quæ sequuntur cogitationem. *Diem festum agent tibi*, id est ad laudè tuam terminabuntur, & cessabunt ab operib. seruilibus peccatorum. Istam intentionem ponit magister in gl. dicens. *Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi*, id est iusti laudat te cogitatione & etiã opere. Vnde subdit. *Et reliquæ cogitationis*, i. exhibitiõ boni operis *diem festum agent tibi*, id est iusti cessabunt à seruilis opere peccati non intenti mudo, sed quieti bonis intendent. Cogitatio enim est conceptio voti, reliquæ vero, s. operatio reliqua.

1256 **Vouete, & reddite domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera.**

Hic ostendit quòd promissa Deo post cogitationem debemus reddere. Omne enim votum Deo factum vel promissum necessario est adimplendum. Eccles. 5. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. Sed hic est dubium, cum votum sit consilij & non præcepti, quomodo hic præcipitur votum, cum dicitur. *Vouete & reddite*. Ad hoc respondet gl. dicens, quòd vota sunt duplicia: quia alia sunt vota cõmunia de his, scilicet sine quibus non est salus, vt vouere fidem in baptismo, & renuntiare diabolo & pompis eius, non occidete, non superbire, & huiusmodi, quæ etiam si non promittantur soluere debemus. Et de istis præcipitur hominibus vouere & reddere. Alia sunt vota propria singulorum, vt castitas, paupertas, virginitas, & huiusmodi. Ad hæc ergo vota nos omnes inuitat, nec præcipit, vt voueamus, sed vt vo-

ta facta reddamus. Vouere enim voluntati conceditur, sed post voti promissionem necessario reditio exigitur. Ideo non ait simpliciter vouete, vel nolite vouete, sed vouete & reddite, id est si voueris reddite. Alioquin de voto rei tenentur, & damnationem habent: quia fidem datam irritam fecerunt. Vel dicendum, quòd verbum imperatiui modi in scriptura non semper tenet imperatiuè, licet quandoque. Vnde notandum quòd verbum imperatiuum multis modis accipitur, scilicet quandoque imperatiuè, vt Matth. 6. Nolite fieri sicut hypocritæ tristes. Exod. 20. Honora patrem tuum, &c. Quandoque permissiuè, sicut psalm. 4. Irascimini & nolite peccare. Quandoque deprecatiuè, psalm. 50. Miserere mei Deus. Quandoque hortatiuè, sicut ad Ephes. 4. Obsecro vos, vt dignè ambuletis domino, &c. Quandoque prædictiuè, sicut Ioan. 2. Soluite templum hoc, &c. Et Ioan. 13. Quod facis fac citius. Quandoque de- riuatiuè, Reg. 22. Vade tradet tibi dominus Syriam. Quandoque confusiue, Matth. 25. Discedite à me maledicti, quandoque vocatiuè. Thren. 1. O vos omnes qui transitis per viam, venite, &c. Quandoque consultiuè. Matth. 19. Vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Ad propositum ergo, cum hic dicitur. *Vouete, &c.* hic ly *vouete* tenetur consultiuè, non autem imperatiuè. Dicat ergo consultiuè. *Vouete & reddite domino Deo vestro*. Sequitur. *Omnes qui in circuitu eius affertis munera*. Omnes enim iusti dicuntur esse in circuitu Dei: quia tanquam famuli obsequentes illi assistunt. Apocal. 7. Omnes angeli, id est spirituales & angelici viri stabant in circuitu throni, &c. Et isti munera offerunt Deo, dum seipos viuos Deo immolant. sic dicebat apostolus Roman. 12. Obsecro vos per misericordiam Dei vt offeratis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam Deo beneplacentem, &c. Sed hic est vnum dubium, quia dicit, *vouete & reddite*. Vtrum votum debet factum quis licitè possit non reddere: id est vtrum in voto facto licitè, ne reddatur cadat dispensatio, vide Thom. secundæ secundæ. quæst. 88. articulo 10.

1257 **Terribili, & ei qui aufert spiritum principum, terribili apud reges terræ.**

Hic consequenter ostendit, quòd Deum terribilem habemus credere, & continuatur ad præcedentem versum: quia dixit: *Vouete & reddite domino Deo vestro*. Hic quia multi sunt dij gècium dæmonia, declarat quòd soli Deo vero nostra vota debemus reddere, qui scilicet Deus est verus & apud omnes terribilis, ideo ab omnibus timèdus, non solum à paruis, sed etiam à principibus & regibus, quod probat: quia *aufert spiritum principum & regnum terræ*, id est, vitam: quia anima omnis viuentis in manu sua est. Iob. 12. In cuius manu est anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis. Vbi Greg. dicit. Per manum quippe potestas intelligitur. Anima ergo omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis in eius est potestata à quo est, vt ipse prouideat qualiter sit qui præstat esse quod non fuit. Vel aliter hic ostenditur diuina potestas. Vbi sciendum, quòd per spiritum hominis significatur ipsa superbia. De quo spiritu dicitur Matth. 5. Beati pauperes spiritu. Hunc ergo spiritum Deus aufert, quando corda super-

horum suis sagittis vulneratis, ad humilitatem deducit. Sic enim dicitur Iob. 6. Sagitte domini in me sunt, quantum indignatio ebibit spiritum meum. Quod exponens Grego. dicit. Quid enim est spiritus hominis, nisi spiritus elationis? Sagitte autem domini spiritum hominis ebibent, cum superbiæ animæ aduersiones mentem afflictam ab elatione compefcunt. Sagitte domini spiritum ebibunt, quia intentum exterioribus introrsum trahunt. Hoc potatus namque Dauid spiritu fuerat cum dicebat. In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas. Et rursum Renuit consolari anima mea, memor sui Dei, & defecit spiritus meus. Sagittarum ergo Dei indignatio spiritum hominis ebibit, quia superbiæ sententiæ electos, quos in peccatis inuenerint, dum vulnerant immutat, vt duritiam suam mès transfixa deserat &c. Et ad istum intellectum, dicitur psal. 103. Auferes spiritum eorum, & deficiet, vnde hic ait glo. Qui aufert spiritum principum id est, audaciam sapernorum, &c.

PSALMVS LXXVI.

1258 **Voce mea ad dominum clamaui, voce mea ad Deum, & inrendit mihi.**

Hic psalmus talem habet titulum. *In finem pro Idithun psalmus Asaph*. Pro cuius euidencia est sciendum, quòd Asaph vnus de tribus præpositis cantoribus à Dauid spiritu prophético tactus, præiudicium captiuitatem & transmigrationem populi iudæorum in Babyloniam sciendam tempore Nabuchodonosor, regis Babylonis, propter peccata iudæorum. de qua locutus est Asaph in psal. 73. Vidit etiam terminandam ipsam median tibus orationibus aliquorum iustorum, qui erant in captiuitate illa detenti, vt patet Dan. 9. & Ezechielis, & aliorum iustorum illius temporis. Vnde de illa captiuitate futura suo tempore & terminanda modo prædicto fecit istum psalmum. Notandum quòd hoc nomen Idithun, quandoque est nomen proprium, & sic fuit nomen cuiusdam cantoris, vt habetur. 1. Paralip. 25. & sic non accipitur hic in titulo. Quandoque est nomen appellatiuum, & sic Idithun interpretatur saliens vel transliens. Et sic accipitur hic, & significat populum vel salientem de libertate ad captiuitatem, vel translientem postea de captiuitate ad libertatem. Et sic quòd ad literam sensus tituli est. Iste psalmus est Asaph, quia scilicet ipsum fecit qui nos dirigit in finem scilicet in Christum quem Asaph fecit pro Idithun id est pro saliente populo de libertate ad captiuitatem, vel econtra rio. Sic primò procedam in isto psalmo iuxta sensum historicum. Secundò iuxta sensum propheticum. Quantum ergo ad primum psalmus iste diuiditur in duas partes, quia Asaph primò ponit suum intentum. Secundò declarat suum propositum, ibi. *In die tribulationis &c.* vt N. Quantum ad sensum propheticum sciendum quòd titulus istius psal. est consimilis titulo qui habetur psal. 61. Nec est aliqua differentia nisi in nomine auctoris, quia scilicet illum fecit Dauid, & istum fecit Asaph. Vnde eodem modo exponitur quo ad sensum, prophetictum iste titulus. sicut & ille.

vide supra versiculo 978. Hic ergo in isto psalmo loquitur Asaph in persona cuiuslibet deuoti, mûdum & ea quæ in mundo sunt translientis. Er quatuor facit, secundum quæ iste psalmus habet quatuor partes. Primò quia mentem & opera ad Deum eleuat. Secundò suam miseriam & necessitatem explicat, ibi. *Renuit*. Tertio Dei pietatem & misericordiam explicat, ibi. *Nunquid in æternum*. Quarto nostram redemptionis potestatem prædicat, ibi. *Notã fecisti*. Prima pars diuiditur in duas quia hic orando primò ad Deum clamat corde, secundò clamatur opere, ibi. *In die tribulationis*. Quatum ad primum sciendum, quòd oratio deuota quidam clamor est aures pullans diuinas. De quo psalmus. 101. Domine exaudi orationè me & clamor meus ad te veniat. quoniam oratio debet esse cum clamore, non quidem vocis exterioris, sed interioris scilicet cordis, quilibet enim orans magna mentis affectione, ad Deum clamat. Vnde tacente Moyse voce corporali, dixit dominus ad eum. Quid clamas ad me? Isto ergo modo nunc ait psalmista. *Voce mea* scilicet cordis *ad dominum clamaui*. Et nota secundum glo. quòd psalmus hic prius ostendit ad quem clamat. Et non dicit, quid petat, dicens. *Voce mea ad dominum clamaui*. Et si quæras quare non exprimit quid orando vel clamando petat. Respondet, quia *voce mea ad dominum clamaui* quasi dicat. Non exprimo quid petam, quia clamo ad Deum, cui nõ est opus aliquid dici, qui omnia quæ expediunt, nouit, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius, vnde alia litera habet. *Voce mea est ad Deum* quasi dicat Nihil aliud clamando peto nisi ipsum Deum, vltra quem nihil est. Et quia omnem iustum orantem Deus exaudit, ideo ne frustra se clamare ostendat subdit. *Et inrendit mihi*. glo. quia semper adest quærentibus se, non autem adest quærentibus aliud ab eo. Vnde psal. 17. Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad dominum: nec exaudiuit eos. Quid autem sit Deum intendere orationibus nostris, vide supra versicu. 876. Moraliter autem procedendo, hic potes notare quòd triplex est vox qua clamamus ad Deum scilicet vox genitricis gratiæ qua protegentur humiles, vox contemplantis animæ, qua exaudiuntur supplices, vox redemptoris machinæ, qua superantur demones. De istis vide in postilla mea super Ioan. I. c. 44.

1259 **In die tribulationis meæ, Deum exquisiui manibus meis, nocte contra eum, & non sum deceptus.**

Hic consequenter clamat ad Deum opere. Vbi notandum, quòd tempus totum præsentis vitæ iustorum dicitur dies & nox, & hoc respectu diuersorum. Nam vita iustorum hic dicitur nox respectu vitæ beatorum, sed dicitur dies respectu vitæ peccatorum. quod enim dicatur dies respectu vitæ peccatorum, ostendit apostolus qui inter vitam iustorum & peccatorum dans differentiam, vitam iustorum vocat diem. Sic vt in die honestè ambulemus, non in comestrationibus & ebrietatibus &c. Quod ideo dicit, quia status peccatorum nox dicitur, quia omnis qui malè agit, odit lucem &c. Quod autem dicatur nox respectu vitæ beatorum, ostendit Petrus apostolus dicens

gens. Habemus propheticum sermonem, cui benedixit intendentes, donec dies illucescat, & luster oriatur in cordibus vestris. Vnde hic ait magister in glo. Venturus est ergo dies post istam noctem, cuius diei comparatione huius vita nox est. Comparata vero vite infidelium, est dies. Dies ergo hic est vita iustorum comparatione infidelium, sed nox in comparatione angelorum. Est ergo vita iustorum dies tribulationis, quia tota vita presens tribulatio est desiderantibus celestia psal. 33. Multa tribulationes iustorum. Dicit ergo. *In die tribulationis meae Deum exquisivi manibus meis.* Quæro enim componitur cum ex, & sic exquiro. ris. quod est valde & desideranter siue affectuose quærere, quod est quando homo corde & opere Deum quærat. Propter quod subdit. *Deum exquisivi manibus meis.* Per manus enim designatur opera. Vnde hic ait glo. quasi dicat. Non solum cordis voce quæsiui Deum, sed etiã manibus id est operibus, & ideo non inani desiderio, & quod desideranter Deum quærat, non pro vana gloria, non propter aliud, sed propter ipsum Deum. Ideo ad hoc declarandum subdit. *Nocte contra eum* Per noctem accipe illud quod per diem dictum est, scilicet vitam iustorum. Sed dices. Si iustus desideranter quærat Deum in vita presenti, quomodo ergo dicit se quærere contra Deum? Vbi sciendum, quod contra quandoque accipitur pro coram. Sic enim dicitur Matth. 27. Erant autem ibi maria Magdalena, & altera Maria sedentes contra sepulchrum. glof. 1. coram sepulchro. Similiter & psalmus. 49. Arguam te & statuatam contra faciem tuam, quia peccatum quod post dorsum posuisti ante vel coram facie tua ego ponam ut scias, quia male egisti, & fidelitatem tuam videas ut erubescas. Similiter in proposito, ly cõtra stat pro coram. Vnde alia litera habet, *nocte coram eo.* ubi glo. Contra Deum vel coram Deo quærat, qui non facit iustitiam suam coram hominibus, vt videatur ab eis, sed solum coram Deo, vt illi placeat. qui autem sic orando exquirat Deum coram ipso exauditur. Ideo subdit. *Et non sum deceptus.* quasi dicat. Inveni Deum: quem quærebam. Decepiunt enim, qui quærunt in temporalibus requiem, cum meroribus sint plena. Hic potes notare, quod contra in scriptura multipliciter accipitur. Vide in dictionario meo loco suo.

Psal. 33.

Contra. i. coram

Matth. 27.

Psal. 49.

1260

**Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.**

Hic consequenter explicat iustus suam necessitatem, & miseriam. Vbi nota, quod miseria iustorum in presenti causatur ex quatuor, quæ hic ponit psalmista scilicet primo ex implicatione mundanorum. Secundo ex infestatione inimicorum, ibi. *Anticipauerunt.* Tertio ex dilatione æternorum, ibi. *Cogitavi.* Quarto ex meditatione peccatorum, ibi. *Et meditatus.* Quantum ad primum sciendum, quod in rebus mundanis nulla vera consolatio reperitur, quia omnia mundana sunt quasi somnia, raptim transeuntia. Vnde de omnibus mundanis & temporalibus dicitur. Somniores frustra locuti sunt, vanè consolantur. Et non so-

Zachio.

Consolatio

lumi est talis consolatio in se vana, sed suos ad æternam miseriam ducit, dicente Christo. Ve vobis diuitibus, qui hic habetis consolationem vestram. Non enim condemnantur diuitiæ, sed in diuitiis vana consolatio, quoniam vt ait Ambrosius super Lucam, exponens dicta verba. Qui consolationem vite presentis appetunt, consolationem remunerationis perpetuæ perdunt. Quod pulchrè deducit, Bernardus super illo verbo Esa. 40. *Consolamini consolamini popule meus, &c.* dicens. Non tantum dicit semel consolamini, sed secundo, vt certi simus quod tam corpus quam animam sit saluans, qui neutrum suscipere est de dignatus. Sed quibus putas istam consolationem esse daturum? certe populo suo. Consolamini inquit popule meus. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Vis nocere populum eius, quem ipse sit saluaturus? Tibi inquit psalm. derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Ipse in euangelio dicit. *Vt vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram.* Vt quid enim consolatur eos Christus, qui suam habent consolationem? Non consolatur Christi infantia garrulos, non consolantur Christi lachrymæ cachinnantes, non consolantur panni eius ambulantes in stolis, non consolantur stabulum & presepe Christi amantes primas cathedras in synagogis, non consolatur Christi nuditas diuites consolationem mundi quærentes. Caterum nec angeli illos consolantur. Vigilantibus enim pastoribus, & custodiuntibus vigilias noctis nouæ lucis consolatio. nem euangelizant, & eis saluator dicitur esse natus pauperibus, scilicet atque laborantibus, non autem vobis diuitibus, qui hic vestram consolationem habetis. Ex quibus apparet, quod in rebus temporalibus vera consolatio esse non potest. Et ideo vt hic ait glo. iustus semper timet in aliquo temporalis lætari & consolari, quia qui in omnibus hominibus scandalum vel inuenit vel timet, in nullo securus est. Et hoc est quod ait. *Renuit consolari anima mea.* scilicet in temporalibus rebus. Sed in quo sit vera consolatio iustorum, ostendit cum subdit. *Memor fui Dei & delectatus sum.* Memoria enim ac recordatio æternæ felicitatis iustos consolatur, qui in presenti mundo consolationem non quærunt. Quod ostendit Bernardus super illo verbo Eccl. 34. *Memoria mea in generatione seculorum, dicens. Quamdiu ita te cernitur presens seculum, in quo generatio aduenit & generatio præterit, non deest electis consolatio de diuina memoria.* Sed quæ generatio ex Dei recordatione capit consolationem? Illa solum quæ veraciter dicere potest. *Renuit consolari anima mea, memor fui Dei &c.* Iustum quippe est vt quos presens bona non delectant, præsto eis sit ex recordatione Dei futurorum consolatio. Et ista iustorum consolatio est tanta, quod in illa noster deficit spiritus. Propter quod subdit. *Et defecit spiritus meus.* Quis namque est spiritus hominis, nisi superbia quæ in tali penitus deficit. Sed spiritus Dei fortificatur in ipso. vt deducit Gregor. li. 7. mora. c. 3. vide supra versiculo 1257. Vel aliter iste versus potest exponi de cõtemplatiuis, quod quamuis ipsorum spiritus rapiatur ex recordatione Dei & delectetur, tamen si ad occupationem vel exercitationem terrenorum se occupent, statim spiritus à cõtemplatione; eadit, quia cõtemplatio Dei aliam occupationem se-

Contemplatio  
110 opera  
111 non p...

cum nõ admittit. Et istum sensum ponit hic psal. dicens. *Exercitatus sum & defecit spiritus meus.* Vnde hinc verum ad istud propositum exponens Gilbert. ait *Memor fui Dei & delectatus sum, & exercitatus sum, & defecit spiritus meus.* Si delectatio memoriæ Dei negotio alio se exercet, totum exhaurit spiritum prophetæ quomodo plura poterit & peregrina complecti negotia? Delicata si quidem species est amoris affectio, & tenui occasione læditur, lætitia spiritualis & amor æternorum occupationis impatiens est, suis satis habes intendere negotiis. Occasione enim accepta, amor nescit nec exercet negotium aliud. Semper quidæ scientia quadã eget auaritia. Sæper enim quæ amat, vel presente eo se oblectat, vel absentem desiderat. Vnde & ocio gaudet & quiete fouetur ad internam delectationem libera volens habere tempora. An non ipsum hoc tibi videtur sponsa innuere, cum dilectum suum ad cubiculis secretum trahit. Non dimittam inquit te donec introducam in cubiculum genitricis meæ. Nouit illa dilectum suum non posse foras possideri, nec in negotio quidem, & quod durum est amanti dimidiare cum Christo in mundo, quam durum est inquam in dilectionis vita peregrinas admittere curas, & cœlestis secretum turbis secularibus infestari. Hæc ille.

**Anticipauerunt vigilias oculi mei, turbatus sum, & non sum locutus.**

Hic ostendit iustus suam miseriam ex infestatione inimicorum. Hic enim accipit glo. oculos pro inimicis, eo quia sicut oculorum officium est vigilando præuidere ne corpus lædatur, sic per contrarium inimici semper vigilant ad lædendum. Vnde & alia litera habet hic. *Anticipauerunt vigilias inimici mei.* Quod non solum de temporalibus inimicis est intelligendum, sed multo amplius de spiritualibus. De quibus dicit apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus spiritualia nequitia, quia scilicet demones plus vigilant ad decipiendum, quam nos vigilare possumus ad custodiendum, ubique ponunt scandala, ubique ponunt mulpulas. Vnde diabolus decipiens nos, dicit illud Amos. 9. *Ponam oculos meos id est, astuta consilia mea super eos in malum, & non in bonum.* Ad istorum autem oculorum insidias ratio iusti turbatur, sed caro condelectatur. Vnde ait cõtemplatiuus. *Turbatus sum scilicet mente, & non sum locutus scilicet carne recalcitrando.* Ecce intrinsecum bellum, quia ratio & caro adinuicè pugnant, quia in eo quod ratio turbatur, caro quiescit & condelectatur. Vel hoc potest accipi de inimicis interioribus scilicet de sensibus corporalibus, qui mentem præueniunt trahendo ad illicita, si cautè nõ custodiantur. Qui sensus nomine oculorum intelliguntur, quia oculos inter omnes sensus obtinet principatum. Istos oculos cautè custodiebat Iob dicens. *Pepigi fœdus cum oculis meis, vt nec quidem cogitarem de virgine.* Quod ad propositum exponens Gregor. dicit. *Valdè namque est quod caro deorsum trahit, & semel species formæ cordi per oculos illecta vix magni luctami-*

Dullius  
lucet.

Amos.

131.  
132.  
133.  
134.

nis manu soluitur. Ne ergo quadam lubrica in cogitatione versemus, providendum nobis est quia intueri non debet, quod concupisci non licet, vt enim munda mens in cogitatione seruetur à lasciuia voluptatis suæ, deprehendendi sunt oculi quasi quidam raptores ad culpam. Neque enim Eva lignum vetitum contigisset, nisi hoc prius incautè respexisset. Hinc ergo pensandum est quanto debemus moderamine ab illicitis oculos restringere nos, qui mortaliter viuimus, si & mater viuentium per oculos venit ad mortem. Hinc etiam sub iudææ voce, quæ exteriora vidento concupiscens, bona interiora perdidit, dicit propheta. *Oculus meus deprædatus est animam meam.* Concupiscendo enim visibilia inuisibiles virtutes amisit. Quæ ergo interiorem fructum per exteriores oculos perdidit, per oculum corporis peritulum prædam cordis, &c. Sic & cõformiter pugnam interiorem quam ab oculis, scilicet sensibilibus exterioribus iusti patiuntur, insinuas nunc psalmista ait. *Anticipauerunt vigilias oculi mei.* Quod autem sequitur. *Turbatus sum, & non sum locutus.* exponitur vt supra.

Thron. 3.

**Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.**

Hic ostendit iustus suam miseriam ex dilatione æternorum, iustorum enim animus quibuscunque temporalibus hic habitis non satiatur, sed semper cogitat æterna præmia, sine quibus omne quod habet, sibi ad miseriam reputat. Vnde ait Grego. *Sandis enim viris in hac peregrinatione positis, omne quod sine visione Dei abundat, inopia est, quia cum sibi omnia electi adesse videt, gemunt quod auctorem omnium nõ vident, eisque totum hoc minus est, quia adhuc species vnus deest.* Sicque eos foris exultat gratia supernæ dispensationis, vt tamen intus sub disciplina teneat meror magistræ charitatis. per quã videlicet discunt, vt de his quæ exterius accipiunt apud semetipsos amplius humiliantur, mentem sub iugo disciplinæ teneant &c. Quia ergo iusti patriam æternam desiderant, & omne desiderium pœnam includit, hinc est quod quicumque æterna præmia considerant, ex illius affliguntur desiderio. Vnde & alibi dicit psalm. 119. *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est.* Quod ideo sic dicit, dum cogitat mala, in quibus nunc est, & bona in quibus nondum est. Consimiliter & nunc ait. *Cogitavi dies antiquos &c.* quasi horum cogitatione suam deplorans miseriam. Et nota quod secundum glo. hic accipit pro eodem dies antiquos & annos æternos, scilicet pro æterna felicitate. Dicitur enim gloria æterna aliquando dies in singulari propter vnitatem obiecti, sicut in psal. 83. *Melior est dies vna in attritis tuis super millia.* Et psal. 118. *Ordinatione tua perseverat dies.* Quandoque vero dicitur dies in plurali propter gaudiorum abundantiam, sicut Proverb. 3. *Longitudo dierum in dextera illius, & in sinistra illius, diuitia & gloria.* Similiter & hic dicitur de gloria. *Cogitavi dies antiquos.* Similiter & gloria dicitur annus quandoque in singulari. Leui. 25. *Sex annis operaberis, annus vero septimus erit requietionis, quia sex annis Deo seruire debemus opera faciendo meritoria, sed in septimo scilicet felicitatis æternæ requies dabitur.*

Grego. 20.  
mora. 1. 29.

Considera  
gloria non  
habita con-  
tristat.

Psal. 83.  
Psalm. 118.

Proverb. 3.

Annus glo-  
ria.  
Leui. 25.

Psalm. 101.

tur nobis Quandoque autem dicitur anni in plu...

1263

Et meditatus sum nocte cum cor...

Mali conf...

Grego. 22...

Hic ostendit iustus suam miseriam ex medita...

Grego. 12...

ut plus ei intueri liberat, quod sibi in se placet...

1 Corin. 11.

exercitando, scopat spiritum suum & mun...

Nunquid in aeternum proiciet Deus, aut non apponet, ut complacitior sit adhuc.

Hac est tertia pas principalis psalmista miseri...

Aut in finem misericordiam suam abscidet, a generatione in generationem.

Hic ostendit quod Dei misericordia erga peccatores durat usque in finem.

1264

Psalm. 101.

1265

1266

1267

1268

diutius toleratur nec tamen ab iniquitate com...

Aut obliuiscetur misereri Deus, aut continebit in ira sua misericordias suas.

Hic ostendit quod pietas Dei eius iram superat.

potius misericordia vincet iram. Vnde per Esaiam dicitur.

Et dixi nunc coepi, hac mutatio dexteræ excelsi.

Hic consequenter ostendit Dei pietatem ex verbi incarnatione.

Memor fui operum domini, quia me mor ero ab initio mirabilium tuorum.

Hic ostendit quod Christi incarnatio mirabilia Dei nobis ducit ad memoriam.

Esa. 57.

1267.

Christi incarnatio nos iustificat.

Psalm. 17.

Exod. 3. Mirabilia quae memoriae debentur.



Et sic de aliis. Volens contemplari Christi incarnationem, mittitur ad considerationem operum mirabilium Dei quae huius erant figura, ut visis signis figuratum firmiter credat. Et hoc est quod dicit psal. considerans Christi incarnationem *Memor fui operum Dei*: in quibus. s. figurata fuit Christi incarnatio, & sic memor ero per incarnationem verbi mirabilium tuorum, quae scilicet fecisti ab initio. Et hoc est quod dicit apostolus. Omnia in figura cōtingebāt illis. Vel aliter. Homo cōtemptratiuus non in se delectatur, sed in cōtemplatione mirabilium operū Dei. Et hunc sensum hic habet glo. dicens ne cōtemptratiuus de se tantū letari videatur, dicit *Memor ero mirabilium tuorum*, quae. s. generi humano induxit ab initio, ut puta q̄ Adam ad imaginē suam fecit, quōd Abel hostiā accepit, quōd in arca Noe in ecclesia mysteriū omnis generis animalia seruauit, quōd de Abraam, cuius immolatione filij Christi incarnationē & passionē designauit, tādē quōd ipse Deus homo fuerit factus. Hec enim sunt mirabilia quae virum cōtemplatiuum delectant. Quorū omniū in sui incarnatione memoriam in nobis reducit. Psal. 110. Memoria fecit mirabiliū tuorū. Vel aliter. Mirabilia Dei, quorum memorari debemus, sunt mirabiles modi quibus Christus incarnatus seipsum nobis exhibuit. ut nos repararet perditos ut ostendit Bernard. super illo verbo. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā: dicens. Venit enim Dei filius, & tot & tanta mirabilia in mundo operatus est, ut nō immeritō intellectum nostrum ab omnibus mundanis euacuauerit, ut semper cogitemus & nunquam cogitare sufficiamus, quia mirabilia fecit dominus. Quis enim cogitare sufficiat qualiter rerū dominus prouenerit nos, venerit ad nos, subuenerit nobis, & singularis illa maiestas voluerit mori, ut uiueremus, seruire, ut regnaremus, exulare ut repatriaremus, vs̄ que ad serui formam inclinari, ut cōstitueret nos super omnia opera sua. Et hęc ab initio fecit, quia ante saecula facere disposuit, ut meritō quilibet nostrum dicat illud Dan. 3. Signa & mirabilia fecit apud me Deus omnipotens.

1. Corin. 10.

Mirabilia Christi. 2y. im. 10.

Bernardus. 8. p. 9.

Daniel. 3.

1269.

**Et meditabor in omnibus operibus tuis, & in adiuuentionibus tuis exercebor.**

Hic ostendit quod Christi incarnatio nos inducit ad praeceptorum obseruantiam. Non enim ad salutem sufficit operum Dei meditatio, nisi etiam ad sit praeceptorum obseruatio, ad quae nos inducit Christi incarnatio. Ideo enim humilis factus est Deus, ut superbū non esse hominē doceret, sed collum suum ad Dei mandatorum obseruantiam subiiceret, & in illis exercitaretur, ut ostendit Greg. dicens. Ad hoc namque vnigenitus Dei filius formā nostrae infirmitatis suscepit. Ad hoc inuisibilis nō solum visibilis, sed etiā despectus apparuit. Ad hoc ludibria contumeliarū, irrisionum opprobria, passionum tormēta tolerauit, ut superbum nō esse hominem doceret humilis Deus. Quāta igitur est virtus humilitatis, propter quā solam uacaret adocendam, is qui sine aestimatione magnus est, vs̄ que ad passionem factus est parus & c. Sed quid est uera humilitas in nobis, nisi collum iugo diuinorū praeceptorū subde-

Incarnatio Christi nos ad humilitatem inducit. Grego. 34. mora. c. 21.

te, dicente Christo. Tollite iugū meū super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Si ergo Christi incarnatio nos ducit ad humilitatē, consequens est, quōd nos ad obseruationem etiā mandatorum Dei inducit. Et hoc est quod hic ait psal. dicens. *Meditabor in operibus tuis*. Ad obseruationem enim mandatorum primō requiritur illa mente cogitare & cognoscere, & hoc est quod praeimitur, dicens. *Et meditabor in omnibus operibus tuis*. Meditari enim idem est quōd cogitare & delectare. Opera autem Dei hic sunt mandata Dei quae nobis operanda praecepta. Et quia nō sufficit mente meditari, nisi opere perficiantur: ideo subdit. *Et in adiuuentionibus tuis exercebor*. Vbi nota quōd hic per adiuuentiones intelligit diuina praecepta. Vnde glo. *Exercebor in adiuuentionibus tuis*. i. in praeceptis tuis, quae inuenisti, & nobis seruanda mandasti, vel quibus a nobis inueneris. Vnde alia litera habet. *Et in obseruationibus tuis exercebor*, quia non satis est scripturas & mādāta Dei legere, sed fructum operū demonstrare oportet. Ideo ait. *Exercebor*. Nam arceo. ces. quod est constringere & a. mutata in. e. fit exerceo, quod est ualde constringere. Ille ergo in mandatis Dei exercetur qui in illis per opera se astringit. In mādatis tuis exercebor & considerabo uias tuas.

**Deus, in sancto via tua, quis deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.**

Hic ostendit quōd Christi incarnatio de praesenti miseria nos ducit ad patriam. Sicut enim diabolus fuit via ruinae nostrae, perquam a caelo cecidimus, sic & Christus uia est nostrae exaltationis per quam redimus ad caelū perditum, ipso dicente. Ego sum uia & c. Quid autem nomine sancti, nisi Christi intelligitur, ipso dicente angelo Mariae. Quod enim ex te nāscetur sanctum uocabitur. Vnde de Christo dicit apostolus Petrus. Cōueniunt Pilatus & Herodes aduersus sanctum puerum tuum Iesum. Quid est ergo *Deus in sancto via tua*, nisi o Deus uia redeundi ad te est in sancto. i. in Christo qui est uita uia. Vnde gl. *Deus in sancto uia tua*. id est in Christo est uia ad te redeundi. Sed tamen quia textus non dicit *Deus sanctus est uia tua*, sed *in sancto*. ideo aliter melius accipimus uia hic nō esse Christum, sed in Christo non esse sanctum, sed in sancto. Et sic per uias domini, quae sunt in Christo accipe uirtutes Christi, & exēpla quibus ducimur ad patriam. Vnde Greg. ait. *Via incarnatae sapientiae est omnis actio quam temporaliter gessit*. Via eius sunt exempla uiuendi, quae ad se uenientibus praebuit. Tot itaque ad se uenientibus uias praebuit, quot bene uiuendi exēpla monstrauit. Humilitatis eius uias propheta inspexerat, cū suspirabat dicens. In mandatis tuis exercebor: & considerabo uias tuas. Hinc rursus de vno quoque iusto dicitur. Qui curat, ut per dominicę humilitatis exēpla gradatur ad Deū, a domino gressus hominis dirigetur, & uiam eius uolet. Sed quia superbi humilitatis dominicę facta cōtemnunt, de ipsis recte dicitur. *Vias eius intelligere noluerunt*. Vis ista uisione despecta sunt, sed intellectu reuerenda. Aliud est quippe quod in eis cerceitur, aliud quod expectatur. Quid. n. in hac uia aliud quā delectationem

Math. 23.

Meditatio.

Adiuuentiones.

Exerceo.

1370.

Ioan. 14.

Actuum.

Via dicitur Christus. Gl. 13. Via Dei est in Christo.

Grego. 15. mora. c. 16.

Psalm. 118.

1371.

1372.

puta

puta ludibria, mortēque intuentium oculis ostendit. Sed per hęc infirma trāsitur ad summa & gloriosa pollicentur & c. Et quia ista infirmitas exempla in Christo fuerunt, non immeritō ait psal. *Deus in sancto uia tua*. Et quia ualde mirabile nobis uideatur per infirma ascendere ad summa, per opprobria ad gloriā: ideo subdit. *Quis magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia*. q. d. secundū gl. quis in diis gētiū magnus sicut Deus. noster. q. d. nullus: quia tu Deus proprie nō alius tu solus facis mirabilia tam in corpore quam in anima. Nam in corpore sanati sunt sardi, cæci, languidi, paralytici, & mortui resuscitati. In anima uero quia sobrii sunt qui paulō ante erant ebrios, fideles adoratores simulacrorum, humiles qui superbi, pauperes auari, & casti qui erāt luxuriosi. Hic potes notare quōd quadruplex uia fuit in Christo, quam imitari debemus figurata per quadruplicem uiam de qua dicitur prouerb. 30. Tria sunt mihi difficilia, & quartum penitus ignoro. Via aquilae in caelo: uia colubri supra terram, uia nauis in medio mari: in adolescentia sua uia uiri. De quibus in postil. super Ioan.

**Notam fecisti in populis uirtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph.**

Hęc est quarta pars principalis, in qua manifestat nostrę redemptionis potestatem. Vbi notāter ex multis hic psal. uult ostendere Christi potestatem in operā nostrae redemptionis, secundū quae pars ista habet septem partes, quoniam ostendit Christi potestatem, primō ex peccatorum redemptione. Secundō ex populorum conuersione, ibi. *Viderunt te*. Tertio ex apostolorum predicatione, ibi. *Multitudo*. Quarto ex animorum penetratōne, ibi. *Et enim sagitta*. Quinto ex miraculorū operatione, ibi. *Illuxerunt*. Sexto ex penitentiae cōmēdatione, ibi. *In mari*. Septimō ex ecclesiae gubernatione, ibi. *Deduxisti*. Quantum ad primum ostēdens Christi potestatem ex redemptione peccatorum ait. *Notam fecisti*. & c. Vbi notandum q̄ per uirtutem Dei hic intelligitur Christus uel uerū incarnatū per quod Deus omnia fecit. Ad Heb. 1. Qui est portans omnia in uerbo uirtutis suae. Quid est ergo *notā fecisti in populis uirtutem tuam*. nisi notum fecisti populis Christi incarnatum in populis, quia tam fidelibus quam infidelibus, licet diuersimodē. Vnde hic glo. *Notam fecisti uirtutem tuam*. i. Christū, quando eum misisti in mundum. *Notam dico in populis tam infidelibus quā fidelibus*: sed infidelibus sic notum fecisti ut cognoscant Christum tuū tantū corpore, fidelibus uero ut cognoscant eum etiā diuinitate. Sed quid ex incarnatione sequatur adiungit dicens. *Redemisti in brachio tuo populum tuum*. Per brachiū enim Dei intelligitur Christus: uide uersic. 713. Quod ideo dicit, quia per Christum facta est redemptio nostra. uers. 33. 377. 431. 521. 662. 794. 803. 805. Et aduerte quōd non solum redemit unum populum iudaeorum, sed etiam gentiliū, quod notatur cum subditur. *Redemisti populum tuum filios Iacob & Ioseph*, quoniam secundum glo. per filios Iacob intellige iudaeos credentes, sed per Ioseph gentileū populū, Ioseph enim peruenit ad gentes Incog. Tom. j.

& interpretatur augmentū. Ideo bene significat gentes, ex quibus augmentatus est populus Dei. Vel per Ioseph intelligitur Christus, quia sicut Ioseph uenditus a fratribus prius humiliatus est, deinde exaltatus cum in aegypto regnaret: ita & Christus a iudeis uenditus transit ad gentes in quibus regnauit, a quibus tamē prius fuit humiliatus in persecutionibus martyriū. Filij ergo Ioseph sunt illi, quos elegit in gētib. Est ergo sensus. *Redemisti in brachio tuo*. i. Christo filios Iacob i. populum iudaeorū, & filios Ioseph i. Christi filios ex gentibus electos. Et quantum ad istam redēptionem notandum quōd seruitus humani generis, duplex erat. s. seruitus peccati grauissima, & seruitus mortis certissima. A prima uero redemit Christus precii redēptionis exoluendo, quāuis enim ante Christum multi essent iusti, non tamen erāt uerē liberi, donec ille pro ipsius precii solueret qui ait. Si uos filij liberauerit, uerē liberi eritis. Ioan. 8. Et in hoc concordat lex humana, quae uult q̄ liber captus ab hostibus ex cōuentione redēptionis, tūc demum cū precii soluerit, statum pristinum recipiat: nā ante ferē per omnia quasi seruus est. Cum igitur homo primō liber fuerit, & postea peccato suo fuerit captus ab hostibus, nō poterat liber esse, imō in multis seruire cogebatur, donec redemptionis precium fuisset solutū per Christum, quod nullus alius prater Christū soluere poterat. Apoc. 5. Redemisti nos Deo in sanguine tuo. Quantum uero ad seruitutem. s. mortis nos liberauit, siue sua morte redemit, quoniam ut ipse ait Mat. 28. Filius hominis uenit saluare quod perierat, & dare animam suā in redemptionē pro multis. Vnde Ambro. super psal. 36. Mors Christi uita est: Christi uulnus uita est, sanguis Christi uita est, sepultura Christi uita est, Christi resurrectio uita est uniuersorum: unde ad Gala. 3. Christus nos redemit de maledictō legis. quod. s. erat mors.

**Viderunt te aquae Deus, uiderunt te aquae, & timuerunt, & turbati sunt abyssi.**

Hic ostendit Christi potentiam ex cōuersione populorum. Vbi notandum quōd hic aquarū nomine populi designantur, unde apostolus Ioan. Apoc. 17. Aquae multae populi multi. Cōsimiliter aquas pro populis accipit scriptura. Iob. 26. d. Gigantes gemunt sub aquis. Quod exponit Greg. dicens. Gigantiū nomine potestates huius seculi designantur. In aquis uero populi designantur, Ioāne attestante qui ait. Aquae sunt populi. Bene autem contra superbientes dicitur. Gigantes gemunt sub aquis, quia elati omnes dum in hac uita assequi honoris celsitudinem cupiunt, sub ponderibus populorum gemunt. Nam quanto quisque hic altius erigitur, tanto curis grauioribus honoratur, eisq̄, ipsis populis mēre & cogitatione supponitur, quibus superponitur dignitatē. Et bene istis uerbis & breuiter indicatur, quia omnis superbia eo ipso in imo iacet, quo in alta se erigit, ut inde magis cunctis supposita sit, unde cunctis appetit superesse & c. Et aduerte, quōd hic duplicat hoc, *Viderunt te aquae Deus*. Per hoc monēs duos populos. s. iudaicum & gentilem: quia ambo populi uiderunt Christum in carne qui uerus erat Deus: etiā quia uidentes Christi humanitatē

Ioseph significat Christum.

Ioan. 8.

Apoc. 5.

Matth. 18.

Ambrosius

Ad Gal. 3.

1272.

Apoc. 17. aqua significat populos. Greg. 17. mo. cap. 11.

Superbia deprimis.

viderunt ipsum Deum per fidem, quia ex utroque populo aliqui ad Christi fidem peruenierunt. Et hoc est quod ait. *Viderunt te aqua Deus*. i. populus iudeorum. Et iterum subdit. *Viderunt te aqua*. i. populus gentium. Quid autem ex tali visione sit consecutum subdit. *Et turbati sunt abyssi*. Quid enim abyssi nomine, nisi profunditas peccati designatur? Nam abyssus dicitur aquarum profunditas, qua facilliter submerguntur intrantes. Et quid facilius submergit hominem, quam culpa? Exo. 15. Abyssus operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. Per abyssum ergo accipe peccatores in abyssu peccatorum submersos: de quibus nunc ait Et turbati sunt abyssi turbatione, scilicet contritionis & poenitentiae: quia ad Christi praesentiam vel ad apostolorum praedicationem tam iudei quam gentiles timuerunt, & de suis peccatis poenitendo turbati fuerunt. De iudeis namque dicitur quod ad praedicationem Petri compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos apostolos. Quid faciemus fratres &c. De gentibus vero dicitur. Conturbati sunt omnes qui videbant eos, & timuit omnis homo. Conturbatio namque significat poenitentiam. vide sup. ver. 1007.

**1273. Multitudo sonitus aquarum, vocē dederunt nubes.**

Hic ostendit potestatem Christi ex praedicatione apostolorum. Maximum enim potestatis signum fuit, quod duodecim viri ignobiles idiotae & pauperes totum mundum in fide Christi permutarunt: quod Deus fecit ad ostensionem suae potestatis. Quod admiras apostolus ait. Videte vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quae stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & quae infirma sunt, ut confundat fortia &c. q. d. apostolus. Considerate potestatem Dei, & videte per quos, vocati estis, quia insipientes & infirmi vos vocauerunt. Et istos tales praedicatorum hic ponit psal. dicens. *Vocem dederunt nubes*. Per nubes significantur apostoli & praedicatorum, ut dictum est supra ver. 556. Vnde hic ait glo. Nubes enim apostoli & praedicatorum verbi Dei dederunt vocem in omnibus gentibus Christum praedicando. De quibus nubibus dominus per prophetam ait. *Esaiam*. Mandabo nubibus, ne pluant super eam, umbrae. s. ne praedicet in iudaea, quando. s. de iudaea fuerit expulsus ut ad gentes se conuerterent. Sed quid ex istorum praedicatione est consecutum ostendit cum dicit. *Multitudo sonitus aquarum*. i. multitudo populorum ad Christum est conuersa. Quae multitudo conuersorum erat sicut sonitus aquarum: quia conuersi resonabant in confessione peccatorum, in gemitu culpae, in laudibus Dei, in actionibus gratiarum, quasi in mare confragosum hodie in ecclesia sonant diuersa vota populorum. Vnde ergo in ecclesia tanta multitudo quae est ut sonitus aquarum: tanta conturbatio abyssorum, nisi quia nubes vocem praedicationis dederunt. Dicit ergo *Multitudo sonitus aquarum*. Vbi notandum quod fidelium multitudo in se tria debet habere, s. charitatis conexione. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Confessionis claritate. Eccl. 24. in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Rom. 6. Sanctitatis imitationem. Ioan. 6. Sequebatur eum

multitudo. *sonitus aquarum*. i. multitudo populorum ad Christum est conuersa. Quae multitudo conuersorum erat sicut sonitus aquarum: quia conuersi resonabant in confessione peccatorum, in gemitu culpae, in laudibus Dei, in actionibus gratiarum, quasi in mare confragosum hodie in ecclesia sonant diuersa vota populorum. Vnde ergo in ecclesia tanta multitudo quae est ut sonitus aquarum: tanta conturbatio abyssorum, nisi quia nubes vocem praedicationis dederunt. Dicit ergo *Multitudo sonitus aquarum*. Vbi notandum quod fidelium multitudo in se tria debet habere, s. charitatis conexione. Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Confessionis claritate. Eccl. 24. in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur. Rom. 6. Sanctitatis imitationem. Ioan. 6. Sequebatur eum

multitudo magna: quia videbant signa quae faciebant. Primum est respectu cordis, secundum respectu oris, Tertium respectu operis. Sic contra multitudinem tria dissolunt: scilicet diuisio discordiae contra primum, Act. 14. Diuisa est multitudo ciuitatis. Detractio blasphemiae contra secundum. Num. 19. Viquequo multitudo pessima murratur &c. Perpetrario malitiae contra tertium. Phil. 3. Multi ambulat quos saepe dicebam vobis inimicos crucis Christi &c.

**Etenim sagittae tuae transeunt, vox tonitruui tui in rota.**

Hic ostendit potestatem Christi ex animorum penetratione. Quid enim sagittarum nomine nisi verba praedicationis accipimus, quae mentem audientis charitate vulnerant? De quibus dicitur psalm. 63. *Sagittae paruulorum factae sunt plagae eorum*. quod de sagittis intelligitur praedicationem, ostendit Grego. dicens. Quid enim sagittas &c. vide supra, versiculo. 1006. De istis ergo sagittis hic dicitur. *Etenim sagittae tuae transeunt*. alia litera habet transierunt: vbi glof. Sagittae tuae o Deus. id est voces nubium transeunt, vel transierunt usque ad cor: non in auribus remanserunt, sed corda transfixerunt. Verbum enim scripturae & praedicationis aliquando dicitur pluuia quae descendit a nubibus, quia corda rigat auditorum. Aliquando dicitur sagitta quae emittitur ab arcu: quia cor auditorum vulnerat & percutit. Et in hoc ostenditur Dei potentia qui solus cor hominis penetrare & docere potest. Homo enim aures exteriores sua voce pulsatur: sed solus Deus docet cor intus: vide supra ver. 1155. Vel per istas sagittas aliqui intelligunt ipsos apostolos & euangelistas, qui transierunt de gente in gentem praedicando, & aliquos vulnerantes ad mortem. scilicet obstrictos & infideles, & aliquos ad vitam. scilicet illos quos conuerterunt ad fidem, de quibus vide supra. ver. 215 Sequitur. *Vox tonitruui tui in rota*. Vbi notandum quod tonitruum generatur ex vapore calido & sicco in nube superius compresso. Qui vapor cum virtute sui caloris nubem frangit, violenter nubes reuoluitur, & sic sonus fractionis eius quasi rotatus & reuolutus longe lateque auditur. Vnde & vox tonitruui est ad modum sonitus quam facit currus hinc inde rotatus. Ex quibus omnibus sequitur, quod vox tonitruui non fit in occulto, sed palam longe lateque diffunditur. Et huic sono psal. comparat vocem nubium. i. apostolorum, quae per orbem rotata vbique intonuit, dicens. *Vox tonitruui tui in rota*. vbi glo. Vox nubium. i. apostolorum non in occulto facta est: sed fuit vox tonitruui. i. aperta, & fuit in rota totius mundi. Rota enim orbis dicitur quia ad modum rotae rotundus. *Est ergo vox tonitruui tui in rota*. i. praedicatione apostolorum tuorum per rotam totius orbis est diffusa: quia in omnem terram exiit sonus eorum &c. psal. 18. Vnde de isto tonitruo praedicationis dicitur. Job. 38. *Quis dedit viam sonantis tonitruui? Quod ideo dicit: quia viam penetrandi corda auditorum verbis praedicationis solus Deus facit. Vnde praedicta verba exponens Greg. ait. Quid enim per tonitruum nisi praedicatione superni terroris accipitur, quae terroredum humana corda percipiunt, quantuntur, per quod tonitruum superiorem iudiciorum terror audientium*

tonitruum. *Est ergo vox tonitruui tui in rota*. i. praedicatione apostolorum tuorum per rotam totius orbis est diffusa: quia in omnem terram exiit sonus eorum &c. psal. 18. Vnde de isto tonitruo praedicationis dicitur. Job. 38. *Quis dedit viam sonantis tonitruui? Quod ideo dicit: quia viam penetrandi corda auditorum verbis praedicationis solus Deus facit. Vnde praedicta verba exponens Greg. ait. Quid enim per tonitruum nisi praedicatione superni terroris accipitur, quae terroredum humana corda percipiunt, quantuntur, per quod tonitruum superiorem iudiciorum terror audientium*

Sed quia quilibet praedicator verba auribus dare potest, corda vero aperire non potest, & nisi per internam gratiam solum omnipotens praedicatorum verbis ad corda audientium aditum inuicibiliter praestet, incassum praedicatorum aure audientis percipitur, quae peruenit ad intima: surdo corde perhibetur. Ideo se dominus viam tonantis tonitruui dare asserit, qui cum verba praedicationis tribuit, per terrorem verborum corda compungit, &c. Et de ista praedicatorum voce nunc ait psalm. *Vox tonitruui tui in rota*.

**Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae, comota est, & contremuit terra.**

Hic ostendit Christi potentiam ex miraculorum operatione. Vbi aduertendum quod secundum grammaticos coruscare id est quod resplendere vibrare, vel iaculari fulgore. vnde coruscatio id est quod splendor vel coruscandi actio. Quid igitur in proposito significat coruscatio, nisi miraculorum operationem, quibus Christus mundo resplenduit, dum caecos illuminauit, claudos erexit, mortuos solo verbo suscitauit, consumilia quae & maiora per suas nubes, id est, apostolos per mundum fecit? Ex quibus per totum orbem terrarum sonus illuxit. Quod prauidens psal. nunc ait. *Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae*. accipies praeritum pro futuro. id est, miracula per te Christe & per tuos apostolos facta toto orbi resplenduerunt. Quae miracula gentes videntes commouebantur admiratione, & per hoc conuertebantur ad fidem & de peccatis conterebantur. Et hoc est quod subdit. *Comota est & contremuit terra*. comota quia & ad statum gratiae conuersa. Et de hac comotione dicitur psal. 59. *Comouisti terram & conturbasti eam*. vide supra ver. 959. Vel aliter. *Comota est & contremuit terra*. hoc de iudeis intelligitur, qui quia Christum miraculis coruscantem recipere noluerunt de terra sua comoti per totum mundum trepidi vagantur. De quibus dicitur Job 9. *Comouit terra de loco suo, & columinae eius concutietur*. Vbi per terram iudeos intellige, qui soli terrena spectabant, sed per columnas ipsorum pontifices, pastores, & doctores, qui propter infidelitatem suam a propria patria expulsi & comoti fuerunt. Quod ostendit Grego. dicens. De loco quippe suo terra comota est, cum plebs israelitica de iudea finibus est euulsa, quae nimirum colla gentibus subdidit, quia subdi suo auctori recusauit. Quae, scilicet, terra columnas habuit, quia in sacerdotes principes & legis doctores atque Phariseos ruitura eius pertinax structura surrexerit. In ipsis namque literarum aedificium tenuit & tranquillitatis suo tempore sacrificiorum carnalium quasi superimposita fabrica onera portauit. Sed translatis montibus columna concussa sunt: quia subductis a iudea apostolis, nec ipsi viuere in illa permessi sunt, qui ab illa vitae praedicatorum expulerunt. Dignum quippe erat, ut terrenam patriam subacti perderet, cuius amore nequaquam sunt veriti caelestis patriae milites impugnare. Sed expulsi sanctis doctoribus iudea funditus corrui: & iusto iudicatis examine commota fuit. Quod nunc prauidens psal. dicit. *Comota est & contremuit terra*. Sic igitur videtur coruscationibus miraculorum, gentes ad poenitentiam uenerunt iudei increduli de propria terra

Incog. Tom. j.

fuerunt expulsi. psal. 45. *Conturbatae sunt gentes, scilicet per poenitentiam & inclinatae sunt regna, scilicet sub iugo fidei. Dedit vocem suam, scilicet Christus praedicatorum, & coruscando miraculis, & tunc commota est terra: scilicet iudea de terra sua expulsa.*

**In mari viae tuae, & semitae tuae in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur.**

Hic ostendit Christi potentiam ex poenitentiae commendatione. Vbi notandum quod per mare ipsa poenitentia amara designatur, ut patet super praesertim. 1028. Via Dei dicitur non solum humilitas, per quam venit ad nos, sed etiam charitas per quam pergitur ad eum. de qua ait apostolus. Adhuc excellentiorem viam demonstro vobis. Dicit ergo. *In mari scilicet poenitentiae via tua*: quia non est charitas nisi in poenitente. Semita autem quae actior est via significat consilia, quae arctiora sunt praecipis & multis laboribus plena. De quibus dicit. *Et semitae tuae in aquis multis*, id est, tribulationibus & pressuris. Vestigium autem dicitur quod ducit in cognitionem alicuius per formam impressum, sicut forma pedis relicta in pulvere docet hominem inde transisse. Et sic per vestigia Christi accipere eius doctrinam & miracula quae demonstrabant ipsum esse Deum, quae tamen iudei noluerunt aduertere. De quibus nunc dicit. *Et vestigia tua non cognoscentur*. scilicet a iudeis. Vnde hic glo. *Et vestigia tua non cognoscentur*. scilicet doctrina tua & miracula non cognoscentur a iudeis. Hic, n. tanquam aliquos iudeos qui dicunt: Nondum venit Christus. Vnde hic est increpatio iudeorum, quia si dicat, licet Christus palam uenerit, & se miraculis palam ostenderit, tamen non est cognitus a iudeis infidelibus. Vel aliter. Per mare intellige corda superborum: quae tamen Christus pedibus calcavit, cum ipsos per fidem sibi subiecit. Sed quia hoc inuisibiliter facit: ideo in hoc eius vestigia non cognosci dicuntur a nobis. Et ad istum intellectum istum versum exponit Gilbertus dicens. *In mari via tua*. Ambulat Iesus super undas maris carnalibus pedibus, cui necdum carne uestito psal. cecidit: dicens. *In mari via tua*. quod est, concussas corda tumentium superborum, & fluxa desideria carnalium comprimis, quia iustificas impios & superbos humilias, quod tamen quia inuisibiliter fit carnalis non sentit a quo fit propter quod subdit. *Et vestigia tua non cognoscentur*.

**Deduxisti sicut oues populum tuum in manu Moysi & Aarum.**

Hic ostendit Christi potestate ex ecclesiae gubernatione. Vtitur enim hic quadam similitudine: quia si Deus eduxit filios Israel de Aegypto potente per manum Moysi & Aaron, quae educitio erat figura educationis ecclesiae de gentibus & infidelibus, nulli debet esse dubium, quod ipsam ecclesiam sic iam deductam potenter conseruat & gubernat. Vbi notandum quod per istos duos per quos deduxit populum de Aegypto, scilicet Moysen & Aaron, vult ostendere psal. per quos Deus eduxit ecclesiam de gentilibus & quo ipsam conseruauit

Abyssus peccati.

Exod. 15.

Actuum. 2.

Psalm. 63.

Nobis bene.

1. Corint. 1.

Nubes apostoli.

multitudo.

Act. 4.

Eccl. 24.

Rom. 6.

1274

Sagittae paruulorum.

Grego. dicens.

tonitruum.

Glof.

Psalm. 18.

Grego. dicens.

B

1. Cor. 12.

Semita consilia.

Vestigia Christi.

C

D

E

do gubernat. Primum significat Moyses, & Aaron secundum. Primum ergo pro Moyse deducit ecclesiam de gentibus. Moyses nanque interpretatur assumptus de aqua, & significat sacramentum baptismi, quo de Aegypto peccatorum eduximur. Hic etiam inter cetera signa, in mari viam fecit Hebraeis, significans per baptismum fidelium populum ad terram promissionis reduci. Et sic quia Moyses figura erat baptismi, ideo dicit Apostolus. Omnes in Moyse baptisati sunt. Per Aaron vero intelligitur ipse Christus qui sua virtute gubernat ecclesiam. Vnde nota quod Aaron multipliciter Christum significat, scilicet ratione primò mediationis. Sicut enim Christus est mediator Dei & hominum (ad Hebraeos 11.) sic Aaron charitate nimia mediator fuit inter peccatores & iustos se in medio ponens, ne ultio peccatoribus debita transiret ad iustos: nam cum plaga Dei saeuiret in populum, & iam nonnulli mortui essent (vt habetur Numer. 16.) Aaron currit ad medium multitudinis, quam iam vastarat incedium, & obtulit thymiamam, & stans inter mortuos & viuentes, pro populo deprecatus est, & plagas cessauit. Vnde hoc de Aaron notat Isidorus de obitu sanctorum patrum dicit. Aaron frater Moysi, & insignis miraculorum socius, ac in lege domini primus sacerdos, cuius virga forte electa frondens germine floruit, qui thuribulum in dextera gestans furenti se flammæ opposuit, atque stans inter viuos & mortuos nostrum mediatorem figurans obiectu sui corporis ignem transire ad aggerem viuentium non permisit. hic per hostiam victimarum & sacrificium sanguinis, futuram Christi passionem expressit, &c. Et ideo quod Aaron ratione mediationis figuram gesserit Christi ostendit dominus Moyse dicens. Aaron regnum tuum erit propheta tuus ad populum, & os tuum, &c. Secundò Aaron Christum figurat ratione defensionis, quia sicut Christus in omni nostra tribulatione defensor noster est & protector. (2. Cor. 1.) sic & Aaron figurat protector erat populi Dei. Vnde Moyses dum ascenderet in montem ad Deum ipsum Aaron dimisit defensorem populi, dicente populo. Habetis Aaron & Vr vobiscum, si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Quæ verba ad propositum exponens Gualf. ait. Aaron qui mons fortitudinis interpretatur est Christus. Vr autem qui & ignis dicitur, Spiritus sanctus est, quorum custodiae populus commendatur apte, & si qua quæstio, id est aduersitas nos aut pulset tentatio, ad eorum suffragium recurramus contra dubium. Quia si persistimus per Aaron fortitudinis montem, id est per Christum nostra infirmitas roboratur, & per Vr qui gratiam spiritus sancti figurat, ignorantia nostra perlustratur. Vnde bene contra hæc duo in remediū habemus auxilium filij & spiritus sancti, vnde dicamus, Dominus illuminatio mea & salus mea, contra infirmitatem & ignorantiam. Sic igitur Aaron figurat Christi potentiam, per quam nos in aduersis fortificat. Et in figuram huius pectusculi hostiæ in quo animalis fortitudo consistit dabatur ipsi Aaron. Leui. 7. Pectusculum victimæ erit Aaron. Tertiò Aaron significat Christum ratione desponsationis. Aaron enim erat de tribu Leui sacerdotali, & accepit uxorem de tribu Iudæ regali, in se copulans dignitatem sacerdotalem & regalem, & sic significat Christum qui verus rex fuit atque sacerdos.

Moyse signi- ficat bapti- smum.

1 Cor. 10. Aaron signi- ficat Christi- smum.

Heb. 11.

Nume. 16.

Isidorus.

Exod. 7.

2. Cor. 1.

Exod. 14.

Gualf. Aaron signi- ficat for- titudinem.

Le. 11. 7.

Aaron fuit rex & sacer- dos.

vnde de ipso dicitur Exo. 6. Accepit Aaron uxore Helisabeth filiam Aminadab sorore Naafon. Certum est autem quod ipse Aminadab princeps fuit in tribu Iuda, vt habetur Matth. 21. Vnde prædicta ibi exponens glo. ait. Hæc Helisabeth de tribu Iuda fuit soror Naafon, qui fuit princeps tribus Iudæ in deserto. Nondum enim præceptum erat, vt quisque de tribu sua duxeret uxorem. Ideo autem hæc tribus, scilicet Leuitica & regalis iam tunc in personam Aaron coniungebantur, vt in ipso Christo intelligeretur rex & sacerdos figuratus ab illis. Vnde istas duas dignitates in ipso Aaron coniunctas ostendit sapiens dicens. Excelsum fecit Aaron deus, dicit illi sacerdotium gentis suæ. Hic vide dignitatem sacerdotalem: & coronauit illum. Hic vide dignitatem regalem. Si vis de Aaron ulterius procedere, vide in dictionario. Ad propositum ergo volens ostendere psal. quod ecclesia per baptismum generatur, sed per Christum conseruatur, dicit. *Deduxisti sicut oues populum tuum, in manu Moysi.* vide Baptismum, & Aaron, hic vide Christum.

PSAL. LXXVII.

**A**ttendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Titulus huius psalmi est, *Intellectus Asaph.* vel secundum alios, *Eruditio Asaph.* quod idem est. Et idem titulus habetur per omnia psal. 73. ideo expositionem vide ibi. Ex titulo patet auctor psal. qui fuit Asaph, sed non apparet materia. Sciendum est ergo quod intentio Asaph in isto Psalmo fuit probare ex scripturis antiquis, quod regnum populi Israel de iure debebatur tribui Iudæ & non alteri. Per hoc volens inducere quod Dauid iuridicè regnum tenebat, quod alij usurpantes non fecerunt, sicut fuit Saul qui erat de tribu Benjamin & Ieroboam, qui inuasit regnum Israel & sui successores, qui fuit de tribu Ephraim qui accepit regnum Israel tyrannicè de manu Roboam filij Salomonis, vt habetur 3. Reg. 11. Sed quia Saul non habuit in regno successorem de tribu sua, Ieroboam autem habuit continuè successores vsque ad captiuitatem Babylonis quoad regnum Israel. Sola enim tribus iuda secuta est successores Dauid. Et ideo iste psal. hic specialiter agit contra tribum Ephraim. Veruntamen quia omnia veteris legis in figura noue legis erant (vt ait apostolus 1. Cor. 10.) ideo per omnia ista vult psal. declarare mysteria noue legis. In hoc enim psal. declarat beneficia iudeis à Deo collata, & penas malorum, per hoc volens ostendere beneficia Dei in noua lege data fidelibus, & penas infidelibus. Vnde illa quæ de illis hic historialiter referuntur, illa nobis spiritualiter sunt intelligenda. Et hoc satis notat titulus, dicens. *Intellectus Asaph.* quia scilicet in isto psalmo Asaph mouet intellectum auditoris, vt illa quæ hic historialiter dicuntur, intelligat spiritualiter, quia illa quæ tunc figuratè Iudæis contigerunt modo realiter in nobis fiunt. Est ergo intentio prophetæ, vt per acta in veteri populo iudeorum doceat populum nouum, ne ingrati sint de beneficiis Dei, & contra se eius prouocent iram. In simul ergo legendo litteram psal. dicam propheticum sensum. Psalmus ergo

ergo iste diuidendus secundum intentionem litteræ, & in qualibet parte littera deducatur secundum spiritum. Diuiditur ergo in tres partes, quia psal. primo præmittit quandam præfationem. Secundo ponit suam narrationem, ibi. *Quænta audivimus.* Tertiò infert intentam conclusionem, ibi. *Et repulit tabernaculum Ioseph.* Quam ad præfationem duo facit: quia primo auditores ad attentionem prouocat. Secundò causam prouocationis explicat, ibi. *Aperiam in parabolis.* Quantum verò ad primū horrat auditores, vt dicendis sint attentī, dicens. *Attendite popule meus legem meam.* Loquitur hic in persona Dei: quia os Dei erat hic Asaph, quia spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. 1. Pet. 1. Propter quod & Christus dicit. Non enim vos estis, qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Dicit ergo in persona Dei. *Attendite, &c.* quasi dicat populo iudæo quo ad litteram. Vos qui mihi estis populus peculiaris relictus, debetis esse attentī ad audiendum legem Dei, quæ hic in multa manifestatur. *Inclinate ergo aurem vestram.* Docibilis enim discipuli est, humiliter autem inclinare ad percipiendam verba magistri. Notandum autem quod in scriptura multiplex attendere reperitur. scilicet prohibitionis, impositionis, consiliationis, prælationis, contemptationis, & eruditionis. Primò est attendere prohibitionis, quo prohibetur crimina. Vnde in scriptura per hoc verbum attendere multa prohibentur crimina. Primò prohibet peccatū elationis & vanæ gloriæ. Matt. 6. Attendite ne iustitiam faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Vbi Chrysostomus. Cor nostrum attendere debemus. Inmissibilis est enim serpens quem observare iubemur, & latenter ingreditur & seducit. Vbi enim res gloriosa agitur, ibi facilius locū inuenit gloriationis occasio. Ideo hæc prohibet dominus dicens. Attendite ne iustitiā vestrā faciatis corā hominibus, &c. Secundò prohibet cupiditatem auaritiæ. Eccl. 5. Noli attendere ad passiones iniquas, nihil enim proderunt in tempore vindictæ. Tertiò prohibet voluntatē luxuriæ. Prouerb. 7. Fili attende verbis oris mei, ne obstruatur in vis eius, scilicet meretricis mens tua, multos enim vulneratos deiecit, fortissimi qui que interfecit sunt ab ea. Quartò prohibet gulositatem castrimeritiæ. Luc. 21. Attendite vobis, ne gaueatur corda vestra crapula & ebrietate, & curis huius sæculi, & superueniat in vos repentina dies illa. Quod exponens Basilus ait. Dicit autē attendite, vt scilicet discernere possitis à salubri nociuū. Sed quoniam dupliciter contingit attendere, hinc quidē corporeis oculis, illinc verò per intellectuam virtutem, & oculus corporis virtutē non attingit. Restat ergo dictū de oculis intellectu. Attendite, hoc est vndiq; circumspecte, vos peruigil habentes ad vestram custodiam animæ lumen. Et ideo dicitur Prouer. 23. Quādo sedes, vt comedas cū principibus diligenter attende, quæ posita sunt ante faciē tuā, & stante oculū in gutture tuo. Quintò prohibet falcitatem eloquentiæ. Eccl. 34. Vana spes mēdaciū, quasi qui apprehēdit vmbra & persequitur ventū, sic qui attendit ad vā mendacia. Sextò prohibet scandalum faternæ iniuriæ. Luc. 17. Væ homini per quē scandalum venit. Sequitur. *Attendite vobis.* Secundò principaliter est vnum attendere impositionis. quod est, scilicet affirmatiuè præceptū, vnde Eccl. 32. dicitur. Qui credit Deo attendit mandatis eius. Et

1. Pet. 1.

Matth. 10.

Attendere multiplex.

Matth. 6.

Chrysostomus.

Eccl. 5.

Prouer. 7.

Luc. 21.

Basilus.

Prouer. 23.

Eccl. 34.

Luc. 17.

Eccl. 32.

Eccl. 35. Sacrificium salutare, attendere mandatis domini. Si enim mandatis domini intenderemus illa obseruando, pax abundaret in nobis. Esa. 48. Vtinam attendisses mandata mea, & facta fuisset sicut flumen pax tua. Sed quia non attendimus mandatis Dei, ideo nobis dicitur. Hæc dicit dominus, iudicium verum iudicate, misericordiam facite. Sequitur. Et noluerūt attendere, sed auerterunt scapulam recedentes. Tertiò principaliter est vnum attendere consiliatiū, scilicet ne decipiamur. sic enim consiliauit dominus, dicens. Attēdite à falsis prophetis, qui veniūt ad vos in vestimētis, &c. Vnde de isto attendere cōsiliationis ibi dicit. Chrysostomus, quia enim falsi prophetae erant futuri nō manifesti sed absconditi, ideo consulens non dicit aspiciat, sed abscondite. Vbi enim res certa est, aspiciatur id est simpliciter videtur. Vbi autem incerta attenditur, id est cautè consideratur. Sic etiā consulit sapiens attendere à pestifera societate. Eccl. 11. Attēdite tibi à pestifero, fabricat enim mala, &c. Quartò principaliter est vnum attendere prælationis, scilicet quod importat gubernationem subditorum. Act. 20. Attendite vobis & vniuerso gregi vestro, quos spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quæ acquisit sanguine suo. Sed quid hodie de prælati attendere debemus, audi consilium Gamalielis dicentis. Attendite vobis super hominibus istis, quid acturi estis. Sequitur. Et nunc itaq; dico vobis, sinite illos, quoniam si ex hominibus est consiliū, hoc dissoluatur, si autē ex Deo est, non poteritis dissoluere illud. Quæ autē verba hodiè maximè tempore schismatis sunt notanda. Quintò principaliter est vnum attendere contemplationis, scilicet passionis Christi, ipso dicente, O vos omnes qui transitis per viā attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Sed quia tanquam ingrati eius passionē nolimus attendere, ideo ipse de nobis patri cōqueritur, dicens. Attendite domine ad me & audi voces aduersariorum meorum, nūquid reddatur pro bono malum? Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationē tuam ab eis. Non ergo sic, sed vt nobis consulatur. Esa. 51. Attendite ad me, qui quæritis dominum, attendite ad petram, vnde excisi estis. Petra autē erat Christus. 1. Cor. 10. Sextò principaliter est vnum attendere eruditionis, quo magister atretos admonet esse auditores, sicut hic facit psal dicens. *Attendite popule meus legem meam.* id est veritatem rei quæ in scripturis signis regitur. Et subdit qualiter debemus attendere, dicens. *Inclinate aurem vestram, &c.* id est per humilitatem inclinate aurem, non quidem corporis, sed fortius cordis, & sic bene attendetis. Tumor namque insula repellit. Vnde præceptum fuit in lege altare domini concauum fieri & quadrangulum, vt mens nostra quatuor munita virtutibus per humilitatem sit concaua ad receptaculū diuini verbi. Si enim sic sacram scripturam humiliter attenderimus, ibi mirabilia multa reperiemus. Primò abscondita Dei iudicia scilicet quod malis prospera adueniūt & bonis aduersa. Job 21. Attendite ad me & obstupescite: quare ergo impii viuunt subleuati sunt confortati diuitiis, &c. Secundò quia quandoque ante ortū sanctificatur anima. Esa. 49. Audite insula, attendite populi de longe, dominus ab vtro vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nōminis mei. Tertiò quod penitenti omnia dimittuntur

Eccl. 35.

Esa. 48.

Zach. 7.

Matth. 7.

Chrysostomus.

Eccl. 11.

Act. 20.

Act. 5.

Thren. 4.

Hier. 18.

Esa. 51.

1 Cor. 10.

Humilitas requiritur ad scientiam addiscendam.

Job 21.

Esa. 49.



**Luc. 17.** mittuntur crimina. Luc. 17. Attendite, si peccauerit frater tuus, increpa illum, si penitentiam egerit, dimitte illi. Sed heu: quia multi hodie sacre scripturae non attendunt, sed magis vanis scientiis & doctrinis, Vnde Act. 8. dicitur, Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in ciuitate magus seducens gentes. Sequitur. Attendebant in eum. Vnde quemlibet talem increpans apostolus dicit. Attende lectioni, vt scripturas intelligas. Quod nunc similiter facit psalm. dicens. *Attendite popule meus legem meam, &c.*

**1279** **Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio.**

Hic exprimit causam, quare auditores procurabat esse attentos. Vbi notandum, quod quanta illa quae dicuntur, aliis sunt in se magis profunda & obscura, vel sub velamine dicta, tanto magis auditorem oportet esse intentum. Sed illa, quae iste intendit hic tractare sunt profunde & obscure dicta, quia parabolicè, ideo auditores oportet esse attentos. Et hoc est quod dicit. *Aperiam in parabolis os meum.* Vbi notandum quod parabola dicitur rerum similitudo, vt cum rei per adductam similitudinem, quod de illa re dicitur, de alia intelligitur, vt est illud. Simile est regnum caelorum sagene missae in mare, &c. Per hanc enim similitudinem intelligitur, quod ecclesia congregat in praesenti bonos & malos, sed quando veniemus ad litus, id est ad iudicium in fine mundi, tunc mali separabuntur a bonis. Sic ergo iste loquitur in parabolis: quia quae dicit populo Iudaeorum à Deo esse facta, vult quod fuerint quaedam similitudines vel figurae illorum quae in rei veritate nobis sunt. Vt quod eduxit populum de Aegypto per mare, significat quod educit populum suum de Aegypto, quod interpretatur tenebra. I. de obscuritate peccati per mare penitentiae, & sic de aliis. Vnde dicit. *Aperiam in parabolis os meum.* Sequitur, *Loquar propositiones ab initio.* I. ab antiquo, quia. I. narrat quae antiquis patribus, Deus fecit. Alia litera habet. *Loquatur problema.* Nam problema idem est quod propositio continens aliquam difficultatem per disputationem soluendam. Est ergo sensus. *Loquar propositiones ab initio.* id est propositiones magnas difficultates continentes. Nota quod non solum os aperire debemus, sed & multa alia, & qualiter vide versu. 848. Aliter autem hic de apertione agendo nota, quod est quoddam eruditionis, sicut nunc loquitur psalm. dicens. *Aperiam in parabolis os meum.* Ex hoc enim quod dicit. *Aperiam os meum.* notat quod illa quae sequuntur sunt diligenter attendenda. Vnde Greg. super illo verbo Iob 3. Post hoc aperuit Iob os suum, dicit. Scriptura enim sacra quando de aliquo dicit, *Aperuit os suum:* ex his quae praemittit, reuerenter expectanda indicat, quae subiungit. Sicut enim clausa vascula quid intus contineant ignoramus, apertis vero ore vasculorum quid intrinsecus contineatur cognoscimus, ita sanctorum corda, quae clauso ore occulta sunt, apertis ore deteguntur. Et cum cogitationes detegunt, os aperire referuntur, vt intentia mente quasi apertis vasculis quid intus contineant festinemus agnoscere, atque nosmetipsos eorum odore intimo recreare. Vnde & sublimia praeccepta domino in monte dicturo praemittitur. *Aperiens os suum docebat eos quamuis & illic hoc accipi debeat, quia tunc vt doceret*

**Gregor. 4.**  
**mora. 4.**  
**Aperire os.**

**A** os suum in praecceptis aperuit, in quibus dudum ora aperierat prophetarum. Et sic nota quod os nostrum aperire debemus. Primum ad Deum laudandum psalm. 50. Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam. Secundum ad spiritum sanctum attrahendum psalm. 118. Os meum aperui & attrahi spiritum. Tertium ad intellectum scriptis cognoscendum. Ecl. 1. 3. In medio ecclesiae aperuit os eius, & impleuit eum dominus spiritu sapientiae, &c. Quartum ad alios docendum, sicut et Christus Matth. 5. Aperiens os suum, docebat eos. Et isto modo psalm. vult aperire os suum, dicens. *Aperiam in parabolis, &c.*

**Quanta audiuius, & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis.**

Hic incipit tractatum suum siue suam narrationem. Tota enim intentio psalmi est ad concludendum propositum suum ostendere benignitatem Dei erga populum Iudaeorum, & ipsius populi in gratitudinem, & maxime tribus Ephraim. Diuiditur ergo in duas partes: quia primo hoc ostendit in generali. Secundum in speciali, ibi. *Filij Ephraim.* Prima diuiditur in partes duas: quia primo ponuntur Dei beneficia. Secundum Iudaeorum ingrata malitia, ibi. *Generatio quae non direxit.* Prima diuiditur in partes tres: quia primo ponitur diuinorum beneficiorum cognitio. Secundum ipsorum explicatio ibi. *Et suscitauit.* Tertium huius narrationis finis & intentio, ibi. *Quanta mandauit.* Circa cognitionem autem beneficiorum Dei sic procedit: quia ponit primo à quibus talis cognitio sit tradita. Secundum per quem modum sit tradita, ibi. *Narrantes.* Tertium quibus sit tradita, ibi. *Non sunt occultata.* Quantum ad primum notandum quod Apsaph in duobus versiculis praecedentibus locutus est in personam Dei: nunc autem stilum loquendi mutans, loquitur in persona propria, vnde glo. Notandum quod prius in homine Deus locutus est, nã verba Dei fuerunt praedicta, iam vero homo ipse loquitur, verba enim hominis sunt ista. *Quanta audiuius.* Illud praedictum dixit Deus ex se, ne eius locutio in homine post eum loquenti contemneretur. Admiratiue ergo dicit *quanta audiuius, &c.* id est, quàm multa beneficia audiuius à Deo collata populo Iudaico: vt puta in egressu de Aegypto, quando iter per medium sicci maris praebuit, & Pharaonem cum toto suo exercitu submersit. In progressu per desertum, quando eos quadraginta annis pane de caelo paut eis de caelo legem dedit, & ante ipsos multos reges prostravit. In ingressu terrae promissionis, quando, scilicet ad ipsorum ingressum aquas Iordanis superiores ad instar vitri solidauit, & inferiores ad mare transiisit, & admirabiles victorias contra habitatores terrae promissionis eis dedit. Ista ergo sunt illa quanta, quae audiuius & cognouimus ea. Sed à quibus subdit *Patres nostri narrauerunt nobis quibus.* scilicet credendum est. Erat enim praecceptum patribus, vt Dei magnalia suis filiis narrarent, vt habetur Deuter. 6. & Iosue 4. Per hoc autem vult psalmista ostendere, quod omnia quae antiqui in veteri testamento cognouerunt Dei beneficia, nos in nouo testamento per Christi incarnationem cognoscimus impleta

1280

**A** impleta: Et hoc est quod hic ait gl. *Quanta audiuius* in veteri testamento iudaeis facta & nos cognouimus ea in nouo testamento adimpleta. In Christi enim incarnatione cognoscimus realiter nos de Aegypto liberatos sicco pede mare transire &c. Sed aliqui tam ingrati sunt, quod Christi incarnatum cognoscere nolunt. Nam hunc incarnatum sancti patres cognouerunt, quod ostendit Grego. dicens. Antiqui patres in quantum humanitatis infirmitas permittebat, creatoris lucem erecta mente contemplati sunt, sed incarnatum hunc in mundi fine praecognoscentes, quasi à solis radiis ad terram oculos deflexerunt, & quasi de summis ad ima deuenerunt, dum hunc Deum supra omnia & hominem infra cognoscunt. Hunc incarnatum iudaei perfidi cognouerunt. Vnde Hieronymus super illo verbo Matth. 2. Agricola dixerunt intra se. Hic est haeres dicit. Ex hoc manifeste probat dominum indeorum principes Christum cognouisse, & non per ignorantiam, sed per malitiam Dei filium crucifixisse. Cognouerunt enim illum esse cui pater per prophetam ait, postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam. Hunc incarnatum cognouerunt iudaei & idiotae pastores. Luc. 2. Cognouerunt de verbo quod dictum erat ad illos de puero. Hunc incarnatum cognouerunt daemones. Vnde Grego. dicit. Antiquus hostis redemptorem humani generis debellatorem suum in mundum venisse cognouit, vnde per obsessum hominem in euangelio dicit. *Quid nobis, & tibi fili Dei? venisti ante tempus torquere nos &c.* Ex quibus omnibus sequitur, quod qui filium Dei pro nobis incarnatum iam cognoscere nolunt, rudibus pastoribus sunt stultiores, obstinatis iudaeis sunt crudeliores, quinimmo ipsis daemones sunt deteriores. Vnde de talibus dicitur. Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Si autem tales legerent dicta sanctorum apostolorum de Christo dicta, cognoscerent omnia fore completa per Christum, & tunc cum psalm. dicerent. *Quanta audiuius* scilicet per sanctos patres dicta de Christo in antiquo testamento, & nos cognouimus ea, scilicet in nouo testamento completa.

**Narrantes laudes domini, & virtutes eius, & mirabilia eius, quae fecit.**

Hic ostendit modum, per quem ista ab antiquis patribus sunt tradita. Hoc enim refertur ad illud quod statim dictum est, patres nostri narrauerunt nobis. Et si quaeras quomodo. Respondet quia *narrantes laudes domini &c.* Vbi nota quod tria dicit antiquos patres narraisse, scilicet *laudes domini virtutes, & mirabilia.* Per laudes intellige gratiarum actiones, quas populus egerat in laudem Dei, vt puta quando transacto mari rubro gratias agendo laudare caeperunt dominum dicentes. Cantemus domino gloriose. Sic & tres pueri liberati de fornace ignis benedicebant dominum, dicentes. Benedicite omnia opera domini domino &c. Per virtutes vero intellige potestates magnas, quas pro populi liberatione exercuit. vt puta quando decem plagis percussit Aegyptum, quando oes Aegyptios in mari submersit. Per mirabilia vero intellige misericordias quas

Daniel. 3.

1281

mirabiliter eis praestitit, vt puta quod per quadraginta annos in deserto vestimenta ipsorum & calciamenta non sunt attrita, & similia. Et haec omnia in nouo testamento adimpleta, in quo narratae Dei laudes, in Christi natiuitate per angelos narrantur, virtutes, quod solo verbo suscitabat mortuos, narrantur mirabilia beneficia quod Christus vt nos redimeret, seipsum tradidit in mortem. Nos ergo merito laudes Christi narrare debemus. Laus enim secundum phil. 1. Rhetorica, est sermo elucidans magnitudinem virtutis alicuius. In Christo autem maxime elucidate fuerunt diuinae virtutes, scilicet, charitatis & patientiae. De charitate & dilectione patet, quia cum maiorem hac dilectionem nemo habeat vt animam suam ponat quis pro amicis suis, quod ipse non solum fecit, sed etiam pro inimicis. te ideo in hoc laudandus est. Vt enim dicit philosophus. 1. Rhetorice, sepe in laudem ponitur si quis prouidens quod est sibi preciosum agat illud quod est pulchrum. Sic in proposito Christus pro amicis suis animam suam, id est vitam quae sibi erat preciosa parauit mortem eligens cum posset viuere Hier. 21. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius. Et ideo laudes eius merito narrare debemus. Propter quod dicitur. Laudate dominum quoniam bonus est dominus. Ostendit secundum magnitudinem virtutis patientiae & fortitudinis. Nam sicut philosophus tertio ethicorum, dicitur utique fortis qui contra bonam mortem est impavidus, puta in bello pro republica hostibus se ad mortem obiciens. Quod & Christus fecit, quia pro republica bonam mortem elegit. Dicit enim philosophus in economicis quod si contigerit mori pro inimicis scilicet reipublicae, huius mors maxime honoratur. Cum ergo talis fuerit mors Christi, consequens est vt summè ipsum honorare debeamus, & eius laudes enarrare, sicut & antiqui patres enarrabant. De quibus nunc dicitur *Narrantes laudes eius &c.*

**Non sunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.**

Hic ostendit quibus sit tradita talis cognitio, quia scilicet filiis suis à patribus. Vbi notandum quod secundum philosophum generatio dicitur progressus à non esse ad esse, sicut & corruptio dicitur progressus de esse ad non esse. Et sic tantum durat vna generatio quantum communiter durat filius à patre genitus. Et sic filius dicitur vna generatio. Nepos scilicet filius filij dicitur alia generatio. Pronepos scilicet filius nepotis alia generatio. Et abnepos scilicet filius pronepotis alia generatio &c. Volens ergo psalm. ostendere quod cognitio beneficiorum Dei peruenit in antiquo testamento per narrationem patrum ab vna generatione in aliam continuèdo, dicit quod non sunt occultata à filiis eorum in generatione altera, quia de vna generatione narrabatur ad alteram. Hoc autem in nouo testamento maxime adimpletum est, quia de generatione antiqui testamenti cognitio beneficiorum Dei transiit ad generationem alteram scilicet noui testamenti. Vbi notandum quod secundum venerabilem Anselm. generatio hominis quadruplex est scilicet absque

Deuter. 26.

Laudes Christi si narrare debemus.

Aristotel.

Charitas Christi.

Hier. 21.

Psalm. 134.

Aristotel.

Fortitudo & patientia Christi.

1282

Philosophus. Quid dicitur generatio.

Generatio hominis quae quadruplex.

abſque viro & ſcœmina, vt Adam. De viro abſque ſcœmina, vt Eua. De viro & ſcœmina, vt communis. De ſcœmina abſque viro, vt Chriſtus. Et quia iſta eſt vltima, quia alia tres fuerunt à principio, iſta autem in vltima ætate. ideo vocatur altera generatio. Vnde iſtam generationem diſtingués Matthæus ab aliis, ſingulariter de iſta dicit. Generatio autem Chriſti ſic erat quaſi dicat altera ab omnibus aliis. Dicat ergo quod non ſunt occulta à filiis eorum in generatione altera, quia ſcilicet talis cognitio peruenit vſque ad Chriſti generatio nem Et quia Chriſtus vnum corpus eſt cum omnibus ſuis fidelibus, ideo per hoc intendit quodd cognitio beneficiorum Dei ad omnes fideles noui teſtamenti peruenit. Vel aliter & ad idem redit. Duplex eſt generatio ſcilicet corporalis & ſpiritualis. Corporalis quæ fit quatuor modis prædictis. Spiritualis autem quæ fit non ex ſanguinibus neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex aqua & ſpiritu ſancto &c. Et iſta dicitur pprie altera generatio, quia aliq car nales, hæc autè merè ſpiritualis. Et ſic generatio altera vocatur, vt fideles noui teſtamenti ex aqua & ſpiritu ſancto generati. Et iſtum ſenſum tãgit magiſter in glo. dicens. *Non ſunt occulta à filiis eorum ſcilicet ſpiritualibus: Quod poſtea ex ponit dicens. In generatione altera id eſt gentium, quæ ex aqua ex ſpiritu ſancto generantur.*

Matth. 1.

Generatio altera dicitur generatio ſpiritualis.

1283

Et ſuſcitauit teſtimonium in iacob, & legem poſuit in iſrael.

Hic ponuntur in ſumma & in generali beneficia potiora illis exhibita. Vbi notandũ quod per iacob & iſrael idẽ ſignificatur, quia iacob patriar eſt ex quo populus deſcendit binominis fuit. Primò enim vocatus fuit iacob, quem ſic vocauit mater cũ naſceretur, quia vt habetur Gene. 25. duos vno partu genuit. Primus egreſſus eſt totas ruſus, ideo vocauit eum mater Eſau, qui ruſus interpretatur. Secundò autem egreſſus eſt plantam fratris tenès manu. Ideo vocauit iacob qui ſupplantator interpretatur. Sic ergo primum nomen eius fuit iacob. Secundò autem vocatus eſt iſrael ab angelo ſcilicet quando Deum vidit qui luçtatur eum eo. Gen. 32. Nam iſrael vidēs Deum interpretatur. Per iacob ergo & iſrael idẽ intellige ſcilicet populum domini qui de iacob deſcendit. Secundò notandum quod per teſtimonium & legem idem intelligitur ſcilicet teſtamentum vetus, quod dicitur teſtimonium, quia teſtamentum nouum ab ipſo teſtimonium habet ſcilicet à lege & prophetis. Omnia enim quæ in nouo teſtamento continentur pronuntiata, ſunt in antiquo & figurata. vide ſupra verſiculo 949. Idem autem teſtamentum vetus dicitur lex à ligando, quia ligat obſeruationem eius, nam filij iſrael illam ſuſceperunt pro ſe & poſteris ſuis, & ſic omnes ligabat tam tunc præſentes quam futuros ex eis. ſic enim promiſerunt ſe legem obſeruari dicentes. Exo. 24. Omnia quæ locutus eſt dominus faciemus. Et iſtud fuit ſingulare Dei beneficium, vt legem eis daret per quam recte viuèrent, quod aliis nationibus non fecit. plalm. 147. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Et hoc eſt quod dicit. *Et ſuſcitauit teſtimonium in iacob &c.* id eſt in populo

Gene. 25.

Iacob, Iſrael. Gene. 32.

Exo. 24.

Pſalm. 147.

iudæorum ex iacob orto. Et aduerte vaſium modum loquendi, quoniam dicit quod *ſuſcitauit teſtimonium in iacob, & legem poſuit in iſrael.* Aliud eſt enim ſuſcitare, aliud ponere. Teſtimonium ſuſcitauit, quia per legem peccatum quod latet in carne reuixit vt ait apoſtolus. ad Rom. 7. Peccatum non cognoui niſi per legem. *Poſuit etiam legem in iſrael,* quia illam impoſuit eis quaſi iugum, ne vaga voluntate errarent. Similiter iſta facit in lege noua, quia ſuſcitauit teſtimonium in iacob, dum triplici baptiſmo nos facit vitia ſupplantare, dicens. Tres ſunt qui teſtimonium dant in terra, ſpiritus, aqua, & ſanguis. Quod exponens Gilbertus ait. In aqua baptiſmum intellige, in ſanguine martyrium, in ſpiritu charitatem. Similiter legem nouam diuulgauit, quæ multo nobilior eſt antiqua, quia illa timoris, ſed iſta eſt amoris. Illa prohibet manum, ſed iſta animum. Illa promittit temporalia, ſed iſta promittit æterna.

Rom. 7.

1. Ioan. 5. Teſtimoni triplic. ſpiritus, aqua & ſan. gnis.

Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filiis ſuis, vt cognoscat generatio altera.

Hic ponitur intentio, quare Deus voluit ſua beneficia per patres narrari poſteris, vt ſcilicet cognoscat generatio altera. Huius autem hic aſſignatur quadruplex ratio. Prima ne poſteri exultent per ignorantiam. Secunda vt mereantur per obedientiam, ibi. *Filij qui naſcentur.* Tertia vt in Deo ponant confidentiam, ibi. *Vt ponat.* Quarta ne prauis parentibus conformentur per malitiam, ibi. *Ne ſiant.* Quantum ergo ad primum notandum quod ignorantia quandoque peccatum excuſat, quandoque ipſum aggrauat. Et quæ ſit illa vide ſupra verſiculo 554. Illi ergo qui doctores habent & addiſcere poſſunt, quæ ſunt agenda vel credenda, ſed nolunt ſcire, iſti grauius peccat. Voluit ergo Deus patres narrare filiis beneficia eis præſtita, vt inexcuaſabiles eſſent, ſi Deo grati non eſſent. Vnde ait Moyses. Hæc ſunt præcepta atque iudicia, quæ mandauit dominus Deus veſter, vt docerem vos &c. Conſimiliter in nouale ge mandauit Deus patribus noſtris ſcilicet apoſtolis, vt nota facerent poſteris mirabilia eius, dicens eis. Ite docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quæ mandauit vobis. Vnde quod mandauit patribus illis nota facere filiis ſuis in figuram noſtram erat. Vnde iſtum textum ſic exponit glo. *Nota ea facere filiis ſuis,* filij ſunt nouus populus in nouo teſtamento qui mandata noui & fecit quod quaſi exponendo ſubdit. *Vt cognoscat generatio altera ſcilicet de gentibus collecta vt ſcilicet cognoscant ſpiritualiter quod ipſi primi patres antiqui teſtamenti viderant carnaliter de generatione altera. vide verſiculum 1282.*

Filij, qui naſcentur & exurgent, & narrabunt filiis ſuis.

Hic oſtendit ſecundam cauſam ſcilicet vt poſteri mereantur per obedientiam. Docere enim alium, quæ ad ſalutem pertinent, actus eſt de ſe meritorius

1. Ioan. 5.

1286

Vt ponant in Deo ſpem ſuam & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant.

Hic ponit tertiam cauſam, quæ eſt, vt in Deo ponant ſuam confidentiam. Vbi notandũ quod inter alia iudæorum vitia hoc erat, quod gloriabantur de ſuis patribus antiquis à quibus duxerunt originem, & per illos ſperabant ſaluari. Vnde de hoc ſingulariter eos reprehendens baptiſta iohannes ipſis dicebat. Matth. 3. Ne velitis dicere intra vos, patrem habemus Abraam. Dico enim vobis quoniam potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abraæ. Sed quid prodeſt filio iuſtitia patris quem peccata inſciunt? certe nihil. Sicut peccatum patris virtuoso filio non nocet, quo ſcilicet ad Deum. vnde Chryſoſtomus ſuper Matth. prædicta verba exponens ait. Quid enim prodeſt ei quem ſordidant mores generatio clara. Aut quid nocet illi generatio, quem mores adotnantur? Melius eſt enim alicui vt in eo gloriantur parentes quia talem filium habent, quam vt ipſe in parentibus gloriatur. Sic ergo & vos iudæi nolite gloriari dicentes quia patrem habemus Abraam. ſed magis erubescite, quia filij eſtis eius & ſanctitatis eius non eſtis hæredes. De adulterio enim natus videtur, qui non aſſimilat patrem. Sic ergo ſaluari ſperabant per ipſum Abraam. Sed iſtam ſpem ab eis remouet pſalm. dicens. quod ideo mirabilia Dei narratur filiis, vt non in patribus ſpem ſuam ponant, ſed in Deo. vt ſcilicet cõſideret quod Deus non attendit ad merita vel ad demerita parentũ ſed ad propria. Sicut enim quandoque de malis parentibus filij boni naſcuntur, vt de Acham malo natus eſt Ezechias electus à Deo. Sic quando que ex bonis naſcuntur reprobi, ſicut de Iſaac natus eſt Eſau reprobatus à Deo. Hoc ergo notās pſalm. ait. *Vt ponant in Deo ſpem ſuam,* & non in patribus, & non obliuiſcantur operum domini, qui ſcilicet iudicat ſingulos ſecundum propria merita, & demerita & non ſecundum merita parentum. Et iſta conſiderando mandata eius exquirant. Exquirere enim componitur de ex & quæro. vis, ex

Matth. 3. Parentum mores filij non præſunt.

Chryſoſt. mus.

Matth. 3.

1. Reg. 18. & Matth. 1. Gene. 25.

Exquirere.

quo eſt extra. Et eſt exquirere quaſi extra quære re. Et ſic ille mandata Dei exquirat, qui non ſolũ corde illa cognoscit, ſed etiam operibus illa perficit. Vel exquirere idem eſt quod valde & perfecte quære ſcilicet tam intus illa meditãdo quã extra illa operibus adimplendo. pſalm. 76. Deum exquiſiui manibus meis. Vnde hic ait glo. *Et mandata eius exquirant ſcilicet operando,* qui dicunt ſunt prius cognouiſſe, modo dicitur vt exquirant vt ſcilicet ſperantes in domino ab ipſo adiuuentur ad mandata opere adimplenda. Et nota quod ſpes noſtra meritò in Deo eſt ponenda, & hoc propter triplex bonum, quod in ſe ſperantibus largitur ſcilicet prouiſionis in neceſſitate. pſalm. 9. Sperant in te qui nouerunt nomen tuum, quoniam non dereliquiſt &c. Sicut apparuit in Sufanna, de qua dicitur Dan. 13. Erat enim cor eius fiducia habens in domino. Propter beneficium liberationis in tribulatione pſalm. 90. Quoniam in me ſperauit, & ego liberabo eum, cum ipſo ſum in tribulatione &c. Sicut patuit in Iob, qui dicebat. Etiam ſi occiderit, ſperabo in eum. Propter beneficium coronationis æternæ. prouerb. 28. Qui ſperat in domino, ſaluabitur.

Ne ſiant ſicut patres eorum generatio praua & exaſperans.

Hic ponitur quarta ratio, ne ſcilicet prauis parentibus conformentur per malitiam. Vbi nota quod iudæi fuerunt patres noſtri, quia per ipſos geniti ſumus in fide. quoniam apoſtoli ex iudæis etiam carnaliter duxerunt originem. Generatio ergo parentum noſtorum ſcilicet iudæorum dicitur praua & exaſperans. Iſta autem generatio iudæorum dicitur generatio praua, generatio mala, & generatio infidelis & incredula. Dicitur enim praua. Deut. 32. Generatio praua & peruerſa hæccine reddis domino &c. Et nota quod prauus differt à malo. quia malus dicitur naturaliter, ſed prauus ex vitioſo vſu. vnde prauus id eſt, vſu peruerſus. Quæ autem maior prauitas poteſt eſſe, quam bona in malum peruertere, & contra veritatem pugnare? Quod & generatio fecit iudæorum, quia Chriſti beneficia demonibus aſcribentibus, & in ſaluatorem manum miſit armatam. Vnde de iſta generatione dicitur. Generatio quæ maledicit patri ſuo, & non benedicit matri ſuæ. Generatio quæ ſibi munda videtur, & tamẽ non eſt lota ſordibus ſuis. Generatio quæ pro dẽ tibus gladios habet. Secundò dicitur generatio infidelis & incredula. Luc. 9. O generatio infidelis & peruerſa. Quod ideo dicit Chriſtus, quia quem patres ſui venturum prædixerunt, ipſum venientem recipere noluerunt, quia in propria venit, & ſui eum non receperunt. Tertio dicitur generatio mala & adultera. Matth. 12. Generatio mala & adultera ſignum quærit &c. Vbi Chryſoſtomus. Propter hoc vocat eos generationem malam, quia circa benefactores ſemper fuerunt ingrati, & bona ſuſcipientes ſemper deteriores fuerunt, quod eſt vltima malitia. Vnde hic ait glo. Iudæi dicuntur generatio praua, quia veritatem non recipit & exaſperans ſcilicet Deum à Deo vt in ſaluatorem armaretur, quod fuit ſuper omnes acerbitates. Vnde per Ezechielem dominus dicit Vade, quia domus exaſperans eſt. Ne ergo filij noui teſtamenti illis ſimiles ſiant, ideo illis narra

Pſalm. 76.

Spes eſt ponenda in Deo.

Daniel 13.

Pſalm. 90.

Nota. Iob. 13.

Prouer. 28.

1287

Generatio iudæorum mala.

Deuter. 32. Nota diſſerentiã inter prauum & malum.

Prouer. 30.

Luc. 9.

Matth. 12. Chryſoſt. mus.

re cupit laudes domini & virtutes & mirabilia quae fecit.

1288

### Generatio, quae non dixerit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.

Hugo.

Hic notatur iudaeorum ingrata malitia. Vbi notandum quod cor directum dicitur cor sursum ad Deum rectum, sicut e contrario cor curuum dicitur cor ad terrena curuatum. Et sic amans caelestia cor habet directum, amans vero terrena cor habet incuruatum. Vnde ait Hugo super illo verbo psal. Quoniam rectus dominus &c. Quereretur quae super terram sunt, curuata est cordis, sed quae sursum sunt querere, eius est rectitudo. Quia ergo iudaeorum generatio tota ad terrena videbatur incuruata, ideo de ipsa nunc dicitur. **Generatio, quae non dixerit cor suum.** Et causam adiungit, dicens. **Et non est creditus cum Deo spiritus eius.** Vbi nota quod plus importat, non est creditus cum Deo spiritus eius, quam si dixisset, non credit Deo spiritus eius. Vnde hic ait gl. Multo enim expressius dicit, non est creditus cum Deo spiritus eius quam si dixisset non credidit Deo. Habere enim cum Deo spiritum creditum, est non credere spiritum sanctum sine Deo facere posse iustitiam vel aliquid boni, sed cum Deo quod est credere in Deum. quod vitique plus est quam credere Deo. Nam credimus homini, sed non in hominem In Deum credere est ei credendo adherere ad bene operandum. Vnde apostolus ait. Qui adheret Deo, vnus spiritus est cum eo. Ista est ergo, cuius exemplum cauendum est, quae & si creditur Deo: non tamen in Deum, quia non fide adheret Deo, vt ab eo sanata cooperaretur, cooperante in se Deo. Hic autem notandum, quod immerito de Iudaeorum generatione dicitur quod non dixerit cor suum. Vbi sciendum, quod cor per aliqua vitia incuruatur, & sic non dirigitur, quae omnia in generatione iudaeorum fuerunt. Nam incuruatur cor hominis per vanitatem & superbiam, per cupiditatem & avaritiam, per voluptatem & luxuriam, per hypocritism & fallaciam, per ebrietatem & gastrimargiam, per increpationem & iracundiam. Primo ergo cor non dirigitur, sed incuruatur per superbiam, quia ad Deum dirigitur sed contra Deum erigitur. Sic. n. in directu fuit cor luciferi, cui dicitur. **Quomodo cecidisti lucifer, qui dicebas in corde tuo, in caelum ascenda &c.** Cecidit. n. in profundum lacu, quia quando se in Deum dicebat erigere, se contra Deum erexit. in quo nobis tremendum datur exemplum. quoniam si indirectio cordis per superbiam tam excellenti creaturae sic fuit a Deo punita, quomodo cor nostrum indirectum puniretur, quia certum est quod cor superbum & indirectum execrabilius est in paupere quam in diuite, in seruo quam in domino. **Quod bene aduertens Radulf. super illo verbo. 2. Reg. 1. A Gelboe autem transeat, ait. Ab angelis transit dominus eorum execras superbiam cordis. Quid de me fiet terra & cinere, si forte in corde meo superbia fuerit inuenta. Illius cor in caelo intumuit, meum autem cor in sterquilinio superbit. Quis non tolerabiliorem in diuite quam in paupere superbiam dicat. Vae mihi si tam dure in angelo primo punitum est, pro eo quod in su-**

Credere Deo vel in Deum 1. Corin. 6

Cor non dirigitur.

Superbia.

Esai 14.

Nota.

R. idolphus. 2. Reg. 1.

**A**perbiam erectum est cor eius, quid de me misero fiet & corde superbo? Sed istud vitium maxime in generatione iudaeorum abundauit a principio. Vnde isti generationi ad literam dicebat Moyses Deut. 31. Ego scio contentionem tuam & ceruicem tuam durissimam. Adhuc enim me viuente & ingrediente vobiscum semper contentiose egistis contra dominum? quanto magis cum mortuus fuero? Vnde ad literam de iudaeis ait dominus. Osee. 13. Eleuauerunt cor suum, & oblitum sunt mei, & ego ero eis sicut leena & sicut pardus. Per leenam & pardum, quae sunt bestiae feroces, intellige ferocitatem poenae cordi eorum scilicet iudaeorum debitam. Secundum cor non facit directum cupiditas avaritiae. Cor enim secundum naturalem in sinistra parte corporis hominis sitatur, per quam temporalia significantur. Ad significandum quod cor hominis de se non ad caelestia dirigitur, sed incuruatur ad terrena, quia ipsi Iudaei quasi ex natura ad avaritiam erant incuruati. Vnde de eis ad literam dicitur. Auaritiam sequitur cor eorum. Vnde ait Greg. Curuum est cor cum ima appetit, dirigitur autem cum ad sublimia subleuatur. Istud autem vitium maxime in iudaeis regnabat. Tota enim causa quare Christi sunt persecuti, fuit avaritia scilicet timor ne propter Christi fidem perderent locum & gentem. Vnde illi generationi dicitur ad literam. Tui oculi & cor tuum ad avaritiam. Tertiū cor facit non directum sed curuū voluptas luxuriae, quae principalis in corde sederet quam in carne. Propter quod dicitur. Fornicatio & vinum auferunt cor. Istud autem maxime in generatione praua iudaeorum abundat, quo eius corda non dirigitur. Exemplum habes in Salomone rege iudaeorum qui cum tot gratias a Deo recepisset, finaliter tamen per luxuriam cor eius fuit incuruatum, de quo 3. Reg. 11. dicitur. Cumque iam senex esset, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos, nec erat cor eius perfectum cum domino Deo suo, sed colebat Salomō Deos alienos. Si ergo libido incuruauit cor tanti viri, quis ab hoc vitio tutus stabit in seculo neque in clero? quia etiam presbyterorum corda incuruauit luxuria iudaeorum qui pulchritudinem Susannae aspicientes euertunt sensum suum, & auerterunt oculos suos ne viderent caelum &c. Vnde illis ait Daniel. Species decepit te, & concupiscentia subuertit cor tuum &c. Quartū cor facit non directum sed curuū hypocritism fallacia quae cor distortum facit ab exteriori apparentia quia tales verbis Dei appropinquāt, sed corde remoti sunt ab eo. Vnde Greg. ait. Omnis. n. hypocrita cum iniquus sit, dicit sanctus, ab hominibus non pertimescit, & si iniquum se tacita cogitatione deprehendit, tamen dum sepius sanctum se audire reperit, hoc quod de se interius tenebat amittit. Cor quippe exterius fundit, & quia liberter de se foris falsum testimonium recipit, quale se intus in corde habeat non requirit. Et infra. Quibus bene per prophetam dicitur. Redite praeparatores ad cor. Si enim ad cor redierit, cor per attentionem exterioris verba non diffuderet. Nūquid vicinior est nobis aliorum testimonium corde nostro? Quid vicinior est nobis ea re, quae intra nos est? Et tamen cum per prauas cogitationes cor spergitur a nobis cor nostrum logius euagatur. Longe ergo propheta praeparatore mittit cum eum ad cor suum redire compellit, quia quo se exterius fundit

Deuter. 31.

Osee. 13.

Matth. 23.

Exe. 16.

Joan. 11.

Hier. 2.1.

1. Tim. 3.

Osee. 4.

3. Reg. 11.

Daniel. 5.

Greg. 14.

Matth. 23.

Esai. 48.

**A** fundit eo ad se vnde redire possit vix inuenit. Vnde in persona hypocritae psal cogitur dicere. Cor meum dereliquit me. Sed quis isto vitio magis abundat quam generatio iudaeorum, de qua ad literam dicitur. Populus iste ore suo & labiis suis glorificat me, cor autem longe est a me. Quae verba ad literam contra populum iudaeorum recitat Christus. Quae exponens Remigius dicit. Iudaeorum namque populus labiis & ore Deo appropinquare, & Deum honorare, videbatur: quia vnus Dei cultum se gloriabatur habere, sed corde a Deo longè recessit: quia visis signis & miraculis, nec diuinitatem eius cognoscere, nec eum suscipere voluerunt. Quintū cor curuum facit & non directum gulositas gastrimargiae. Nimia enim pinguedo suffocatur cor, ne ad caelestia dirigi possit. Hoc autem vitium maxime abundabat in iudaeis propter quod cor suum ad Deum dirigere non valebant. Vnde de ipsis ad literam Christus dicebat. Inerassatum est cor populi huius, & auribus grauiter audierunt. & oculos suos clauerunt. Sextū cor curuum facit iracundia. Nam vt naturaliter asserunt. Ira est accensio sanguinis circa cordeo cor iracundum accensum sanguine non motu recto, sed sanguinis agitur calore. Quod bene notatur psal. 38. Cor meū concauit intra me: & in meditatione mea exai descendit ignis. Sed isto vitio maxime iudaeorum generatio erat maculata. Quod maxime patuit in passione stephani A. & 7. vbi dicitur quod audientes stephanum discebantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Quibus omnibus consideratis: quid mirum si de iudaeis nunc psal. dicit quod sunt generatio quae non direxit cor suum &c. Vnde de isto populo ad literam dicitur. 2. Paralip. 20. Adhuc populus non direxerat cor suum ad dominum Deum patrum suorum.

Psal. 29.

Matth. 23.

Matth. 23.

Matth. 23.

Psal. 38.

Matth. 23.

2. Paralip. 20.

1589.

### Filii Ephraim intendentes & mittentes arcum conuersi sunt in die belli.

Hic in speciali psal. vult ostendere ingratitudinem populi iudaeorum erga Dei bonitatem. Et primū hoc ostendit quantum ad Ephraim tribum. Secundū quantum ad totum iudaeorum populum, ibi. **Et oblitum sunt.** Quantum ad primum duo facit. Quia primū istius tribus Ephraim ponit elatam superbiam. Secundū ipsius erga Deum contumaciam, ibi. **Non custodierunt.** Quantum ad primum sciendum quod inter ceteras tribus populi hebraici populus Ephraim maxime aspirabat ad regnum populi israel & ad dominium habendum. Tum quia Ephraim fuit filius ioseph, qui habuit dominium super omnes alios fratres suos in Aegypto. Tum quia iacob patriarcha adoptauit Ephraim & Manasse in filios. Gen. 48. Et tamen Ephraim minorem praeposuit ipsi Manasse maiori: quia cum eis duobus vellet benedicere ioseph posuit Manasse ad dexteram patris, & Ephraim ad sinistram. Iacob autem non videns, (quia caligauerant oculi eius) manus cancellauit, & posuit dexteram super Ephraim, & sinistram super Manasse, sic minorem maiori praeposuit. Propter quae ipse Ephraim & ab eo descendentes praeter ceteris aspirabant ad regnum. Vnde & ieroboam, qui regnum israel inuasit quod ad decem tribus, de tribu Ephraim fuit. Istum ergo versum de ipsa tribu Ephraim exponunt iudaei dicentes, quod ipsi filii Incog. Tom. j.

Ephraim.

Genes. 48.

**E**phraim adhuc viuente patre suo in Aegypto multiplicati & fortificati & presumptuosi effecti volentes habere dominium terrae promissionis exierunt de Aegypto aliis tribubus ibidem relictis, & per viam breuiorem voluerunt ingredi terram promissionis, s. per terram Philistinum, quae vicina est, vt habetur Exo. 12. Sed expugnati & interfecti fuerunt a Philistinis qui habitabant in Geth, & in terris circum adiacentibus, quod dominus permisit eo quod superbe praecipue occupabant terram a Deo constitutum habendi dominium terrae promissionis, quoniam dominus dixerat Abrahae. Semen eius futurum peregrinum in terra aliena quadringentis annis, qui nondum erant completi. Et istud non videtur verisimile. Primū. s. quia viuente patre in tantum essent multiplicati, quod crederent se violenter posse obtinere terram promissionis. Secundū quia assignatur infra pro causa huius ingratitudinis, quod coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti. Nulla autem mirabilia leguntur facta pro populo israel in terra Aegypti ante tempus Moysi qui longo tempore natus est post mortem Ephraim patriarchae. Item quia ante tempus Moysi filii israel erant in Aegypto magna seruitute oppressi. Et sic non est verisimile quod possent de Aegypto exire ad libitum, & maxime cum exercitu. Exponendus est ergo iste versus de filiis israel, qui contra voluntatem Moysi processerunt ad praedam contra Amorreos & Amalechitas: vt habetur Num. 14. Inter quos filii Ephraim principales fuerunt alios inducentes, eo quod praeter ceteros aspirabant ad regnum, vt dictum est. De istis ergo dicitur. **Filii Ephraim intendentes.** s. arcum & mittentes sagittas suas ex arcu, **Conuersi sunt in die belli.** vide historiam Num. 14. Quantum autem ad sensum propheticum, ioseph duos filios habuit scilicet primo genitum Manasse, & secundo genitum Ephraim, qui duos significant populos. s. gentilem & iudaicum, quorum primus fuit gentilis, secundus autem incepit in Abraham. Et sic populus gentilis per Manasse intelligitur, iudaicus autem per Ephraim. Sed sicut iacob fecundum praeposuit primo cancellatis manus, & ponens dexteram super Ephraim, sinistram vero super Manasse. Sic Deus dimisso populo gentili iudaicum populum elegit, sed iste populus iudaeorum defecit in promissis: quia promissis se legem Dei seruaturum, dicens Moysi. Omnia quae locutus est nobis dominus faciemus. Propter quod derelictus est: & populus gentilis ad fidem conuersus est electus. De iudaeis ergo per Ephraim significatis dicit. **Filii Ephraim intendentes arcum &c.** id est secundum gloriam promittentes seruare mandata in die auditionis. scilicet quando Deus de aliqua aduersitate eos clamantes audiebat. **Conuersi sunt in die belli.** id est defecerunt in die tentationis. Nihil enim aliud est tendere arcum & mittere sagittas sed conuerti in die belli, nisi attendere & pomittere in die auditionis, & deficere in die tentationis: & hoc est quasi praeludere armis, sed ad horam tentationis nolle pugnare. Et propter ipsorum culpam facti sunt nouissimi primi. Sed gentiles conuersi, nunc iudaei sunt praepositi per aduentum Saluatoris. Sed & Abel maiori fratri praeratus fuit. Isaac Ismaeli. Iacob Esau. Phares ipsi Zaram. David fratribus suis maioribus. Sic populo iudaeorum praeratus fuit. Ddd latus

Exod. 12.

Genes. 15.

Num. 14.

Christiani preferuntur Iudaeis.



atus est populus Christianus: quia, f. Ephraim audliuit pncepra, sed obedire contempsit. Na promissionē obediētīe nō audirio sed tētiatio probat,

1290. Non custodierunt testamentum Dei, & in lege eius noluerunt ambulare.

Hic ponitur illius tribus contra Deum contumaciā. Hoc ideo dicitur quantum ad literā, quia ad mandata Moysi noluerunt ire ad pugnam cōtra aduersarios, sed volebant in Ægyptum reuertī, vt habetur Num. 13. Postmodū vero propria superbia contra inhibitionē Moysi perrexerunt ad pugnam contra Philistæos & corruerunt, vt dictū est in versiculo p̄cedenti: & habetur Num. 14.

Hic ergo idem accipe pro testamento Dei & lege. f. mandatum quoddā faciebat Moyses ex parte Dei, quāuis promississent se pncepra Dei seruaturus. Exo. 20. Vel aliter. Populus iudæorum & si quando legē Dei seruabat hoc faciebat timore penę non amore iustitię: vnde lex illa lex timoris dicitur. Lex autem nō est amoris in qua pcepta seruantur non timore penę, sed amore iustitię. Et hanc differentiam ponens glo. dicit, Et si quando ambulēt in lege Dei, tamē ambulare nolunt, quia non ex corde faciunt. Agunt enim que malent non pcepti sibi. Ex corde autem nullo modo fit quod sit formidine penę non amore iustitię, pares sunt manu sed non corde qui non furatur timore penę, & qui amore iustitię.

Et nota quod dignē volēs ambulare in lege Dei ambulando debet multa habere. f. humilitatē in reputatione, puritatem in imitatione, paupertatem in rerum abdicatione, fidelitatē in adhesionē, discretionē in examinatione, acquitatē in operatiōe. Primō ergo ambulet per humilitatem. f. vt sit humilitas in reputatione suis. Suauis enim ambulat qui per viam planam incedit, quā qui per asperam & montuosam. Omnis enim casus ab alto descendit. Et ideo qui in humili & basso ambulat, casum pari nō potest. Hanc humilitatis viā ad ambulandum Dauid elegerat cum dicebat. Domine nō est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei, neque ambulauit in magnis & c. si non humiliter sentiebā & c. Sic & ille rex Ezechias eius successor dicebat humiliter se ambulasse, dicens. Memento quāso domine quomodo ambulauerim coram te corde perfecto, & in veritate. Sed forte dices. Quomodo iste humiliter ambulabat, qui se tam virtuosum affirmabat? Similiter & Dauid vt dictum est. Ad hoc respondet Greg. dicens. Sape contingit vt iusti & iniusti habeant similia verba, sed tamen semper longē cor dissimile. Et ex similibus dictis dominus ab iniustis offenditur, ex quibus à iustis placatur. Nā Pharisæus tēplum ingressus dicebat, leiuo bis in sabato, decimas do omnium, quæ possideo, sed iustificatus exiit magis publicanus quam ille. Ezechias quoq; rex cum molestia corporis laboraret siue afflictus ad extremitatem vitæ peruenisset, in orationē compunctus dixit. Obsecro domine memento mei quomodo ambulauerim coram te in veritate & corde perfecto: nec tamen dominus hanc confessionem perfectionis eius despexit, quem mox in suis precibus exaudiuit. Ecce Pharisæus se iustificat in opere, Ezechias iustum se asseruit in cogitatione, atq; vnde ille offendit in-

de iste Deū placauit. Cur itaq; hoc, nisi quia omnipotens Deus singulorum verba & cogitationes pensat, & in eius auribus superba non sunt verba quæ humili corde proferuntur? Isto modo humiliter Achab increpatus per Helia de morte Naboth. 3. Reg. 21. Cū audisset Achab sermones Helia, scidit vestimēta sua, & operuit scilicet carnem suā: & ambulauit demisso capite. Require cetera mēbra in dictionario meo litera ambulare,

Et obliuī sunt benefactorum eius: & mirabilium eius, quæ offendit eis.

Hic consequenter ostendit eorum ingratitudinem quo ad totum populum iudæorum & Dei beneficia. Et diuiditur in partes duas. Quia scribitur ingratitudo populi primo in comparatione ad Dei beneficia ante ingressum in terram promissionis. Secundō quō ad beneficia post eius ingressum, ibi. Et induxite eos in montem. Prima in duas: quia primō describuntur Dei beneficia. Secundō populi ingrata malitia, ibi. Et appropinquauerunt adhuc. Prima in tres, quia primō describuntur beneficia eis præstita in Ægypto. Secundō quæ in mari rubro, ibi. In erupit mare. Tertiō quæ in deserto, ibi. Terrupta petra. m. Prima in duas: quæ nuntur primō Dei beneficia in quodam generali. Secundō magis in speciali, ibi. Coram patribus. Quantum ergo ad primum simul ponens in generali Dei beneficia & ipsorum malitiā dicit. Et obliuī sunt benefactorum eius. Isti enim tatis ingrati videntur, qui nunquam ponderant p̄concessa, sed semper ispirant ad habenda. Non quid acquirunt de p̄terito cogitant, sed quid accepturi sunt de futuro. Et hæc est pessima species ingrati tudinis, licet dicit Seneca, 2. de beneficiis. Prima inquit ac potissima causa ingrati tudinis est semper cupiditatibus occupari. nō quid habeamus, sed quid petamus cogitare & memorari. q. aduersus p̄terita sumus ingrati: quia quacūq; recipimus bona ad memoriam non reducimus: nec inter voluptates numeramus. Vnde concludit Seneca, quod ad hoc ne simus ingrati magna memoria indigemus, ne propter magna beneficia sumus ingrati circa memoriam. Vnde de quodam amico suo dicit Seneca quodā solebat tales nō ingratos, sed obliuī vocare: tanquam ea res ingrati excuset: quia non facit. Et ideo consequenter distinguit Seneca de ingratis sic. Qui beneficium se accepisse negat quod accepit ingratus est. Qui dissimulat ingratus est. Qui nō reddit ingratus est. Ingratissimus omnium qui obliuī est. Et hoc probat dupliciter. Primō quia illi qui sunt memores beneficiorū, licet nō reddant, sciunt tamen in animo eorum se debitōres esse: & ideo possunt de facili induci ad reddendum. Isti verō nullo modo: quia nō recordantur. Secundō hoc probat, quia ad reddendum homo indiget multis meminisse. f. omnium quæ accepit. Et ideo nunquā voluit esse ingratus qui beneficium nō tam longē proiecit vt extra conceptum suum illud poneret. Vnde de quolibet sic ingrato dicitur. Ingratus sensu dereliquit liberantem se. Bene enim dicitur ingratus sensum perdidisse, qui memoriam perdidit illius quod semper sentire debuit. Isto ergo genere ingrati tudinis ingrati erant iudæi qui obliuī sunt beneficiorum eius, istud

Corā patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in cāpo Taneos.

Hic ponuntur Dei beneficia magis in speciali quæ fecit in Ægypto. Istum textum exponit de mirabilibus quæ fecit Deus ipsi Pharaoni, ipsum mirabilibus plagis percutiendo, vt de manibus suis suum liberaret populum. De quibus plagis mirabilibus habetur infra in p̄senti psal. ibi. Incog. Tom. j.

Istud est ergo primum genus ingrati tudinis. f. illorum qui donā Dei non cogitant. Secundum genus est illorum qui Deum de beneficiis non honorant. Similes enim sunt porcis, qui glandes quotidie comedunt, sed nunquam oculis erigunt ad arborem cuius fructu pascuntur. Contra istos dicit philosophus, quod in contribuendo proportionabile cōmanent & cohabitantes ciues boni, & qui non possunt similia retribuere, saltē gratiarum actiones retribuūt: quia gratiarū actio est quædam distributio in illis qui non possunt æquialenter retribuere. Cum igitur continuē à Deo beneficia recipiamus, debemus sibi cōtinuē gratias agere. Vnde dicit Augustinus in epistola ad Marcellinum: quod nihil possumus melius dicere quā Deo gratias. Quid inquit gratius, vel animo habeamus, vel ore proferamus, vel thalamo scribamus, quam Deo gratias. Nihil hoc dici breuius, nec audiri letius, nec reddi fructuosius potest. Et ideo dicit Hermes trimegistus in libro suo, qui logos telios dicitur quasi in fine, quod nō est conueniens thus vel mirham incendere, & sic Deum adorare, sed Deo gratias agere. Isto autem genere iudæi ingrati Deo fuerunt, ipsum pro beneficiis receptis non honorantes, eis ad literam dicente Christo, Vos inhonorastis me. Tertium genus ingrati tudinis est illorum qui Deo sua beneficia exprobrant ad modum vxoris ingrata, pro qua vir quoddam opprobrium passus vxor ei deinceps improperebat imperpetuum. Istam imitari videntur, qui Christo suorum vulerum enormitatem fatuē mirando improperebat, quæ nullatenus sustinuerit, nisi ad hoc eum charitas coegisset. Eccl. 29. Pascet & potabit ingratos & adhuc amara audiet. Isto genere iudæi ingrati Deo fuerunt, qui pane de celo à Deo recepto, ipsi improperebant dicentes. Naufeat anima nostra super cibo isto leuissimo. Quartum genus ingrati tudinis est illorum, qui contra Deum ex suis beneficiis pugnat qui. f. donis Dei ad peccatum vtuntur, vt aliqui abundant diuitiis, vt necef sitati pauperum subueniant, & isti sunt pauperum oppresores. Alij fortitudine corporis vigent & isti in seruitutis diaboli suam fortitudinem con sumunt. Alij naturali vigent ingenio, vt se & alios diuigant, & isti dolose & fraude proximos decipiunt & c. Contra quos dicit Gregorius. Qui rebus diuinitus acceptis, nequaquam recta, sed semper praua agere cogitant, quid aliud faciunt, nisi suis contra dominum donis pugnant? Isto genere ingrati erant iudæi qui per donum legis à Deo acceptæ contra ipsum per eandem legem pugnant Pilato dicentes. Nos legem habemus, & secundum legem debet mori: quia filium Dei se fecit. Ecce quanta ingrati tudine iudæorum erga Dei beneficia, quam breuiter commemorās psal. dicit. Et obliuī sunt benefactorum eius & c.

Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

Hic describuntur beneficia illis in mari rubro exhibita. Et primō quoad maris transitum. Secundō quo ad ipsorum ducatum, ibi. Et eduxit. Quātum ad primum habetur historia Exod. 14. Nam cum filij Israel exiissent de Ægypto, venerunt ad mare, & castrametati sunt iuxta mare. Tunc Pharaon doluit, quod ipsos dimisisset exire, aggregatoque toto exercitu Ægypti, persecutus est filios israel, & inuenit eos iuxta mare. Leuantes ergo filij israel oculos viderunt Pharaonem & exercitum eius grandem contra se venientes, & timuerunt valde, quia eis fugere non erat possibile, quia ab vna parte Ægyptij armati erant, ex alia vero parte mare ipsos concludebat. Vnde clamauerunt contra Moysen dicentes. Quid est hoc quod voluisti facere, vt educeres nos de Ægypto? Multo enim melius erat nobis seruire Ægyptiis, quam mori hic in solitudine. Et ait Moyses. Nolite timere, state & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Dominus enim pugnabit pro vobis. Et tunc facta est nubes densissima & tenebrosa, diuidens inter filios israel & Ægyptios, ex parte Ægyptiorum, ita vt ad seinuicem toto noctis tempore accedere non valeret, sed ex parte filiorum israel erat luminosa. Tunc Moyses p̄cepto domini extendit

Corā patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in cāpo Taneos.

Hic ponuntur Dei beneficia magis in speciali quæ fecit in Ægypto. Istum textum exponit de mirabilibus quæ fecit Deus ipsi Pharaoni, ipsum mirabilibus plagis percutiendo, vt de manibus suis suum liberaret populum. De quibus plagis mirabilibus habetur infra in p̄senti psal. ibi. Incog. Tom. j.

Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

Hic describuntur beneficia illis in mari rubro exhibita. Et primō quoad maris transitum. Secundō quo ad ipsorum ducatum, ibi. Et eduxit. Quātum ad primum habetur historia Exod. 14. Nam cum filij Israel exiissent de Ægypto, venerunt ad mare, & castrametati sunt iuxta mare. Tunc Pharaon doluit, quod ipsos dimisisset exire, aggregatoque toto exercitu Ægypti, persecutus est filios israel, & inuenit eos iuxta mare. Leuantes ergo filij israel oculos viderunt Pharaonem & exercitum eius grandem contra se venientes, & timuerunt valde, quia eis fugere non erat possibile, quia ab vna parte Ægyptij armati erant, ex alia vero parte mare ipsos concludebat. Vnde clamauerunt contra Moysen dicentes. Quid est hoc quod voluisti facere, vt educeres nos de Ægypto? Multo enim melius erat nobis seruire Ægyptiis, quam mori hic in solitudine. Et ait Moyses. Nolite timere, state & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Dominus enim pugnabit pro vobis. Et tunc facta est nubes densissima & tenebrosa, diuidens inter filios israel & Ægyptios, ex parte Ægyptiorum, ita vt ad seinuicem toto noctis tempore accedere non valeret, sed ex parte filiorum israel erat luminosa. Tunc Moyses p̄cepto domini extendit

Corā patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in cāpo Taneos.

Sicut posuit in Ægypto signa sua. Vt autem omnē dubitationem tollat, nominat prouinciā in qua illa facta fuerunt. f. Ægyptum: nominat & locum, quia in cāpo Taneos. Tanis enim est quædam ciuitas in Ægypto quæ est regalis ciuitas in qua regia consilia tenebantur in qua morabatur rex Ægypti: de qua dicitur Esa. 19. Stulti principes Taneos sapientes consiliarij Pharaonis dederunt consiliū inspiens, & quamuis illa mirabilia & illa plagæ rangerent totam terram Ægypti, ramen quia per Moysen facta fuerunt ibi in p̄sencia regis, ideo omnia illa dicuntur esse facta in campo Taneos id est in campo illius ciuitatis. Sed quia ista mirabilia explicabuntur inferius, ideo nunc omitto. Alij autem istum textum exponunt de mirabilibus factis in eodem loco circa personam Moysi dux adhuc iuuenis esset habitans in domo Pharaonis. Vbi sciendum, quod super illo verbo quod dicit dominus Moysi. Quis fabricatus est mutū & surdum, videntē & cæcū, nonne ego dicit dominus? Dicunt doctores quod cum Moyses existens adhuc in domo Pharaonis in qua educatus fuerat, occidisset vnū Ægyptium, vt habetur Exo. 2. fuit captus & ductus ante Pharaonē vt occideretur. Speculator autē qui debebat eum occidere, tunc à Deo cæcitate fuit percussus, & sic Moyses euasit. Videns autem Pharaon eum recedentem, statim à Deo factus fuit mutus ad horam, vt seruis suis non posset percipere, vt Moyses caperetur. Similiter & tunc omnes serui ita fuerūt istis visis attoniti, quod remanserunt quasi surdi essent, & cæci. Et sic ex istis mirabilibus patet quod Moyses liberatus fuit miraculose. Et de istis mirabilibus in personam Moysi factis nunc dicit. Coram patribus eorum fecit mirabilia & c. Quia & si patres eorum p̄dictis p̄sentes non fuerunt, tamen: quia de illis sufficēter informati fuerunt, ideo coram ipsis illa facta dicuntur.

Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

Hic describuntur beneficia illis in mari rubro exhibita. Et primō quoad maris transitum. Secundō quo ad ipsorum ducatum, ibi. Et eduxit. Quātum ad primum habetur historia Exod. 14. Nam cum filij Israel exiissent de Ægypto, venerunt ad mare, & castrametati sunt iuxta mare. Tunc Pharaon doluit, quod ipsos dimisisset exire, aggregatoque toto exercitu Ægypti, persecutus est filios israel, & inuenit eos iuxta mare. Leuantes ergo filij israel oculos viderunt Pharaonem & exercitum eius grandem contra se venientes, & timuerunt valde, quia eis fugere non erat possibile, quia ab vna parte Ægyptij armati erant, ex alia vero parte mare ipsos concludebat. Vnde clamauerunt contra Moysen dicentes. Quid est hoc quod voluisti facere, vt educeres nos de Ægypto? Multo enim melius erat nobis seruire Ægyptiis, quam mori hic in solitudine. Et ait Moyses. Nolite timere, state & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Dominus enim pugnabit pro vobis. Et tunc facta est nubes densissima & tenebrosa, diuidens inter filios israel & Ægyptios, ex parte Ægyptiorum, ita vt ad seinuicem toto noctis tempore accedere non valeret, sed ex parte filiorum israel erat luminosa. Tunc Moyses p̄cepto domini extendit

Corā patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in cāpo Taneos.

Hic ponuntur Dei beneficia magis in speciali quæ fecit in Ægypto. Istum textum exponit de mirabilibus quæ fecit Deus ipsi Pharaoni, ipsum mirabilibus plagis percutiendo, vt de manibus suis suum liberaret populum. De quibus plagis mirabilibus habetur infra in p̄senti psal. ibi. Incog. Tom. j.

Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.

Hic describuntur beneficia illis in mari rubro exhibita. Et primō quoad maris transitum. Secundō quo ad ipsorum ducatum, ibi. Et eduxit. Quātum ad primum habetur historia Exod. 14. Nam cum filij Israel exiissent de Ægypto, venerunt ad mare, & castrametati sunt iuxta mare. Tunc Pharaon doluit, quod ipsos dimisisset exire, aggregatoque toto exercitu Ægypti, persecutus est filios israel, & inuenit eos iuxta mare. Leuantes ergo filij israel oculos viderunt Pharaonem & exercitum eius grandem contra se venientes, & timuerunt valde, quia eis fugere non erat possibile, quia ab vna parte Ægyptij armati erant, ex alia vero parte mare ipsos concludebat. Vnde clamauerunt contra Moysen dicentes. Quid est hoc quod voluisti facere, vt educeres nos de Ægypto? Multo enim melius erat nobis seruire Ægyptiis, quam mori hic in solitudine. Et ait Moyses. Nolite timere, state & videte magnalia domini, quæ facturus est hodie. Dominus enim pugnabit pro vobis. Et tunc facta est nubes densissima & tenebrosa, diuidens inter filios israel & Ægyptios, ex parte Ægyptiorum, ita vt ad seinuicem toto noctis tempore accedere non valeret, sed ex parte filiorum israel erat luminosa. Tunc Moyses p̄cepto domini extendit

Corā patribus eorū fecit mirabilia in terra Ægypti, in cāpo Taneos.

Tanis.

Esa. 19.

Exod. 4.

Moys. 1.

Exod. 2.

1293.

Incog. Tom. j.

Incog. Tom. j.

Ddd 2 manum

manum supra mare, & statim aquæ maris diuise-  
runt, & apparuit iter siccum per medium maris.  
Aquæ autem stabant hincinde quasi murus, &  
tunc filij Israel transferunt per medium sicci  
maris. Pharo autem persequens eos cum toto  
suo exercitu, submersus est in mari. Hoc autem  
beneficium narrans dicit psal. *Interruptit mare* qua-  
si non esset liquidum, & perduxit eos, scilicet ad  
terram. *Et statuit aquas quasi in vitro.* Aquæ enim  
detinentur in vitro, ne fluant. Eodem modo aquæ  
maris diuise ex utraque parte stabant diuina vir-  
tute, ne fluerent super filios israel, quia ut dicitur  
Exodi, 14. Erant aquæ eis quasi pro muro à dex-  
tris & à sinistris. Hoc autem quotidie spiritaliter  
in nobis facit Deus, ut dicit glo. Tunc enim  
stare facit aquas & nos deducit, cum cohibet flui-  
da concupiscentiarum, cum huic renunciat se-  
culo, ut peccatis omnibus quasi inimicis delectis,  
populus fidelis perducatur per baptismum. Ali-  
ter autem istum versum exponit Grego. super il-  
lo verbo Iob. 9. Et graditur super fluctus maris,  
dicens. Quid enim maris nomine, nisi in bono  
nece sapiens huius mundi amaritudo significa-  
tur? De quo per psal. dicitur. *Statuit aquas quasi in*  
*vitro.* Aquas enim maris quasi in vitro dominus co-  
gregat, cum iniro moderamine cuncta dispo-  
nens, in suis clausas cordiculis carnalium minas  
frenat. Super fluctus ergo maris dominus gradi-  
tur: quia cum se procellæ persecutionis erigunt,  
miraculorum eius obtusefactione franguntur.  
Qui enim timores humanæ vesania mitigat,  
quasi erectas in cumulo aquas calcet. Nam cum  
morem suum gentilitas destrui noua conuersa-  
tionis prædicatione conspiceret, cum mundi hu-  
ius diuites elationis suæ contraria facta pauperū  
cum sapientes sæculi aduersari sibi imperatorum  
verba pensarent, in persecutionis protinus tem-  
peratam tumuerunt: Sed qui verborum aduer-  
sitate commoti ad persecutionis procellas infil-  
liunt: signorum admiratione temperantur. Tot  
ergo in his fluctibus dominus gressus posuit,  
quot superbis persecutionibus mirabilia ostendit.  
Et sic interruptit mare, & statuit aquas quasi  
in vitro, dum persecutores ecclesiæ ostensis mira-  
culis placauit. Scribitur enim. Mirabiles elatio-  
nes maris, sed mirabilis in altis dominus.

Exod. 14.

Gregor. 9.  
mora c. 5.  
Iob. 9.

Aqua ma-  
ris significat  
persecutiones

psal. 92.

1294.

Exod. 13

Columna nu-  
bis & ignis.

Et eduxit eos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis.

Hic ostendit beneficium, quod ad ipsorum du-  
catum. Historia habetur Exo. 13. quod dominus  
præcedebat populum ad ostendendam viam per  
diem in columna nubis, & per noctem in colūna  
ignis, ut dux esset itineris utroque tempore, nun-  
quam defuit columna nubis per diem, ne colum-  
na ignis per noctem. Columna enim nubis pro-  
regebat eos ab ardore solis in die. & columna i-  
gnis ostendebat eis viam in tenebris noctis, quā-  
docunque, scilicet habebant intrare de nocte vel  
mouere castra. Hoc autem beneficium Deus no-  
bis nunc etiam præstat: quia Christus in die ap-  
paret per nubem, sed in nocte per ignem: quia in  
die præsentis vitæ ducatur nobis præstat per nu-  
bem dum seipsum nobis in sacramento nube  
specierum sacramentalium velatum exhibet, sed  
in nocte futuri iudicij in columna ignis ducatur

præstabit, quia tunc magna tribulatio tanquam  
ignis lucebit iustis & ardebit iniustus. Et istam ex-  
positionem ponit Greg. super Exo. prædicta ver-  
ba exponendo dicens. Dominus præcedebat popu-  
lum &c. In igne terror, in nube visionis blan-  
dimentum, dies vita iusti, nox vero vita peccato-  
ris. Vnde ait apostolus. Fuisistis aliquando tenebræ  
nunc autem lux in domino. In die ergo per nubem  
columna monstrata est, & in nocte per ignem,  
quia omnipotens Deus & blandus iustis & terri-  
bilis apparebit iniustus. Hos ad iudicium veniens  
per lenitatis mansuetudinem mulcens, illos per  
iustitiæ distributionem terrens. Vel aliter secun-  
dum Grego. ibidem. Columna nubis in heremo  
peribat populum, & splendor ignis in die sed  
in nocte radiebat, quia Christus conuersationis  
suæ exemplo ducatur sequentibus præstans, de  
iustitia confidentibus nulla luce claruit, peccato-  
rum vero tenebras agnoscentibus igne sui amo-  
ris resulsit.

Gregor. 11.

Ephes. 5.  
Colina ignis  
& nubis diu-  
tur Christus.

1 Cor. 10.

1296

1295.

Num. 20.

Aqua de pe-  
tra fluxit.

Christus &  
petra dicitur  
aqua enim  
viva.

Sicut multi-  
plex.

Interruptit petram in heremo, & adaquauit eos velut in abyssu multa.

Hic ponuntur beneficia illis in deserto præsti-  
ta. Hic enim specialiter mentionem facit de be-  
neficio aquæ miraculose illis præstito, quod bis  
eis fuit collatum. s. ante dationem legis, & post.  
Vnde primò agit de primò, secundò de secundo,  
ibi. *Et eduxit aquam de petra.* Quantum ad primum  
ait. *Interruptit petram &c.* Historia habetur Exod. 17.  
quod cum esset populus in deserto Raphidim  
vbi non erat aqua ad bibendum, iurgatus est po-  
pulus contra Moysem, dicens. Da nobis aquam  
ad bibendum. Cui respondit Moyses. Quid iur-  
gaminis contra me? Cur tentatis dominum? Cla-  
mat autem Moyses ad dominum dicens. Quid fa-  
ciam populo huic? Adhuc modicum, & lapidabit  
te. Dixit autem dominus ad Moysem. Accipe  
virgam in manu tua, percutiesque petram Oreb,  
& illa dabit aquas, & bibet populus: quod & fa-  
ctum est, & egressæ sunt aquæ abundantissime.  
Et hoc est quod dicit, *Et adaquauit eos velut in a-  
byssu multa.* Oportuit ergo quod aqua esset in ma-  
gna abundantia, quia in exercitu Hebræorum er-  
rant sexcenta milia absque mulieribus & paru-  
lis pecoribus & iumentis. Et ideo oportuit esse  
aquam multam vnde omnes possent sufficienter  
bibere, & adaquari. Hoc autem beneficium con-  
tinuè nobis dominus præstat, qui de petra per-  
cussa nobis aquam gratiæ parat. Quid enim est  
petra percussa nisi Christus positus in cruce? Vn-  
de istud beneficium pertractans Origenes super  
Exodum dicit. Sitiuit inquit populus propter a-  
quam, & murmurabat aduersus Moysem. Suffe-  
cisset dicere quia sitiuit: quid opus fuit addere  
aquam? non est superflua additio. Sunt enim due  
sites, & quisque habet propriam. Qui beati sunt  
esuriunt & sitiunt iustitiam: alij quoque dicunt,  
sitiuit anima mea ad te Deus. Qui vero peccato-  
res sunt, non patiuntur sitim aquæ, neque famē  
panis, sed audiendi verbum Dei. Sitiuit ergo po-  
pulus propter aquam, qui debuit sitire iustitiam,  
sed Deus eruditur infantium & magister insipie-  
ntium corrigit culpas & emendat errorem: dicens  
ad Moysem ut sumat virgam & percutiat pe-  
tram, & educat aquam. Vult enim nos iam de pe-  
tra bibere proficere, & ad interiora mysteria per-  
uenire.

uenire. Murmurauerunt enim aduersus Moysem, A  
ideo iubet dominus ut ostendat eis petram, de  
qua bibant. Si quis est qui legem Moysem mur-  
murat aduersus eum, & displicet ei lex secundum  
literam: quia in multis non videtur habere con-  
sequentiā, ostendit ei Moyses petram, quæ est  
Christus, ut inde bibat & sitim reficiat. Sed hæc  
petra nõ dat aquas nisi percussa, percussa vero fon-  
tes producit. Percussus enim Christus, in cruceq;  
actus noui testamenti fontes produxit. Nisi enim  
fuisset percussus, & exiisset sanguis & aqua, om-  
nes sitim pateremur. Propter quod ait apostolus  
Bibebant autem de spiritali conueniente eos pe-  
tra, petra autem erat Christus. Et hoc est quod  
ait psalmista. *Interruptit petram in heremo, & ada-  
quauit eos, &c.* scilicet abundantia prædicationis  
verbi diuini.

Et eduxit aquam de petra, & eduxit tanquam flumina aquas.

Hic ostendit beneficium aquæ præstitum post  
dationem legis, cuius historia habetur Num. 20.  
quod cum esset omnis populus in deserto Sina,  
& indigeret aqua, conuenierunt aduersus Moy-  
sen & Aaron, & versu in seditionem dixerunt.  
Quare nos fecisti ascendere de Agypto ad locum  
istum pessimum, qui seri non potest, infusus  
& aquam non habet ad bibendum? Moyses  
ergo & Aaron ingressi tabernaculum clamaue-  
runt ad dominum, dicentes. Domine Deus au-  
di clamorem populi huius & aperi eis thesaurum  
tuum fontem aquæ viuæ, ut satiari cesset eorum  
murmuratio. Locutusque est dominus ad Moy-  
sen & Aaron. Tolle virgam & loquimini ad pe-  
tram coram populo, & illa dabit aquas. Tulit  
ergo Moyses virgam, & congregata omni mul-  
titudine ante petram dicit eis. Audite rebelles &  
increduli. Num de petra hac poterimus vobis  
aquam eicere? Et percussit virga bis siliem, &  
egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut biberet om-  
nis populus & iumenta. Hanc ergo historiam  
hic tangens Psalmista ait. *Et eduxit aquam, &c.* Ista  
autem fuit aqua contraditionis, propter quam  
prohibitus est Moyses intrare terram promissio-  
nis, sed non prima aqua in præcedenti versicu-  
lo educta. Istud beneficium quotidie nobis præ-  
stat dominus, quando de petra Christo flumi-  
na aquæ viuæ producit. Vnde glo. *Et eduxit a-  
quam de petra.* De petra enim quæ dicitur Chri-  
stus educitur aqua. Ipse est enim qui ait. Si quis  
sitiit veniat ad me, & bibat. Hoc autem dicebat  
de spiritu sancto, &c. Vel aliter. Petra est cor ho-  
minis obduratum, & tamen si virga crucis do-  
minicæ percutiatur per deuotionem, aquam la-  
chrymarum abundanter educit. Vnde hunc ver-  
sum exponens Balduinus ait. *Et eduxit aquam de  
petra &c.* Si per obdurationem cordis nos petra  
sumus quæ virtus, quæ potestas, quæ virga per-  
cussionis aut comminationis aquas salutariferas  
penitentia de corde nostro educere potest, nisi  
sicut Christi? Quid autem sunt hæc flumina, ni-  
si illa de quibus dicit Christus. Qui credit in me,  
flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hæc  
sunt flumina gratiarum, & fluenta charismatum,  
quæ de corde puro per crucis memoriam pia de-  
uotione iugiter compuncto indefinenter exeunt  
& indefinenter fluunt.

In cog. Tom. j.

Et apposuerunt adhuc peccare ei, in iram excitauerunt excelsum in iniquo.

Hic consequenter describitur populi ingrata  
malitia. Et hoc dupliciter. Primò quantum ad e-  
iusdem ingratitude magnitudinem. Secundò  
quantum ad eius multitudinem, ibi. *Quotiens exa-  
cerbauerunt cum* Prima in duas, quia ponitur pri-  
mò ipsorum ingratitude, in his quæ contigerunt  
ante missionem exploratorum. Secundò in his  
quæ contigerunt post, ibi. *In omnibus his.* Prima  
in duas, quia primò ponitur populi ingratitude,  
secundò Dei mansuetudo, ibi. *Ideo audiuit.* Prima  
diuiditur in tres partes. Quia ponitur primò in  
partem reciduiatio. Secundò ipsorum malitiosa  
tentatio, ibi. *Et tentauerunt.* Tertio ipsorum contra  
Deum murmuratio, ibi. *Et male.* Quantum ad pri-  
mum ait. *Et apposuerunt adhuc, &c.* Ante enim col-  
lata beneficia prædicta, scilicet transitus maris  
columnæ nubis, & ignis, educationis aquæ, iam  
offenderant Deum murmurando contra Deum  
& Moysem, antequam mare apertum fuisset, di-  
centes. Forsitam non erant sepulchra in Agypto.  
Ideo tulisti nos ut moremur in solitudine. Multò  
melius erat nobis seruire Agyptiis, quam mori  
in solitudine. Sed quod grauius est, post tanta re-  
cepta beneficia, iterum contra Deum murmurare  
coeperunt, & sic in peccatum pristinum grauius  
inciderunt. Tū quia reciduiatio in peccatum gra-  
uior est primò peccato, sicut patet de reciduiatio-  
ne corporalis infirmitatis. Tum quia post multi-  
plicationem beneficiorum ingratitude habita gra-  
uius est peccatum. Horum ergo reciduiationem  
psalmista quasi admiratiuè proponit, dicens. *Et ap-  
posuerunt adhuc, scilicet post tot beneficia recepta  
peccare ei. In iram concitauerunt excelsum in iniquo.*  
Iniquo dicitur deserto vbi erat penuria  
aquæ, hoc est, in deserto concitauerunt Deum  
excelsum ad iram. Magister autem in glo. hic  
peccatum eorum dicit peccatum incredulitatis,  
dicens. *Adhuc apposuerunt peccare ei* id est non cre-  
dere ei, scilicet discredere, & accipitur pro pec-  
cato infidelitatis. Et est sensus. Hæc tanta bene-  
ficia fecit illis Deus, & tamen illi, scilicet genera-  
tio praua *apposuerunt adhuc peccare ei.* id est adie-  
cerunt ut inter tot beneficia non crederent, quod  
scilicet non credere ut maximum intelligeretur  
peccatum cū dominus dixisset in euangelio. Spi-  
ritus arguet mundum de peccato, continuè ex-  
ponendo subiunxit, de peccato quidem quia non  
crediderunt in me. Ita & hic, peccatum dicit, non  
credere. Et nota quia dicit *apposuerunt peccare ei.*  
Nam sicut dicit Gualfredus, aliud est peccare  
Deo, aliud peccare in Deum, aliud peccare si-  
bi. Peccat autem Deo quis dupliciter, primò  
cum quis peccat Deo, id est ad honorem Dei  
consecutur, scilicet per gloriam ignoscendi, ex-  
peccato enim sæpe sequitur contritio & remissio  
quæ sunt ad gloriam Dei. Vnde dicitur. Tibi soli  
peccavi. Vel peccat quis Deo per curam, quando,  
scilicet qui peccat, curæ Dei se subdit: quia ab eo  
sperat salutem. Peccat autem sibi & non Deo, sci-  
licet acquisitiuè, scilicet ad damnationem suam  
& malum suum. Peccat autem quis in Deum qui  
contra Deum erigitur. Tamen in omni peccato  
isti tres modi peccandi reperiri possunt.

Reciduiatio  
peccati.

Peccatum in  
fidelitatis.

Ioan. 16.

Gualfred.  
Peccare.

Nota diffe-  
rentiam in-  
ter peccare  
Deo & pec-  
care in Deo,  
& peccare  
sibi.

D d d ;

Et

1298 Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent efcas animabus suis.

Nota quod multis modis dicitur tentare.

Hic ponitur ipsorum malitiosa tentatio. Vbi notandum qd aliter tentat Deus hominem, aliter diabolus aliter homo Deum. Vbi sciendū qd tentare proprie est experiri aliquid, vt habeatur eius cognitio, sicut homo tentat vinum, & magister discipulum. Aliquando vero dicitur tētare, aliquid experiri cum intentione manifestandi conditiones suas aliis. Aliquando vero tentare est callidē accipere experientiam alicuius, cum intentione fallendi & decipiendi. Aliquando verū tētare est aliquid dolose postulare, quod non credit posse fieri, vt sit in verbis simplicitas, sed in corde malitia. Primo modo homo tentat hominē, vt experiat quod ante ignorabat. Sic enim quandoque homo tentat seipsum, vt Dauid quando induit arma Saulis cepit tentare, vt rum sic armatus pos-

1. Reg. 17. ser incedere, vt habetur. 1. Regum 17. Et quandoque homo tentat sic alium. Sic enim regina Sabba veniens ad Salomonem tentauit ipsum in multis enigmatibus, vt habetur 3. Regum 10. Secundō modo tentat Deus, vt scilicet quod ante ei erat cognitum, & non aliis, fiat aliis cognitum.

3. Reg. 10. Et sic tentauit Deus Abraham &c. Gen. 22. Tertio modo tentat diabolus vt decipiat. Sic enim tentauit Ananiam & Saphiram, quibus ait Petrus. Cur tentauit Sathanas cor vestrum. Quarto modo homo Deum tentat, quando dolose aliquid petit à Deo, nec credens, Deum illud posse facere vel velle. Et sic Iudæi in deserto Deum tentauerunt, vt hic dicitur. Et sic potes notare quod multipliciter aliqui Deū tentant, quia aliqui tentant eius clementiā, tentant eius patientiam, tentant eius sapientiam, tentant eius potentiam. Primo tentant eius clementiā illi, qui sub spe ventæ peccant, & tales difficiliter consequuntur veniam. Ideo dicitur. Noli esse quasi homo, qui tentat Deum. Sic & Iudæi experimentū volentes habere de Christi clementia, an ipsam præponeret iustitiæ, adduxerunt illi mulierem deprehensam in adulterio, quærentes quid de ipsa diceret siendum. Hoc autem dicebāt tentantes eum, vt habetur Ioan. 8. Secundō aliqui tentant eius patientiā, qui scilicet in peccatis perseverant sperantes in fine pœnitere. Sic & Iudæi tentauerunt Christum, quia vsque ad finē ipsum sunt persecuti, dicentes. Tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ sunt nouissima eius. Tertio aliqui tentant eius sapientiam, quæ scilicet dicūt omnia ex necessitate fieri propter sapientiam Dei vel præscienciā quæ falli non potest. Tales enim negant experientiam, quia nesciunt videre Dei sapientiam rebus præscitis non imponere necessitatem, cum tamen sit notum eum vera scientia stare contingentia rerū, vt experientia docet. Sic suam sapientiam tentauerunt Iudæi, dicentes. Magister scimus quia verax es, &c. Propter quod eis respondit Iesus dicens. Quid me tētatis hypocritæ, &c. Quarto aliqui tentant eius potentiam, qui scilicet in aliquo periculo existentes & habentes naturaliter quomodo possint euadere nolunt, sed fidei potentiam ipsam volentes experiri se committunt, sicut si famescens habet vnde possit famem tollere, nolit, sed potentiam Dei volens experiri, ipsum tentat,

1. Reg. 17.

3. Reg. 10.

Gene. 22.

Matth. 22.

Eccl. 18.

Ioan. 8.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

1. Reg. 17.

sicut Diabolus volebat Christum se proicere de pinnaculo templi, cum tamē haberet gradus per quos descendere posset. Propter quod sibi dicit Christus. Scriptum est, non tentabis dominum Deum tuum. Deuter. 8. Sic & Iudæi Deum tentauerunt quærentes ab eo signa de cælo tentantes eum, vt habetur Mar. 8. Sic & in proposito, tentauerunt Dei potentiam, scilicet volentes experiri, si Deus in deserto efcas ad sufficientiam dare posset, quasi hoc nō credentes. Bis enim de hoc Deū tentauerunt, scilicet primō ante legem datam, vt habetur Exo. 16. dicētes Moysi. Cur eduxisti nos in hanc solitudinem, vt occideres omnem multitudinem istam fame? Secundō post legem datam, quando manna non contenti, carnes postulauerunt, dicentes. Quis nobis dabit carnes ad vescendum, &c. Hic autem agit de prima tentatione, vbi non carnes sed solum efcas tentando postulabant, cum dicitur. Et tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent efcas, &c.

Et male locuti sunt de Deo, dixerunt nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Hic ponitur ipsorum contra Deum murmuratio, & primō ponitur ipsorum murmuratio, secundō murmurationis reprehensio, ibi. Quoniam percussit. tertio murmurationis obstinatio, ibi. Nunquid & panem. Quantum ad primum hic refert plasmista murmurationem, scilicet secundam quam fecerunt postulantē lara cibaria carnum, credentes tamen hoc Deum non facere posse. Et hoc notans psalmista dicit, Et male locuti sunt de Deo, scilicet, in corde negantes eius potentiam. Et modus loquendi subditur. Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto. glo. quasi dicat non. Hæc enim diffidentia, Deo est iniuria. Hic autem accipitur mensa pro splendida & copiosa carnum refectio: quia erant attediati de esu mannae, dicentes. Anima nostra arida est, nihil respiciunt oculi nostri nisi man. Et attende quod iste versus est quasi declaratiuus præcedentis, in quo dixit quod tentauerunt Deum in cordibus suis: quia si quis diceret, quomodo potuit psalmista scire cor eorum cum solus Deus corda hominum scrutetur? quia vt dicitur 1. Reg. 16. Homo videt quæ patent in facie, Deus autem intuetur cor. Hic respōdet psalmista: quod cor sciri potest per loquelam: quia loquela bona, boni cordis est nuncia, sic & mala mali cordis est testis. Vnde ipsorum malam loquelam hic exprimit, dicens. Et male locuti sunt de Deo. Sciendum ergo quod mala loquela qualitatem indicat cordis, secundum illud Lucæ 21. Nam & loquela tua manifestum te facit. Vnde philosophus 1. ethic. dicit. Vnusquisque qualis est, talia loquitur & dicit. Et Cassiodorus super psal. 11. Si vis scire de fratre tuo, quale cor habeat, atrede vnde libenter loquatur: quia talis est in corde, nam ex abundantia cordis os loquitur. Dicit philosophus, quod aliquæ aures faciunt oua venti, sed hoc non contingit in auibz boni volatus. Sed qui debent esse hodie melioris volatus quam clerici & sacerdotes, quorum conuersatio tota cœlestis deberet esse. Oua autem venti nunquam faciunt pullum, & ideo significant verba vana & ociosa, quæ dicuntur oua venti: quia à vento

vento vanitatis generatur. Licet enim quandoq; ab aliis talia oua vana procedant, tamē hoc maxime in clericis est abominabile, quia secundū Bernard. nar. lib. 2. ad Eugenium. Inter seculares nugæ nugæ sunt, sed in ore sacerdotis blasphemia. Consecrasti os tuum euangelio, talibus ergo illud iam aperire illicitum est, assuescere sacrilegium est. Quod ideo dico, quia sacerdotes & prædicatores hodie omiſſa sacra scriptura, amplius delectantur fabulis poetarum, quam sacra scriptura, quasi non sit sufficiens ad omnium virtutum exempla ponenda. Propter quod de talibus dicitur in can. disti. 37. Sacerdotes Dei omiſſis euangelis & prophetis, videmus comedias legere, amatoribus bucolicorum versuum verba cātare, tenere Vergilium in manibus, & illud quod in pueris est causa necessitatis, in se crimen facere voluptatis.

1300 Quoniam percussisti petram: & fluxerunt aquæ & torrentes in undaerunt.

Hic ponitur murmurationis reprehensio, vt dicitur in versu. 1293. bis Deus eduxit aquam eis de petra. Hic autem loquitur de prima editione, de qua habetur Exod. 17. Vnde contra eos sic arguit psalmista probans quod debebant credere Deum posse eis in deserto mensam parare. Ille qui expertus est Deum posse quod est maius debet credere Deū firmiter posse quod est minus. Sed maius est aquam educere copiosè de petra (quam petra in se non habet naturaliter) quam carnes volatilia de vno loco ad aliū ducere, quia hoc secundum potest facere eriam virtus creata. Et primum fuerat experti, ergo nullo modo debebant dubitare quin in deserto Deus eis mensam potuisset parare, cum ipse esset qui maius fecerat, quoniam percussit petram &c. id est per Moysen percuti fecit. Sic & moraliter petra est Christus qui in cruce percussus fuit & vulneratus, ex cuius vulnere aqua fluxit & sanguis. Ioan. 19. Aqua scilicet triplex, scilicet aqua gratiæ, sapientiæ, & lachrymarū siue pœnitentiæ. Primo est aqua gratiæ, de qua dixit Iesus Samaritanæ. Ioan. 4. Qui bibit ex aqua quam dabo ei, non sitiet in æternū, quod de gratia dicit cōfirmata. Ista aqua exiuit de petra Christo percussa, quia per gratiā suę passionis saluati sumus. Esa. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibz saluatoris, id est, de vulneribz Christi. Secunda est aqua sapientiæ. Eccl. 15. Aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Ista exiuit de Christo petra percussa. Vnde & Longinus qui Christum lancea percussit, statim perulstratus sapientiæ Christum verum Deum cognouit, quem ante perurum hominem esse credebatur. Propter quod exclamauit, dicens. Vere filius Dei erat iste. Tertia est aqua lachrymarum, quam postulabat Hieremias, dicens. Quis dabit capiti modo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum? Ista aquas amaras petra percussa efficit dulces, quia in tantum aqua lachrymarum est amara, quod lumi non potest, nisi virtute petra percussa, vel ligni crucis dulcoratur. In cuius figuram dicitur Exo. 15. quod filij israel non poterant bibere aquas, eo quod essent amaræ. Et clamauit Moyses ad dominum, qui ostendit ei lignū, quod cū misisset in aquas, in dul-

1301 Ideo audiuit dominus & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascendit in Israel.

Hic consequenter contra ipsorum ingratiudinē ponitur Dei mansuetudo, quia non statim puniuit ipsorum ingratiudinem, sed distulit punitionem, sic quod primō impleuit eorum postulationem, & consequenter inculit punitionem. Et duo facit, quia primō adimplet ipsorum desiderium secundo murmurationis adhibet supplicium. ibi. Adhuc efca. Circa primum duo facit, quia ponitur primo circa murmurationem eorum Dei offensio, secundo petitionis eorum adimpletio, ibi. Et mandauit. Prima in duas, quia ponitur primo Dei offensio, secundo offensionis assignatur ratio, ibi. Quia

cedinem versæ sunt. In signum quod petra in ligno crucis percussa deuota consideratio omnem amaritudinem lachrymarū & pœnitentiæ in dulcedinem vertit. Vnde & glo. August. ibidem dicit quod per lignum Deus aquas amaras dulces fecit, præfigurant figuram & gloriam crucis.

Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?

Hic ponitur ipsorum murmurationis obstinatio, quia non obstante hac experientia quod, scilicet eius aquam de petra durissima dederat abundanter adhuc obstinati permanentes murmurant dicētes. (Nunquid & panem poterit dare &c. Ex modo enim loquendi apparet quod non loquebantur assertiuè: sed magis dubitatiuè tentantes Deum. Sciendum est autem quod hic non intelligitur de pane eis dato de cælo, scilicet de manna: quia illius panis datio præcessit editionē aquæ de petra, quia panem cœli, scilicet manna dedit eis. Exo. 16. Sed aquam post eduxit de petra, vt habetur Exo. 17. Sed hic per panem intelligit cibū delicatū carnum, & huiusmodi petitio ponitur Num. 11. Vnde subditur. Aut parare mensam populo suo. id est delicatam refectioē & splendidā. Vnde in hæbreo habetur. [Aut parare carnem populo suo. Vnde glo. hic. (Aut parare mensam populo suo. id est, refectioē copiosam populo suo, id est, tot hominibus? quasi dicat non, quod autem loquatur negatiuè, apparet ex modo loquēdi, quia dicit Nunquid. Vbi sciendum quod hæc dictio cōposita nunquid cōponitur ex non & quid, & ponitur in scriptura aliquando affirmatiuè, sicut & ly nō. Vnde dicit dominus. Non possum quod volo facere: quasi dicat, imō possum facere. Sic & ly nunquid. Hier. 18. Nunquid redditor pro bono malū? quasi dicat, imō Et tunc locutio ironica est. Quādoque vero ponitur interrogatiuè vel dubitatiuè. Sic enim audientes apostoli à Christo, & vultus vestrum me traditurus est, nescientes de quo diceret, Christum sigillatim dicebant. Mar. 14. Nunquid ego sum dominus? Quandoque vero ponitur negatiuè. Sic enim Eliphar dicebat. Nūquid tu primus homo factus es? quasi dicat, certè non. & Psal. 49. ait dominus. Nunquid manducabo carnes taurorum &c. Et ponit. 6. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo: vt vestimenta eius non comburantur, quasi dicat, non. Et sic in proposito, ly nunquid negatiuè.

1302 Ideo audiuit dominus & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira Dei ascendit in Israel.

Hic consequenter contra ipsorum ingratiudinē ponitur Dei mansuetudo, quia non statim puniuit ipsorum ingratiudinem, sed distulit punitionem, sic quod primō impleuit eorum postulationem, & consequenter inculit punitionem. Et duo facit, quia primō adimplet ipsorum desiderium secundo murmurationis adhibet supplicium. ibi. Adhuc efca. Circa primum duo facit, quia ponitur primo circa murmurationem eorum Dei offensio, secundo petitionis eorum adimpletio, ibi. Et mandauit. Prima in duas, quia ponitur primo Dei offensio, secundo offensionis assignatur ratio, ibi. Quia



Rom. 2.

ira Dei uolens est propter multa.

Nam. 1.

Boe. de cons.

Valerius.

Eccl. 16.

Exemplum.

Quia non crediderunt. Quantum ad primum sciendum quod Deus differt multorum peccata punire propter multa. Quandoque ut ostendat suam erga peccatores clementiam: quia ipsos patienter expectat ut conuertantur. Sic enim dicit Apostolus ad Romanos 2. An diuitias bonitatis & longanimitatis contemnis? Nescis quia patientia Dei ad penitentiam te adducit? Vbi glo. Copiosa patientia Dei, quae tot & tanta peccantes sustinet, & non cito eos punit, ad penitentiam ipsos reducere volens, peccantes diu expectans ad penitentiam. Secundò differt punire, ut grauius eos puniat, quia cum differt punire culpa despiciunt, & sic augetur, & amplioem poenam meretur, vide supra versu. 1265. Tertio differt, ut ostendat potentiam suam. Et sic in proposito. Voluit enim primò Deus facere quod non credebatur ipsum posse facere, ut cognoscerent se defecisse, quo facto, postea puniuit eos. Et hoc est quod dicit. *Ideo audiuit dominus*, scilicet eorum petitionem dando eis rogata, non quidem propter ipsorum meritum, sed ad suae potentiae declarandam, & distulit, scilicet inferre eis debitam poenam, tamè disponens eos in futurum punire. Et hoc est quod subdit. *Et ignis accensus est in Iacob*. Ignis, id est ira Dei, qua disposuit eos punire. Vnde declaras quid intelligat per ignem subdit. *Et ira Dei ascendit in Israel*. Notandum autem quod ira Dei multum formidanda est ne ascendat super nos propter multa, scilicet quia ira Dei non declinatur virium potestate, non debilitatur temporis tarditate, in plures excitatur vniuersi prauitate, nullo mitigatur nisi humilitate. Primò ira Dei non superatur virium potestate. Nam 1. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistit ira furoris eius. Et in psal. *Quis nouit potestatem ire tuae*, &c. Probat Boetius 1. de consolatio, quod sapiens non habet timere iram cuiuscunque saeuientis contra eum: quia in potestate eius est facere iram alterius inermem: quia sapiens nihil timebit perdere quod tyrannus possit auferre, nec aliquid sperat ab ipso posse recipere, quod ipse ei possit conferre. Et ideo reddit iram suam impotentem, & priuat eum armis. Quicumque enim amat honores mundi timet aduersitates fortunae, & e contrario sapiens qui honores mundi non querit, aduersa non timet. Sic ergo non timendo iram tyranni, ipsam facit inermem & superat. Iram autem Dei non possumus facere impotentem: quia non possumus non appetere bonum quod ipse liberè confert, nec uelle miseriam quam ira sua infert. Secundum patet. Vnde Valerius ait libro primo. Lento gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemque supplicij grauitate compensat. Ecclesiast. 16. In gente incredibili exardescet ira. Narratur de quodam, qui ciuitate bellis lacerata misit ad quendam principem pro succursu habendo, nihilominus ut magis inclinaret eius animum, exposuit sibi fortitudinem suae ciuitatis in muris rutribus & fossatis. Cui ille respondit. Est ne ciuitas uestra superius cooperta, ut ira Dei in illam descendere non possit? quod si est, libenter veniam ad defendendum vos. Si autem non, propter peccata uestra contra Deum pugnare non audeo. In quadam etiam parte Angliae contigit semel quoddam blada creuerant pulcherrima in aestate. Et ecce appropinquante tempore messis, quoddam genus musca-

rum in tanta multitudine uenit, quod totum illud bladam consumpsit. Homines autem illius patriae, quosdam de illis muscis coeperunt, & diligenter inspicentes quales erant, quia nunquam similes uiderant, narrauerunt alas ipsarum literas habentes, & in una scribebatur colore nigro, ira, & in alia scribebatur de auro, Dei. Et tunc manifestum fuit propter peccata eorum accidisse hoc, iuxta illud Hierem. 12. Seminauerunt triticum, & messuerunt spinas, confundimini à fructibus uestris propter iram furoris domini. Tertiam patet quoniam propter vniuersi personarum malitiam Deus percuit totam vnam multitudinem. Exemplum Gen. 20. ubi tota domus Abimelech fuit flagellata propter eius demeritum, & totus populus Israel pro peccato Achor punitus est ut non posset stare contra inimicos suos, donec punitus fuit ipse Achor. Et habetur Iosue 22. Vnde & dicit Iosue populo. Nonne Achor praeteriit madaurum Dei, & super omnem populum ira Dei incubuit. Deus enim punit vnum pro peccato alius, sed hoc tantum temporaliter. Quartum patet, Narrat Aristoteles in libro de historiis animalium, quod leonis natura est non irasci nisi laedatur, & est fortis ira leonem. Eodem modo Christus non irascitur nisi laesus, iuxta illud Esa. 64. Ne irascaris domine satis, & ne memineris iniquitatis nostrae. Immo quantumcumque offensus fuerit, humilitate placatur. Vnde 2. Para. 12. Quia humiliati sunt conuersa est ira domini.

**Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.**

Hic ira Dei assignat causam, quasi dicat. Ideo ira Dei ascendit super eos, quia non crediderunt Deo visis miraculis tot praecedentibus, ex quibus firmiter sperare debebant, quod Deus esset salutaris ipsorum, quia scilicet eis prouideret in necessitatibus. Vbi notandum, quod per vnum contrarium aliud cognoscitur: quia contrarium eadem est disciplina. Ideo volens videre, quantum malum sit non credere Deo, videat quantum bonum & utile est credere Deo. Notandum ergo quod credere Deo est vitiorum purgatiuum, mundanorum contemptiuum, tormentorum receptiuum, supernorum adeptiuum. Primum patet, quoniam per misericordiam ex parte Dei & fidem ex parte nostra peccata purgantur, ut patuit in magdalena, quae accedens ad Christum, meruit à peccatis purgari, sibi Christo dicente. Fides tua te saluam fecit. Huius figura habetur Iona 3, in Niniuitis, de quibus dicitur, quod crediderunt Ninuitae domino & praedicauerunt ieiunium, & induti sunt sacco. Quod videtur dominus quod conuersi essent de via sua mala & fidem haberent in eum, eis pepercit. Secundum patet: quoniam propter fidem, quam homines in Christum habent, mundana relinquunt, ut in apostolis patuit Actuum 4. Credentium erat cor vnum, &c. Et vendebant, &c. Similiter & claustrales propter Christi fidem mundo moriuntur, ut Deo uiuant. Ioan. 6. Qui credit in me habet vitam aeternam. Tertium patet, nam propter fidem sancti martyres multa pertulerunt tormenta, ut deducit apostolus ad Hebr. 11. Sancti per fidem vicerunt regna &c. Quartum patet, quoniam propter credere efficiuntur filij Dei, si autem filij, & haeredes. Quae

Aug. 4.

Boe. 1.

Celum mundi.

Math. 6.

Caelum mundi.

Grego. 9.

Psal. 18.

Apostoli.

Quae omnia considerans Augusti. de verbis domini, dicit. Nullae maiores diuitiae, nulli maiores thesauri, nulli honores, nulla huius mundi maior est substantia, quam fides catholica, quae peccatores iustificat, caecos illuminat, infirmos curat, penitentes reparat, virgines coniugatas, & viduas casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, & in aeterna haereditate cum angelis collocat. Propter quod dicebat Christus Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet, & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternum. Vel aliter de credere, vide in dictionario meo.

**Et mandauit nubibus desuper, & ianuas caeli aperuit.**

Hic ostendit quomodo Deus contra ipsorum incredulitatem, ipsorum adimpleuit desiderium. Duo enim postulauerunt superius scilicet panem, dicentes. Nunquid & panem poterit dare? Secundo, mensam delicatam praeparatam, scilicet carnes, dicentes. Aut parare mensam populo suo. Et quo ad ista duo exaudiuit eos, & primò in petitione panis, secundo in petitione mensae siue carnum, ibi. *Transiit austerum*. Quantum vero ad primum circa panem eis caelitus darum tria facit, quia ponitur primò huius panis largitio, secundo eius nominatio, ibi. *Et pluit*, tertio huius panis commedatio, ibi. *Panem angelorum*. Quantum ad primum sciendum quod secundum Rabanum septem sunt caeli scilicet empyreum, crystallinum, sidereum, igneum, olympum, aethereum, & aereum. & insuper est illud caelum sanctae trinitatis. Ipsa enim celsitudo diuinæ maiestatis mathematicè dicitur caelum. Hic autem accipitur caelum pro caelo aere, de quo dicit Christus. Respicite uolatilia caeli id est aeris. Iste autem panis à Deo iudaeis in deserto datus, generabatur sursum in aere ad modum roris, ubi est locus nubium, & inde ad modum roris super terram descendebat. Et hoc est quod dicit. *Et mandauit nubibus desuper*. Quid mandauit? scilicet talem cibum generarent. *Et ianuas caeli aperuit* scilicet aperuit aeternam, quia per aeternam ille cibus descendebat ad terram. Per hoc autem denotatur qualiter Deus in nouo testamento panem uerbi suis fidelibus tribuit. Vbi nota quod per nubes significantur apostoli & alij praedicatores, ut patet ver. 556. & 1273. & 926. Mandauit autem istis nubibus, ut panem uerbi Dei per mundum distribuere, dicens eis. Euntes in mundum uniuersum docete omnes gentes &c. Et sic ianuas caeli aperuit. Quid autem hic nomine caeli accipitur, nisi ipsi apostoli & caelestes praedicatores intelliguntur. Quorum ianuas tunc Deus aperuit, quando ipsos de iudaea per totum orbem dilatauit, ut ostendit Grego. super illo uerbo Iob 9. Deus extendit caelos solus, & graditur super fluctus maris, dicens. Caelorum namque nomine caelestes praedicatorum designantur. De quibus per psalmistam dicitur. Caeli enarrant gloriam Dei. Ipsi enim caeli nominantur, quia intercedendo protegunt. Cum ergo iudaea contra praedicatorum caelestes infremuit, praedicatorum uita dominus in cunctarum gentium cognitionem apperrens dilatauit, & dum illa per iudiciu Dei in mundum captiua dispergitur, isti caeli in honorem per gratiam tenduntur. Augusti quippe caeli fuerant, cum una sola plebs tot egregios praedicatorum tenebat. Quis enim gentium Petrum nosceret, si in solius Israelitici populi praedicatione remaneret? Quis Pauli uirtutes agnosceret, nisi hunc iudaea ad nostram persequendo notitiam transfuisset? Ecce qui iam flagris & contumeliis ab israelitica plebe repulsi sunt per mundi fines dilatati honorantur. Dominus ergo solus caelos extendit, qui mira secreti dispensatione consilij praedicatorum suos non permisit in una gente opprimi, fecit per mundi cardines inde dilatari. Sic igitur *mandauit nubibus desuper, & ianuas caeli aperuit*, cum suos apostolos per mundum ad praedicationem dilatauit, ipse est enim qui aperit ora inuitorum, & linguas infantium facit disertas.

**Et pluit illis manna ad manducandum, & panem caeli dedit eis.**

Hic ponitur praedicti panis & cibi nominatio quia manna vocabatur. Vbi sciendum, quod (ut habetur Exod. 16.) ad satisfaciendum multitudinibus populi israel, quibus contra Deum murmurabant, dicentes. Nunquid & panem poterit dare &c. Deus illis pluit manna de caelo. Vnde dicit Moyses Deus. Loquere filiis israel, mane saturabimini panibus. Factum est ergo mane ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficie terre, apparuit in solitudine minutum & quasi pilo rufum in similitudinem pruinæ super terram. Quod cum uiderent filij israel, dixerunt adiuicem manhu? quod significat, quid est hoc? gnorabant enim quid esset. Et ait Moyses. Iste est panis, quem dedit dominus ad uescendum uobis. Propter uerbum ergo quod dixerant primo filij israel uidentes dictum cibum scilicet manhu, iste cibus appellatus est manna. De quo nunquam. *Et pluit illis manna ad manducandum*, quia iste cibus descendebat cum rore, ut habetur Num. 11. Ros autem & pluuia non differunt, nisi secundum paucitatem & multitudinem materij. Et ideo dicitur quod manna descendebat per modum pluuiae, & dicebatur panis de caelo, quia de caelo aereo descendebat. Per hoc autem nobis significatur sacramentum eucharistiae in nouo testamento, quod Deus nobis dat in deserto praesentis uitae tendentibus ad terram promissionis caelestis patriae. Vbi notandum quod de isto manna legitur sententialiter Exo. 16 & Num. 11. quod illud manna erat ad modum roris, & in mane apparuit in solitudine per circuitum castrorum, & erat in similitudinem seminis coriandi album, gustusque eius quasi simile cum melle. Colligebant omni die excepto die sabbati, in quo nihil colligebant, sed in die praecedente colligebant duplum. Colligebant autem omni die vnam mensuram, quae dicebatur gomor. Et si quis plus colligebat, non tamen habebat plus, nec qui minus habebat minus. Nota quod per istud manna sacramentum eucharistiae figuratur, quod ad instar mannae fuit sicut ros, & pluuia. Nam sicut ros & pluuia de caelo descendit, & terram infundit, sic Christus in uirgine per terram significata descendit sicut pluuia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Cuius figura praecessit in uellere Gedeonis. De quo dicitur Iud. 6. quod ros in solo uellere fuit. Signanter autem dicitur simile se mini coriandri, quae est herba odorifera, quia Christus fuit fructus beatæ uirginis signatæ per odoriferam.

3309

Exo. 16.

Manna.

Num. 11.

Exo. 16. Num. 11.

Eucharistia per manna figuratur.

Iud. 6.

odoriferam & fructiferam herbam, ut sic ipsa merito dicere possit illud Eccle. 24. Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Dicitur autem fuisse album ad instar coriandri, propter puritatem quam semper habuit, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Dicitur autem fuisse pilo rufum, propter poenas, quas pro nobis sustinuit. Dicitur autem habere gustum mellis & simile, propter dulcedinem spiritualem. Notatur autem dicitur, quod filij israel omni die illud colligebant praeterquam in die sabbati. Vbi notandum quod per sex dies in quibus colligebatur vita laboriosa, quam in hoc mundo habemus, intelligitur. Per sabbatum vero intelligitur vita beata, quae in futuro consistit sine omni labore. In cuius figura postquam Deus in sex diebus mundum creavit, die septimo dicitur requieuisse Gen. 1. Quamdiu ergo in hoc mundo vivimus, quotidie indigemus isto cibo spirituali coporis Christi. Et ideo quotidie in ecclesia sacrificatur & sumitur ad sustentationem deuotorum fidelium. Unde iste est cibus quotidianus, quem quotidie petimus, dicentes. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. In vita vero beata isto sacramento non erit opus, quia videbimus eum sicuti est. Ideo dicitur quod septimo die non colligebant manna, sed die sexto colligebant duplum, ad denotandum quod bonis iste cibus datus in fine, non solum auget meritum, sed etiam ducit ipsos ad regnum. Mirum tamen videtur quod omnes metebant eandem mensuram, quia nec qui plus colligebat plus habebat, nec qui minus minus. Quod figurabat quod in sacramento totus Christus continetur in toto, & totus in qualibet parte. Unde tantum recipit qui totam integram hostiam sumit, sicut qui partem, & e contrario. Dicitur autem ad mensuram gomor sumi: quae est mensura trium sextariorum, ad denotandum quod in isto sacramento tria considerare debemus scilicet corpus, animam, & diuinitatem, cui uniuntur. Et aduerte quod filij israel istum cibum videntes, dixerunt manhu, quod interpretatur quid est hoc? Quia si consideremus quae sunt in hoc sacramento, inueniemus multa mirabilia excellentia omnem considerationem naturalem. Non mirum quod totus Christus contineatur sub modica hostia, quod totus in tota & totus in qualibet eius parte: Et sic de multis. Sed ubi sensus deficit, ad firmandum cor sincerum, sola fides sufficit. Sic ergo de cibo iudaeis dato qui istud sacramentum figurabat, dicitur quod pluit illis manna ad manducandum, & quia de caelo descendebat, ideo subditur. *Panem caeli dedit eis.* Et de isto pane ad litteram dicitur. Angelorum esca nutriti sunt populum tuum, & paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem.

Capitulum 16.

3306

**Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.**

Hic ponitur huius cibi commendatio. Vocatur enim panis angelorum manna, non quod angeli illo cibo uterentur cum cibo non indigeant: quia puri sunt spiritus sine corpore, sed quia angelorum ministerio iste cibus in caelo aereo for-

mabatur, & in terram descendebat. Sed de isto pane angelorum mirum videtur, quod cum iudaei istum textum allegarent Christo dicentes. Quod signum tu facis ut videamus & credamus tibi? Patres nostri manducauerunt manna in deserto, sicut scriptum est. Panem de caelo dedit eis manducare. Quibus respondens Christus ait. Amen dico vobis, Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed pater meus dat vobis panem de caelo verum. Ex quibus videtur Christus innuere quod manna non fuerit panis verus. Ad hoc respondetur, quod illud manna erat figura Christi (ut statim dictum est versiculo praecedenti.) & vera figura figurans verum panem Christum. Non erat ergo is panis signatus, sed figura veri panis signati. Vnde Theophilus exponens praedicta verba Christi ait. Scriptum dicit Christus panem verum, quia principale signatum per manna Dei ipse vnigenitus Dei filius, homo factus. Manna namque interpretatur, quid est hoc. Quoniam iudaei videntes primum illud stupefacti vnus ad alium dicebant, quid est hoc? Filius autem Dei factus est homo, ipse est potissimum admiratum manna, ita ut quilibet conringat querere, quid est hoc. Quomodo filius Dei filius hominis est? Quomodo ex duobus naturis vna persona fit? Haec omnia ergo quae de isto pane dicuntur, figura erant corporis Christi. Quod notans magister in glo. dicit. Mystice haec omnia sunt intelligenda & sub historia veteris testamenti gratia euangelica declaratur. Mandauit enim nubibus descendere per id est praedicatoribus, & ianuas caeli aperuit, ianua caeli sunt ipsi praedicatoribus, quibus intratur in caelum) videlicet scripturae sacrae. Aperuit autem ianuas, quia suis praedicationibus dedit spiritum ut intelligerent scripturas. Et pluit illis manna ad manducandum. Manna interpretatur, quid est hoc. Et significat panem, qui de caelo descendit scilicet corpus Christi, qui est verus cibus angelorum, quo incorruptibilis incorruptibiliter pascuntur, quem ut manducaret homo verbum caro factum est, qui per nubes euangelicas pluitur toti mundo, & apertis cordibus eorum quasi caelestibus ianuis credenti ecclesiae praedicatoribus, non tentanti synagoga. *Panem angelorum manducauit homo.* Panis caeli non aliud est quam Christus, de quo caelestes id est angeli reficiuntur eius contemplatione. Et hunc panem id est, verbum grandi cibo quo pascuntur angeli, carnem factum, edit homo.

**Transtulit austrum de caelo: & induxit in virtute sua aphricum.**

Hic ponitur exauditione secundae petitionis eorum qua carnes postulauerunt. Circa autem istum cibum carnium eis datum quatuor ponit, primum modum quo illum dedit, secundum copiam qua ipsum dedit, ibi. *Et pluit.* tertium facilitatem ad capiendum, ibi. *Et ceciderunt.* quarto saturitatem ad comedendum, ibi. *Et manducauerunt.* Quantum ad primum sciendum quod auster dicitur quidam ventus perflans a meridie, dictus sic ab oriendo aquas. Nam nebulas nutrit, & dat aquas. Aphricus autem dicitur quidam ventus occidentalis, lateralis tamen versus meridiem. A parte ergo occidentali castrorum hebraeorum

hebraeorum ultra mare erat maxima multitudo coturnicum. Volens ergo Deus illas aues condere in castris hebraeorum, cessare fecit ventum austri qui a castris flabat versus coturnices, & induxit ventum aphricum validum qui ab illo loco ubi erant coturnices flabat versus castra hebraeorum. Qui ventus aphricus sua vehementia coturnices illas de illa patria asportauit ad castra hebraeorum. Et hoc est quod dicit. *Transtulit austrum de caelo.* id est cessare fecit illum ventum de aere, quia flabat a castris hebraeorum versus coturnices illas, & sic si regnasset ille ventus impediisset aduentum illarum, & induxit in virtute sua aphricum id est ventum quasi oppositum qui flabat a loco coturnicum ad castra. Et sic ille ventus aphricus sua virtute asportauit illas coturnices ad castra hebraeorum. Per hoc autem gratia noui testamenti significatur, quia iudaei expulsis gentes sunt vocatae. Nam secundum Grego. per austrum populus iudaicus designatur, quia isti qui vnum atque inuisibilem Deum nouerant, eiusque legi saltem carnaliter seruiebant, quasi sub meridiano sole feruētes, in fidei calore tenebantur & sic per austrum signatur. Gentiles autem quia nullam scientiam supernae cognitionis attigerant velut sine sole frigidi sub aquilone sine aphrico remanebant. Modo ergo Deus de caelo id est, de cognitione caelestium transtulit & amouit austrum scilicet populum iudaicum, & in virtute sua induxit, scilicet ad Dei cognitionem aphricum id est gentes nullam populum. Et bene dicit, in virtute sua induxit aphricum, quia secundum Augustinum, maius est impium iustificare, quam totum mundum creare de nihilo.

**Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.**

Hic ostendit copiam cibi eis dari, quam abundantiam designat nomine pulueris & arenae maris, quia nec puluis, nec arena maris dinumerari potest. Non tamen credendum est, quod illa volatilia vel coturnices, quas adduxit ventus aphricus in castris iudaeorum essent tot sicut puluis terrae vel arena maris, sed est consuetudo scripturae, quando vult alicuius rei copiam ostendere sic loqui. Sic enim dicit dominus ad Abraham. Si quis possit numerare puluerem terrae, semet quoque tuum numerare poterit. Et 1. Reg. 13. dicitur, quod reliquum vulgus scilicet philistinorum erat sicut arena quae est in litore maris. Per hoc enim denotatur abundantiam & maxima multitudo. Hanc etiam abundantiam notat per hoc verbum, pluit, quasi dicat sicut in pluuia descendit innumerabilis guttarum multitudo, sic & ille coturnices quasi innumerabiles erant. Et quales carnes eis dederit scilicet nobiles subdit, dicens. *Et sicut arenam maris volatilia pennata,* quia coturnices erant viue. Mystice autem per carnes intellige aduersitates corporales, quae maxime carni aduersantur, sed per volatilia pennata accipere consolationes spirituales, quae ex aduersitatibus iustis oriuntur quia ex aduersitatibus iusti hic praesentia diuinis consolationibus refecti fursum vt volatilia pennata ascendunt ad Deum mente. vt ostendit Grego. 2. libr. mora.

**Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.**

Hic ostendit facilitatem dictum cibum capiendi. Qualiter autem hoc factum fuerit ne aliquis labor esset ad illas coturnices capiendas ostenditur Nume. 11. Vbi dicitur quod ventus scilicet aphricus egrediens a domino arreptas transmare coturnices detulit, & dimisit in castra itinere quantum vno die confici potest ex omni parte castrorum per circuitum, volabatque in aere duobus cubitis super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte ac die altero congregauerunt coturnicum multitudinem, & siccauerunt eas per gyrum castrorum. Sic ergo quia in altum volare non poterant, vt facilius capi possent, dicitur quod ceciderunt in medio castrorum eorum: ac etiam per circuitum castrorum suorum scilicet, cecit circuncum per spacium vnus diei. Mystice autem per ista volatilia pennata, quae ceciderunt in medio castrorum eorum, intellige animalia illa pennata, senas alas habentia scilicet sanctos euangelistas & praedicatoribus, qui non expectant vt gentes esurientes & sitientes id est carentes cibo verbi diuini ad ipsos venirent vt ab eis satiantur, sed ipsi sponte vento spiritus sancti deducti venerunt ad homines, & eis artulerunt verba diuinitus missa quo ipsorum fames satietetur, vt etiam homines in sedibus & in locis suis stantes audirent verba diuina, quoniam vt dicitur psal. 18. In omnem terram exiit sonus eorum &c. Et hoc est quod dicit. quod illa volatilia pennata id est sancti euangelistae & praedicatoribus ceciderunt, id est deuenerunt in medio castrorum eorum &c. vt scilicet quilibet ad libitum sine labore verbum Dei accipere possit.

**Et manducauerunt, & saturati sunt nimis: & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo.**

Hic ostenditur eorum saturitas, tantum enim de illis volatilibus comederunt, quod non solum ad sufficientiam saturati fuerunt, sed etiam nimis quia vt dicitur Num. 11. Comederis donec exeat per nares vestras, & vertatur vobis in nausea. Et sic quod desiderabant plene assecuti fuerant. Propter quod dicitur, quod desiderium eorum attulit eis dominus, & non sunt fraudati a desiderio suo. Sic ergo saturati sunt ventre non mente & conuicti sunt, qui hoc Deo impossibile putauerunt. Hoc ergo ideo fecit dominus, ne impotentia in Deo videretur. ideo desiderium eorum attulit eis. Vnde si dicas scriptum est, quod peccatores Deus non exaudit. Cum ergo isti essent peccatores & increduli, quomodo exauditi fuerunt a Deo, quia desiderium eorum attulit eis &c. 1. deo notandum quod exaudit dominus postulationes diuersimode quia, quandoque ad vtilitatem & votum, quandoque ad vtilitatem non ad votum, quandoque vero ad votum & non ad vtilitatem. Primo modo exaudita est omnis oratio Christi. Sic etiam & filij israel clamantes ad Deum vt de seruitute Pharaonis eriperentur, exauditi fuerunt. Secundo modo exauditus fuit Paulus quando

1309

Nume. 11.

Psal. 18.

1310

Nume. 11.

Ioan. 9.

Exaudire.

Opata.

quando orabat & stimulus carnis ab eo auferretur, non enim fuit ad votum exauditus, sed ad utilitatem, quia ad conseruationem humilitatis datus sibi erat. Tertio modo exauditi fuerunt iudaei postulantes carnes, quia impetrauerunt quod volebant, sed non ad eorum utilitatem, sed magis ad damnum. Propter quod hic ait glo. Desiderium eorum attulit eis dominus, licet eis non profuerit. Conceduntur enim interdum quae non proficiunt sed magis nocent. Quia ergo nos nescimus quae nobis in particulari sunt profutura vel quae nobis nocentia. Ideo etiam antiqui philosophi dicebant, quod nihil in particulari a diis petere, sed solum in vniuersali, ut nobis conferant bona. vide supra versicu. 304.

Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.

Hic consequenter ponitur murmuratio nis ipsorum pœna siue supplicium. Et duo facit, quia ostendit contra eos primò diuinam indignationem, secundò indignationis executionem, ibi. Et occidit. Quantum ad primum sciendum, quod quamuis Deus multorum punitionem peccatorum differat, non tamen peccatum omnino impunitum dimittit, sed quod tardius punit amplius vindicat. Distulit ergo istos punire Deus (ut dictum est versicu. 1302.) ut evidentius in eis suam iustitiam ostenderet. Et hoc est quod modo ait. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei &c. Verisimile est enim quod quando ira Dei venit super eos quod adhuc aliqui eorum comedebant. Et hoc est quod dicitur. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat homini cibus, & ecce furor domini concitatus est in populum & percussit eum plaga magna nimis, vocatusque est locus ille sepulchra concupiscentiae, ibi enim sepelierunt populum qui desiderauerat carnes. Ex hoc clarè apparere potest quatum vitium gula displiceat Deo, quod sic acriter puniuit in populo. Dedit eis quod querebant & puniuit in eis desiderium eorum malum. Vnde istum versum adducens Grego. dicit. Maioris quippe iracundia est causa cum & hoc tribuitur quod malè desideratur, quia & hoc quoque obtinuit quod Deo nolente concupiuit. Vnde & per psal. dicitur, cum escam carnis malè populus desiderasse perhibetur. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos. Solent namque tardius apparere diuina iudicia, cum prepediuntur ne implere debeant mala vota. Nam quanto citius malum votum impleri permittitur, plerunque tãto celerius punitur. Et ideo ne propter escam in ordinare desideratam ira Dei descēdat super nos, nota quod in desiderio escarum & comestione multa sunt vitanda. Primò multiplicatio serculorum, & hoc propter infirmitatem tam corporis quam animæ. Eccle. 37. In multis erit infirmitas. Secundò indiscreta occasio scandalorum, quia E contra edificationem proximi. 1. cor. 8. Si esca scaldizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum. Tertio inordinata postpositio meliorum scilicet spiritualium & diuinorum, quia esset contra electionem boni. Math. 6. Nonne anima plus est quam esca? ergo prius curandum est de anima quam de esca. Non est regnum Dei es-

Grego. 15. supra 1. 10. Exauditur sape quis ad malum suu. 1. Cor. 8. Math. 6. Rom. 14

ca & potus. Quarto nimia delectatio gulorum propter quod dicitur. Esca ventri & venter escis scilicet ordinatè seruire debet. Quia ergo plus comedendo escas sibi à Deo datas prædicta non seruauit, ideo adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos. Quantum autem sit timenda ira Dei vide versic. 1302.

Et occidit pingues eorum: & electos israel impediuit.

Hic ponitur diuinę indignationis executio. Vbi notandum quod per pingues intelliguntur diuites & potentes in populo, qui scilicet murmurando Deo resistebant, petendo quod non credebant Deum facere posse. Nam pinguedo dicitur ipsa superbia quae ex diuitiis habet ortum, ut ostendit Grego. dicens. Sicut enim ex abundantia cibo adepti, ita ex abundantia rerum superbia nascitur, quae mentem diuitis impingat, dum eleuat animam superbientis. Superbia enim mentis quasi quadam pinguedo est crassitudinis. Vnde quia plerunque ex abundantia rerum peccata perpetrantur. Ideo per prophetam dicitur. Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Per electos autè accipe bonos, ut erat Moyses & alij à Deo electi. De quibus dicitur. Quemcumque elegerit dominus ipse erit sanctus. De diuitibus ergo superbis & murmuratoribus dicit. Et occidit pingues eorum, quia scilicet illi subita morte occisi fuerunt à Deo ut patet Nume. 11. De bonis autem dicit. Et electo israel impediuit: ut puta Moyses & Aaron Vbi notandum quod quando populus murmurabat contra Moysen postulando aquam ad illorum murmuracionem. Moyses dubitauit posse educere aquam de petra, ut dixerat Deus. propter quod dubitando dicit populo. Num poterimus vobis de petra hac aquam euicere? propter quam dubitationem ipse & Aaron impediti fuerunt ne terram promissionis intrarent, vnde statim dicit dominus ad Moysen & Aaron. Quia non credidistis mihi &c. non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. Similiter videtur Moyses dubitasse de datione carniuum, ut habetur Numero. 11. Et ideo ipse & Aaron impediti fuerunt ne intrare possent terram promissionis. Et sic intelligit psalm. dicens. Et electos israel impediuit. Notandum autem quia occidit pingues eorum, quoniam (ut habetur Nume. 11.) locus in quo fuerunt occisi, vocatus est sepulchra concupiscentię, ad denotandum quod qui per gulam peccant, meritò ipsorum guttur sepulchrum concupiscentię debet appellari. Nec mirum, quoniam secundum philosophum, 3. Ethico. maxima delectatio gulosi est in lingua & in gutture. Et ponit exemplum de illo guloso, qui solum à diis postulabat habere collum longum ad modum gruis, ut scilicet haberet longam delectationem in cibo. Sic ergo guttur gulosi sepulchro comparatur, quia sicut in sepulchro cadauera putrescunt sic & in gutture gulosi dum alimenta recipit ultra virtutem digestiuam & conuertentem cibum in alimentum corporis, quia tunc cibus in stomacho non digeritur, sed potius corrumpitur, & malos morbos & humores generat tam mentis quam corporis. In sepulchris etiam mortuorum (ut recitat Isidorus. 12. etymolo.) de spina dors-

1311 Pingues de eorum sepulchris. Grego. 15. supra 1. 10. Nume. 11. Nume. 11. Gulosi de eorum sepulchris.

id est de medulla eius generatur serpens. Quod meritò euenit secundum Isido. ut sicut per serpentem mors hominis: ita & in morte hominis serpens generetur. Sic ergo in sepulchro generatur species venenosa: scilicet delectatio & concupiscentia inordinata, quae totum hominem inficit veneno suo. Vnde Grego. dicit, quod dum venter non restringitur per carnis concupiscentiam, simul cunctae virtutes obruantur. Et Ambros. in libro de ieiunio. Inuitas ad mortem prauidium: efferte vis ad sepulchrum, cibos promittis, tormenta irrogas, vina praetendis, venena suffundis, omne enim, quod nocet venenum est, tollit sensus, viscera exurit, somnum infert, caput vexat. Etiam maior est vis vini quae veneni: vnde Deut. 32. Fel draconum vinum eorum id est, prava concupiscentia, Merito illud euenit, quia propter hoc solum comedit & bibit gulosus, ut concupiscentia suae satisfaciatur. Vnde sicut concupiscentia est principium immoderate sumptionis, sic & terminus. Propter quod de gutture gulosi dicitur, quod scribitur Nume. 11. Vocatus est ille locus sepulchra concupiscentiae, &c.

In omnibus his peccauerunt adhuc, & non crediderunt in mirabilibus eius.

Consequenter hic ponitur ingratitude populi post missionem exploratorum. Et diuiditur in partes tres, quia ponitur primò ipsorum ingrata malitia: secundò ipsorum falsa penitentia. ibi. Cum occideret eos. tertio Dei lata misericordia, ibi. Ipse autem misericors. Prima in duas, quia primò ponitur ipsorum malitia, secundò ipsorum pœna subsecuta. ibi. Et defecerunt. Quantum ad primum notandum quod quando populus Israel per desertum ambulans, venit ad desertum Pharam, Moyses de precepto domini misit de omnibus principes ad considerandam & explorandam terram promissionis, dicens eis. Considerate terram qualis sit, & populum qui habitator eius est, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero aut plures, quales sint ibi ciuitates, &c. & afferte nobis de fructibus terrae. Ascenderuntque ibi exploratores, & lustrata omni terra post quadraginta dies, reuersi sunt ad Moysen portantes de fructibus terrae illius, scilicet palmitem cum vna, mala granata & ficus. Et reuelerunt coram omni populo dicentes. Terra ista optima est, re vera fluens lac & mel: quod ex istis fructibus cognosci potest, sed ciuitates habet fortissimas, vique ad caelum muratas, habitatoresque viros fortiores nobis & plures: nequaquam poterimus ipsos superare. Illic enim vidimus gigantes, &c. Ad quorum verba fuit populus territus & murmuratio magna in populo orta est dicens. Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non inducar nos dominus in terram hanc ut cadamus gladio, & vxores nostrae ac liberi nostri captiui ducantur: vnde & lapidare voluerunt Moysen, dicentes. Constituamus nobis ducem & reuertamur in Aegyptum. Sed e contrario Caleb filius Iephonae qui fuerat vnus & Iosue de exploratoribus confortabat populum, dicens quod facilius poterant illos debellare, & illam terram optimam obtinere. Sed ista populus noluit credere, sed magis vole-

bat eos vna cum Moysē lapidare. Et hoc est grande peccatum populi. Quod hic notans psal. d. In omnibus his peccauerunt adhuc. q. d. vide populi huius infidelitatem: quia viderant tot mirabilia Dei & circa ipsos miraculose operata, tot beneficia eis liberè concessa: punitionem quam Deus exercebat contra murmuratores, quia adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum &c. per quae omnia debebant firmiter credere quod Deus ipsos introduceret in terram promissam. Sed istis non obstantibus in omnibus his peccauerunt adhuc & non crediderunt in mirabilibus eius. Confimilis incredulitas fuit in iudaeis tempore Christi, qui visis tot signis & miraculis factis per Christum, obstinati permanentes credere noluerunt. Propter quod dicitur Ioan. 12. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum. Sed mirandum quod ibi subditur ut sermo Esaię impletur, quę dicit. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelarum est. propterea non poterant credere. Et iterum dicit Esaias. Excæcauit oculos eorum & indurauit cor eorum, ut non videant oculis & intelligant corde. Ex quo textu apparet quod iudaei Christo prædicanti & miracula facienti non crediderunt, nec credere potuerunt, hoc ideo quia Deus excæcauit oculos eorum & indurauit cor ipsorum. Ex quo voluit aliqui inducere quod talis incredulitas non est eis ad culpam imputanda, quia nemo videtur peccare in eo quod vitare non potest. Ad istam difficultatē respondet Augu. super Io. pertractas prædicta verba, d. Dicunt enim nobis, si non potuerunt credere, quod peccatum est homini non facere quod non potest? Si autem non credendo peccauerunt, ergo potuerunt credere & non fecerunt. Si autem potuerunt credere, quomodo ergo dicit euangelium, & non potuerunt credere, quia dicit Esaias. Excæcauit eos &c. Et sic tales quod grauius est ad Deum referunt causam quare non crediderunt: quoniam ipse excæcauit eos & indurauit. Audistis ergo propositam quaestionem, quam profunda sit. Sed respondemus. Si enim à me quaeritur, quare credere non potuerunt, respondeo, quia nolebant: malam quidem voluntatem eorum Deus præiudicauit, & per prophetam pronunciauit, sed non fecit. Sed dices: aliam causam dicit Esaias propheta, non voluntatem eorum, sed hanc, quia excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Sed respondeo eorum voluntatem meruisse hoc. Sic enim excæcat Deus, sic obdurat quod est deserendo, non faciendo: & hoc meruit eorum voluntas: hoc enim vitium cæcitatatis & duritię superbiētis voluntatis audacia infligit. Si ergo dicant, non possunt iudaei credere: quia hoc prædixit Esaias: imò non possunt quia nolunt, quod Deus præscinit & prædixit, non fecit, Nō ergo mirum est quia non potuerunt credere, quorum voluntas sic superba erat, ut totum suis viribus attribuerent, ut negarent sibi diuinum auxilium esse necessarium, ad bene viuendum. Quo quot enim tam superbe sapiunt, nō possunt credere in Christum, non quia immutari homines in melius nō possint, sed quia quædã talia sapiunt credere nō possunt. Sicut ergo quod Deus seipsum negare nō potest laus est diuinę voluntatis, ita quod illi nō poterat credere, culpa est volūtatis humane. Hęc oia Aug. Vnde de ipsis dictum est sup. Non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutate ei? Eec Et

Ioan. 12. Credere. Peccare. Augu. Incog. Tom. j.



1314.

Et defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.

Hic ponitur poena pro dicta culpa debita subsecuta. Nam propter istud peccatum nouiter post reuerfionem exploratorum commissum Deus sic puniuit populū murmurantem, quod omnes qui exierunt de Aegypto (& hoc à viginti annis & supra) omnes mortui sunt in deserto: & nullus eorum intrauit terrā promissionis, exceptis duobus de exploratoribus praedictis. scilicet Caleb filio Iephonae, & Iosue filio Num. Vnde dixit dominus ad Moysen. Omnes homines qui viderunt maiestatem meam & signa mea quae feci in Aegypto & in solitudine & tentauerunt me, non videbunt terram pro qua iuravi patribus eorum, quia non obedierunt voci meae: nec quisquam ex illis qui detraxerūt mihi intrabunt in eam &c. Et hanc poenam hic ponens psal. dicit. Et defecerunt in vanitate dies eorum. Et benedicit, in vanitate, quia vanū dicitur quod sine carere intento. Similiter defecerunt anni eorum cum festinatione, quia mors multorum illorum per multos annos fuit accelerata, sicut in rebellione Core in qua multi à terra fuerunt absorpti, & multi igne diuino consumpti, & postmodū per serpentes ignitos quos Deus pluit super populū, & postmodū propter peccatum fornicationis cū alienigenis mulieribus & idololatriam, qua deos illarum adorauerunt: propter quod mortui sunt viginti tria milia hominum, & sic multipliciter fuerūt percussi, quod nullus eorum intrauit terrā promissionis, ut dictum est. Ad istum intellectū dicitur psal. 54. Viri sanguinū & dolosi non dimidiabunt dies suos vide sup. ver. 900. Qualiter autē dies in vanitate deficiāt, nota triplicem vanitatem, supra ver. 639.

1315.

Cum occideret eos querebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.

1316.

Hic ponitur ipsorum falsa poenitentia. Falsa enim poenitentia dicitur quae fit timore poenae & non amore iustitiae. Et diuiditur in partes quatuor quia ostenditur primo ipsorum falsa poenitentia, secundū ipsorum instabilis memoria, ibi. Et memorati. tertio ipsorum falsa amicitia, ibi. Et dilexerunt. quarto ipsorum infidelis adhaerentia, ibi. Cor autem eorum. Vbi notandum quod Deum querere eiusque mandata seruare timore poenae & non amore iustitiae, non solum non est meritum, quinimodum est culpabile: quia est plus poenam timere quam amare Deum. Timor autē poenae non est nisi ex dilectione sui ipsius. Et per consequens plus timere poenam quam amare Deum, nihil aliud est quam plus seipsum amare quam Deum, quod sine peccato esse non potest. Vnde Greg. dicit, humani generis conditor qui adhuc seruiliter formidat proculdubio non amat. Nam tunc solum Deo vera obsequia reddimus, cum eum propter amoris fiduciam non timemus, cum nos ad bona opera affectus non metus dirigit, cum malum nostrae menti iam non placet etiam si licet. Nam qui a peruersitatis opere ex timore restringitur, peruersa libenter ageret si liceret. Nequaquam ergo veraciter rectus est qui adhuc a prauitatis desiderio liber non est, quia vera obsequia Deo non reddimus si ex timore mandatis

Greg. 9. mo. cap. 31. Timore bonū facere peccatum est.

illius & non potius ex amore seruimus. Sic & in proposito videntes isti per desertū qualiter Deus infidelitatem illorum puniebat, timebant & ipsi puniri. Et sic timore poenae ad Deum reuertebantur. Et hoc est quod dicit. Cum occideret eos querebant eum, non ipsi occisi querebant, sed alij. Sed sic loquitur quia vnus populus fuit, quia de vnō corpore loquitur. Querebant autē Deum non ex amore propter aeternam vitam, sed timentes occidi exemplo occisorum. Haec autē omnia faciebant propter temporalia bona acquirēda & mala vitanda. Et sic non dominus Deus sed illa colebatur. Vnde istum versum ad istud propositum exponit Greg. dicens. Iusti viri ante Deum metuunt quā eius contra eos ira moueatur, & ne comotum sentiant tranquillū timent. At contra peruersi tunc iam ferri pertimescunt cum feriuntur: eosque tunc terror eius à somno sui corporis excitat cum vindicta percutitur. Vnde per prophetā dicitur. Sola veritas intellectum dabit auditui. Cū enim de preceptis Dei contemptis atque despectis verberari coeperint per vindictam, tunc intelligunt quod audierunt. Et psal. ait. Cum occideret eos tunc querebant eum, quia reprobris cordibus, non timor requiem sed poena timore parit. Sic ergo percussi Deum reuertebantur & reuertebantur. scilicet ad ipsum inuocandum, & diluculo, id est sedulo & festinanter veniebant ad eum.

Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.

Hic ponitur instabilis ipsorum memoria. Memoria enim beneficiorum receptorum continua debet esse. Sed iste populus tempore prosperitatis diuinorum beneficiorum receptorum memoriā non habebat, sed tempore aduersitatis tunc cogebatur recordari, & talis memoria non est stabilis nec virtuosa. Sic enim de istis dicitur, quod dum occideret eos rememorati sunt quia Deus adiutor eorum est, quia scilicet tunc sunt recordati qualiter pugnavit pro ipsis contra Pharaonē & exercitū eius, propter quod dicebat Aegyptij. Fugiamus Israelē, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Quomodo pugnavit pro eis contra Amalech, quia dum Moyses leuauit manus vincebat Israel. &c. Similiter tunc sunt recordati quod Deus eos redemerat de seruitute Pharaonis. Et hoc est quod subdit. Et Deus excelsus redemptor eorum est. hoc recordati sunt. Dum quis aduersitate premitur cogitur de adiutore cogitare & praeteritos benefactores reducere ad memoriam quos in prosperitate obliuioni tradiderat. Hic ergo notandum quod memoriā beneficiorum quae debet esse continua tria impediunt. scilicet prosperitas, curiositas, & voluptas. Primum pater quoniam prosperitas facit homines ignaros & obliuisci amicorum, qui eis in angustiis adiuuerat. Cuius exemplum apertum legitur. Gen. 40. quod praepositus pincernarum Pharaonis, qui fuerat prius in carceratus cum Ioseph, & per ipsum de sua liberatione prophetice informatus, succedētib. prosperis oblitus est interpretis sui. Sic est de multis qui in tribulationibus, aduersitatibus, & infirmitatibus, bene domini habent memoriā, sed quā ad sanitatē vel prosperitatē reducitur, statim Deū obliuiscuntur, ut experientia docet de mulieribus parturientibus: de existētib. in periculo maris, qui multa

1316.

1317.

1318.

1319.

1320.

1321.

1322.

1323.

1324.

1325.

1326.

1327.

1328.

1329.

1330.

1331.

1332.

Deo promittunt, sed liberati statim omnium obliuiscuntur. Sic enim accidit isti populo de quo dicit Moyses. Incastratus est dilectus & recalcitrauit, dereliquit Deum factorem suum: & infra. Deū qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es domini creatoris tui. Ad hoc autē declarandum quod si memoria beneficiorum debet esse continua Seneca in de beneficentia coparat legem beneficiorum & gratitudinis ludo pilae, quo dum homines ludunt & alternatis vicibus proiciunt inter se, tan diu durat ludus & continuatur quando pila ab illo à quo recipitur iactatur ad mittentem statim desinit ludus, qui desicere non potest nisi ex recipientis defectu. Isto modo imaginatur Seneca quod debet esse de beneficentia mutua inter amicos. Si enim à te recipio beneficium & per gratiarum actionē tibi retribuō illud, tunc apud me ludo. Si vero acceptum beneficium obliuioni tradō, nec tibi si possum in aliquo recompensō, ludi facio finē. Si ergo talem recompensationem beneficiorum ad homines semper debemus habere multo fortius ad Deum, cuius beneficis semper egemus, idē dicitur. Memoria memor ero, & tabesceat in me anima mea. Secundū istam memoriā impedit curiositas & nimia circa mundum sollicitudo. Communiter enim dicitur quod pluribus intentis minor est ad singula sensus, vnde de talibus dicitur. Obliti sunt benefactorum eius, & mirabiliū eius, quae ostendit eis. Tertio ista memoriā impedit voluptas carnis: secundū enim opinionē Platonis obliuio nobis accidit ex corpore. Fuit enim opinio Plato. (ut dicit philosoph. 1. poste.) quod anima habent omnium memoriā ab initio eis à Deo cōcreata, & omnium speciem rerum indictam à Deo, sed quando anima cōiungitur corpori terreno, illam notitiam tradit obliuioni, nec aliorum potest recordari nisi per sensus excutitur. Et ideo ponit Plato quod addiscere nostrum non est nisi quoddam reminisci. Et sic secundum istam viam carnis voluptas impedit memoriā. Vnde de carnalibus dicitur. Non fuerunt memores multitudinis misericordiae tuae.

Incog. Tom. j.

A Esaias simulationes iudeorum, quod in dolo pugnarent contra euangelium: & ideo dicit ex persona domini. Populus hic labiis me honorat, &c. Labiis enim Christum honorabāt quando dicebant, magister scimus quia verax es, sed cor eorum à Deo longē fuit quando miserunt infidiatores ut eum in sermone caperēt. Hic autē notandum quod multiplex est falsa dilectio hominum directē dilectioni Dei cōtraria. Primo enim aliqui diliguntur sed non diligunt, ut ingrati, sed contra est dilectione Dei, dicit. Ego diligēs me diligo, & Ioan. 14. Qui diligit me diligitur à patre meo & ego diligam eum. Secundū sunt alij qui diligunt sed solum propter propriam vtilitatem. Contra quos dicit Seneca in quadam epistola. Negociatio est amicitia, quae est propter commodum. Et Aristot. dicit quod omnis amicitia est propter bonum, scilicet vtile, delectabile vel honestum. Diligere autem propter vtile est minimi amici: & tamen haec amicitia hodie in mundo cōmuniō reperitur. Remotō enim bono vtili frater relinquit fratrem, filius patrem, &c. Vnde hodie vulgus amicitias vtilitate probat. Sed e contra Deus nos diligit non propter suam vtilitatē quia bonorum nostrorum non indiget, sed propter nostram: vnde dicit. Sanabo contritiones eorum & diliga eos spontaneē. Tales autem amicos quos sola vtilitas facit, aduersitas statim separat. Tertio aliqui diligunt viuentem sed mortuam persequuntur, cuiusmodi sunt fratres, filij, uxores, testamentorū executores. Cū enim fuerit homo defunctus, tūc illi qui de bonis eius ipsum magis iuuare deberēt ipsum magis expoliant & praeter ceteris ipsius bona rapiēdo sibi appropriant. Vnde quidā ait metricē. Post mortis morsum vertit dilectio dorsum. Finita vita finitur & amor. Sed e contra Deus multum diligit viuentes secundum legē, sed multo amplius post mortē. Ioan. 13. Cum dilexisset iuos qui erāt in mundo, in finē dilexit eos. Et Hier. 31. In caritate perpetua dilexi te ideo atraxi te miserans.

Cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.

Hic ponitur infidelis ipsorum adhaerentia. Vbi notandū quod cor dicitur rectum cum Deo quādo. scilicet seruit Deo propter ipsum Deū, sed non est rectum cū Deo sed curuū quādo querit Deū propter terrena vel propter seipsum, quia tūc non ad Deum respicit sed ad seipsum, vel ad mundum. Statim enim sicut cor nostrum per peccatum ab amore Dei recessit non rectum sed curuum, ad terrena & fluxibile fuit terrenis illaqueatum desiderijs, propter quod dicitur. Sicut perdix inducitur in caueā & ut caprea in laqueum, sic & cor superborū. Sic igitur quia isti cor non habebant ad ipsum Deum propter Deū, sed solum propter terrena ab ipso recipienda: ideo cor eorum non erat rectum cū eo, quia non Deū propter Deū querebant. Nec fideles habiti sunt in testamento eius. Testamentū Dei dicit legem diuinam & praecēpta in quibus isti fideles non fuerunt, quia nec praecēpta obseruabant sicut promiserant, & per illa temporalia querebant non aeterna. Hoc autem de multis verificatur hodie qui volunt seruire Deo propter habenda temporalia, & non querunt temporalia ut

Dilectio falsa contra dilectionē Dei.

Prover. 8. Ioan. 14.

Seneca. Art. 8. ethi.

Os. 14.

Ioan. 13. Hierem. 31.

Eccl. 11.

Ecc 2 per

Fidelitas Deo.

Valerius.

Deute. 32.

1319.

per illa Deo seruire possint, & sic temporalia Deo proponunt. Illi ergo fideles sunt in testamento Dei qui fidem promissam operibus implent, vt Deum super omnia diligant & no seipfos. Vnde nota quod quandoque maior fidelitas reperitur in seruis erga dominos quam in multis Christianis erga Deum. Narrat enim Valerius li. 6. c. 8 qd dum Panopio esset proseripus, & seruus suus cognosceret ex certa relatione milites venturos ad ipsum occidendum ipse seruus vt dominus suus liber euaderet sic egit: nam cum domino mutata veste ipsum dominum emisit, & se cum veste domini sui in lecto domini posuit, qui a militibus venientibus se pro domino suo in lecto occidi permisit. Sed quis hodie pro Deo sic mori vellet, cu etiam in tranquillitate positi ipsi fidem non seruemus? Vnde merito de generatione moderna dicitur. Generatio enim peruersa est, & infideles filij.

Ipse autem est misericors & propicius fiet peccatis eorum, & non disperdet eos:

Hic ostenditur lata Dei bonitas & misericordia erga illos tam ingratos, que ostenditur in tribus: primo in remissione peccatorum: secundo in mitigatione poenarum. ibi. Et abundauit. tertio in reuocatione infirmorum, ibi. Et recordatus est. Quantum ad primum sciendum quod misericordia Dei praesto est bonis & malis. quia facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: & hoc quod ad temporalia bona. Haec autem misericordia est sinistra non dextera, temporalis non spiritalis: quia communis est bonis & malis. Et isto modo misericors fuit illi populo Deus: quia ipsum non eradicauit de terra, vt meruerat. Alia est misericordia spiritalis & dextera qua scilicet peccata dimituntur & bona conferuntur aeterna. Et istam illi prauae generationi non fecit, quia maior eorum pars in deserto murmurando, & Deo contradicendo interit. Hoc ergo quod dicit quod propicius fiet peccatis eorum, hoc non de patribus eorum prauis intelligitur, sed de ipsorum filiis paribus ipsis succedentibus, vt fuit Dauid, Ezechias, Iosias, Daniel, & ceteri boni: qui & si aliquando peccauerunt tamen ipsorum peccatis propicius fuit Deus, vt manifeste apparuit in Dauid. Vel per successores eorum intellige gentiles qui iudaeis successerunt in fide non per carnalem generationem sed per spiritualem, quorum peccatis Deus propicius fuit. De illa ergo peruersa generatione in se dicit. Ipse autem est misericors. Et quomodo? quia non disperdet eos. scilicet ex toto quin ex ipsis remaneat semen. Sed de suis successoribus electis dicit. Et propicius fiet peccatis eorum. Quomodo autem misericordia cadat in Deo vide ver. 55. 103. 484. 782. 833. 834. Quid autem sit Deum esse propitium vide ver. 355.

1320.

Et abundauit, vt auerteret iram suam, & non accendit omnem iram suam.

Exod. 32.

Hic ostendit Dei misericordiam in mitigatione poenarum. Vbi aduertendum quod quando Moyses erat cum Deo in monte Synai ad acci-

piendum legem: videns populus quod moram faceret Moyses descendere de monte, congregatus est aduersum Aaron dicens. Fac nobis deos qui praecedant nos. Aaron autem volens ex difficultate postulationis remouere intentionem eorum quaesiuit vt omnes portarent sibi aurum & argentum quod habebant, quo facto illud proiecit in ignem, & de igne opere diaboli exiit vitulus aureus, quem populus idololatrando adorauit, illi offerens holocausta. Tunc dominus dicit ad Moysen. Descende quia peccauit populus idololatrando, cerno quod populus iste durae cervicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus contra eos & deleam eos de terra &c. Tunc autem ad orationem Moysi placatus factus est Deus ne omnes illos deleat sicut dixerat Moysi. Et hoc notans hic psal. dicit. Et abundauit. scilicet misericordia domini ad preces Moysi. Sed ad quid? subdit. Vt auerteret iram suam. id est punitionem quam dicit Moysi facturam populo propter dictum peccatum idololatriae. Auertit ergo iram a populo sed non ex toto, imo illa die mortui fuerunt viginti tria millia hominum. Et sic in parte exercuit iram suam contra populum, sed non in totum quantum meruerat: & hoc est quod subdit. Et non accendit omnem iram suam. Hic notandum quod auersio Dei est duplex, scilicet quaedam est auersio quae est actus supernaturalis iracundiae, & quaedam quae est actus pietatis & misericordiae. Prima patet, quoniam Deus multis nostris irritatus peccatis suam protectionem a nobis subtrahit se a nobis auertendo. Sic enim dicitur. Aduertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello. Quod ideo dicitur, quia quando Deus ab eis non erat auersus, pauci illorum multos aliorum superabant, sed quando propter ipsorum peccata se ab eis auertebat, ipsi multi a paucis aliorum superabantur, vt ibidem ostendit gl. quia populus armatus sine Deo inermis est. Et nota quod ista auersio quandoque est temporalis & quandoque aeternalis. Temporalis est enim poenitentibus, sed obstinatis aeterna. Et ideo Dauid fornicando qualiter Deus ab ipso erat auersus, & ab ipso auxilium suum subtraxerat, humiliter orando postulabat. Vsq; quo domine obliuisceris me in finem, vsque quo auertis faciem tuam a me? Deus enim multoties auertit se a nobis ad nostram vtilitatem. scilicet vt homo seipsum cognoscat sine Deo nihil posse, & sic non superbiat sed sub Deo humiliter viuat. Sic enim accidit ipsi Dauid, vt ostendi supra psal. 29. ibi. Auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus. Propter quod post humiliter orando dicit. Auerte faciem tuam a peccatis meis &c. Et ideo ne Deus iratus auertatur a nobis aeternaliter, humiliter oremus dicentes illud psalm. 84. Conuertere nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam a nobis. Quandoque vero ista auersio est aeterna. psal. 9. Auertit faciem suam ne videat in finem. Quod ne nobis contingat humiliter dicamus illud psal. 131. Propter Dauid seruum tuum ne auertas faciem Christi tui. Secundo auersio Dei quandoque est actus pietatis & clementiae. Deus enim ad orationem veri poenitentis se clementer a nostris peccatis auertit, illa remittendo. In cuius figuram statim vt Phinees luxuriantes percussit, Deus iram suam auertit a populo. Vnde dixit Deus. Phinees auertit iram meam a filiis Israel. Quia

psal. 90.

psal. 14.

1321

Psalm. 90. Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in iniquo.

1322

Quia quoties contriti peccata punimus, Deus clementer faciem suam ab ipsis auertit, ideo humiliter orando dicamus. Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele, vide ibi. Et ipse nos exaudiendo dicit illud Osce. 14. Sanabo contritiones eorum, & diligam eos spon tane, quia auersus est furor meus ab eis.

Et recordatus est, quia caro sunt spiritus vadens & non rediens.

Hic ostenditur misericordia Dei in reuocatione infirmorum. Peccatum enim quanto maiori tentatione praua committitur, tanto magis est remissibile. Similiter & quanto maiori fragilitate: quia sic minus habet ratione voluntarij. Et hinc est quod quia caro humana est infirma, spiritus autem fortior, spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, ideo maius peccatum fuit peccatum demonis qui spiritus est sine carne, quam peccatum hominis qui est spiritus in carne. Et peccatum hominis fuit remissibile, non autem peccatum demonis, vt ostendit Greg. vbi ad propositum istum versum adducit dicens. Duas ad cognoscendum se creaturas dominus fecerat, angelicam scilicet & humanam, vtranque ergo superbia percussit, a statu ingenite rectitudinis segregat, sed vna tegmen carnis habuit, alia vero nihil infirmum de carne gestauit. Angelus namque solummodo est spiritus, homo vero spiritus & caro. Misertus ergo creator vt redimeret, illa ad se debuit reducere quam in perpetratione culpae ex infirmitate aliquid conitar habuisse, & eo altius debuit apostatam angelum repellere, quo cum a persistendi fortitudine corrui, nihil infirmum in carne gestauit. Vnde & recte psal. eum miserum redemptorem hominibus diceret, ipsam quoque causam misericordie expressit dicens. Et recordatus est quia caro sunt, spiritus vadens & non rediens. ac si diceret. Quo eorum infirma vidit, eo districte culpas punire noluit. Spiritus vadens & non rediens. quod ideo dicit, quia spiritus hominis carne coniunctus per se in peccatum cadere potest, sed per se resurgere non potest. Ideo Deus reuocauit homines qui ad peccandum carnis pondere grauantur, sed per se redire non possunt. Vnde de peccatoribus dicitur lob 16. Omnes qui in eam, scilicet viam peccati ambulat, non reuertentur, scilicet per se, sed per gratiam Dei reuocabuntur. Vel spiritus hominis dicitur vadens & non rediens. scilicet vadens de hoc mundo, & non rediens ad corpus in hoc mundo. Et haec est breuis definitio inortis. Quare autem Deus animam cum carne vnire voluit, vide in praedicationibus quadragel.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in iram concitauerunt eum in iniquo.

Hic consequenter ostendit ingratitude Inuicem multiplicatam. Ingratitudo autem stat in duobus, scilicet in commissione, vt benefactori introgare contumelias, & in omissione, vt recepta beneficia obliuisci. Istis autem duobus modis ille populus Deo fuit ingratus, primo commissione, secundo obliuione, ibi. Non sunt recordati. Prima in duas, scilicet in duas quod dupliciter commiserunt contra Deum, scilicet ipsum exacerbandum, Incog. Tom. j.

secundo ipsum tentando, ibi. Et conuersi. Quantum ad primum sciendum quod ille populus in deserto non solum semel sed pluries ac pluries suis malis operibus Deum ad iram prouocauit, vt ex supradictis patere potest. Vnde quando auditis exploratoribus volebant reuertere in Aegyptum & dominus contra eos fuisset iratus, dum Moyses oraret pro eis, ait dominus Moysi. Tentauerunt me iam per decem vices, nec obediunt voci meae. Et tamen hoc dicit Deus anno secundo egressionis eorum de Aegypto, a cuius egressu vsq; ad ingressum terrae promissionis fluxerunt quadraginta anni. Si ergo in duobus primis annis iam decies Deum irritauerant, quoties credendum est illos Deum postea irritasse in triginta octo annis sequentibus? qui semper ad malum erant proniores, quamuis non omnia eorum mala sunt scripta. Ideo admiratiue hic loquitur psal. dicens. Quoties exacerbauerunt eum in deserto. q. d. multoties, & non solum praedictis modis sed pluribus aliis. Et peccatum ipsorum aggrauat circumstantia loci: quia in deserto in iniquo, quia vbi maiorem indigentiam Dei habebant, quia erant in terra deserta sine aqua, ibi amplius Deum offendere timere debuerant & ipsi humili corde seruire. Quoties ergo exacerbauerunt eum. Secundum enim grammaticos exacerbo, bas, est compositum de acerbo, quod est facere acerbum asperum & durum, sicut acerbi fructus dicitur asperi inspidi & duri. Acerbo ergo componitur cum ex, & fit exacerbo, bas, quod est valde durum vel durum aliquem facere, & irritans vel prouocans hominem ad iram dicitur exacerbare illum, id est durum & acerbum facere. Sic ergo isti exacerbant Deum in deserto quando suis murmurationibus, & peccatis Deum contra seipsum ad iracundiam prouocabant. Vnde quid sit dictum, exacerbauerunt eum in deserto, statim exponit dicens. in iram concitauerunt eum in iniquo. scilicet loco. Sic & moraliter quando docunque Deum peccatis offendimus, ipsum exacerbamus: quia contra nos ipsum asperum facimus & ad iram ipsum prouocamus. Sic dicitur psal. 9. Exacerbauit dominum peccator. Et Hier. 32. Filij Israel vsque nunc exacerbauerunt me in operibus manuum suarum.

Num. 14.

Exacerbo, de Deo.

Psal. 9.

Hier. 32.

Et conuersi sunt & tentauerunt Deum, & sanctum Israel exacerbauerunt.

1323

Hic ostenditur ipsorum ingratitude Deum tentando. Qualiter autem Deus tentatur dictum est versicu. 1298. Quantum vero ad hoc quod dicit. Et conuersi sunt. Notandum quod duplex est conuersio. A malo ad bonum, & a bono ad malum. Prima est de malo ad bonum, quoniam peccator in peccato existens non faciem sed dorsum vertit ad Deum, faciem autem vertit ad creaturam, quando autem ipsum poenitet totum vertitur, & sic faciem vertit ad Deum & dorsum ad inferiora. Et istam conuersionem a nobis postulat Deus, dicens. Conuertimini ad me in toto corde vestro, &c. Ista autem versio debet esse integra: vnde versio componitur cum on, quod est simul, quia totaliter & non partiter se debet vertere poenitens ad Deum. Et hier. 3. Conuertimini filij reuerentes, quia ego vix vester, & assumam vos. Alia est conuersio opposita, de bono, scilicet ad malum. Quando enim homo est in statu gratiae faciem vertit ad Deum, & dorsum ad inferiora, sed quando

1oel. 2.

Hier. 3.

847

720.74

Conuersio mala mul- tiplex

Deut. 31.

Exo. 31.

Hier. 6.

1. Paral. 77.

Osee 5.

1324

in peccatum cadit ad oppositum vertitur. Et de ista tali conuersione intelligitur iste textus, dicens, *Et conuersi sunt.* scilicet de bono proposito quod habuerunt dicentes. Quacunque preceperit dominus faciemus. Postea ab hoc fuerunt ad oppositum conuersi, scilicet ad faciendum oppositum preceptorum Dei. Et isto modo reperio istum populum ad malum multipliciter conuersum, scilicet quia conuersus fuit ad infidelitatis idololatriam ad vanitatis auaritiam, ad obstinationem & impoenitentiam, ad iniquitatem & iniustitiam, ad mendositatem & fallaciam, ad ambitionem & superbiam, ad detractionem & infamiam, ad carnaliteriam & luxuriam, ad ingratitudeis nequitiam, ad irritandam Dei clementiam. Primum sunt conuersi ad idololatriam, isti enim frequenter relicto domino colebant idola. Sic enim de illo populo prae dixit dominus Moysi, cum morti appropinquaret. Cumque comederint & saturati, incrassatique fuerint, conuertentur ad Deos alienos & seruient eis & detrahent michi. Et sic plerumque peccatum gulae est causa spiritualis idololatriae, quia guloso venter efficitur Deus: vnde ad litteram de Iudaeorum populo scribitur. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, scilicet ante idolum, quod fecerant. Secundum conuersi sunt ad auaritiam, quia solum propter temporalia Deo seruebant. Sic enim ad litteram de illo populo dicitur. Omnes auaritia student & maiori usque ad minorem. De quibus in psal. 77. Conuersi sunt in arcum prauum. Dicitur enim auaritia arcus prauus quia primo ferit arcum tenentem: quia auarus primo sibi ipsi nocet. Tertium conuersi sunt ad obstinationem. Multi enim ex illis aliam vitam non credentes veniam desperantes, suis cogitationibus ad desperationem conuersi sunt. De quibus ad litteram dicitur. Non dabunt cogitationes suas ut conuertantur ad dominum: quia spiritus fornicationis in medio eorum, & dominum non cognouerunt, &c. De aliis vide in dictionario meo. Propter quae omnia nunc ait psal. *Et conuersi sunt.* scilicet ad irritandum Deum & tentandum.

**Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis.**

Hic ponitur ipsorum ingratitude ratione omissionis, quae consistit in obliuione beneficiorum receptorum. Et duo facit: quia primum ponit ipsorum obliuionem, secundum obliuionis aggrauationem, ibi. *Sicut posuit.* Quantum ad primum quantum sit ingratitude recepta beneficia obliuioni tradere, nota quae superius sunt dicta versicu. 129. Hoc idem nunc psal. repetit volens ad maiorem expressionem ipsorum ingratitude alia beneficia ipsis a Deo facta & enarratis superius de nouo proponere, vnde proponit, dicens. *Non sunt recordati manus eius.* scilicet potestatis diuinae, quae per manum significatur, quam potestatem, scilicet maximam ostendit in die quando liberauit eos de manu tribulantis. scilicet de potestate Pharaonis. Et nota quod hic accipit in singulari die pro diebus in plurali. Nam potestatem suam ostendit non solum in vna die percutiendo Pharaonem diuersis plagis, sed etiam hoc fecit multis diebus. Notandum ergo quod ex tali obliuione ille populus

multum est accusandus. Nam ad recordationem diuinae potestatis maxime duo nos inducere debent. Primum multiplex eius in nobis similitudo. Recordatio namque alicuius rei fit per similitudinem rei vel per similia, sicut quando vides imaginem rei propter similitudinem illius ad rem de illa recordaris. Vnde recordatio est in cogitationem praecognitae rei occasione similitudinis animi recursio. Et commemoratio in die memo. & reminiscencia dicitur, quod motus rememoratio est motus a simili rei ad rem. Modo nos multas similitudines Dei habemus in nobis tanquam Dei memorialia. Intra nos enim est anima, quae ad imaginem & similitudinem Dei facta est. Ab extra autem sunt eius continua beneficia, quae nobis eius potentiam a simili re presentant, quoniam omnis creatura nobis Dei potestatem & bonitatem ostendit. Vnde quocumque homo se verrat, occurrit sibi quaedam Dei similitudo, ex qua deduci debet in recordationem potestatis diuinae. Propter quod dicitur Sapien. 13. A magnitudine speciei & creaturae cognosci poterit verisimiliter eorum creator. Vltra autem ista generalia sicut nos habemus apud nos continet eucharistiae sacramentum, quod omnem similitudinem diuinam bonitatis continet ac potestatis, ita & ille populus continue ante oculos habebat manna, quando in fuit in deserto, quod per quaedam expressam similitudinem ipsi Deum representabat, de quo dicitur Sap. 16. Angelorum esca nutriti sunt populum tuum, & paratum panem de caelo praestitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, &c. Et expressa erat Dei figura & similitudo, & tanta similitudine non deficiente ipsi tanquam multum ingrati non sunt recordati manus eius, &c. Secundum, quod ad recordationem alicuius inducit est beneficiorum continua exhibitio. Quis enim illo magis ingratus dici potest, qui beneficium alicuius actualiter recipit & benefactorem non attendit? Nos autem non solum semel, non solum quotidie, sed etiam continue Dei beneficia recipimus, vnde Bern. in meditationibus suis. Sicut nullum est momentum quo homo non utatur Dei bonitate, sic nullum debet esse momentum quo cum in memoria non habeat praesentem. Et ideo praemittit ibidem Bernar. Vbicumque fueris in lecto aut in alio loco, semper ad Deum est erigenda memoria. Vltra autem ista beneficia generalia ille populus semper circa se Dei specialia beneficia sentiebat, ut puta quia Deus semper ei praesens erat, in die per columnam nubis, & in nocte per columnam ignis, ab hostibus fortioribus ipsum defendebat, vestimenta & calciamenta ipsorum per quadraginta annos illaesa conseruauit. Quibus omnibus obstantibus, non sunt recordati manus eius, &c.

**Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo thaneos.**

Hic aggrauatur eorum ingratitude & obliuio ex magnitudine beneficiorum a Deo receptorum. Beneficia autem eis collata fuerunt duplicia. Primum fuit potentiae expressum, secundum clementiae collatum. Primum ostendit diuersis plagis flagellando Pharaonem & omnes Aegyptios. Secundum fuit ut filios conseruando & educendo hebraeos. Primum ergo ponit primum, secundum secundum, ibi. *Et absistit.* Circa primum duo facit: quia primum ponit illud beneficium in generali, secundum

in speciali, ibi. *Et conuertit.* Quantum ad primum notandum quod iste versus satis expositus est superius versu. 129. vbi eadem sententia ponitur. tamen hic nota quod sicut Deus multa signa in Aegypto fecit ut suum liberaret populum, sic etiam & nobis multa signa ostendit ut nos a peccatis liberet. Et maxime triplex signum nobis ostendit, scilicet signum placatum diuinae iracundiae, signum punitiuum humanae immoderatae, signum directiuum humanae ignorantiae.

**Et conuertit in sanguine flumina eorum: & imbres eorum ne biberent.**

Hic ponit signa in Aegypto facta in speciali scilicet in plagis, quibus Deus percussit Aegyptum. Vbi notandum quod dicitur in Exo. Deus decem plagis principalibus percussit Aegyptum, multis autem aliis ipsam percussit, quae non ponuntur in textu Exo. vnde hic psal. ponit aliquas plagas quae in Exodo non ponuntur, & aliqua in Exodo ponuntur, quae hic non ponuntur. Procededo ergo de plagis, quae hic ponuntur, notandum etiam quod hic quandoque duae plagae insimul ponuntur, sic ergo absque alia diuisione textus est procedendum quemlibet versus per se exponendo. Prima ergo plaga, quam hic ponit est aqua in sanguine conuersio. Ista plaga ponitur Exo. 7. vbi cum Pharaon nollet Dei populum dimittere Moyses ex precepto domini coram Pharaone & seruis eius eleuans virgam percussit aquam fluminis, quae versa est in sanguinem, similiter omnes riuus & paludes omnes lacus aquarum & omnis aqua quae erat in vasis ligneis & faxeis est in sanguine versa, & pisces qui erant in flumine mortui sunt. Et sic fuit sanguis in tota terra Aegypti. Et tunc Aegyptii foderunt per circuitum fluminis ut haberet aquam ad bibendum & vbiq; sanguis erat, & sic non poterant aquas bibere. Vbi notandum quod Deus infert poenas secundum qualitates peccatorum. Peccauerat autem Pharaon occidens pueros hebraeorum & ipsorum sanguinem spargens, & ideo merito in poenam peccati sanguine potatur. Vnde Origen. super Exod. ait. Aquae fluminis vertuntur in sanguinem illis, qui hebraeorum paruulos tradiderunt necandos, ut auctoribus sceleris poculum redderet sanguinis ut cruorem polluti gurgitis, quem paruulos in flumine necando polluerant, potando sentirent. vel aliter secundum Ricard. haec prima plaga correspondet transgressioni primi praeccepti, vnde ait super Exo. Primum praecceptum de colendo vno Deo, non erunt tibi dii alieni praeter me, & prima plaga in sanguinem aqua versa, contra primum praecceptum, primae plagae aqua, qua generantur omnia, significat vnum Deum ex quo omnia, sanguis vero carnem mortalem. Aqua ergo versa in sanguinem est quia commutauit gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis. Et haec quidem commutatio fit in corde prauatorum. Istum autem versus aliter exponit Balduinus dicens. Est quaedam conuersio aquae in sanguinem, sed apud Aegyptios. Est alia conuersio aquae in vinum, sed in nuptiis. Et est tertia conuersio, scilicet vini in sanguinem, sed in dominica cena. Prima conuersio aquae in sanguinem hoc indicare dicitur, quod aqua mortifera sapientiae, quae est sapientia huius mundi, scilicet prudentia carnis in sanguinem, id est in mortem eius vertitur, qui ambulant secundum

carnem. Prudentia enim carnis mors est, & sapientia carnis inimica est Deo. Hos increpans propheta inquit. Et quid tibi vis in via Aegypti, ut bibas aquam turbidam? Et quid tibi est in Aegyptio ut bibas aquam fluminis? Omnis enim sapientia terrena est Deo odibilis, de qua bibunt Aegyptii, id est amici huius mundi, qui sunt inimici Dei. Aqua ergo Aegypti est quae in sanguinem conuertitur, quia sanguis eius super hos qui bibunt eam. Secunda conuersio est aqua in vinum, & hoc signi ficare videtur conuersionem, scilicet timoris in amorem iustitiae. Haec autem conuersio fit in nuptiis, quia in fide & iustitia desponsata est ecclesia Deo, illa utique iustitia quae est ex fide Iesu Christi. Tertia vero conuersio vini in sanguinem est, quando iustitia mentem delectat intantum, ut vsque ad sanguinem & mortem quis pro iustitia certet, & haec est perfectio iustitiae. Et de prima conuersione, scilicet aquae in sanguinem nunc ait psalmista. *Et conuertit in sanguinem aquas eorum.*

**Misit in eos cynomiam & comedit eos: & ranam & disperdidit eos.**

Hic ponitur secunda plaga quae tamen secundum ordinem plagarum in Exodo ponitur quarta. De ista ergo plaga dicitur Exod. 8. Dicit Moyses ad Pharaonem. Haec dicit dominus, si non dimiseris populum meum, ecce ego mittam in te & in seruos tuos & in populum tuum omne genus muscarum. Fecitque dominus ita, & venit musca grauissima in domo Pharaonis & in omnem terram Aegypti, corruptaque est terra ab huiusmodi muscis. Sed hanc plagam hic ponens psalm. ostendit specialiter quales muscae illae fuerint dicens. *Misit in eos cynomiam.* Nam secundum grammaticos cynomia est quoddam genus muscarum, quae dicitur musca canina & venosa & multum infesta. Et dicitur a cyon quod est canis. Quamuis enim in illa plaga fuerit omne genus muscarum, tamen ista musca canina nominatur specialiter, quia peior & molestior erat omnibus aliis. Hanc plagam muscarum tractans Isidorus super Exod. dicit. Aegyptus muscis percutitur, musca enim insolens & inquietum animal est, in qua insolentes curae carnalium desideriorum inquietudinibus feruntur. Septuaginta vero interpretes posuerunt cynomiam, id est muscam caninam per quam canini mores significantur, in quibus humanae mentis voluptas & libido carnis arguitur. *Et ranam & disperdidit eos.* Haec fuit alia plaga a plaga muscarum, & fuit secunda in ordine plagarum, de qua habetur Exod. 8. Dixit dominus ad Moysen. Dic Pharaoni, si nolueris dimittere populum meum, ego percutiam omnes terminos tuos ranis, & ebulliet fluius ranas, quae ingredientur domum tuam & in lectum tuum & in domos seruorum tuorum, & in furnos tuos & in cibos tuos & omnium seruorum tuorum. Et factum est ita. Notandum quod quando in isto versiculo ponit cynomiam in singulari & ranam, cum tamen innumerabiles muscae & ranae fuerint: quia secundum Aug. ponit singulare pro plurali. Vnde August. super Exod. Et venit musca, &c. Musca pro multitudine muscarum posita est. Nescio enim quomodo per loquendi consuetudinem imbutis sensibus hominibus plus videtur

Ad Rom. 8. Sapientia mundi. Et iere. 2.

1327

Exo. 8.

Musca.

Isidorus.

Rana.

Exod. 8.

August.

Recordati Dei. Memoria Dei.

Sap. 13.

Sap. 16.

Bernard.

1325

Balduinus. Conuersio inquit.



Singulari videtur quod singulariter quam quod pluraliter A dicitur. Verbi gratia, est illic miles plus significat quam sunt ibi milites, est illic piscis plus significat quam sunt ibi pisces. Mystice autem secundum Origenem, rana significat carmina poetarum qui inani & inflata modulatione velut ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim illud animal utile est, nisi quod sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddit. Vel per istas ranas intellige tria principalia vicia, quibus hodie totus mundus infestatur, scilicet superbia, luxuria & auaritia, de quibus I. Ioan. 2. Omne quod est in mundo, &c. Nam secundum Magistrum de proprietatibus rerum lib. 12. Rana tres habet conditiones. Primum in aquis putridis & paludibus habitat. Secundum ventrem habet magnum respectu reliqui corporis quo terrae adheret. Tertium saltando graditur. Per quas tria praedicta tria figurat vicia. Primum enim in aquis putridis rana habitat & conuersatur. Quid enim per talem aquam nisi ipsa putrida & fetens significatur luxuria? Apocal. 17. Veni & ostendam tibi damnationem meretricis magna, quae sedet super aquas plurimas, unde semper praecipitatur ad ima, sic & voluptatis vitium hominem trahit ad nihilum. Secundum rana habet ventrem magnum respectu aliorum membrorum, quo terra haeret. Quid enim per terram, nisi cupidus & auarus intelligimus? quia sicut terra non satiatur aquis, sic nec cupidus diuitiis. Ecclesiast. 14. Hi enim ad modum ranarum magno ventre terrae haerent: quia omnibus suis conatibus amplexantur terrena. Tertium rana magnos saltus facit, quibus se in altum eleuare contendit. Quid enim tales saltus significant nisi ambitionem superbiorum, qui semper ad alta & ad honores cupiunt saltando scandere? quia dimisso vero medio, quo honor acquiritur, scilicet virtute per saltum scandere conantur. Vnde de istis tribus vitiis sub ranarum nomine dicitur. Vidi tres spiritus immundos in modum ranarum exire de ore draconis. Istam figuram expressius vide in postil. Apocal.

Et dedit erugini fructus eorum, & labores eorum locustae. Hic ponitur quarta plaga eruginis, de qua in Exodo non fit mentio. Ibi enim ponuntur solum decem plagae notabiles, cum quibus est dubium alias plagas fuisse quae in Exodo scribuntur, sic hic de erugine, & in sequenti versiculo de pruina. Notandum quod fructus duplices ex terra nascuntur, quidam a se sine labore hominum, ut fructus arborum, quidam vero cum labore hominum, ut segetes & huiusmodi, primos consumpsit erugo, & secundos locustae. Primum notans dicit. Et dedit erugini fructus eorum. Erugo enim est quidam ventus vrens, desiccans & consumens fructus terrae, quem ventum ad consumptionem fructus Aegyptiorum tunc vehementer Deus flauit, & abunde. Vel aliter, ut ait glo. super illo verbo Amos 4. percussit vos vento vrente, & in erugine multitudinem horrorem vestrorum. Erugo inquit ita fit, cum nocte ros vel imber super teneras spicas cadit, inualecente sole vertuntur in rubeum colorem, & inane sunt grana adhuc tenera. Mystice autem secundum glo. per eruginem, quae occulte nocet, intelligit vitium quod difficile apparet, ut est multrum fidere de se. Aura enim noxia hoc in fructibus operatur latenter, sic in moribus superbia occultata, cum quis se putat aliquid esse, cum nihil sit. Et de ista erugine dicitur. Nolite thesaurifacere vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur, &c. Sequitur. Et labores eorum locustae. Labores eorum, id est fructus ex laboribus eorum ortos. Locusta fuit octaua plaga qua Deus percussit Aegyptum, de qua dicitur Exod. 10. Extendit Moyses virgam super terram Aegypti, & dominus induxit ventum vrentem tota die illa & nocte, & mane factus ventus vrens leuauit locustas, quae ascenderunt supra totam terram Aegypti, & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerunt, operueruntque vniuersam superficiem terrae vastantes omnia, &c. Istam plagam locustarum applicat Gregorius ad vitium adulationis dicens super Exod. Exhibite caelitus Aegypti plaga exigentibus eorum demeritis, cor poraliter illata sunt. Sed quae mala quotidie prauos feriant spiritualiter signauerunt, quibus exteriori percussione Aegyptus afflicta commota humana mens dolensque perpenderet quae vastationis damna interitus negligens toleraret. Per locustas enim, quae pluviam caetera minuta animantia fructibus nocent, linguae adulationum significantur, quae terrenorum mentes aliqua bona profertentes immoderatus laudando corrumpunt. Fructus enim Aegyptiorum opera cenodoxorum, quae locustae exterminant, dum adulantes linguae appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam locustae comedunt quando adulatorum verba loquentium fauoribus extollunt. Poma arborum deuorant cum vanis laudibus quorundam iam quasi fortium opera enervant.

Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina. Hic ponitur sexta plaga, quae in Exodo fuit septima ante plagam locustarum posita, de qua dicitur Exod. 9. quod extendit Moyses virgam in caelum & dominus dedit tonitrua & grandinem ac discurrentia fulgura super terram, & grandis ignis mixta pariter ferebantur, tantaeque fuit magnitudinis, quantae ante nunquam apparuit in vniuersa terra Aegypti, & percussit grandis in terra Aegypti cuncta, quae fuerant in agris ab homine vsque ad iumentum, cunctam herbam agri percussit grandis, & omne lignum regionis cofregit, tantam in terra Gessem, vbi erant filij Israel grandis non fuit. Per istam plagam significatur, qualiter Deus per verba praedicationis vitam prauorum terret & reuocat ad gratiam. Vnde Gregorius ait. In grandine vel niue frigida & dura accipimus corda prauorum. Sed quia omnipotens Deus sanctos suos de talibus eligit, & quam multos electos adhuc intra prauorum vitam expositos habeat nouit. Iam apte in niue & grandine se habere thesauros perhibet. Quos electos ad mediam cum iubet producit, & iustitiae nitore candidos per supernam gratiam ostendit. Grandis quippe & nix fuerat. Saulus per frigidam insensibilitatem sed nix & grandis contra aduersariorum peccata factus

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Et tradidit grandini iumenta eorum, & possessiones eorum igni. Hic non ponitur noua plaga, sed est declaratio plagae grandinis praecedentis. quoniam ut habetur Exo. 9. antequam dominus mitteret plagam grandinis fecit per Moysen Pharaonem praescium illis plagae. vnde Pharaoni dicit Moyses. Pluam grandinem multam nimis, mitte ergo iam nunc & congrega iumenta tua & omnia quae habes in agro. homines ergo & iumenta & vniuersa, quae inuenta fuerint foris in agris, super quae ceciderit ea grandis, morientur. Hoc ergo inducitur psal. dicit. Et tradidit grandini iumenta eorum, scilicet quae non fugerunt, interficienda. Et possessiones eorum igni, quia ut ibidem dicitur, grandis ferebatur mixta cum igne. Vbi aduertendum quod grandis cadens in terra non solum destruit fructus terrae, quos inuenit, sed etiam destruit & impedit fertilitatem terrae in sequenti anno, & ea quae percussit inutilia reddit, intantum quod etiam iumenta non delectabiliter illa capiant in cibum, quod tamen non facit gutta magna pluuiae, quod ideo fit, quia frigus multum est in grandine. frigus autem est qualitas mortificatiua, & haec virtus manet in aqua grandinis liquefactae. Vnde haec aqua grandinis liquefacta humefacit terram, & impedit fertilitatem eius, & infusa fructibus extinguit in eis calidum naturale, quo digeritur humidum naturale in fructibus & sic fructus crudus remanens generat iumentis abominationem. Gutta autem pluuiiae quamuis sit magna, tamen cum sit calida totum oppositum facit, quando sola venit, itaque grandis eam non sequitur. Est enim bonae digestionis cum vapore aereo subtili & terrestri, & habet in se multum de calore vaporis, ex quo fit, & ideo optime infundit terram, & si laedit aliquos fructus terrae, hoc non facit ratione suae qualitatis, sed vi percussus

factus est, vel candore iustitiae, vel districti eloquij correptione. O quale thesaurum tunc in niue & grandine habuit Deus, quando illum intra vitam prauorum positum, iam electum latenter dominus vidit. O ad quanta aduersariorum peccata ferienda hanc in manu sua grandinem sumpsit, per quam tot sibi resistentium corda prostrata. Nemo itaque de suis operibus extollatur, ne mo desperet eos, quos adhuc frigidus videt, quia thesauros in niue & grandine non videt. Quis enim crederet, quod per apostolatus gratiam lapidatum Stephanum ille praecederet, qui in morte eius omnium lapidantium vestimenta seruauit? Si ergo ad ista dona vel iudicia occulta occurrimus, nullos omnino desperamus, nec illis in corde nostro quibus pro tempore praeterati sumus, quia & si iam videmus quantum praecessimus, nec minus quantum dum currere caeperint, praecedamus. Sicque ergo dominus in grandine occidit vineas eorum, quando per discreta praedicatorum verba voluptates carnalium ferit. Et moros eorum in pruina. In translatione Hieronymi habetur, in frigore scilicet folia mororum corrumpente, Mystice secundum glo. quia haec plaga pruinae in Exodo non habetur, pruina est vitium, quo charitas Christi stultitiae tenebris quasi nocturno frigore congelacit.

Concupiscen- tia.

1331

Demonum ministris sunt Dei.

Demonis potestas.

operentur in filiis diffidentiae, quod Deus debite iusteque permittit &c. Sic malorum angelorum ministerio aqua verax sunt in sanguinem, ranae productae sunt, locustae &c. & interfecti primogeniti Aegyptiorum. Sed nūquid ex hoc dicemus ipsos daemones creatores, vt quod ranas locustas vel eruginem creauerunt, certe non. vt ostendit magister li 2. di. 7. Ipsi namque daemones triplici acumpe scientiae vigent scilicet subtilitate naturae, experientia temporum, & reuelatione superiorum spirituum. Cognoscunt ergo naturas rerū, & sciunt applicare actiua passiuas. Et sic quod natura faceret in magno tempore, ipsi quasi subito faciunt. Sic ergo de ranis, sic de locustis, sic & de aliis plagis faeete potuerunt. Hoc ergo notās psal. ministerium istarum plagarum demonibus ascribens ait. *Misit in eos iram indignationis suae.* id est effectum indignationis suae & irae suae scilicet plagas praedictas & sequentes. & hoc per angelos malos. Indignatio enim eodem modo cadit in Deo sicut & ira, quia sicut quando punitur videtur iratus, sic & indignatio. Vide supra versicu. 55. 684.

Sententia

332

Viam fecit semitae irae suae, & non pepercit a morte animarum eorum: & iumenta eorum in morte conclusit.

Hic ponitur quadam exaggeratio irae diuinae Vbi sciendum quod quamuis plaga praedictae graues fuerint & causatiuae doloris, tamen sequens plaga ceteris grauior fuit scilicet mors omnium primogenitorum tam hominum quam iumentorum. cuius grauitatem praeceteris notans psal. ait. *Viam fecit semitae irae suae* quasi dicat. Ex semita irae suae fecit viam. Semita enim secundum grammatikos dicitur a semis, quod est dimidium, quasi dimidium iter, quia semita est iter strictum quasi dimidia via. Est enim semita duorum pedum iter strictum adeo, vt alter in transitu obuianti transitum dare non possit. Via autem dicitur iter latum. Ira autem Dei accipitur pro punitione peccatorum, psal. 2. Cum exarserit in breui ira eius &c. Quid est ergo ex semita irae facere viam, nisi de parua ad magnam deuenire, de parua punitione ad maiorem? Et sic quia vltima plaga mortis omnium primogenitorum fuit maior poena ceteris praecedentibus, ideo illam immitendo Deus viam fecit semitae irae suae. Vel aliter. Semita est iter occultum & rectum, & significat occultam Dei aequitatem & iustitiam qua iratus erat Aegyptiorum peccatis. Huic autem occultae iustitiae viam fecit, quando licentiam dedit angelis malis iustitiam illam occultam per plagas manifestas executioni mandare. Et istum intellectum habet magister in glo. dicens. *Viam fecit semitae irae suae.* Hic ostendit vnde licentia sit data angelis malis, quasi dicat his immixtis fecit viam id est ampliore manifestationem semitae irae suae id est occultae aequitati suae qua Deus iratus erat Aegyptiis. Aliter enim non liceret diabolo illa immittere, quae dicuntur semita irae, eo quod semita recta est & occulta. Erat enim semita irae Dei qua occulta aequitate puniret Aegyptiorum impietatem, cui semitae fecit viam, vt eos quasi ex abdi-

Sententia

Psalm. 4.

tis per angelos malos perduceret in aperta scelera, & sic in euidentissimos impios euidentissime vindicaret, ipsos scilicet interficiendo. propter quod subdit. *Non pepercit a morte animarum eorum & iumenta eorum in morte conclusit.* quia. scilicet homines quam iumenta interfecit. Qualiter autem & quare homo iumentum dicatur vide supra versu. 799. hic enim parificat Aegyptios iumentis, quia similes iumentis erant.

Iumentum homo

Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

333

Hic ponitur vltima plaga mortis primogenitorum, de qua dicitur Exo. 12. quod primo mensis quartadecima die mensis factum est in medio noctis percussit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito Pharaonis, qui se det in solio, vsque ad primogenitum captiuum, quae erat in carcere, & omnem primogenitum iumentorum, surrexitque Pharaon nocte & omnes serui eius cunctaque Aegyptus, & ortus est clamor magnus in Aegypto, neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus. Aduertendum autem quod nulla plagarum praerertarum peruenit ad terram Gessen, in qua habitabant hebraei, sed ista vltima sic, quia in illa terra Gessen etiam cum hebraeis aliqui Aegyptiorum habitabant. & illorum etiam omnes primogeniti mortui sunt nocte illa. Vnde Augu. super Exo. dicit. Cum primogeniti tantum morerentur, quomodo nulla erat domus, in qua non esset mortuus, an & hoc diuinitus procuratum fuerat vt in omnibus domibus essent primogeniti, in quibus percuterentur Aegyptij, etiam, qui habitabant in terra Gessen. hominum quippe erant hic, vel animalium non terra id est homines & animalia primogenita moriebantur occulto, & angelico percussu. Non aliquid in caelo vel in terra factum erat sicut tana vel locusta & tenebrae a talibus enim plagis cum terra Gessen fuisset aliena, perueniebat beneficium ad Aegyptios, qui in ea cum hebraeis morabantur. Hac vero vltima plaga omnes percussi sunt. Glo. super Exo. quaestionem facit vtum ista vltima plaga facta fuerit per angelos bonos, vel malos dicens. Vtrum percussor bonus vel malus angelus fuit, non necesse est inquiri, quicumque enim fuerit, domini precepto obediuit. Sciendum tamen quia tales pestes mali angeli facere solent permissione Dei. No tandem quod diuina punitione recte correspondet peccatis hominum, vnde & ista decima plaga correspondet transgressioni mandati decimi. Decimum namque praecipitum est. Non concupiscas rem proximi tui &c. Huic praecipito decima plaga contraria est, mors scilicet primogenitorum. Alio praecipito furtum prohibetur, quo & rapina damnatur, peius est enim rapere violententer quam latenter. Auferre volens aperte vel occulte praecipitum suum habet. Concupiscere autem rem proximi tui, etiam si iustum queras successorem, non licet. Qui enim volunt res alienas tamquam iuste possidere, haeredes querunt morientibus esse. Tu laudas relictam rem, quasi iure possidentem

Exo. 12.

Augu.

Glo. super Exo.

Punitio peccati

Concupiscere rem proximi

possidentem, Deus damnat iniuste cupientem. Qui enim quartis ab aliquo haeres fieri, non vis vt habeat haeredes, in quibus nihil charius primogenitis est. Iure ergo in primogenitis tuis pueris, qui concupiscendo res alienas quasi iuris vmbra perquiris, & quae meliora sunt cordis primogenita perdis. Primogenita quidem fides est. nemo enim bona facit, in quo fides non praecessit. Omnia opera bona filij spiritalia sunt, sed inter hos primogenita fides. Quisquis ergo rem alienam occulte cupis interius fidem perdis. fides enim non charitate sed fraude, velut amans eum, quem mori desideras, vt illi succedas. haec omnia glo. super Exo. Sequitur. *Primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.* Vbi per primitias laboris eorum significantur primitiae illorum fructuum, qui ex terra nascuntur mediante labore hominum, vt est frumentum & huiusmodi. Vel per primitias laboris intellige primogenita iumentorum, quae sunt laboris hominum, id est, ad laborem pro hominibus sustinendo producta vnde & iumenta dicuntur quasi iuuenta. Quod autem sequitur. *In tabernaculis Cham.* exponitur id est in tabernaculis vel habitationibus Aegyptiorum. Vbi aduertendum quod Aegyptij descenderunt ex Cham filio Noe. nam vt habetur Gene. 10. Cham filius Noe inter alios filios genuit Mestahim a quo denominata est Aegyptus quia ibi dominatus fuit. vnde in toto veteri testamento. vbi in translatione nostra ponitur Aegyptus in hebraeo ponitur Mestahim. Et sic idem est in tabernaculis Cham. id est Aegyptiorum.

psalm.

Psalm.

334

Et abstulit sicut oues populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Hic enim narratis plagis Aegyptiorum, narrare incipit quomodo Deus eduxit populum suum de Aegypto. Et duo facit, quia primo ostendit qualiter eos de Aegypto eduxit. secundo qualiter eos per desertum perduxit, ibi. *Et deduxit eos.* Quantum ad primum sciendum, quod (vt habetur Exo. 12.) in sacrificio agni immaculati eduxit Deus filios israel de Aegypto, scribitur enim ibidem. *Decima die mensis tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas &c.* Sequitur, quod illo agno imolato quartadecima die mensis, dominus transiit per totam Aegyptum eadem nocte percutiens omnia primogenita Aegyptiorum, ex quo magnus planctus in tota Aegypto fuit ortus, & non erat domus, in qua non iaceret mortuus. quo facto Pharaon emisit populū totum viros & mulieres, magnos & paruulos cum omnibus suis animalibus & rebus, quinimo Aegyptij non solum dimiserunt populum liberē exire, sed etiam (vt ibidem dicitur) vrgebant Aegyptij populum de terra exire velociter, dicentes. Omnes moriemur. Quia ergo per sacrificiū ouium (quia quilibet familia agnum paschalem illa nocte comedit) Deus populum suum eduxit de deserto ideo nunc ait psalm. *Et abstulit sicut oues populum suum* scilicet per immolationem ouium ipsos eduxit de deserto. vnde & sequitur. *Et perduxit eos tanquam oues in deserto* scilicet custodiēdo eos per desertum quadraginta annis, sicut pastor gregem suum custodit & pascit, quia pane caelesti semper

eos paruit. Per hoc mysticē denotatur quod Christus simplices & bonos per desertum huius mundi perducit sicut pastor oues. Boni enim & fideles ouibus comparantur. Primum ratione innocentiae, & simplicitatis, nam ouis nullum offendit, non morsibus vt canes, non dentibus vt apri, non vnguibus vt leones, non veneno vt serpentes. Sic & boni fideles nullum offendunt, non morsibus aliena rapiēdo, nō detrib. aliis detrahēdo non vnguibus alios persecuēdo, nō veneno aliis mala exēpla praebēdo, notātes q̄ dicitur. Nemini dātes vllā offensionem, vt nō vituperetur ministeriū nostrū. Secundo ratione patientiae & taciturnitatis, nā ouis dum tondetur vel occiditur non clamat, nō mutmurat vt animalia cetera, sic & boni fideles. Et haec est causa quare Christus oui fuit comparatus. Tanquam ouis ad occisionem ductus est. Sic & patienter mala sufferre debemus, nulli malum pro malo reddentes. Tertio ratione affluentiae, & vtilitatis. Nam ouis est animal vtile per omnia, sic & boni fideles proximis per omnia viles debēt esse. Lana nudos vestire, pelle madata Dei in se scripta ostendere, carne famelicos pascere. &c. Et tunc a Deo per desertum huius mundi sicut a vero pastore deducuntur illa. De talibus enim dicit Christus. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, &c.

Ouis significat bonos

2. Corin. 6.

2. Pet. 3.

1. Iob. 10.

Et deduxit eos in spe & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare.

335

Hic ostendit qualiter ipsos post educationem perduxit sine timore. Sed statim contra hoc videtur quia postquam ipsi eduoti fuerunt de Aegypto multum timuerunt Aegyptios, quoniam postquam filij israel exierunt, Pharaon cum omni exercitu Aegyptiorum persecutus est eos. Cumq; Aegyptij persequerentur vestigia praecedentium repererunt eos in castris supra mare. Cumque appropinquasset Pharaon, leuantes filij israel oculos viderunt Aegyptios post se, & timuerunt valde, &c. Quomodo ergo hic dicitur quod *nō timuerunt* Respondeo quod duplex est timor scilicet efficax, qui tollit propositum, & inefficax, qui non tollit propositum. Sicut per exemplum quis vult pergere ad sanctum iacobum, timet pericula viarum, aliquando timor est tantus, quod iter dimittit, aliquando vero non est tantus, quin iter dispositum arripiat. primus vocatur efficax, secundus autem inefficax. Dico ergo ad propositum, quod si filij israel timuerunt Aegyptios, non tamen timore efficaci, quasi per Moylen confortati propositum suum non omiserunt. Et inimicos eorum operuit mare. vt habetur Exo. 14. quod miraculum Dei ab omni timore eripuit ipsos. Mystice autem per hoc quia Aegyptios demersit in mare, denotatur quod omnia peccata per Aegyptios significata in mari baptismi submerguntur, quia ibi omnia peccata delentur.

Exod. 14.

Duplex timor

Exod. 14.

Et iuduxit eos in montem sanctificationis suae, montem, quem acqui fuit dextera eius.

336

Hic ostenditur bonitas Dei & ingratitudo populi

pulli post introitum terre promissionis, & diuidi- A  
 tur in partes tres, quia circa hoc ostenditur primò  
 Dei bonitas, secundò populi prauitas, ibi. *Et  
 tenuerunt*, tertio pœne illatæ grauitas, ibi. *Audi-  
 uit dominus*. Prima pars diuiditur in tres, secundò  
 quod ex tribus beneficiis circa illos Dei bonita-  
 tem ostendit, primò quia ipsos in terram promif-  
 sionis induxit, secundò quia inimicos eorum eie-  
 cit, ibi. *Et eiecit*, tertio quia terram promissionis  
 eis possidendam tradidit, ibi. *Et habitare fecit*. Quã-  
 tum ad primum sciendum, quod per montem  
 sanctificationis Dei intelligitur mons Sion, quia  
 mōs sanctus appellatur propter multa sancta in  
 eo perpetrata, vt puta quia ibi erat templum, in  
 quo Christus sæpissimè prædicauit, ibi cenando  
 sacramentum encharistia instituit, & ibidem a-  
 postolis congregatis in die pentecostes spiritum  
 sanctum misit. Propter quæ de ipso monte Sion  
 ad literam dicitur. Mons domus domini exerci-  
 tuum, amoris sanctificatus. Et per istum montem  
 Sion intelligit totam terram promissionis, quia  
 erat principalior locus, cum ibi esset templum  
 & palatium regium. Mysticè autem per istum  
 montem intelligitur ecclesia, quæ mons Sion di-  
 citur. Sion enim specula interpretatur, & ecclesia  
 domini in præsentem per fidem in ænigmatè contrè  
 platur, vt ostendit Grego. vide supra vers. 1062.  
 Ipsa enim ecclesia est mons, quem Christus ac-  
 quisit sanguine suo, propter quod dicit aposto-  
 lis. Attendite vobis, & vniuerso gregi vestro, in  
 quo spiritus sanctus posuit vos regere ecclesiam  
 quam acquisit sanguine suo. Et attende quo ad  
 literam quod dicit. *Et induxit eos*. &c. quia non  
 eosdem personaliter, quos eduxit de Ægypto, sed  
 illos nomine & genere, quia scilicet filios eorū.

Mons Sion  
 significat ec-  
 clesiam  
 Grego 33.  
 mont. ca. 10  
 Actum. 20.

1337

Et eiecit à facie eorum gentes, &  
 forte diuisit eis terram in funiculo  
 distributionis.

Hic ostenditur quod à facie ipsorum eorum i-  
 nimicos eiecit scilicet chananæos & alios popu-  
 los idololatrias, qui in illa terra habitabant, quod  
 fuit tempore Iosue, qui terram promissionis de  
 manu gentium Dei potestate miraculoisè ripuit  
 & gentes illas occidit, & dissipauit. vt enim habe-  
 tur Exod. 33. Deus promissit à facie illorum sex na-  
 tiones gentium de terra promissionis euellere, il-  
 li populo dicens. Mittam præcursores tui ange-  
 lum meum, vt euiciam Chananæum, Amorraum,  
 Ethæum, Pherezæum, Euæum, & Hiebusæum,  
 & intres terram fluëtem lac & mel. Et sicut prom-  
 misit illas eiecere, sic & de facto fecit tempore Io-  
 sue, vt habetur Iosue per totum. Quibus eiectis,  
 forte Iosue diuisit eis terram, vt habetur historia  
 liter Iosue 18. Et hanc diuisionem fecit in funicu-  
 lo distributionis per sortes. Funiculus enim dici-  
 tur mensura, quia vniciuique tribui dedit men-  
 suram terræ promissionis secundum conuenien-  
 tiam eius, scilicet alicui plus, alicui minus, alicui  
 ad partem orientis, alicui ad partem occidentis,  
 quod forte fecit per illas, iudicium Dei super his  
 postulans. Sed forte ex hoc dubitabit quis, vtrū  
 licite forte possumus vti de hoc vide secunda se-  
 cundæ. q. 95. art. vlt. Mysticè autem per hoc quod  
 dominus à facie populi sui gentes eiecit scilicet  
 illas sex nationes predictas significat, quod ange-

Exod. 33.

Iosue. 18.

Questio  
 Sors.

lus Dei ad nos missus scilicet Christus incarna-  
 tus sex peccatorum genera à suis fidelibus eiecit  
 per illas sex gentes figurata. Quoniam Chana-  
 neus significat peccatum cupiditatis & auaritiæ  
 Amorraus carnalitatæ & luxuriæ, Ethæus torpo-  
 sitatis & acidiæ, Pherezæus temeritatis & super-  
 bia. Euæus iniquitatis & inuidiæ. Hiebusæus ob-  
 scuritatis & ignorantia. Primò ergo Chananæus  
 significat peccatum cupiditatis & auaritiæ, inter-  
 pretatur enim Chananæus commotio. Et quid  
 magis totum orbem commouet quam auaritia,  
 quæ commouet seculares & clericos, famulos &  
 dominos, sceminas & masculos, dicente prophe-  
 ta. A maiore vsque ad minorem (quo ad laicos) à  
 propheta vsque ad sacerdotem (quo ad clericos) à  
 omnes auaritiæ facient. Hunc autem Chana-  
 næum cupiditatis à nobis Christus eiecit suo ex-  
 emplo, quia cum diues esset pro nobis pauper  
 fieri voluit, vt sua paupertate nos diuites faceret  
 Secundò Amorraus significat peccatum luxuriæ  
 & est idem quod reus amor, & significat luxuriã  
 quæ diabolus reo amore maximè ad inuicem lig-  
 gat gentes, vt eas facilius capere possit. Hunc A-  
 morraum à nobis Christus suo eiecit exemplo  
 quãdo mūdus de mūda virgine voluit nasci, iux-  
 ta dictū Esa. 4. Ecce virgo cōcipiet &c. Tertio E-  
 thæus significat acidiã, interpretatur. n. formidās.  
 Et qd magis facit hominē formidare, ne ad meri-  
 toria opera peragēda surgat quã acidiã? Hunc à  
 nobis suo exēplo eiecit dominus dicens. Meo cib⁹  
 est, vt faciã volūtātē eius qui misit me. Quarto  
 Pherezæus significat superbiam, interpretatur. n. perbia.  
 separatio & maximè quia cōperit supbiq, qd da-  
 mones sepauit à Deo atq; homines, & cōtinuē  
 separat illos. Hūc à nobis suo exēplo eiecit dicens.  
 Discite à me quia mitis sum. &c. Quinto Euæus  
 significat inuidiam, interpretatur enim pessimus  
 & inuidiæ virus peius est cæteris, quia intrinse-  
 cus in medullis radicem absconditã seruat. Hūc  
 à nobis Christus eiecit, charitatem docens non  
 mutuum habere dicens. Diligite inimicos vestros  
 &c. Sexto Hiebusæus significat ignoratiã, interp-  
 tatur. n. cōculcatio. Et quid magis cōculcat ho-  
 minem ne aliis præficiatur quam ignorantia  
 à domino. Ose. 4. Quia tu sciētã repulisti, repellã  
 te & ego ne sacerdotio fungaris mihi. Hūc à no-  
 bis Christus eiecit dum spiritum sanctum misit  
 quo illuminantur fideles, dicens suis fidelibus.  
 Ego dabo vobis os & sapiētiam &c. Quibus om-  
 nibus cōsideratis ait psal. *Eiecit à facie eorum gen-  
 tes*, Mysticè autem, quid sit terram in funiculo di-  
 strubutionis diuidete ostendit Ricardus istum  
 passum exponēdo, dicens. *Eiecit à facie eorum &c.*  
 Primus. n. gētes. i. indisciplinatos mores oportet  
 eiecere, vt cōsequēter animi motus ad ordinē re-  
 digere valeamus. Nihil. n. aliud est terrã in funicu-  
 lo distributionis diuidere, quã indisciplinatos &c.  
 & quod cuiq; virtuti est propriū etiam mensurã  
 attendere. Parcitas enim si se infra mensurã tra-  
 hit, se præcipit in auaritiã. Largitas etiã si se  
 supra modū extendit, se effundit in prodigalita-  
 tem. & sic de singulis.

Et habitare fecit in tabernaculis  
 eorum tribus israel.

Hic cōsequēter ostendit quartū bñficiū, sc. qd terrã  
 promissionis eis dedit possidēdã. Litera est clara,  
 quia

Chananeus  
 auaritia  
 Hiero. 6.  
 2. Corin. 8.  
 Amorraus  
 luxuria  
 Esa. 4.  
 Ethæus  
 formidās  
 inuidia  
 Math. 11.  
 Euæus  
 inuidia  
 Math. 5.  
 Hiebusæus  
 ignorantia  
 Luca. 21.  
 Ricardus  
 Funiculus  
 mensura  
 Ricardus  
 Funiculus  
 mensura  
 Ricardus  
 Funiculus  
 mensura

quia villas ciuitates & castra per illas gentes in A  
 terra promissionis ædificata, in possessionem de-  
 dit filiis israel vt habitaret in illis. Quid aut sit tri-  
 bus, & vnde dicatur vide ver. 118. Et adde quod  
 filij israel tribus dicebatur, maximè quia à tribus  
 partibus à Deo singulariter dilectis & præ cæteris  
 in scriptura nominatis traxerit originē. s. A-  
 brahã, Isaac, & Iacob. Mystice autē per hoc signifi-  
 ficatur qd in tabernaculis ecclesia Christus ab eis  
 expulsis vitiis per illas gentes significatis ( vt in  
 præcedēti versu. dictū est) suos fideles habitare fa-  
 cit. Quare autē ecclesia dicatur tabernaculū, vide  
 supra vers. 758. Sed quare hic dicitur tabernaculū,  
 in plurali, cū sit solū vna ecclesia, sicut & vna fi-  
 des? Ratio est, quia hoc tabernaculū duas habet  
 partes. s. partē anteriore & militante, & partē po-  
 steriore, & triūphantem. Vnde hic ait magister in  
 gl. Mysticè autē in tabernaculis eorū habitare facit tri-  
 bus israel. i. in celestē gloriã vnde angeli deiecti  
 sunt, per gratiã Christi subleuamur nos qui sum⁹  
 tribus israel. i. videntū Deū, vel in militante eccle-  
 siam habitant, illi in quibus primò regnabant  
 peccata quibus per baptismum expulsis, modò  
 regnant virtutes.

Et tentauerunt & exacerbauerunt  
 Deum excelsum, & testimonia eius  
 non custodierunt.

Hic consequenter post tot beneficia exhibita  
 describitur ipsius populi prauitas. Et diuiditur in  
 partes tres, s. quod tria mala fecerunt. s. primò  
 Deum tentauerunt, secundò promissã non fece-  
 runt, ibi. *Et auerterunt*, tertio idola coluerunt, ibi.  
*In ira*. Quantum ad primum quid sit Deum tēta-  
 re vide ver. 1298. Et quid sit exacerbare vide ver.  
 1322. Ipsi autē postquam fuerunt in terra promif-  
 sionis, Deum multoties tentauerunt, vt patet per  
 totū librū Iudicū, & sic consequenter Deum ex-  
 acerbabant, quia ipsum ad iram prouocabant. Et  
 sic testimonia eius non custodierunt. i. præcepta  
 eius nō adimpleuerunt. Hic notandū quod ad cu-  
 stodiam diuinorum mandatorum maximè nos in  
 ducere debet promissio Deo facta in nostra spiri-  
 tuali natiuitate: quando enim spiritualiter Deo  
 per baptismum regeneramur, tunc Deo promit-  
 timus solemni voto renunciare diabolo, & eius  
 vitiis, mundo & eius pompis: quæ seruare debe-  
 mus, quia tunc solum fideles sumus quãdo quod  
 promittimus orē, operibus adimplemus, vt ait  
 Grego. Legimus enim de antiquis Romanis qui  
 tamen nondum æterna præmia sperabant, quod  
 nulli promissam fidem frangebant, vt de Fabricio  
 dicit Augu. qui nullis promissionibus à fide data  
 poterat euerri: non tormentis, vt patet exēplo  
 Marci Reguli: de quo dicit Aug. 1. de ciui. Dei: qd  
 cum per Romanos missus fuisset contra Cartha-  
 ginenses ad bellum & captus fuisset ab eis, illi vt  
 rehaberent captiuos suos quos Romani ceperat,  
 voluerunt omnes captiuos Romanorum eis red-  
 dere, & cum ipsis facere pacem. Ad quod pertra-  
 ctandum miserunt Romã prædictum Marcū Re-  
 gulū prædicta non impetraret, ipse ad captiuitatē  
 reuerteretur, morti tradendus. Ille ergo veniens  
 Romam, narrauit Senatui proposita sibi. Roma-  
 ni autem amore illius volebant facere pacem. Ille  
 autem videns, quod hæc pax non cedebat ad ho-  
 lucog. Tom. j.

norem Romanorum, quē ipse seruare iurauerat  
 ante, hoc modis omnibus impediuit, & sic vt fidē  
 promissam serualet, ad captiuitatem moriturus  
 rediit, quem reuersum Carthaginenses crudeli-  
 ter occiderunt. Si ergo Romani tanta diligentia  
 fidem promissam custodiebant, qui tamē ex hoc  
 præmia non sperabant æterna, sed solum Reipu-  
 blicam, quid nos Christiani amore Dei facere  
 debemus, & spe regni celestis? propter quod di-  
 citur. Qui custodierit mandata mea vsque in fi-  
 nem dabo ei potestatem &c. Meritò ergo hic iud-  
 dai repræhenduntur, quia testimonia Dei non  
 custodierunt.

Et auerterunt se, & non seruaue-  
 runt pactum, quemadmodum pa-  
 tres eorum, conuersi sunt in arcum  
 prauum.

Hic consequenter ostenditur eorū prauitas in  
 violatione promissorū. Vbi notandum quod post  
 mortē Moyfi filij israel promiserūt obediētã ipsi  
 Iosue, dicentes ad Iosue. Omnia quæ præcepisti  
 nobis faciemus, & quocunq; miseris, ibimus,  
 sicut obediuimus in cunctis Moyfi, ita obedi-  
 mus & tibi. Sed istud pactum statim post ingres-  
 sum terræ promissionis irritum fecerunt, vt patet  
 de Acham, & de pluribus aliis: nam Iosue præce-  
 perat eis quod totum argentū, aurum, & c. quod  
 reperiretur in captione ciuitatis Hierico domino  
 consecraretur, reliqua omnia igni comburerentur,  
 vt patet Iosue 6. Sed statim capta ciuitate præ-  
 uaticati sunt mandatū Iosue, & nō seruaerūt pa-  
 ctū promissum, propter qd dicitur, filij aut israel  
 præuaticati sunt mandatū, & usurpauerūt de ana-  
 themate. Et hoc notās psal. dicit. *Et auerterunt se*. s.  
 sciēter recedentes ab obedientia promissã. *Et non  
 seruaerunt pactū*. s. quod fecerunt cū Iosue. Et cō-  
 parātur patribus qui promissã obediētã Moyfi  
 in deserto multoties frigerūt. Et hoc est qd sub-  
 dicitur. *Quemadmodum patres eorum conuersi sunt in ar-  
 cum prauum*. Arcus enim prauus secundum gl. est  
 qui facili remittitur & solitudine caret. Sic erant  
 isti qui facili retroibāt à promissis. Vel arcus pra-  
 uus est, qui nō eminus iaculatur, sed in se spicu-  
 la conuertit. *Conuersi sunt ergo in arcum prauum*:  
 quia credentes contra Iosue facere contra seipos  
 iacula ferebant, quia illa inobedientia contra eos  
 est versa, propter illam enim superati interfecti  
 & partim fugati fuerunt à viris ciuitatis Hai: vt  
 habetur Iosue. 7. Circa hoc notandum qd arcus  
 in scriptura quandoque peccatū significat, quia  
 sicut inter cætera arma arcus improuisè in-  
 cautos ad mortem vulnerat, sic & peccatum  
 animas mortificat incautorum. Vnde de peccato  
 re dicitur. Arcum suum terendit, & parauit illum  
 & in eo parauit vas mortis. Sequitur. Ecce par-  
 turit iniustitiam, &c. Maximè autem significat  
 peccatum superbiæ: de quo dicitur. Dedit  
 in forti arcus eius. Sed tales aduertant quod  
 multoties fortuna vertitur: & superborū arcus ab  
 infirmis humilibus superatur: quia primo Re-  
 gum secundo dicitur, quod Deus scientiarum  
 dominus est, ipsi præparatur cogitationes. Arcus  
 fortiū superatus est & infirmi accincti sūt robore.  
 Vñ arcus superbiq; est ille arcus prauus qui tela  
 in mittētē retorquet, de quo nūc ait psal. *Conuersi  
 sunt*

Apocho. 2.  
 1340.  
 Iosue. 1.  
 Iosue. 6.  
 Arcus pra-  
 uus.  
 Iosue. 7.  
 Psalm. 7.  
 Arcus su-  
 perbia.  
 Gomo. 49.  
 1. Reg. 2.  
 F f f  
 sunt



Grego. 27. mor. c. 26.

sunt in arcum prauum. Quod ad propositum deducit Grego. dicens. Viri namque arrogantes & docti cum recte non viuunt, sed tamen recta dicitur de doctrina impulsibus compelluntur, ipsi damnationis suae aliquo modo praecones sunt, quia dum ea quae agere respuunt predicantes insinuat se suis vocibus damnandos clamant. Contra bene per psal. dicitur. Conuersi sum in arcum prauum. Arcus quippe peruersus ipsum a quo tenditur percutit. In dictis autem suis arrogantium lingua: arcui peruerso sunt similes, quia dum contra elationem verba proferunt in suis actibus sagittas figunt: de quibus in alio psal. dicitur. Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum: sequitur. Gladius eorum intret in corda ipsorum, & arcus eorum confringetur.

Psalm. 36.

1341. In ira concitauerunt eum in collibus suis, & in sculptilibus suis ad emulationem eum prouocauerunt.

Hic tertio ostendit ipsorum prauitatem: quia idola coluerunt. Vbi sciendum quod antequam arca domini poneretur in Sylo postquam filij israel introierunt terram promissionis, licitum erat Hebraeis offerre oblationes & sacrificia domino in diuersis locis secundum eorum deuotionem alibi, quam esset arca domini: quia illis temporibus nondum erat adhuc certus locus pro ipsa arca deputatus. Sed postquam in Sylo fuit posita, & consequenter in domo Aminadab, deinde in domo Dauid & inde consequenter in templo per Salomonem edificato, non fuit licitum offerre vota, & oblationes illi populo, nisi ante arcam domini. Propter quod Daniel in captiuitate positus cum Hebraeorum populo dicebat. Non est in tempore hoc holocaustum neque sacrificium, neque locus primitiarum coram te, &c. Sed contra hoc populus iste Hebraeorum etiam post adificationem templi per Salomonem, immolabat alibi, quam in templo sacrificia sua: quod illicitum erat nisi ex singulari dispensatione Dei: sicut legitur. 3. Reg. 18. de Helia, qui obtulit sacrificium Deo in monte Carmelo. Quinimo quod peius est non solum sacrificia sua alibi offerebant quam ante arcam domini, sed etiam illa in montibus & collibus idolis offerebant, sicut patet de Acham rege iuda qui filium suum consecrauit idolis, ipsum transferens per ignem secundum idola gentium, immolabat quoque victimas & adolebat incensum in excelsis & in collibus. Et consequenter in capitulo sequenti dicitur. Ambulauerunt filij israel iuxta ritum gentium, & edificauerunt sibi excelsa in cunctis urbibus suis, feceruntque sibi stauas & lucos in omni colle sublimi, & dolebant incensum super aras more gentium &c. Et sic non solum offendeabant Deum ratione loci, sed etiam ratione idolorum quae colebant. Et hoc hic non otas psal. dicit in ira, id est ad iram concitauerunt eum, scilicet Deum in collibus suis, & hoc quantum ad locum non debetur. Quantum vero ad idola per eos culta subdit. Et in sculptilibus suis. scilicet idolis manu ipsorum sculptis & factis, ad emulationem eum prouocauerunt. id est ad vindictam. Emulatio enim multa significat: vide supra vers. 566. Hic autem emulatio stat pro indignatione secundum glo. Mystice autem in sculptilibus suis Deum ad emulationem. id est indignationem prouocat

Dani. 3.

3. Reg. 18.

4. Reg. 16.

4. Reg. 17.

Sculptilibus suis facit.

A qui suo malo exemplo alteri exemplum praestat peccandi.

Audiuit dominus, & spreuit, & ad nihilum redegit valde Israel.

Hic ponitur praedicti populi prauitatis puni- tio. Et diuiditur in partes duas, quia primo ponitur ipsorum prauitatis puni- tio: secundo diuinae bonitatis consolatio, ibi. Et exultatus est. Prima diuiditur in partes quinque, secundum quod quinque poenas hic assignat, prima est diuini auxilij subtra- ctio: secunda arce testamenti captiuatio, ibi. Et repulit. tertia populi Dei subiugatio, ibi. Et tradidit. quarta multitudinis trucidatio, ibi. Et conclusit. quinta est virginum violatio, ibi. Iuuenes. Sexta la- cerdotum interfectio, ibi. Sacerdotes. Prima ergo poena illis illata fuit subtractio diuini auxilij. Quantum ad primum sciendum, quod quamuis Deus omnia semper videat & audiat, tamen quod ad nos tunc videre dicitur mala nostra, quando ipsa puni- tur, & non videre, quando ipsa ad tempus impunita dimittit. Similiter audire mala nostra quando per effectum ipsa puni- tur, & non audire quando non puni- tur. Sic etenim Deum audire vota nostra, est effectui mancipare, quod querimus, & non audire, id est non exaudire. Sic & in proposito audire Deum peccata nostra est illa percipiendi punire. Sic ergo hic ait psal. Audiuit Deus, id est fuit glo. aduenit peccata ipsorum & vindicauit. Et quae fuit prima puni- tio: quia eos spreuit. i. auxilio suo eos priuauit quo deferente nihil sunt, qui per eum totum fuerunt. Deseruit ergo Deus & spreuit populum suum ad tempus, ut ex hoc cognoscerent se sine Deo nihil posse. Vnde Greg. 23. mor. c. 28. ait. Protectio diuina minus necessaria creditur si sepe habeatur. Sed plerumque vitium subtrahitur, ut sibi met- ipsi homo quod nihil sit sine illa ostendatur. Et idcirco subtracto diuino auxilio, quia per se nihil poterant, statim subditur. Et ad nihilum redegit valde Israel, quia post mortem Iosue propter eorum peccata dura seruituti multoties fuerunt traditi: ut patet ex discursu libri Iudicum, & primi lib. Regum. Sed mystice quandoque Deus propter peccatum spernit hominem, homo efficitur nihil, eo modo quo expositum est. ver. 908.

Et repulit tabernaculum Sylo, tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus.

Hic ponitur secunda poena quae fuit arcae testa- menti captiuatio: historia habetur. 1. Reg. 4. Nam cum Philistaei venissent in praedium contra filios israel, & inito certamine, terga vertisset israel, co- silio maiorum diffinitum fuit, ut arca Dei portaretur de Sylo in castra. Quae cum deducta esset in medio castrorum, iterum inito certamine, supera- tus fuit israel, & ceciderunt de populo Dei vigin- ti tria millia peditum, & arca Dei capta fuit, & ducta ad terram Philistinorum. Et consequenter tabernaculum, in quo manebat arca in Sylo fuit dissipatum. Et haec commemorans palmita dicit. Et repulit tabernaculum Sylo: quia. i. capta arca tabernaculum illud dissipatum fuit. Sed causam tantae aduersitatis ut arca caperetur, tabernaculum dissiparetur, & tot millia hominum cederentur adiungit

1342.

Auxilium suo subtrahit Deum vitium ad tempus.

1343.

1. Reg. 4.

adiungit dicens. Tabernaculum suum ubi habitauit in hominibus: quasi si quis quareat cur repulit sic tabernaculum suum? eleganter secundum glo. causam exponit dicens. Vbi habitauit in hominibus. Cum ergo non essent digni in quibus habitaret, merito repulit illud, quod non propter se, sed propter illos instituerat. Repellit enim nos Deus propter peccata ut supra. ver. 1212. Notandum autem quod tota ista repulsio ortum habuit a peccatis sacerdotum filiorum Heli, ut habetur. 1. Reg. 2. ad denotandum quod peccata maxime clericorum iram Dei prouocant in populum. Hos autem scilicet sacerdotes & praelatos repellit Deus maxime propter tria. Primo propter ignorantiam. Osee. 4. Quia tu repulisti scientiam, repellam te & ego, ne sacerdotio fungaris mihi. Secundo propter malitiam. Thren. 2. Repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi suae. Tertio propter auaritiam, ut hic. Repulit tabernaculum Sylo &c. Sylo enim interpretatur auulsiio, & significat auaritiam quae omnia repellit & euellit.

1. Reg. 2.

Apoc. 13.

1. Reg. 2.

1344.

Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Hic ponitur tertia poena, quae fuit populi captiuatio. Nam ut habetur. 1. Reg. 4. in illo certamine in quo arca Dei fuit capta, caesus fuit israel, & fugit vnusquisque: vnde per virtutem eorum intelligit iuuenes robustos & fortes, quos occide- runt & fugauerunt, qui pulchri erant & speciosi corpore, quos Deus tradidit in manibus inimici. s. populi Philistinorum. Non solum autem iudaei captiuati fuerunt, sed iudei amplius. Vbi nota quod multiplex est captiuitas, scilicet captiuitas culpa: & captiuitas poenae. Primo est captiuitas culpa: Cum enim dicitur captiuitas a capio. pis. vnde & capti- uis dicitur quali captus, & peccata peccatorem capiunt, merito ipsa captiuitatis nomine designa- tur. prouerb. 5. Iniquitates suae capiunt impium. Est & alia captiuitas peccati. s. lex membrorum siue fomes, quae captiuitas dicitur, quia nos ad capti- uitatem inclinat peccati. De qua Rom. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi me- tis meae, & captiuantem me in lege peccati. Fomes enim peccati, qui in membris nostris regnat, ut pu- ta in oculo ad concupiscendum, in manu ad operan- dum, in lingua ad loquendum, in libris ad luxu- riantium, quae non licent, talis inquam fomes repu- gnat menti & rationi, & dicitur lex, quia legitime factum est, ut qui non obediuat suo superiori, ei non seruiat suum inferius. s. caro. Vnde ibidem ait glo. Supra te est dominus Deus tuus, infra te est caro tua. Serui ergo meliori, ut ibi seruiat inferior. Et quia tu contempsisti superiorem in primo parente, nunc torquetis ab inferiori. scilicet a carne, quae fomitem habet peccati captiuantem te & capti- uum ducentem. i. inclinantem in legem peccati. Istam captiuitatem tam culpae quam fomitis a nobis iux- ta posse debemus excludere. Esa. 52. Solue vincula colli tui, captiua filia Sion. Secunda est captiui- tas poenae: & haec duplex. s. temporalis & aeternalis. Temporalis captiuati sunt hodie iudaei, ut Christus praedixit de ipsis. Cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes. Quae verba exponens Eusebius, ait. Aduenientibus Romanis & capien- tibus Incog. Tom. j.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

1. Reg. 4.

tibus urbem, multae quateruae iudaici populi in ore gladij perierunt, sed & plures necati sunt fame. Haec autem accidebant primo quidem sub Tito & Vespasiano, post hos tempore Adriani principis Romanorum, quando sic iudaei sunt captiuati, quod natale solum eis factum est inaccessible. Propter quod Christus dixit. Et captiui ducentur in omnes gentes. Totum orbem impleuerunt iudaei, & usque ad fines orbis peruenerunt. Et cum eorum terra ab alienigenis habitetur, solis iudaeis facta est inaccessible. Eze. 25. Filij iuda ducti sunt in captiuitatem. Est & alia captiuitas poenae aeternalis, in qua damnati in poenis infernalibus a diabolo captiui tenentur. Apoc. 13. Qui habet aures audiendi audiatur. Qui in captiuitatem duxerit in captiuitate vadet. Quia dum quis peccando animam suam in captiuitate peccati ducit, talis in captiuitate finaliter ducitur damnationis aeternae, ut glo. exponit ibidem. Modo ad propositum iudaeos omnibus modis praedictis Deus duxit in captiuitatem, vel permisit, scilicet culpe, propter eorum infidelitatem, temporalis poenae, propter eorum dispersionem, & damnationis aeternae, propter eorum obstinationem. Propter quod de ipsis nunc ait psal. Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum &c.

Exech. 25.

Apoc. 13.

1345.

Et conclusit in gladio populum suum, & hereditatem suam spreuit.

Hic ponitur multitudinis populi trucidatio quae fuit in illo bello Philistinorum supradicto, quando arca Dei fuit capta. Tunc enim de populo israel gladio Philistinorum ceciderunt illa die 30. millia peditum, ut habetur. 1. Reg. 4. Et sic spreuit hereditatem, quia tradidit populum suum captiuum sub manu inimicorum eius, s. Philistinorum cum magno opprobrio tantum quod Philistim ordinauerunt quod in tota terra israel non inueniretur faber ferrarius: quonia ut habetur. 1. Reg. 13. Porro faber ferrarius non inueniebatur in tota terra israel. Cauerunt enim Philistim, ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis israel ad Philistim, ut aueretur vnusquisque vomerem suum, ligonem & securim. Ex quo apparet ad quantum opprobrium hereditas Dei peruenerat. Quod attendens dominus concludit in gladio populum suum, quando aliquem tentationibus diaboli permittit superari. Gladius namque significat malam persuasionem, ut dicit Greg. lib. 6. mor. c. 16. Sed nota quod ista talis conclusio in gladio non fit etiam sine propria voluntate conclusi. Quamuis enim diabolus aduersus nos diuersa cogitet, & quandoque illa exterius educat, sed sine nostra voluntate concludere nos non valet: vnde ostendit Gregor. super illo verbo Iob. 20. Gladius eductus & egrediens de vagina sua &c. dicens. Diabolus bonis insidiatur: sed dum praua in cogitationibus machinatur, quasi adhuc gladius in vagina est, dum vero malum quod cogitat iniquum perficit, tunc de vagina sua gladius egreditur: quia de occultatione cogitationis suae per iniquitatem malae operationis aperitur, ostenditur in opere qualis latuit in cogitatione. Et notandum quod ait. Eductus gladius & egrediens de vagina sua, eductus per seductorem, egrediens vero per propriam voluntatem. Nam his qui ducitur ducetur procul dubio sequitur, qui autem egreditur secundum suam pergere voluntatem.

1. Reg. 4.

1. Reg. 13.

Gladius significat tentationem. Greg. li. 6. mor. ca. 16.

Greg. 15. mor. cap. 13.

Educere.

Egredi.

voluntate videtur. Quia ergo ad mala queq; opera & ab iniquo hoste trahimur, & tamen sub libero arbitrio in eorum desideriis obligamur, de vagina sua gladius egrediens & eductus dicitur quando hoc quod ex prava cogitatione exiit ad pessimam operationem, & illius est spiritus qui & eius nequitie qui ex propria voluntate consensit. Vnde de isto gladio tetationis diabolicæ dicitur psal. 56. Gladium euaginauerunt peccatores, vt decipiant pauperem & inopem, vt trucident reos corde.

Psalm. 56.

1346.

**Iuuenes eorum comedit ignis, & virgines eorum non sunt lametatae.**

Hic ostenditur virginum violatio. Hoc enim exponitur de igne luxuriæ: quia Philistæi habita tanta victoria de populo iudæorum, & inuaserrunt ciuitates iudæorum ex eis captiua duxerunt iuuenes & virgines ipsarum, eis abutentes vt in talibus cædibus mali facere consueverunt: vel secundum alios Philistæi combusserunt igne ciuitate iudæorum, & ex consequenti multi iuuenes & virgines combusti fuerunt, nec fuerunt lamentatae, quia non vacabat iudæis sepelire corpora suorum hostili metu fugientes, & sic corpora dimittebant insepulta & inlamentata. Mystice autem per iuuenes possunt intelligi tam boni quam mali: quia multas habent conditiones (secundum philosophum) tam bonas quam malas. Nam de malis conditionibus iuuenum ibidem ostendit philosophus. Primum quod sunt passionum infecutiui. Secundum sunt de facili vertibiles. Tertium sunt nimis creditiui. Quartum sunt contumeliosi. Quintum sunt mendaces. Sextum in suis actionibus non habent modum, sed omnia faciunt valde. Quorum omnium ratio est. Primum sunt passionum infecutiui, & maxime de passionibus venereorum. Sunt enim incontinentes, & huius duplex est ratio assignata. Prima quia sunt calidæ naturæ, & corpore calefacto fit venereorum appetitus. Secunda ratio quia in actionibus nostris sequimur aut rationem aut passionem. Et quia quanto minus viget ratio in nobis, tanto amplius passio fortificatur. Ideo quia iuuenes sunt inexperti, & per consequens non viget intellectu & prudentia magis passionibus reguntur quam ratione. Secundum sunt de facili vertibiles. Nam anima inclinatur ad sequedas passiones corporis. Cui ergo in corporibus iuuenum humores sint in magno motu, sic & ipsi habent concupiscentias & volutates valde vertibiles. Vnde dicit Arist. 2. Rhet. quod iuuenes acutè concupiscunt, sed citò satisfiantur, nec vehementer volunt, sed de tali concupiscentia permittuntur. Tertium sunt nimis creditiui, cuius ratio est duplex. Prima quia non sunt maligni mortis, ideo non putant alios esse malos, sed sua innocentia alios mensurant, ideo aliis facilliter credunt, quia alios facilliter credunt esse bonos. Secundum hoc contingit: quia sunt inexperti, ideo ad pauca respicientes facillè iudicant. Cui ergo iuuenes sint inexperti cum eis proponitur aliquod negocium, non valentes ad multa respicere, statim de illo negotio iudicant, & credunt sic esse vt proponitur eis. Quartum sunt contumeliosi: quia maxime appetunt excellere: ideo cum non habent quod appetunt, statim ad contumelias prorumpunt. Quintum sunt mendaces, & quodammodo quasi pertinaciter omnia asserunt. Nam quia sunt inexperti ignorat seiplos & omnia sci-

Iuuenes significat peccatores Arist. 2. Rhet.

Iuuenum conditiones inueniuntur.

re putant: ideo de omnibus respondent & volunt videri omnia scire, & omnia affirmat vt omnia scire videantur. Sextum in suis actionibus non habent modum, sed omnia faciunt valde & odium valde. Hoc autem ideo contingit, quia sunt acutæ iræ & habent acutas concupiscentias. Nam iræ concupiscentiæ semper acutè sunt nisi per rationem moderentur. Et ideo propter omnia prædicta iuuenes significant peccatores, quos finaliter ignis infernalis deuorat sicut hic dicitur. *Iuuenes eorum comedit ignis*: quod ne contingat ipsi iuuenes sunt sub arcta regula corrigendi. Et hoc maxime quantum ad quatuor: quia primum moribus sunt instruendi. Secundum arctius sunt castigandi. Tertium parcius sunt sustentandi. Quartum mitius sunt iudicandi.

**Quantum ad primum nota, quod antiqui gentiles iuuenes suos tripliciter informare voluerunt, scilicet scripturis librorum, picturis gestorum, figuris signorum.** Primum patet: quia gentiliū principes explorauerunt, qui meliores philosophi essent, & sibi pueros suos informandos tam literis quam moribus tradebant. Vnde Alexander Aristotelem habuit magistrum, & Traianus Plutarchum. Secundum patet quoniam Romani nobiles sic per singulos ordinabant pueros suos nobiles, vt, summo mane aspiceret arcus triūphales, in quibus victores sui pingebantur: vt sic iuuenes illis visis accenderentur ad virtutem per imaginationem gestorum. Deinde ibant ad templum Apollinis, qui erat deus sapientiæ, deinde iudices ad forum, & Senatores ad Capitolium ascendebant: & sic tempus suum vsque ad horam prædij expendebant, & ne iuuenes à bonis occupationibus impedirentur tempus suum exponebant. Tertium patet vnde narrat Macrobius quod apud Romanos pueri nobilium vocabantur prætextati. Habebant enim coram pectore suo bullam auream habentem figuram cordis humani. Bulla autem erat figura semiorundæ, & vestem prætextam de purpura. Portabat ergo cordis imaginem ante pectus, ne vecordes in suis actionibus essent. Purpura enim induti quæ est coloris sanguinei, vt ad sanguinem si opus esset pro republica spargendum animarentur. Istis ergo moribus iuuenes sunt informandi, vt vitia vincere possint.

**1. Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & vicistis malignum.** Secundum principaliter sunt arctius castigandi: quia vt dicitur prouer. 13. Qui parit virga odit filium. Tertium sunt parcius sustentandi. vt. s. in iuuenili ætate assuescant sobrietati. Ad Titum. 2. Iuuenes simul hortare vt sint sobrij. Quartum sunt mitius iudicandi, ne asperitate correctionis desperent. Propter quod dicitur psal. 24. Delicta iuuetutis meęne memineris.

**Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt, & viduæ eorum non plorabantur.**

Hic ponitur sacerdotum trucidatio. Nam vt habetur. 1. Reg. 4. Heli qui erat summus sacerdos duos filios sacerdotes habebat. s. Ophim, & Phinees. Isti autem bello intererant non causa pugna di, sed custodiendi arcæ testamenti, quam ibidem portauerant ad castra. Inito ergo certamine, & superato populo Dei, arca fuit capta, & illi duo sacerdotes interfecti. Nam nuncios qui primo veniunt in Silo nunciando finem belli dixit ipsi Heli.

1317.

1. Ioan. 2.

Prouer. 13.

Ad Titum.

Psalm. 24.

1347.

Fugit

Fugit Israel corā philistiim, & ruina magna facta est in populo, insuper & duo filij tui mortui sunt Ophim & Phinees, & arca Dei capta est. Cumq; ille nominasset arcā Dei, Heli hoc audiens, cecidit de cella retrosum, & fractis ceruicibus, mortuus est. Nurus autē eius vxor Phinees prægnans erat, vicināq; partui, & audito nūcio quod capta esset arca Dei, & quod mortuus esset focer eius & vir suus, peperit, & in ipso partu mortua est, quæ iam viduata erat, & sic credendum est de multis viduis audita morte virorum suorum. Ista ergo omnia recitans psal. ait. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt.* scilicet Ophim & phinees, & de viduis mortuis subdit. *Et viduæ eorum non plorabantur.* eadem ratione sicut supra dictum est, & virgines eorum non sunt lamentatae. Nota ergo quod inter omnes interfectos in illo prælio solum de duobus istis sacerdotibus sit specialis mētio, quia ipsi propter ipsorum peccata causa fuerunt totius istius discriminis, & quod Deus sic populum despiceret, vt haberetur 1. Regum 2. Pater eorum, scilicet Heli audiuit mala, quæ ipsi faciebant & non correxit eos, & maxime quia dormiebant cum mulieribus ad ostium tabernaculi. Vnde ipsi Heli dicit dominus. *Quia honorasti filios plus quam me, præscindam brachium tuum vt non sit senex in domo tua.* Ex quo apparet quod multotiens peccata clericorum sunt causa ruinae populi, & contrario. Quod ne contingat ipsi clerici bonis moribus debent ornari. Nam vt dicit Polycrates Beatus Hieronymus tres clericos semel à mēsa sua expulit, quia incōpositos eos moribus vidit, dicens quod sicur indecens est regenti turpibus moribus esse subditum, sic indecens est clericum qui coronam, quæ est signum regale portat in capite, aliqua indecētia maculari. Ideo dicitur. Sacerdotes tui induantur iustitia, per quā scilicet omnis virtus intelligitur.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2.

1. Reg. 2.

Polycrates.

Psalm.

1348

**Et excitatus est tanquā dormiens dominus, tanquam potens crapulatus à vino.**

Hic consequenter ponitur diuina bonitatis consolatio. Et primum ponitur diuina miseratione. Secundum Philistinorum percussio, ibi. *Et percussit.* Quantum ad primum notandum quod quamuis Deus multotiens populi sui peccata puniat per malos, sicut idololatriam populi sui puniuit per Babylonios, tamē illi aliorū peccata mali punientes ex hoc non merentur: quia hoc non faciunt amore iustitiæ, sed magis ipsi à Deo puniri merentur. Sic accidit de Philistæis per quos Deus puniuit peccata populi sui: quia ampliori punitione ipsi punitores digni fuerunt, ideo quia odio & non zelo iustitiæ hoc fecerunt, iram Dei contra se fortius prouocauerunt. Et hoc est quod psal. hic dicit. *Et excitatus est tanquā dormiens dominus, & c.* scilicet contra ipsos philistæos. Hic enim psalm. de Deo sicut de hominibus loquitur, sibi mores hominum attribuens per similitudinem. Videtur enim infidelibus, quod Deus dormiat, quādo suis fidelibus periclitantibus non subuenit. Visus ergo est philistæis Deus Israel dormire quando populum suum sic dedit in manus eorum. Vnde & tales populo Dei insultabant dicētes. Vbi est Deus vester? Eodem modo videtur impiis, quod Deus

dormiat, quando non tam citò subuenit suis. Et reuera sic putantibus Deus dormit, & est tanquam ebrius alienus, sed talibus postea excitatur tanquam dormiens & per somnum confortatus, & tanquam crapulatus à vino. Secundum enim naturales homines post ebrietatem surgētēs à somno, ad iracundiam sunt faciles, & ad actus fortitudinis exercendos magis potentes. Hæc ergo omnia ad similitudinem hominum dicuntur de Deo, quia ipsorum peccata, scilicet philistinorum valenter puniuit, non solum in ipsos sed etiam in idolo suo suam ostendendo virtutem, vt statim dicitur. Notandum ergo quod hæc dictio tanquam vel sicut notant aliquam similitudinem in illis in quibus ponuntur quæ stat pro maiori dissimilitudine, sicut cum dicitur. Estote perfecti sicut & pater vester cælestis perfectus est. Nulli tamen dubium quod maior dissimilitudo est inter Deū & nos, quā sit similitudo. Cum dicitur quod Deus est excitatus tanquam dormiens vel tanquam crapulatus, significatur aliqua similitudo, non tamen rei veritas. Dicitur quod Deus excitatus est tanquam dormiens & ebrius, non quod fuerit dormiens nec in veritate ebrius. Ipsa crapula vel ebrietas enormia mala cōtinet, quæ nulli homini virtuosè cōpetere possunt, ergo multo fortius nec Deo. Vnde Pe. ra. super illo verbo. Matt. 24. Si cœperit seruus ille percutere edere, bibere, & inebriari, dicit, Proprie dixit edere, bibere, & inebriari, quoniam ebrietas cædis est mater, patens litium, petulantieq; magistra, hanc qui habet, se non habet, hanc qui habet, homo non est, hanc qui habet, peccatum non solum habet, sed est ipsum peccatum. Ebrietas ergo est demon blandus, venenum dulce, voluntaria rabies, illecebria honestatis, & pudoris inimica. Certum est autem quod ista duo competere non videntur, ergo nec ebrietas vel crapula. Nota quod hic crapula est multū vitanda. Primum quia nocet mēti, quia per ipsam obturatur. Luc. 21. Attendite ne obturētur corda vestra in crapula. Secundum nocet corpori, quia per ipsam interimitur. Eccl. 37. Propter crapulam multi perierunt. Tertium nocet possessioni, quia per ipsam dirimitur. Zach. 12. Ponam Hierusalem super luminare crapulæ omnibus populis in circuitu.

Sicut tanquam similitudo.

Matt. 5.

Crapula.

Ebrietas.

Matt. 24. & Luc. 12.

Ebrietas quid est.

Luc. 21.

Eccl. 37.

Zach. 12.

**Et percussit inimicos suos in posteriora, opprobrium sempiternum dedit illis.**

Hic ponitur philistinorum percussio. Historia habetur 1. Reg. 5. Nam Philistiim capta arca domini, tulerunt eam in Azotum, & posuerunt eam in templo Dagon iuxta illud idolum. Cūque mane surrexissent, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini, abscessis manibus & capite. Aggravata est ergo manus domini super philistæos habitantes Azotum & fines eius, & percussit eos in posterioribus, computrescebāt enim prominentes extales eorum. Eritalis enim est breuis via purgandi ventrem. Nam propter violentiam dysenterie per illam viam habebant putrefacta intestina. Vnde & mures ebullientes de agris illa comedebant. Quod videntes Azotij, aggregatis satrapis philistinorū, & inito consilio: quia nec volebant arcam Dei apud se habere propter plagam, nec ipsam remittere ad populum Israel, delibe-

1349

1. Reg. 5.

Extalis.

deliberauerit ipsam de ciuitate in ciuitatem mittere philistinorum, quousque esset in loco, ubi talis plaga non eueniret, & in omni ciuitate ad quam mittebant arcam domini, similis plaga fiebat, & moriebantur multi. Vnde ad placandam sibi dominum Deum Israel, habito consilio, fecerunt quinque auros aureos & quinque mures aureos, secundum quod erant quinque prouincia philistinorum, quae a praesentia arcae Dei in illa parte posteriori fuerunt percussa & a muribus coriole, & cum istis miserunt arcam domini ad propria. Istam ergo percussorem philistinorum in breui notans psalm, dicit. *Et percussit inimicos suos in posteriora*. Et quia ista plaga facta fuit in turpissima parte hominis, scilicet in posterioribus, ideo opprobriosa fuit. Et hoc est quod ait. *Opprobrium sempiternum dedit illis*. quia istud ipsorum opprobrium redactum est in scriptura ad ipsorum uerecundiam, quae scriptura in aeternum durabit. Est autem notandum quod ista diuina percussio ex iustitia fuit & laudabilis. Vbi sciendum quod percussio est triplex. Quaedam ex charitate, quaedam ex malignitate, & quaedam ex iustitia & aequitate. Primum est percussio quaedam ex amore & charitate. Sic enim parentes & praelati percipiunt, quos castigare uolunt, ut ipsos instruant, sic & magister discipulum. Sicut Seneca libro de prouidentia dicit de Lacedaemoniis, quod indolem uel mores filiorum experiuntur uerberibus, & adhortantur illos ut ictus flagellorum fortiter perferant. Et Tullius lib. 2. de tusculanis questionibus dicit, quod Spartae ad experientias quercendas in militia & ludis usque ad effusionem multam sanguinis pueros prouocabant. Sic & parentes & magistri multum insudare debent ad correctionem filiorum ac discipulorum. Prouer. 23. Noli subtrahere a puero disciplinam, si uirga percussis eum, non morietur. Vnde negligentes hoc facere, multum sunt reprehendendi, sicut ponit exemplum Grego. 4. dialogorum de puero quinque annorum qui consueuerat blasphemare Deum propter quod percussus fuit a Deo in sinu patris & mortuus, cuius pater eum non corripuit. Etiam narrat Boetius de disciplina scholarium de filio Lucretij sanguineo discipulo Zenonis, eo quod fuerat absque disciplina nutritus & pessime uiuens, & quod propter hoc ad supplicium pluries ductus & a parte pluries redemptus cum lachrymis supplicabat, ut patrem posset osculari. Et cum pater accessisset, nasum patri morsu acutissimo secavit, dicens quod supplicium pateretur quia pater eum in iuuentute non correxerat. Ideo dicitur Prouer. 23. Tu uirga percussis eum & animam eius ab inferno liberauisti. Secundum est quaedam percussio ex iniquitate, quod est maximum uitium, & praecipue in praelatis & principibus contra quos scribitur Esa. 58. Percussis pugno impietate, & debitores uestros reperitis. Vnde & clerici percussores, scilicet ex malitia ab officiis suis debent deponi, hoc quod nunquam docuit facere Christus, distin. 45. episcopum. Sed contra docuit dominus, qui cum malediceretur non maledicebat, cum percuteretur non comminabatur, ut dicitur 1. Pet. 2. Isti autem ita se debent habere in sua iracundia sicut Archia Philosophus, de quo dicitur in nugis philosophorum quod cum uideret omnia sua esse perditia ex negligentia uillicij sui, intus in illum male meritum, inquit. Sumpsissem supplicium de te

nisi essem tibi iratus. Maluit ipsum impunitum dimittere, quam propter iram iusto grauius percutere. Simile narrat Seneca lib. de ira de Platone, qui cum seruo suo iratus fuisset, iussit eum exponi, ut uerberaretur, prout tunc moris erat, sed postquam sensit se iratum, manum cum uirgis eleuatam tenebat. Et cum ab amico suo, qui superuenerat interrogaretur, ut quid sic faceret. Respondit. Tu seruum istum uerberibus obiurga, nam & ego irascor propter quod non caedo. Vnde concludit ibi Seneca. Nihil tibi liceat dum irasceris. Et hoc ideo, quia tunc vis omnia tibi licere, pugna tecum ipse, si iram vincere non potes, illa incipit iam vincere te. Tertium est quaedam percussio ex iustitia & aequitate, sicut iudices saepe iustos malos percipiunt. Vnde Mich. 6. Ego incepti percutere te super peccatis tuis. Et qui propter iustitiam sine commotione animi sic percipiunt malos, sunt in hoc innocentes. Vnde Seneca lib. 1. de ira. Et si peruersa induenda magistratui uestis & conuocanda classica cōcio est, procedam in tribunal non furens, non infestus, sed uultu legis, sed illa solennia uerba leui magis grauique, quam rabida uoce proferant, & agi iubebo non iratus sed seuerus, & quum seruicem noxio imperabo praescindi sine ira, eodem uultu eodemque animo ero, quo serpentes & animalia uenosa percuto. Vult dicere. Si iuste percipit aliquem sententiando contra ipsum, hoc non facit ex ira, sed ex iustitia. Et Greg. 25. mora, & recitatur in can. dist. 45. disciplina, dicit quod misericordia sine disciplina multum desituitur si una sine altera teneatur. Ad hoc enim praelatus portat baculum ut feriat delinquentes, & iudex gladium non sine causa portat (ut dicit apostolus) ut feriat malefactores, ut iustitia exigente, ille ex censura ecclesiastica feriat, alter percipiendo a populo malitiam extirpet. Sic & saluator flagello de funiculo facto, uendentes & ementes percipiendo de templo eiecit, isto ergo modo percipiendo seruatur iustitia, sicut lib. 4. de nugis philosophorum narratur de plutarcho, qui fuit assessor & consulor traiani Imperatoris, qui cum propter sua demerita praecipisset seruum uerberari (ut mos erat Romanorum uirgis percutere delinquentem) seruis uerbis iniurijs insultauit in eum, dicens quod non decebat philosophum irasci, & quod ipse faciebat contra doctrinam suam, maxime quia ipse conscripserat unum librum de clementia ad Traianum. Cui Plutarchus. Vnde inquit tibi ex hoc irasci uideo? Est ne ira mea si a me debitum recipis? nulla signa ira in me uides? Conuersusque ad illum qui uerberabat, ait. Dum ergo hic, & ego disputamus, age quod agis & sine iracundia retunde seruilem contumaciam, & iniquum poenitere doce magis quam obiurgare. Ex quibus concluditur quod sanctum est delinquentem ex iustitia percutere, quia hoc credit ad reipublicam bonum. Propter quod Job 5. dicitur. Inreparationem domini ne reprobos: quia ipse ualnerat & medetur, percipiet manus eius & sanabit. Ad propositum ergo isto genere percussiois Deus percussit inimicos suos in posteriora.

Et repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephrem non elegit.

Hae est tertia pars principalis psal. in qua ponitur intentio conclusio in toto psal. quae est quod dignitas

Percussio triplex.  
Seneca.  
Tullius.  
Parentes.  
Prouer. 23.  
Grego in dialogo.  
Boetius.  
Prouer. 23.  
Esa. 58.  
Dist. 45.  
1. Pet. 2.  
Ira.

dignitas regia in populo Israel diuina ordinatione non spectabat ad tribum Ioseph, nec ad descendentes ex ea, sed ad tribum Iuda, & ad descendentes ex ea. Et primo ponitur reprobatio tribus Ioseph, secundum electionem tribus Iuda, ibi. *Sed elegit*. Quantum ad primum sciendum quod tribus Ephraim descendens ex Ioseph totis uiribus aspirabat ad regnum, uidebatur fuit in principio huius psal. uersu. 128. Vnde & pro curatione illorum de tribu Ephraim quando accepit possessionem terrae promissionis, arca testamēti ad quam omnes recurrebat, fuit posita in parte quam accepit in sortem tribus Ephraim, scilicet in Silo, ut habetur Iosue 18. Vnde dicit quod Deus ad demonstrandum quod illa tribum ad regiam dignitate non elegerat, permisit quod arca Dei inde, scilicet de Silo portaretur ad bellum & ibidem a philistiim caperetur, ne in tribu illa maneret, ut ibi principatus non uideretur esse. Et si dicas. nonne Ieroboam, qui fuit de tribu Ephraim, regnauit cum suis posteris super decem tribus? ut habetur 3. Reg. 12. Dico quod ille regnauit non ex diuina electione, sed magis tyrannice & usurpatuē, sicut ante fecerat Saul qui erat de tribu Benjamin. Hoc ergo ostendens psal. ait. *Et repulit tabernaculum Ioseph*, id est ciuitatem Silo in qua posita fuit arca in tabernaculo, quae ciuitas erat in tribu Ioseph. *Et tribum Ephrem*, id est Ephraim non elegit, qui scilicet Ephraim fuerat filius Ioseph, quia, scilicet tribum non elegit dominus ad dignitatem regiam. Et quantum ad hoc notandum quod ratio quare Deus non elegit tribum Ephraim ad regiam dignitate, fuit ipsius tribus praesumptio & superbia: quia a Deo non uocati dominari uolebant in populo, ut patuit in principio psal. & in ipso Ieroboam, qui tyrannicē magnā partem regni usurpauit. Et ideo notandum quod in electione regum uel praelatorum quatuor maximē considerari debent secundum quatuor rerum causas. Primum quantum ad causam efficientē, ut scilicet ubi sit Dei auctoritas, ut scilicet electio fiat, uel a Deo immediate, uel ab ipsius concorditer mouente, ut Deo dicant eligentes illud Act. 1. Domine qui nosti corda omnium, ostende quae elegeris, &c. Secundum quantum ad causam finalem, uel sit reipublicae utilitas, exemplo Christi dicentis. Ego elegi uos ut eatis, & fructum afferatis. Tertium quo ad causam materialem, ut sit personae condignitas, Act. 6. Elegerunt Stephanum uirum plenum fide & spiritu sancto. Vbi uide electi sufficiency quod ad aetatem: quia elegerunt uirum, quod ad ueritatis notitiam: quia plenum fide non ignorantia, quod ad sanctitatis gratiam: quia plenum spiritu sancto. Quartum quo ad causam formalem, ut sit conueniens & idonea, ne scilicet superueniat aliqua pactio simoniaca: amor carnalis: uel respectus utilitatis propriae, sed sit electio solum a spiritu sancto formata sicut apostolorum electio quos Christus per spiritum sanctum elegit. Act. 1.

Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit.

Hic ponitur electio tribus Iuda. Et primo ponitur electio tribus Iuda in generali. Secundum loci in speciali, ibi. *Et edificauit*. Tertium personae in singulari, ibi. *Et elegit*. Quantum ad primum sciendum quod ad tribum Iuda ex diuina electione spectabat dignitas regalis. Primum quia ex illa tribu natus erat Christus rex regum & omnium da-

minus. Et hoc prauidit Iacob dum filiis moriturus benediceret. Gen. 49. Qui cum ueniret ad iudam dixit. Non auferetur sceptrum de iuda, nec dux de femore eius, donec ueniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Item ista tribus meruit dignitatem regiam propter ipsius praesentis probitatem. Nam quando Moyses eduxit populum de Aegypto & Deus sicauerat mare ante eos, adhuc filij israel timentes non audebant intrare mare post Moysen, nisi quod Aminadab qui erat de tribu Iuda & princeps eiusdem tribus, asscuras caeteras tribus audacter cum omnibus suis quadrigis & rebus intrauit mare & omnes de tribu sua post eum, quo uiso caeteri asscurati ipsum per mare sunt securi. Et propter hanc probitatem haec tribus Iuda habere meruit regiam dignitatem, ut habetur super illo uerbo. Anima turbauit me propter quadrigas Aminadab, quia scilicet uidentes aliae tribus tribum Iuda ad hanc dignitatem exaltatam, turbatae fuerunt quia non primo intrauerunt. Hoc ergo notans psalmista, ait. *Sed elegit tribum Iuda*. Per hoc autem quod Deus reprobatum Ioseph & tribum Ephraim, elegit tribum Iuda mystice datur intelligi, quod Deus repulso priori Iudaeorum populo, Christianum populum sibi elegit haeredem, quod deducit magister in glo. dicens. His uerbis significatur Iudaicus populus a Deo repulsus & nouus populus Christianorum electus. Vnde merito non dicit. *Et repulit Ruben*, qui primogenitus fuit, & caeteros qui fuerunt ante iudam qui merito uideretur propter ipsorum opera repulsi, cum iacob eorum peccata detestetur. Vel non dicit repulit Benjamin ex quo Saul fuit qui uicino tempore fuerat reprobatus, sed potius eos nominauit qui clarioribus meritis alios uidebantur excellere, scilicet Ioseph qui impietate uenditus pro iustitia sublimatur pauit patrem & fratres de quo fuit Ephraim, qui maiori benedictione aui sui, sui iacob praelatus est. Per haec ergo praecleari meriti nomina totum illum uetustum populum a Deo repulsum intelligimus, & electam tribum Iuda non pro meritis Iuda, quo longe melior fuit Ioseph, sed per tribum Iuda quia de illa Christus exiit nouum populum Christi praelatum ueteri populo scriptura attestatur. Iudaico populo Christo dicente. Auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facientibus fructum eius. Sequitur. *Mōtem Sion, quem dilexit*. Hic ponitur locus specialis quem pro cultu suo Deus elegit, scilicet montem Sion: quia in isto monte mandato Dei altare fuit edificatum per Dauid, & postmodum templum a Salomone, ut habetur 3. Reg. 6. Mystice autem per montem Sion, qui spe- cula interpretatur, intellige ecclesiam, quae futura speculatur non terrena, quae ab initio hebrae gentis usque ad Christum procedit, uide supra.

Et edificauit sicut unicomis sacrificium suum, in terra, quam fundauit in saecula.

Hic ostendit stabilitatem cultus diuini. Vbi notandum quod secundum naturales unicomis est talis naturae, quod nullum aliud animal permittit ad suum cubile accedere. Et hanc similitudinem adducit psalmista, dicens. *Et edificauit sicut unicomis, &c.* quia scilicet admodum unicomis

Gen. 49.  
Iuda tribus.  
Canti. 6.  
Christiani.  
Iuda.  
3. Reg. 6.  
Mons Sion.  
ecclesia.



Num. 3.

2 Paral. 26. Sacerdotium

unicornis.

Greg. 31. Mor. 1. 19.

Historia vir. 80.

Glossa.

1353

1. reg. 16.

David ele. 119.

Deus prohibuit omnem alienigenam à sacerdotibus sibi consecratis ad suum cubile accedere id est in templo sibi ministrare. Vnde num. 3. Extraneus qui accesserit ad ministrandum, morte morietur. Vnde & Ozias rex qui in templo sacrificare voluit, dum incensum offerret, statim lepra percussus fuit à Deo, vt habetur 2. Paralip. 26. Dicit ergo Psalmista. *Et edificauit sicut unicornis sanctificum suum.* id est sanctum edificium, scilicet templum, sed locum assignat dicens. *In terra quam fundauit in secula.* scilicet in terra sancta montis Sion, quam fundauit perpetuo duraturam pro cultu suo & regali folio quantum erat ex parte sua, nisi eorum peccata oppositum demeruisse. Mystice autem per unicornium intelligit gentiles superbos per partum virginis ad fidem Christi conuersos. Natura enim unicornis, vt ait Greg. est quoddam modo capitur. Nam puella virgo proponitur, que venienti sinum aperit, in quo ille omni ferocitate deposta, caput deponit, sicq; ab eis à quibus capi queritur repente velut eneruis inuenitur & capitur. Sic & de populo gentili, qui cornu gestabat in fronte, scilicet superbie despiciens Deum ab apostolis suisq; successoribus captus fuit, dum prapofuerunt sibi virginem puellam, scilicet virginem Mariam quæ eis sinum suæ gratiæ aperuit, & statim omni ferocitate dimissa per fidem Christi captus fuit. Et hoc tagens, psal. ait *Et edificauit sicut unicornis sanctificum suum.* vbi glo. Sanctificum est plebs sancta ad Deum conuersa regale sacerdotium, vt ait Petrus. Hoc ergo sanctificum fundauit sicut unicornis, quia ad modum unicornis gentes per partum puellæ fide captæ sunt.

**Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, de postfœtantes accepit eum.**

Hic nominatur persona electa in singulari. Et tria facit. Quia ponit primo Dei electionem, secundum electionis intentionem, ibi. *Pascere.* Tertio intentionis executionem, ibi. *Et paut.* Quartum ad primum sciendum qd Dauid ad literam ex pastoralis officio pecudum ad regimen populi Dei, quænis inter omnes fratres suos minimus esset, fuit electus à Deo. Nã vt habetur 1. Reg. 16. cū dominus reprobasset Saulem regem, misit Samuel in ciuitatem Bethleem ad domum Isai, qui secum in domo septem filios habebat, octauus autem paruulus scilicet Dauid pascēbat oues, sciebātq; Samuel qd vnū de filiis Isai in regē vngere debebat mandato Dei, sed nondū sciebat quē, fecit sibi presentari filios Isai sigillatim. At ille primò presentauit sibi primogenitum suū Heliab, Et dicit dominus, non est hic. Et sic cōsequenter omnes filios suos presentauit Samueli, & nullum illorum elegit dominus. Dixit ergo Samuel ad Isai. Nunquid cōpleti sunt omnes filij tui? Qui respōdit. Adhuc est vnus paruulus qui custodit gregem. Dixitq; Samuel ei. Mitte & adhuc eum. Fuitque adductus Dauid de pascuis. Dixitq; dominus ad Samuelem, Surge & unge eum, hic est enim, quē elegi. Vnxit ergo tunc Samuel Dauid in regem de mādato domini. Hoc ergo breuiter notans psal. ait. *Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium.* quia quando fuit vocatus pascēbat gregem. Et de post-

**A** *fœtantes accepit eum.* Nam secundum grammaticos hic fœtans, vis, idem est quoddam pecus, pecudis. Vnde de postfœtantes accepit eum. id est sequentem oues habentes fœtum. Mystice autem per hoc significatur quod Christus à iudæis ad gentes translatus est, quod sic glo. deducit. Dauid ad literam ex pastoralis officio pecudum ad regimen hominum translatus est. Christus vero ex hominibus ad homines, id est à iudæis ad gentes. Iudæi enim primo erant oues fœtantes, dum præcepta legis seruabant. Ab his ergo translatus est Christus ad regendum homines, id est fideles, secundum rationem viuentes.

**B** *Pascere Iacob seruum tuum, & Israel hæreditatem suam.*

Hic ponitur electionis intentio. Vbi aduertendum quod per Iacob intelligitur populus Israel, qui de Iacob descendit, similiter & per Israel, ipse enim Iacob binominis fuit: quia vocat<sup>9</sup> est Iacob à parentibus, sed Israel à Deo. Qui populus dicitur hæreditas Dei; quia inter ceteras gentes fuit à Deo specialiter electus ad Dei Cultum, per quē hæreditas Dei acquiritur. Sic enim loquebatur Moyses Deut. 32. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hæreditatis eius. Ad istum ergo finem Dauid fuit electus à Deo, vt pasceret populum suum. Et nota quod non ait regere Iacob, sed pascere: quia quilibet alteri præposit<sup>9</sup> plus debet velle prodesse subditis, quàm præesse, pascere quàm dominari. Et non solū pascere subditos cibo temporalis: quia hoc cibo à subditis prælatus debet pasci, secundum quod dicit apostolus. Si nos vobis spiritualia seminamus, non magnū est, si nos carnalia vestra metamus. Sed magis cibo spirituali, vt habetur Hier. 3. Dabo vobis pastores iuxta cor meum, & pascunt vos scientia & doctrina. Vnde conditiones veri pastoris ostendens Adam in de perseverantia, super illo verbo Ioan. 10. Ego sum pastor bonus, dicit. Oves sunt in quibus officium boni pastoris disponitur. Ad hoc enim vt fit bonus pastor humilis & fidelis: debet habere panem in pera: canem in fune: baculum cum virga: cornu cum fistula. Panis est verbum dei. Pera est memoria verbi. Canis est zelus pastoris, qui zelare habet pro domo domini: & deijcere lupos pijs latratibus sanctæ prædicationis & orationis indefessæ. Funis quo canis tenetur est moderamen zelantis & discretio, qua zelus pastoris spiritu pietatis & scientiæ temperatur: ne forte (vt ait apostolus) zelum Dei habeat: sed non secundum scientiam. Baculus est piæ exhortationis consolatio, qua sustentet pusillanimes & confortetur ne in tempore tribulationis deficiant. Virga est potestatis auctoritas, qua corripiat iniquos, ne de impunitate audaciam sumant. Cornu cuius sono terribili ad belli conflictum milites animantur: est terribilis gehennæ comminatio, qua Christi milites contra vitiorum molliem spiritu fortitudinis accingunt. Fistula quæ dulcius canit, æternæ beatitudinis suauitatem designat: quam subditorum auribus fidelis pastor dulciter ac frequenter inculcat &c. Isto ergo modo Deus elegit Dauid pascere Iacob seruum suum. Quæ omnia in se Dauid fidelis habuit, vt ex primis duobus libris regum potest deduci.

Et

1355

**Et paut eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarū deduxit eos**

Hic ponitur intentionis electionis per ipsum Dauid executio, scilicet quomodo Dauid sancte & iuste rexit populum à Deo sibi datum. Vbi nota quod aliqui mundas & innocentes habent manus scilicet opera, sed cor maculatum. vt pura qui bona agunt vel mala declinant, non quidem amore iustitiæ, sed timore pænæ. Et cōtra istos dicitur, quod Dauid habuit in regendo populum cordis innocentiam. Aliqui autem habent cor mundum & habent zelum Dei, sed non secundum scientiam. vt puta qui carent intellectu & prudentia, sicut pastores illiterati, aliter tamen boni qui cæci cæcos dicuntur ducere. Et contra istos dicitur de Dauid, quod habuit in regendo populum intellectum & prudentiam, per quam omnia prudenter agebat. quia in intellectibus manuum suarum id est in prudentia, per quam dirigebat opera sua, *deduxit eos.* id est regebat eos. Sic enim ad literam de Dauid dicitur. 1. Reg. 18. quod Dauid in omnibus viis suis prudenter agebat. Sed hic dubitatur quomodo Dauid commē datur de cordis innocentia, cum multa enormia peccata commiserit, vt ostensum fuit versicu. 54. Respondeo primò quod Afaph qui psal. istum fecit fuit contemporaneus ipsius Dauid. Vnde possibile fuit quod quando istum psalmum fecit Dauid nõdū peccauerat illis peccatis. Vel quod si iam peccauerat, quod ab illis per pœnitentiam resurrexerat. Pœnitentes autem peccator amplius dici non debet. Vel aliter quia principale quod Deus intendat in populo suo, erat sibi soli cultum diuinum exhiberi, etiam si aliis peccatis humana fragilitate peccasset. In hoc autem Dauid fuit fidelissimus, quia nunquā idololatravit nec aliis idololatradi dedit exemplum, vt fecerunt alii reges. vt Salomō & successores eius. Et quātū ad hoc paut eos in innocentia &c. Mystice autem hoc sonat cōtra prælatos, qui emolumenta à subditis recipiunt, sed officium quod subditis debent, non impendunt. Illi enim non gregem sibi commissum, sed seipfos pascunt. De quibus conqueritur dominus dicens. Væ pastoribus qui pascunt semetipfos, gregem autem meum non pascunt. Contra quos meritò subditi clamant. Aduersum me terra mea clamat si fructum eius comedi absque pecunia. Quod exponens Grego. dicit. Fructus enim terræ absque pecunia comedere, est ex ecclesiastica quidem sumptus accipere, sed eidem ecclesiæ prædicationis præcium non præbere. Ter ergo fructum absque pecunia commedit, qui ecclesiastica commoda ad vsum corporis percipit, sed exhortationis ministerium populo non impedit. Quid ad hoc nos pastores dicimus, qui aduentum districti iudicis præcurrentes, officium quidem prædicationis suscipimus, sed alimenta ecclesiastica muti manducamus? Exigimus quod nostro debetur corpori, sed non impendimus quod subditorum debetur cordi.

1358. Dauid quod dicitur in istis.

1359. Dauid.

1360. Hiero.

1361. Ioan. 10.

1362. 1. reg. 16.

1363. 1. reg. 16.

1364. 1. reg. 16.

1365. 1. reg. 16.

1366. 1. reg. 16.

1367. 1. reg. 16.

1368. 1. reg. 16.

1369. 1. reg. 16.

1370. 1. reg. 16.

1371. 1. reg. 16.

1372. 1. reg. 16.

1373. 1. reg. 16.

1374. 1. reg. 16.

PSALMVS LXXVIII.

**Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum**

**A** *sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.*

Psalmus iste istum habet titulum. *Psal. Afaph.* Afaph enim quidam propheta fuit tempore Dauid, qui multos psalmos fecit scilicet à septuaginta primo secundo psalmo scilicet quàm bonus israel Deus inclusivè, vsque ad psalmum. 84. exclusivè scilicet quàm dilecta. Et illos vndecim psalmos contiguos fecit ipse Afaph propheta. De materia autem psal. dicunt doctores quod de persecutione populi israel, quæ tempore istius prophetæ futuræ erat sub Antiocho illustri. de qua etiam agit psal. 43. Quam persecutionem iste præuidens in spiritu deplorat deprecans Deum, vt misereatur populo suo. Vel secundum alios hic agit de persecutione populi israel facta per Nabuchodonosor regem Babylonis, qui ciuitatem Hierusalem cepit, iudæos duxit captiuos in Babylonem & templum destruxit. Et litera psalmi vtrique persecutioni congruenter applicatur. Quapropter dicendum videtur quod psal. præuidit vtrique persecutionem futuram, scilicet Babyloniorum sub Nabuchodonosor, & Grecorum sub Anthiocho. & pro vtraque sub eodem contextu verborum fecit istum psalmum, rogans Deum pro populo israel. Nam in vtraque persecutione gentes occupauerunt hæreditatem Dei scilicet terram promissionis datam iudæis, polluerunt templum occiderunt populum Dei & captiuauerunt, de quibus iste psal. agit. intentio psal. est omnes mouere de bonis proximorum lætari, & compati calamitatibus & malis. Et secundum hoc psal. iste habet tres partes, quia psal. primò videns prædictam persecutionem lamentatur. Secundò pro eius liberatione Deum deprecatur, ibi. *Vsq; quo* Tertio de ipsius terminatione consolatur, ibi. *Nos autem populus tuus* Applica literam vtrique persecutioni habes fundamentum in Nicolao. Quātum vero ad sensum propheticum hic psal. præuidet persecutionem martyrum post Christi ascensionem toto orbe futuram, & ideo misericordiam Dei implorat ne succumbat ecclesia. Et ad istum sensum diuiditur psal. sicut ad literam dictum est Sic ergo procedam, quia in quolibet passu primò exposito sensu literæ, sensum propheticum dicā. Prima ergo pars in qua ponitur futuræ persecutionis lamentatio diuiditur, quia psal. vt facilius diuinā impetret misericordiam dictā persecutio nem exaggerat, ostendendo quantum grauis fuerit. Ad hoc autem ostendendum quatuor narratur à psal. Et primo offensa Dei ostenditur & iniuria. Secundò populi Dei narratur homicidia, ibi. *Posuerunt.* Tertio occisorum insepulta deplorantur corpora, ibi. *Effuderunt.* Quarto illata à gentibus explicantur opprobria, ibi. *Falsi sumus* Quantum ergo ad primum sciendum quod aliqui istum textum intelligere volunt de vltima captiuitate iudæorum facta per Romanos, quando Romani ceperunt ciuitatem Hierusalem & funditus eam euerterunt & replerunt, & multum sanguinem iudæorum sparserunt. Sed hoc stare non potest propter hoc quod psal. ait *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.* Hæreditas enim Dei dicuntur solum boni & electi quia cum hæreditas ad solos filios spectet, & solum boni & electi sint filij Dei, sequitur quod solum boni hæredes sunt Dei

Psal. 43.

Hæreditas Dei.

Et

Roh. 8.

Et hoc est quod dicit apostolus. Rom. 8. quod si filij & hæredes, hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Sed quod nullus electorum tunc esset in Hierusalem quando per Romanos fuit dissipata, ex hoc patet, quia ut dicitur in historiis scholasticis ante aduentum Romanorum omnes fideles angelorum vocibus fuerunt moniti, ut inde recederent, quod & sic factum fuit. ut ostendi supra versicu. 1074. Et hoc est quod dicit glo. hic.

Judei.

Non potest hoc accipi de temporibus post ascensionem Christi, quando vastati sunt iudæi per Romanos. Tunc enim populus qui remanserat in Hierusalem hæreditas Dei non erat, omnes enim reprobi & excæcati erant. Omnes enim boni & fideles aduentibus Romanis monitu angeli in regnum Agyptæ secesserunt. Potius ergo iste psal accipiendus est de tempore antequam Christus venisset. Tunc enim populus ille hæreditas Dei erat, quia ibi erant multi prophetæ & sancti scilicet quando ducti sunt in Babyloniam. Vel de persecutione facta ab Anthioco tempore Maccaheorum. De ista ergo persecutione futura à spiritu sancto edoctus ait de gentib. *Deus venerit in Hierusalem ubi aliqui boni erant. Polluerunt templum*

1. Macca. 1.

*sanctum tuum* quia ut habetur. 1. Macca. 1. Antiochus posuit abominabile idolum super altare in templo. Et aduertere quod tempore istius psal. nōdum erat factum templum, & tamen in templo futura narrat quasi facta & præterita. Et hoc propter certitudinem prophetiæ. Sequitur. *Posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam* id est fecerunt Hierusalem desertam. non tamen eam funditur euerterunt, sicut custodes vinearum vel fructum faciunt sibi in vinea tugurium vel aliquod ædificiū desertum, unde possint circūcirca videre damnū inferentes. Sic ad horum similitudinem Hierusalem deserta videbatur. Et tunc impleta fuit prophetia Esaiæ dicentis. Derelinquetur filia Sion sicut umbraculum in vinea, & sicut tugurium in cucumerario. Mystice autem templum Dei est quilibet bonus. vide versicu. 136. Diffusus autē de hoc vide in postillis Nico. Hoc autem templum polluitur quando peccato aliquo iusti anima inficitur &c. Vide etiam de templo, quod est quilibet iustus versicu. 731.

Esai. 1.

Templum est animatio st.

1357

**Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.**

Hic ponuntur sanctorum homicidia. Vbi nota quod proprie morticinus est nomen compositū Et hoc dupliciter. Primò quia mors componitur cum cædo. dis, & fit morticinus a. um. id est morte cæsus & intersectus, & tunc producit penultimam. Item mors componitur cum cado, dis, & fit morticinus. a. um. id est morte cadens, sicut quādo est mortalis hominum vel animalium, & tunc corripit penult. Vnde versus. De cado morticinū de cado morticinūque. Hic autem accipitur prout componitur cum cado. & sic morticina sunt corpora sanctorum quæ ab infidelibus cæsa fuerunt. quod literaliter fuit in persecutione Antiochi, quæ nolentes à lege Dei discedere, passim occidebantur. Vnde dicitur. 1. Macca. 1. quod Antio

Morticinū.

1. Macca. 1.

chus perdidit populum multum ex israel, & in fine eiusdem capituli dicitur quod multi de populo israel diffinierunt apud se, ut non manducaret immunda, & elegerunt magis mori quam cibis conquinari immundis, & noluerunt infringere legem Dei sanctā & trucidati sunt. Et nota istorum Græcorum crudelem stultitiam: quia tempore persecutionis illius multi sancti dum trucidarentur spe resurrectionis confortabantur, ut patet 2. Macca. 7. vbi trucidati ipsi Antiocho dicebant. Tu scelestissime in presenti vita nos perdis sed rex mundi defunctos nos pro suis legibus in æternæ vitæ resurrectione nos suscitabit. Hanc ergo spem resurrectionis inspicens & crudelis Antiochus ab eis auferre volens mortuorum corpora dabat volatilibus cæli & bestiis terræ comedā, stultè cogitans quod sanctorum corpora per diuersas aues vel bestias comesta Deus in vnum reunire per resurrectionem non posset, non cogitans quod ille, qui de nihilo fecit hominem, corpus hominis in diuersis mundi partibus dispersum reunire potest. Hanc ergo stultam crudelitatem ponens psalm. dicit. *Posuerunt morticina seruorum tuorum* &c. Mystice autē morticina & carnes sanctorum datur bestiis terræ & volatilibus cæli quia caro nostras multotiens exponitur potestati demonum qui dicuntur bestie terræ & volatilia cæli, sed nunquam anima, ut de Christo ostēdit Grego. vide supra versic. 396. Ipsi autem demones bestie dicuntur, quia ratione non vtiuntur. Vnde de anima quæ à gratia cadit in peccatū & sic fit habitatio demonis dicitur Soph. 2. Quoniam facta est in deserto cubile bestie. Dicuntur etiam volucres cæli, quia habitant istud cælum aeris, de quibus saluator ait, quod volucres cæli comederunt semen quod cecidit secus viam.

**Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat, qui sepeliret.**

Hic ostenditur quod occisorum corpora dimittebantur insepulta: quod erat signum crudelitatis maximæ, scire namque in viuos crudelitas est, sed in mortuos scire summæ crudelitatis est iudicium. Isti autem persecutores non solum in viuentes, sed etiam in mortuos scirebant. Sicut enim sepelire mortuos opus est pietatis, sic abicere mortuos à sepultura crudelitatis est opus. Sic ad literam fuit tempore persecutionis Antiochi. Quia tanta fuit copia cædis iudeorum infra ciuitatē Hierusalem & extra, ut nulli vacaret defunctorum corpora sepelire dum omnibus periculum immineret. Quæ notans psalmista dixit quod *effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem*. scilicet per totam iudeam in cuius medio Hierusalem erat. Sic enim ad literam scribitur. 1. Macca. 1. Et effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis. Et quod insepulta ipsorum occisorum remaneret corpora apparuit, de Iason de quo ibidem, scilicet 2. Macca. 5. dicitur, quod fuerit proditor gentis sue, quod ille qui multos de patria sua expulerat, & qui insepultos multos abiecerat, ipse & inlamentatus & insepultus abiectus est, ut per eam per quæ peccauerit torqueatur. Sapien. 11. Sed quamuis prohibere defunctis iustorum sepultura

1. Macca. 7.

Soph. 2.

1358

1. Macca. 1.

2. Macca. 5.

Sapien. 11.

**Vsquequo domine irasceris in finem, ascendetur velut ignis zelus tuus.**

Hic pro liberatione à dicta persecutione ponitur deprecatio. Et tria facit, secundum quod tria à Deo petit, scilicet quia petit primo, persecutionis determinationem, secundo persecutorum punitionem, ibi. *Effunde*. tertio peccatorum populi remissionem, ibi. *Ne reminiscaris*. Quantum ad primum sciendum, quod proprie ira nec zelus cadit in Deo, sed solum metaphoricè, ut dictū fuit versic. 55. Vnde hic ait gl. Ira & zelus Dei non sunt perturbationes eius qui cum tranquillitate iudicat, sed nomine iræ vniuersa iniquitatis accipitur, quando nos pro malis punit commissis. Nominem vero zeli exactio castitatis intelligitur, ne anima legem Dei contemnat, & à Deo suo fornicando dispareat. Ne ergo ista persecutio, quæ procedebat ex ira Dei, & zelo erga populum suum durer vsque in finem, id est, vsque ad consumptionem totius populi israel, psalmista precatur, dicens. *Vsquequo domine irasceris in finem*. quasi dicat ne vsque ad finem ira tua descuiat supplico. Cōformiter rogabat psal. 12. dicens. *Vsquequo domine obliuisceris me in finem* &c. Vnde subdit. *Ascendetur velut ignis zelus tuus*. Interrogatiuè dicitur quasi dicat. Non decet misericordiam tuam quod zelus tuus sequatur, & continetur ut ignis qui lignis nō parcat, sed quādū cōbustibile contineat accēditur. Et bene ira Dei accēdi dicitur, quia ignis accensus, aliqua deuorat, aliqua purgat. lingua redigit in cineres, sed purificat aurum. Sic & ira siue zelus Dei euenit bonis & malis, sed iustos purificat, malos autem exterminat.

Ira Dei. Zelus Dei.

Psalm. 12.

**Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ non men tuum non inuocauerunt.**

Hic petit malorum punitionem. Et primò facit hoc. Secundò assignat rationem, ibi. *Quia comederunt*. Quantum ad primum sciendum, quod pena peccati, culpæ correspondet. Culpa vero istorum persecutorum fuit, quod iram suam non solum supra iudeos sparserunt, sed ipsam effuderunt totaliter omnem crudelitatem exercentes in eis. Propter quod de eis statim prædicit. *Effuderunt sanguinem eorum tanquam escas*. Ideo nunc de ipsorum pena consimiliter Deo dicit. *Effunde iram tuam super gentes* &c. Aliud est enim Deo iram suam spargere, aliud effundere, quoniam de illo quod spargitur pars retinetur, & nō totum emittitur, quod autem effunditur totum emittitur. Et sic spargit iram suam Deus: quando ut iratus peccata punit ut corrigat, sed ipsam effundit quando ut iratus peccata punit ut damnet. Iram Dei spargi non effundi notabat psal. 29. dicens. *Quoniam ita in indignatione eius, & vita in voluntate eius*. Sed iram effundi ad æternum interitum ostendit moyses dicens. *Misisti iram tuam quæ deuorauit eos*. Sic ergo psalmista contra persecutores populi Dei postulat, dicens. *Effunde iram tuam* &c. Et secundum glo. hic non est hoc dicere maliuolentiæ: sed præmissa dicuntur. Figura enim oprandi futura prædicit.

1361

Effundere iram Dei vel spargere.

Psalm. 29.

Exod. 15.

iam sit crudelitatis, ipsi tamen iustis nihil inferunt nocenti, quia si cæteant sepultura hominū nobilitiori modo per sanctos angelos sepeliuntur. Sicut & contra mali potentes nodilium hominum sepultura honorantur, sed ab angelis sepeliuntur in inferno, ut Christus ostendit de mendico Lazaro & dixit epulone Luca. 16. Quod ad propositum pertractans Petrus Rauennas ait. Mortuus est diues & sepultus est in inferno. Enfiertes quam rerum lamentanda mutatio pauperem portant angeli, diuitem deglupit infernus. Quare ergo sic sepultura pompa mentitur. In sepultura diuitis migrat tota ciuitas cum funus effertur, pauperem portat diuinorum miseratio batorum. Meritò mox ei officia deputantur angeli, cui tam crudeliter negata sunt ipsa humanitatis extrema. Funus diuitis antecedit lugubris turba suorum. Pheretū pauperū antecedit angelorum psallentium multitudo, & portatur ab angelis in sinu Abrae. Sed cur Abraham sic ambit pauperem, diuitem sic refugit & refutat. Nonne ipse diues fuit? Re vera diues fuit, sed pauperibus nouit sibi, & opes prerogare magis gessit in sinu pauperis, quam in horreis recondere suis, sicut toto ordine vitæ suæ perdoceat. Exterus patria, domus nescius, ipse & domus omnium fuit & patria, sciens se non possessorem sed dispensatorem diuinæ potius largitatis &c.

**Facti sumus opprobrium vicinis nostris subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.**

Hic illata à gentibus explicantur opprobria. Terra enim promissionis situata erat inter gentes idololatrias, quorum idola iudæi despiciebant, & prædicabant illa esse daemonia. Vnde & gentes iudeos habebant odio, & sic lætabantur in ista persecutione iudeorum & illos deridebant, dicentes. Vbi modo est Deus vester. Nonne videtis, quod vos defendere non potest, & similia. Et sic opprobria & contumelias inferebant iudeis. Vnde ad literam de ista persecutione dicitur. 1. Macca. 1. quod vniuersa domus Iacob induit confusionem. Istud autem opprobrium tanto maius fuit quanto status ciuitatis illius & populū erat prius in maiori gloria & honore. Vnde Abac. 2. Repletus est ignominia per gloriam. Et de hoc vicini eorum philistiim, & aliæ gentes lætabantur. Vnde dicebat populus ille, illud Thre. 1. Omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt quoniam tu fecisti. Quæ omnia notans psalmista ait. *Facti sumus opprobrium vicinis nostris* &c. Consimilia verba pro ista persecutione dicebat superius psal. 43. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui in circuitu nostro sunt* vide supra versic. 722. Et quid sit opprobrium, vide ibi. Quid sit subsannatio, vide versic. 11. Quid autem sit illusio, nota quod ludus. is. componitur cum in, & mutata in n, l. fit illudo. dis. vnde illusio, & est illusio idem quod deceptio vel derisio. Mystice autem sunt verba hæc bonorum qui hodie in opprobrium subsannationem & illusionem habentur à malis, quoniam ut dicitur Iob. 12. *Deridetur iusti simplicitas, quia quicquid virtutis boni peragunt, totum à malis interpretatur in malum*, vide supra versicu. 449.

A

B

C

D

E

prædicat. Et aduerte quod hic per gentes intelligit subditos, sed per regna ipsorum reges & principes, qui tam maiores Græcorum quam populares contra iudeos sequebantur, qui nec Deum norant per fidem, nec eius nomen inuocabant. Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt? ut dicit apostolus Rom. 10. Aduerte tamē generaliter, quod quandoque illos quos ira Dei fortius damnare despicit, illos hic diutius in suis iniquitatibus tolerat ut euidentiore causam dā nationis ipsorum ostendat. Similiter & iustos quos altius præmiare disponit, multoties eius ira trāscendo hic celerius punit. Quod notās Grego. super illo verbo Iob. 4. Vidi eos qui operantur iniquitatem, stante Deo, spiritu irę eius esse cōsumptos, dicit. Quomodo stante Deo, spiritu irę eius consumpti sunt iniqui, quæ plerumque hic diutius subsistere in istis sceleribus permittuntur. Hinc namque de illis per psalmistam dicitur. In labore hominum non sunt & cum hominibus non flagellabuntur. Hinc & Hieremias ait. Quare via impiorum prosperatur? Quia enim sicut scriptum est, Dominus patiens redditor est, sæpe diu tolerat, quos imperpetuum damnat. Nonnunquam vero concitē percudit, quia pusillanimitati innocentium consolando occurrit. Aliquando ergo omnipotens Deus diu iniquos præualere patitur, ut in istorum vita mundus purgetur. Aliquandoque vero iniustos celerius trucidat, eorumque interitum innocētium corda confirmat. Si enim omnes male agentes trucidaret, extremum iam iudicium quibus exhiberet? Si autem nullū omnino percuteret, quis Deum res humanas curare credidisset. Nonnunquam ergo iniquos ferit, ut ostēdat quia inulta mala non deserit. Nonnunquam vero iniquos diu tolerat, ut considerantibus insinuet ad quod eos ad iudicium referuat &c.

Rom. 10.  
Grego. 5.  
psalm. 172.  
Hierem. 17.

**Quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt.**

Hic ostenditur causa punitiois eorum. Comedere enim aliquando stat pro destruere vel dissipare. Per Iacob vero intellige populum israel ex eo natum. Comederunt ergo Iacob, quia bona populi ex Iacob nati diripiuerunt, & magnam populi partem occiderunt & captiuauerunt. Isto enim modo tyrannus dicitur comedere pauperes sibi subditos. Et locum eius desolauerunt, id est, ciuitatem Hierusalem, quæ erat metropolis totius regni, in qua erat & templum & palatium regium. Hanc ciuitatem desolauerunt. Sic enim ad literam de ciuitate Hierusalem fecit Antiochus, ut habetur. 1. Macca. 1. Quia spoliavit templum omnibus iocalibus suis, accepit aurum, & argentum, fecit magnam eadem hominum, & ciuitatem incendit igni, & fugerunt habitatores Hierusalem, & facta est ex terra femina suo, & nati eius reliquerunt eam. Et sic secundum gloriam eius multiplicata est in gloria eius. Moraliter autem notandum quod in scriptura reperitur comestio mala multiplex, ut de in dictionario, ibi. Comestio.

1. Macca. 1.  
Comedere  
peccat opum.

**Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordie tue, quia pauperes facti sumus nimis.**

Hic postulat peccatorum populi remissionem. Et primò postulat peccatorum remissionem, secūddò ad hoc adducit rationem, ibi. Ne forte. Prima in duas, quia primò petit peccatorum remissionem; secūddò diuini auxiliij collationem, ibi. Adiuua. Quantum ad primum sciendum, quod nec memoria proprie nec obliuio cadit in Deo, sed iuxta nostrum modum loquendi dicitur recordari peccatorum nostrorum, quando ipsa punit, sed obliuisci, quando ipsa dimittit per veniam. Quod notās Grego. ait. Quis nesciat quia Dei memoria nec obliuio rerum rumpitur, nec recordatione sarcitur? Sed cum aliqua deserens permittit more nostro obliuisci dicitur, & cum post legem tempus quæ uoluerit uisitat, nostræ moralitatis more recordatus uocatur. Quo enim pacto diuinitatis eius vim obliuio dissipat, cui ipsa quoque laudabilis memoria essentialiter cōcordat? Nulla namque nisi præterita aut absentia recordantur. Quomodo ergo Deus præteritorum reminiscitur, cum ipsa in semetipsis prætereunt, eius uero nutui semper presentia existunt? Aut quomodo absentiu recordatur, dum omne quod est, per hoc illi præsto est quod in ipso est, quod si præsto non esset, omnino non esset. Nam non existentia uidento creat existentia uidento continet. Quicquid ergo creator non uidet, essentia subsistendi caret &c. Ad propositum ergo orat psalmista, ut Deus peccatorum populi non recordetur id est, ut parcendo illa dimittat, dicens. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum quasi dicat hæc mala nobis inferunt inimici, sed scio te nos flagellare pro peccatis nostris, ideò dimitte peccata, & cessabunt flagella. Quod autem dicit iniquitatum nostrarum antiquarum, per hoc non intelligit de præteritis tantum, cum & illo persecutionis tempore etiam aliqui iudæi idola sequebantur, ut habetur. 1. Macca. 2. Sed dicit, iniquitatum antiquarum, id est similibus antiquis quibus innumeris annis peccauerunt idola colendo, ut patet per totum librum iudicum. Cito anticipent nos misericordie tue, id est misericordia tua præueniat iudicium, quia nisi indulgentia præueniat in iudicio, non absoluetur reus. Vel anticipet nos misericordie tue, scilicet ante totalem consumptionem populi tui. Et dico cito, quia pauperes facti sumus nimis, id est expoliati afflicti, & iam quasi ad nihilum redacti, quasi dicat. Si differs misereri erimus consumpti totaliter. Nota quod in omni nostra bona actione misericordia Dei nos præuenit & anticipat, & nunquam nos Deum præuenimus. Vnde psal. 58. Deus meus misericordia eius præueniet me, uide supra uers. 947. Hoc satis deducit Greg. 33. mora. c. 25. dicens. Nemo qui ppe ut diuina eū gratia subsequatur, prius aliqd cōtulit Deo. Nā si nos Deū benè operādo puenimus, ubi est qd propheta ait. Misericordia ei⁹ pueniet me? Si quid nos ei bonè opatiōis dedimus ut eius gratiā mereamur, ubi est qd apostol⁹ ait. Gratia salui facti sumus p fidē, & hoc nō ex uobis, sed donū Dei est: nō ex opib. uestris, ut ne quis gloriatur. Si nostra dilectio Deū puenit, ubi est qd Ioannes ait. Non quia nos dilexerimus Deū, sed quoniā ipse prior dilexit nos? Vbi est qd per Oseā dñs dicit. Diligā eos spontaneē. Si sine eius munere nostra uirtute Deum sequimur, ubi est quod per euangelium ueritas dicit. Sine me nihil potestis facere. Vbi est quod

Obliuio Dei.  
Memoria Dei.  
Greg. 33.  
mora. c. 25.  
1. Macca. 2.  
Misericordia præuenit nos.  
Psalm. 58.  
Ephes. 2.  
1. Ioh. 4.  
Oseā 14.  
1. Ioh. 4.

quod ait. Nemo potest uenire ad me, nisi pater sed ego elegi uos: Si saltem dona bonorum operum uirtute nostra benè cogitando præuenimus, ubi est quod per Paulum tam subtiliter ut omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice præscindatur, cū ait. Nō qd sufficientes simus aliquid cogitare a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Nemo ergo Deū peruenit meritis, ut tenete eum quasi debitorem possit, sed mitro modo æquus omnibus conditor, & quosdam prælegit, & quosdam in suis reprobis moribus iuste derelinquit. Nec tamen electis suis pietatem sine iustitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus premit. Nec rursus reprobis iustitiam sine misericordia exercet, quia hic æquanimiter tolerat, quos quandoque in perpetuum damnat. Sic ergo electi peruenientem se gratiam consequuntur, & reprobi iuxta quod merentur accipiunt, & de misericordia inueniunt electi, quod laudent, & de iustitia non habent reprobi, quod accusent &c. Hoc ergo considerans psalmista pro liberatione populi non sua allegat merita: sed præuenientem Dei postulat misericordiam, dicens Cito anticipent nos misericordie tue.

**Adiuua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos: & propicius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.**

Hic postulata peccatorum indulgentia consequentē erga hostes postulatur Dei gratia, ut scilicet Deus populum adiuuando protegat. Videbant enim hostes fortes se infirmos, ideò ad Dei recurrūt auxiliū, dicentes. Adiuua nos Deus salutaris noster, scilicet qui saluator noster fuisti, de seruitute Pharaonis, qui nos saluasti de captiuitate Babylonis: nunc adiuua nos in præsentī persecutione. Hoc autem dicendo recollit beneficia præterita, & sic magis capiat Dei beneuolentiam. Condicio enim magnifici est liberare audire bona quæ contulit, ut habetur quarto ethicorum. Et hinc uulgariter dicitur, quod gratiarum actus est ad maiora prouocatio. Et propter gloriam nominis tui domine libera nos, quasi dicat, non aliam uiam meriti nostri, sed gloriam nominis tui, scilicet, ab ista persecutione per te liberati nomen tuum gloriose per mundum innouescat. Ideò propicius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Quid autem sit aliquem alteri propiciū fieri: uide uersiculum trecentimum quinquagesimum quintum. Qualiter autem Deus suos adiuuat, uide uersiculum nonagesimum nonum, & trecentimum primum, & sexcentimum trigessimum primum, & sexcentimum septuagesimum tertium, & octingentesimum septuagesimum secundū, & milesimum centesimū trigessimū quintum. Moraliter autem ista uerba sunt cuiuslibet uolentis benè agere, eo qd liberū arbitriū sine Dei gratia ad meritorie peragendū est inuali dū, ut ostendit Magist. lib. 2. dist. 25. Ideò Dei inuocare debemus adiutorium, dicentes. Adiuua nos Deus salutaris noster &c. q. d. gratia tua adiuuet li-

berum arbitrium, non tamen ab opere meritorio ex hoc excludit liberum arbitrium, qui enim adiuuatur etiam ipse aliquid facit. Notandum est ergo quod adiuuat nos multipliciter Deus, scilicet ad recte incipiendum, & uirtuose perficiendum. Primum adiutorium datur infallibiliter, datur cuiuslibet qui non resistit sicut sol omnia illuminat, nisi ponatur obex. Vnde ait Origenes super librum numeri. Maior cura pro nobis a Deo geritur ad nostram salutem, quam ab aduersariis procuretur ad mortem: quia Deus pater & filius & spiritus sanctus, non solum prouocant ad salutem, sed etiam pertrahunt. Igitur nisi cōiunxerimus nos aduersariis nostris, & ipso rum partem fortificauerimus, gratiam adiuuantem habebimus. Et ideo nulla alia causa est quare quis adiuuantem Deum non sentit, nisi illa quam ponit psal. dicens. Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum. Secundū adiutoriū datur omnibus, nisi quis gratiam receptam negligat, propter negligentiam enim & gratia dara perditur & danda non obtinetur. Dicit Solinus quod in capite draconis est quidam lapis preciosus, qui extrahitur a draconibus uiuis, quia scilicet draco quibusdam herbis somniferis dormire cogitur, ut ab eo uiuente sic lapis extrahatur. Sic & diabolus uolens auferre ab homine uiuente lapidē preciosissimum diuinę gratiæ, quo uiuitur: primò soporem negligentie procurat, sciens quod a litera uiuente lapidē illum auferre non possit. Vnde Chrysostomus super Martheum, dicit, qd gratia est adiutorium infirmitatis humanæ. Adiutoriū aut nō datur dormiētibus, sed festinantibus. Istud apparuit in beato Antonio, de quo in uita patrum ait Hieronymus, quod cum aduersus malignos spiritus bellum gereret: & ab ipsis multa feruissima uulnera pertulisset, cum gaudio per radium solis desuper uenientem, & demones effugantem, Christi intellexit aduentum ad se, & ait. Vbi eras o bone Iesu, ubi eras? Quare ab initio non affuisti, ut curares uulnera mea? Et vox ad eū facta est. Antoni hic eram, sed expectabam certamen tuum. Nunc autem quia dimicando uiriliter non cessasti, semper tibi auxiliabor. Propter quod dicitur. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Non autem dicit negligentiam nostram.

Adiutoriū Dei.  
Origenes.  
Psalm. 57.  
Gratia. Adiuuatiū. Lapis dicitur gratia.  
Chrysost.  
Hierony.

**Ne forte Dicant in gentibus, ubi est deus eorum: ut innorescat in nationibus coram oculis nostris.**

Hic assignat rationem ut Deum inclinet ad prestandum sibi adiutorium. Ad hoc autem psalmista adducit quatuor rationes quibus uult Deum ad misericordiam populi sui inclinare, quia hoc decet primò diuinam reuerentiam, secūddò diuinam iustitiam, ibi. Vltio. tertio diuinam potentiam, ibi. Secundum. Quarto persecutionum malitiam, ibi. Et redde. Quantum ad primum sciendum quod sicut ad Dei honorem pertinet ipsum prædicare misericordem & omnia posse: sic contra eius reuerentiam est de ipso sentire opposita, scilicet quod non sit misericors hæc omnipotens. Gentiles autem uidentes iudeorum populum in tanta persecutione & exterminatione, faciebant talem rationem contra Deum.

1365.  
Rom. 8.



Deum. Deus quem colunt iudæi aut vult eos tuare & non potest, aut potest sed non vult. Si ipitimum, ergo est impotens, ergo non est Deus. Si secundum, ergo est crudelis, ergo non est. verus Deus. Vbi ergo est Deus Hebræorū? Et hoc est quod ait psalmista *Ne forte dicant. I. obstinatē in gentibus. i. inter gentes dicā: Vbi est Deus eorum?* i. Deus iudæorū nullius virtutis esse vel momenti videtur, & innotescat coram oculis nostris: ad tantum deueniant gentes, vt hoc nobis in facie dicāt quia tanta Dei iniuria nullo modo est toleranda. Tales sic cōtra Deum arguētēs nō aduertunt q̄ & si Deus naturaliter est misericors & omnipotens, est etiā iustus, & peccata nō sinit impunita. Quia ergo populus iudaicus peccauerat legē eius pręuicacō, Dei iustitiā requirebat ipsos puniēdos. Opus autem misericordiæ est delinquentem tēporaliter punire, ne æternaliter puniatur. Dicūt enim naturales & maximē Isidorus, 12. etiā q̄

*Deum miseri corripit sicut prouocatus.*

*Leo.*

leo naturaliter erga homines est mitis, cuius misericordia apparet in multis, nam prostratis parit, & captiuos obuios liberē repatriare permittit & nisi læsus de facili non irascitur, prouocatus vero ad iram in prouocantem sæuit. Sic & Deus erga homines naturaliter est misericors, & pius, vnde prostratis. i. pœnitentibus parit, captiuos ad diabolo volentes ad patriam redire non solum permittit, sed etiam ipsos adiuuat & dirigit: quia vincula peccatorum absoluit. Vnde vt in vitis patrum scribitur, nullum peccatum hominis Dei misericordiam potest vincere, si tamen per pœnitentiā reuertitur. Cum enim sit misericors Deus scit infirmitatem hominum & passionem fortitudinem atque diaboli astutiam & potentiam. Et ideo cum naturaliter sit misericors, cum homines dimissis delictis ad ipsum per pœnitentiā reuertuntur, statim furorem suum mitigans omnes eos facit dignos honore. Si vero vltro prouocatus fuerit sicut fit quādo post expectatōne pœnitentiæ contēnitur, sicut quōd ait psalmista. Irritat aduersarij nomen tuum in finem. talem omnino punit donec per pœnitentiā cōuertatur. Vnde in prouerbis sapientū dicitur. Furēs fit læsa paciētia sępe. Vnde & Valerius dicit lib. 1. quōd lento gradu ad vindictam sui diuina ira procedit, tarditatem supplicij grauitate compensat.

*Exemplum.*

*Punitio peccati.*

*Valerius.*

*1366.*

**Vltio sanguinis feruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.**

Hic adducit secundam rationem quæ fundatur in diuina iustitia, vt sic arguat. Ad iustum iudicem spectat suos subditos iniuste oppressos vindicare. Cum ergo tu Deus noster sis iustus iudex vindica sanguinem nostrum. Et hoc est quod ait. *Vltio sanguinis &c.* Tamen notandum quōd in Hebræo, & in translatione Hieronymi hic terminatur versus præcedens. Et est sensus. *Vltio sanguinis feruorum tuorum qui effusus est* à Græcis innotescat nationibus, ita quōd omnes nationes sciant te iniurias nobis illatas iuste vindicare, & hoc fiat coram oculis nostris, sic quōd istam vindictam, scilicet nos oculis nostris ad laudem tuam iustitiæ videamus. Vnde hoc euēnit, subdit. *Introeat in con-*

*A spectu suo gemitus compeditorum.* id est exaudi gemitum nostrum oppressorum & captiuorum, vt scilicet in tanta oppressione liberentur. Secundum autem glo. hic versus exponitur de vltione temporalis & æternæ. Si de æternæ, tunc est sensus: sume vindictam de malis qui fuderunt sanguinem nostrum, ipsos damnādo æternaliter. Et tunc hoc dicit non optando, sed prophetizando, quia iusti non delectantur in perditione peccatorum: quia nō eos odit propheta quā sit iustus, sed de diuina iustitia quam diligit. Si autem intelligatur de vltione temporalis, optat inimicos ad Deum conuerti, vt ipsimet pœnitendo de peccatis suis accipiant vltionem. q. d. cito fiat vt videamus illos conuersos qui nos modo persecuerunt. Qualiter autem iusti lætantur de vindicta malorum: vide supra ver. 937. Item quōd Deus multipliciter vindicat. vide sup. ver. 248.

**Secundum magnitudinem brachii tui posside filios mortificatorum.**

Hic ponitur tertia ratio, quæ fundatur in diuina potentia, quæ eius voluntati æquatur: quia omnia quæ vult potest, vt sic arguat. Diuina potestas potest cōseruare sanctos martyres pro eius honore passos, & hoc suæ bonitati cōuenit, ergo & hoc facere debet, quōd autē hoc possit, pater: quia habet brachium cui nihil resistere potest. Fortitudo enim & potentia per brachiū designatur, quoniā sicut grammaticos brachium dicitur à bary quod est fortē. Vnde Esa. 40. Ecce dominus veniet, & brachium eius dominabitur, vt sic sit sensus, quōd iusti viri qui tempore illius persecutionis Antiochi erant à Deo postulent, dicentes: *Secundum magnitudinem brachij tui. i. potentia tuæ posside, i. tuos reputa, & vt tuos defende nos qui sumus filij mortificatorum. i. sanctorū patrum, qui se ipsos mortificabant carnem mortificando.* Vel secundum glo. hæc est vox sanctorum martirum, qui Deum orant vt mors ipsorum, per exemplum proficiat successoribus suis. Vnde ait. *Posside. C. ne aliquo errore maculentur. Filios mortificatorum. i. posteros vt accēdantur ipsorum exemplo, & non terreatur. Hoc enim semper orant sancti martyres, ne infructuosus esse posteris sanguis eorum, vt scilicet inde cresceret seges vnde putabatur peritura. Et ista est pia precatio, ne Deus filios eorum proiciat, qui pro eo puniti sunt, sed multiplicet. Notandum quōd mortificatus dicitur à mortificatio. cas. & componitur ex morte & facio. eis, & sic mortificatus quasi mortuus factus. Et sic nō solum sancti martyres, sed etiam quilibet iustus qui se ipsum mortificat mūdo, dicitur mortificatus. Vnde tales dicunt illud psal. 43. Quoniam propter te mortificamur tota die. Quod verbū exponens Ricardus ait. Quomodo nō mortuus? creditur & c. vide ver. 730. vel per brachium domini intelligit Christum, quoniā sicut brachio torū corpus protegitur & defenditur, sic & Christus incarnatus totum corpus ecclesie suis operationibus liberat & defendit. De isto brachio ipsi. Iob ait dominus. Si habes brachium vt Deus, & voce similitonas. Quod ad propositum exponit Grego. dicens. Per brachium Dei consubstantialis eius filius demon-*

*Stratus. Hic adducit quartam rationem: quæ fundatur in persecutorum malitia. Vnde hic psalmista non operatiue, sed prædictiue ponit persecutores a Deo puniendos secundum peccata sua: sic quōd nihil in eis impunitum remanebit. Vbi notandum quōd numero septenario vniuersitas designatur. Vnde Grego. ait. Septenno numero vniuersitas exprimitur. Vnde & non amplius quam diebus septem hoc tempus transitorij consummatur. Quid est ergo redde vicinis nostris septuplum: nisi redde eis penę perfectionem. i. penam complete. Hoc enim numero perfectio signari solet. Redde ergo vicinis nostris. scilicet persecutoribus qui vicini erant: vicini quidem loco, non voluntate: corpore, non mente: septuplum. i. complete debitam penam: in sinu eorum. i. in mente ipsorum: vt scilicet prius septem peccatis inuoluantur, vt possint.*

demonstratur. Ipse enim est brachium de quo propheta ait. Et brachium domini cui reuelatum est: Deum ergo habere brachium, est operantem filium gignere. Voce vero tonare, est consubstantialē sibi filiū mūdo per incarnationem terribiliter demonstrare. Et nota quōd in isto brachio multa mirabilia Deus operatur, in nobis: quoniā per istud brachium, primō suum redemit populū psal. 76. Notam fecisti in populis virtutem tuam, redemisti in brachio tuo populum tuum. Vbi gl. Virtutem tuam. i. Christum notum fecisti quādo misisti eum in mundum, notum dico in populis tam fidelibus quā infidelibus: sed infidelibus sic notum fecisti vt cognoscant Christum tuum corpore, fidelibus autem vt cognoscant eum etiam deitate. Deinde ostendit quid præstiteris hac virtute, dicens. Redemisti in brachio tuo populum tuum. i. per Christum. Secundō istud brachium per totum mundum est dilatatum: quia eius fides vbiq̄ dilatata, quod futurum prædixit psal. 70. Deus ne derelinquas me donec annunciet brachium tuum generationi omni, quæ ventura est, scilicet Christum incarnatum. Et de isto brachio dicitur Esa. 53. Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est Primū dicit de incredulis ipsos acufando. Secundum vero ipsorum execrationem remouēdo dicit. Et brachium domini cui reuelatum est. q. d. Illi quibus brachium domini per prædicationē reuelatum est, credere noluerunt. Tertiō est suorum fidelium defensiuū: propter quod orat propheta. Domine miserere nostri, esto brachium nostrum in mane, & salus nostra in tempore tribulationis. Et Sap. 5. Brachio sancto suo defendet illum. Quartō est demonū ligatiuum. Hoc enim brachium incarnatum demones sic terret, vt nobis ad libitum nocere non possint. Quod prædictum fuit Exo. 15. Irruat super eos formido & pavor in magnitudine brachij tui. Vnde Sapient. 11. Virtuti brachij tui quis resistit? quoniam tantam inuictam stragem, sic est ante te orbis terrarum: propter quæ omnia in isto brachio confidens psalmista dicit. *Secundum magnitudinem brachij tui posside &c.*

**Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improprium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine.**

Hic adducit quartam rationem: quæ fundatur in persecutorum malitia. Vnde hic psalmista non operatiue, sed prædictiue ponit persecutores a Deo puniendos secundum peccata sua: sic quōd nihil in eis impunitum remanebit. Vbi notandum quōd numero septenario vniuersitas designatur. Vnde Grego. ait. Septenno numero vniuersitas exprimitur. Vnde & non amplius quam diebus septem hoc tempus transitorij consummatur. Quid est ergo redde vicinis nostris septuplum: nisi redde eis penę perfectionem. i. penam complete. Hoc enim numero perfectio signari solet. Redde ergo vicinis nostris. scilicet persecutoribus qui vicini erant: vicini quidem loco, non voluntate: corpore, non mente: septuplum. i. complete debitam penam: in sinu eorum. i. in mente ipsorum: vt scilicet prius septem peccatis inuoluantur, vt possint.

stea improprium sit meritum suppliciorū fuerorum. Redde etiam eis improprium ipsorum quod exprobrauerunt tibi domine. Vbi nota quōd improprium quo aliquis alteri improprietat: tunc improprietat redditur quando per effectum in seipso percipit quōd alteri male improprietat. Sicut si quis alteri improprietat dicens: tu non vales mecum pugnare: tunc si ille secum pugnando improprietatem superaret: tunc improprium sibi illatum redderet illi. Sic in proposito: illi improprietabant Deo dicentes, quōd populum non poterat defendere. vnde & cultum Dei de terra auferre conabatur. Tunc ergo improprium Deo illatum improprietatibus Deus reddidit: quando finaliter populum liberauit: & Antiochum miserabili morte prostrauit: vt proprijs penis flagellatus ipse potentiam Dei in se experiretur, cui improprietauerat prius: vt habetur. 2. macca. 9. Et ad istum sensum exponit Grego. hunc versum. dicens. Scriptura sacra plerumque sinum pro mente ponere consuevit: sicut voce ecclesie de persecutoribus nostris qui nobis natura quidem coniuncti sunt: sed vita disuncti per psalmistam dicitur. *Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum.* Ac si aperte diceretur: in mente suā recipiant hoc quod in nostris corporibus sequentes operantur: vt dum nos exterius ex parte præmunt: ipsi interiorius perfectē puniantur.

**Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in sæculum.**

Hæc est tertia pars principalis in qua psalmista præuidens finalem populi de dicta persecutio ne liberationem: gratias Deo agens consolatur. Et primo ponit suam intentionem, secundo suæ intentionis expressionem: tibi in generatione. Quantum ad primum præuidens psalmista populi liberationem confiteatur in persona totius populi se à Deo gubernari atque nutriri, dicens. *Nos autem populus tuus scilicet quem elegisti ad cultum tuum:* cui in monte Sinai legem dedisti. *Nos oues pascuæ tuæ:* quia nos in deserto quadraginta annis manna pauisti. q. d. & nunc consimiliter vt tuum populum defendisti & nutristi. Ideo *confitebimur tibi in seculo scilicet confessione laudis.* Vbi nota quōd seculum accipitur quandoque pro æterno: sic enim dicitur Eccl. 40. Omnia quæ de terra sunt in terram conuertentur: fides in seculo stabit: fides id est effectus fidei scilicet præmium debitum fidelibus. Aliquando vero accipitur pro certo & de terminato tēpore scilicet pro reuolutione vnius iubilei, s. pro spacio quinquaginta annorum: Et sic multiplicantur secula: secundum quod multiplicantur reuolutiones annorum iubilei. Et isto modo accipitur Eccl. 9. vbi dicitur. Amor & odium simul perierunt: nec habent partem in hoc seculo. Et quia spaciū quinquaginta annorum est vt in pluribus tempus discretionis hominis, qua caret in pueritia & senio: sine qua confessio laudis non est multum laudabilis: ideo ait. *Nos autem populus tuus &c. confitebimur tibi in seculo. i. discretē & voluntariē laudabimus nomen tuum.* Et aduerte quod psalmista propriē populum iudeorum oues appellat. Nam secundum

*2. Macha. 9. Greg. 2. 2. mo. 662. 14.*

*1369.*

*Seculū multū. Eccl. 40.*

*Eccl. 9.*

Nota  
Oves dicuntur  
in mali.

naturales oves in estate tempore caloris si mul manent vnitę & adiuuicem stricte. In hyeme tempore frigoris disiuuctę manent & abiuuicem segregatę, quod faciunt propter frigiditatem status ipsarum: quia si in hyeme cęgregatę manerent magis infigidarentur, sed in estate cęgregatę refrigerantur. Sic & iudeorum populus tanquam oves tempore estiuo, s. prosperitatis insimul congregati Deum cęnfitabantur, tempore autem hyemis, s. aduersitatis disiuuebantur a Deo, vt in libro iudicum multis patet exemplis.

1370.

In generatione & generationem annuuciabimus laudem tuam.

Generatio  
quod sit.

Matth. 1.

Generatio  
multiplex.

Eccles. 1.

1. Ioan. 5.

Apoc. 19.

Annunciare  
laudes Dei.  
Greg. 18. mo.  
cap. 5.

Psalm. 110.

Hic exponit quod statim dixerat. s. cęnfitabimur tibi in sęculum, quia, s. non accipitur sęculum solum pro vno iubilęo, sed pro successione omnium generationum. s. pro æterno. Vnde sicut dictum est superius vers. 1372. Vna generatio tantum cęmuniter durat quantum durat filius a patre genitus, & sic filius dicitur vna generatio, nepos. s. filius filij dicitur alia generatio, pronepos alia generatio, & sic vltierus. Sic enim accipit generationem Matthęus, dicens. Omnes generationes ab Abraham vsq; ad Dauid quatuordecim, a Dauid vsque ad transmigratiōem Babylonis generationes quatuordecim, a transmigratiōe Babylonis vsq; ad Christum generationes quatuordecim. Volens ergo ostendere psalmista quomodo sęculum superius acceperat, dicens. *Cęnfitabimur tibi in sęculum*, dicit, in generatione & generationem. Vbi glos. *in generatione & generationem*, id est in omnem generationem, quod supra dixerat, in sęculum. Vel aliter generatio est duplex. s. accipiēdo generationem pro re genita s. generatio presentis sęculi & futuri. De prima dicitur Eccles. 1. Generatio pręterit & generatio aduenit. De secunda autem dicitur. 1. Ioan. 5. Generatio Dei cęnseruat eum & malignus non tangit eum. Dicit ergo *in generatione & generationem*, & c. id est non solum in presentis sęculi annuuciabimus laudem tuam, sed multo magis in futuro. Apoc. 19. Audiui vocem in celo dicentium, laus virtus & gloria Deo nostro est. Moraliter autem notandum, quod Dei laudes merito annuuciare debemus, vt illis auditis proximi in virtutibus crescant. Sic etenim Deus virtutem operum suorum annuuciabit populo suo, vt det illis hereditatem gentium. Quod exponens Greg. dicit. Nam Deus, qui nos prohibet, ne proprio ore laudemur, per scripturam sacram laudes suas nobis annuuciat: non quia ipsis indiget, qui proficere laudibus nescit, sed dum suam magnitudinem narrando nobis annuuciat, nostram ad se imperitiam subleuat: & bona sua loquendo nos edocet, quę omnino homo non cognosceret, si de se tacere voluisset. Iccirco autem laudes suas nobis indicat, vt valeamus studentes eum cognoscere, cognoscentes amare, amantes sequi, sequentes adipsi, adipiscētes vero eius visionem frui, vt ait psalmista. Virtutem operum suorum annuuciabit populo suo, vt det illis hereditatem gentium. Ac si aperte dicat. Iccirco fortitudinem suę operationis annuuciat, vt eum qui audierit donis ditescat. Morem ergo sui creatoris imitantes sancti viri, nonnunquam quędam de se vt au-

dientes instruant annuuciando narrant, non vt ipsi proficiant manifestant, & tamen in his alta se cęnsideratione custodiunt, ne dum a terrena intentione erigunt, ipsi terrena laudis appetitu mergantur. Similiter multo fortius laudes Dei annuuciare debemus, vt alios ad Dei ducamus amorem, vt merito dicamus illud psal. 33. Semper laus eius in ore meo.

Qui regis Israel, intende, qui deducis velut ouem Ioseph.

1371.  
Iste psalmus talem habet titulum. *In finem pro his qui commutabuntur psal. pro Assyriis testimonium Asaph.* Vbi sciendum quod iste psal. ad literam de Christo exponitur. Agit enim de primo Christi aduentu quo vineam de Aegypto eductam, s. ynagogam per verum intellectum legis ad veram fidem conuertit & illuminauit & in melius commutauit. Et sic iste psalmus est Christi & ecclesię testimonium. Vnde agit de commutandis & de Assyriis. Vbi per cęmutados accipe tam iudeos quam gentiles, iudeos. s. a litera legis commutandos ad legis intellectum: de figura ad rem figuratam: vt in tota lege intelligant Christum figuratum fuisse. Pro gentibus autem. s. quę commutabuntur per aduentum Christi ab idolorum cultura ad vnius veri Dei cultum. Et sic est testimonium pro his qui commutabuntur iudeis. s. vel gentilibus. Est etiam testimonium pro Assyriis. Assyrii enim interpretantur dirigentes se. Et sic per Assyrios intellige iudeos obstinatos vel gentiles qui in aduentu Christi nō cęmutabuntur, sed magis se per superbiam contra Christum dirigit vel cęceremonias legis carnales pręferendo euangelio, vel Christi ecclesię persequendo. Est ergo sensus tituli talis. Iste psal. quem fecit Asaph. dirigit nos in finem. i. in Christum & est testimonium pro commutandis. i. pro cęuertendis iudeis ad Christum vel gentilibus. & pro Assyriis. i. contra Assyrios. s. superbos iudeos vel gentiles qui contra Christum superbę se erigunt. Et iste est testimonium pro commutandis, sed contra Assyrios: agit enim de Christi primo aduentu quo commutandi recipiuntur, sed Assyrii superbi reprobantur. Hoc viso accedo ad psalmi diuisionem. Ad cuius intellectum scundum quod dicitur vna fides est patrum testamęti & noui, ita & vna ecclesia noui ac veteris testamęti est, quia illud quod vetus testamętum promittebat esse futurum, hoc nouum declarat iam esse perfectum. Et sic quod antiqua ecclesia credebat esse venturum. s. Messiam, ecclesia noui testamęti iam venisse cęnfitetur & credit. Et ista vna ecclesia multoties in antiquo & nouo testamento nomine vineę designatur. Ecclesiam enim veteris legis sub nomine vineę descripsit Esaias ex parte domini, dicens. Vineam domini exercituum domus israel est. Similiter & in nouo testamento Christus ecclesiam suam sub nomine vineę descripsit dicens, quod exiit primo mane conducere operarios in vineam suam & c. Vbi Greg. in homil. dicit Quis patrisfamilias rectius similitudinem tenet quam conditor noster qui regit quos condidit, & electos suos sic in hoc mundo possidet, quasi subiectos

Vinea dicitur  
vni ecclesie

Matth.

subiectos dominus in domo? qui habet vineam suam, scilicet ecclesia, quę ab Abel vsque ad vltimum electum, qui in fine mundi nasciturus est, quot sanctos protulit, quasi tot palmites misit. Istam ergo vineam Asaph in spiritu pręuidens, de ipsa hunc psalmum conscripsit, in quo de ipsa duplicem eius statum ostendit. Primō statum quem habuit ante Christi aduentum, ibi. *Dens virtutum conuerte nos.* Prima in duas, quia primo psalmista pro vinea deprecatur, secundo processus vineę demonstratur, ibi. *Vineam de Aegypto.* Circa primum duo facit: quia primo Christi aduentum inuocat, secundo statum vineę explicat, ibi. *Domine Deus virtutum.* Circa primum quatuor petit a Deo scilicet primō erga nos Dei cęnsiderationē, secundo Dei manifestationem, ibi. *Qui sedes super cherubin.* tertio Christi incarnationem, ibi. *Excita.* quarto gentis commutationem, ibi. *Dens virtutum conuerte nos.* Quantum ad primum, sciendum quod Israel vocatur sicut Iacob, a quo duodecim patriarchę geniti sunt, a quibus populus Dei descendit, qui diuidebatur in duodecim tribus. Et ideo per Israel intelligitur populus Dei in duodecim tribus contentus. Quem populum singulari gubernatione Deus regebat, non solum interius per veri Dei cultum, sed etiam exterius, vt patuit quando quadraginta annis ipsum per columnam nubis in die, & per columnam ignis in nocte duxit per desertum & pance cęli paut ipsum, vt patet Exodi 13. Et ideo dicebatur Deus regere Israel. Quod notans psalmista recolens illius beneficij, ait. *Qui regis israel intende. scilicet nobis.* Intendere enim dupliciter accipitur, vide versiculum 876. hic accipitur pro dirigere. Et sic Deum intendere nobis est ipsum dirigere & nostras paces approbare sicut psalm. 5. dicitur. Intende voci orationis meę. *Qui deducis velut ouem Ioseph.* Hoc quidam sic intelligunt, quia vt habetur Genes. 50. Ioseph in morte adiurauit fratres suos, dicens. Scio quod Deus visitabit populum suum, & vos hinc educet ad terram vestram. Ideo tunc asportabitis hinc ossa mea vobiscum, vt non hic sed cum patribus meis sim sepultus in terra promissionis. Quod facere volentes filij Israel, quando exierunt de Aegypto propter inundationem Nili fluminis Aegypti non poterant inuenire sepulchrum Ioseph, Et tunc apparuit eis quędam ouis, quę ductu angelico natauit vsque ad locum sepulchri Ioseph ad ostendendum eis locum, vt inde ossa Ioseph acciperent. Quę ossa accipiens Moyses secum asportauit, vt habetur Exodi decimotertio. Et propter hoc vocata est ouis Ioseph. Et tunc esset sensus literę. *Qui deducis.* scilicet populum Israel per angelum pręcedentem castra eorum, vt habetur Exodi decimoquarto, *velut ouem Ioseph.* quę similiter ductu angelico ducta fuit ad sepulchrum Ioseph. Sed hoc quod dicitur de illa est satis voluntarię dictum, nec ab aliquo doctorum repertum. Ideo sic exponenda est litera. *Qui deducis velut ouem Ioseph.* id est populum Israel hic denominatum a Ioseph eo quod ipsum tempore famis saluauit in Aegypto sicut ouem scilicet diligenter custodiens eum, sicut sollicitus pastor diligenter gregem suum deducit. In isto ergo versiculo psalmista erga nos implorat Dei cęnsiderationem, vt sit sensus. *Qui regis israel.* id est Incog. Tom. j.

Qui regis israel

Excita.

Psal.

Gen. 50.

Exod. 13.

Exod. 14.

videntes te per fidem, *intende.* scilicet respice nos mittendo filium tuum nobis, *Qui deducis velut ouem Ioseph.* id est fidelem populum conuersum de gentibus signatum per Ioseph. Ioseph enim interpretatur augmentum. Et mortuo grano frumenti, scilicet Christo auctus est multum populus Dei coniunctis in angulari lapide Christo lesu duobus parietibus, scilicet populis Iudeorum ac gentium. Vnde gentium populus ouis nomine vocatur, de quibus ait Christus. Alias oues habeo, quę non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.

Ioan. 10.

Qui sedes super cherubin, manifestare coram Ephraim, Benjamin & Manasse.

1372

Hic erga nos implorat Dei manifestationem. Ad huius expositionem sciendum quod arca testamęti in qua Deus habitare dicebatur, quia inde dabat populo responsa, situata erat super duos cherubin auro puro fabricatos, vt habetur Exo. 37. Et ideo literaliter dicebatur Deus sedere super cherubin quia arca testamęti duobus cherubin sustentabatur. Vnde 3. Regum 8. dicitur. Tulerunt arcam fedetis domini sedentis super cherubin. Sic ergo Deo loquitur psalmista hic iuxta illum modum scripturę, dicens. *Qui sedes super cherubin.* Vel magis realiter cherubin est quidam ordo angelicus, & interpretatur plenitudo scientię? Vnde secundum Gregorium in homil. de angelis. Illa summa angelorum agmina ideo cherubin sunt vocata: quia tanto perfectiore scientia sunt plena, quanto claritatem Dei vicinius cętemplantur, vt secundum creaturę modum eo amplius omnia sciant, quo vicinius visionem conditoris sui per meritum dignitatis appropinquant. In istis ergo angelicis spiritibus ideo sedere dicitur Deus, quia omnis scientia & cognitio creata sibi subditur. Propter quod & ipse Deus scientiarum dominus dicitur 1. Reg. 2. Deus scientiarum dominus est. Istum ergo Deum scientiarum Dominum inuocat psalmista, dicens. *Qui sedes super cherubin.* manifestare coram Ephraim, & c. Pro cuius expositione literali sciendum quod vt habetur Num. 2. erecto tabernaculo per Moysen in deserto, stabat in medio castrorum, sic quod quęlibet tribus habebat determinatum locum circa tabernaculum pro custodia eius. Nam ad partem orientalem tabernaculi ponebantur tres tribus, scilicet Iudas, Isachar, & Zabulon. Ad meridię verō alię tres tribus, scilicet Ruben, Simeon & Gaad. Ad aquilonem vero alię tres tribus, scilicet Dan, Aser, & Nephtalin. Ad occidentem vero alię tres tribus, scilicet Ephraim, Benjamin, & Manasses. In ista vero parte occidentali tabernaculi erat fedetis sancta sęctorum & propitiatorum, in quo diuina dabantur responsa, & Deus voluntatem suam populo manifestabat. Ex quibus apparet quod iste tres tribus, scilicet Ephraim, Benjamin, & Manasses: quia situabatur ad partem occidentalem, erant propinquiores loco diuinis responsionibus cęteris. Et ideo quęrens psalmista quod Deus qui istis tribus tribubus vicinius manifestari solebat nunc omnibus per incarnationem se manifestet, dicens. *Tu quę sedes super cherubin,* eo modo quo dictum est, Ggg 3 qui

Exo. 37.

3. Reg. 8.

Cherubin.

Gregor. in homil.

1. Reg. 2.

Num. 2.

qui te soles manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse, supple manifesta te ipsum mundo per incarnationem. Et hoc est quod statim subditur, quem ex hoc quaerit dicens. *Excita potentiam tuam & veni.* Mystice autem considerantes, quod ista tres tribus Ephraim Benjamin, & Manasse castrametabantur a parte occidentali tabernaculi. Sciendum quod tabernaculum corporis nostri quatuor habet partes, scilicet orientalem, quae significat natiuitatem, australem, quae significat statum prosperitatis, aquilonarem quae significat statum aduersitatis, & occidentalem, quae significat mortem & finalem corporis casum & resolutionem. Et in qualibet tres considerare oportet, per tres custodes illius partis figurata. Primum ergo a parte orientali castrametabantur Iudas, Isachar, & Zabulon, & significant tres virtutes quas ex consideratione tua natiuitatis debes habere, quae sunt confessio accepti muneris, haec est Iudas, observatio promissi foederis, haec est Zabulon, recordatio suscepti nominis, haec est Isachar. Primum ergo circa natiuitatem tuam, scilicet spirituales qua Deo regeneratus es per baptismum considera minus quod tunc a Deo accepisti, quia de filio diaboli factus es filius Dei, de filio gehennae filius gloriae, de peccatore iustificatus. Et istud munus semper debes considerare, confiteri, & Deo gratias agere. Et hoc significat istius partis primus custos, scilicet Iudas qui confitens interpretatur. Ad hoc enim etiam bruta nos inducunt animalia. Nam de elephante legitur, quod cum in foueam ceciderit, si ab aliquo extrahatur, statim beneficium constitens liberatorem sequitur, & omni feritate deposita per susceptum beneficium edomatur. De tigride etiam legitur, cum in foueam quandam cecidisset, & miles quidam a casu inde transiens ipsam extraxisset, fera extraxta beneficium sibi factum recognoscens, & liberatorem suum recognoscens, cum cauda blandiebatur, & benefactori gratias agere videbatur, vt ponit Phinius. De quodam leone etiam legitur in historia vltimarum, quod cum ultra mare foret exercitus Christianus, quidam miles casu quendam leonem inuenit, quem quidam serpens taliter cum cauda ligauerat quod se mouere non poterat. Vnde miles pietate motus serpentem occidit, & liberavit leonem. Leo autem tanquam gratum animal seruituti militis se mancipauit. Ibat enim per nemora praedas capiendo, & captas deferebat ad militem, intantum quod multa commoda exercitui contulit. Ad hoc etiam adduci posset exemplum de leone quem beatus Hierony, curauit. Si ergo bruta animalia beneficia sibi exhibita taliter recognoscunt, multo fortius & nos beneficia in nostra natiuitate nobis exhibita confiteamur & Deo agamus gratias, quod significat primus custos orientalis partis, qui erat Iudas qui confessio interpretatur, dicens. Nunc confitebor domino. Et ob hoc vocauit nomen eius Iudam. Secundum ab ista parte debet esse observatio promissi foederis. Considera quid tunc Deo promissisti, scilicet renunciare diabolo & peccatis, mundo & eius pompis. Et hoc obseruare debes, quod significat secundus custos illius partis, scilicet Zabulon qui interpretatur iururandum, per quod observatio promissi foederis significatur, quia secundum Grego. tunc solum fideles sumus, si quod verbis promittimus operibus adimplemus. Ad quod facien-

*Abraham.*  
*Iudas.*  
*Gratiarum actio.*  
*Elephas.*

*Leo.*

*Gen. 29.*

*Grego.*

dum etiam multa paganorum exempla nos inducunt, qui nec praecae, ne praecio promissa violare volebant. Narrat Aug. 5. de ciuitate Dei, de Fabricio Romano, qui tamen satis pauper erat, quod promissa fidelitate Romanis, quod cum missus fuisset per Romanos contra regem Pirrhum, & bis fuisset deuictus, nunquam tamen frangere Romanis voluit promissam fidem fugiendo, cuius fidelitatem rex Pirrhus admirans, ipsum in amicum habere concupiuit, quod vt Fabricius consentiret, medicum regni sui sibi obtulit, & perpetuam pacem cum Romanis facere, si Fabricius in amicitiam sibi vellet copulari. Qui tamen vt fidem Romanis promissam teneret, spernens omnia sibi oblata libera voce respondit. Non veni quaerere tua, sed te neque dominium supra tua habere cupio, sed supra te. Idem ad propositum de eodem Fabricio notat Orosius, quod cu dictus Fabricius bellum contra dictam regem Pirrhum haberet pro Romanis, medicus Pirrhi cupiditate ductus, venit ad Fabricium offerens sibi Pirrhum, si vellet sibi pro uidere, veneno interficeret, quod facere poterat: quia rex Pirrhus de ipso medico multum confidebat. Qui Fabricius statim dictum medicum ligatum remisit ad Pirrhum cum literis hoc factum continentibus. Qui Pirrhus hoc viso admirans Fabricij fidelitatem, dicit. Antea sol a cursu suo auerteretur, quam Fabricius a fidelitate sua passeretur. Similiter ad propositum de Marco Regulo narrat August. in de ciuitate Dei, vide vestig. 1339. Si ergo gentes fidem promissam sic seruare cupiebant, quanto magis Christiani hoc facere debemus, vt nec diuitiis nec blanditiis nec tormentis promissam Deo fidem violemus, quod nobis ostendit secundus custos orientis, scilicet Zabulon. Idcirco cui liber fidelis dicitur. Esto fidelis vsq; ad mortem & dabo tibi coronam vite. Tertiū ab ista parte debet esse pro custodia recordatio suscepti nominis, quod significat tertius custos, scilicet Isachar. In natiuitate praedicta accipis nomen Christi, vnde & Christianus dixeris. Ergo & nominis significatio recordari debes, ne nomen habeas falsum, & Christum imitari. Hoc significat Isachar, qui memoras dominum interpretatur, vt merito quilibet nostrum dicere possit. Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam. Secundum ad principaliter a parte australi erant custodes tres scilicet Ruben, Simeon, & Gaad. Per partem australem in qua sol est altior, intellige statum prosperitatis, in quo homo in altum ascendit. Et tunc si seipsum vult custodire tria debet facere, per tres dictos custodes significata, quia scilicet ad medium debet accedere extrema relinquendo Ruben, ad proximum debet intendere egenis miserando Simeon, ad dubium debet aspicere fortunam meditando Gaad. Primum in statu prosperitatis homo debet ad medium accedere: extrema relinquendo, &c. Hic amplius non prosequor. Vide in postilla mea super mich. residua membra.

1371

**Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos.**

Hic expresse psal. postulat Christi incarnationem, quam in praecedenti versiculo postulauerat implicite. Et nota quod duo hic petit psal. scilicet Christi incarnationem, & eius resurrectionem. Vnde iste versus partes habet transpositas. Primum enim

*Fides data*  
*Seruari debet*  
*Zabulon*  
*Aug. 5.*  
*Fabricius*  
*Exemplum*  
*Apoc. 1.*  
*Memoria nominis Christi*  
*1371*

enim petit Christi incarnationem, dicens. *Veni vt saluos facias nos.* Secundum petit eius resurrectionem, dicens. *Excita potentiam tuam.* scilicet per resurrectionem. Vnde istum versum sic exponit magister in glo. dicens. Ordo versus talis est. *Veni.* scilicet tu ipse in carnem, & manifesta te ipsum mundo. *Excita potentiam tuam.* scilicet post mortem resurgendo: quia scilicet visus es infirmus in passione, dum tibi dicitur. Si filius Dei es, descende de cruce, nihil posse videbaris, praualuit super te persecutor. *Excita ergo.* id est, ostende potentiam tuam. vt qui in infirmitate humanitatis crucifixus es, ex virtute & potentia diuinitatis resurge. Et hoc totum vt saluos facias nos, quia in his omnibus salus nostra consistit. Et sic psalm. istum versiculum dirigit ad filium, dicens. *Excita potentiam tuam & veni.* Ante enim veniebat ad nos Deus, sed non in persona propria, sed in persona sanctorum prophetarum, quibus admonebat suum populum. Sed his psal. non contentus, ipsum in propria persona venire desiderans, ait. *Excita potentiam tuam, & veni.* Vnde & ipsum iam sic venisse ostendit euangelista, dicens. In propria veni, &c. scilicet ipse filius vel Dei verbum. Vnde statim subdit. Et verbum caro factum est. Pro cuius declaratione aliqui solent quaerere, quare pro salute nostra ad nos venit Dei filius magis quam pater aut spiritus sanctus. Ad hoc multae assignantur rationes, scilicet ne in diuinis confunderentur nomina, vt forma iuris remittantur crimina, vt a nato patri supplicetur venia, vt arte verbi reparantur opera, vt conuerso modo sperentur praemia, vt nobis patris commenderetur gratia. Primum patet, ne scilicet nomen filij, in trinitate confunderetur, sic. quod in trinitate essent duo filij: quia si pater fuisset incarnatus vel spiritus sanctus, iam ibi confusio diceretur filius: quia ibi esset filius verbum, & alius filius, scilicet alia persona incarnata, & ex homine nata. Hanc rationem ponit Magister in glo. lib. 3. dist. 1. dicens. Ideo ad nos solus filius venit carne assumendo, & non spiritus sanctus, nec pater, vt qui in diuinitate erat Dei filius, in humanitate filius hominis fieret, ne alius in diuinitate esset filius, & alius in humanitate: & ne idem esset pater & filius si pater de homine nasceretur. Secundum patet, quia secundum iura ad illum spectat iniuriam remittere qui iniuriam recepit. 23. q. 4. si illic. Sed persona filij per peccatum primorum parentum specialiter fuit iniuriata, quod patet: quia primum peccatum cuius sequela humanum genus erat perditum, fuit peccatum Luciferi, qui voluit Deo similis fieri. Esa. 14. Ascendam in caelum, &c. & similis ero altissimo. Similitudo autem est nomen appropriatum filio: quia est imago patris, vt ait magister lib. 1. dist. 27. & dist. 31. Hanc rationem tangit Bern. in sermone de aduentu, dicens. Si consideremus exilij nostri causam, aduertere poterimus quam congruum fuerit filium Dei ad nos venire, & non patrem neque spiritum sanctum. Lucifer enim pro eo quod similitudinem altissimi usurpare tentauit, & rapinam arbitratus est esse, se aequalem Deo, quod vtique filij est, illico praecipitatus corruit. Potest etiam minor huius rationis formati de peccato primi hominis, qui fuit, quia apparet in scientia Deo assumpti dicente sibi daemone, eritis sicut dii, scientes bonum & malum. Sapientia autem vel scientia proprie attribuitur filio, vt ostendit magister lib. 1. dist. 34. Tertium patet: quia oportebat redempto-

rem nostrum supplicare pro offensa Deo facta, vt ipsius veniam impetraret, sed nullus alteri congruentius supplicare potest, quam filius patri. Et hanc rationem prauiderat Iob de filio sub nomine angeli, dicens. Si fuerit pro eo angelus loquens, miseretur eius. Quartum patet, quonia sicut Deus primus per verbum suum cui attribuitur sapientia omnia fecerat, dicente psal. Omnia in sapientia fecisti. Et Ioan. 1. Omnia per ipsum verbum facta sunt, ita decens erat Deum eodem verbo reparare perditam. Hanc rationem tangit magister lib. 3. dist. 1. dicens. Venit Dei filius & non pater neque spiritus sanctus, quod & vtique congruo ordine atque alto Dei sapientia fecit consilio, vt scilicet Deus qui in sapientia sua mundum condiderat, secundum illud. Omnia in sapientia fecisti domine, in eadem & quae in caelis sunt, & quae in terris restauraret. Quintum patet, quonia videbatur homini postquam Deum offenderat hereditatem caelestem de qua eiectus fuerat, non posse recuperare, sicut nec diabolus potest. Volens igitur Deus spera dictae recuperatae hereditatis mundo dare, voluit ostendere quod homo etiam post peccatum potest fieri filius Dei, & per consequens haeres. Hoc ostendit filius veniendo: quia ipse Deus est factus hominis filius: quasi arguat sic. Filius Dei est factus filius hominis, ergo multo fortius per conuersionem simpliciter filius hominis fieri potest filius Dei. Si autem fieri potest filius Dei, sequitur quod de hereditate patris desperare non debet. Et hac rationem tangit apostolus, dicens. Si filij & haeredes, haeredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Sextum patet: quia cum pater plus in naturalibus diligit filium quam filius patrem, vt multis rationibus ostendit philosophus 8. ethicorum, sequitur quod pater in hoc quod ad nos suum misit filium, maiorem gratiam nobis ostendit & charitatem, quam si econtrario filius patrem misisset. Non tamen per hoc intelligo, quod in diuinis pater plus diligit filium quam econtrario. Et hanc rationem tangit Ioan. Chrysol. super illo Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, &c. dicens. Hoc enim infiniti amoris est ostensum: quia pater non hominem misit, non angelum, non archangelum, sed filium suum vnigenitum. Istis ergo rationibus ad nos venit Dei filius, & non pater neque spiritus sanctus ad nos saluandum. Propter quod dicit. Ego veniam & curabo eum. Et hinc loquitur psal. dicens. *Excita domine potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos.*

**Domine Deus virtutum conuertere nos, & ostende faciem tuam & saluum erimus.**

Hic psal. praedicat gentis commutationem. Cum enim homo sit spiritus vadens & non rediens, quia scilicet per seipsum in peccatum cadere potest, sed per se inde redire non potest, nisi Dei adiutus gratia. Hinc est quod a peccato non potest conuerti, nisi ipsum Deus conuertat. Vnde sicut in peccando nos primus auertimur a Deo, & consequenter ipse auertitur a nobis: sic & poenitendo accidit oppositum: quia ipse primus se conuertit ad nos, quae conuersio causat nostram conuersionem. Propter quod dicit dominus Hiero. 15. Haec dicit dominus, si conuerteris conuertam te, quasi dicat haec est bona consequentia. Tu conuerteris

*Iob. 33.*

*Ioan. 16.*

*Rom. 8.*

*Chrysol.*

*Mat. 11.*

1374

*Comarso.*  
*Hiero. 15.*



Gen. 1.

Psal. 102.

Facies Dei est Christus.

Hester 15.

1375

Ira Dei. Hester. 3. Abac. 3.

1376

uerteris à peccato ad me, ergo ego te conuertit: quia effectus infert causam suam. Propter quod Zach. r. dicitur. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos, in eodem sensu, quasi dicat. Si vos conuertimini ad me, hoc ideo est: quia ego primò conuertor ad vos. Dum ergo sumus in peccato, Deus auertit faciem suam à nobis, & nos etiam auerfi sumus ab eo. Dum autem conuertit faciem suam ad nos, & nos respicit, tunc nos ad eum conuertimur. Et hoc notat psal. dicens. *Domine Deus virtutum.* scilicet angelorum qui virtutes dicuntur psal. 102. Benedicite domino omnes virtutes eius, &c. Conuerte nos, scilicet à culpa ad gratiam, sed per quem modum subdit. *Et ostende faciem tuam.* Quid est faciem alicui ostendere, nisi se ad illum conuertere, à quo primò fuerat auersus? Vel per faciem intellige Christi incarnationem, quæ Dei facies dicitur, vide supra ver. 689. 844. Et istam faciem scilicet Christi incarnationem, psal. petit dicens. *Ostende faciem tuam.* id est filiū tuum, qui est imago tua, hæc facies velata fuit nube carnis. Sed hæc faciem ostendit Christus quando surrexit & ascendit, & ita saluamur. De hac facie dicitur Hester 15. Facies tua domine est plena gratiarum.

**Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem serui tui.**

Hic ostendit vineæ, id est ecclesie turbationem. Et quatuor facit: quia erga istam vineam ostendit primò diuinam conturbationem. Secundò vineæ afflictionem, ibi. *Cibabis.* Tertio persecutorum contradictionem, ibi. *Posuisti nos.* Quartò Dei petit consolationem, ibi. *Domine Deus virtutum.* Quantum ad primum sciendum quòd Deus turbatur peccatis nostris, id est ad modum misericordiam largitur, sicut iratus homo contra aliquem ipsum orationem non exaudit. Sic & Deus peccatoribus iratus eorum orationes repellit, sed amotis peccatis, statim tranquillus nobis mulcet. Propter quod sibi dicitur Hier. 3. Nunquid irasceris imperpetuum, aut per seuerabis in finem, quasi dicat nò. Quinimò cum iratus fueris, misericordiam recordaberis. Abac. 3. Petit ergo hic psal. vt ira Dei auertatur ab ecclesia, vt ipsius orationes sint exaudibiles, dicens. *Domine Deus virtutum quousque irasceris.* id est quousque iratus non exaudies orationem serui tui, quasi dicat. Et si iuste irasceris super orationem inimici tui, ne irasceris iam super orationem serui tui. Præuidet enim psal. populū per Chaldæos captiuandum, ideo pro ipsius liberatione orabat. Et nota quòd ira Dei etiam durat super conuersos, sed aliter quàm supra obstinatos. Nam conuersos flagellat vt pater, sed obstinatos vt iudex, conuersos est ira corrigens, sed obstinatos est ira damnans. Dicit ergo. *Quousque irasceris.* id est quasi dicat, hoc oro, non vt non flagellet vt pater & corrigat, sed ne flagellet vt iudex & damnet. Qualiter autem ira cadat in Deo, vide ver. 55. 684.

**Cibabis nos pane lachrymarum, & perum dabis nobis in lachrymis in mensura.**

Hic consequenter ostendit psal. ecclesie afflictionem. Quantum ad literam certum est, quòd

A ecclesia fidelium tempore captiuitatis Babylonice multas prælluras passa fuit. Homines autem in tali prællura & captiuitate existentes, ducunt in luctu & lachrymis vitam suam. Est ergo sensus, vt ly quousque. hic etiam resumatur & dicatur. *Quousque cibabis nos pane lachrymarum.* id est quousque permittes nos in tali afflictione, vt cibum noster sit semper cum lachrymis. Et idem resumit dicens. *Et potum dabis nobis lachrymis in mensura.* sciebat enim psalm. quòd secundum mensuram peccati est mensura & poenæ. Vult ergo dicere. Affligimur & punimur, & hanc punitionem meruimus, quia peccauimus tibi, sed quousque hoc durabit, quasi dicat. Et si hanc mensuram poenæ nos peccatis nostris meruimus, tamen tu non respicias ad peccata nostra, sed libera nos per tuam misericordiam. Et per hoc vult ostendere psalm. quòd ex incarnatione Christi quam supra statim postulauit fideles multa patientur pro fide nominis Christi, tamen illæ poenitiones erunt ad mensuram, quia erunt ad corpectionem, nò ad perditionem. Vnde erunt ad mensuram: quia scilicet non excedet vires fidelium, vt possint sustinere. Et hoc est quod dicit apostolus. Fidelis Deus, qui non patitur vos tentari supra id, quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Mysticè autem hic agitur de cibo poenitentiae & lachrymarum, quo Deus pascit poenitentes in mensuram peccati, vt secundum mensuram peccati sit poenitentiae mensura. Iste fuit cibus Magdalene quando lachrymis Christi pedes rigauit. Luc. 7. Iste cibo poenitentis non solum pascitur, sed etiam Deum pascit & reficit, vt ostendit Pe. Ra. de Magdalena, super illo verbo Lucæ 7. Intrauit Iesus domum cuiusdam pharisæi, &c. dicens. Pharisæi domum Christi intrauit, non vt iudaicos caperet cibos, sed potius diuinam misericordiam largiturus accubuit, nò vt pocula saporata melle, floribus stipata fumeret, sed vt poenitentis lachrymas ex ipsis oculorum fontibus in suum fumeret cibum. Et ecce inquit mulier, &c. venit illi pietatis non voluptatis cibum exhibitare, denique & poenitentiam ponit mensuram, ferculum compunctionis apponit, cibum doloris infert, potum lachrymis temperat in mensuram, & ad delicias diuinitatis totas totam pulsar cordis sui & corporis symphoniam, organi planctibus dat clamorem, citharam per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam, & dum peccatus ipsam conscientiam arguens sapius percutit, facit cymbala personare. Deinde apponat diuinis oculis cibos, & totas sic misericordiam copias repositat. Iste cibus lachrymarum bene figuratur in illo problemate quod Samson philistæis proposuit, dicens. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Vbi notandum quòd per comedentem in scriptura sæpe figuratur peccator, eo quòd comedendo cibum veritatem primum peccauit homo. Gen. 3. Per sortem vero significatur amaritudo mundi & castigatio carnis, quæ homini exteriori fortis & dura videtur, quæ tamen dantur nobis vt in ipsis vincamus. Sapient. 10. Certamen forte dedit illi vt vinceret. Per cibum vero significatur ipsa poenitentia, quæ cibatur anima psalm. 41. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes &c. Per dulcedinem vero denotatur spiritualis delectatio: quia anima diuina adiura gratia, in aduersitatibus & carnis castigatione delectatur, sic quòd illud quod carnaliter

1375

Cibus poenitentiae.

Lucæ 7.

Lachryma.

1376

Gen. 3.

Sapient. 10.

Psal. 41.

viuentibus amarum sapit, illi amore iustitiæ (quod dulce videtur. Et (vt dicitur Eccle. 23.) nihil dulcius quam respicere in mandatis domini. Sic ergo ad propositum de comedente exiuit cibus, quando peccator considerans seipsum, de peccatis suis poenitentiam agit, & contritus potum lachrymarum emittit. Et tunc consequenter de forti egreditur dulcedo, quia illa quæ sibi prius videbantur amara & fortia scilicet orationes & ieiunia & huiusmodi omnia sibi nunc dulcia videntur & sapida, vt merito dicat illud Iob 6. Quæ prius tangere nolebat anima mea nunc præ angustia cibi mei sunt. Et de isto cibo nunc ait psal. *Cibabis nos pane lachrymarum* &c. Et de isto cibo lachrymarum vide supra ver. 690.

**Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris, & inimici nostri subfannauerunt nos.**

Hic ostendit persecutorum contradictionem, ad literam hoc dicit psalm. quia in illa captiuitate Babylonica rex Assyriorum posuit Samaritanos habitare terras Iudæorum. (vt dicitur 4. Reg. 17.) qui odio habebant iudeos. & e contrario. Propter quòd dicitur Iob 4. Non enim contumunt Iudæi Samaritanos. Et ideo si aliquid proponebant regi de reitu Iudæorum ad propriam terram, illi Samaritani eorum vicini quantum poterant contradicebant, ne rex ipsos à captiuitate liberaret, ac etiam postquam liberati fuerint & de licentia Cyri ad propria reducti ipsi iudæis multum erant infesti. vt patet primò Esdre quasi per totum. Similiter quando Iudæi reuersi voluerunt reedificare ciuitatem Hierusalem, illi deridebant eos & subfannabant quasi dicat. Isti non facient quæ cogitant. Vnde vt habetur Nec. 4. cum audisset Naballath quòd edificarem murum, iratus est valde, & motus nimis subfannabat iudeos, & dixit coram frequentia Samaritanorum. Quid isti imbecilles iudæi faciunt &c. Per hoc mysticè dat psal. intelligere quòd Christo incarnato resuscitato, & in cælis assumpto, apostoli qui erant veri iudei circuebant per orbem edificantes ecclesiam Dei in nomine Iesu Christi, quibus ab auditoribus contradicebatur, dicens. Qui sunt isti nouorum demoniorum annunciatores? Sed contradictores vincebantur, & fideles efficiebantur. Prædicabant enim mortuum surrexisse. noua res. sed incredibilibus rei fidem miracula faciebant. Et non solum contradicebant, sed etiam subfannabant fideles dicentes. Isti colūt mortuum crucifixum, sed multi subfannantes apostolos prius facti sunt postea Christiani vsque ad sanguinem confitentes, vt de apostolo Paulo patuit Act. 9. quod ideo vicebant contradictores, quia à Christo protegebatur psal. 30. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum. Ista est contradictio hæreticorum & schismaticorum qui fidelibus contradicunt fidei veritatem abnegantes. Act. 13. Contradicebatur quæ dicebatur à Paulo blasphemantes. Vbi ait gl. psal. 30. quod fideles à contradictione hæreticorum in futuro seculo abscondentur, sed in presenti protegentur, dū enim in presenti peregrinamur, contradicunt hæretici negantes futura sed tu Deus proteges eos in tabernaculo tuo scilicet intra fidem quæ est carum rerum, quas pro no

bis dominus gessit, & perulit. Et hæc est catholica ecclesia, quæ est tabernaculum fidei &c.

**Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & saluauerimus.**

Hic postulat diuinam consolationem. Et exponitur iste versus vt supra 1374. Et nota quòd in isto psal. tribus vicibus istum versum repetit psal. petens diuinam consolationem. Præuidebat enim in spiritu triplicem captiuitatem iudæorum futuram scilicet Babyloniæ per Nabuchodonosor Grecorum per Antiochum, & Romanorum per Titum & Vespasianum. Ideò pro liberatione ab illis tribus captiuitatibus per istum versum dicit, petes diuinam misericordiam. Hic tamè moraliter notandum quòd rogare debemus Deum, vt nos in multis conuertat secundum multa membra quæ ad ipsum mysticè debemus conuertere. scilicet vt conuertatur facies ad gratiarum implorationem, vt conuertatur caput ad superbiorum detestationem vt conuertatur oculus ad secretorum considerationem, alias meditationem, vt conuertatur manus ad egenorum sustentationem. vt conuertatur pes ad mandatorum obseruationem, vt conuertatur cor ad diuinorum amorem. Primum patet, quoniam qui ab aliquo vult petere, ad illum faciem conuertit & nò dorsum. Sic enim Ezechias rex gratiam vitæ longioris à Deo petere volens, propter Christum quem ex semine suo sperabat esse futurum faciem suam conuertit ad ipsum. 4. Reg. 20. Conuertit faciem suam ad parietem, & orauit dominum dicens. Obsecro domine memento mei &c. Per faciem enim intentionem mentis accipit, sed per parietem Christum donum ecclesie circumdantem, in quem iudæi vnanimiter iruerunt. psalm. 61. Irruitis in hominem vnuerfi vos tanquam parieti inclinato &c. Ad istum ergo parietem Christum conuertamus faciem, gratiam eius volentes impetrare exemplo Sarra. de qua Tob. 3. Ad te domine conuertit faciem meam peto domine &c. Secundum patet, vt enim patet, conuertet se ad aliquem, est se sibi humiliare & subiicere. quod fit facilliter quando homo considerat dolores vitæ presentis. Propter quod dicitur psal. 7. Conuertetur dolor eius in caput eius quasi dicat. Ex consideratione humane fragilitatis & miserie conuertetur caput & humiliabitur. Omnis enim miseria, omnis dolor & poena est quædam pro peccato nobis data retributio, quæ in caput nostrum conuertitur, quando ipsius consideratione homo humiliatur. Propter quod dicitur Abdia. 1. Retributionem tuam conuertet in in caput tuum. Tertium patet, sic enim zacharias se creta Dei meditari volens enigmaticè sibi ostensa, conuertit oculos suos ad illa dicens. Conuertis sum & leuavi oculos meos, & ecce quatuor quadrigæ &c. Ex ista conuersione oculorum quæ significat attentionem intellectus, vt ibi dicitur de mysterio quadrigarū fuit informatus. Quartum patet per manus autem designantur opera & maximè pietatis. Vnde ad exercenda pietatis opera dixit Rex israel armigero suo. Conuerte manū tuam, & educ me de acie, quia vulneratus sum. Magnum pietatis opus est infirmis subuenire. Sic & Deus manū suam conuertit dum nostri miseretur.

1378

Conuersione Dei multum.

4. Reg. 20.

Psalm. 61.

Tob. 3.

Psalm. 7.

Nota.

Abdia. 1.

Zach. 6.

2. par. 11. 12.

seretur. Esa. 1. Dicit dominus. Conuertam manū meam ad te, & excoquam ad purum scoriā tuā &c. Patet quintum, quoniam sic pedes suos per quos significantur affectus psal. conuerterat dicens. psal. 128. Cognoui vias tuas, & conuerteris pedes meos in testimonia tua. Sextum patet. quoniam hoc dominus postulat à nobis, dicens. Conuertimini ad me in toto corde vestro, quod sit per veram dilectionem. In parte enim cordis, & non in toto conuertitur, qui aliquid retinet in corde per illicitum amorem, quo offenditur dominus. Propter quod dicitur Eccl. 2. 1. Qui timet Deum scilicet timore filiali, qui dilectionem includit, conuertetur ad cor suum. Vt ergo omnibus istis modis conuertamur, recurramus ad Deum dicentes. Domine Deus virtutum conuerte nos &c.

3379 Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.

Hic processus vineæ scilicet ecclesie ante Christi incarnationem demonstratur. Et circa hoc duo ostendit. Primum eius statum prosperitatis. Secundum aduersitatis, ibi. *Vt quid.* Circa primum quatuor ostendit. Primum eius de Aegypto liberationem. Secundum in terra promissionis eius radicationem. ibi. *Apperuit.* Tertium eius in altum dilatationem, ibi. *Exiit eadit.* Quantum ad primum notandum, quod sicut planta nobilis in terra fertili, & mala posita transplantatur ad terram bonam vt fructus bonos afferat. Consimiliter Deus populum suum in terra Aegypti quæ idololatriæ erat dedita, ne ad idololatriam cum illis conuersando inclinaretur, abstulit de terra illa ipsum ab Aegyptiaca seruitute liberando, & per desertum quinquaginta annis perducens ad terram promissionis induxit. De qua abiectis gentilibus, in ea ipsū suum populum plantauit, dando sibi dictæ terræ promissionis possessionem. Et hoc est quod de ecclesia sub nomine vineæ psal. vt cultori dicit Deo. *Vineam de Aegypto transtulisti,* id est populum tuū vel synagogam quæ vinea dicitur. Esa. 5. Vineam domini exercituum domus israel est *transtulisti,* id est mirabiliter populum educendo de Aegypto eiecisti, gentes, scilicet idololatrias de terra promissionis, vt habetur in lib. Iosue, quasi per totum, eiciendo scilicet reges Chanæeorum &c. quorum electio fuit miraculosa & magis diuina virtute, quam humana facta. *Et plantasti eam* scilicet ecclesiam. Mystice autem hæc vinea est anima nostra, quæ merito dicitur vinea ratione multiplicis assimilationis, qua vineæ æquiparatur scilicet ratione plantationis, ratione putationis, ratione ligationis, ratione fossionis, ratione occupationis, ratione fructificationis. Primum patet quoniam sicut vinea plantatur in terra, sic anima nostra in terra corporis creatur, quamuis enim de anima primi hominis apud doctores sit dubium, vtum primum fuerit creata extra corpus, & postea vnita corpori. De aliis autem certum est quod in corpore creatur. vt ostendit Magister lib. 2. di. 17. Sicut etiam vinea non potest fructum facere, nisi quam diu in terra manet plātata, sic nec anima nisi quā diu vnita corpori manet. quia statim separata amplius non potest mereri, vt ostendit Magister lib.

4. di. 50. Vnde de plantatione huius vineæ, dicit Hiera. dominus. Ego plantauit te vineam electam, omne semen verum. Est enim hæc vinea electa ratione finis, ad quem est creata, & habet omne semen verum ratione fructus, ad quem est ordinata. Sicut enim semen in se habet virtutem fructificandi, sic dominus dedit animæ virtutem, qua fructificare possit scilicet intellectum ad ipsum cognoscendum voluntatem ad ipsum diligendum, memoriam ad ipsum continuè recordandum. Sed circa istius vineæ plantationem occurrit primum dubitatio quæ facit magister lib. 2. di. 1. dicens. Cum maioris dignitatis videtur esse anima si absque corpore permanisset, cur vnita est corpori vel in corpora plātata. Ad hoc multiplex assignatur ratio vtriusque. Secundum patet. quoniam sicut vinea putatur vt fructum plus afferat, quinimodò ne siluestris efficiatur, ideo enim putata plus fructificat & melius conseruatur, quia virtus radicis eius ad pauciores palmites transmittitur, & sic eius virtus magis vnita vigōrat, & sic putare non est aliud quam virtutem ad multos palmites disperfam ad vnum reducere. Sic & putanda est anima nostra, quia tota virtus eius ad vnum solum scilicet ad Deum est reducenda vt scilicet intellectus animæ omnibus aliis abiectis solum ad Dei contemplationem intendat. Voluntas ad Dei dilectionem, memoria ad eius recordationem. Si enim ad multa se velit ista spargere, satis facilius anima efficeretur siluestris & infructuosa. Et si queras. Nonne mihi licet cogitare de familia mea, diligere eam, & similia. Respondeo quod non ratione familie tuæ, sed solum ratione Dei, sic quod omnia, quæ cogitas tendas ad Deum &c. De ista punitione dicitur Leui. 25. Sex annis putabis vineam tuam, septimus autem annus requietionis erit, non putabis eam. Sex anni putationis sunt sex vitia quæ ab anima debemus putare scilicet vanas cogitationes, prauas delectationes, astutas machinationes, falsas locutiones, prauas operationes, & mundanas occupationes. Quibus sex ab anima amputatis, annus septimus requietionis habebitur. Sed aduerte quod in putatione oportet tempus obseruare debitum sicut in tempore incongruo vineam putares, nihil proficeres, sic & in ista spiritali putatione, cuius putationis tempus debitum est solum vita presens. Can. 2. Tempus putationis aduenit. Ideo de illis qui tempore isto vineam putare negligunt, conuenerit dominus dicens. Posuit vineam meam desertam. patet quoniam sicut vinea putata ligatur ad palum, ne ad terram corruat, sic anima putata à prædictis vitiis, ne iterū ad terram id est ad vitia & terrena cadat, ad Christum per amoris vinculum ligari debet, quia sine Christo casum peccati vitare non potest. In cuius figuram quando tempore Christi passionis ipse in horto volens orare, à discipulis se diuidens, at statim ipsi dormiebant nec poterant vigilare ad significandum quod sine ipsius sustentatione nullum bonum valeamus facere, sed neque dormitacionem peccati vitare. Et ideo ad Christum vitem animæ suæ ligauerat Paulus qui dicebat. Christo affixus sum cruci. Quartum patet. Postquam enim vitis est plantata & ligata, tunc foditur, vt plus humoris habeat, & tunc melius foditur quando pluuia præcesserit, quæ terram aliquantulum irrigauerit. Sic spiritaliter est faciendum de vinea animæ. Vbi sciendum quod fodere est terram clausam aperire, & il

PSALM. LXXIX. 671  
lam partem, quæ subtrus manebat absconsa, verte re, & ipsam desit per facere manifestam. Hoc autem facit spiritaliter confessio, quæ occulta peccata sacerdoti facit manifesta, & sic humorem dat animæ, dum Dei acquirit gratiam. prouer. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur, qui autem confessus fuerit &c. misericordiam consequetur. Quintum patet. Sicut enim inter omnes arbores vinea vt fructum faciat maiorem, requirit occupationem, vt experientia docet, sic & anima nostra vt fructus afferat multum, requirit diligentiam, quod satis patet, si consideres quot & quales habet inualores, qui eius fructum impedire querunt. Vnde si quis ociosus ster contra animæ hostes, statim hæc vinea dissipatur. prouer. 24. Transiui per vineam hominis pigri, & ecce totum repleuerat viticæ, operuerat faciem eius spinæ, maceria lapidum destructa erat. quia statim cum custodia animæ negligitur, viticæ quæ pungunt, licet non lacerent, scilicet vanæ cogitationes ipsam replent, consequenter spinæ, quæ vulnerant scilicet malæ delectationes ipsam operiunt, ex quibus maceria lapidum scilicet virtutum congeries dissipatur. Vnde talis merito dicere potest illud Can. 1. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui. Sextum patet. quia sicut super omnia ligna vitis dum viuunt in radice ratione fructus est nobilior, sicut & anima dum in radice charitatis manserit fructum nobiliorem Deo reddit, immo solū talis vitis fructum Deus acceptat ad meritum. Sic e contrario sicut vitis à radice separata inter omnia ligna contemptibilis lignum est & solum igni aptum (vt ait August. super Ioan.) sic & anima nostra si à radice charitatis separata fuerit, ad nihil valet, nisi vt in ignem mittatur & ardeat. Et hoc est quod dicitur Eze. 15. Factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis memorum? Nunquid tollerit vt ex ea fiat opus quasi dicat non. Sequitur. Ecce igni datum est. De hac ergo vinea dicat Deo psal. *Vineam de Aegypto transtulisti* per Aegyptum intellege statum peccati. *Eiecisti gentes* scilicet Antiorum Pherezum &c. quæ diuersa peccata significant vt habet versicu. 1337. *Et plantasti eam,* scilicet in gratia.  
Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram.  
Hic ostendit ecclesie in terra promissionis radicationem. Quantum enim ad literam ostendit psal. qualiter ecclesiam suam sine synagogam iudeorum eduxit Deus per desertum, & induxit in terram promissionis, dicens. *Dux itineris fuisti in conspectu eius,* quia Deus præcedebat per desertum iudeos per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vt dux esset itineris vtroque tempore. vt habetur Exo. 13. *Plantasti radices eius,* scilicet sanctos patres, vt Iosue, Dauid, Esaiam, Hieremiam, ceterosque sanctos patres & prophetas, in quibus tanquam in radicibus viuēbat synagoga. Hiera. 12. *Plantasti eos & radices miserunt.* Et sic impleuit terram, quia mirabiliter in paruo tempore multiplicabantur quod fiebat virtute diuina.

Vinea dicitur anima nostra.

Louis.

Iohel.

Gala.

Iam

A Vnde psal. 103. Omnia in sapientia fecisti domine, impleta est terra possessione tua Per hoc enim quod synagoga sic Deus deduxit & multiplicauit, vult ostendere quomodo Deus ecclesiam noui testamenti gubernat. Nam filius Dei assumpta humanitate nostra, ductor fuit ecclesie, qui de seipso dicit. Ego sum via veritas & vita, Ioan. 14. Vnde de isto duce ex iudeis nato dicitur ipsi synagoge. Matth. 2. Ex te enim exierit dux qui regat populum meum israel id est ecclesiam quæ per fidem Deum contempletur. *Plantasti radices eius.* Sicut enim antiqui sancti & prophete dicebantur radices synagoge, sic & sancti apostoli & prædicatores eorumque successores, radices sunt ecclesie, ex quibus ecclesia creuit. Plantauit ergo radices eius, quando sanctos apostolos & prædicatores elegit, & per spiritum sanctum confirmauit. Et sic etiam impleuit ecclesiam, quando ipsos per manum misit prædicare euangelium omni creature. Hiera. 23. Cælum & terram ego impleo, dicit dominus. Cælum implet dum iustos gratia replet, sed terram implet, dum prædicationem fidei spargit per omnem terram. psal. 18 In omnem terram exiit sonus eorum. Moraliter autem notandum, quod hodie multi à malis ducibus male ducuntur contra Christi ducatum. Nam ducuntur hodie aliqui illecebrosa sensualitate, perniciosa familiaritate, præsumptuosa temeritate, malitiosa seueritate. Primum patet. Nā illi qui non ducuntur secundum virtutem, sed secundum passionem, tales ducuntur illecebrosa sensualitate, & non viuunt secundum bonum honestum, sed secundum delectabile. Sic ductus fuit iuuenis ille vecors, quem mulier meretrix vultu placito, sermonibus blandis & labiis pertrahit, & sequitur eam quasi bos ductus ad victimam. prouer. 7. Sed iste ducatus est malus, quia ducit ad mortem. vide ad Gal. 4. Spiritu ambulat, & desideria carnis non persequitur. & infra. Si spiritu ducimini, non estis sub lege, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuētis. Secundum quidam dicuntur perniciosa familiaritate. Familiaritas enim vel societas mala ad vitia multa ducit. Quam vitandam ostendit Seneca epistola 18. dicens. Si vis peregrinationes tuas habere iocundas, committam tuam sanam, habebit tibi auaritia, quam diu auaro, sordidoque coniunxeris, hætebit timor, quam diu cum superbo conuersaberis, & rixas habebis. Si vis vitius exui, longè à vitiorum exemplis recede, & ad meliores transi. De tali ductore peruerso dicitur. Vir iniquus lactat amicum suum, & ducit eum per viam non bonam. Tertio ducuntur aliqui præsumptuosa temeritate, quales sunt aliqui qui proprio sensui nimis adherent. Imperita enim rusticitas plurimos decipit, & hoc propter inexperientiam. Vnde passio iuuenis est presumptio, timiditas vero senum, vt dicit tullius. Et de talibus verificatur illud Matth. 15. quod sunt ceci & ducuntur eorum. Quartum quidam ducuntur in malitiosa seueritate, sicut tyranni & potentes subditos tyrannice ducunt. Vnde de ipsorum subditis dicitur Esa. 5. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame &c. Sed contra quatuor prædicta. Christus dux non ducit in suo ducatu quatuor virtutes in seipso ostendit necessarias, qui alios habet ducere, quando ducit discipulos suos in montem excelsum, & coram eis transfiguratus est. Matth. 17. Vbi apparet quod Christus exemplum quadruplex dedit prælaris. Primum

psal. 103. Ioan. 14. Matth. 2. Iohel. 2. Hier. 23. psal. 18. Dux multi. prou. 7. Prælaris malis. Seneca libro 19 epistola. 104. Prouerb. 16. Matth. 15. Esa. 5. Dux dicitur Christus. Matth. 17. Primum

Primò vt subditos ducant in montem excelsum, scilicet rationis, ne sensualitas rationi prædominetur, contra primùm. Secundò vt eos associent cum Helia & Moysè per honestatem conuersationis, contra secundum. Tertio vt humiliter uiuant & alta de se non præsumant, vnde discipuli ceciderunt in facie suam. Quarto vt prælati non domini sed patres se esse cognoscant. Vnde ibi paterna vox audita est supra Christum, vnde de Christo dicitur. Ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator.

Sapient. 7.

1381

**Operuit montes umbra eius, & ar busta eius cedros eius.**

Hic ostendit ecclesiæ in altum elevationem. Hoc ad literam dicit de synagoga, quæ postquam plantata fuit in terra promissionis, altis honoribus & dignitatibus fuit exaltata, & à circumstantibus gentibus & regibus honorata, sicut tempore Dauid, qui subiugauit sibi gentes per circuitum, & reges scilicet Philistinorum Moabitum, & regem Sabba &c. vt habetur. 2. Reg. 8. Etiam tempore Salomonis de quo dicitur. 3. Reg. 10. Magnificatus est rex Salomon super omnes reges terræ diuitiis & sapientiâ, & omnes desiderabant videre vultum Salomonis. Quod notans psalm. dicit. *Operuit montes umbra eius &c.* Per montes altos & cedros intelligit alta regna & ipsorum reges, quos umbra id est nomen & fama synagoga & regum eius operiebat. Per hoc vult ostendere psal. exaltationem ecclesiæ fidelium, quæ sibi subiecit reges mundi & principes, vt etiam totius orbis princeps imperator Romanus gloriatur, se Christi subditum vocare. Vel aliter mysticè loquitur de synagoga, cuius montes erant prophetae, quos operuit umbra, quia prophetae in figuris & vmbaticè loquebantur. Vnde umbra synagoga fuit circuncisio scilicet baptismus & huiusmodi, quæ prophetae sub figura loquebantur. Ideo velamentis figurarum quasi umbra fuerunt operi. Per cedros autem intellige altos & superbos, sicut fuit Nabuchodonosor, Holofernes, Antiochus, & similes, quos tamen synagoga operuit, & sibi subiecit. Et hæc omnia figura erant ecclesiæ Christi, quæ operit omnes prophetas per oppositum, id est, aperit, & superborum sibi subiecit colla.

Dignitas er-  
leptia

1382

**Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propa- gines eius.**

Hic ostendit ecclesiæ dilatationem. Vbi aduertendum quod tempore Iosue, filij israel habuerunt possessionem terræ promissionis, sed succedente tempore scilicet Dauid & Salomonis multum ipsorum possessio fuit dilatata, intantum quod ab vna parte pro termino habebat mare occidentale, ab alia vero parte pro termino erat fluvius magnus Euphrates. Sic enim eis promiserat Deus dicens. Si custodieritis madata mea à flumine Euphrate vsque ad mare occidentale erunt termini vestri, quod impletum fuit tempore Salomonis. Et hoc notans psal. dicit. *Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propa- gines eius.* Per

Deuto. 11.

palmites intelligit filios qui nascuntur ex patribus, sicut palmites ex vitâ, & similiter intelligit propa- gines pro genitis filiis à patribus. Per hoc vult psalm. ostendere ecclesiæ Christi dilatationem, quæ toto orbe terrarum diffusa est. Hinc autem moraliter potes notare, quod termini ecclesiæ ad quos se extendit, sunt duo scilicet mare & flumen. Per mare significatur pœnitentiâ à qua inchoatur ecclesiâ, vide, versiculo 1171. Per flumen vero intelligit spiritum sanctum quo perficitur, dicente Christo. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu sancto &c.

**Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindiamant eam omnes, qui prætergrediuntur viam.**

Hic agitur de statu ecclesiæ tempore aduersitatis. Et primò ponit synagoga inuasionem. Secundo eius dissolutionem, & *Exterminauit eam aper de sylua.* Quantum ad primùm sciendum, quod filij israel postquam fuerunt introducti per Iosue in terram promissionis, quamdiu conueuerunt Deum & serua uerunt eius præcepta, erant vallati angelorum custodia, sicut vinea maceria circumdatur vt à transleuitibus sit tuta. Vnde Esa. 62. Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, &c. Tuncque synagoga tuta manebat, nec ab hostibus poterat damnificari. Sed statim dum ad idololatriam declinauit, angelorum custodiam perdidit, & à gentibus conculcabatur, vt patet per totum librum iudicij. Vnde traditi sunt quandoque in manu regis Mesopotamiæ, aliquando in manu regis Moab, & sic de aliis, vt patet iudic. 3. Hoc ergo notans psal. dicit. *Vt quid destruxisti maceriam eius &c.* id est vt quid remouisti angelorum custodiam à synagoga qua remota dissipatur & vindiamant à gentibus per circuitum. Ad hoc potest responderi, quod hoc sibi accidit propter idololatriam, & contempnum mandatorum Dei. Et vt dicit glo. hoc accidit synagoga, quia superba fuit aduersus plantatorem, & non solum occidit seruos, ad se missos, sed etiam filium heredem, vt Christus ostendit. Matth. 21. Hoc etiam mysticè intelligitur hodie de ecclesiâ Romana, quæ quia ad idololatriam per simoniam deuenit, & per superbiam dominati appetens non proficere, à Deo videtur derelicta. Vnde ab omnibus prætergredientibus scilicet tyranis & populis, qui legem prætergrediuntur, conculcatur, & vindiamant, quia vnus accipit vnâ partem, alius aliam, ita vt hodie pauca sub potestate summi pontificis conferenda remanserunt. Marcia est clara, nõ indiget expositione. Et nota quod hæc maxime destruxit ecclesiâ. Primò electorum malitia. 3. Reg. 19. Dereliquerunt pactum meum filij israel, altaria tua destruxerunt. Secundò regum & principum auaritia prouerb. 29. Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. Tertio mulierum malitia, prouerb. 14. Mulier sapiens edificauit domum suam, insipiens constructam manibus destruet.

1383

1384

**Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam.**

Hic ostendit synagoga dissolutionem. Synagoga

1385

1386

1387

1388

1389

gat èpore iudicij fuit vindemata: sed tamè remanebat in terra sua plantata: sed postea multiplicatis eorum peccatis, ex toto fuit exterminata. Vbi nota quod exterminare proprie dicitur aliquid extra terminos suos ponere. Fuit ergo extrema vindemia synagoga, & non solum vindemiata quado fuit capta, & extra terram suam ducta, sicut fecit Nabuchodonosor rex Babylonis. 4. Reg. vlt. Antiochus èpore Machabeorum. 1. Mac. 1. Romani principes. Luc. 19. Istas ergo captiuitates futuras iudeorum præuidens psal. ait. *Exterminauit eam aper de sylua.* Vbi aduerte quod per aprum de sylua intelligit Nabuchodonosor regem Babylonis, qui sic dicitur: quia ab hominibus eiectus in siluis cum bestiis habitauit: vt habetur Dan. 4. Sed per singularem ferum accipe principatum Romanum, sic dictum propter singularitatem domini & exterminationem ciuitatis Hierusalém: populi ac tēpli destructionem. Vnde hic ait gl. *Singularis ferus depastus est eam.* Titus princeps Romanus, qui reliquias iudeorum terribiliter depascens cōsumpsit. Qui dicitur singularis. i. superbus. Vnde hic idè est aper & ferus. Romanus exercitus. Per hoc autè vult ostendere psal. crudelē persecutionem ecclesiæ, quæ erit èpore Antichristi, quæ excedet omnē persecutionem præteritā: intantum quod illo èpore etiã electos multos prosternet & superabit: vt ostendit Greg. 3. mor. c. 13. Qui dicitur aper siue ferus à feritate vel crudelitate sic dicitur.

1385

1386

1387

1388

1389

1390

1391

1392

1393

1394

**Deus virtutum cōuertere, respice de cælo & vide, & visita vinea istam.**

Hic ostenditur status ecclesiæ perfectus post aduentum Christi. Et diuiditur in sex partes, scilicet de ecclesiâ psal. sex futura prædixit. Primò quod ecclesiæ Deus reconciliabitur. Secundo quod per Christum ecclesiâ fundabitur, ibi. *Et perfice.* Tertio quod synagoga terminabitur, ibi. *Inmensa.* Quarto quod filius Dei incarnabitur, ibi. *Fiat manus.* Quinto quod si des cōfirmabitur, ibi. *Et nõ dis edin. us.* Sexto quod hodie ecclesiâ beatificabitur, ibi. *Domine Deus.* Quantum ad primū sciendum quod quauis Deus in se sit immutabilis, p effectus tamè mutabilis dicitur. Sic enim dicimus ipsum de irato fieri placatū, quado peccatoribus parcit: de placato fieri iratū, quado contra peccatores irā suā ostendit. Similiter ipsum dicimus cōuerti, quado nos aduersos ad se cōuertit. Et isto mō loquitur hic psal. dicens. *Domine Deus virtutum. i. angelorū. cōuerte e.* nos aduersos ad te cōuerte. *Respice de cælo.* Respicere. n. Dei nihil aliud est quā nos ad pœnitentiā vocare & ad gratiā vnde s. ver. 493. Vnde & Greg. ait. Respicere quip pe Dei est ea quæ perdita sunt ad suā gratiā reformat. Vñ scriptū est. Rex qui sedet i folio suo dissipat omne malū inuitu suo &c. *Et vide.* Quid enim est Deo videre, nisi nos facere videre. *Vide ergo & visita vinea ista:* nihil aliud est, nisi fac eam te videre & cognoscere, quod faciet si videat seipsam. i. peccata sua cognoscat. *Et visita. i. sana ipsam in fir mō,* sicut medicus infirmū visitat vt ipsum sanat. Per hæc. n. omnia prædicit psal. Deū hominibus per aduentum suum reconciliari. Nota quod Deus in scriptura multis modis dicitur cōuerti, cōuertitur enim peccatores cōuertendo, afflictos liberando, misericordiā cōferendo, defunctos suscitando, tribulatos consolando, obstinatos punien-

1385

1386

1387

1388

1389

1390

1391

1392

1393

1394

do. Primum patet, sicut enim in peccado nos primò auertimur à Deo, & consequenter ipse auertitur à nobis, sic per oppositum in penitendo primo ipse conuertitur ad nos: & consequenter nos ad ipsum. Quis enim lapsum Petrum ad statum pœnitentiæ reduxit, nisi domini conuersio, quæ ipsum peccatum suum cognoscere fecit & penitere. Luc. 22. Conuersus dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus &c. & egressus foras fleuit amare. Sed quomodo tunc dominus cōuersus Petrum respexit, cum in eodè loco nõ essent. Ad hoc respōdet Aug. in de cōsensu euāgeliorum dicens. Quomodo autem sit accipiendum, quod cōuersus dominus Petrum respexit, cōsiderandum est, quia tunc Petrus erat in atrio foris, & nõ intus, vbi Christus examinabatur, nõ ergo dominus conuersus respexit Petrum facie corporali. Quapropter conuersio illa & respectio spiritualiter intelligitur facta: sicut alibi scriptum est. Respice & exaudi me, & conuere domine, & libera animam meā. Sic arbitror dictum: & cōuersus dominus respexit Petrum. Vnde Hic. 15 dicitur. Hęc dicit dominus, si cōuerteris, cōuertam te. Secundū patet, affligit enim Deus primò peccatores, vt ex pœna cognoscant seipsos, quod cum se cognouerint, ipse ad ipsos se conuertit, & ipsos cōsolatur. Et hoc est quod dicitur psal. 70. Quantas ostēdisti mihi tribulationes multas & malas: & cōuersus viuificasti me, & de abyssis terræ iterum reduxisti me. Vbi gl. q. d. Immisisti mihi passiones & tribulationes: & meritò, quia recessi ab eo, quod per se bonum est, & beatitudo. Et ideo miser factus sum. Ostēdisti, dicit quod scit illas prodesse, multas quantitate malas qualitate. Ecce iusticia in peccatis, sed hæc disciplina qua me flagellasti admonitio fuit cōuersionis, nõ desideratio captiuitatis. Vnde sequitur. Et tamen tu conuersus. s. dum me conuertisti viuificasti me. Ecce clementia in conuersis. Et de abyssis terræ. i. de submersione peccati, iterum spe reduxisti me. Primò enim cum natura nostra verbo Dei vnita propter nos surrexit, reduecti sumus de abyssis terræ, iterum cum credimus in eum, & redimus in eum. Et sic prima resurrectio animæ, quæ spe iam surrexit cum eo. Vnde apostolus. Si conuertistis cum Christo. Vnde dicit hic, iterum reduxisti me. Item secundò iterum reduximus, quado postea corpore resurgemus. Vnde postea dicit. Iterum reduxisti me. Vnde tunc anima dicere potest illud Cant. 7. Ego dilecto meo, & ad me conuersio illius. Tertium patet, Nõne magna est conuersio, dum furor in clementiam, & ira conuertitur in amorem? Dum enim in peccatis manemus, furor Dei contra nos exardescit, sed ipse sua clementia cōuersus furorem suum in amorem nostrum cōuertit. Esa. 12. Confitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Et sic ipse conuersus iram suam conuertit in misericordiam. Sic enim dicitur. 2. Mac. 8. Ira domini in misericordiam cōuersa est. Quartum patet. Cōuersio enim eius ad nos defunctis spiritualiter confert vitam. psal. 84. Deus tu conuersus viuificabis nos &c. Et hoc fuit quado per incarnationem suam fuit conuersus. Et vide mirabilem conuersionem. Deus primo fecit hominem: postea per conuersionem simplicem homo fecit Deum, quando, s. misit Deus filium suum factum ex muliere &c. ad Gal. 4. Vnde glo. Deus

Luc. 22.

Augustin.

Hierem. 15.

Psalm. 70.

Cant. 7.

Esa. 12.

2. Mac. 8.

Psalm. 84.



**Gala. 4.** tu conuersus uiuificabis nos. q. d. Deus tu non extendes iram tuam, sed potius tu conuersus ab ira tua in aduentum filij tui uiuificabis nos. Quinrum patet. Sicut enim pater aduertens faciem tristitiam ingerit filio, sic postea ad ipsum conuertens faciem, ipsum consolatur. psal. 70. Multiplicasti magnificentiam tuam, & conuersus consolatus es me. Et si Deus quandoque iustis flagella multiplicat, conuersus tamen eos per scripturas consolatur & pramiat. q. d. secundum glo. Et si Deus suos districtè castiget, ipsos tamen tristes non sinit. Sextum pater. Nunc enim Deus ad nos faciem vertit, vocat nos, veniam premitit, vt conuertamur ad ipsum: sed si quis obstinatus permā ferit, ipse conuersus à misericordia ad iustitiam, à venia ad vindictam, æternaliter punit illos. Vnde **Ioel. 2.** Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Solis & lunæ nomine Christum intellige. Dicitur enim sol ratione suæ claritatis, luna ratione suæ tractabilitatis. Luna enim facile mutatur: quia modo plena, modo vacua. Sic & Christus in vita præsentis à nobis tractabilis est, quia ipsum iratum facilius poenitentia placamus, & ipsum placatum facilius peccatis irritamus. Tenebrarum autem nomine poena inferni designatur, iuxta illud **Matt. 22.** Projicite eum in tenebras exteriores. Per sanguinem autem accerbiteram vindictæ intellige. Sol ergo conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, quando Christus erga damnatos conuertetur à misericordia ad penam, à tractabilitate suæ misericordiæ ad rigorem vindictæ. Vnde **Esa. 34.** Dies ultionis domini, & conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur, & erit terra eius in picem ardentem nocte ac die, & non extinguetur in æternum.

1386

Et perface eam, quam plantauit dextera tua: & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Hic ostenditur quod ecclesia in Christum fundatur & perficitur. Vbi notandum quod status synagoga & legis antiquæ perfectus non erat. Propter quod dicit apostolus ad **Hebr. 7.** q. nihil ad perfectum duxit lex, quia neminè iustificatione perfecit lex. Et si enim aliqui tunc fuerunt perfecti, non tamè virtute legis, sed per fidem Christi fuit. Legis ergo perfectio reseruabatur Christo. Propter quod ipse ait Non veni legem soluere, sed implere. i. perficere. quod & fecit, quia præcepta moralia adimpleuit superaddendo cõsilia. Præcepta iudicialia perfecit rigorem poenitentia temperando, vt homines cauerent à malis, & bonis insisterent magis amore iustitiæ quam timore poenæ, quod est propriè perfectorum. Vnde quidam ait Oderunt peccare mali formidine poenæ, oderunt peccare boni virtutis amore. Præcepta vero ceremonialia, quæ tantum figuratiua erant, adimpleuit in sua incarnatione, passione, resurrectione &c. cuius erant figuræ & loco illorum sacramenta instituit, quæ gratiam cõferunt & introducunt ad gloriã, quod facere nõ poterat sacramenta legis antiquæ. Hæc omnia præuidens psalmista, postulat ecclesiæ pefectione, vt super Christum lex perficiatur, & hoc per legem euangelicã per quã ecclesia perficitur. Et hoc est quod

Hebra. 7.

Matth. 5.

Perfecit Christus legem.

Subditur super filium hominis quæ confirmasti tibi. Per filium enim hominis Christus intelligitur, ad differentiationem aliorum qui sunt filij hominum. scilicet ex patre & matre. Christus autem ex matre sine patre. Et hunc filium hominis Deus cõfirmavit sibi. scilicet per vnionem hypostaticã, quæ talis cõfirmationis est quod illud quod semel assumptum nunquã dimisit, vt ostendit magister lib. 3. dist. 21. Si ergo quæras quomodo debeat ista vinea perfici, scilicet ecclesia, & super quem debet fundari, respondeat psal. super filium hominis quæ confirmasti tibi. Sic, n. dicebat Christus de seipso **Matt. 16.** Super hæc petra ædificabo ecclesiã meam.

Incesa igni, & suffosa, ab increpatione vultus tui peribunt.

Hic ostendit quod synagoga terminabitur. Vbi sciendum quod quasi tota lex antiqua & synagoga stabat in sacrificiis. quæ igne cremabantur, quorum sacrificiorum combustorum cineres in certo loco sepeliebantur, & sic illa sacrificia, quæ per synagogã designantur, dicuntur igni succensa, quia cõburebantur, & etiã dicuntur suffossa: quia cineres in fossã ponebantur, vt patet **Leui. 1.** De istis ergo sacrificiis quod cessare deberent in aduentu Christi dicit psalmista. *Incesa igni & suffossa.* i. in terra suffosa posita, ista in quam talia peribunt. Et hoc ab increpatione vultus tui. Per vultum enim Dei intellige Christum, de quo psalmus. 44. Vultum tuum depræcabitur omnes diuites plebis. Iste in quã vultus illa antiqua sacrificia increpauit quãdo nouæ legis sacramenta instituit, quia illa solum erant figuratiua, sed adueniente figurato cessat figura. Vel aliter secundum Nico. per istum vultum vult psalmista intelligere sacerdotes iudeorum, qui in vltionem mortis Christi à Romanis fuerunt obfessi, & tandem incendio templi aliqui combusti, aliqui vero fugerunt ad subterranea loca: vbi capti tandem fuerunt & interfecti. Ideo de ipsis ait. *Incesa igni & suffosa ab increpatione vultus tui peribunt.* quia ex rigore diuinæ iustitiæ quæ hic dicitur increpatione, in vltionem mortis Christi perierunt. Vel aliter magis mysticè secundum gl. Vult enim quod peccata sunt duplicia, quia quedã sũt ex cupiditate, & ista dicitur incensa, & quedã ex timore, & ista dicitur suffosa. Vnde ait sic gl. Peccata dicitur: sed incensa sunt peccata illa, quæ facit ardens cupiditas suffossa dicitur illa, quæ facit timor malè iacens. Et sunt hæc omnia criminalia, quia omnia peccata sũt vel propter cupiditatem, vel propter timorem. Quæ enim non capit cupiditas vincit timor. Percurtamini cõscientias, ininterrogate corda vestra vtrũ possint esse peccata, nisi aut timendo aut cupiendo Omnia peccata dicitur res faciunt in homine scilicet cupiditas & timor, sicut e contra amor Dei & timor eius ducunt ad omne bonum. Amas vt bene sit tibi, times, ne tibi malè sit. Hoc age in Deo, non in sæculo, vterque amor incendit, vterque timor humiliat, sed aliter & aliter. Ait ergo, *incensa igni.* i. peccata quæ veniunt ex amore malè incendunt. Incendit enim vterque amor. *Et suffossa* id est peccata quæ veniunt ex timore malè humiliant. Humiliat enim vterque timor. *Peribunt ab increpatione vultus tui* id est filij tui. Hæc est facies quæ peccata delet. Quid enim increpauit Christus, nisi peccata.

Fiat

Fiat manus tua super virum dextera tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Hic ostenditur Christi incarnatio. Namque dextera Dei vir dicitur. Christus, quia sedet ad dexteram patris. Qui singulariter dicitur vir à virtute, quia omni virtute & gratia plenus: de quo dicitur **Hiere. 31.** Nouũ faciet dominus super terrã, mulier circumdabit virũ. de quo vide supra. **verf. 65. 7.** Manus autem domini super istum virum facta fuit, quãdo mirabili potestate absq; virili semine spiritus sancti virtute iste vir in vtero virginis fuit formatus. Ideo dicitur: Nouũ faciet dominus super terrã, mulier circumdabit virũ. Ista operatione diuinæ virtutis ad istũ virum in vtero virginis fabricandũ petit psalmista ad effectum deduci, dicens. *Fiat manus tua.* i. virtus tua super virũ dextera tua. i. Christum ad ipsum formandum. Et quod de viro viro. Christo filio virginis loquatur. Ideo subdit *Et super filium hominis quem confirmasti tibi.* Hic enim ly, &, stat pro. i. super filium Mariæ, quæ confirmasti tibi. i. in consilio æternitatis tui firmiter disposuisti ipsum tibi vnire hypostaticè. Istum intellectum habet glo. dicens. *Fiat manus tua* &c. i. operatio tua ad effectum promissa ducat, & precatur operationem sanctæ incarnationis. Notandũ autem quod dicit super virum, vocat enim Christum singulariter virum, nec immerito: quoniã multis rationibus Christus præ omnibus aliis vir potest nuncupari. Primò ratione ætatis. Ætas enim virilis, & viribus magis abundans est ætas triginta trium annorum, in qua ætate Christus fuit passus vt ostendit Magister lib. 4. dist. 44. Secundò ratione perfectionis & virtutis spiritualis. Vir enim à virtute dicitur. Ipse autem præ omnibus aliis omni virtute fuit plenus à sua conceptione tam moraliter quam theoretica. Vnde ipse solus in vtero matris existens à virtute vir dicebatur. **Hiere. 31.** Mulier circumdabit virum. i. hominem virtutibus plenum. **Esa. 4.** Apprehendent septem mulieres virum vnum. i. septem virtutes Christum. Tertiò ratione dispensationis. Vir enim idè est q. maritus, vel sponsus. **Matth. 1.** Iacob genuit Ioseph virum Mariæ. Sic Christus solus propriè dicitur vir, quia ipse solus est totius ecclesiæ sponsus. **2. Cor. 11.** Despondi enim vos vni viro virginè castã exhibere Christo. Vnde Theophilus super Ioan. ait. Nullus alius vir est ecclesiã, nec sponsus, nisi solus Christus, omnes autem alij paranimphi sunt, sicut & precursor. Nullus enim bonorum largitor est, nisi Christus, omnes vero alij ministri bonorum sunt quæ dantur à Deo. Vnde & de isto viro Christo dicit Petrus. Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in nobis virtutibus & signis, quem vos interemistis.

Et non discedimus à te: uiuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

Hic ostendit quod fides per Christum cõfirmabitur. Vbi notandum, q. differentia est inter sanctos patres noui testamenti, & antiqui. Licet enim antiqui sancti inhaerent Deo per fidem, tamen in gratia in præsentis vitæ cõfirmati non erant. Vnde & alij quando errabant sicut Abraham, quando ingressus **In cog. Tom. j.**

1389

Esa. 4.

Matth. 1.

2. Cor. 11.

Theoph.

Actuum.

Amor et timor esse peccati.

us est in Aegyptum dixit vxorij suæ. Noui quod pulchra mulier sis: & cum te viderint Aegyptij dicitur sunt, vxor ipsius est, & interficient me, & te reseruabunt. Dic ergo obsecro, q. soror mea sis. Quãuis, n. verè soror eius esset. i. cõsobrina, tamè hoc dicit ad finem quod illi crederent, quod nõ esset vxor eius. Cũ ergo Deus sic verba accipiat, sicut ille qui loquitur illa vult intelligi, sequitur q. Abraham in hoc mēdacium dixit. Similiter quãdo ducebat Isaac ad immolandum, dixit pueris suis, quãdo fuit prope locũ. Expectate hic donec puer & ego reuertamur ad vos, & tamen intentionis suæ erat immolare puerũ & non reuerti cũ ipso vt habetur **Gen. 22.** Sic ergo quia omne peccatũ ex industria, sequitur quod illi patres amore vel timore quandoq; discedebat à Deo. Patres autem noui testamenti, & apostoli sic per spiritum sanctũ fuerunt cõfirmati, quod amplius à Deo discedere nõ poterant, quod ostendit apostolus dicens. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, famines, nuditas, &c. Certus sum, n. quod neq; mors neq; vita, neq; instantia, neque futura, neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Et hoc præuidens psalmista in persona patrum noui testamēti qui Christi fidem fundauerunt, & apostolorum, d. *Et non discedimus.* i. nõ discedemus à te, scilicet post spiritus sancti missionem. *Et uiuificabis nos.* Hic reddit causam scabilitatis fidei. q. d. Tu per spiritum sanctum uiuificabis nos, & ideo non discedimus à te, per spiritum cõfirmati. Et nota quod uiuificatõ cõponitur ex viuo & facio. cis. quasi viuum facere. Cum igitur gratia spiritus sancti sit vita animæ, sequitur q. in missione spiritus sancti Apostoli recipientes gratiam spiritus sancti uiuificati sunt. *Et nomen tuum inuocabimus.* Quid autem sit inuocare nomē domini, vide sup. **ver. 204.** Inuocamus autē nomē domini in præsentis & in futuro. In præsentis fideliter orando, in futuro ipsum æternaliter laudãdo.

Domine Deus virtutum conuertere nos, & ostende faciem tuam & saluum erimus.

Hic ostenditur quod ecclesia finaliter beatificabitur. Iste versiculus ter in isto psalmo ponitur, & causa dicta est **verf. 1378.** In ista autem vltima repetitione vult ostendere, quod in visione Christi erit cõpleta beatitudo nostra, quæ ad animam ex visione diuinitatis Christi, & quod ad corpus ex visione humanitatis eius. Propter quod ipse ait. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti. Iesum Christum, Christus autem hic per Dei faciem intelligitur, vide **verf. 150.**

Exultate Deo adiutori nostro, & inuocate Deo Iacob.

Iste titulus huius psalmi est hic. *In finem pro torcularibus ipsi Asaph psalmus quinta sabbati.* Ad cuius intellectum literalem notandum quod iste psalmus cõmuniter cantabatur in tēplo in festo **H h h 2** ruba.

Geno. 22.

Apostoli cõfirmati fuerunt.

Rom. 8.

1390.

Beatitudinis consistit in Christo. Ioan. 17.

1391.

rubarum, quod incipiebat prima die septembris quæ apud Hebræos est in nouilunio propinquo-  
 ri æquinoctio autumnali, siue sit ante æquino-  
 ctium siue post, siue in ipso æquinoctio. Illo enim  
 tempore communiter in terra promissionis quæ  
 est terra calida, completæ sunt vindemiæ, & cæ-  
 teri fructus sunt collecti. Vnde in festo tubarum  
 fiebat sacrificium de vino nouo expresso de tor-  
 cularibus, & fiebant libamenta sacrificiorum  
 in templo. Et sic iste psalmus erat gratiarum actio  
 pro fructibus recollectis, Et sic est sensus literalis  
 tituli. Iste psalmus dirigens nos in finem attri-  
 buitur ipsi Asaph. tanquã auctori, & est pro tor-  
 cularibus. s. est gratiarum actio pro torcularibus.  
 id est pro vino collecto ex torcularibus expresso  
 quod autem additur *quinta sabbati*, non potest ac-  
 cipi secundum literam, sed nos mittit ad signifi-  
 cationem mysticam quam habuit propheta. Vbi  
 sciendũ quod quinta sabbati, dicitur quinta dies  
 septimanæ quæ sabbatum dicitur, vt patet versu,  
 609. & 775. Quinta aut die septimanæ fecit Deus  
 ex aqua pisces & volatilia, sed piscibus in aquis  
 infra remanentibus, aues volat ad alta, per quod  
 sacramentũ baptisimi significatur, quo renati ali-  
 qui sunt tanquam aues qui scilicet, temporalibus  
 contẽptis, mentes sursum eleuantur ad celestia.  
 Alij vero tanquam pisces qui in fluctibus huius  
 sæculi remanent curiosi. Per torcularia autẽ ec-  
 clesiam intelligit, quia sicut in torculari tria sunt  
 s. pressura & vinum & acinũ, quorũ alterum repo-  
 nitur. s. vinũ, & alterum proicitur. s. acinum. Sic  
 in ecclesia est pressura tribulationum & pondus  
 passionum, per quod fit discretio bonorũ & ma-  
 lorum, quos tamen eadẽ sacramenta coniungũt.  
 Sicut enim racemus in vite simul habet vinum &  
 acinum, sic bonis & malis communia sunt sacra-  
 menta. Et sicut vinum pressura torcularis expre-  
 sum reconditur, sed acinum proicitur, ita accedẽ  
 te pressura tribulationis, iustus iustior fit, & for-  
 didus magis fordescit. Sic ergo torcularia eccle-  
 siam significant. Est ergo sensus tituli talis. Iste  
 psalmus dirigens nos in finem i. in Christum est  
 pro torcularibus. i. pro ecclesiis in quibus est pressu-  
 ra tribulationum, qui psalmus est ipsius Asaph,  
 quinta sabbati. i. agens de baptizatis & baptizadis  
 aqua baptismi, quod significatur per opus quin-  
 tæ sabbati. Intentionẽ mouet, vt post baptismum  
 contẽptis tẽporalibus, in celestibus mente cõuer-  
 semur. His visis venio ad diuisionẽ psalmi. Diui-  
 ditur iste psalmus in duas partes, quia ostẽdit pri-  
 mò quid agendũ sit electis, secundò quid repro-  
 bis, ipsos redarguens, ibi. *Audi populus meus*. Prima  
 in duas, quia primò bonos inuitat ad gratiarum  
 actionẽ: secundò ad hoc adducit rationẽ, ibi. *Quia  
 præceptum est*. Prima diuiditur in tres: quia primò  
 inuitat ad gratiarum actionem corde, secundò ope-  
 re, ibi. *Sumite*, tertio voce, ibi. *Buccinate*. Quantum  
 ad primum sciendum quod iste psalmus Asaph, quasi  
 proposita sibi imagine cuiusdã solemnitate, ele-  
 ctos omnes ad celebritatẽ illius inuitat, dicẽs. *Ex-  
 ultate Deo adiutori nostro*. Exultare enim est lætitiã  
 cordis exterioribus demonstrare: vt habetur versu,  
 443. Et per consequens exultare Deo, vel in Deo  
 est lætitiã mentis de Deo habitã, per exteriora  
 signa vel laudes ostẽdere, vt dictum fuit ver. 480.  
 Item exultare Deo vel in Deo, est, nihil aliud præ-  
 ter Deum querere, vide versu, 331. Sic ergo dicat  
*Exultate Deo*. i. mente & voce Deo gratias agite,

Aues. Pisces

Torcularia di-  
cuntur ecclesie

& solum Deũ querite. Sed quia Deus in scriptu-  
 ra accipitur multipliciter. s. naturaliter & substã-  
 tiuè, & sic summa trinitas pater filius & spiritus  
 sanctus vnus Deus est & plurificari non potest.  
 Deut. 6. Dominus Deus tuus vnus est. Item dicitur  
 Deus specialitẽr & adoptiuè: & sic omnis ius-  
 tus Deus dicitur quia filius Dei. Ioan. 1. Dedit eis  
 potestatem filios Dei fieri. Et sic sancti prophete  
 quibus Deus arcana reuelabat dij dicebantur.  
 Ioan. 10. Illos dicit deos ad quos sermo Dei factus  
 est. Item vocaliter solum & nuncupatiuè: & sic i-  
 dola & dæmones dij vocabantur. psal. 95. Omnes  
 dij gentium dæmonia. Ex de hoc vide supra versu,  
 774. & 809. Et ideo ne in æquiuoco psalmista  
 procedat, declarat cui Deo debemus exultare,  
 quia. s. Deo vero & substãtialiter dicto, dicẽs. *Ex-  
 ultate Deo adiutori nostro*: quia solus Deus est adiu-  
 tor noster, qui multipliciter nos adiuuat. vide  
 ver. 99. & 631. & 673. & 957. Sequitur. *Iubilate Deo  
 Iacob*. Dicitur enim Deus. Deus Iacob, nõ solum  
 quia Iacob verum Deũ colebat, sed etiã quia vi-  
 detur fuisse primus qui vero Deo votũ fecit ipsi  
 colere, dicens. Si Deus fuerit mecum in via ista,  
 erit mihi dominus in Deum, & lapis iste, quem  
 erexi in titulum vocabitur domus Dei &c. Quid  
 autem sit iubilare. vide supra ver. 766.

Sumite psalmũ, & date tympanũ, psalterium iocundum cum cithara.

Hic psalmista inuitat ad gratiarum actionem  
 opere. Vbi notandũ quod Deus antiquitus laudaba-  
 tur cũ instrumentis musicis, sicut vsque hodie lau-  
 damus Deũ in solẽnitatibus cũ organis. Hoc ideo  
 quia illa instrumenta musica significabãt cõditio-  
 nes, quibus Deũ laudare debemus. Ex quibus in-  
 strumentis hic tria ponit. s. psalteriũ, tympanũ, &  
 citharam. Psalteriũ enim quod erat decem chor-  
 darũ & manu pulsabatur, significat obseruantia  
 decẽ præceptorũ nõ solum verbis sed operibus  
 exhibitã: vide versu, 389. & 771. & 772. Et psalteriũ  
 quod manu pulsatur, significat operationẽ: sicut  
 instrumenta quæ statu pulsantur, significãt prædi-  
 cationem, vide ver. 791. Per tympanũ vero, quod  
 fit ex pellibus nõ ex carne animaliu, significatur  
 tẽporalia bona, quibus vt pelle vestimur & pro-  
 tegimur. Vnde tympanũ pro bonis tẽporalibus  
 carnalibus accipit hic gl. dicens. Per tympanũ enim  
 accipitur carnale, quod à nobis est. Quid est ergo  
 date *tympanũ*, nisi bona tẽporalia erogate paupe-  
 ribus, & maximè dãtibz vobis spiritualia? Vnde  
 & apostolus ait. Si spiritualia vobis seminamus,  
 non est magnum si carnalia vestra metamus. Sic  
 enim tympanũ pro tẽporalibus bonis accipitur  
 Iob. 21. Tenent tympanum &c. Sequitur. Et in  
 puncto ad inferna descendunt. Loquitur de illis  
 qui bona temporalia retinent, & illa non com-  
 municant. Vel per tympanũ, ad cuius sonum per-  
 curritur pellis mortua, accipit patentiã in aduersis,  
 vt sicut illa pellis percussa sonum lætũ reddit: sic  
 pellis tua aduersitatis, percussa, Deo gratias red-  
 dat. Sic enim dicitur psal. 150. Laudate eũ in tym-  
 pano & choro. Per citharam autem intellige vir-  
 tutem asperitatis & poenitentia. Cithara namq;  
 corpus est de ligno concauum, quod chordis ner-  
 uicis exsiccat & desuper extensis, per tactum  
 sonum reddit. Similiter & corpus nostrum per  
 poenitentiam fit cõcauum & vacuum à cibus ab-  
 stinens

Deus dicitur  
multipliciter

Deut. 6.

Ioan. 1.

Ioan. 10.

psal. 95.

Deut. 10.

Gen. 28.

psalterium.

Tympanũ

1. Cor. 9.

Iob. 21.

psalm. 150.

Cithara H-  
nitentia.

stines, quæ chordis exsiccat & desuper, ad  
 dum nervos & pellem remota pinguedine exten-  
 dit super ossa. Et tunc corpus sic tactum, benè so-  
 nat laudes Deo referendo. Sicut enim corpus ci-  
 tharæ si plenum esset non redderet sonum, sic &  
 corpus nostrum cibus repletum cessat à laude di-  
 uina. Et de ista cithara poenitentia dicitur. Iob 3.  
 Versa est in luctum cithara nostra, & organa mea  
 in voces flentium, vide versu. 481. Ad propositum  
 ergo ait psalmista. *Sumite psalmum*. id est operibus  
 laudate Deum decem obseruando præcepta. *Da-  
 te tympanum*. id est temporalia bona erogate pro-  
 ximis. Et sic fit *psalterium iocundum cum cithara*. id  
 est obseruatio diuinorum præceptorum fit cum  
 abstinentia carnis.

Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solemnitate vestra.

Hic inuitat psalmista ad gratiarum actionem  
 voce siue tuba. Exemplo enim Iudæorum nos in-  
 uitat. Vbi sciendum quod neomenia est nomen com-  
 positum ex neos quod est nouum, & mene, quod  
 est defectus, & significat lunam quæ omni mense  
 deficit. Et sic neomenia idem est quod luna noua.  
 Iudæi enim semper in principio nouæ lunæ festũ  
 agebant, quod dicebatur festum gubernationis.  
 Tunc enim præcipue rogabant Deum vt ipsos gu-  
 bernaret, eo quod in nouilunio cõmuniter magis  
 apparet transmutatio temporis. Incipiunt enim Iu-  
 dæi menses secundum lunationes. Sciendum etiã  
 quod in principio mēsis septembris pro quo maximè  
 factus fuit iste psalmus ad literã, vt in expositione  
 tituli est dictum, duo festa in simul concurrebant,  
 scilicet festum neomenia & festum tubarum. In  
 principio enim septẽbris in memoria illius rei, quod  
 quãdo iussu Dei Abraham voluit immolare filium,  
 quod angelus prohibuit dicens. Ne extendas ma-  
 num tuam supra puerum, &c. Et tunc ostendit ei  
 dominus arietẽ inter vepres hæretẽ cornibus, quẽ  
 pro Isaac immolauit, vt habetur Gen. 22. In me-  
 moria inquam istius rei faciebant festũ tubarum,  
 quia scilicet elangebant tubis, vt habetur Leui. 23.  
 Et Nume. 29. quia tũc angelus clamabat de cælo,  
 dicens. Ne extendas manũ tuã, &c. Et quia ista duo  
 festa in principio Septẽbris in simul concurrebant  
 vnde erat maior solemnitas, ideo dicebatur dies  
 insignis, id est maioris solẽnitatis. Nam secundum  
 gramaticos signum cõponitur cum in, & dicitur  
 hic & hæc insignis & hoc in signe. i. maioris famæ  
 & maioris signi. Dicit igitur literaliter Iudæis,  
*Buccinate*. id est tuba canite in neomenia. id est in no-  
 ua luna septẽbris. *in signi die solemnitate vestra*. id est  
 qui est dies insignis propter festum tubarum con-  
 currens, vt dictum est. Ista autẽ quæ psalmista Iu-  
 dæis ad literam loquitur, nobis fidelibz. spirituali-  
 ter dicit. Vbi sciendum quod luna, quæ semper muta-  
 tur, & nõquã in eodem statu permanet, significat  
 vitam præsentẽ. Et de vita nostra dicitur Iob 14. quod  
 nõquã in eodẽ statu permanet. Et sic neomenia,  
 id est noua luna signat nouã vitam nobis datam  
 per Christum per quã regeneramur in filios Dei.  
 Iam ergo nouã vitam debemus aliis predicare,  
 & hoc est tuba in neomenia canere. Istum sensum  
 ponit glo. dicens. *Buccinate tuba in neomenia*. id est  
 nouam vitam prædicate quam signabat noua lu-  
 na, in qua Iudæi elangebant tubis septem diebus,  
 quia septiformi gratia spiritus sancti inuouamur.  
 Incog. Tom. j.

Et hoc est quod dicitur Isa. 58. Exalta quasi tuba  
 vocem tuam. Hec autem nouitas vitæ dicitur dies  
 insignis, quia nos filios Dei facit.

Quia præceptum in Israel est & iudicium Deo Iacob.

Hic redditur ratio gratiarum actionis. Et duplex  
 assignatur ratio, prima sumitur ex diuino præcep-  
 to, secunda ex beneficio dato, ibi. *Testimonium*.  
 Quantum ad primum sciendum quod cum Deus  
 sit omniũ dominus, omnes ad eius præcepta obli-  
 gantur. Vnde psal. 118. Deo dicitur. Maledicti qui  
 declinant à mandatis tuis. Sed Deus prædictas so-  
 lemnitates madauit. Et hoc est quod ait. *Quia præ-  
 ceptum est in Israel*. quasi dicat. Bene debetis Deum  
 laudate in prædicta solẽnitare, quia dominus hoc  
 præceptũ dedit in Israel. id est in populo Israel, sci-  
 licet Leui. 23. Et Nume. 29. Sed vbi est præceptũ,  
 ibi consequenter est iudiciũ: quia qui præceptum  
 legis frangit, eo ipso iudicari & puniri debet, quia  
 vt dicitur Rom. 2. Quicumq; in legẽ peccauerint,  
 per legem iudicabuntur. Si igitur præceptũ est, er-  
 go & iudiciũ. Et hoc est quod ait. *Quia præceptum  
 est in Israel*. scilicet à Deo vt hoc fiat. *Et iudiciũ Deo  
 Iacob*. scilicet iudicium de transgressoribus facere,  
 spectat Deo Iacob. Ratio autem quare dominus  
 præcepit illam solẽnitatem tubarum fuit multi-  
 plex, scilicet memoria obedientia Abraham, & me-  
 moria liberationis Isaac. ac etiam patientia: quia  
 cum esset grandis intantum, quod portabat ligna  
 sufficientia ad totalem combustionem vnus ho-  
 minis, tamen patienter se ligari permisit, & poni  
 super struem lignorum. Vnde in illa festiuitate Iu-  
 dæi elangebant cum cornibz arietem in memoria  
 arietis pro Isaac immolati. Fuit etiam alia causa vt  
 statim in sequenti parte dicitur. Notandum ergo  
 quod in memoriam obedientia ipsius Abraham, &  
 patientia ipsius Isaac Deus illud festum tubarum  
 præcepit, vt dum exempla illorum audiremus, ad  
 ipsorum imitationem accenderemur, vt ostendit  
 Greg. dicens. Quia transire intellectus noster ad  
 diuina non sinitur, nisi prius per sanctorum præ-  
 cedentium exempla formeretur, vt qui orientem so-  
 lem contẽplari non valet, irradiatos montes aspici-  
 cit, & quia sol sit ortus deprehẽdit. Ex aternis ergo  
 montibus Deus nos illuminat, quia per admi-  
 randam vitam patrum præcedentium radio nos  
 suæ claritatis illustrat. In mediũ ergo sanctorum  
 exempla ducamus. Ecce præceptis cœlestibz. sub-  
 di per obedientiam cupimus, consideratis anti-  
 quorum patrum vestigiis iuamur. Quid enim  
 Abraham obedientius, qui ad vnã vocem do-  
 minicam pro adipiscẽda æterna hereditate, ipsum  
 ferite non trepidauit, quem senex iam & penè  
 mortuus acceperat heredem? Cum patientia ap-  
 prehendere virtutem conamur, præcedentium  
 exempla conspiciamus. Quid enim Isaac patienti-  
 us, qui ligna portat, de holocausto interrogat,  
 atque post parum ligatur & non loquitur, aræ su-  
 perponitur & non relictatur? Quid isto viro pa-  
 tiẽtius dici potest, qui quasi ad solatium ducitur,  
 & requiritur ad feriendum, ligatur & contice-  
 scit, & oblatas in holocaustum tacet? &c. Sic er-  
 go vt istorum exemplis informemur, prædicto-  
 rum festorum præceptum posuit in Israel, dicens  
 nobis illud Exod. 25. Fac secundum exemplar,  
 quod tibi monstratum est.

1394

Psalm.

Leui. 23.  
Nume. 29.  
Præceptum  
Iudicium  
Rom. 2.

Greg. 27.  
mora. c. 6.  
Exempla  
sanctorum  
nos infor-  
mant.

Abraham  
exemplum  
obedientia.

Isaac exem-  
plum pacien-  
tia.

Exo. 25.

1395

Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de terra Ægypti, linguam, quam non nouerat, audiuit.

Hic assignat secundam rationem, scilicet beneficiorum receptorum. Narrat enim multa beneficia illo populo exhibita, pro quorum memoria illud festum agebatur. Enumerat autem tria beneficia, primum est eruditionis, secundum liberationis, tertiū exauditionis, ibi. *Diuertit*. tertium exauditionis, ibi. *In tribulatione*. Quantum ad primum sciendum quod ut dicit Ra. Sa. eodem die quo Abraham voluit immolare filium, succedente tempore Ioseph qui iniuste incarceratus erat in Ægypto, fuit liberatus. Et sic illa dies non solum erat insignis propter liberationem Isaac, sed etiam propter liberationem Ioseph. Et hoc est quod ait. *Testimonium in Ioseph posuit illud*. id est illud festum posuit in testimonium Ioseph, qualiter, scilicet illa die fuit liberatus & à Deo informatus. Et hoc cum exiret terram Ægypti, id est ad videndam terram Ægypti. Statim enim ut fuit à carcere liberatus, per Pharaonē fuit factus prapositus super terrā Ægypti, ut habetur Gene. 41. ut prouideret de frumentis congregandis. Et tunc statim iuit per terrā Ægypti ut officium sibi commissum adimpleret. Verum quia Ioseph non intelligebat, nisi linguam propriam, scilicet hebraicam, ut melius sibi commissum officium posset implere, angelus domini statim ipsum perfecte docuit linguam Ægypti. Et hoc est quod dicitur. *Cum exiret terram Ægypti, scilicet consideranda, linguam quam non nouerat, scilicet Ægypti, audiuit*. scilicet ab angelo ipsum docente, ut dicit Ra. Sa. Nec hoc incredibile videtur, quod Deus qui apostolos subito docuit omnium genera linguarum, (ut habetur Actuum 2.) istum Ioseph doceret linguam Ægypti. Vel aliter iste verus exponitur de toto populo Israel, qui per Ioseph intelligitur, tum quia Ioseph populum Israel in Ægypto saluauit tempore famis, tum quia Ioseph inter filios Israel duas tribus constituit. Habuit enim israel duodecim filios, qui duodecim tribus fecerunt. Sed quia tribus Leui diuinis officiis mancipata, decimam ab aliis recipiebat, & sic non habuit sortem distinctam in terra promissionis, ideo Ioseph duas tribus fecit ex duobus filiis suis, scilicet Ephraim, & Manasse, ne numerus tribuum minueretur. Et ideo quia ex filiis Israel aliis solum quaelibet vnam tribum fecit, iste autem duas nomine Ioseph totus populus Israel intelligitur, de quo dicit. *Testimonium posuit in Ioseph illud*. Quid enim est Dei testimonium datum populo Israel, nisi lex sibi data? de quo psalm. 118. Lex domini immaculata conuertens animas testimonium domini fidele? Testimonium ergo legis posuit in Ioseph cum exiret terram Ægypti, id est statim postquam exierunt terram Ægypti, scilicet quinquagesimo die legem eis dedit. Et tunc ipse populus linguam quam non nouerat audiuit, quia populus audiuit dominum loquentem dantem decem praecepta, quem autem non audierat. Vnde dixerunt. Loquere tu nobis, ne loquatur nobis dominus, ne forte moriamur.

Gene. 41.

Ioseph linguam Ægypti quo modo sciuit.

Act. 2. Ioseph significat populum Israel.

psal. 118.

Exo. 19. Exo. 20.

1396

Diuertit ab oneribus dorsum eius, manus eius in cophino seruierunt.

A Hic narrat secundum beneficium, scilicet liberationis quo ipsum Ioseph à seruitute liberauit, nam ut habetur Gene. 37. Ioseph inuidia fratrum suorum venditus fuit ab eis, & peruenit ad seruitutem Putipharis principis exercitus Pharaonis. Tales autem serui habent seruire dominis suis in multis oneribus & laboribus, & maxime tempore comestionis habent in mensa seruire portando & asportando panes, & alia cibaria quae in cophinis portantur. Sic enim dicitur Ioan. 6. quod postquam Christus saturauit quinque milia hominum ex quinque discipulis, quod discipuli collegerunt duodecim cophinos fragmentorum, &c. Vbi aduerte, quod secundum grammaticos cophinus in penultima corripit, & dicitur à cauo, as, secundum Raban, & multa significat. Quandoque est vas ex virgulis contextum aptum ad mundare, puta triticum vel bladium. Quandoque est vas gestatorium fini vel femi. Quandoque vero est vas aptum ad portandum secum cibaria, sicut sunt sportae & ex palmis vel ex virgulis textae. Et sic accipitur cum de Ioseph dicitur, quod *manus eius in cophino seruierunt*. Vel si ad viliora officia ipsum dicimus deputatum, accipitur cophinus pro vase apto ad portandum simum, sed hoc non est verisimile, quoniam, ut habetur Gene. 39. Ioseph erat in domo Putipharis domini sui prapositus, & gubernabat creditam sibi domum. De ista autem seruitute Ioseph fuit à Deo miraculose liberatus, ut pater Gene. 41. De isto ergo Ioseph dicit. *Diuertit ab oneribus dorsum eius, cuius. Ioseph, cuius manus in cophino seruierunt*. quia liberatus factus fuit dominus Ægypti, ut dicitur de ipso ad litteram Sap. 10. quod Deus iustum venditum non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit illum, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrū regni. Vel aliter intelligitur (ut in precedenti versiculo dictum est) de populo Israel, à seruitute Aegyptiaca liberato, quia populus grauibus oneribus luti & lateris erat oppressus, sed tamen Deus ipsum liberando *Diuertit ab oneribus dorsum eius*. & à quibus oneribus ostendit, dicens. *Manus eius in cophino seruierunt*. Nam ut dictum est, cophinus est vas ex virgulis factum, quo secundum glo. populus Israel in Ægypto existens portabat terram ad faciendum lateres Pharaoni. Et sic est sententia versus. *Diuertit scilicet Deus ab oneribus dorsum eius, scilicet Ioseph vel populi Israel*. Modo mutat modum loquendi, quia prius dixit de Deo. *Diuertit, &c.* Nunc dicit de Ioseph vel de populo. *Manus eius in cophino seruierunt*.

Gen. 37.

Ioan. 6. Cophinus.

Gen. 39.

Gen. 41.

Sap. 10.

1397

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Hic narrat tertium beneficium, scilicet exauditionis, quo ipsum Ioseph afflictum orantem exaudiuit. Et habetur Gen. 39. Ioseph in Ægyptū venditus & factus prapositus domus Putipharis domini sui, vxor Pharaonis iniiecit oculos in Ioseph, & ait sibi, dormi mecum. Qui acquiescere nolens, dicit ei. Ecce dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquid est in domo sua, quod non tradiderit in potestate mea praeter te, quae vxor eius es. Quomodo ergo possum

Gen. 39.

possum hoc malum facere, & peccare in dominum? Quada autē die accidit, ut intraret Ioseph domum, & illa apprehenso vestimento eius, dicit ei, Dormi mecum. Qui non acquiescens, relicto in manu eius pallio, fugit, & egressus est foras. Cum ergo vidisset mulier pallium in manibus suis, & se esse contemptam, vocauit homines domus suae & dicit. En dominus meus introduxit virum hebraum ut illuderet nobis. Ingressus enim est ad me, ut coiret mecum. Cumque clamassem, reliquit pallium in manu mea, & fugit foras. In argumentum ergo rei, merito reuertenti domum, ostendit pallium & ait, Ingressus est ad me seruus hebraeus, quem adduxisti, ut illuderet mihi. Cumque clamarem, reliquit pallium in manu mea, & egressus est foras. His auditis, dominus nimis credulus verbis coniugis, tradidit Ioseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur. In hac ergo tribulatione iniuste positus Ioseph, inuocauit dominum pro liberatione sua, & ipsum exaudiuit dominus, quem post duos annos liberatum, dominum Ægypti constituit, ut habetur Gene. 41. Hanc historiam recolens psalmista, ipsi Ioseph loquitur, dicens. *In tribulatione inuocasti me, & liberaui te*. Et quia eius liberatio fuit conseruatio populi Israel: quia factus dominus Ægypti tempore famis nutritiuit patrem, & omnes fratres suos cum omni domo sua, ut habetur Gen. 46. Ideo totus populus Israel hoc beneficium cognoscere debebat, & Deo seruire. Et quia oppositum fecerat, ideo psalmista vertens modo se ad populum ex parte Dei, & sibi improperans, dicit. *Exaudiui te in abscondito tempestatis*. scilicet Ioseph in carcerem, ubi est absconditio & tempestas tribulationum. Et hoc non obstante infidelis es mihi: quia probaui te apud aquas contradictionis. scilicet Numc. 20. vide de bonitate & potestate mea desperans dixisti. Nunquid potestit Deus de petra aquam eicere, aut parare in deserto mensam populo suo? Vel totum hoc potest intelligi de populo Israel, qui in Ægypto dura seruitute oppressus inuocauit dominum in abscondito tempestatis, scilicet tribulationis & afflictionis: quia palam non erant ausi dominum contra tempestatem sibi inflictam inuocare, sicut & modo populi sub tyranno absconse gementes, non audent cōqueri palam. Et tamen fuit gratiose in manu forti à Deo liberatus. Et hoc non obstante, diffidit populus de bonitate domini apud aquas contradictionis, ut dictum est.

psal. 118.

Gen. 41.

Gen. 46.

Numc. 20.

1398

Audi populus meus, & contestabor te: israel si audieris me, non erit in te Deus recens: neque adorabis Deum alienum.

Hæc est secunda pars principalis, in qua reprobos psalmista redarguit. Et primo ostēdit eorum culpam. Secundō poenam eis debitam & inflictam, ibi. *Et dimisi*. Prima pars diuiditur in tres, quia ostēdendo eorum culpam, ut ipsam exaggeret, primō ponit ipsorum increpationem, secundō ipsorum ad bonum inductionem, ibi. *Ego enim sum*. tertid ipsorum ad malum obstinationem, ibi. *Et non audiuistis*. Quantum ad primum sciendum quod populus Israel dicebatur peculiariter populus Dei, tum quia illi soli legem dederat Deus & sua iudicia manifestauerat eis, psalm. 147. Non

A fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestauit eis, tum quia ipse populus solus Deum colebat. psal. 75. Notus in iudaea Deus. Hunc ergo populum increpans ait. *Audi populus meus & contestabor te*. Con enim componitur cum testor, aris, & aliquando idem est quod simul testari, & tunc Deus contestatur, id est simul testatur, quia ipse iudex est simul & testis. Et est sensus. *Contestabor te*. id est simul iudex & testis ero veritatis. Vnde glo. Ecce testem se facit veritas tam hic quam in futuro, ut nullus iam dubitet, cum ante iudices terrenos soleant testes produci ad cognitionē veritatis. Et hoc est quod dicit dominus. Ego sum iudex & testis, quae simul officia nullus alius facere potest. Aliquando vero contestari est idem quod contra aliquem testari. Sic enim accipitur 1. Reg. 8. 8. ubi dum populus à Samuele peteret regem, dicit dominus ad Samuelem. Contestare eos & predicare eis ius regis qui regnaturus est super eos id est testificare contra eos presturas, quas à rege sunt passuri. Et isto modo melius accipitur hic, ut Deo populo dicat. *Contestabor te*. id est testificabor contra te, scilicet si legem meam non custodias. *Israel si me audieris*. id est si mihi obediens fueris. Audire enim quandoque idem est quod obedire. Sic enim sapientia increata ait. *Qui audit me, non confundetur*. Sed quid erit si me audieris. *Non erit in te Deus recens, neque ad Deum alienum*. Aduerte quod hic aliud dicitur Deus recens, aliud Deus alienus. Habent enim aliqui Deum recentem apud se, non tamen Deum alienum, ut putat qui verbum putat sub tempore Deum esse. Deus enim recens dicitur, qui ad tempus factus est. Qui igitur putant filium Dei ex tempore à patre genitum, & non eoeternum patri in se habent Deum recentem. Deus autem noster non est Deus recens, sed ab aeterno in aeternum. Cum enim filius Dei sit sapientia patris, si filius est ex tempore, sequitur quod pater ex tempore fuit sapiens, & non ab aeterno. Etenim Christus Deus noster homo forte recens est, sed Deus aeternus. Habent autem alij Deum alienum, qui scilicet idola sibi fabricant à diuinitatis natura alienum. Vnde hic ait glo. *Quod enim quisque cupit, & veneratur hoc illi Deus est*. Et sic auarus adorat Deum alienum: quia denarium alienum à natura diuinitatis. Gulosus ventrem suum, &c. ad Philipen. 3. quorum Deus venter est. Qui enim audit Deum sibi credendo & obediendo, neque habet in se Deum recentem, neque alienum. Sic enim ait dominus in principio legis. Exod. 20. Non habebis Deos alienos coram me, non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, &c.

Psal. 75.

Contestabor.

1. Reg. 8.

Ecl. 24.

Deum recens.

Deum alienum.

Phillip. 3.

Exo. 20.

1399

Ego enim sum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.

Hic ponitur ipsorum ad bonum exhortatio, quod facit ostendendo, & exhibendo eis suā gratiam. Gratia autem maior alicui exhibetur, quāto magis gratificatus offenderit gratificantem. Ipsi autem iudaei Deum multum offenderunt fabricantes sibi idola, & illa adorantes, & beneficia à Deo recepta non Deo, sed idolis attribuentes. Quot enim apta & miranda beneficia eis contulerat, educendo ipsos de Ægypto, mare ante ipsos exsiccando, inimicos eorum omnes in mare submergendo. H h 4 gendo



Exo. 32.

Dilatatio.

Joan. 3.

Ignis non est Deus.

1400

Intendere Deo.

Audire Deum.

gendo, &c. Et tamen statim post omnia attribuebant idolis. Nam vt habetur Exo. 32. Fecerunt sibi vitulum conflatum, & immolantes ei hostias dixerunt. Isti sunt dii tui israel, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et tamen hoc non obstante omnem gratiam quam sciunt petere, paratus est eis facere. Primum ergo iniuriam eis remittit, dicens. *Ego sum dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti.* contra quod tu falsè dixisti. Isti sunt dii tui, qui eduxerunt te, &c. Et consequenter eis gratiam promittit, dicens. *Dilata os tuum, & implebo illud.* Vbi nota quòd secundum grammaticos lato, as, idem est quòd ampliare aliquid, vel latum facere. Vnde dilato, as, idem est quòd multum extendere vel ampliare. Et sic dilatare os est multum aperire vel ampliare os, id est multa & alta postulare. Et sic dicit populo suo. *Dilata os tuum.* scilicet pete, non quidem parua, vt sunt temporalia, sed alta & grandia, vt sunt spiritualia, & ego implebo illud, non quidem implebo os, sed illud quod postulabis. Mysticè autem Aegyptus interpretatur tenebræ, & significat peccatum quod tenebras amat, quia qui male agit, odit lucem. Ioan. 3. Et quia solus Deus peccata potest dimittere, ideo solus Deus animam de Aegypto educere potest, & sic solus dicere. *Ego sum dominus Deus tuus qui eduxi te, &c.* Narratur quòd Chaldei pro Deo adorabant ignem. Volentes ergo Chaldei alios inducere ad culturam ignis, cum Aegyptiis pactum fecerunt, quòd si Deus eorum ab aliquo vinceretur, scilicet ignis, dimitterent eius cultum, sed si alios Deos vinceret, quòd alij ipsum ignem colerent, quibus Aegyptij acquieuerunt, sed hac cautela vsi sunt contra eos, qui idolum Bel colebant. Nam deposuerunt de capite idoli coronam auream, & posuerunt super caput eius quoddam vas testium, in qua erant multa foramina, quæ obturauerunt cera, & illud impleuerunt aqua. Venerunt ergo Chaldei ad examinandum illud idolum, & apposuerunt ignem, & statim cera liquefacta est, & descendit aqua & extinxit ignem, & præualuit idolum eorum, & extunc permitti sunt idolis suis vti. Ex hoc ergo quòd Deus noster eduxit israel de Aegypto, probat se præualere idolis, quæ habent potestatem super ignem: quia præcedebat eos de nocte per columnam ignis etiam super aquam, quia mare siccanit. Dicat ergo. *Ego sum dominus Deus, &c.*

**Et non audiuit populus meus vocem meam, & israel non intendit mihi.**

Hic ostendit ipsorum obstinatione ad malum, quia non obstantibus tot beneficiis & promissionibus ipsis à Deo factis contempserunt obedire. Et hoc est quod dicit, *Et non audiuit populus meus vocem meam.* id est non obediuit voci meæ, quia eis dedi legem quam transgressi sunt. *Et israel non intendit mihi.* Intendere enim idem est quòd intus tendere. De hoc vide supra versicu. 876. Et sic ille intedit Deo, qui intus in corde tendit ad Deum. Cum ergo peccatum elonget hominem à Deo, sequitur quòd peccatis & legem Dei non seruans, non intendit Deo, sed magis ab eo recedit. Notandum ergo, quòd si volumus audire Deum, & intendere Deo, oportet abstinere à peccato: quia au-

ditus Dei est gratiarum augmentatio. Prouerb. 1. Audi disciplinam patris tui, vt addatur gratia capiti tuo. Immundis autem cordibus gratia non additur, cum in illis gratia non præexistat. Et ideo notandum quòd verus Dei auditor à tribus vitiis maximè debet esse immunis. Primum à vitio discordiæ. Vnde dicitur 1. Esdræ. 3. Congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad audiendum legem. Qui enim discordiam habet cum Deo, non diligit Deum. Graue autem est audire verba illius, quem quis non amat. Vnde sicut grane est iustis audire verba malorum, sic & graue est malis audire Deum, vt ostendit Gregor. 7. moral. cap. 7. Vnde de concordia auditoribus necessaria, dicitur Actuum decimotertio Conuenit vniuersa ciuitas audire verbum Dei. Secundò à peccato auaritiæ quæ auditus Dei maximè fructum impedit, quod ostendit saluator, dicens. Quod inter spinas cecidit, hi sunt, qui audierunt, & à sollicitudinibus & diuitiis euntes suffocantur, & non afferunt fructum. Diuitiæ enim temporales & corporales delitiæ spinatæ per spinas auditum verbi diuini fructificare non sinunt. Vnde Gregorius in homil. ait. Mirum autem quomodo dominus spinas diuitias sit interpretatus, cum illa pungant, istæ delecent, & tamen spinæ sunt: quia cogitationum suarum punctationibus mentem lacerant, & cum vsque ad peccatum pertrahunt, quasi influctu vulneris cruentant. Duo autem sunt, quæ diuitiis iungit, scilicet sollicitudines & voluptates: quia per curam mentem opprimunt, & per affluentiã resoluunt, suffocant enim semen verbi diuini: quia importunis cogitationibus guttur mentis strangulant, dum bonum desiderium ad cor intrare non sinunt, quasi aditum vitalis status necant. Tertio à peccato arrogantia: quia cum tremore verbum Dei debet audiri. Abacuc 3. Domine audiui auditum tuum & timui. Et infra. Audiui & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea. Ad propositum ergo: quia Iudæi his tribus vitiis abundabant, ideo ipsum Deum non poterant audire. Propter quod hic dicit. *Et non audiuit populus meus vocem meam.*

**Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adinuentiombus suis.**

Hic consequenter ponitur pœna correspondens ingrati tudini & peccatis ipsorum, quæ hic ostenditur triplex, prima est priuatio gratiæ spiritualis secunda est subtractio auxiliij temporalis, ibi. *Si populus.* tertia est influctio pœnæ infernalis, ibi. *Inimici domini.* Quantum ad primum sciendum, quod subtracto ab homine auxilio diuine gratiæ, tunc in eo non ratio sed sensualitas dominatur. Vnde non potest non peccare etiam mortaliter, vt ostendit magister lib. 2. dist. 25. Isti autem propter ingrati tudinem suam diuina gratia sunt priuati. Et hoc est, quòd dicit. *Et dimisi eos* scilicet sibi ipsis subtrahendo gratiam præseruantiã à peccatis. Et ideo sic dimissi à gratia reguntur secundum fomitem peccati. Et hoc est quòd subdit. *Secundum desideria cordis eorum ibunt in adinuentiombus suis* id est secundum inclinationem fomitis ad malum ibunt in adinuentiombus suis id est in peccatis enormibus ab ipsis adinuentis. Vel secundum aliam

Adinuentio.

Discordia.

Grego.

Alit.

Luce 8.

Diuitia.

Grego. homil.

1402

Adin. Diu. & factu.

1401.

1402.

aliam literam *ibunt in affectionibus suis.* Vbi nota quòd in scriptura adinuentio significat præceptum: vt patet versiculo 1269. Et sic adinuentiones Dei sunt præcepta Dei, sed adinuentiones hominum sunt præcepta hominum, quæ ipsi adinueniunt, & non Deus. Dicit igitur. *Ibunt in adinuentiombus suis* quia propter traditiones suas irrita fecerunt mandata Dei, vt ait Christus de ipsis. Matth. 15. Et ideo dimisit eos secundum desideria cordis eorum, quòd expressius ponit apostolus Rom. 1. dicens. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum in immunditiam. Vbi glo. Tradere Dei est permittere non incitare aut immittere. Præcedentibus quippe culparum causis iurè & meritò deseruntur. ideo hi qui veritatem Dei in iniquitate detinent & deseruntur à Deo & tradentur desiderijs malis, ista verò mala desideria, quæ dicitur superbia sunt, non solum peccata, sed etiã supplicia sunt. Omne quippe peccatum, quòd citius pœnitendo non detergitur, aut peccatum est, & causa peccati, aut peccatum est, & pœna peccati. Peccatum namque quod pœnitentia non diluitur, suo pondere mox ad alium trahit. Vnde fit, vt non solum peccatum sit, sed etiam causa peccati. Ex illo quippe subsequens culpa oritur. Peccatum vero, quòd ex peccato ortum, non solum peccatum est, sed etiam pœna peccati, quia iusto iudicio Deus cor peccantis obnubilat, & præcedentis peccati meritò in alio cadit. Quem enim liberare noluit, deserendo percussit. Consimiliter & in proposito dicitur. *Et dimisi eos secundum desideria eorum.*

**Si populus meus audisset me, israel si in viis meis ambulasset.**

Hic ponitur secunda pœna scilicet subtractio adiutorij temporalis, & facit vnã conditionalem Si populus meus fuisset mihi obediens, ego liberarem eum ab inimicis suis, sed ego non liberaui eum, sequitur ergo quòd non fuit mihi obediens. Istius conditionalis solum ponit antecedens. Et primò ponit subiectum antecedentis, secundò prædicatum, ibi. *Pro nihilo.* Quantum ad primum ponit solum subiectum illius conditionalis, dicens. Si populus meus audisset me. Quid autem intelligat per audire Deum, declarat dicens. *Israel si in viis meis ambulasset.* Et ita audire Deum est mandata eius obseruare. Nam præcepta domini sunt viæ quibus tendimus ad patriam, Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Dei. Et ideo nota, quòd audire Deum, est opera quæ mandata adimplere. Non implere autem amplius nocet quam proficiat, quia contemptus verbi auditi peccati aggrauat. Propter quod ait. Estote factores verbi, non auditores tantum, fallentes vosmetipsos &c. Quid enim profuit Herodi, quòd Ioannem Baptistam libenter audiebat, quia tamen plus Herodi ad altere obediens fuit, quam Ioanni? Nihil sibi profuit, sed peccatum suum auxit. Auditus. n. verbi diuini obseruantibus est causa vitæ, sed non proditoribus suis. Proditor autem verbi Dei dicitur omnis, qui audit Deum, & operibus non implet quòd audit. Vnde Ricardus super illud Iosue 2. Si tamen non prodideris nos, ait. Verbum Dei auditum non permittit nos damnari, nisi tamen prodiderimus eum. Proditor enim est verbi Dei,

qui non adimplet opere, quòd audit in prædicatione. In hoc maximè differunt boni à malis, quia boni non solum verbum Dei audiunt, sed etiam gustant quando opere implent. Mali autem solum audiunt sine gustu, quia quòd audiunt exterius, ad ipsorum corda non intrat. Ad hoc etiã facit quòd ait Greg. super illo verbo Iob 12. Auris verba diiudicat, dicens. Hic de electis & reprobis aliquid innuere videtur, quia verba sapientiæ, quæ reprobi audiunt electi non solum audiunt, sed etiam gustant, vt eis in corde sapiat, quòd reproborum non mentibus sed solummodo aure sonat. Aliud namque est nominatum cibum audire solummodo, aliud vero gustare. Electi namque cibum sapientiæ sic audiunt vt etiam gustent, quia hoc audiunt, quòd eis per amorem medullitus sapit. Reproborum vero scientia vsque ad cognitionem sonitus recedit, vt quidem virtutes audiant, sed tamen corde frigido qualiter sapiant, ignorent. Et hoc est quòd dicitur Lucæ 11. Beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Ad propositum ergo, quia populus israel & si Deum aure corporis audiebat, quia tamen aure cordis quòd magis est audire volebat ideo simpliciter non audisse Deum dicitur.

**Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem, & super tribulantes eos misissem manum meam.**

Hic ostendit prædicatum dictæ conditionalis. Hoc quòd hic dicitur pro nihilo, multipliciter exponitur. Primum *pro nihilo* id est gratis & sine ipsorum labore. Vel *pro nihilo*, id est computassem inimicos eorum pro nihilo, sicut magnus & potens rex pro nihilo reputat paruam militem deponere. Vel *pro nihilo*, sicut alia litera habet id est, ad nihilum vel in nihilum inimicos eorum reducendo, sicut fecit de Aegyptiis inimicis ipsorum, quos omnes ad nihilum reduxit in mare, omnes submergendo. Vel *pro nihilo* id est pro peccato, nam peccatum nihil dicitur, vt dictum est superius versicu. 908. Quamuis enim peccator ratione peccati statim puniri mereatur, tamen Deus quandoque ipsum permittit in potestate temporali, vt per ipsum alios peccantes puniat. Et sic inimicos iudeorum in potestate temporali permisit, vt per ipsos iudeorum peccata puniret, sicut etiam per demones puniunt. Et sic est sensus, *pro nihilo* id est pro peccato inimicorum suorum humiliassem id est deposuissem inimicos eorum, si ipsi ambulassent in viis meis &c. Sed quia ipsi non ambulauerunt in viis meis, ideo permisi inimicos ipsorum in potestate, vt ipsos puniret. Et dicit, *forsitan.* Cum enim forsitan sit aduerbium dubitandi, & in Deo nulla cadat dubitatio, quomodo ergo dicit forsitan, non enim hoc dicit propter mutationem diuinæ voluntatis, vel dubitationem quæ cadat in Deo, sed propter vertibilitatem hominis de bono ad malum, vel forsitan dicit, non quia dubitatio sit, sed per oppositum omnis certitudo, sicut pontus dicitur mare per oppositum, quia ponte caret, sic & hic dicit forsitan, quia hoc omni dubitatione caret. Sic enim forsitan pro vero accipiebat Christus, dicens Si crederetis Moysi, crederetis & mihi forsitan id est verè. Quòd autem dicit humiliassem, hic accipitur humiliatio, non pro virtute, sed pro pœna.

pena. vide versiculo 16. Et est sensus. *Humiliaffe* id est puniendo inimicos eorum decessisse ad terram, & super tribulantes eos misisse manū meā. Non quidem ad fortificandum eos, sicut dictum est psalmi. 79. Fiat manus tua super virum dexterę tuę, sed ad deponendum & interficiendum, sicut facta est manus domini super Pharaonem, & exercitum eius eos in mari submergendo. Sic enim manus domini super aliquem fieri, est ipsum ad nihilum redigere. Isto modo dicitur. 1. Reg. 5. quod fiebat manus domini super singulas civitates Philistinorum interfectionis magnę. Ex istis (vt dicit glo.) patet, quod si nos Deo resistimus ipse non contradicit inimicis nostris, nec manum defensionis nostrę super eos ponit.

**Inimici domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæcula.**

Hic ponitur tertia pena quę est inflictiō pena infernalis. Et duo facit. Quia primò ostendit ipsorum ingratiitudinem, pro qua penam merentur aeternā. Secundò ostendit erga eos diuinam bonitatem, vt exaggeret ipsorum malitiam, ibi. Et cibavit eos. Quantum ad primum loquitur de peruersis iudæis, qui domino promiserunt obseruare legem, & omnia eius præcepta dicentes. Omnia quę mandauit dominus faciemus, & erimus obedientes. Et tamen satis citò post primum eius mandatum transgressi fuerunt (alium Deum sibi statuentes) quando adorauerunt vitulum constarile vt habetur Exo. 32. Et in hoc aggrauatur peccatū eorum, quoniam grauius peccant, quam pagani, qui nihil promiserunt, sicut grauius peccatum est aliquod malum contra votum facere quam sine voto. Vnde sequitur. *Et erit tempus eorum in sæcula.* Distinguit sapiens tempora, dicens. Omnia tempus habent, tempus flendi, tempus ridendi, tempus plangendi, & tempus saltandi. Hic autem loquitur de tempore malorum, quod est tempus flendi, & plangendi. Sicut enim diuina iustitia exigit vt tempus ridendi & saltandi bonorum sit aeternū sic & de tempore plangendi malorum dicit Christus. Ibunt hi in supplicium aeternum, iusti autem in vitam aeternam. Et hoc est quod de tempore malorum hic dicit. Et erit tempus scilicet punitionis eorum in sæcula id est in aeternum. Vel per tempus quod nihil fixum habet, sed semper in successione consistit & varietate, intellige varietatem poenarum inferni, quę erit in sæcula id est sine fine. Vbi nota quod sæculum in singulari significat spacium centum annorum, vt dictum est versiculo. 596. sed quando duplicatur, vt sæculum sæculi, vel quando in plurali ponitur, tunc pro aeternitate saltem a parte post ad Hebr. i. Per quem fecit & sæcula. Dicit ergo quod erit tempus eorum in sæcula id est in perpetuum. Hoc autem satis aperit de falsis Christianis potest accipi secundum glo. qui sunt inimici domini. Inimicus enim componitur ex in, quod est non, & amicus, ergo si non sunt amici, sequitur quod sunt inimici, sed non sunt amici, quia mentiti sunt ei scilicet resumendo illa, quibus renunciauerant. Abrenunciauerunt enim diabolo in baptismo, & pompis eius id est diabolicis factis a Deo damnatis, sed rursus ad ea redeunt, & sunt nouissima peiora prioribus. Ecce canis reuersus ad vomitum, & fūs lora in volutabro luti. Quid inde eis? Et si hic tolerati sunt, non tamen erunt

*Psalm. 79.*  
*Mano domini.*

*1. Reg. 5.*

*1404*

*Exod. 24.*

*Exod. 32.*

*Tempus.*  
*Eccl. 3.*

*Matth. 25.*

*Sæcula.*

*Inimici domini sunt falsi Christiani.*

impuniti, quia erit tempus. s. punitionis ipsorum in sæcula id est in aeternum. Quid autem sit mentiti, vide versiculo 44.

**Et cibavit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos.**

Hic psalmista, vt exaggeret ipsorum malitiam, recollit bonitatem Dei erga illos. Quantum ad literam Deus satiauit eos ex adipe frumenti, quia non obstante eorum malitia, introduxit eos in terram promissionis, tritico abundantem, & sic utebantur pane facto de simila, vel de medula frumenti. Et quia in terra promissionis est magna abundantia apum, sic quoddam mellificans in rupibus, & sic de petris colligunt magnam copiam mellis, ided dicit. *Et de petra melle saturauit eos.* Vel per adipem frumenti intellige panem angelorum scilicet manna, quo pane pasti fuerunt quadraginta annis in deserto. Et dicitur manna ad eum frumenti, propter bonitatem illius cibi. *Et de petra melle saturauit eos.* legimus, quod saturauit eos aquaeducta de petra, sed non legimus, quod mel eduxerit de petra. Dicunt ergo aliqui quod aquaeducta de petra hic mel dicitur, quia illa suauissima & dulcis erat ad modum mellis. Vel per adipem frumenti intellige sacramentum eucharistie, vide versiculo 994 quo etiam ingratos iudæos saturauit. Vnde & iudæi proditori corpus suum ad manducandum dedit, cui etiam in fine pacem dedit, quando in horto oscularus est eum. Vnde psalm. 147. dicitur ipsi iudæi. Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti satiat te. Ad eum autem multiplex est vide versiculo 995. De isto ergo sacramento eucharistie dicat. *Et cibavit eos.* Vbi nota, quod iste cibus corporis Christi est cibus verus ad sustentationem viduorum, cibus electus ad impinguationem aridorum, cibus solidus ad confirmationem perfectorum, cibus absconditus ad glorificationem beatorum. Primum patet. Ioan. 6. Caro mea verè est cibus & c. Qui ided dicitur verus cibus & potus, quoniam & si alij cibi vitam humanam sustentant, ipsam tamen perpetuare non valent, iste autem eucharistie cibus vitę spiritus non solum sustentat sed etiam perpetuat ipsam. Ioan. 6. Qui manducat carnem meam, habet vitam aeternam. scilicet hic in spe, sed in futuro in re. I. deo subdit. Et ego resuscitabo eum in nouissimo die, vt scilicet sicut iuste cibus hic animę vitam dedit spiritualem, sic & post hanc vitam animę simul & corpori resuscitato perpetuam tribuit vitam, dicebat Paulus consociis suis. Actuum. 27. Rogo vos accipere cibum pro salute vestra, quia nullus vestrū capillus de capite peribit. Scdm patet, quia isto cibo anima ipsum dignè sumens impinguitur omni abundantia charismatum, vt iste sit ille cibus electus, de quo Abacuc. 1. In crassata est pars eius. Et id est quia cibus eius electus. Cū enim homo ex corpore & anima tanquam ex duabus partibus constet, quę pars est illa, quę isto cibo incrassatur, certe est pars animę, quę quantum isto cibo incrassatur, ostendit magister lib. 4. di. 8. dicens quod eucharistia spiritaliter reficit. Vnde excellenter eucharistia dicitur id est bona gratia, quia in isto sacramento non tantummodo est augmentum virtutis & gratię, sed hic totus ille sumitur, qui est fons & origo totius gratię.

*1405*

*Mal. 4.*

*Nom. 10.*

*Adapt.*

*Psalm. 99.*

*Cibus verus.*

*Ioan. 6.*

*Ioan. 6.*

*Actuum. 27.*

*Abacuc.*

Et tamen istum cibum electum peruersi fastidiunt & contemunt, dicentes. Anima nostra naufragat super cibo isto leuissimo. Qui tamen istis verbis hunc cibum diffamare credentes, ipsum mirabiliter commendant, dū ipsum cibū leuissimū vocat. Scimus. n. quod sicut natura grauiū est descendere, & leuia semper ascēdūt, & per cōsequens superlatiue leuissimū dicitur, quia præ ceteris naturā hēt eleuatīā quoddam benè isti cibo competit, quoddam præ ceteris sacramentis in presenti per gratiam animam eleuat ad Deum, & finaliter in simul animam & corpus eleuat per gloriam. Tertium patet quia hunc cibum dignè sumēs contra aduersitates mundi fortificat, & diaboli certamina, de quo ad Hebræorum. 5. Perfectorum autem solidus est cibus eorum, qui exercitatum habent sensum ad discretionem boni & mali. Dicitur enim solidus cibus, quia non solum ipsum dignè sumentes fortificat, sed etiam hostes nostros demones terret. Vnde Pe. Damianus super illo verbo Ioan. 6. Qui manducat carnem meam & c. dicit. Christi corporis cibus & sanguinis potum etiam ore carnis recipere perutile est. Terret enim aduersarius cum Christi labia Christi viderit cruore rubentia. Hic enim recollit stræ perditionis initium, & diuinę victorię qua captus fuit non tolerat instrumentum. Isto cibo figuratiter fortificatus fuit ille magnus pater noster Helias de quo dicitur 3. Reg. 19. quod cum surrexisset comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus. & quadraginta noctibus. Et nota, quod prius surrexit, & postea hūc cibum comedit, quia ante istū cibum comedas, a terrenis vitiis surgere debes. Quartum patet. Absconditus enim dicitur iste cibus, quia sub alia specie occultatus. Et de isto cibo dicebat ille angelicus spiritus, Tobie. Ego cibo inuisibili vtor, qui ab hominibus videri non potest. Ex hoc enim quod iste cibus in propria specie videri nō potest, est causa nostri meriti & glorificationis, quia si ibi Christus videretur in propria forma, ibi fides quę est meritoria locum non haberet. Et quāuis iste cibum caro Christi sit & sanguis quia tamen non sacerdotibus ministratur solum sub specie cibi & non potus, sacerdotibus autem sub vtraque specie. Ideo figuratiter præceptū fuit, Levi. 7. Non sumeris sanguinem cum cibo, quia. s. sub distinctis speciebus scilicet cibi & potus distinctè sumitur, & seorsum.

**PSALMVVS LXXXI.**

**Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem Deos diiudicat.**

Huius psalmi titulus est. *Psalmus Asaph.* Titulus de se est clarus. Sed de materia psalmi dicunt doctores tam Hebræi quam catholici, quod Asaph videns in futurum iudices mudi corruptos & iudicia amore vel odio aut muneribus frequenter corrumpere, contra ipsos hunc psalmum composuit, super hoc postulans diuinam iustitiam, vt omnia talia ad viam æquitatis reducerentur per ipsam. Iste ergo psalmus quo ad literam diuiditur in tres partes, quia psalmista primò arguit iudicum iniquitatem, secundò ostendit ipsorum dignitatem, ibi. *Ego dixi.* tertio inuocat diuinam iustitiam & æquitatem, ibi. *Surge Deus.* Prima diuidi

tur in tres, quia primò ostendit diuinam sapientiam, secundò arguit iudicum malitiam, ibi. *Vsquequo & c.* tertio accusat ipsorum ignorantiam, ibi. *Nescierunt.* Dic vt Nicolaus. Quantum vero ad sensum propheticum sciendum quod iste dicitur arguit iudæorum proceres, qui Christum eis in lege promissum præsentem non cognouerunt & conatur eos inducere vt ammodo saltem ipsū cognoscāt, & credant ipsum. Et sic psalmus iste diuiditur in tres partes, quia ostendit inter iudæos primò Christi præsentiam corporalem, secundò ipsorū malitiā gēneralē, ibi vsquequo. Tertio Christi resurrectionē triūphalem, ibi. *Surge Deus.* Quā-  
*Synagoga Ecclesie.*  
rum ad primum dicit. *Deus stetit in synagoga deorum.* Vbi sciendum quod sicut ecclesia proprie Christianis catholicis congruit, sic synagoga iudæis, quod ex ipsius vocabulis patet. Nam ecclesia interpretatur conuocatio, quia omnes generaliter vocat ad fidem, & recipit. Synagoga vero interpretatur congregatio, & est proprie iudæorum. Distat conuocatio a congregatione, quia etiam congregari pecora solent, quorum congregationem proprie gręges a congregatione dicimus, sed conuocari est magis vtentium ratione, sicut sunt homines. Vt ergo notaretur iudæorum infidelitas, dicta est eorum synagoga congregatio quasi pecorum & indiscretorū, sed vbi fidelitas nostra ipso vocabulo insinuetur, nostra dicta est ecclesia id est conuocatio quasi rationabilium & discretorum. Quę ecclesia dicitur catholica id est vniuersalis. Non enim sicut conuenticula sicut hæretici in aliquibus regionibus, sed per totum orbem diffusa dilatat. Item nota quod iudæi inter omnes gentes dicebantur filij Dei, & eadem ratione dii vocabantur, sicut dicitur infra de iudæis. Ego dixi dii estis. Et rationem subdit, quia filij excelsi omnes. Dicit ergo psalmista de Christo. *Deus stetit in synagoga deorum,* idem est quod Deus stetit in synagoga iudæorum. Vbi nota, quod cum Deus ratione diuinitatis cælum & terram impleat, qui est inter omnia non inclusus, extra omnia non exclusus, proprie ratione diuinitatis in aliquo loco stare nō dicitur, sed per hoc quod dicit. *Deus stetit in synagoga deorum,* Deum hominem factum esse indicat. Sic ergo Deus factus homo stetit in synagoga deorum id est in populo iudæorum, vbi filius Dei stetit, secundum quod homo, qui missus fuit ad oues, quę perierunt domus israel. Præsentia autem diuinitatis, quę vbique est, non proprie ad synagogam pertinet, quę neque tempore, neque loco variatur. Sequitur. *In medio autem Deos diiudicat.* Hic enim ostendit quare stetit in synagoga deorum scilicet ad eos iudicandum scilicet ad discernendum eos & separandum. Ipse enim nouit qui inter iudæos ad bonum sint electi, & qui ad malum presciti. Discernit ergo vasa alia in honorem alia in contumeliam, & hoc facit stans in medio. Per medium enim virtus iustitię intelligitur, quia secundum Philosophum. 2. ethi. Omnis virtus consistit in medio. Ipsi autem iustitia est omnis virtus. 5. ethi. In medio ergo stetit Iesus diiudicandus Deos, quia omnes iuste discernit & iudicat. Electi enim iuste sunt predestinati & reprobi iuste presciti. Vnde hic dicit Prouerborum octauo. In viis iustitię ambulabo, in medio semitarum iudicij. Qualiter autem Christus steterit in medio vel fuerit medius multipliciter vide versiculo 759. & 782.

*1383*

*Aristotel.*

*Prouerb. 8.*

*vsquequo*

Vsquequo iudicatis iniquitatem, & facies peccatorum sumitis.

Iudicare iniquitatem.

Daniel. 13.

Faciem peccatorum sumere.

Matth. 26. & Mar. 14.

Iniquè iudicatur propter tria.

Grego. 9. mor. 6. 19.

Deut. 16.

Hic consequenter ostendit iudæorum malitiã generalem. Et diuiditur in tres partes, quia primò eos de malo arguit, secundò eos ad Christum dirigit, ibi. *Iudicate*. tertid ipsos ad bonum allicit, ibi. *Ego dixi*. Quantum ad primum sciendum, quòd sy nagoga quasi à principio semper iustus fuit persecura, vt ostendit Christus, dicens. Ecce ego mitto ad vos sapientes, & scribas: & ex illis occidetis & flagellabitis &c. Hoc est ergo quòd hic arguens psalmista dicit. *Vsquequo iudicatis iniquitatem* scilicet iustos persequendo quasi dicat. Misit Deus ad vos legem, & restitistis, misit prophetas & occidistis, sed vsquequo hoc erit. Nunquid vsque ad aduentum filij Dei scilicet Christi? Et in hoc arguit maiores in populo scilicet sacerdotes & scribas & minores scilicet plebeios. Arguens enim maiores ait. *Vsquequo iudicatis iniquitatem*. Ad maiores enim spectabat de cæteris iudicare. Et sic illi erant qui sententias iniquas proferebant contra sapientes & prophetas & innocentes, sicut illi duo presbyteri senes iniquam sententiam dederunt cõtra Susannam, ipsam condemnantes ad mortem. Istos ergo arguens, dicit. *Vsquequo iudicatis iniquitatem*. Sed de minoribus subdit. *Et facies peccatorum sumitis*. ipsi plebeij propter ipsorum multitudinem maioribus resistere potuissent. Et hinc est quod in morte Christi maiores timebant populum, ne ipsos à morte Christi prohiberet. Vnde dicit Matth. 26. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Ex quo sequitur, quòd in mortib. prophetarum, & etiam Christi, populus culpabilis fuit, quia non restitit maioribus inique iudicantibus. Et hoc est faciem maiorum peccatorum sumere, scilicet, ipsos honorando, ipsiis nomine contradicere, sed consentire. Vnde populo nunc loquens ait. *Vsquequo facies peccatorum* id est sacerdotum & maiorum *sumitis* id est eos honorando eis iniuste iudicantibus non contradicistis: Notandum quòd multi iniquitatem id est iniquè iudicant, quòd maximè contingit propter tria. Primo propter perfonarum acceptionem, cõtra quos dicitur, Deut. 1. Ita paruun audietis vt magnun, non accipietis cuiusquam personã. & Iaco. 2. dicitur. Fratres nolite in personarum acceptione habere fidem. Nonne Deus elegit pauperes hæredes fieri regni? Vos autem ex honorastis pauperem. Nonne diuites per potentiam opprimunt vos, & ipsi trahunt vos ad iudicia? Secundò propter peruersam intentionem. Intendunt enim quidam in remuneracionem temporalem, vel in fama acquirenda, & tales quia illud, quòd gratis exhibere debent, vendunt muneribus vel fama, ideo iniquè iudicant, etiam si iustum dent iudicium, vt ostendit Grego. dicens. Plerumque nonnulli terrena præmia appetunt, & iustitiam defendunt, seque innocentes extimant, & esse defensores rectitudinis exultant. Quibus si spes nummi subtrahitur, à defensione procius iustitiæ cessatur, & tamen defensores se iustitiæ cogitant, sibi que se rectos asserunt qui nequaquam rectitudinem, sed nummos quærunt. Quos cõtra bene per Moylen dicitur. Quod iustum est iuste exequeris. n iuste qui ppe quod iustum est exequitur, qui ad defensionem iustitiæ non virtutis æmulatione, sed amore præmij tem-

poralis excitatur. Iniuste quod iustum est exequitur, quia defensionem ipsam, quam præterdit, iustitiam venundare minimè veretur. Iuste ergo iustum exequi, est in affectione iustitiæ eandem ipsam iustitiam quærere. Sepe recte agimus, & nequaquam præmia, nequaquam laudes ab hominibus expectamus &c. Tertid propter debiti ordinis prætermissionem. Debent enim quicumque superiores, & iudices primò iudicare seipos, postea alios considerare homines esse non Deos. 1. Cor. 11. Si nosmetipsos diiudicemus, non vtrique iudicemur. Qualis autem debeat esse, qui alios habet iudicare, docet apertè Ambrosius super Beati immaculati. Et habetur. 3. quæstio. 7. Iudicet inquit ille de alieno errore, quòd non habet in ipso, quòd condemnet. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit puniendã, ne cum alium iudicat in seipso sententiam ferat. Iudicet ille qui ad pronuntiandam sententiam nec odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Et post, bonus iudex nihil ex arbitrio facit, nec domesticæ voluntatis proprietate, sed iuxta leges & iura pronunciat, statui iuris obtemperat, non indulget proprii voluntati, nihil præmeditatum de domo profert, sed sicut audiuit, iudicat, & sicut se habet rei natura, distinguit.

Iudicate egeno & pupillo, humilem & pauperem iustificate.

Hic iudæos dirigit ad Christum scilicet cogno sciendum Et duo facit, quia primò eos dirigit ad Christi notitiam, secundo ipsorum ostendit ignorantiam, ibi. *Nescierunt*. Prima in duas, quia primò dirigit maiores, secundo populares, ibi. *Eripite*. Quantum ad primum sciendum, quòd nomine pauperes, & pupilli intelligitur Christus. Pauper n. quando que dicitur idè quod humilis, quando que idem quòd egens temporalibus bonis, & vtroque modo præ omnibus aliis Christus pauper fuit & egenus. Vnde ait psalm. 68. Ego sum pauper & dolens. vide vers. 112. Dicitur etiã Christus pupillus. Nã pupill<sup>9</sup> ppricè dicitur qui caret patre vel matre, vel vtroque. Christus caruit patre in terris, & matre in caelis. & sic pupillus dicitur proprie Eze. 22. Pupillum & viduam ne contristauerit apud te. Per pupillum accipe Christum, sed per viduam virginem gloriosam, quæ tempore passionis Christi iam amiserat sponsum. aliter enim per Christum Ioanni cõmendata non fuisset. De isto ergo egeno & pupillo ait iudicibus & prælatis sy nagoga. *Iudicate egeno & pupillo*. Vbi aduerte aliud est iudicare aliquè, aliud iudicare alicui. Nã quod iudicat alicui, semper dat pro illo sententiã, sed generaliter iudicat alium siue dat sententiam pro ipso siue contra ipsum. Dicit ergo *iudicare egeno & pupillo*, & non iudicate egenum id est pro Christo egeno & pupillo sententiam dare. Vnde glo. *Iudicate egeno & pupillo* id est intelligite. Christum esse Deum, quia pauper est & pupillus. Et per hoc ostendit eos hoc nõ fecisse quãd dicat. Nolite iudicare iniquitatem, sed potius iudicate egeno & pupillo id est ad honorem eius iudicate, qui voluit propter vos esse sine patre. Vnde sequitur. *Humilem & pauperem iustificate* id est prædicante iustum esse Christum factum pauperem & humilem

humilem proptervos. Quicumque enim iustificat Christum, id est, prædicat ipsum esse iustum, prædicat verum Deum esse: cuius ratio est, quia si iustus, ergo verax. ipse autem dicit se verum Deum Ego & pater vnus sumus. Quid est ergo dictum, humilem & pauperem iustificare, nisi Christum veracem prædicare siue dicite, & per consequens ipsum verum credite Deum. Hoc autem principibus sacerdotum & scribis dicit, qui alios informare debebant.

Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.

Hic dirigit simplices. Vt enim dictum est, pupillus potuisset eripere Christum de manu principum, sed permisit ipsos de Christo facere quicumque voluerunt. Et sic quamuis ipsi plebeij Christi mortem non tractauerunt, tamen quia tractantibus maioribus non resisterunt, ideo ipsi consensisse videntur. Et sic à Christi morte non fuerunt immunes. Cognoscebant populares Christum fore iustum, & ideo ipsum defendere tenebantur. Consentit enim peccatis & malis qui nõ obuiat cum possit. 2. q. 7. negligere. 17. q. 3. quòd autem quæritur. 22. q. 3. qui potest. Præuidens ergo psal. quòd populares non obuiarent in Christi morte maioribus, eos increpat, ostendens quid facere deberent: dicens. *Eripite pauperem &c*. Vnde istum intellectum habet hic glo. dicens. Hoc minoribus dicitur, per quod ostendit nec illos à morte Christi immunes fuisse, qui permiserunt principibus Christum interficere, cum pro multitudine timerentur, & possent illos à factu & cõsensu liberare. Qui enim facinori definit obuiare cum potest, peccat & consentit. Dicit ergo. *Eripite &c. de manu peccatoris liberate*. Per manum peccatoris intelligit potestatem principum, & sacerdotum.

Nescierunt neque intellexerunt, in tenebris ambulat, mouebuntur omnia fundamenta terræ.

Hic ostendit ipsorum ignorantiam tam maiorem quam minorum, qui nescierunt Christum verum Deum esse. Et hoc est quod ait apostolus. dicens. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloria crucifixissent. Quod secundum glo. intelligitur de demonibus & hominibus. Vnde sic ait ibi glo. Si demones cognouissent sapientiam Dei de redemptione humani generis implenda per Christi mortem, nunquam dominum gloria crucifixissent. inò suggestisset crucifigi: quia quomodo suggereret diabolus illum crucifigi, per què ins perdere se sciret. Vel de iudæis potest accipi quorũ quidam cognouerunt Christum, alij verò non cognouerunt. De ignorantibus dicit Petrus. Scio fratres, quia per ignorantiam fecistis. isti non cognoscebant illum esse, qui in lege promissus erat eis. Maiores vero vt Scribæ & Pharisei, & principes sacerdotum cognouerunt ipsum esse, qui in lege promissus erat &c. vide supra vers. 156. Vel aliter vt ibidem habetur, ipsum primò cognouerunt esse verum Dei filium, sed inuidia contra ipsum incitatis, obscuratum est cor eorum. Et hoc est quod hic ait psalmista. *Nescierunt neque intellexerunt*. Incog. Tom. j.

*xerunt*. s. Christum esse verum Deum, & causam subdit. *In tenebris ambulat*. quia scilicet tenebris peccatorum excecati fuerunt. Sap. 2. Excecauit enim illos malitia eorum. Sed quid ad Christi mortem secutum sit, subdit. *Mouebuntur omnia fundamenta terræ*. Quid impletum fuit in Christi passione, quando terra mota est, & petra scissã fuit. Matth. 27. Vel fundamenta terræ. i. terreni tunc spiritualiter admirantes moti sunt tanto miraculo viso, vt centurio qui dixit. Verè filius Dei erat iste, Et Luca. 23. dicitur quòd omnis turba eorũ qui simul aderant: viso terræ motu percutientes pectora sua reuertebantur. Vel per fundamenta terræ intellige gentiles, qui terram orbis regebant qui omnes sunt moti: alij admirando colli Christum pauperem & crucifixum, & eum contèptis terrenis sectari. alij movebantur. s. à cultura idolorum ad Christi fidem se conuertendo. Dicit ergo *mouebuntur omnia fundamenta terræ*. quia nullus est qui non miretur, vt conuertatur. Sic enim prædixerat propheta. Adhuc vnũ modicum, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.

Ego dixi Dii estis & filii excelsi omnes.

Hic ad bonum ipsos iudæos allicit. Et duo facit. Quia primò allicit bonos. Secundò terret malos, ibi. *Vos autem*. Quantum ad primum sciendum quòd ad bonum quis inducitur quandoque ratione verecundia, vt puta, quia timet verecundia ideo timet mala facere, ne deprehensus in malo, verecundia confundatur. Quantò autem quis est in maiori dignitate, tantò amplius verecundari debet in malo deprehendi. Vt ergo iudæos electos ad bonum, i. ad Christi fidem inducat, ipsos dignitatem eis anteposit, dicens. *Ego dixi dii estis*. Quæ autem maior dignitas esse potest, quam quod quis nomine fungatur, & filius Dei appelletur? Si ergo magna est hæc dignitas, ne ab ipsa quis cadat magno opere se custodire debet. Sciendum ergo, quod in scriptura nõ essentialiter sed participatiuè hoc nomen Deus aliquibus attribuitur. Nam attribuitur demonibus, & hoc per falsã hominũ æstimatione. psal. 95. Omnes dii gentiũ demonia. Attribuitur potestati habentibus, & sic Moyses accepta potestate, qua signa corã Pharaone facere posset: Deus dicebatur. Vnde Exod. 7. Dixit dominus ad Moysen. Ecce cõstitui te deũ Pharaonis. Attribuitur quandoque iudicibus. Exod. 22. Si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos. glo. id est ad iudices. Attribuitur quandoque prophetis & doctoribus. Ioannis 10. Illos dixit deos ad quos sermo Dei factus est. Attribuitur filiis Dei & hæredibus, vt hic. *Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes*. Inter omnes autem applicationes hoc est maioris dignitatis quòd quis Deus dicatur, quia filius & hæres: de hoc vide supra versicu lo. 774. & 809. Et quamuis hoc solis iudæis in antiqua lege diceretur, quia soli filij Dei erant per cultum Dei singularem, tamen tunc indifferenter dicitur omnibus cuiuscunq; gradus vel conditionis existant, quia omnes has promissiones accipiunt, qui mandata Dei custodiunt, scilicet, vt Deus & filij Dei dicantur, quia dedit eis potestatem filios Dei fieri, his Iii qui



qui credunt in nomine eius &c. Hoc enim solis iustis dicitur qui predestinari sunt ad vitam.

1412.

Vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.

Greg. 4. mo. cap. 17. Homo multipliciter accipitur.

1. Corint. 3.

Hic consequenter terret malos. Vbi notandum quod vt ait Greg. Homo accipitur tripliciter in scriptura. s. aliquando per naturam. s. in qua factus est. Gen. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Aliquando accipitur homo per infirmitatem, sicut scriptum est. Male dictus qui ponit spem suam in homine. i. in infirmitate. Aliquando accipitur homo per culpam, sicut Paulus ait. Cum sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis & secundum hominem ambulatis? Ac si dicat, qui discordes mentes ducitis, nonne adhuc ex reprehensibili humanitate peccatis? Ad propositum hic accipitur homo secundum culpam. Homo enim ex culpa mortem meruit, sed ex diuina gratia immortalis efficitur in gloria. Malis ergo iudeis, qui potuissent esse dii & filij Dei & heredes, qui tamen propter peccata mortem æternam incurrerunt, dicitur. Vos autem sicut homines moriemini, non solum. s. morte corporis: quia statutum est omnibus hominibus mori sed etiam morte gehennæ, qua mortuus est diues & sepultus est in inferno. Et aduerte quod sicut supra fecit distinctionem inter maiores malos & minores: maioribus dicit. *Vosque quo iudicatis iniquitatem*: minoribus vero dicit. *Et facies peccatorum similitudo*. Sicut & nunc explicans eorum pœnam: primum minoribus dicit. *Vos autem sicut homines moriemini*. vbi sine aliquo titulo honoris nominat homines, sed consequenter maioribus cum titulo honoris dicit. *Et sicut vnus de principibus cadetis*. In scriptura enim sacra demones principes appellatur. Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiecit foras. Et ad Eph. 6. Nobis est coluctatio aduersus principes & potestates tenebrarum harum. Hi autem principes vitio superbiæ de cælo ceciderunt. Esa. 14. Quomodo cecidisti lucifer de cælo? De minoribus ergo dicit. *Vos autem sicut homines moriemini*. De maioribus autem. *Et sicut vnus de principibus*. i. de demonibus cadetis. Per hoc insinuans peccata sacerdotum prælatorum, & maiorum etiam circa eandem materiam excedere peccata minorum, & per consequens ampliori pœna fore puniendæ: sicut maius fuit peccatum demonis quam hominis, & ampliori pœna punitur. Et ideo sicut peccatum diaboli est irremediabile, peccatum autem hominis remediabile, sic iuxta modum loquendi peccatum maioris & infidelitas irremediabile est respectu peccati minoris: quia maioribus imputantur peccata minorum.

Hebr. 9. Lucæ. 17.

Principes sunt demones. Ioan. 12. Ephes. 6.

Esa. 14.

Peccata prælatorum sunt grauiora, quam subditorum.

1413.

Surge Deus iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus.

Hic prædicit psalmista Christi resurrectionem & eius effectum. Vbi notandum quod post Christi resurrectionem mundus fuit iudicatus, s. iudi-

cio discretionis, quia iudei qui prius erant populus Dei, repulsi sunt, & gentes idololatrarum Dei populus sunt effectæ. Istud iudicium mirabile ostendit Petrus, dicens gentibus. Vos estis gens sancta populus acquisitionis, vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum, qui aliquando non populus, nunc autem populus Dei. Et hoc est admirandum iudicium Christi, de quo ipse ait. Ioan. 9. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant: & qui vident cæci fiant. Quod scilicet iudicium fuit: quia gentiles qui prius Deum verum per fidem non videbant, post Christi resurrectionem conuersi ad fidem ipsam cognouerunt. Iudei autem, qui prius videbant, infideles effecti sunt exæcati. Et hoc est quod præuidens psalmista ait hic. *Surge Deus*. id est o tu Christe Deus, surge à mortuis: *iudica terram*, id est terrenos iudeos, qui timentes perdere templum & gentem, id est lucra terrena, te crucifixerunt. *Iudica ergo hanc terram*, id est damnata, exæcata, quia scilicet ipsa terra repulsa: *Tu hereditabis in omnibus gentibus*, id est omnes gentes erunt hereditas tua. Sic enim dictum fuit filio psal. 2. Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Qualiter autem hodie gentes sunt hereditas Dei, vide versiculo. 178.

PSALM. LXXXII.

Deus quis similis erit tibi? neque taceas neque compefcaris Deus.

Huius psalmi titulus est iste. *Canticum psalmi Asaph*. Quantum ad literam expositio tituli apparet ex dictis. Ex quo titulo apparet auctor psalmi: qui fuit Asaph. De materia autem psalmi quod ad literam, dicunt doctores communiter tam Hebræi quam Latini, quod Asaph fecit istum psalmum contra hostes populi Dei prosequentes filios Israel & terram promissionis inuadentes, & maxime contra Sennacherib regem Assyriorum & eius exercitum, qui multum fuit infestus populo Israel, & terræ promissionis, vt habetur 2. Paralip. 32. Et Esa. 36. Dicitur quod tempore Ezechie regis venit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates iudeæ munitas, & cepit eas. Pro qua materia etiam Asaph fecit psalmum. 75. Vnde eadem est materia illius psalmi, scilicet notus in Iudæa Deus, & istius. Et sic psalmus iste diuiditur in duas partes: quia psalmista primò narrat hostium nequitiam: secundò implorat contra illam Dei iustitiam, ibi. *Fac illis &c.* Dic vt Nicolaus. Quantum verò ad sensum propheticum sciendum quod in isto psalmo, psalmista agit de secundo aduentu Christi ad iudicium, in quo boni qui nunc multipliciter patiuntur à malis, coronabuntur. Mali verò, qui nunc bonos prosequuntur, condemnabuntur. Et per hoc bonos qui nunc tribulantur, per patientiam consolatur, sed malos terret vt a persecutione bonorum cessent. Est ergo sensus tituli. *Canticum psalmi Asaph*. Iste psalmus dicitur canticum: quia agit de iocunditate mentis habenda in persecutionibus, dicitur etiam psalmus, quia mouet ad bonas operationes: & vtrunque coniungit simul: quia cum letitia mentis debet copulari bona operatio: & e contrario. Diuiditur autem psalmus iste in duas partes

Uoluit in ista hominibus ostensa.

Prover. 6. Taceat natus quis qui compefcaris Deo.

2. Petri. 2. Esa. 36.

Psalm. 75.

1. Petri. 1.

Psalm. 74. Lampas dicitur Christus.

partes, quia proposito timore diuini iudicij, primò agit de peccatis malorum, secundò de punitione ipsorum, ibi. *Fac illis*. Prima diuiditur in duas quia primò ponitur iudicaria Christi potestas, secundò Antichristi & suorum peruersa malignitas, ibi. *Quoniam ecce*. Quantum ad primum sciendum, quod Christus in forma hominis venit ad iudicium, non in forma diuinitatis. Et hoc vt omnes iudicem suum videre possint: quæ tamen forma serui in Christo tunc omnibus apparebit gloriosa, vt ostendit Magister lib. 4. dist. 48. Et sicut gratia Christi excessit gratiam cuiuslibet alterius creature, vt populus in gratia similis sibi dici possit: sic & conformiter gloria humanitatis Christi excedet incomparabiliter gloriam cuiuslibet creature. Et hæc omnia præuidens psalmista, Christo homini loquitur, dicens. *Deus quis similis erit tibi?* quasi dicat. Christo. Tu qui es Deus & homo, Deus vt nallas, homo vt alij. Tamen in iudicio, in quo apparebis vt homo, *quis similis erit tibi?* Certè nullus. Quia licet hic fueris iudicatus, cum latronibus deputatus, tamen ibi nullus similis tibi erit. Non in potentia: quia ibi tu terribilis eris: & quis resistet tibi extunc ira tua? Non in iustitia: quia iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ. Non in gloria: quia eris speciosus forma præ filiis hominum. Quis ergo erit similis tibi? De hac vide superius versiculo 322. Sequitur. *Neque taceas neque compefcaris Deus*, quasi dicat. Quia ergo talis eris in futuro iudicio, ideo tunc ne taceas scilicet à sententia danda contra malos, qui tamè hic primò tacuisti, quando, scilicet tanquæ agnus coram tondeute se fuit sine voce, & non aperuit os suum. *Neque compefcaris Deus* vbi aduerte quod pefco. scis. deriuatur à pacifcor. sceris: quod est facere pacem, & componitur cum com. & dicitur compefco, quod idem est quod simul cum alio facere pacem. Præuidens psalmista quod in iudicio erit tempus iustitiæ & non misericordiæ, & quod iudex ibi nullus acquiescet precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima: vt dicitur Proverb. 6. Hoc prophetizando prædicit. *Neque taceas neque compefcaris Deus* id est tunc cum malis non pacificaberis: qui modo faciliter reconciliaris. Christus ergo qui nunc tacet hominum peccata tolerando vt conuertantur, tunc non tacebit malos puniendo. Vnde dicit Esa. 42. Tacui, semper filij, sicut parturiens loquar. Quod ad propositum deducit Grego. super illo verbo Job. 12. Lampas contempta apud cogitationes diuinitum patata ad tempus statutum, dicit. Christus lampas nobis extitit, qui pro redemptione nostra in cruce moriens tenebrosis nostris mentibus per lignum crucis lucem nobis sudit, quæ tamen apud cogitationes hominum contempta fuit, quia in propria venit & sui eum non receperunt. Et alibi. Spreuit eum Herodes cum exercitu suo. Sed hæc contempta lampas, quæ in terra irrisiones tolerante cælo iudicium corruat. Vnde sequitur. Parata ad tempus statutum. De quo tempore per psalmistam dicitur. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Lampas ergo, quæ nunc contemnitur, ad statutum tempus est ventura, quia ipse peccata in die vltimo iudicabit, tunc nunc peccantium derisiones portat. Et tanto tunc durius distinctionem expetit, quanto nunc vocandis peccatoribus sua nunc patientiam sternit. Qui enim diu conuertendos expectat, non conuersos sine retractione

cruciat. Quod per prophetam insinuat, dicens breuiter. Tacui, semper filij, patiens fui, sicut parturiens loquar. Parturiens enim cum dolore eicit hoc, quod in intimis longo tempore gestauit. Qui ergo semper filij, sicut parturiens loquitur quia venturus iudex, qui sine vltione diu facta hominum pertulit, quandoque cum feruore examinis quasi cum dolore mentis, quantæ animaduersionis sententiam intus seruauerit, ostendit &c. Hoc ergo præuidens psalmista ait. *Neque taceas, neque compefcaris Deus*. Cui Christus respondit, dicens. Non tacebo, sed reddam iniquitates vestras & patrum vestrorum simul.

Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, extulerunt caput.

Hic consequenter ostenditur malorum peruersitas. Et diuiditur in partes tres: quia ponitur primò malorum superba contumacia, secundò ponuntur ipsorum acerba consilia, ibi. *Super populum, tertio ipsorum praua consilia*, ibi. *Quoniam cogitauerunt*. Quantum ad primum sciendum, quod psalmista hic notat persecutionem quæ erit antichristi tempore, quando scilicet inimici Christi aperte contradicent Christo. Inimicos namque Christi dicit omnes iniquos, qui sunt membra antichristi, sicut modo amici Christi dicuntur omnes iusti qui sunt membra eius: vt ait Gregorius libro 25. mor. cap. 20. Isti autem inimici sonauerunt, id est sonabunt contradicendo Christo. *Et qui oderunt te extulerunt caput*, id est extollent. Et nota quod nõ dicit capita, sed caput, quia omnes iniqui habebunt vnum caput, quod erit antichristus: quod mali extollent, quia ipsum venerantur & adorabunt, vt Deum. Vel istius inimicorum Christi caput est diabolus, qui omnium iniquorum caput dicitur: quia sicut capite membra reguntur, sic ipso demone reguntur omnes iniqui: vt ait Gregorius lib. 14. mor. cap. 11. Et de isto capite dicitur. 2. Paralip. 6. Reddas iniquo iuxta viam suam in caput proprium. Iuxta enim viam iniqui diaboli redditur in caput suum: quia omnis eius via & iniquitas ipsius capiti ad vltionem cedit. Omnes ergo, qui Christum odiant, extollunt caput suum, quia omnes peccatores ipsi diabolo diabolo subiungantur & seruiunt, quia omnis, qui facit peccatum, seruus est peccati, quoniam tot demoniorum quot vitiorum.

Super populum tuum malignauerunt consilium, & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Hic ponuntur acerba antichristi consilia. Et primò ponuntur consilia, secundò ostenduntur in consiliis deliberata, ibi. *Dixerunt*. Quantum ad primum sciendum, quod antichristus astratus vtur consiliis contra fideles, vt illos omnino exterminare possit. Sicut enim Christus ad prædicandam fidem catholicam elegit sculta & infirma. id est homines simplices & idiotas, homines pauperes & abiectos, vt ostederet diuinitus fidem ipsius per orbem dilataram non potentia mundi aut astutia, sic per oppositum antichristus ad se Deum

Esa. 42.

Esa. 65.

1415.

Gregor.

Caput malorum diabolus & antichristus.

Greg. 14. mo. cap. 11.

1416.

Nota hic de antichristo.

Grego. 32. *consilium diaboli.*

Grego. 9. *mora. ca. 34*

Proverb. 11. *Grego 32. mora. ca. 27.*

Psalm. 11.

1417

2. Thess. 2.

Grego. 19. *mora. ca. 4. Antichristus se maiorem Deo praescribit.*

praedicandum eliget praedicatores scientia mundi A plenos, & in mundo potentes, ut ostendit Grego. li. 13. mora. c. 6. Cum quibus astuta habebit contra Christianos consilia. Quae omnia consilia demonum peragentur, sic quod consilia demonum imitabuntur. Diaboli enim consilium est sanctos decipere ut illos ad peccatum adducere possit, quod aliquando facit per aduersa, & quandoque per prospera. Quae enim hoc facit per aduersa, ut ostendit Grego. super illud Job. 10. Numquid bonum tibi videtur, si calumniaris &c. Et consilium impiorum adiuues dicens. Quos namque hic impios, nisi malignos spiritus vocat? qui cum redire ad vitam ipsi nequeant crudeliter socios quaerunt ad mortem. Quorum nimirum consilium est, ut qui in tranquillitate iustus permanet, saltem flagellatus peccet. Hoc in- B desinenter consilium contra bonos maligni spiritus ineunt, ut hi, quos seruire Deo innocue in tranquillitate conspiciunt, vexati aduersitatibus ad voraginem culpae rapiantur. Sed ipsorum consilij acumen destruitur, quia pius conditor cum viribus flagella moderatur. Nisi enim omnipotens Deus cum viribus tentata modificaret, nullus est, qui malignorum spirituum insidias nisi corruens portet. Quandoque consilium facit per oppositum scilicet ut non per aduersa, sed per prospera fortius faciat cadere iustos, quia ut habetur Proverbiorum 12. Consilia impiorum fraudulenta sunt. Quod ostendens Grego. ait. Ecce quidam contentus rebus propriis, nullis huius mundi occupationibus implicari valde formidans, &c. vide supra versiculo 345. Consimiliter anti-Christus astutus consiliis cogitabit populum Christianum perdere, quia modo inferendo aspera tormenta, modo diuitias conferendo, & honores, ut tunc meritum quilibet iustus dicere possit illud psalm. 21. Circumdederunt me canes multi, consilium malignatum obsedit me. Quae omnia prauidens psalmista ait. Super populum tuum malignauerunt consilium &c.

Dixerunt venite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen israel ultra.

Hic declarantur quae per eorum consilium sunt deliberata. Tanta enim erit superbia antiChristi, quod non solum contendet se Deo facere equalem, sed quod execrabilis est, se maiorem Deo conabitur ostendere, ut ostendit de antiChristo apostolus dicens, quod filius perditionis. scilicet antiChristus aduersatur & extollitur supra omne, quod dicitur Deus aut colitur, quia diabolus in antiChristo se maiorem Deo conabitur ostendere, ut ostendit Grego. dicens. Diabolus lapsus suo crimine in mensura ruinae suae minimè permansit, sed quanto ab omnipotentis gratia defuit, tanto magis reatum criminis cumulauit. Nam qui ideo cecidit, quia peruerso ordine Deo esse similis voluit, eo usque E perductus est, ut in antiChristum veniens videri Deo similis dedignetur, atque eum, quem non potuit habere superbum, aequalem, damnatus putet habere inferiorem. Nam cum de illo dicitur. Extollens se supra omne, quod dicitur Deus aut colitur, aperte monstratur, quod appetendo dudum Dei similitudinem, quasi iuxta Deum se erigere voluit, sed in superbiae culpa crescendo, iam su-

pra omne quod dicitur Deus & colitur, extollitur, &c. Sic igitur diabolus per antiChristum conabitur cultum Dei de mundo tollere, & Christi fidem annullare, ut Christi nomen amplius non memoretur per orbem. Et hoc est consilium eius. Quod prauidens psalmista de ipso & suis satellitibus dicit quod dixerunt id est suis consiliis delibauerunt, venite & disperdamus eos scilicet Christianos Christi cultores de gente id est de omni generatione. Gens namque a generatione dicitur. Disperdamus ergo dicit de gente ne scilicet sint inter homines genitos id est omnes fideles eradicemus de terra. Et ad quid, ostendit dicens Et non memoretur nomen israel ultra. Et id est ut. Vbi per israel intelligitur Christus, nam israel interpretatur vir videns Deum, quod per excellentiam de Christo dicitur, qui in primo instanti conceptionis suae (alias creationis) fuit vir perfectus & clarissimus ac beatificus Deum vidit. Nomen autem Christi de mundo auferre conabitur, quia nomen Dei maximè in Christo resulget. Sic enim de Christo sub israel nomine dicitur. In israel magnum nomen eius. Hic autem antiChristus primò seducet iudaeos, & in ipsis primò accipiet dominium quia maximè seipsum Christi nominis inimicos ut qui Christum verum regem negauerunt, dicentes. Non habemus regem nisi Caesarem, primi falso regi subiiciantur. Vnde Grego. dicit. Quia verum regem super se regnare iudaei noluit, idcirco eius demeritis exigentibus, sub antiChristi regimine prior deriuatur.

Quoniam cogitauerunt unanimiter simul aduersum te, & testamentum disposuerunt tabernacula Idumaeorum & Ismaelitarum.

Hic apperiantur ipsorum mala consortia scilicet qui ad istud consilium congregabuntur. Nominat enim hic multas gentes, quae populum israel sunt persecute, per quas vult significare quales coadiutores contra fideles antiChristus habebit. Et ostendit quod sui adiutores primò erunt avari & luxuriosi. Secundo quod erunt idololatrae & falsi Christiani, ibi. Moab. tertio quod daemones & omnes superbi, ibi. Et enim Assur. Quantum ad primum ostendit primo ipsorum intentionem, dicens Quoniam cogitauerunt unanimiter &c. quasi dicat sicut omnes gentes statim nominandae infestae erant filiis israel, sic & per illas gentes mali designati, unanimiter cum antiChristo persequuntur fideles. Omnes ergo insimul congregabuntur aduersus nomen Christi, quasi ex multitudine fortiores Christo esse se credant. Et hoc est quod ait. Quoniam cogitauerunt unanimiter simul aduersum te. Et qualiter, subdit. Testamentum disposuerunt id est pactum inter se fecerunt. Testamentum enim in scriptura non solum dicitur voluntas vltima hominis, quae solum valet post mortem eius. vnde dicitur testamētum, quia solum valet post mortem eius. Sed et testamētum dicitur pactum factum inter aliquos, quod et valet inter viuos. Vnde hic ait gl. Testamentum quippe in scripturis non solum illud dicitur, quod non valet, nisi testatore mortuo, sed etiam omne pactum & placitum quod etiam inter viuos tenet, testamentum vocatur. Sicut

Israel sign. sicut Christi

Psalm. 75. Antichristus primò seducet iudaeos, & in ipsis primò accipiet dominium quia maximè seipsum Christi nominis inimicos ut qui Christum verum regem negauerunt, dicentes. Non habemus regem nisi Caesarem, primi falso regi subiiciantur. Vnde Grego. dicit. Quia verum regem super se regnare iudaei noluit, idcirco eius demeritis exigentibus, sub antiChristi regimine prior deriuatur.

1418

Testamentum dicitur pactum

Sicut Laban & Iacob inter se testamentum fecerunt, id est pactum, quod viui etiam obseruarent. Ecce ergo testamentum quod inter se facient mali cum antichristo ad extinguendum fideles, quia pactum facient ut vnanimiter bonos persequantur. Et qui erunt isti, subdit. Tabernacula Idumaeorum & Ismaelitarum. Tabernacula, id est habitantes in illis tabernaculis. Inimicos enim Christi sub certis nominibus gentium exprimit, quae secundum interpretationem conueniunt ipsis. Sic ergo per haec nomina declarat inimicos Christi, qui cum antichristo simul congregabuntur ad Christum persequendum, sic & gentes hic nominatae realiter populum Dei persequerentur. Et primo loco ponit tabernacula Idumaeorum. Idumaei dicuntur ab Edon, scilicet gentes quae fuerunt genitae ab Edon. Hic est Esau frater Iacob qui alio nomine Edon est vocatus. Hic enim sicut odiebat fratrem suum Iacob quaerens occidere eum, sic & Idumaei descendentes ex eo, odio habebant descendentes ex Iacob, scilicet filios israel. Vnde quando transiebant per desertum euntes ad terram promissionis habentes transire per terram Edon, nunquam transitum voluit eis concedere rex Edon. Vnde Moyses ad eum legationem misit ut haberet Num. 20. dicens regi Edon, haec mandat frater tuus israel. Obsecramus te, ut nobis transire liceat per terram tuam, bibimus per viam tuam aquam precio ememus, &c. Respondit rex Edon. Non transibitis. Statimque egressus est obuius cum infinita multitudine. Per istos ergo Idumaeos significantur auari, Idumaei namque interpretantur terrena amant, & sanguinem pauperum sicuti. Tales erunt cum antichristo: quia plures ad se muneribus conuerterent & donis. Ismaelitarum isti descendunt ab Ismaele filio Abraham, qui habebat odio filios israel: quia propter Isaac Agar mater Ismaelis de domo Abraham fuit eiecta, ut habetur Gen. 14. Per istos autem Ismaelitas, etiam intelligit avaros, qui de proximis non curantes, sibi solis congregant terrena, nam Ismael interpretatur obediens sibi, quia tales propter lucrum proprium antichristo copulabuntur.

Idumaei dicuntur ab Edon, scilicet gentes quae fuerunt genitae ab Edon.

Gen. 27.

Num. 20.

Gen. 14.

1419

Gen. 19.

Christiani filij Moab significantur

Moab & Agareni Gebal & Ammon & Amalech, alienigenae cum habitantibus Tyrum.

Hic ponit alias nationes. Hic ergo secundum nomina hic posita singularim est procedendum. Moab enim fuit filius Loth, quem de maiori filia ebrius genuit, ut habetur Gen. 19. Et ab isto dicti sunt Moabitarum, qui multum infesti fuerunt populo israel. Nam ut habetur Iudic. 3. Eglon rex Moab percussit israel, seruieruntque filij israel regi Eglon. 18. annis. Per istum ergo Moab significatur falsi Christiani, qui legem quidem Christi suscipientes, ipsa male vtuntur. Nam moab interpretatur ex patre, quod in malo accipitur. Bonus quippe fuit Loth pater eius, sed filia sua male abusa est patre suo, ex quo genuit Moab. Sic & lex Christi bona est, si quis ipsa vtatur licite, sed qui male ipsa vtitur Moab generat: quia scilicet falsus Christianus efficitur. Erunt ergo Moab in societatem antichristi: quia multi Christiani abutentes & negantes fidem Christi sibi sociabuntur, intantum quod Incog. Tom. j.

(ut dicit Gregorius) antichristus multos electorum seducet & superabit. Sequitur. Et Agareni. Isti sunt sarraceni id est quod ismaelitarum, quia quamuis ex ancilla sint geniti, falso tamen se dicunt ex Sarra vxore Abraham generatos. Isti habebant odio filios israel & persequerentur eos, sed filij Ruben & Gaad pugnaverunt contra eos, & traditi sunt in manibus eorum, ut habetur 1. Paral. 5. Per Agarenos autem intellige hypocritas, qui alieni sunt ab apparentia sua: quia vnum ostendunt exterius, aliud autem sunt interius. Vnde & Agareni alieni interpretantur. Et isti erunt in societate antichristi: quia maximus hypocrita erit, & simulator, immo ipse erit omnium hypocritarum caput, ut dicit Grego. super illo verbo Job 34. Qui regnare facit hypocritam propter peccata populi. Per hunc hypocritam designatur antichristus omnium hypocritarum caput. Seductor quippe ille tunc sanctitatem simulabit, ut ad iniquitatem alios trahat. Sequitur. Gebal. De isto Gebal nihil reperitur, ideo cogimur hoc non literaliter accipere, sed magis mystice. Gebal namque interpretatur vorago exterminans, & significat crudeles homines, qui voragine crudelitatis alios deuorare conantur. Quis autem crudelior imaginari potest antichristo, qui etiam secum multos crudeles habebit, intantum quod tempore suo grauiora tormenta & persecutiones erunt in ecclesia, quam alias ante fuerunt, ut dicit Gregorius libro 31. mora. cap. 20. Vnde de ipso dicitur Hierem. 6. Crudelis est, & non miserebitur. Sequitur. Et Ammon. Iste fuit filius Loth, quem de ipsa ebrius genuit filia minor, a quo & Ammonitarum dicti sunt. Isti infesti fuerunt populo israel & ingrati. Nam ut habetur. 2. Reg. 10. Mortuo rege filiorum Ammon, Dauid misit ambassatores ad filium ut consolarentur eum. Ipse autem ingratus vilipendit nuncios Dauid, & rasit medietatem Barbae illorum, & scidit vestes eorum usque ad nates, & postea instruxit bellum contra filios israel. Isti significant ingratos, non solum ex re gesta, sed etiam ex interpretatione nominis. Nam Ammon interpretatur populus iniquus, Et quae maior potest esse iniquitas, quam ingratitude. Et ingrati erunt in societate antichristi, immò ipse ingrattissimus, quia acceptis donis contra Christum pugnabit. Sequitur. Et Amalech. Iste fuit filius primogeniti Esau, a quo Amalechitarum sunt orti. Iste odiebat filios israel sicut & Esau pater ipsorum. Iste populus Amalech fuit primus qui pugnavit contra filios israel, postquam egressus fuit de Aegypto, ut habetur Exo. 17. Quem superauerunt populus israel orante Moysen, ut ibidem habetur. Per istos significantur luxuriosi, vitam brutorum ducentes animalium. Nam Amalech gens bruta interpretatur. Et tales luxuriosi erunt cum antichristo, nam pra omnibus & ipse luxuriosus erit. Vnde ad literam de ipso dicitur. Daniel. 11. Aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & erit in concupiscentiis sceminarum. Et tales sibi associabuntur. Sequitur. Alienigenae cum habitantibus Tyrum. Vbi enim nos habemus Alienigenae, textus hebraicus habet Philistum. Isti semper inimici fuerunt populi israel, ut patet per totum primum lib. reg. vnde & arcam domini in praelio cepserunt, ut habetur 1. Reg. 4. Per istos autem significantur gulosi comestationibus vacantes, & ebrietatibus, nam philistaei interpretantur cadetes populo. Tales enim cum antichristo erunt. Si enim

Greg. 32. mora. c. 140

1. Paral. 5. Agareni significat hypocritas.

Greg. 25. mora. c. 20.

Gebal sign. sicut crudelitas.

Greg. lib. 31. mora. c. 20. Hier. 6.

2. Reg. 10.

Amalech significat luxuriosos.

Exo. 17.

Daniel. 11.

Philisti sign. sicut gulosos. 1. Reg. 4.

luxurijs vacabit, consequens est etiam quoddam com-  
 mellationibus & ebrietatibus vacabit. *Cum habitan-*  
*tibus tyrum.* Quamuis enim tyri essent cōfederati  
 cum populo israel tempore Dauid & Salomonis,  
 ut habetur 3. Reg. 5. tamen fuerunt eis postea ini-  
 mici: & incitauerunt Sennacherib Regem Assy-  
 riorum contra populum Israel tempore Esēchiaz  
 Regis, ut habetur 4. Regum 18. Per habitantes  
 ergo Tyrum intellige potentes in sēculo. Nam  
 Tyrus fortitudo interpretatur. Ipse autem po-  
 tentēs & fortes sibi associabit. Tales confocios  
 ergo antichristus habebit: & non solum tales  
 malos homines sibi associabit: sed etiam dēmo-  
 nes. vnde sequitur.

1320 **Etenim Assur venit cum illis, facti sunt in adiutorium filiis Loth.**

Hic ostendit quoddam dēmones erunt sibi socij.  
 Vbi notandum quantum ad literam quoddam Assur  
 hic accipitur pro Nabuchodonosor: qui erat Rex  
 Assiriorum, per quem intelligitur ipse diabolus  
 Assur enim interpretatur collens robustum: & si-  
 gnificat ipsum diabolum: qui etiam robustos  
 quandoque suis temporibus in peccatum cade-  
 re facit. Et iste versus est quasi redditiō causę  
 pręcedentis. Vt si quęratur: quomodo tot mali  
 & vitiosi associabuntur antichristo. Respōdet iste  
 versus. *Etenim assur venit cum illis.* id est diabolus  
 erit in societate ipsius, omnes istos sibi congre-  
 gans. Et ideo de omnibus istis sic congregatis ait  
*Et facti sunt in adiutorium filiis Loth.* Qui enim di-  
 cuntur filij Loth, nisi angeli apostatę? Nam Loth  
 declinans interpretatur. Filij ergo Loth sunt an-  
 geli apostatę, qui sunt filij declinationis: quia a  
 veritate declinando in societatem diaboli descen-  
 derunt. Vnde Apocal. decimosēcundo dicitur, qd  
 draco cecidit, & traxit secum tertiam partem stel-  
 larum. Venient ergo omnes isti mali cum anti-  
 christo in adiutorium filiis Loth: quia omnes  
 suis malis operationibus inuabunt dēmones ad  
 seducendum fideles. Vel per omnes istas gentes  
 nominatas significat, quod omnia vitia per illas  
 signata erunt in antichristo. Et in prędictis sem-  
 per accipit verbum pręteritū temporis pro futuro,  
 more prophetarum ratione certitudinis prophe-  
 tia.

1421 **Fac illis sicut Madian, & Syfara sicut Iabin in torrentem Cyson.**

Hic consequenter agit psalmista de punitione  
 ipsorum. Vbi sciendum quoddam multi fociorum an-  
 tichristi, quando videbunt ipsum antichristū quę  
 Deum reputabāt a Christo manifestę superatum  
 & interfectum, cognoscent errorem suum, scili-  
 cet, quoddam antichristus Deus non erat: & sic ali-  
 qui eorum ad Christum cōuertentur, aliqui autē  
 obstinati perdurabunt. Et secundum hoc psalm.  
 duo facit. Quia primō agit de pœnis obstinato-  
 rum. Secundō de conuersione aliquorum, ibi.  
*Imple facies eorum.* Prima in duas: quia primō agit  
 de pœnis quas patientur in pręsenti. Secundō de  
 his, quas patientur in futuro, ibi, *Sicut ignis.* Pœ-  
 nas autē quas in pręsenti patientur, ponit ad  
 similitudinem pœnarum, quas passi sunt realiter  
 populum Dei persequentes, quas sub multis ex-

emplis enumerat. Ad quas intelligendas histo-  
 rias exemplorum videre oportet. Ait ergo, *Fac illis*  
*sicut Madian.* Vbi sciendum quoddam Rex chanaan-  
 corum nomine Iabin habebat ducem exercitus sui  
 nomine Syfaram. Iste oppresserat vehementer fi-  
 lios Israel per viginti annos, & clamauerunt ad  
 dominum filij Israel. Tunc Delbora prophetissa  
 quę iudicabat Israel, pręcepit Barach filio A-  
 binoem, vt assumeret secum decem millia pugnato-  
 rum, & iret ad torrentem Cyson, & ipsa ibidem ad  
 eum conuertet Iabin regem & Syfaram ducem  
 exercitum cum toto exercitu suo, & omnes trade-  
 ret in manus ipsius Barach. Qui tamen Barach  
 noluit ad dictum locum pergere, nisi ipsa Delbora  
 pergeret secum. Perrexerunt ergo simul cum decē  
 millibus pugnatorum. Cum Syfara audisset quoddam  
 ascendisset Barach eū exercitu in monte Thabor,  
 & ipse congregauit exercitū suum, scilicet Iabin  
 regis, & venit ad torrentem Cyson. Tunc Delbora  
 dixit ad Barach, Surge quia tradidit dominus Sy-  
 faram & exercitum eius in manus tuas. Descēdit  
 Barach cum suis ad torrentem Cyson, & statim  
 perterritus dominus Syfaram in cōspectu Barach,  
 & totum exercitū eius in tantū qd Syfara de curru  
 descendēs pedester fugerit, & Barach cum perse-  
 quebatur eū exercitu suo cecidit; omnis exerci-  
 tus Syfara. Syfara autē peruenit ad domū Iael,  
 quę egressa in occursum Syfara dicit ei. Intra ad  
 me, domine mi, ne timeas. Qui ingressus, postula-  
 uit vt biberet, quia valde sitiebat. Quę aperuit v-  
 trem lactis, & dedit ei bibere, & cooperuit eum.  
 Vt autem ille dormiuit, ista accepto clauo & mal-  
 leo posuit supra tempus capitis eius, percussūq;  
 malleo defixit in cerebrum eius vsque ad terram,  
 & mortuus est. Et sic Deus in illo die humiliavit  
 Iabin regem chanaan coram filiis Israel. Hęc om-  
 nia habentur Iudicum 4. Huius ergo humiliatio-  
 nis hostium populi Dei recolens psalm. vt Deus  
 sic puniat antichristum cum suis, dicit. *Fac illis si-*  
*cut Madian & Syfara, & sicut Iabin in torrente Cyson,*  
*Et sicut Madian.* Vbi sciendum, quoddam (vt habetur  
 Iudic. 7.) Gedeon cum trecentis viris inermis exer-  
 citum Madian prostravit. Madian enim fuit filius  
 Abraham natus de Cetura, a quo Madianitę de-  
 scenderūt, vt habetur Gen. 25. Isti autem multum  
 opprimebant filios Israel, vnde vt habetur Iudic.  
 6. Omnis Madian & Amalech & omnes Orienta-  
 les populi congregati sunt simul, & transeuntes  
 iordanem castrametati sunt in valle Iezrael, Ge-  
 deon autem omnes illos cum trecentis viris sine  
 armis ipsos debellavit. Vide historiam, versic. 234.  
 Vult ergo psalm. dicere Deo, sicut tua virtute mira-  
 culose debellasti Madian, debellasti Syfaram & I-  
 bin in torrente Cyson, id est iuxta illum torrentem  
 sic & percutere antichristum cum exercitu suo.

1422 **Disperierunt in Endor, facti sunt vt stercus terrę.**

Hic notat locum in quo Syfara & Iabin cum  
 suo exercitu interfecti fuerunt. Ad literam enim  
 locus in quo erat torrens Cyson, dicebatur endor  
 vel fons Endor, vt ait magister in glo. *Et facti sunt*  
*vt stercus terrę.* Hoc ideo dicit, quia corpora inter-  
 fectorum ibi supra terram remanserunt insepulta,  
 & sic vt stercus terrę reputata. Sed postea torrens  
 Cyson creuit & rapuit illorum cadauera, vt habe-  
 tur Iudicum 5. Ex istis apparet quoddam non virtute  
 humana

humana bellatum est contra istos, sed solum diui-  
 na virtute superati fuerunt. Vnde dicitur Iudic. 5.  
 Venerunt reges Chanaan, & pugnaverunt, de  
 cœlo dimicatum est contra eos, Ex omnibus istis  
 vult inferre psalmista, quoddam sicut diuina virtute &  
 non humana separabitur antichristus: quia nō  
 ab homine, non ab angelo, sed per ipsum Chri-  
 stum interficietur. 2. Thessal. 2. Quem dominus  
 noster Iesus Christus interficiet spiritu oris sui, &  
 destruet illustratione aduentus sui: quia secun-  
 dum Greg. sine manu conteretur: quia non ange-  
 lorum bello, non sanctorum certamine, sed per  
 aduentum iudicis solo oris spiritu æterna mor-  
 te ferietur.

1423 **Pone principes eorum, sicut Oreb & Zeb & Zebee & Salmana.**

Hic explicat quoddam dictum est superius, scilicet  
 fac illis sicut madian. Quando enim Gedeon mi-  
 raculose cum trecentis viris sine armis percussit  
 castra madian, ibi erant quatuor reges Madian, sci-  
 licet Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana, vt habe-  
 tur Iudic. 7. & 8. Dum enim fugerent castra Ma-  
 dian, viri Ephraim percucpauerunt vada Iordanis,  
 & ibi cœperunt duos reges ex illis fugientes,  
 scilicet Oreb & Zeb, & amputauerunt capita  
 ipsorum, & illa portauerunt ad Gedeon. Interim  
 autem Gedeon persequebatur alios reges fugien-  
 tes cum quindecim millibus bellatorum, qui re-  
 manserant ex omni exercitu orientalium. Iā enim  
 ceterum viginti millia bellatorum cæsa erāt. Zebee  
 autem & Salmana requiescebant, cum illis quin-  
 decim millibus, credentes se esse in loco tuto, ni-  
 hil mali suspicantes, quos aggrediens Gedeon,  
 turbato omni exercitu eorū, ipsos fugientes com-  
 prehendit & interfecit, vt habetur Iudicum 8. Ex  
 hoc vult habere psalm. quoddam sicut Deus miraculose  
 istos quatuor reges orientalium cum toto ipsorū  
 exercitu, scilicet centum trigintaquinque millia  
 pugnatorum miraculose prostravit, & non huma-  
 na virtute, sic ipsum antichristum & omnes prin-  
 cipes eius miraculose interficiet, quia ipsemet  
 Christus spiritu oris sui interficiet illos. Et hoc est  
 quod ait. *Pone principes eorum,* sociorum antichri-  
 sti *sicut Oreb, &c.* Vel per nomina istorum regum  
 secundum glo. vult psalm. ostendere conditiones  
 antichristi & suorum, illas deducens ex interpre-  
 tationibus prędictorum nominum. Nam Oreb  
 interpretatur siccitas, significans quoddam illi erunt  
 exsiccati ab humore gratiæ diuinę: quia non re-  
 uocabuntur ex persecutione antichristi ad gratiā,  
 sicut fuit Paulus ad gratiam reductus. Zeb vero  
 interpretatur lupo qui est animal rapax & cru-  
 dele, significans quoddam illi erunt contra bonos ra-  
 paces & crudeles: quia ipsorum persecutio crude-  
 lior erit, quam nunquam aliqua alia fuerit ante.  
 Zebee vero interpretatur victima lupi. Per lu-  
 pum vero diabolus crudelis intelligitur, qui gregem  
 dominicum dispergit crudeliter. Ioan. 10. E  
 Lupus rapit & dispergit oues. Erunt ergo victi-  
 ma lupi: quia diabolo æternaliter sunt mactan-  
 di. Salmana vero interpretatur umbra commo-  
 tionis, significans quoddam diabolus ad libitum do-  
 minabitur eorum: sic quoddam absque stabilitate ali-  
 qua erunt omni suggestioni diaboli consentien-  
 tes, vel instabiles: quia adueniente Christo omni

A potestate deposita, ad modum vmbra cedent  
 Christi potestati.

Omnes principes eorum, qui di-  
 xerunt, hereditate possideamus san-  
 ctuarium Dei.

Hic consequenter declarat causam, quare anti-  
 christus cum suis sic erit a Deo puniendus, quia  
 scilicet sanctuarium Dei inuadere, & sibi subiicere  
 iniuste conabuntur. Vbi aduertendum qd sanctua-  
 rium dicitur a sanctitate, Et est sanctuarium idem  
 qd locus vel habitatio sanctitatis, & sic per sanctua-  
 rium intellige Christū, in quo habitat omnis plenitudo  
 diuinitatis corporaliter ad Coll. 1. Sic anti-  
 christus cum suis principibus conabitur possidere  
 sanctuarium Dei, id est Christum & fidē eius subiicere,  
 & hoc hereditate, scilicet vt perpetuo iure  
 sibi sui iiciatur. Vel per sanctuarium intellige ius-  
 tos fideles, in quib. Christus sanctus sanctorum  
 habitat per gratiam, quibus loquitur apostolus 1.  
 Cor. 6. Templū sanctū Dei, quod estis vos, & spiri-  
 tus Dei habitat in vobis. Et sic sanctuarium Dei  
 conabuntur hereditate possidere, quia conabitur  
 omnes iustos a fide abducere, & suę perfidie sub-  
 iugare. Et istum intellectum ponit glo. dicens,  
 Sanctuarium Dei iusti dicuntur. De quo aposto-  
 lus ait, Templum sanctum Dei est, quod estis vos.  
 Isti sunt sancti de quibus dixerunt. *Hereditate pos-*  
*sideamus, &c.* vt scilicet cedant nobis subditi, & sic  
 hereditatem Dei inuadent vt suam.

1425 **Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.**

Hic ostendit antichristi & suorū finalem insta-  
 bilitatem, & comparat eos duabus rebus stabilitate  
 carentibus, scilicet rotę & stipulę. Vbi nota quoddam  
 per rotam hic intelligitur quoddam genus herbe,  
 quod in pratis nascitur, quę desuper in summitate  
 producit quandam spheram ex omni parte rotun-  
 dam albam, habentem pillos subtilissimos ad mo-  
 dum lanuginis, quę rota ad modicum flatum sta-  
 tim dissipatur, & remanet calamus eius desuper  
 rarus ad modum cutis depillatę. Et quia talis ro-  
 ta nulla stabilitate fulcitur, idcirco instabilitatē  
 antichristi & suorum hic cōparat, prędicēs quod  
 futurum est, dicens. *Deus meus pone illos vt rotam.*  
 scilicet pones eos instabiles vt rotam. Vel si rotę  
 accipiamus pro qualibet re figurę sphericę, certū  
 est quoddam eodē modo significat instabilitatem. Res  
 enim quadra stabilitatem habet, rotunda vero fa-  
 ciliter est mobilis. Vel ideo rotę assimilantur anti-  
 christus & eius complices. Rota enim quamdiu  
 circumuoluitur, pars anterior cōtinuē cadit & de-  
 scendit, sed pars posterior semper ascendit. Vn-  
 de ei qui videt partē posteriorem, semper videtur  
 quoddam ascendat: sed aspicienti partem anteriorem  
 semper apparet quoddam descendat. Nota ergo quoddam  
 Deus volens vertere hominem de malo ad bonū,  
 sibi duo anteponit, vt vertatur, quę habet duas  
 partes, scilicet anteriore & posteriorem. Ista rota  
 est promissio pręmiorum, & cōminatio tormen-  
 torum. Istiti duobus mali vt rota vtuntur, quia in  
 eis pars posterior, semper eleuatur & crescit, sed  
 anterior cadit. Pars anterior est promissio pręmio-  
 rum, quia Deus principaliter intendit hominem  
 reducere



1. Tim. 2. reducere, & ipsum beatificare. Tim. 2. Deus vult A omnes homines salvos fieri, &c. Sed pars posterior est illatio tormentorum, quae non per se sed per accidens intenditur à iudice. In istis ergo accidit ut in rota, quia pars anterior semper cadit, quia isti in praemiis aeternis efficiuntur alicui, sed pars posterior semper exaltatur: quia semper eis maius supplicium accumulatur, Vnde Christo dicitur. Anima inimicorum tuorum rotabitur sicut in impetu & circulo funde. Et sicut stipulam ante faciem venti. Hoc ideo dicit, quia stipula ab omni vento impellitur, & ipsi ab omni tentatione diabolica monebuntur, vnde glo. Et sicut stipula ante faciem venti. id est ante praesentiam tentationis, ut scilicet cadent omnibus motibus pravae suggestionis. Ventus enim pro tentatione ponitur, quia lenia & inania corda praemittitur. Per has ergo similitudines praedicat antichristi & suorum furias calamitates in praesenti.

1426 Sicut ignis, qui comburit siluam & sicut flamma, comburens montes.

Hic autem praedicat poenas, quas in futuro patientur. Vbi aduertendum quod psal. hic impios dupliciter nominat: scilicet siluam & montes. Sic & duplici poena eos dicit puniendos, scilicet siluam per ignem, sed motes per flammam. Vocat ergo eos primo siluam. Secundum enim grammaticos silua dicitur à silē quod est vastitas vel silentium, & sic silua dicuntur loca vasta & deserta & silentio plena. Sic & conformiter peccatores silua dicitur: quia vasti & deserti omni fructu bono carentes, & à laude muti. Et quia diabolus in talibus habitat, ideo dicitur aper de silua, psal. 79. Exterminauit enim aper de silua. Vel aliter silua dicitur à Xylon quod est lignum: quia silua non producit nisi ligna, quae sunt nutrimentum ignis, sic & mali non producant nisi peccata, quibus ignis aeternus accenditur & nutritur. Secundò malos dicit montes, & hoc propter altitudinem superbiae, qua supra ceteros eleuantur, ut montes supra valles, ut ostendit Greg. 33. mor. c. 1. In futuro autem ignis comburet siluam: quia secundum quantitatem lignorum accenditur ignis inferni, sed flama comburet & montes. Flamma enim supra ignem ascendit, & significat altiore poenam superbis debitam. Per hoc autem aliud non intendit, nisi quod secundum quantitatem & qualitatem peccatorum erit punitionis maior: quia altiores peccatores altius cremabuntur. Et hoc est quod dicitur Sapient. 6. Exiguo conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Vnde ista differentia punitionis infernalis ignis ostendit Greg. dicēs. Aeterno igni tradendi pares paribus sociabuntur, ut quos similis culpa inquinat, par etiam poena constringat, & qui nequaquam dispari iniquitate polluti sunt nequaquam dispari tormento crucientur, quatenus similis damnatio coterat, quos similis elatio subleuabat, quosque non dissimilis dilatauit ambitio non dissimilis afflictio angustet, & par cruciet flamma supplicij, quos igne luxuria par succedit flamma peccati. Sicut enim in domo patris mansiones multae sunt pro diuersitate virtutis, sic damnatos diuerso supplicio gehennae ignibus subiicit disparitas criminis. Quae scilicet gehenna quauis cunctis sit vna, non tamen cunctos vna eademque qualitate succendit. Nam sicut sole omnes tan-

Silua dicitur peccatorum.

Psal. 79.

Grego. 33. mor. c. 1.

Sapient. 6.

Grego. 9. mor. c. 47. ignis in inferni.

Ignis diuersimode punit damnatos.

guntur, nec tamen sub eo omnes vno ordine aestuamus, quia iuxta qualitatem corporis sentitur etiam pondus caloris, sic damnatos vna est gehenna, quae afficit, & tamen non vna qualitate comburitur: quia quod hic agit dispar validudo corporum, hoc illic exhibet dispar causa meritum.

Ita persequeris eos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.

Vbi notandum, quod per tempestatem furor vltimi iudicij designatur. Sic enim dictum est psal. 49. Ignis autem ipsum praecedet, & in circuitu eius tempestatem validam. Ignis enim praecedet faciem iudicij, quo mundus comburetur, & postea sequetur tempestatem valida, discernens malos à bonis, vide supra versic. 812. Vnde & tempestatem pro vltimo iudicio accipitur Job 27. vbi de peccatore dicitur. Nocte opprimit eum tempestatem. Quod exponens Greg. dicit. Quid hic noctem, nisi absconditum tempus repentini exitus appellat. Tempestatem vero nomine iudicij turbinem designat, quod etiam psal. testatur dicens. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestatem valida. De qua tempestate etiam per Salomonem sapientia dicit. Ego quoque in interitu vestro ridebo, cum vobis, quod timebatis, aduenit, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestatem ingruerit. Et quia ipsa venturi iudicij ignorantia nox vocatur, recte dicitur. Nocte opprimit eum tempestatem, id est, turbo diuini iudicij eum dum ignorat apprehendit. De tempestate ergo diuini iudicij quo damnabitur antichristus cum suis, dicit. Ita persequeris eos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos. Sic enim dictum est psal. 20. Dominus in ira sua conturbabit, & deuorabit eos ignis. Ira enim tunc erit in Deo: quia ad modum irati contra antichristum & suos se habebit, eos iuste puniendo. Qualiter autem ira cadat in Deo, vide versic. 35. 684.

Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum domine.

Hic agit de conuersione quorundam electorum. Et tria facit. Quia primo agit de electorum emendatione. Secundò de obstinatorum aeterna conturbatione, ibi. Erubescant. Tertiò de dominationis diuinae generali cognitione, ibi. Et cognoscant. Quantum ad primum sciendum quod ignominia idem est quod confusio & verecundia. Nam nomen componitur cum in, & fit ignominia, quasi sine nomine & honore. Et haec multotiens cedit ad bonum homini, ut puta quando false credens, ex opinione sua videns se confusum, reducit ad veritatem. Vt in crucifixione Christi populus, qui primò Christo illudebat, ipso mortuo videns terrenotus & alia signa, ad veritatem rediens percutientes peccata sua reuertebantur. Et sic erit in morte antichristi, quod multi qui erunt cum eo credentes ipsum esse Deum, videntes quam subito & miraculose interficietur à Christo, putabunt se confusos & ab antichristo delusos, & sic poenitentes quaerent Christum & ad Christi fidem conuertentur. Et hoc est quod dicit. Imple facies eorum ignominia, &c. Aduersitates enim inter quas etiam ignominia computatur, oculos mentis quandoque aperiant,

Grego. 6. mor. ca. 17. aduersa oculo mentis aperiant.

1427

Psal. 49.

Job 27.

Grego. 8. mor. ca. 1. iudicij nomen est eorum.

Prover. 1.

1429

Psal. 20.

1428

Math. 27.

Grego. 14. mor. ca. 3. Verecundia aliquos reuocat à malis, aliquos non.

aperiunt, quos clauerat culpa. Vnde Grego. ait A quod multotiens culpas commissas non cognoscimus, & peccatoris mens tato altius tenebreferit quanto nec damna suae peccitatis intelligit. Vnde fit plerumque diuini muneris largitate, ut culpam poena vel ignominia sequatur, ut oculos delinquentes aperiat, quos inter vitia securitas caecabat. Torpens quippe animus percussione tangitur, ut exciteretur, quatenus qui statum suae rectitudinis securus perdidit, afflictus consideret, quo iacet. Sic etenim Paulus Christum persequendo ad terram à Christo praestatus, ignominia percussus, Christum quem persequabatur verum Deum cognouit. Sic & in proposito multi ante Christum sequentes, & ipsum Deum credentes, ipso sic per Christum mirabiliter interfectos, & ex hoc confusos (quia illum crediderant Deum) reuertentur ad Christum. Bene ergo ait psalm. Imple facies eorum ignominia, & quaerent nomen tuum domine. Et istum intellectum ponit glo. dicens. Hic orat psalm. pro credituris qui non habent scelerum laudatores, sed culpatores, quos saepe opprobrium corrigit, quasi dicat. Imple facies eorum ignominia id est fac eos sibi & aliis ignominiosos videri, & sic quaerent nomen tuum domine. Sic ergo melius est homini ruere ut poeniteat, quam sub specie religionis superbiere. Quod autem per confusionem & ignominiam aliqui reducantur mali ad statum gratiae, ostendit propheta dicens. Filia Sion venies vsque ad Babylonem, & ibi liberaberis. Babylon enim confusio vel ignominia interpretatur.

Erubescant, & conturbentur in saeculum saeculi, et confundantur et pereant.

Hic agit de obstinatorum aeterna confusione. Quamuis enim verecundia & confusione aliqui ad bonum conuertantur, aliqui tamen ex hoc amplius Deum blasphemant, & in peccatis magis indurantur, sicut & in passione Christi aliqui ex persecutoribus confusi ex signis, quae viderunt in morte, confusi quod iniuste iustum fuerant percuti seipos contulerunt. Vnde & centurio visis signis ait. Vere filius Dei erat iste. Aliqui autem magis contra fidem Christi indurati fuerunt, ut sacerdotum principes, qui non signis visis, non conuersione centurionis, non confessione Iudae proditoris dicentis. Peccaui tradens sanguinem iustum, emoliri potuerunt, sed magis indurauerunt cor suum dicentes Pilato. Domine recordati sumus, quia seductor ille &c. Istorum differentia ponit Grego. dicens. Sunt nonnulli, quos ad pertrandam nequitiam humana verecundia reuocat. Et plerumque per hoc quod exterius erubescunt, ad interiora sua redeunt, & contra se internum iudicium sumunt quia si propter hominem facere mala metuunt, quanto magis, propter Deum qui cuncta conspicit, nec appetere mala debuerunt. In quibus sit, ut mala maiora corrigant per bona minima scilicet per exteriorum verecundiam interiorum culpam. Et sunt quidam, qui postquam Deum in mente contempserint, multo magis humana iudicia spernant atque omne malum quod appetunt, audacter peragere non erubescunt. Quos ad perpetrandum malum occulta iniqui-

tas inuitat, & nulla aperta verecundia retardat, sicut de quodam iudice iniquo dicitur. Deum non timebat, & hominem non reueretur. Ad propositum ergo, & si aliqui complices antichristi confusi ex eius morte conuerterentur ad fidem, aliqui tamen tali confusione magis indurabuntur. Et de istis praedicat psalm. Erubescant & conturbentur in saeculum saeculi id est in aeternum quasi dicat secundum glo. Illi qui erubescunt & ex erubescencia quaerunt nomen domini, & si modo peccatis erubescunt & turbantur, non tamen in aeternum confunduntur. Illi autem qui verecundati non quaerunt dominum, illi in aeternum, & in saeculum saeculi confundantur & pereant.

Et cognoscant, quia nomen tibi dominus, tu solus altissimus super omnem terram.

Hic agit de generali cognitione Christi dominationis in fine post iudicium, tunc enim boni cognoscent Christum verum Deum ab ipso praemiatum, ipsi ut vero patri & domino per amorem subiangari. Mali autem recognoscent ipsum verum dominum ab ipso iuste puniti, cui contradicere non poterunt, tunc cognoscent enim Christum verum dominum, quem hic scire noluerunt. Dicitur ergo. Et cognoscant quia nomen tibi dominus id est & cognoscent omnes scilicet tam boni quam mali. Hoc enim nomen soli Deo proprie conuenit. Quicumque enim alij nec vero nec suo nomine domini nuncupantur, quia omnes seruiliter dominantur, & vero domino comparati, nec domini sunt. Cuius ratio est, quia omnis alius à Deo, aliorum dominus est seruiliter, quia dominando etiam ipsum subditis oportet seruire. Et sic nomen domini soli Deo proprie conuenit, ut ostendit Grego. dicens. Hoc namque debet omnipotenti Deo omnis dominus, qui praestit populo, hoc qui multis, hoc qui paucis praestit, ut sic debira ministeria à subditis exigit, quatenus ipse etiam quid semper admonitionis debeat, sollicitus attendat. Omnes namque qui sub dispensatione conditoris vicario nobis ministerio iungimur sub vno ac vero domino, quid nobis aliud nisi iniucem serui sumus: Cum ergo is qui subest, seruit ad obsequium, restat proculdubio, ut is qui praestit, seruiat ad verbum. Cum is qui subest iustis obtemperat, oportet ut is qui praestit curam sollicitudinis ac pietatis impendat. Sicque fit, ut dum studiosè nunc seruire nobis iniucem per charitatem nitimur, quandoque cum vero domino communi exultatione dominemur. Sic ergo quia solus Deus omnibus praestit, & nulli subditur, ipse solus proprie dominus nuncupatur. Vnde deut. 10. Dominus Deus noster ipse est Deus deorum & dominus dominantium. Et aduerte, quod hoc nomen dominus relationem importat ad subditum & ab aeterno nihil subditum, quia nihil creatum ideo hoc nomen solum ex tempore competit Deo, ut patet lib. 2. dist. 2. Tu solus altissimus in omni terra, sed forte dices. Cum Deus sit non solum altissimus in omni terra, sed etiam in caelis, & super omnes caelos, quare magis dicit. Tu solus altissimus super omnem terram, quam super omnes caelos? Ad hoc respondet glo. dicens. Hoc magis elegit dicere, quo magis praematur humana superbia

Glo. 1.

1430

Dominus dicitur Christus. Dominus solus est Deus.

Grego. 22. mor. ca. 23.

Deut. 10.

Questio.

Glo. 1.

Altissimus dicitur Deus Psal. 91.

Psal. 90. Luc. 6.

Eccle. 24.

143 I

Torcular dicitur ecclesia.

4 Reg. 2.

Luc. 23.

perbia. Desinit enim terra superbire. id est homo cui dictum est. Terra es, in terram ibis, cum scit Deum altum super omnem terram, cum scit nulum valere contra eos, de quibus dictum est, si Deus pro nobis, quis contra nos? Et nota quod dicitur altissimus propter multa. Primum quia omnia superat in maiestatis excellentia psalm. 91. Tu autem altissimus in æternum domine. Secundum, quia solus dominus in potestatis efficacia, Eccle. 1. Unus est creator omnium altissimus omnipotens. Tertium quia solus essentialiter bonus in bonitatis affluentia psal. 90. Tu es spes mea altissimum posuisti refugium meum, Luc. 6. Diligite inimicos vestros, & eritis filij altissimi, qui est benignus super ingratos & malos. Quartum quia solus sapientiæ dator in veritatis resplendentia. Eccl. 24. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam.

PSALMVS LXXXIII.

Qvam dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini.

Huius psalmi titulus est. In finem pro torcularibus filiis chore psal. Ad huius evidentiã sciendũ quod per torcularia significatur ecclesia, quia in simul continet vinum & acinum, sed per finalem pressuram illa diuidet ab inimicem scilicet hic continet bonos & malos, sed finaliter diuidet bonos a malis, vt dictum fuit in titulo psalmi. 80. Sed etiam alia ratione, quoniam vna in vite pendens libero fruitur aere, nec est vinum ante pressuram torcularis. Sic & multi illorum, quos Deus præciuit ante sæcula conformes fieri imaginis filij sui, an tequam, accedant ad seruitium Dei fruuntur in sæculo delitiosa libertate, sed cum accedunt ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Ecce torcular. Continentur enim pressuris passionum, exuuntur regumētis carnalium desideriorum quasi vinaciis, quia expoliantur homine, & ita liquati in vasis domini reponuntur. Et quia hæc fiunt in ecclesiis ideo ecclesiæ præsentis temporis torcularia dicuntur. Sed qui sunt in his torcularibus, nisi filij Chore? Chore enim caluus interpretatur, & significat Christum in loco caluarie crucifixum, significatũ per Helisæum caluum a pueris irrisum dicentes. Calue ascende, ascende calue, quando scilicet pueri non quidem ætate, sed sensibus sacerdotes clamabāt dicētes. Crucifige eũ Crucifige eũ. Ideo. n. hic in torcularib. præmūtur fideles tribulationibus & aduersitatibus, vt experientia discant hic veram requiem non esse, sed alibi quærendam. Ex prædictis ergo patet titulus psalm. cuius sensus est talis. Psalm. iste dirigens nos in finem. id est in Christum proponitur filiis chore id est filiis Christi in caluaria crucifixi, & est pro torcularibus id est agens de ecclesiis, in quibus sunt tribulationes & pressuræ. Quæ ecclesiæ benè dicuntur torcularia rationibus prædictis. Vnde intentio psalm. est mouere fideles ad amorem æternorum temporalibus spreis. Iste ergo psalm. diuiditur in tres partes quia ostenditur primò quod superna felicitas su-

pra omnia debet desiderari. Secundò qualiter ab hominibus possit adipisci, ibi, Beatus vir. Tertio quod pro ipsa adipiscenda diuinum auxilium debet postulari, ibi. Domine Deus virtutum. Prima pars diuiditur in quatuor, secundum quod quatuor ostendit de contemplatione cælestis gloriæ. Ostendit enim quod ipsius contemplatio primò nostram mentem superat. Secundò quod nostram mentem lætificat, ibi Cor meum. Tertio quod nostram mentem eleuat, ibi. Etenim. Quarto quod nostram mentem beatificat, ibi. Beati qui habitant. Quantum ad primum sciendum quod talis ac tanta est gloria cælestis, quod excedit facultatem hominis, vt nõ sufficit illam perfectè speculari corpore nec mente. Propter quod dicit apostolus, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Quod ideo dicit, quia illam gloriam oculus nõ vidit, quia nõ est color, auris non audiuit, quia nõ est sonus, & per consequens in cor hominis non ascendit, quia intellectus noster coniunctus intelligit abstracto ad sensibus, vel ideo non ascendit in cor hominis, quia quod ascendit in cor hominis, oportet quod sit infra cor hominis. Ideo in cor hominis non ascendit, quia supra illud est, nõ infra. Omnis enim ascensus fit ab imo ad superius. Et sic gloriæ consideratio nostram facultatẽ excedit. Et hinc est quod illam considerate volens deficit, quia ad ipsius perfectam cognitionem ascendere non valet. Et hoc notans psalm. ait. Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum. Quid enim sunt tabernacula domini, nisi distinctæ præmia rationes beatorum, dicente Christo. In domo patris mei mansiones multæ sunt? Et Luc. 16. Facite vobis amicos & c. vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula. Iste tabernalis Petrus allectus, viso Christo transfigurato, dixit ad Iesum. Domine bonum est nos hic esse. Faciamus hic tria tabernacula. Quam ergo dilecta sunt ista tabernacula quasi dicat exprimi non potest quantum illa sunt diligibilia, quia est ibi omne bonum quod desiderari potest ibi nullum quod displicere possit. Et dicit. Domine Deus virtutum id est angelorum. Concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Quod ideo dicit, quia omnis intellectus hominis exiitens in via deficit a perfecta cognitione beatitudinis æternæ, vt dictum est. Et nota quod gloriam vocat atria. Atrium enim dicitur ampla & spaciola, & sic significat cælestem gloriam, quæ multitudine inhabitantium beatorum non angustatur, cuius figura habetur. 3. Reg. 7. vbi dicitur quod Salomon fecit atrium rotundum. Figura enim spherica amplioris capacitatis est carteris. De hoc tamen atrio infra dicam latius. Nota istius. verficu. expositionem Origenis. 1023.

Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.

Hic ostendit quod gloriæ consideratio hominẽ lætificat. Quilibet enim potentia tendens in obiectum suum benè disposita, & modo debito cõdelectatur, sicut patet de potentia visua in visibilib. de gustatiua in gustabili, de audatiua in sono. Cum igitur obiectum intellectus sit verum & volutatis bonum, quid mirum si cor quo significatur

143 II

143 III

143 IV

143 V

143 VI

143 VII

143 VIII

143 IX

143 X

143 XI

143 XII

143 XIII

143 XIV

143 XV

143 XVI

143 XVII

143 XVIII

143 XIX

143 XX

tur intellectus & voluntas delectatur in contemplatione Dei, qui est prima veritas & summa bonitas: ideo dicitur 1. Reg. 2. Exultauit cor meum in domino. Et glo. virgo Maria dicit. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. De corde enim benè disposito non mirum si exulter in Deo. Sed de carne mirandum est, cum affectiones carnis contrarientur affectionibus cordi, quia caro concupiscit aduersus spiritum. Sciendum ergo quod caro non domita per spiritum spiritui repugnat, domita autem spiritui subiicitur, quamuis etiam & si caro per se non delectatur in his, per quæ affligitur, sicut est abstinentia, penitencia, oratio & contemplatio, tamen per quandam consequentiã naturalem in his benè disposita, anima cõdelectatur. Docet enim experientia, quod fortes actiones animæ multotiens redundat in corpus, sicut ex magno timore homines quãdoq; in frigidatũ & pallescunt, ex magna ira corpus calefcit, ex magna exultatione facies dilatatur. Sic ergo quid mirum si cordis exultatio vehemens, quæ est in contemplatione diuinitatis, etiam ad carnem redundat, vt exultatione cordis exulter, & caro quæ magis vnita est animæ quam vnus homo alteri, qui tamen de lætitia alterius exultat. Vnde merito vir iustus dicit. Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Et ideo vt caro simul cum corde in Deum possint exultare, subiicienda est & temperantia freno liganda, aliter non spiritus carnem trahet, sed caro spiritum. Caro enim in primis corrupta parentibus ab integritate, quam in prima creatione acceperat deficiens, spiritui contrariatur, & nisi per spiritum castigetur, ipsa sibi spiritui subiicit, & ipsum ad mortem culpæ inducit. Ad Rom. 8. Si secundum carnem vixeritis moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Cuius ratio est, quia caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Quod ostendit Grego. exponens illud Iob. c. 11. Spes illorum est abominatio animæ, dicens. Spiritus deficit, vbi caro requiescit. Vt enim caro mollibus, sic anima duris nutritur, illam blanda refouent hunc aspera exercent, illa delectationibus pascitur, hic amaritudinibus vegetatur, & sicut carnẽ dura fauciant, sic mollia spiritum necant, sicut illam laboriosa perimunt, ita hunc delectabilia extingunt. Et ideo dicit apostolus. Curam carnis ne feceritis in desiderijs, quia scilicet desideria carnis mortem spiritum inducant. Quod ostendit Gualf. super illud Iudic. 16. Philistiim super te Sanson ait. Nisi Sanson Dalidæ consensisset, hostium ferocitatem super se non sensisset. Sit igitur mulier in potestate viri id est caro subiecta spiritui, ne regnet peccatum in nostra carne mortali, alioquin introducet Palida Philistæum, & Philistæus Iebusæum. Philistæum & Iebusæum mundum dico & diabolum, qui cum dalida carne nostra sedus inierunt vt suffocent spiritum. Hæc enim caro duplici armatura spiritui aggrediens, nunc blãdimen to allicit, nunc fraude circumuenit, nunc columbæ simplicitatem, nunc vulpeculæ induit caliditatem. quomodo dicit (ait caro spiritui) quod amas me, cum me facias laborare, ieiunare, vigilare, & similia? Quomodo tu dicit quod amas me (ait Dalida ad Sansonem) cum animus tuus non sit mecum? Attende quid interius dolo vulpeculæ fecerit Dalida. Defecit anima eius, & ad mortem vsq; lassata est, donec fecit Sansonem dormire supra

genua sua. Quid est Sansonem dormire super genua meretricis, nisi spiritum delectari in operibus carnis? tunc tondetur, ligatur, quia spiritus carnali illecebra seductus, gratia & decore spoliatur. Recedit a Sansone fortitudo sua, quia necesse est vt deficiat opus iustitiæ, vbi regnat lasciuia carnis. Philistæj eruerunt oculos Sansonis, & carnis voluptas spiritum priuat lumine rationis. Postremo Sanson ligatur & in carcerem traditur, quia spiritus funibus peccatorum suorum constrictus, pennis æternis adieitur. Sicut more vulpeculæ Dalida seduxit Sansonem, sic caro quotidie spiritum extinguit sibi consentientem. Hæc ille. Ne igitur hoc accidat, sed magis caro cum spiritu delectetur in Deum, iuxta cõsiliũ apostoli Spiritu ambulat, & desideria carnis non perficietis.

Etenim passer inuenit sibi domũ & turtur nidum, vbi reponat pullos suos.

Hic ostendit quod gloriæ consideratio hominẽ exultat. Istum textum exponit Grego. per passerẽ intelligendo Christum, qui sibi domum inuenit, quando ascendit in cælum, sed per turturẽ fideles accipit, qui ipsum imitantur. Vnde exponens illud Iob. 29. In nidulo modo moriar, ait. Quid per nidum exprimitur, nisi tranquilla quies fidei, qua vnusquisq; infirmus nutritur. Nã si ecclesia sancta infirmos quosque filios nunc in nido pacis non enutrit, psalm. non diceret. Etenim passer inuenit sibi domum & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Iam qui ppe domum passer inuenit, quia in æternum cæli habitaculum Christum intrauit. Et turtur inuenit nidum, quia sancta ecclesia amore cõditoris affectata crebris gemitibus vitur, & velut nidum sibi id est peccatissimam fidei quietem construit, in qua crescentes filios quasi plumescētes pullos, quousque ad superiora euolent, charitatis gremio calefactos fouet &c. Alter vero per passerẽ & turturẽ accipitur quilibet iustus, qui virtutum pennis fultus per cõtemplationẽ ad cælestia volat. vnde glo. Etenim passer inuenit sibi domum id est ratio vel quilibet iustus inuenit sibi domum nõ manu factam in terris, sed in cælestibus. Vnde & tunc pennas virtutum assumunt scilicet spein, fidem, & charitatem, vt volet passer in domum, in qua permaneat sine fine. Et turtur nidũ scilicet corpore casti, Et rationabiliter passer significat iustos propter multa. Primum propter prudentiam, quo ad partem rationalem. Dicit enim Rabanus lib. 8 quod passer nidificat in rectis domorum, & non in imo, ne fetus eius rapiantur a serpentibus. Propter quod dicitur psalm. 103. Cedri libani quas plantauit, quæ scilicet sunt altæ, illic passerẽ nidificabunt. Quantum vero ad domos habes hic. Etenim passer inuenit sibi domum. Sic & iusti sciunt, quod in terra sunt multi serpentes. Ait dominus ad serpentem. Supra pectus tuum gradieris, terram comedes &c. Fœtus autem iusti est opus suum. Si igitur in terra pullificaret, a serpente deuoraretur. Et ideo passerẽ prudenter nolunt habitare in terra id est iusti, sed in alto. Ideo dicit Ambrosius in lib. de fuga saculi. Non ambulemus in terris, & serpens nocere non poterit nobis. Ideo dicunt iusti. Nostra conuersatio in cælis est. Auari autem e contra, ideo illis accidit illud.

Gala. 5.

143 3

Grego. 19. mori. ca. 24. Nidus. Passer Christus Turtur ecclesia.

Passer significat quemlibet iustum. Psal. 103.

Gene. 3.

Ambrosius

Philip. 3.

*Apoc. 8.* Iud Apoc. 8. Væ vae vae habitantibus in terra. Et si-  
gnanter triplicatur, vae illis, quia ipsi in terra nidi-  
ficant per cogitationem, ouant per delectationem  
& pullificant per operationem. Omnis enim eor-  
um cogitatio, delectatio, & operatio in terrenis  
est. Et ideo serpens antiquus nidum cum ouis &  
pullis auferit, sed iustus vt passer in foraminibus  
petrae hæc tria facit. Dicit enim Palladius, quod  
passeres gaudent ad foramina parietum. Petra au-  
tem Christus est, cuius foramina sunt ipsius vul-  
nera. *Canti. 2.* In foraminibus petrae, in caernis  
maceria. Vnde Benard super can. homil. 61. In pe-  
tra exaltatus, in petra securus. Impetra firmi-  
ter sto securus ab hoste, fortis a casu. Et  
vbi tuta firmaque infirmis requies, nisi in vulneri-  
bus saluatoris? Secundò iustus passer dicitur pro-  
pter temperantiam quò ad concupiscibilem. Di-  
cit enim Rabanus vbi supra, quod passer non fa-  
cile laqueis irretitur, nec per ingluuiem vetris ef-  
carum ambitione decipitur. Sic iusti laqueos vi-  
tant, hos laqueos, qui cibis superfluis & escis nõ  
indulgent. Vnde Ambro. in quadam oratione.  
Clemetiam tuam Deus imploro, vt sicut eger ad  
medicum, sic ad fumendas dapes accedam, nequa-  
quam in eis voluptatem apperens, sed necessitati  
subueniens. Et sic agentes dicere possunt illud  
psalm. 123. Anima nostra sicut passer crepta est  
de laqueo venantium. Terriò propter patientiam  
quò ad irascibile. Dicit n. philosophus. 16. de ani-  
malibus, quod raro inuenitur passer albus, quia al-  
bescere non conuenit ei, nisi propter infirmitatē.  
Sic & iusti in suis infirmitatibus patienter albes-  
cunt, quia fortitudo patientiæ in hoc magis telu-  
cet secundum illud. 2. Corin. 12. Virtus in infirmi-  
tate perficitur, & quando infirmor, tunc fortior  
sum & potens. Et ideo iustus patiens potest dice-  
re illud psalm. 101. Factus sum sicut passer. Sequi-  
tur. Tota die exprobrabant mihi inimici mei. Sic  
ergo de quolibet iusto qui pennis virtutum vo-  
lat ad domum gloriæ, dicit. *Etenim passer inuenit si-  
bi domum* scilicet gloriæ. Sequitur. *Et turtur nidum.*  
Cõsimiliter & turtur significat iustos, scilicet pœ-  
nitentes suis proprietatibus. Quoniam hæc avis  
carnis spernit lasciuia, mundi fugit lætitiã, lo-  
ci quatit munditiam. Primum patet, quoniam  
turtur auis casta dicitur, eo quod amisso corpora-  
li consortio, solitaria incedit, nec carnalem copu-  
lam vltra requirit, vt dicunt naturales. Sic et ani-  
ma pœnitens amisso spiritali consortio dæmo-  
num, amplius ad carnis opera vacare non intēdit  
sed in castitate permanens peccata sua deslet. Se-  
cundum patet, quoniam hæc auis vocem lætitiæ  
non habet, sed magis mætoris, vnde aliis auibus  
cantantibus, hæc pro cantu gemitum reddit. Sic  
& anima iusti pœnitens, mundi lætitiã fugit, &  
aliis cantantibus, hæc peccata sua considerans lam-  
mentabiliter plorat. Tertium patet, quoniam hæc  
auis in locis tutissimis & delectabilibus inuenit  
sibi nidum vbi reponat pullos suos. Sic & anima  
iusta pœnitens quatit loca munda & tutissima  
scilicet cœlestis gloriæ, vbi se cum pullis suis idest  
operationibus collocet, & hoc Deum laudãdo, &  
gratias agendo. Vnde de anima pœnitenti sancti  
angeli dicunt illud *Canti. 2.* Vox turturis audita  
est in terra nostra. Et hoc est quod de aliquo ius-  
to pœnitente ex contemplatione gloriæ eleua-  
to, dicit psalm. quod *turtur inuenit sibi nidum* &c.

**Altaria tua domine virtutum, rex  
meus & Deus meus.**

Hic ostendit quod contemplatio gloriæ nostrã  
mentem sanctificat. Quid enim sunt altaria Dei,  
nisi corda iustorum, in quibus iusti seiplos sancti-  
ficando immolant Deo, & sic efficiuntur altaria  
Dei. Et hoc altare cordis multas virtutes in se de-  
bet habere, vide supra 372. Et hoc est quod hic  
dicitur. Altaria tua domine virtutum. Vnde præ-  
ter dicta superius versiculo 372. hic notantur vir-  
tes, quæ cor nostrum faciunt esse altare Deo, quæ  
figurantur in altari holocaustorum, quod descri-  
bitur Exod. 27. vbi dicitur, quod istud altare erat  
ante ostium tabernaculi, & erat factum de lignis  
sethim, laminis aureis circumdatum, & erat qua-  
drum, habens in omni quadro quinque cubitos,  
& in altitudine tres, quatuor cornua ex ipso pro-  
cedebant ex quatuor angulis eius, quæ in semet-  
ipsis erant recurua. Infra altare autem erat crati-  
cula, in qua carnes cremabantur, cum catenulis  
pendens ex dictis quatuor cornibus. Et a parte or-  
ientali habebat fenestram per quam imponeban-  
tur ligna sub craticula, & ignis ibi continuè cõser-  
uabatur. Moraliter istud altare debet esse cor no-  
strum, in quo nos Deo per multas virtutes offer-  
re debemus. Ad cuius intellectum circa istud alta-  
re nota tria, scilicet, locum, materiam, & formam.  
Primò quantum ad locum istud altare erat ante  
ostium tabernaculi. In quo notatur quod altare  
nostri cordis semper per intentionem ante ostiũ  
paradisĩ stare debet scilicet ante Christum qui de  
seipso, dicit. Ego sum ostium. Et hoc vt in omni-  
bus suis cogitationibus & operibus soli Christo  
placere studeat, & non mundo, quia qui mundo  
placere cupiunt serui Christi esse non possunt. Ad  
Gala. 1. Si placent hominibus, Christi seruus  
non essem. Ponamus ergo altare cordis nostri an-  
te ostium tabernaculi id est ante Christum eius  
virtutes scilicet considerando, & consideratas iux-  
ta posse imitando. Et tunc erit illud altare aureũ  
ante dominum, ex quo deuorẽ orationes ascen-  
dent ad Deum. De quo Apoc. 8. Data sunt illi in-  
censã multa, vt daret de orationibus sanctorum  
omnium super altare aureum quod est ante thro-  
num Dei. Secundò quantum ad misericordiam illud  
altare erat de lignis sethim laminis aureis cir-  
cundatum. Ligna enim sethim sunt ad modum  
spine albe, & habent tres conditiones. Primò non  
crescunt multum in altum. Secundò non putref-  
cunt ab aqua. Terriò ab igne non cremantur. Ista  
tria pro materia cor nostrum debet habere, vt sit  
altare domini. Primò in altum crescere non debet  
per superbiam, sed in basso stare per humilitatem  
quia solum altaris & cordis humilis Deus acceptat  
sacrificium psalmus. 50. Sacrificium Deo spi-  
ritus contribulatus, cor contritum &c. Sed altare  
cordis elati reprobat. Thren. 2. Repulit domus al-  
tare suum, maledixit sanctificationi suæ, tradidit  
in manus inimici muros eius. Secundò hoc al-  
tare aqua non debet corrumpi scilicet aqua luxu-  
riæ, sed puritate castitatis incorruptum seruari,  
quia Deus cum sit purissimus, omnia nostra  
seruitia munda, & incorrupta vult esse. In cuius  
figurã dicitur. 3. Reg. 7. quod sacerdotes antequã  
accederent ad altare pro sacrificio offerendo, lau-  
uabantur in mari æneo, quod erat ante fores tem-  
pli.

pli. Si enim ad altare domini materiale nullus in-  
continens accedere debet neque in ipso mini-  
stare, quoniam vt dicitur distin. 28. Ad altaris mi-  
nisterium nullus accedere debet: nisi cuius casti-  
tas est approbata: multo fortius nullus cor suum  
altare Dei facere potest, nisi fuerit castitate præ-  
ditus. In cuius figuram sanguis victimæ effun-  
debat super altare ad purgandum animas. Le-  
uitic. 17. Dedi vobis sanguinem vt super altare  
meum expietis pro animabus vestris. Quia Chri-  
stus sanguinem suum nobis dedit, vt illum san-  
dentes, scilicet per meditationem super altare cor-  
dis nostri: corda nostra munda seruemus. Terriò  
hoc altare igne auaritiæ comburi non debet. Au-  
aritia namque ignis dicitur: quia ad modum i-  
gnis nunquam satiatur. Ille enim qui vult cor  
suum altare domino consecrare, omnem idolola-  
triam a se abicere debet, ergo & auaritiã: quia  
auaritia est idolorum seruitus. Auaritia enim fa-  
cit altare cordis peregrinũ a Deo: quia amat  
temporalia, quibus non vt ciues sed vt peregrini-  
ui debemus. Et talia altaria peregrina a nobis  
abici debent, exemplo a se, de quo dicitur. 2. Pa-  
ralip. 14. quod subuertit altaria peregrini cultus.  
Consequenter quo ad materiam hoc altare lami-  
nis erat æreis circumdatum. Es namque inter a-  
lia metalla bene tersum, est maioris splendoris &  
sonorositas. Sic & cor nostrum debet esse splen-  
dens per sanctæ vitæ conuersationem. Matth. 5.  
Sic luceat lux vestra corã hominibus &c. Debet  
etiam esse ad modum æris sonorum per deuor-  
tam orationem: quia tacitè orans, etiam ad Deum  
clamat. Et si tali materia cor nostrum altare  
Deo construamus: tunc altare cordis nostri virtu-  
tibus impinguabitur, iuxta illud eccl. 35. Cor ius-  
ti impinguat altare. Terriò principaliter quan-  
tum ad formam istius altaris considera quòd ha-  
bebat in longum quinque cubitos, similiter &  
in latum, sed tres in altum. Prædicta quatuor al-  
taris latera significant quatuor cordis nostri affe-  
ctiones, quibus altare nostri cordis circumdatur.  
scilicet dolor & gaudium, timor & spes. Primum  
latus est dolor de peccato commisso, & hoc quin-  
que cubitos habet, quia quinque sunt maximè  
quæ ad dolendum de peccato nos inducere de-  
bent, quæ in pena pro peccato debita continen-  
tur, quæ in sententia iudicis describuntur, scili-  
cet a Deo separari, quia discedite a me. A toto mũ-  
do infamari: quia maledicti. Maximo tormento  
cruciari: quia in ignem. Omni termino priuari:  
quia æternum. Demonibus sociari: quia qui pa-  
ratus est diabolo & angelis eius. Sed istud latus  
doloris debet habere tres cubitos altitudinis:  
quia eius consideratio a tribus vitiis maximè nos  
debet eleuare, de quibus dicitur primo Ioan. 2.  
Omne, quod est in mundo, concupiscentia car-  
nis, est concupiscentia oculorũ, & superbia vitæ,  
vt sic primus cubitus altitudinis sit humilitas, se-  
cundus sit pietas, tertius sit castitas. Secundum la-  
tus altaris cordis est amor &c. vide in litera altare

**Beati qui habitant in domo tua  
domine, in sæcula sæculorum lauda-  
bunt te.**

Hic ostendit quòd contemplatio gloriæ an-  
i- Incog. Tom. j.

mam beatificat. Vbi primò notandum quòd mul-  
tiplex est domus Dei, exterior, inferior, interior,  
& superior: vide supra versicu. 333. Hic autem lo-  
quitur de domo interiori, scilicet conscientia, &  
superiori scilicet gloriæ. De domo conscientia dicitur  
psalm. 92. Domum tuam decet sanctitudo do-  
mine in longitudinem dierum. Ad cuius euiden-  
tiam notandum, quòd vt conscientia nostra do-  
mus efficiatur domini, multa debet habere, scili-  
cet. Solidum fundamentum. Decens ornamentũ.  
Aptum tegumentum. Frequens purgamentum.  
Primum patet: quia domus conscientia debet  
fundari super solidam doctrinam. Vnde Matth. 7.  
Omnis qui audit verba mea, & facit ea, assimila-  
bitur viro sapienti, qui ædificauit domum suam  
supra petram. id est supra doctrinam a me auditã.  
Et supra hanc petram sanæ doctrinæ debet fun-  
dari domus conscientia. Vnde summè confide-  
randum est, ne domus conscientia erroneè sit fa-  
bricata vel nimis lata vel nimis stricta, quia om-  
ne quod fit contra conscientiam, ædificat ad ge-  
hennam, intantum quòd dictamen consci-  
entia plus obligat quam præceptum, quia consci-  
entia semper obligat in casu autem præceptum præ-  
lati non obligat. Omnis enim conscientia siue re-  
cta siue erronea, siue de per se malis, vel de indiffe-  
rentibus obligat, quia in omnibus talibus faciẽs  
malum: & sic vult facere malum. Omnis autem  
talis voluntas peccatum est. Vnde de quolibet ra-  
li dicitur: quòd ædificauit domum suam super a-  
renam, venit pluuia, flauerunt venti & cecidit do-  
mus illa. Secundum patet, quia debet esse picta  
& ornata imaginibus virtutum: quia tales pictu-  
ræ sunt causa productionis aliarum virtutum. Di-  
cunt naturales quòd imago abiecta aspectu mu-  
lieris, dum concipit: si sit pulchra & ipsam mente  
consideret: tunc concipit pulchram prolem, & si  
sit turpis, turpem: quod satis confirmatur exem-  
plo iacob, qui virgas varij coloris obiciens ouib-  
us tempore cõceptus, faciebant fetus varios. Et  
si solum albas virgas appouisset, fetus albos fa-  
ciebant, vt habetur Gene 30. Sic quando domus  
conscientia pulchris virtutibus ornatur: tunc vo-  
luntas illas cõsiderans pulchra opera generat &  
parit. Vnde narratur de quodam rege deformi,  
qui pulchros filios generabat: quia cameram suã  
pulcherrimis imaginibus habebat ornatam. Et  
ideo dicitur Iudi. 9. Domus tua in sanctificatione  
permaneat. Tertium patet, tegumentum enim  
domus conscientia est honestas conuersationis  
virtuosæ, vt scilicet sanctitatem quam intus gerit  
etiam per bona exempla ostendat exterius, vt me-  
rito quilibet dicat illud psalm. 65. Introibo in do-  
mum tuam in holocaustis. Quartum patet, vt sci-  
licet per actum pœnitentiæ frequenter purgetur  
& per deuorã orationem. Ioan. 2. Domus mea  
domus orationis vocabitur. Conscientia autem  
taliter ædificata est domus Dei, quia in illa ha-  
bitat Deus. Sapient. 8. Intrans in domum meam,  
conquiescam cum illa. In tali autem domo con-  
scientia habitare facit hominem beatum in spe.  
psalm. 121. Lætatus sum &c. in domum domini  
ibimus. Alia est domus superior. scilicet celestis  
patria, de qua Ioan. 14. In domo patris mei man-  
siones multæ sunt. Et istius domus mansio in ha-  
bitatẽs facit beatos. Et de hac dicit psalm. Beati qui  
habitãt in domo tua dñe &c. vbi hoc totũ negociũ  
K k k est

Domus con-  
scientia.  
psalm. 91.

Matth. 7.

Conscientia  
omnis obli-  
gat.

Matth. 7.

Exemplũ na-  
turale.

Gen. 30.

Exemplum.

Iudi. 9.

psalm. 65.

Ioan. 2.

Sapient. 8.

psalm. 121.

Ioan. 14.



est sanctorum, in domo Dei laudare Deum. Ibi enim nulla est necessitas, quae est mater omnium humanarum actionum. In quibus autem consistat beatitudo, vide vers. 49. 1. & 35.

1436.

Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, in loco quem posuit.

Beatus vir cuius est auxilium abs te, id est a te. Nam istae duae praepositiones abs & a idem significant, quasi dicat ad beatitudinem supernam nullus potest pertingere, nisi per auxilium tuum: quia gratia tua habita statim disponit in mente gradus ascensionis, quibus ascenditur ad patriam. Et hoc est quod ait. Ascensiones in corde suo disposuit. s. actus meritorios, quibus ascenditur. Et quia solum in vita praesenti est status merendi: ideo subditur. In valle lachrymarum. Vallis enim lachrymarum dicitur praesens vita lachrymis & sudoribus plena. Et haec vallis lachrymarum est locus quem posuisti Deus hominibus ad merendum beatitudinis ascensum. Et hoc est quod ait. In loco quem posuit. scilicet Deus ad merendum, qui locus est vallis lachrymarum. Et nota quia dixit. Ascensiones in corde suo disposuit. quia non solum vnus gradus virtutum ad hunc ascensum sufficit, sed plures requiruntur scilicet ascensus Puritatis & munditiae. Corporalis poenitentiae. Doctrinalis Sapientiae. Paupertatis voluntariae. Humilitatis & obedientiae. Charitatis & amicitiae. Primus gradus ascensionis est puritatis &c. quem notans psal. 23. dicit. Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit &c. Cui quaestioni respondet, dicens. Innocens manibus & mundo corde: vide supra vers. 33. 7. Si ne isto gradu quilibet diuisus est a Christo, & ideo non potest ascendere in caelum. Solum autem vnus vnus Christi & Christi membrum in caelum ascendere potest. Sed forte dices. Quomodo quis hominum in caelum ascendere potest, cum veritas dicat. Ioan. 3. Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo? Ad hoc respondet Greg. praedicta Christi verba pertractans, dicens:

Psalm. 23.

Quaestio. Ascendere in caelum. Greg. 17. mo. cap. 11.

A Sed si nos quoque qui in terra editi sumus, ad caelum ascendamus, vbi est quod veritas dicit. Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit. s. filius hominis, qui est in caelo? Cui nimirum sententiae statim obuiat quod haec eadem veritas dicit. Pater volo, vt vbi ego sum, & illi sint mecum. Quae veritas sibi in verbis suis non discrepat, sed ad quaerenda haec quasi discordantia studium nostrae mentis inflammat. Omnes enim nos, quia in eius fide renati sumus, eius proculdubio corpus existimus: quia dum mira dispensatione pietatis membrorum suorum dominus caput factus est, repulsa reproborum multitudinis solus est etiam nobiscum. Nemo igitur ascendit in caelum, nisi filius hominis qui descendit de caelo. Quia dum nos cum illo vnus iam facti sumus: vnde solus venit in se, illuc solus redit etiam in nobis, & is qui in Deo semper est, ad caelum quotidie ascendit: quia qui in diuinitate super omnia permanet humanitatis compage sese quotidie ad caelos trahit. Non ergo se desperet humana fragilitas, vni geniti sanguinem consideret: & in precio conspiciat quam magna est quantitas valeat: perpendat sollicitudine quo caput praeficit, & quae ad viuendum praecipit astringitur, ad sperandum exemplo roboretur. Confidat ascendere caelo: speret supernam patriam, angelorum se sociam sciat, atque in suo capite praelatam se esse etiam angelis gaudeat. Iste ascensus puritatis figuratur per ascensum Christi baptizati. Matth. 3. Baptizatus autem Iesus statim ascendit de aqua. Baptismus enim lauans sordes peccatorum, significat puritatem & munditiam. Si de aliis gradibus vis procedere: vide in litera. Ascendere.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus deorum in Sion.

Hic ostendit quod ad istum ascensum ad gloriam etiam requiritur cooperatio nostrae voluntatis, quae cum gratia ad bene merendum concurrat, & de vna virtute proficiat ad aliam. Vbi sciendum quod non minor vnitas est inter virtutes, quam sit inter vitia. Et ideo si vnus vitium ad aliud trahit, multo fortius vna virtus inducit ad aliam. Et sic homo manens in gratia semper in virtute proficit, vel nouas acquirendo virtutes vel praehabitas augendo, quia etiam sola perseverantia virtutis ipsam auget, sicut diurnitas peccatum. Et sic semper vel homo proficit vel deficit, & nunquam in eodem statu permanet, quod facit cum diuina gratia libertas voluntatis, & hoc est quod hic dicit. Etenim benedictionem dabit legislator. s. Christus qui nouam legem dedit. Quid enim est Christi benedictio, nisi ad operationem multorum gratiae infusio? Haec enim benedictio nostram praenit voluntatem, vt bonum velit efficaciter, psalm. 20. Domine praenitisti eum in benedictionibus dulcedinis. Hic etiam voluntatem praenit hanc benedictio adiuuando ipsam prosequitur vt operando bonum perseueret in iustitia. Eccles. 3. Benedictio patris confirmat domos filiorum. Quis autem nomine patris intelligitur, nisi ille de quo dicitur. Vnus est enim pater vester qui in caelis est? Quid autem domus filiorum, nisi conscientia iustorum, in qua per gratiam habitat pater caelestis? Prouerbiolorum 9. Sapientia edificauit sibi domum. Hanc igitur benedictionem consequenter confirmat: quia Prouerb. 10. Benedictio domini super caput iusti. Sed quia gratia per se sola non sufficit, nisi voluntas ipsam sequatur, ideo subditur. Ibunt de virtute in virtutem. Ibunt enim significat voluntatis nostrae cooperationem, quae de virtute proficit ad virtutem. Iste autem profectus durat quandiu durat vita praesens, quia post hanc vitam non est status proficiendi in meritis, sed in eodem statu, in quo quis praesentem terminat peccati vel meriti, in eodem permanet semper. Et hoc est quod ait. Videbitur Deus deorum in Sion. id est sic proficiet de virtute in virtutem, denec ad Dei visionem perueniant in Sion, i. in clara speculatione. Istum textum pertractans Greg. ostendit quomodo gratia Dei homo de virtute proficit ad virtutem dicens. De merito gradibus per psalm. ista dicitur. Ibunt de virtute in virtutem &c. Nequaquam enim ad summa repente peruenitur, sed ad virtutum celsitudinem per incrementa mens ducitur. Quod aperte in euangelio veritas ostendit dicens. Sic est regnum Dei quae admodum si iacet homo semet in terra, & dormiat nocte, & die semet germinat & crescit dum nascitur ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum produxerit fructum, statim mittit falcem, quoniam venit tempus messis. Ecce veritatis voce per qualitates frugum distincta sunt incrementa virtutum. Ait enim primum herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum. An non adhuc herba fuerat Petrus, cum ab ore ancillae subito ex vnus statu sermonis inflexus est? Iam quidem per deuotionem viridis erat sed adhuc per infirmitatem tener. Plenum vero frumentum in spica inuentus est, quando persequebantur principibus resistebat, dicens. Obedire oportet Deo magis quam hominibus Plenum frumentum inuentus est, quando in tritura persecutionis & nequaquam palcarum more imminutus est, sed granum permanit.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam, auribus percipe Deus Iacob.

Hic prosequitur tertium necessarium. s. orationis meritoriae. Et primo orationem prosequitur, secundo ad commendationem beatitudinis reuertitur, ibi. Quoniam memor. Quatum ad primum primum petit exauditionem orationis, secundo ostendit eundem exauditionis, ibi. Protector. Quatum ad primum sciendum quod quamuis anima ab aeterno a Deo fuit disposita & quis saluari debeat, & quo medio, tamen vult Deus ab hominibus exorari, quia per medium orationis sic homines disposuit ad beatitudinem peruenire, & aliquas orationes disposuit exaudire, & aliquas repellere. Propter quod psalmista in persona cuiuslibet iusti precatur, vt sit de illorum numero, quorum orationes exaudiuntur, dicens. Domine Deus virtutum, id est angelorum, exaudi orationem meam. scilicet vt me perducas ad beatitudinem: auribus percipe Deus Iacob. Percipit enim Deus orationem nostram, quando effectum exauditionis nobis tribuit siue ostendit. Quando enim diuina bonitas nostras supplicationes exaudit, tunc nobis aurem inclinare dicitur, vel nostra percipere vota. Vnde psal. 5. dicitur. Verba mea auribus percipe domine. Vbi glo. Auris Dei non corporeum instrumentum est sed praesentia diuinae maiestatis accipitur. Vox enim corporalis aure corporis auditur: spiritualis vero intelligitur. Et quia Dei bonitas exaudit preces iustorum, ideo dicitur, Oculi domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Quid autem sit auribus percipere, vide sup. ver. 788. 870.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.

Hic ostendit medium, quo exaudimur. Omnis enim oratio nostra per Christum, id est median- te Christo exauditur. Et hinc est quod ecclesia omnes suas orationes per Christum terminat, dicens. Per dominum nostrum Iesum Christum, vel consimiliter. Ipse enim Christus aduocatus noster est apud patrem. 1. Ioan. 2. Aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum &c. Vnde ipse nostras orationes patri porrigit, & debitas adimpleri postulat. Et hoc attendens psalmista per Christum petit exaudiri, dicens. Protector noster aspice Deus. scilicet orationes nostras acceptando, sicut dicitur Gen. 4. Respexit Deus ad Abel & munera eius. Et modum statim adiungit, dicens. Respice in faciem Christi tui. Hoc enim directe exponitur de Christo filio virginis Mariae, quia inter omnes reges vel sacerdotes inunctos Christus dicitur per excellentiam, quia per eius meritum omnes orationes ecclesiae habent effectum Respicere enim Dei est misereri: vide supra vers. 360. & 363. & 493. & 873. & 444. & 541. Qualiter autem protector noster dicatur Deus vide ver. 438. & 1000. & 1140. Notandum quod respicere Dei in scriptura est triplex. scilicet clementiae miserantis, & sic est respectu poenitentium & iustorum. Esa. 66. Ad quem respiciam dicit dominus, nisi ad pauperculum & contritum & trementem sermones meos? psal. 10. Oculi eius in pauperem respiciunt. Sapientiae intuentis, & sic est respectu omnium. Iob. 28. Omnia quae sub caelo sunt, respicit. Iustitiae punientis, & sic est respectu malignantium. psal. 24. Respice inimicos meos Exod. 14. Respicens dominus super castra Aegyptiorum, interfecit exercitum eorum. Primum autem respice Dei quod est clementiae, nunc postulat psalmista dicens. Protector noster &c. Vnde Greg. 19. mo. c. 4. ait. Respicere Dei est ea quae amissa ac perdita fuerant: ad suam gratiam reformare. Vnde scriptum est. Rex qui sedet in solio iudicij sui dissipat omnem malum intuitu suo. Respicendo namque leuitatis nostrae mala coercuit, & magna maturitatis merita dedit.

Quia melior est dies vna in atriis tuis super millia.

Hic reuertitur ad commendationem supernae felicitatis Circa quam tria ostendit, primo quantum est commendabilis, secundo quantum est desiderabilis, ibi. Elegi Tertio qualiter est acquisibilis, ibi. Quia misericordiarum. Quantum ad primum sciendum, quod nulla delectatio praesentis

1437.

1438.

1439.

1440.

1441.

1442.

1443.

1444.

1445.

1446.

1447.

1448.

1449.

1450.

Psalm. 5.

Psalm. 33.

1439.

Oratio.

Christus.

1. Ioan. 2.

Gen. 4.

Respicere.

Dei.

Esa. 66.

Psalm. 10.

Iob. 28.

Psalm. 24.

Exod. 14.

Greg. 19. mo.

cap. 4.

Prouerb. 20.

1440.

Kkk 2 - vita

Grego. Presentis vite miseriam

vita delectationi celestis patrie potest comparari, cum omnis delectatio vite presentis multa amaritudine sit repleta: vt clarè ostendit Greg. 8. mor. ca. 22. dicēs. Vt enim taceamus quoddam in presenti vita homo dolores tolerat, febribus anhelat sua quadam ægritudine confringitur, ipsa quæ nostri corporis salus vocatur ægritudo est. Nam ocio tabescit, opere deficit, inedia deficiens, cibo reficitur vt subsistat, refectioe lassescens, abstinencia releuatur vt vigeat, aqua perfunditur, ne arefcat, linteis tergitur, ne ipsa nimia perfusione liquefiat, labore vegetatur, ne quiete torpeat, quiete refouetur, ne laboris exercitatione succumbat, fatigata vigiliis somno reparatur, oppressa somno vigiliis excitatur, ne sua peius quiete lassetur, vestibus tegitur, ne frigoris aduersitate penetretur, quæ sita calore deficiens, aurarum flatu refouetur. Cumque inde molestias inuenit vnde vitare molestias quæsiuit: malè sauciata (vt ita dixerim) de ipso suo medicamine languescit. Remotis ergo febribus, cessantibusq; doloribus ipsa nostra salus ægritudo est: cui curandi necessitas nãquã deest. Quor enim solatia aduerti vsum quærimus, quasi tot nostræ ægritudini medicamentis obuiamus. Vita autem beata delectatione habet sine aliqua metis vel carnis molestia. Quod considerans psalmista ait: *Melior est dies vna in atribus tuis.* Dies vna vocatur ipsa vita beata, quæ est immutabilis sine ortu & occasu. Cui non succedit dies externus, quem non vigeat crastinus, *Super millia.* scilicet dierum presentis vite. Et hic ponit numerum determinatum pro indeterminato. Et est sensus. *Super millia.* id est super infinitos dies vite presentis, si essent possibiles. Totum igitur tempus presentis vite respectu diei felicitatis æternæ: nihil aliud est nisi quadam poena & miseria. Quod benè attendens Greg. in ho. de martyribus ait. Si cõsideremus quæ & qualia sunt, quæ nobis promittuntur in cœlis, vilescunt omnia, quæ habentur in terris. Terrena nãque substantia supernæ felicitati comparata: pondus est, non subsidium. Temporalis nanque vita, æternæ vite cõparata, mors est potius dicenda quam vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quid est aliud quam quædam prolixitas mortis. Quæ autem lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit illa supernæ felicitatis quanta sint gaudia? angelorum choris interesse: cum beatissimis spiritibus gloria cõditoris assistere, in circumscripto lumine videre: nullo mortis metu affici, in corruptionis perpetuæ munere lætari &c. Non ergo immeritò dicit psalmista, quoddam *melior est dies vna.* &c. Et de hac die dicitur Zachariæ. 14. Erit dies vna, quæ nota est domino, non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux.

Greg. in ho.

Zach. 14.

144.

**Elegi abiectus esse in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.**

Hic ostendit quantum gloria celestis est desiderabilis & eligibilis. Cum enim bonum sit abiectum voluntatis, tanto amplius aliquid à voluntate est eligibile, quanto amplius naturam boni participat. Vnde duobus propositis voluntati semper voluntas in illud magis fertur, quod est ma-

gis bonum, vel quod sibi magis bonum apparet. Cum ergo gloria celestis excedat in bonitate omnem rem vite presentis: sequitur quoddam illa magis est eligibilis saltem secundum rectam rationem. Et hoc est quod ait psalmista. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei.* Hic. n. domus Dei vocat ecclesiam, in qua existentes à mundanis vilipenduntur & reputantur abiecti: vel abiectos esse: id est in humilitate viuere: per quam possunt ad gloriam peruenire, sine qua nullus regnum Dei potest intrare. Et vt habetur Luca. 18. Quicumque non receperit regnum Dei vt puer, id est per humilitatem paruulus, non intrabit illud. *Magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.* id est quam in magno statu esse in mundo in congregatione peccatorum. Est ergo sensus, quoddam magis est eligibile humiliter inter inuitos conuersari, quam in magno mundi copulari peccatoribus. Et huius ratio est quia primus status in bonitate excedit secundum immo primus simpliciter habet rationem bonitatis: & secundus simpliciter habet rationem mali. Nam secundum philosophum, illud dicitur bonum cuius finis est bonus, & illud malum, cuius finis est malus. Finis autem primi status simpliciter est bonus, quia terminat in gloriam. Finis autem secundi simpliciter est malus: quia terminat in gehennam, ergo &c. Et nota quoddam, quod de domo ecclesie militantis, quia in domo ecclesie triumphantis nullus reperitur abiectus: quia etiam damnati illos de domo ecclesie triumphantis magnificant & extollunt, dicentes de illis. Nos infensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: & ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illorum est. Isto modo elegit Moyses magis cum populo Dei affligi: quam in domo Pharaonis regis peccatoris conuerti. De quo dicit apostolus. Moyses grandis effectus, negauit se esse filium filie Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias estimans thesaurum Ægyptiorum in proferium populi. Ad declarationem dicti versiculi notandum quoddam multa multis sunt præeligenda, quonia eligenda est veritas magis quàm mundi fallacia. psal. 118. *Via veritatis elegi.* Eligenda est patientia contra mundi aduersa. 1. Macha. 1. Elegerunt magis mori, quam cibis inquinari immundis. Eligenda est vitæ sinceritas contra temporalia bona, vt hic. *Elegi abiectus esse in domo Dei &c.*

**Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit dominus.**

Hic ostendit qualiter felicitas superna est acquisibilis. Vbi notandum quoddam nullum nostrum meritum de condigno potest gloriam æternam mereri: licet de congruo: quia incomparabiliter melius est præmium illud quàm meritum nostrum, licet de congruo illa mereamur. Et hoc est quod dicebat apostolus Rom. 8. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Vbi glo. Omnes passiones temporales eriam simul sumptæ, non sunt condignæ ad promerendum gloriam, si nobiscum ageretur distinctè: quia omnis tribulatio nostra est cum

Sap. 5.

Hebr. 11.

Eligen. psal. 118.

1. Macha. 1.

1442.

Rom. 8.

Glossa.

psal. 6.

Gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

gratia dicitur

cum sine, etiam quia maior erit gloria, quam hic sit labor, non ergo ex operibus nostris datur gloria, sed ex Dei gratia & misericordia. Et hoc est quod dicebat apostolus. Gratia Dei vita æterna. Quia & merita nostra sunt à gratia, ideo gratia dicitur, & meritis gratiose redditur merces æterna. Hoc notans psalm. ait. *Misericordiam & veritatem diligit Deus.* Diligit misericordiam: quia ex misericordia nobis promittit gloriam qui diligit veritatem: quia fidelis est in promissis. Vel diligit misericordiam: quia ex sola misericordia sua nobis donat gratiam qua possimus mereri. *Diligit veritatem.* id est iustitiam: quia iuste ex promisso præmium merentibus dabit. Et hoc est quod subdit. *Gratiam & gloriam dabit dominus.* id est misericordia dabit gratiam qua possimus mereri, & iustitia meritis dabit gloriam. Hic enim psalmista iam Christum præuidebat à quo omnibus daretur gratia, de quo dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia. Sed quomodo gratiam pro gratia? Sciendum ergo quod duplex est gratia scilicet gratis data. Et gratum faciens. Gratia gratis data vocatur omne donum Dei: quia quicquid nobis donat, non ex debito, sed gratis donat. Vnde gratia gratis data est, vt scientia, fortitudo, pulchritudo, &c. Et ista gratia stare potest cum peccato. Gratia autem gratum faciens est illa, quæ nos Deo gratos facit & dilectos, siue ipsa charitas. Et hæc non stat cum peccato. Accipimus ergo à Christo gratiam per gratiam, quia pro prima gratia si benè vtamur illa, statim ab ipso accipimus gratiam gratificantem. Nonne gratia gratis data fuit Paulo, quando contra Christum seuebat, quoddam ipsum ad terram Christus prostravit, ne malè faceret quod disponebat? Certe sic. Et quia ista gratia fuit benè vsus se humiliando, dicens. Domine quid me vis facere? statim accepit secundam gratiam iustificantem, quæ apostolus notans, ait. Supra modum persequebar ecclesiam Dei. Cum autem placui ei, qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit me per gratiam suam, continuò non acquieui carni & sanguini, &c. Sic ergo de Christo ait. *Gratiam dabit dominus.* Similiter Christus dabit gloriam. Sicut enim sola Christi gratia iustificamur, sic & sola Christi gratia glorificamur: quia cum præmia æterna iustis largitur, non nostra opera, sed sua merita coronat: quia omnia merita sunt principaliter à gratia quàm à voluntate, & sic principaliter gratie Christi quàm nostre voluntate meremur. Cum igitur meritis reddit præmia, non nostra, sed sua merita coronat. Et hoc est quod ait apostolus. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit.

Sap. 5.

Hebr. 11.

Eligen. psal. 118.

1. Macha. 1.

1442.

Rom. 8.

Glossa.

delectationes. De quibus dicunt peruersi illud Sap. 2. Venite fruamur bonis, quæ sunt &c. Et ista non sunt vera bona, &c. De istis quatuor generibus bonorum, vide supra versic. 1014. Ad propositum ergo cum hic dicit psalmista. *Non priuabit bonis &c.* non intelligitur de primis: quia illis magis abundant scelerari homines, quàm innocentes, sed intelligit de aliis tribus generibus bonorum. Et ideo in illum est sperandum, qui bona tribuit suis. Quid ergo lucratur qui pro bonis terrenis innocentiam deserit, immò amplius damnificatur, quia habet lucrum quod est bonum extrinsecum, & perdit innocentiam, quæ est intrinsecum bonum. Omnia ergo in isto psalmo prædicta breuiter concludens ait. *Beatus homo qui sperat in te.* Quantum spes in Deo habita sit utilis, vide supra versic. 113. & 443. & 452. & 594. & 1210.

Sap. 2.

**Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob.**

1444

Huius psalmi titulus est. *In finem filiis Chore psalmus.* Iste psalmus ad literam agit de primo Christi aduentu, quo maledictio primis parentibus data, per Christum in benedictionem mutata fuit, quia peccata remissa, ira Dei à nobis auersa expoliatus infernus, & paradysus apertus. Est ergo tituli sensus. Psalmus iste dirigens nos in finem, id est Christum attribuitur filiis Chore qui, scilicet istum psalmum fecerunt. Vel per filios Chore intellige filios crucifixi, vt in titulo præcedentis psalmi est dictum. Attribuitur ergo filiis Chore, id est crucifixi: quia ibi habuerunt ex Christi aduentu liberationem, quàm non habuerunt ingratia. Intentionem monet per fidem ad Christum accedere, vt ipsius benedictio habeatur. Psalmus ergo iste sic intellectus diuiditur in partes duas, quia psalmista agit de Christi aduentu primo per modum præteriti, secundo per modum futuri, ibi. *Conuerte nos.* Prima pars diuiditur in tres secundum quoddam tria per Christi aduentum ostendit esse facta. Primum contra maledictionem data est benedictio. Secundò contra iniquitatem data est iustificatio, ibi. *Remissisti.* Tertio contra Dei indignationem facta est reconciliatio, ibi. *Mittigasti.* Quantum ad primum sciendum, quoddam statim commissio peccato priorum parentum, Deus terræ maledixit, dicens Adæ. Maledicta terra in opere tuo, &c. Quod non solum est intelligendum de terra, quàm operamur, sed etiam de terra quæ nos sumus. Propter quod statim subdit dominus, dicens Adæ. Donec reuertaris in terram, de qua assumptus es, quia puluis es & in puluerem reuerteris. Maledixit ergo terræ, scilicet homini ipsum priuans gratia & subiiciens miseriam, & ipsum in captiuitatem diaboli tradens. Sed ista maledictio per Christi incarnationem in benedictionem est mutata, quando humanitas singulariter fuit benedicta, & omni gratia repleta. Vnde Mariæ ait angelus. Benedictus fructus ventris tui. Et hoc est quod futurum præuidens psalmista ait. O domine Deus noster. *Benedixisti terram tuam.* glo. id est Christum per quem fit benedictio & per eum. *Auertisti captiuitatem Iacob.* scilicet populi tui, qui sub diabolo captiuus tenebatur.

Gen 3. Terra id est homo.

Luc. 1.

Glossa.

1443

**Non priuabit bonis eos, qui ambulat in innocentia, domine virtutum, beatus homo, qui sperauit in te.**

Hic confirmat statim dicta, scilicet quod gratiam & gloriam dabit. Pro huius declaratione notandum, quoddam bona sunt quadruplicia, est bonum temporale, Bonum morale, Bonum spirituale, Bonum æternale. Primum sunt bona temporalia quæ sine merito vel demerito hominis accedunt & recedunt, & iustis & malis communicantur, quamuis amplius malis. Ista bona sunt vt diuinæ & corporalis

1443

1443

In cog. Tom. j.

renebarur. Per Jacob enim qui supplantator interpretatur Christum intelligit, qui sub plāta posuit diabolum. Et vide quod quasi praterita pradicat futura, propter prophetiæ certitudinem. Et nota quod ista domini benedictio, valet ad multa. Primò valet ad peccatorum commissorum benedictionem. Quotiescunque enim anima in peccato existens se conuertit ad Deum, statim ab eo benedictionem absolutionis recipit. Vnde incredulos peccatores increpans propheta dicit, *Quis scit si conuertatur Deus & ignoscat & relinquat post se benedictionem?* Sic enim benedicens dominus de terrenis spirituales nos facit & cœlestes. Ad Ephes. 1. Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali. Quod facit Deus, dum nos saluat à peccatis sua mera gratia, non meritis nostris. Vnde ibidem ait glo. Aliter benedicitur Deus ab homine, aliter homo à Deo. Vnū quidem benedictionis verbum est, sed pro congruentia personæ variè intelligi debet, sicut & facere Deus & homo dicitur. Sed Deus nutu solo impassibiliter facit, homo vero conatu & labore. Ita Deus benedicitur ab homine, cum laudibus dignis extollitur, homo vero à Deo benedicitur, cum Deus ei gratiæ suæ dona largitur, non eius meritis, sed sola sua misericordia ipsum à peccatis absoluendo. Et quid mirum? Si enim sacerdos Dei minister sola benedictione peccata venialia remittit, si Deus sua benedictione remittat & mortalia, & animas sub diabolo captiuas efficiat liberas? Et hoc est quod hic ait psalm. *Benedixisti domine terram tuam, auertisti captiuitatem Iacob, remissisti, &c.* Secundò valet ad meritorum operationem. Ipsa enim diuina benedictio nostram ad bonum præuenit voluntatem. psal. 20. Domine prouenisti eum in benedictionibus. Et subsequitur adiuuando, vt stabiliter operetur. Eccles. 3. Benedictio patris confirmat domos filiorum. Tertio valet ad præmiorum acquisitionem. Hæc enim ad æternam nos introduxit hæreditatem. Matth. 25. Venite benedicti patris mei. Et Eccles. 11. Benedictio domini in mercedem iusti festinat. 1. Pet. 3. In hoc vocati estis vt benedictionem hæreditatis possideatis. Et nota quod præmium gloriæ in singulari vocat benedictionem, & non benedictiones, cum tamen in domo cœlesti multæ sint mansiones, ad denotandum quod qui benedictionem gloriæ vult consequi, nihil aliud pro requie sibi quaerere debet, sicut faciebat Esau patri dicens. Num vnam tantum pater benedictionem habes? Quem reprehendens Bernardus ait. Ecce dubitando dicis, num vnam tantum benedictionem habes pater? quantò melius diceres cū propheta. Vnam petij à domino, hanc requiram. Indignus enim benedictione cœlesti conuincitur, qui dubiè quaerit, affectu duplici petit intentione ad refugium sibi parās si fortè benedictionem cœlestem eum non obtinere contingat. Et ideo in singulari hanc benedictionem nobis proponit psal. dicens. Benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion, psal. 3. Domini est salus, & super populum tuum benedictio tua.

**Remissisti iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum.**

Hic ostendit quod per Christum remissa sunt peccata & iustificatio facta. Christus enim per su-

*Benedictio Dei valet ad multa.*

*Isa. 1.*

*Ephes. 1.*

*Glo. 16.*

*Psal. 20.*

*Eccles. 3.*

*Matth. 25.*

*Eccles. 11.*

*1. Pet. 3.*

*Gen. 27.*

*Bernard.*

*Psal. 3.*

*1445*

am aduentum peccata destruxit: tum quia illa propria potestate remittebat: tum quia sacramenta instituit, quæ & peccata remittunt & conferunt gratiam qua iustificamur: quod sacramenta antiquæ legis facere non poterant. Ideo de ipso singulariter ait Ioannes Baptista. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et hoc psal. præuidens, dicit Christo. *Remissisti iniquitatem plebis tuæ.* & hoc quod ad culpam. *Operuisti omnia peccata eorum.* & hoc quod ad pœnam. Illud enim quod est operum vel reatum non videtur. Et sic Deus dicitur peccata operire, quādo ipsa nō respicit ad puniendum. Et ista duo posuit supra psal. 3. dicens. Beati quorum remissa sūt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. De istis duobus ibi satis. scilicet, ver. 466. Peccatum autem quomodo differt ab iniquitate, vide versicu. 376. 401. Qualiter autem sacerdotes virtute clauium peccata possint remittere, vel tegere, vide versicu. 469. Sed hic oritur dubium, scilicet, vtrum Christus vt creatura possit peccata remittere & animam à culpa mundare. Et videtur quod non: quia hoc solum potest Deus. Vnde Augustinus super Ioan. ait, Solus Deus peccata potest dimittere, propter quod dicit Esa. 43. Ego sum qui solus deleo iniquitates tuas, & peccata tua. Ad oppositum ait Christus, Scitis quia filius hominis habet potestatem dimittendi peccata. Christus autem vt filius hominis creatura est. Respondeo quod aliquem remittere peccata multipliciter potest intelligi, scilicet, Impetratiuè, Dispositiuè, Satisfactiuè, Iustificatiuè. Et secundū istos varios modos varia responsio datur. Primo modo peccata remittuntur seu dimittuntur impetratiuè, Et hoc nihil aliud est, quàm suis precibus, vel ministerio remissionè peccati alicuius impetrare. Et isto modo quilibet iustus quandoque peccata alterius tollit: talibus dicente Christo, *Quicquid orantes petitis, credite quia accipietis, & fiet vobis.* Et ex officio autem hoc competit sacerdotibus, qui præces & hostias pro peccatis aliorum Deo habent offerre, vt ait Apostol. ad Hebræos. 5. Isto igitur modo Christus peccata remittere potest vt creatura: quia iustus est & summus pōtifex. Secundo modo dimittere peccata, scilicet, dispositiuè, est quid facere ad quod sequitur peccati remissio: licet faciens illud, peccata non dimittat. Sicut ad apertionem fenestras sequitur illuminatio domus: non tamen apperrens fenestram illuminat domum, sed sol per fenestram emittens radios suos. Sic in proposito quis potest aliquid facere ad quod sequitur peccati remissio, non tamen ipse peccatum remittere potest seu remittit. Vt puta, peccator potest de peccato commissio dolere & veniam postulare: ad quod statim sequitur peccati remissio. Eze. 18. *Quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatum eius non recordabor.* Et sic dispositiuè peccator peccatum suum potest tollere. Et isto modo Christus vt creatura peccata potest tollere: quia peccatorem potest disponere ad peccati detestationem, & ad hoc ipsum inducere: quinimò & predicatores ad hoc possunt peccatorem disponere, licet nō ita immediatè sicut Christus. Tertio modo peccati dimittere, scilicet satisfactiuè est pro peccatis sufficientè satisfactio nem facere vel Deo reddere. Vbi aduerte qd satisfactio requirit redditionem æquivalentis, alias indebiti. Et ideo quia nullus hominū alius à Christo potest pro aliquo peccato aliquid bonum fa-

cere vel Deo reddere alias indebitum, vt deducit venerabilis Anselmus 1. Cur Deus homo. c. 21. sequitur quod nullus alius à Christo satisfactiuè peccata remittere potest. Sed Christus homo Deus hoc solum potest, quia eius vita pari pro peccatis nostris oblata fuit maioris bonitatis & præcij quàm omnia mundi peccata fuerint mala, & non erat illa mors alias debita. Et sic Christus peccata remittit. Matth. 18. Filius hominis venit saluare quod perierat, & dare animam suam in redemptionem pro multis. Quarto modo, scilicet iustificatiuè peccata, dimittere, est per infusionem gratiæ animam interius à macula culpæ purgare, & ipsam à morte spiritali suscitare. Et isto modo solus Deus peccata potest dimittere & non aliqua creatura: quia solus Deus gratiam animæ potest infundere, & solus potest animam mortuam suscitare. Sic enim dicit magister lib. 4. dist. 18. qd solus Deus per se animam mundat ab interiori peccati macula. Et isto modo dico quod Christus in quantum Deus peccata remittere potest, sed nō vt creatura. Et sic de Christo dicit vt est Deus. Tu remissisti iniquitatem plebis tuæ, & hoc quantum ad culpam. Quātum vero ad pœnam, quàm etiam remittit, sequitur. *Operuisti omnia peccata eorum.* Vbi aduertendum quod peccatum quandoque accipitur non pro culpa, sed pro pœna peccati debita. Et sic Christus remittit peccata dupliciter. Primò quia in se assumpsit omnes pœnas cōnaturales peccato debitas. Et sic tollere peccata est idem quod in seipso portare, quod & Christus fecit. Vnde Esa. 53. verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, non quod iniquitatem fecerit, sed quia peccata multorum ipse portauit. Secundo modo tollit peccata, id est pœnam: quia scilicet virtute passionis ab ipso pro nobis tolerat, finaliter à nobis auferit omnem pœnā peccato debitā tā corporis quàm animæ, quando scilicet cum ipso erimus in gloria. Quam pœnam licet tollat in præsentī, tamen quia eius passio ad hoc faciendum, modo & semper à Deo est accepta, ideo etiam in præsentī dicitur remittere peccata, id est pœnam peccatorum. Sic enim dicitur 1. Pet. 2. Christus peccata nostra portauit in corpore suo super lignum crucis, cuius liuore sanati sumus.

**Mitigasti omnem iram tuam, auertisti ab ira indignationis tuæ.**

Hic ostendit quomodo per Christum facta est iræ Dei mitigatio. Deus enim iratus dicitur, quoniam ad modum irati peccata nostra punit. Dicitur mitigatus & placatus quando peccata ne puniat regit, vide supra versicu. 55. 684. Christus autem per suam incarnationem non solum peccata remittit, sed etiam pœnam peccatorum, vt statim in præcedenti versiculo dictum est. Et ideo iram Dei auertit à nobis. Quod præuidens psalm. nunc sibi dicit. *Mitigasti omnem iram tuam, &c.* Sic enim ipse Christus patri loquitur. Hierem. 18. Recordare quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationem tuam ab eis. Et nota quod auersio Dei maximè est duplex: quia quædam est auersio diuinalis iracundiæ, & quædam est auersio pietatis & clementiæ, vide supra versicu. 1320. psalm. 77. Et abundauit, vt auerteret iram suam.

**Cōuerte nos Deus salutaris noster, & auerte iram tuam à nobis.**

Hic incipit agere de Christi incarnatione per modum futuri. Et duo facit: quia primò Christi incarnationem deuotè futuram postulat. Secundo se exauditum esse explicat, ibi. *Misericordia & veritas.* Quantum ad primum iste orat pro Christi incarnatione propter multa quæ ex ipsa erant futura. Orat ergo Christum venire propter quatuor. Primò vt peccator Deo reconcilietur. Secundo vt peccator iustificetur, ibi. *Deus tu conuersus.* Tertio vt peccator illuminetur, ibi. *Audiam.* Quarto vt peccator glorificetur, ibi. *Veruntamen.* Quantum ad primum sciendum, quod de Christi aduentu in præcedenti parte egit, vt de re præterita nunc autem de ipso agit, vt de re futura, dicens. *Cōuerte nos Deus salutaris noster.* Quasi dicat, quod dixi præteritam, oro, vt fiat: petit, quod adhuc futurum sciebat. Prophetice ergo dixit, vt præterita, hic iam orat vt verè futura, dicens. *Conuerte nos Deus.* scilicet à vitiis, & auerte iram tuam à nobis. Quomodo autem Deus cōuertit nos, vide versiculum 1374. Qualiter nos multipliciter conuerti debemus ad Deum, vide versicu. 1378. Qualiter iram suam auertit à nobis, vide versicu. 1320. Notandum quod quilibet petens conuerti ex hoc seipsum manifestat auersum. Et ideo propheta petens humani generis conuersionem sciendam per Christum, ipsum ex hoc dicit ante Christum à Deo fuisse auersum quia à bono se auerterat ad malum. Et hoc secundum multa peccatorum genera. Primò erat auersum per superbiam, quia rebellis & inobediens Deo fuerat, psal. 77. Auertunt se, & non seruauerunt pactum, &c. quia scilicet promissa Deo noluerunt seruare. Promiserunt ei dicentes. Omnia quæ locutus est dominus faciemus, &c. vide ibi. Sic se auertit à Deo omnis qui promissa in baptismo non seruauit. Secundo erat auersus per idololatriam auertentes se à cultu veri Dei ad colendū idola. Sic enim se auertit Salomon à Deo. Iratus est dominus Salomoni, eo quod auersa esset mens eius à domino, qui præceperat ei, ne sequeretur Deos alienos. Tertio erat auersus per auaritiam. Eccle. 20. Domini excæcant oculos iudicum, & quasi mutus auertit correptiones. Quarto erat auersus per luxuriam, sicut illi presbyteri antiqui, de quibus dicitur Danielis 13. quod exarserunt in cōcupiscentiam suam. Quia ergo propheta sic populum à Deo videbat auersum, ideo orat vt per Christum conuertatur ad Deum, dicens. *Conuerte nos Deus salutaris noster.*

**Nunquid in æternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam à generatione in generationem.**

Hic ostendit rationem suæ postulationis. Cum enim propriū sit Deo misereri & parcere, ipse irā semper continere non debet, sed ad misericordiā inclinari. Et hoc est quod dicit. *Nunquid in æternum irasceris nobis.* Tamdiu enim Deo videbatur iratus, quamdiu differebat nobis mittere reconciliationem. Et quia propheta sciebat certum tempus à patre esse diffinitū quo Christus incarnaretur: quia

*Auertit se homo multipliciter à Deo.*

*Psal. 77.*

*Exo. 24.*

*3. Reg. 11.*

*Eccle. 20.*

*Dan. 13.*



Aggei 2. quia dicitur Aggei 2. Adhuc modicum, & ecce veniet desideratus cunctis gentibus, &c. Ideo ait Nunquid in aeternum irascetis nobis. &c. quasi dicat. non. Ira enim Dei (vt ait glo.) est omnis poena qua patimur. Sic enim dictum est Ad. Maledicta terra in opere tuo, & in sudore vultus tui vesceris pane tuo. De ira ergo Dei mortales fumus & passibiles, sed inuouatis in Christo prauider psalm. hanc poenam transiturem. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Sequitur. *Aut extendes iram tuam a generatione in generationem.* Vbi nota quod hic ponit duas generationes. Prima ab Adam vsque ad Christum. Secunda a Christo vsque in finem. Primae generationi referuata fuit ira Dei, quia illi non fuit referuata aditus regni caelestis. Sed secundae generationi non fuit ira Dei referuata, quia porta regni caelestis illi fuit aperta. *Et hoc est quod ait.* Aut extendes iram tuam a generatione, scilicet prima, in generationem scilicet secundam, quasi dicat non. Vel aliter. Prima generatio est qua ex Adam carnaliter nascimur, a quo culpam traximus & poenam, quia in illo omnes erramus quando primò peccauit. Ira ergo Dei est vindicta Dei, quam sentit carnalis Adae generatio. Sed quia futurum erat, vt regeneraremur per Christum, & nostri efficeremur, & in resurrectione omnis mortalitas absorberetur, & sic erit in futuro altera generatio immortalis de misericordia Dei, in quam haec ira Dei non extendetur. Et hoc est quod dicit *Aut extendes iram tuam a generatione.* scilicet prima, in generationem. scilicet secundam, q. d. non.

Deus tu conuersus viuificabis nos, & plebs tua laetabitur in te.

Hic ostendit quod per Christum iustificamur. Ante enim Christi incarnationem facies Dei a nobis erat auersa, vnde faciem eius videre non poteramus, sed solum dorsum. Sed per incarnationem se conuertit ad nos, vt faciem eius possemus aspiceret. Vnde facies Dei dicitur incarnatio Christi, vide vers. 689. 844. Ipsa autem Dei facies ad nos conuersa est causa nostrae iustificationis, & vitae spiritualis: quia respicere Dei est hominem de morte culpe ad vitam gratiae, reuocare. Et hoc notans psal. *Deus tu conuersus viuificabis nos.* Sic enim dicitur Lucae 22. quod postquam Petrus Christum negado mortuus spiritualiter erat, & conuersus dominus respexit Petrum, & egressus Petrus foras fleuit amare, & sic vitam gratiae recuperauit. Dicit magister de proprietatibus rerum, quod est quaedam auis dicta Kaladrius, quae est albi coloris nullam habens nigredinis partem. Cuius natura talis est, quod si porteretur ad aliquem infirmum, si faciem suam auertit ab infirmo, & ipsum non respiciat, signum apertum est, quod ille illa infirmitate morietur. Si autem faciem conuertat ad infirmum, & ipsum aspiciat, signum est manifestum quod viuere. Sic in proposito, quae est ista auis totaliter alba, nisi Christus, qui nullam partem nigredinis habuit, vel obscuritatis peccati? Hic si faciem suam ab homine auertit, statim moritur per culpam, si autem se ad hominem conuertat, statim per suam gratiam viuificat ipsum. Et hoc est quod ait. *Deus tu conuersus viuificabis nos. Et plebs tua laetabitur in te.* plebs enim nomine populus minutus intelligitur, & sic significat humiles & paruos, quia & si

Kaladrius significat Christum.

superbi in seipsis laetantur, non autem humilis. Vnde & virgo humilis dicit. Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo, vide supra versiculum 155. 479. 1802.

Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum da nobis.

Hic ostendit causam praedictae postulationis. Vbi aduertit quod res denominantur ab effectu suo, sicut serpens quia serpit, crudelis a crudelitate, quam exercet, sic misericors a misericordia quam facit. Cum ergo per Christum incarnatum maxime nobis Dei misericordia ostensa fuerit, quia pro nobis filium tradidit in mortem, ideo Christus in scriptura vocatur misericordia. Vnde de Christo incarnato dicitur psal. 47. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Eodem modo, quia per Christum salus nostra facta est, ideo salutare Dei vocatur. Vnde & Simeo Christo recepto dixit. Viderunt oculi mei salutare tuum domine, &c. Et ideo quia Christus est misericordia Dei & salutare, ideo huc perit pro salute humani generis dicens. *Ostende nobis domine misericordiam tuam &c.* Christum per quem nobis datur misericordia. *Et salutare tuum da nobis.* Christum per quem saluemur. Vnde ista secunda pars est quasi expositiua primae, vt sit sensus, dixi. *Ostende nobis domine misericordiam tuam.* sed quomodo peto vt ostendas hoc modo. *Salutare tuum da nobis.* Quomodo autem misericordia sit in Deo, & quomodo in multis nobis ostendit, vide vers. 55. Item nota quod ostendere nobis misericordiam suam, nihil aliud est quam nobis misereri, & nos respicere vers. 360. Vel aliter. Ante Christi incarnationem misericordia Dei longe erat a nobis: quia stabat in caelo, sed per incarnationem nobis terrigenis est exhibitae, ideo vt per Christi incarnationem nobis exhibeatur ipsam postulat, dicens. *Ostende nobis domine misericordiam tuam.* vide vers. 782. *Et salutare tuum da nobis.* id est Christum qui salutare dicitur vers. 105. & 146. & 155. & 273. & 662.

Audiam quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Hic ostendit quod per Christi incarnationem illuminamur, quia ipse Deus Christo incarnato ore proprio nos docet, qui ante solum nos docebat per ora prophetarum. Vbi notandum quod locutio Dei est duplex, quaedam aeterna, & quaedam temporalis. Loqui Dei aeternaliter idem est quod filium suum aeternaliter generare vnigenitum qui producit a patre per modum intellectus. Vnde de ista aeterna locutione dicitur Iob 33. Semel loquitur Deus & id ipsum secundò non repetit. Quod exponens Greg. ait. Loqui enim Dei est filium generitum non habere, &c. Isto autem modo Deus non loquitur in nobis, sed in seipso: quia filium aeternaliter in seipso genuit, & non in nobis. Loqui autem Dei temporaliter est duplex, quia aliquando per prophetas aliquando per filium incarnatum. Istum duplicem modum loquendi Dei, ostendit apostolus ad Hebr. 1. dicens. Olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime locutus est nobis in filio suo.

1450

1451

suo. Primam locutionem nouerat psalmista, qui & plures prophetas audierat, & in ipso vt in propheta Deus locutus fuerat, sed secundam locutionem audire desiderabat scilicet verbum incarnatum ore proprio loqui, & nostram mentem illuminando docere. Hoc est quod antiqui patres videre & audire desiderabant. Lucae 10. Multi reges & prophetae uoluerunt videre quae vos uidetis, & non uiderunt, & audire quae vos auditis, & non audierunt. Et hoc est quod hic optabat psalmista, dicens. *Audiam quid loquatur in me dominus Deus.* Et uide quod non dicit. *Quid loquatur mihi* sed *in me.* Sciebat enim se Christum non uisurum, sed in humanitate nostra uenturum & in ipsa praedicaturum. Ideo dicit. *Quid loquatur in me* id est, in humanitate mea. Et sic licet propheta in persona propria Christum non audierit, audiuit tamen in aliis, vt apostolis, quia omnes iusti unum corpus faciunt. Sequitur. *Quoniam loquetur pacem in plebem suam.* Vbi aduertit quod lex euangelica quam locutus est Christus incarnatus, tota fuit lex pacis, non quidem temporalis, quia mittebat suos sicut oues inter lupos, sed spiritualis, quia docebat mundum contemere, solumque Deo seruire: quo causa tur uera pax interior & cum Deo. Propter quod dicit. *Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis,* non quomodo mundus dat ego do uobis, quia mundus quaerit pacem temporis, ego do pacem spiritus. *Quid autem sit pax Christi* uide vers. 551. *Quid autem pax mundi* versiculo 186.

Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor.

Iste uersus in sententia ligatur cum precedenti. Vbi aduertendum quod psalmista distinguit tria personarum genera, quibus Christus incarnatus suam pacem praedicaturus erat. Primi erant inimici in populo iudaorum & plebei, de quibus dictum est. *Loquetur pacem in plebem suam.* Plebs enim dicitur a polis quod est pluralitas, & dicitur plebs collectio tantum ignobilium, quia plures sunt quam nobiles. Plebs autem iudaorum maxime Christum sequebatur & eius facta imitabantur. Vnde dicitur Lucae 6. quod multitudo copiosa plebis uenerunt ut audirent eum. Non solum autem istis pacem suam locutus est Christus, sed etiam fundatoribus ecclesiae & apostolis. Et quia isti fuerunt aliis sanctitatis speculum, ideo istos per sanctos significat, dicens. *Et super sanctos suos.* id est, super apostolos. Vnde apostolus Paulus nomine sanctorum notat ipsos apostolos, dicens imitatoribus eorum. Estis ciues sanctorum super aedificati super fundamentum apostolorum. Non solum autem istis qui ante uerum Deum colebant, sed etiam gentilibus ad fidem conuersis cor de pacem suam praedicabat. Et hoc est quod ait. *Et in eos, qui conuertuntur ad cor* scilicet gentilibus, qui redeunt ad cor (idola relinquentes) ad Christum fidem sunt conuersi. Nota ergo quod in eos qui conuertuntur ad cor pacem suam loquitur Christus, quia in corde eorum pacificè ut uerus rex habitabat & dominus, omnes motus interiores ordinans & bene disponens, quia in eis sedet primus, sed uicinus in corde malorum, ut ostendit Grego. super illo uerbo Iob. 29. Si uoluissent ire ad eos,

sedebam primus, dicens. *Quia in corde reproborum priori loco actiones carnis sunt, & posteriori actiones animae, ideo in eorum corde proculdubio. Christus non primus sed uicinus sedet.* Sed in electorum corde qui ea pra omnibus quae aeterna sunt, cogitant, & posteriori cura ac minima si qua sunt temporalia disponunt, primus Christus sedet. Propter quod ait. *Si uoluissent ire ad eos sedebam primus.* Itaque & cum uult ad cor nostrum uenire, & cum uenerit, primus in corde nostro sedet. *Quia & aduentus eius in corde nostro gratuitus est, & appetitus eius desiderij in corde nostro aequalis ceteris desiderijs non est &c.* Et ideo dñs omnes hortatur ut ad cor redeunt ad ipsum uerum Deum cognoscant, dicens. *Esa. 46. Redite prauaricatores ad cor, recordamini, quia ego sum Deus, & non est ultra me Deus.*

Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.

Hic petit Christi incarnationem, ut per ipsum homo beatificetur. Vbi notandum, quia timor domini cum sit principium sapientiae, facit hominem propè Deum manere & Deum propè hominem. psalm. 144. Propè est dominus omnibus timentibus eum, omnibus timentibus eum in ueritate id est timore filiali. A superbis autem longe est salus psalm. 118. Longè a peccatoribus salus. Et hoc est quod dicit dominus. *Esa. 66. Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu & tremementem sermones meos?* Dum ergo in toto orbe ante Christi incarnationem sola iudaea coleret Deum, ipsa et sola Deum timebat, ideo salutare Dei, scilicet Christus populo iudeorum magis debuit appropinquare. Et hoc est quod ait psal. *Veruntamen propè timentes eum salutare ipsius* quasi dicit licet misericordia Dei sit super omnes, aliquid tamen speciale & proprium in terra iudaorum factum est. Et quid sit illud, subdit. *Ut inhabitet gloria in terra nostra,* dicit propheta qui iudaeus erat. In illa enim terra Christus incarnatus & natus, ibi apparuit, ibi legem nouam praedicauit. Vel aliter & melius. Vbi notandum, quod homo ex duabus naturis constat, scilicet corpore & anima. Corpus autem terra uocatur, quia de terra creatum. In uisione diuinitatis beatificatur anima. Sed cum corpus non nisi corporalia cernere possit, hinc est quod Christus ideo est incarnatus qui est uerus Deus, & uerus homo, & anima in ipso uidentur diuinitatem beatificatur, & corpus in ipso uidentur humanitatem. Et hoc est quod Christus dicit. *Hec est uita aeterna &c.* Et haec est intentio psal. *Propè timentes eum salutare ipsius,* scilicet Christus incarnatus factus est propè timentes eum. Propè non solum loco, sed carnis similitudine. Et ad quid? Ad hoc certe, ut inhabitet gloria in terra nostra id est, ad hoc ut nostrum corpus quod est terra, in ipso glorificetur. Et hoc est quod ait Grego. Deus inuisibilis per assumptionem humanitatis, patuit aspectibus nostrae uisionis. Creator quippe qui in diuinitate uideri non poterat, assumpsit a nobis, vnde uideretur a nobis.

Misericordia & ueritas obuiauerunt

1450

1451

1452

1453

1454

1455

1456

1457

1458

1459

1460

1453

Propè est Deus hominibus.

Psalm. 144.

Psalm. 118. Esa. 66.

Propè salte Christus timentes eum.

Beatificatur homo in Christo.

Iob. 29.

Greg. 19. mo. cap. 27.

1452

runt sibi, iustitia & pax osculatae sunt.

Hic psalmista ostendit se exauditus de Christi incarnatione. Et circa hoc ostendit primò scripturarum veritatem. Secundò Christi natiuitatē, ibi. Veritas. Tertio necessitatis vtilitatem, ibi. Iustitia. Quantum ad primum nota, quod vetus testamentum quod erat rigoris, assignans malefactoribus pœnam talionis, oculum pro oculo dentem pro dente &c. vt habetur Exod. 21. dicebatur lex iustitiæ, siue veritatis, quia & veritas pro iustitia accipitur. Lex autem euangelica quæ est rota dulcis & misericordiæ, quia peccatori aliud non imponit, nisi vade & amplius noli peccare. vocatur misericordia. Ita duo testamenta in Christi incarnatione concordata fuerunt, quia quod lex antiqua promissit, lex noua exhibuit. quod illa futurum prædixit, hæc factum ostendit. Et hoc notans psalmista ait. Misericordia & veritas obuierunt sibi. Misericordia & veritas id est lex noua & antiqua quasi dicat secundum Gilber. Christus est propè timentes eum. Et misericordia quæ est in nouo testamento manifestata est gentibus quæ erant longè, & veritas id est impletio promissorum veteris testamenti quæ impleta in iudeis qui propè erant, obuierunt sibi id est conuenerunt in Christo. Iustitia & pax osculatae sunt id est conuenerunt in hominibus. Amant enim se hæc duo, vt qui facit iustitiam inueniant pacem, & non aliter. Istum autem versum aliter ad Christi incarnationem applicat Bernard. Imaginatur enim quòd quædam quæstio erat ante Christi incarnationem inter veritatem & iustitiam ex vna parte, & pacem & misericordiã ex alia parte circa redemptionem humani generis, quam quidem quæstionem Christus incarnatus terminauit. Vnde sic ait, licet prolixè. Misericordia & veritas obuierunt sibi &c. in hoc quod psalmista ait istas virtutes obuiasse sibi & in osculo fuisse reconciliatas, inter illas prius fuisse contentionem declarat. Siquidem veritas & iustitia miserum hominem affligebant, pax autem & misericordia zeli harū expertes iudicabant magis homini esse parcendū. Sunt enim collectaneæ duæ sibi, quemadmodum & priores. Vnde factum est, vt perseuerantibus illis in vitione, & præuaricatorum hinc inde cedentibus, & præsentis miserias futuri cumulantibus comminatione supplicij corporis & animæ, illæ sederēt in cor patris redeuntis ad dominum, qui illas dedit. Solus siquidem Deus cogitabat cogitationes pacis, cum afflictionis omnia plena viderentur. Siquidem non cessabat pax, non ei misericordia dabat silentium, sed pio quodam susurrio paterna pulsantes viscera loquebantur, dicens. Nunquid in æternum proiciet Deus, aut non apponet vt complacitior sit adhuc? Nunquid obliuiscetur misereri Deus &c. Et quamuis diu multumque visus sit dissimulare pater misericordiarū vt interim satisfaceret zelo iustitiæ & veritatis. nõ rament inuictuosa fuit supplicantiū importunitas, sed exaudita est in tempore oportuno. Fortè enim interpellantibus tale dedisse videtur responsum. Vsq̃ quo præces vestræ? debitor sum & scroribus vestris quas accincta videtis ad faciendum vindictam in nationibus iustitiæ & veritati? Vocetur ergo & veniant, & super hoc verbo pariter cõferamus. Festinant ergo legati caelestes, & vt vide-

Exo. 21.

Scripturarū concordia.

Gilbertus.

Bernard. Veritas & iustitia cõfitebantur tunc pax & misericordia.

Psalm. 76.

runt miseriam hominum & plagam crudelem, quid fecerunt ostendit propheta, dicens. Angeli pacis amare Flebant. Qui enim fidelius quæ ad pacem sunt quærant, quam angeli pacis; Sane ex de liberatione communi ascendit veritas ad constitutum diem, sed ascendit vique ad nubes, necdum planè lucida, sed subobscura & obnubilata adhuc zelo indignationis. Medius autem pater luminū residebat, & vtraque pro parte sua, quod habebat vtilius loquebatur. Ait misericordia, Eget miseratione anima rationalis, quoniam facta est misera & miserabilis valde. Venit tēpus miserendi eius, quia iam præterit tempus. Ecce vtraque veritas inquit. Oportet impleri sermonem quem locutus es domine. Totus moriatur Adam necesse est cum omnibus, qui in eo erant, qua die vetitum pomum in præuaricatione gustauit. Vt quid ergo tunc inquit misericordia. Vt quid me genuisti pater citius perituram; Scit enim ipsa veritas, quia misericordia tua perit, si non aliquando misereris. Similiter autem & illa econtrario loquebatur, dicens. Quis enim nesciat quòd si prædictam sententiam mortis præuaricator euaserit, quod non permanebit in æternum domine veritas tua; Tūc ergo vnus de cherubin, dicit istas ad regem Salomonem esse mittendas, quoniam filio datum est omne iudicium. Et in eius conspectu misericordia & veritas obuierunt sibi, eadem quæ supra diximus verba quærimoniæ reperentes. Fateor inquit veritas, zelum bonum habere misericordiã sed non secundum scientiam. Nam potius præuaricatori, quam sorori indicat esse parcendum. At inquit misericordia. Tu veritas neutri parcis, sed tanta indignatione scuis in præuaricatorem, vt inuoluas pariter & sororem. Quid enim malimur? Si quid habes aduersum me dicit mihi? Si autem, cur me persequeris? Grandis controuersa fratres & intricata nimium videbatur disceptatio Non videbatur quomodo simul misericordia & veritas possent concordari Cumque adiceret veritas, in ipsum quoque iudicem patris suæ iniuriã retorqueri, dicens. Cauendum omnino ne fieret irritum verbum patris, ne sermo viuus & efficax qualibet occasione euacuaretur, parcite quæso ait pax, parcite verbis huiusmodi, non nos altercatio talis decet. Inhonesti enim virtutum contentio. Porro tunc iudex se inclinans, digito scribebat in terra. Erant autem verba scripturæ, quæ pax ipsa legit in auribus omnium. Hæc dicit, perij, si non Adam moriatur. Hæc dicit, perij, si non misericordiam consequatur. Fiat mors bona, & habebit vtraque quod perit. Siquidem fieri potest quòd vtraque perit scilicet vt moriatur, & misericordiã consequatur. Sed illud quomodo fiet inquam, Mors enim crudelissima & amarissima, & ipso horrenda auditu, qua ratione bona poterit fieri; At ille. Mors inquit peccatorum pessima, sed præciosa potest fieri mors sanctorum, an non præciosa erit, si fuerit vitæ ianua, porta gloriæ; Præciosa inquit. Sed quomodo fiet istud; Fieri inquit potest, si ex charitate moriatur quis, qui morti de beat nihil. Neque enim detinere poterit mors innoxium, sed forabitur (sicut scriptum est,) maxilla Lewiathan, & destruetur paries medius, soluetur chaos magnum, quod inter mortem vitamque situatum est. Nimirum charitas fortis vt mors, immo ipsa fortior morte, si fortis illius intrauerit atrium, alligabit eum, & diripiet vasa eius, sed & i-

Job. 40.

Luc. 11.

ps

pro transitu suo poterit profundum maris viam, vt transeant liberati. Sonus visus est sermo, vt potè fidelis & dignus omni acceptione. Sed vbi poterit ille innocens inueniri, qui mori velit, non ex debito, non ex malo merito suo, sed ex beneplacito suo, cum nemo, mundus sit à sordē; Sed & misericordia cœli omne perlustrat, & in angelis quoque ne dixerim præuacitatem, minorem tamen reperit charitatem. Redeunt ergo ad constitutam diem misericordia, & veritas anxie plurimum, non inuenientes quod desiderabant. Tunc vero pax seorsū consolans eas. Vos inquit nescitis quicquam nec cogitatis. Non est qui faciat bonum, non est vique ad vnum. Qui consilium dedit, ferat auxiliū Intellexit rex, quid pax loqueretur, & ait. Penitet me fecisse hominem. Tunc ergo dixit. Ecce venio Et accessit Gabriele, vade inquit dic filiæ Sion. Ecce rex tuus venit tibi. Festinauit ille & ait. Adorna thalamum tuum Sion & suscipe regē. Porro venturum tegem misericordia & veritas præuenerunt, sicut scriptum est. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam. Iustitia thronum præparabat, sicut scriptum est. Iustitia & iudicium præparatio sedis. Pax cum rege venit, sicut scriptū est. Pax erit in terra nostra cum venerit. Inde est quod nato domino angelorum chorus canebat, dicens. Gloria in altissimis Deo &c. Et tunc iustitia & pax osculatae sunt, quæ non modice prius videbantur distare alias discordare.

Job. 40.

Luc. 11.

Psalm. 139.

Gal. 2. 20. 9.

Psalm. 88.

Psalm. 88.

Luc. 11.

455

Terra dicitur virgo Maria.

155.

154.

Satisfactio peccatis non perit.

456

Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.

Hic consequenter ponit Christi natiuitatem. Vbi aduertendum, quod nomine terræ proprie virgo Maria designatur, eo quia sicut terra sine maris commixtione fructum suum profert, sic & virgo Maria sine virili semine protulit benedictū fructum ventris sui Iesum. Qualiter autem nomine terræ beata Maria intelligitur, vide supra versiculo 1040. Vnde de isto ortu ex terra dicitur. Ascendet sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti id est de virgine non fecundata semine virili. Dicit ergo. Veritas de terra orta est illa inquam veritas quæ nec falli, nec fallere potè, quæ de se ipsa ait. Ego sum via, veritas & vita. De terra orta est, id est de virgine Maria nata. Et si quæras causam istius natiuitatis responder. Et iustitia de cœlo prospexit. Et pro quia, scilicet, quia iustitia de cœlo prospexit super filios hominum, ideo veritas de terra orta est. Sed quæ iustitia; Sciendum ergo quod talis ac tanta est diuina iustitia, quod peccatum impunitum & sine satisfactione dimittere non potest. Solus autem filius incarnatus pro nostris peccatis satisfacere poterat, vt dictum fuit supra versiculo 431. & 662. Iustitia ergo de cœlo prospexit, quia volens Deus peccata hominibus dimittere, oportuit iustitiam seruare, vt. s. pro peccato debita satisfactio fieret, quæ fieri non poterat, nisi per veritatem ortam de terra. Et ideo veritas de terra orta est, quia iustitia de cœlo prospexit.

Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.

Hic ostendit quomodo fuit possibile quòd veritas increata de terra nasceretur. Et dicit quod fuit sola Dei gratia, nullis nostris meritis exigentibus, dicens. Etenim dominus dabit benignitatem. Secundum enim grammaticos benignus deriuatur ab igne & bene, & dicitur benignus quasi bono igne ignitus, vnde hæc benignitas, atis. Et est benignitas virtus sp̃etè ad benefaciendum exposita, lenis, blanda, dulcis alloquio, & sua cunctos inuitans dulcedine. Quid est ergo benignitas Dei, nisi sua bonitas exposita lætanter omnibus gratis benefacere; Dedit ergo dominus benignitatem, quando mera sua bonitate absque nostris meritis gratia verum virginis Mariæ impleuit, non solū ad sanctificationem mentis, sed etiam ad fecundationem ventris, quia virtute sp̃itus sancti concepit. Et ideo benignitate à Deo virgini data, & terra nostra dedit fructum suum, illum scilicet fructum de quo Elisabeth ipsi virgini dixit. Luc. 1. Benedictus fructus ventris tui. Hic autem potes notare, quod benignitas Dei multa bona facit vide supra versiculo 1080.

Benignitas quid est.

Luc. 1.

Iustitia ante eum ambulabit & ponet in via gressus suos.

1457

Hic finaliter concludit huius benedictæ natiuitatis vtilitatem. Vbi nota, quod per iustitiam intelligitur virtus pœnitentiæ: eo quod per istam iustitiam peccatum punitur. Vnde hic ait glo. Iustitia hominis est vt punit se malum, & faciat bonum. Qui enim peccata sua odit, iam incipit similis esse Deo, quia illa odit quæ Deus, & sic iustus efficitur. Fac ergo te similem Deo, & para ei viã per pœnitentiã & confessionem peccatorum. Vnde de pœnitentiã sub nomine iustitiæ dicitur Eccle. 18. Ante iudicium para iustitiã. Quod dicit, quia iustitia pœnitentiæ solum ante iudicium habet locum. Quid est ergo iustitia ante eum ambulabit, nisi quòd pœnitentiã ibit coram illo, quia ad hoc solum venit, vt homines ad pœnitentiã induceret. Vnde & prædicationem suam ab ista iustitia pœnitentiã incepit, dicens. Pœnitentiã agite appropinquabit enim &c. Hæc enim iustitia pœnitentiæ coram eo ambulare, quia simul cum eo est orta. Esa. 45. Aperiatur terra, & germinet saluatorem, & iustitia oriatur simul. Alij autem nomine iustitiæ intelligunt Ioannem Baptistam qui dicitur iustitia, eo quod prædicauit pœnitentiã, per quã fit Deo iustitia de offensis. Propter quod de ipso dicebat saluator. Venit ad vos Ioannes in via pœnitentiæ iustitiæ. Et quia non solum iustitiã pœnitentiæ prædicauit, sed etiam tenuit in asperitate vestitus & paritate victus, vt dicitur Matth. 3. Ioannes habebat vestimentum de pillis camelorum & zonam pelliceam circa lumbos suos. Esca eius erat locustæ, & mel siluestre. Sic ergo iustitia ante eum ambulabit, quia Ioannes percursor eius fuit. Sic enim ipsi fratim nato dixit pater. Tu puer propheta altissimi vocaberis præibis enim ante faciem domini parare vias eius Sequitur. Et ponet in via gressus suos. Si iustitia accipiat pro pœnitentiã, Christus in hac via iustitiæ posuit gressus suos, quia non solum pœnitentiã prædicauit, sed etiam operibus fecit, ieiunando, famelicando, itinerando, & alios labores corporales tolerando. Si autem accipiat iustitia pro Ioanne

Iustitia dicitur pœnitentiã.

Eccle. 18.

Matth. 3.

Esa. 45. Iustitia dicitur Ioannes baptista.

Matth. 21.

Matth. 3.

Luc. 1.

Ambulare pœnitentiæ Christi.

Ioanne

Ioanne Baptista, eandem habet sententiam, scilicet, quod in via quam Ioannes predicabat, scilicet poenitentiae Christus posuit gressus suos, quia cepit primo facere, postea docere. Act. 1. Per hoc vult psalmista ostendere utilitatem naturitatis, quia docuit nos viam iustitiae, per quam efficitur caelestes. Et haec est illa via iustitiae per quam debemus post Christum ambulare, quam Ioannes Baptista praecursor Christi venit praeparare ante faciem suam. Luc. 1. Praebis enim ante faciem domini parare vias eius. Ista est via per quam Christus pro nobis ambulavit, dum in mortali corpore vixit. Vnde Matth. 14. dicitur. Venit Iesus ad eos ambulans supra mare. Per mare amaritudinem intelligit laboris & poenitentiae. Quid enim fuit Christi per mundum ambulatio, nisi quaedam poenitentia & quaesitatum in ipsam defluxus? Quoniam cum iudaei hanc eius ambulationem ante tempus sibi à patre praefixum vellent terminare per mortem eius & passionem, ipse adhuc se per adversa ambulaturum eis praedicans ait. Luc. 13. Hodie & cras, & tertia die consumor, veruntamen oportet me hodie, & cras & sequenti die ambulare quasi dicat secundum Theophilum. Quid de morte mea cogitatis? ecce fiet post modicum interim autem multa adversa passurus sum à vobis. Per hoc autem quod dicit, hodie & cras & sequenti die oportet me ambulare, multos significat dies. Et ad hanc ambulationem ipse nos inuitat, dicens. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitae.

Actuum. 1.

Matth. 14.

Nota.

Luc. 13.

PSALMVS LXXXV.

1458

**I**nclina domine aurem tuam & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.

Hic psalmus hunc habet titulum. *Oratio David.* Secundum doctores David fecit istum psalmum cum persecutus esset à Saule, petens à Deo à dicta persecutione liberari. Et quia in isto psalmo à Deo praecise petit iusta quae Deum facere decet, ideo iste psalmus proprie dicitur oratio. Nam secundum Damasc. Oratio est postulatio decentiam à Deo. Pater ergo sensus tituli quod ad literam psalmus ergo iste quod ad literam habet duas partes, quia David ostendit primo suae orationis decentiam, secundò explicat suae orationis formam, ibi. *Deduc me domine.* Prima pars dividitur in partes duas, quia David volens ostendere suae orationis decentiam ostendit quod est decens, primo ex parte sui orantis, secundò ex parte Dei orati, ibi. *Quoniam tu domine &c.* vt Nicolaus. Quantum vero ad sensum propheticum, hic David loquitur in persona Christi. Vnde iste psalmus est oratio ipsius Christi. Hic enim Christus Dei filius & hominis vnus Deus cum patre, vnus homo cum hominibus patrem orat in forma serui, qui à nobis oratur vt Deus, & in forma Dei. Et nota quod Christus orat pro nobis, orat in nobis, oratur à nobis, orat pro nobis vt sacerdos, orat in nobis vt caput in membris, oratur à nobis, vt Deus noster. Orabat autem Christus, non pro se tamen, quia inquantum Deus omnipotens erat nullius egens adiutorio, inquantum vero homo, verè ac perfectissime beatus & queratus erat. Sed orabat pro nobis, s. vt oratio

Oras Christi.

A ne nos pregeret, & nos orare doceret. Sicut ipse fleuit Lazarum mortuum, non pro sua necessitate, sed vt doceret herede charitatem. Vn & Aug. sup illo verbo Ioan. 17. Subleuatis Iesus in caeli oculis &c. dicit. Poterat at dñs Iesus in forma serui (si hoc opus eēt) orare silentio, sed ita se patri exhibere voluit precatore, vt meminisset se nostrum esse doctorem. Proinde non solum ad ipsos sermocinatio, sed et pro ipso ad patrem oratio discipulorum est edificatio, perfectio & nostrum qui fuimus cōscripta lecturi &c. Est ergo sensus tituli talis. *Oratio David*, id est, oratio ista attribuitur ipsi David, id est ipsi Christo qui per David figuratur. Intētio totius psalmi est nos ad orandum inducere. Diuiditur at psalmus iste in duas partes, quia Christus patrem orat, primo pro nostra praedicatione, secundò pro sua resurrectione ibi. *Deus iniqui insurrexerunt.* Prima dividitur in partes tres, quia Christus oratio, primo ostendit orandi necessitatem, secundò Dei ostendit pietatem, ibi. *Quoniam tu domine* tertio explicat suam voluntatem, ibi. *Deduc me.* Quātum ad primum notandum, quod quilibet oras tria debet habere, secundum quae ista pars diuiditur in tres quae Christus in persona suorum loquens se ostendit habere, primo humilitatem, secundò puritatem, ibi. *Inclina domine aurem tuam.* Sicut enim corporaliter inclinare aurem alicui indicat illum cui inclinatur bassum esse & paruum respectu sui, sic & spiritualiter inclinare aurem alteri indicat illum esse humilem. Vnde gl. *Inclina domine aurem tuam.* s. mihi infimo & humili, quia non supbo appropinquat Deus, quid est at aures Dei, nisi eius clemētia; Qu. n. diuina pietas nostras orationes exaudit tunc nobis aures inclinare dicitur psal. 16. Inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea. Et nota quod quicumque vult dñi sibi aures inclinare, & ipse debet aures suas diuinis praecipis aperire, quoniam vt dicitur Proverb. 28. Qui doclinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Sed multi sunt qui ad modum aspidis obturāt aures suas ne Dei praecipia audiant. De quibus ait Gualfredus super illo verbo Apoc. 2. Qui habet aures audiendi, audiat quid spiritus dicat &c. dicēs. Infelix nimium aspis surda aurem inferiorem terrae imprimens, vt auscultet quid appetat caro, quid suggerat mundus, superiorem vero aurem obturans cauda, ne quid velit quid ve praecipiat spiritus, audiat, diffidens à superno iudice bonis vel malis remunerationem promissam. Si autem vis tu audiri à Deo, & tu Deum audi, vt dicere possis illud Esa. 50. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, rērorsum non abij &c. Sequitur. *Quoniam inops & pauper sum ego.* Hic enim ostendit suam necessitatem. Differentia est inter inopem & pauperem, secundum enim grammaticos opus, idem est quod diues & opulentus, & componitur cum in quod est sine, & dicitur inops id est sine diuitiis & terrenis facultatibus. Vnde inops dicitur proprie qui nihil habet, qui nec sibi sufficere potest, nec aliis elargiri. Pauper autem dicitur, qui licet aliis nihil elargiri possit, tamen sibi sufficit. Dicit ergo Christus in persona suorum electorum se pauperem & inopem. Per pauperem ergo intelligit in deos, qui licet legem & prophetas haberent quibus ad cultum vnus veri Dei ducebantur, quod eis sufficiens erat hoc

Ioan. 17.

Aures ubi dicitur.

psal. 16.

Proverb. 28.

Gualf. Apoc. 2.

Esa. 50.

Pauper inopi.

1ib. 36.

psal. 56.

1ib. 36.

hoc tamen elargiri aliis habebant, quia secundum legem alias gentes abominabantur, nec aliis nationibus conuertebantur. per inopem vero intelligit gentes qui nec legem, nec prophetas habebant, & ita nec sibi nec aliis sufficiebant. Et pro istis orat Christus, quia & in iudaeis & in gentibus habebat aliquos electos ad fidem conuertendos. Vnde nunc surgit ad orandum pro ipsis. psal. 11. propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit dominus.

**C**ustodi animam meam, quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum Deus meus, sperantem in te.

Hic Christus suam suorumque indicat puritatem, dicens. *Custodi animam meam quoniam sanctus sum.* Vbi aduertendum quod aliter Christus sanctus est secundum caput, aliter secundum corpus quod est ecclesia. Nam secundum caput Christus est sanctus sanctificans, secundum vero corpus est sanctus sanctificatus, quia sui fideles sancti sunt in baptismo. s. sanctificati ab eo, quibus ipse ait. Estote sancti, quoniam ego sanctus sum. Totus itaque Christus sanctus est, & vnus sanctus, sed aliter secundum caput, aliter secundum membra. Vnde nota quod secundum omnem modum sanctitatis Christus verè dicitur sanctus. Sanctus enim quis quatuor modis dicitur. Sanctus n. quandoque dicitur à puritatis innocētia. A diuina legis sapientia. A martyrio sanguinis & patientia. A gratum faciente gratia. primo. sanctus dicitur à puritate & innocentia. Sanctus enim dicitur quasi sine terra, quia. s. sine terrenis cogitationibus & peccatis. Et sic sanctus idē est quod mundus & innocens & purus. Et sic accipit scriptura Eze. 44. Docēbūt inquit quid sit inter sanctum & pollutum. Et sic sanctus dicitur quicumque est sine peccato, vt ritè baptizatus, ritè poenitens. Cum igitur Christus pra omnibus aliis fuerit innocens & sine peccato, quia non fecit peccatum nec inuentus est dolus in ore eius, ideo ipse per excellentiam sanctus dicitur. psal. 4. Mirificauit dominus sanctum suum. Secundo modo dicitur sanctus à diuina legis sapientia. Nam secundum grammaticos, sanctus dicitur à sanctio. is quod idem est quod statere, praecipere, ordinare. Et quia lex diuina statuit praecipere, & ordinare, ideo ipsa sanctio sancta vocatur, quoniam etiam & lex imperatoris, sanctio sancta dicitur. s. de legibus. lex est. Si igitur sanctus dicitur à sanctio, & sanctio est lex diuina, sequitur quod sanctus dicitur à lege diuina. Et sic sanctus dicitur, qui in lege diuina est doctus & eruditus. Vnde doctor super quem splendet lex diuina, sanctus dicitur. Vnde de lege diuina dicitur, quod est lucerna splendens super caelabrum sanctum. Sed isto modo quis sanctior Christo, qui non solum in lege dominus doctus, sed ipse etiam omnia sapit quae Deus lib. 3. dist. 13. Quiniamd ipse lator fuit nouae legis, cui similis nullus fuit. Iob. 36. Nullus ei similis in legislatoribus. In isto enim sancto locutus est dominus, quia omnia ei reuelauit. psal. 36. Deus locutus est in sancto suo. Tertio dicitur sanctus à martyrio sanguinis. Vnde sanctus quasi sanguine tinctus. Hoc ideo, quia secundum veteres patres nihil sanctum dicebatur, nisi quod sanguine hostiae esset consecratum vel respectum

psal. 11.

1459

1ib. 19. & 10.

Sensu magis dicitur multo replicat. Sanctus dicitur per Christum.

Eze. 44.

1 Petri. 2.

psal. 4.

1 de legibus lxxv.

Eccl. 26.

1ib. 36.

psal. 36.

1ib. 36.

Vnde illi qui volebant purificari, sanguine hostiae aspergebantur, vnde postea sancti dicebantur, quasi sanguine tincti. Sed isto modo, quis sanctior Christo, qui voluntarie pro nobis proprio sanguine fuit tinctus, vt nos mundaret à crimine? Ideo de ipso dicitur. Non est sanctus, vt est dominus. Quarto dicitur sanctus à diuina gratia gratum faciente. Sapient. 4. Gratia Dei in sanctos eius, & respectus in electos illius. Et isto modo ille sanctior est, qui maiorem Dei gratiam habet. Sed quis sit sanctior Christo, cui non est datus spiritus ad mensuram, de cuius plenitudine accepimus gratiam pro gratia? Vnde & sanctus antequam conceptus ab angelo fuit vocatus. Quod enim nascetur ex te sanctum &c. Quibus consideratis, de Christo dicit Apostolus, Talis decebat vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens &c. Fideles vero sui ab ipso electi & praedestinati, sancti dicuntur per imitationem & participationem sanctitatis modis praedictis, quis vno modo, & quis alio, ad Ephes. 1. Elegit nos vt effemus sancti & immaculati in conspectu eius. Dicit ergo Christus pro se & suis patri. Custodi animam meam quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum, Vocat se Christus seruum, quia humiliavit semet ipsum formam serui accipiens. *Deus meus sperantem in te.* Sed qualiter spes fuit in Christo, cum esset beatus? vide supra ver. 298. 436.

Apoc. 1. Reg. 2.

Sapient. 4.

Ioan. 1. Luca. 1. Hebra. 7.

Ephes. 1.

Philip. 2.

**M**iserere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die, latifica animam serui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.

Hic consequenter ostendit Christus se habere orando constantem perseverantiam, Oratio enim debet esse perseverans & continua, sicut ostendit Christus parabolicè dicens de illo qui ab amico tres panes postulabat, dicens. Si perseverauerit ille pulsans, dabit illi, quotquot habebit necessarios. Et ideo docet apostolus omnes perseverantiam, dicens. Sine intermissione orate. Sic & Christus orationem suam ostendit habere perseverantiam dicens. *Ad te clamaui tota die.* perseverantia enim in omni bono est necessaria, quia vt ait Bernard. super dicta verba Christi. Luc. 11. Sola perseverantia inter iuris gloriam & coronam virtutibus, prorsus absque perseverantia neque qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur. Tolle perseverantiam, nec obsequium mercedem habet, nec beneficium gratiam, neque laudem fortitudo. Denique non qui inceperit, sed qui perseverauerit usque in finem hic saluus erit. Hanc perseverantiam in sua oratione Christus ostendit, dicens. *Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die.* i. quotidie. Sed dices. Quomodo oratio debet esse continua, cum Christus dicat. Orantes nolite multum loqui. Ad hoc ibidem respondet Chryostomus, dicens. Dissuadet hic inanem locutionem in orando, puta cum non petimus decentia à Deo, vt potentatus & glorias, & inimicos superare, & superabundantiam premium. Iubet ergo hic non longas orationes facere. Longas autem dico, non tempore sed multitudine eorum quae petuntur, perseverare quippe oportet quae sunt vtilia poscentes, in oratione, quibus ait apostolus oratio instantes. Non tamē iubet decem milliū

1460.

Oratio per perseverantiam. Luca. 11.

1. Thess. 5.

Bernardus. Luca. 11.

Matth. 6. Orate sicut quid est. Homi. 19.

In cog. Tom. j.



Glossa  
1. Thessa. 5.

versuum orationem componere, eoque sic enun-  
ciare. Ad hoc etiam clarius respondet glo. super  
illo verbo. 1. Thessa. 5. Sine intermissione orate di-  
ces. Sine intermissione orate. i. semper iuste viue-  
re & æterna desiderate. Iustus enim nunquã de-  
finit orare, nisi desinat iustus esse, sepe orat qui  
semper benè agit. Ipsum enim desiderium bonum  
oratio est. Et si continuum est desiderium, conti-  
nua est oratio. Hoc habere se Christus ostendit  
dum dicit. *Quoniam ad te clamavi tota die.* Vel ali-  
ter tota dies intelligitur dies naturalis integra  
quæ diè & noctè includit, per diè autem intelli-  
ge prosperitatem, per noctè autem aduersitatem.  
Quid est ergo tota die clamare, nisi tempore vtro-  
que, scilicet aduersitatis & prosperitatis Deū ora-  
re & clamare, nõ voce sed corde. Sequitur *Latifi-*  
*ca animã serui tui, &c.* Anima enim Christi in pas-  
sione fuit tristis. Mat. 26. Tristis est anima mea vsq;  
ad mortè. *Quoniam ad te domine animã meã leuauit.* Sed  
quid est animã ad Deū leuare? Responder hic glo.  
dicēs. Ascēdis amando Deū, descendis negligēdo.  
Si negligis, stas in terra, si diligis Deū, stas in cælo.  
Non enim sic leuatur corpus quomodo cor. Cor-  
pus leuatur mutatione loci, cor leuatur mutatio-  
ne voluntatis.

Matth. 26.  
Leuare ani-  
mã  
Glossa.

1461 **Quoniam tu domine suavis, & mi-  
tis es, & multæ misericordiæ tuæ om-  
nibus inuocantibus te.**

Mitis.  
Suavis.

Psalmus, 33.

Hic consequenter vt nos ad orandum indu-  
cat, ostendit Dei pietatē. Et duo facit, quia circa  
nostras orationes ostendit, primò Dei clementiã  
ad audiendum, secundò Dei potentiã ad perficiē-  
dum, ibi. *Non est similis tui.* Ostendit Deum clemē-  
tem circa orationes nostras in tribus, primò quia  
ipsas audit humiliter, secundò quia ipsas percipit  
cordialiter, ibi. *Auribus.* tertio quia ipsas pręuenit  
paternaliter, ibi. *In die.* Quantum ad primum sciē-  
dū, quòd aliud est mitis, aliud suavis. Quis enim  
potest esse mitis & non suavis? Nã secundū gram-  
maticos, suavis dicitur & suo, es, & est idē quòd  
dulcis & mollis, eo q̄ assueta solent esse nõ aspe-  
ra, sed mollia vel mitia. Et sic suauitas magis stat  
in effectu, sed mititas magis stat in affectu, quia  
mitis est qui æquanimiter aduersa tolerat. Et sic  
quis potest esse exterius alteri suavis, sed in seip-  
so mitis non erit. Deus autem dicitur mitis, quia  
nulla iniuria in seipso agitur. Dicitur & suavis  
quia omnibus ad se accedentibus dulcem & be-  
nignū se prebet. Vnde psal. 33. Gustate & videte,  
quoniã suavis est dominus. Et aduerte q̄ mititas  
idē est q̄ mansuetudo. Mansuetudo autē est virtus  
mediã inter defectū. & superabundantiã iræ, qua  
quis alterius vindictam quærit. Aliqui enim sunt  
qui in petendo vindictam iniuriarū, superabun-  
dant, vt iracundi, qui vehementer omnis iniuriæ  
vindictam desiderant. Quidam autem sunt inira-  
cibiles omnem iniuriã dissimulantes, quorum v-  
trunq; vitiosum est, quia est contra ordinem ra-  
tionis. Inter ista duo extrema vitiosa oportet da-  
re aliquam virtutem mediã, reprimentem su-  
perabundantiã & moderatē defectum, sicut  
inter audaciã & timorem fortitudo tenet me-  
dium; & inter auaritiã & prodigalitatē datur  
liberalitas. Tale autem medium est mansuetudo  
sue mititas, quæ est medium inter irã per quam

cupimus omnem vindictam, & iniraſcibilitatem  
per quam nullam volumus puniri. Ille ergo pro-  
prie mitis est, qui non superabundat de omnibus  
cupiens vindictam, nec deficit quin loco & tem-  
pore (prout ratio dicit) mala velit puniri. Om-  
nia ista sententiaſter habentur. 4. ethi. Ad propo-  
situm ergo Deus dicitur mansuetus & mitis, quia  
& peccata non punit ad condignum, nec etiam  
peccata impunita dimittit. Suavis autē, quia om-  
nibus ad se reuertētib; dulcedinē suæ misericor-  
diæ prestat. Vnde & psalmista ostendens q̄ in vin-  
dicando tenet medium nõ habens superabundā-  
tiam neq; defectū, dicit. Memoriam abundantie  
suauitatis tuæ eructabunt. Et sic excludit super-  
abundantiã. Et iniustitia tua exultabunt. Et sic ex-  
cludit defectum. Sed quia virtus mititatis magis  
accedit ad non vindicadum, quã ad vindicadum,  
& magis accedit ad misericordiã quã ad iustitiã,  
ideo subdit. *Et multæ misericordiæ omnibus inuocan-  
tibus te.* Quomodo autem misericordia cadit in  
Deo. vide supra vers. 55. & 103. & 144. & 783.

4. ethi.

Psalm. 144.

1462 **Auribus percipe domine oratio-  
nem meam & intende voci depreca-  
tionis meæ.**

Hic ostendit quòd orationes nostras Deus per-  
cepit cordialiter vbi aduertendum quòd capio,  
pis, componitur cum per, & fit percipio, pis, quòd  
idem est quòd perfecte capere & intelligere, vt  
dictum fuit supra vers. 788. Per aures autē intel-  
ligit perfectam cordis intelligentiã. Et sic auribus  
percipere, nihil aliud est, quã in corde perfecte ali-  
quid capere profundè. Et sic Deus orationē no-  
strã auribus percipit, quãdo ipsam recipiēs perfi-  
cit & exaudit. Dicat ergo Christus patri. *Auribus  
percipe domine orationem meam.* i. percipies. Quòd  
ideo in persona Christi dicit psalmista, quia præ-  
uidit quòd omnis Christi oratio esset exaudita.  
Propter quod & Christus orãs, ait, pater ego scie-  
bam quia semper me audis. Qualiter autem om-  
nis Christi oratio fuerit exaudita, & qualiter non,  
vide supra vers. 190. & 292. Sequitur. *Intende voci  
deprecationis meæ.* Vbi aduerte q̄ intendere quan-  
doque idem est quòd augere, quandoq; idem q̄  
considerare & dirigere. Et sic Deum nobis inten-  
dere idem est quòd Deum nobis cõsiderando di-  
rigere, vide supra vers. 876. Quomodo autem o-  
ratio differt à deprecatione, vide supra vers. 62. &  
185. & 647. Aduerte etiam quòd omnis Christi  
oratio fuit exaudita, & aliter quã orationes iu-  
storum, quia omnis Christi oratio fuit exaudita  
quantū ad votum & vtilitatē, orationes autem  
iustorum licet exaudiantur quo ad vtilitatē nõ  
tamen omnes quo ad votum, vide supra vers. 406.

Percipere  
auribus.

1. Ioan. 11.

Intenden.

1463 **In die tribulationis meæ clamauit  
E ad te, quia exaudisti me.**

1463

Hic ostendit quòd Deus præuenit orationes  
nostras. Deus enim orationes iustorū ante exau-  
dit quã fiant, quia ab æterno illas exaudiuit, qui  
præuidit illas exaudiendas. Et quia sunt exaudiē-  
dæ, ideo illis inspirat affectum orandi. Et hoc est  
quòd hic ait Christus. *Ego clamauit ad te.* Et qua-  
re, subdit causam. *Quia tu exaudisti me.* Sancti  
ergo

Ostendit  
Deo.

Psalm. 96.

1. Paralip. 6.

1465.

Psalm. 83.

1464.

Quasi  
similis Deo  
qualiter  
quasi  
quasi

Greg. 11. mo.  
cap. 10.

1. Ioan. 3.

Similis  
vultu  
Christi

Greg. 11. mo.  
cap. 10.

Psalm. 96.

1. Paralip. 6.

1465.

ergo exaudiuntur antequam orent, & hæc est  
gratia præueniens. Exaudiuntur etiam post  
quam orauerint, & hæc gratia subsequens. De  
hoc vide supra vers. 190. Sed quid hic est dies tri-  
bulationis? Ad hoc dicit glo. quòd dies tribulatio-  
nis est totum tempus vitæ præsentis, in qua cir-  
cundamur tribulationibus; sed dies lætitiæ erit  
in vita beata, de quo psalm. 83. Melior est dies vi-  
na in arriis tuis super millia. Et in toto isto die tri-  
bulationis Christus orat ad patrem vel in se vel  
in suis. Vel dies tribulationis Christi intelligitur  
tempus suæ passionis in quo singulariter ad pa-  
trem orauit multipliciter: vide supra versiculum  
268. & 292.

1464 **Non est similis tui in diis domine B  
& non est secundum opera tua.**

Hic ostendit circa orationes nostras Dei po-  
tentiam, quia non est pius ad exaudiendum, sed  
etiam potens ad perficiēdum. Et primò ostendit  
diuinam potentiam, secundò effectum diuinæ  
potentiæ, ibi. *Omnes gentes.* Quantum ad primum  
sciendum, quòd quamuis Deus accipiatur mul-  
tipliciter, & sic plures sint dii, vt dictum est supra  
versiculo 774. & 809. tamen quocunque mo-  
do Deus accipiatur: non est qui similis sit Deo  
vero in essentia: quia æternus, in operatione, quia  
omnipotens. Vnde ista possunt esse verba Chri-  
sti ad patrem, vel ecclesiæ ad Christum, & vtro-  
que modo sunt vera, vide supra vers. 832. Sed  
hic est dubium, quomodo nullus deus sit similis  
Deo. Cum enim sancti dii dicantur, & omnes san-  
cti sint Deo similes, dicente apostolo. 1. Ioan. 3.  
quòd cum apparuerit, similes ei erimus. Quomo-  
do ergo nunc dicit Christus patri vel ecclesia  
Christo. *Non est similis tui in diis domine?* Istam que-  
stionem tractat Gregor, super illo verbo Iob. 28.  
Non adæquabitur ei aurum, dicens. Ad hoc enim  
sancti omnes ad illa æterna gaudia perueniunt,  
vt Deo similes esse possint, sicut scriptum est.  
Cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam vi-  
debimus eum sicuti est Cum tamen psalmista di-  
cat. *Non est similis tui in diis domine.* Vnde ergo ei  
similes erimus, vnde non similes, nisi quia huic  
sapientiæ & similes erunt ad imaginem, & tamen  
non erunt similes ad æqualitatē? Aspiciendo  
quippe æternitatem Dei, sit eis vt æterni hi sint  
vt dum visionis eius donum percipiunt, ex bea-  
titudinis perfectione imitantur quòd vidēt. Et si-  
miles ergo sunt qui beati fiunt, & tamen creatori  
similes non sunt, quia creatura sunt. Et habent  
itaque quandam Dei similitudinem, quia non ha-  
bent finem, & tamen incircumscripti spiritus æ-  
qualitatem non habent, quia circumscripti sunt.  
Sancti ergo quanta liber claritate & perspicua-  
te fulgeant, Deo similes non sunt. Quia aliud est  
homines in Deo esse sapientes, atque aliud ho-  
minem esse sapientiam Dei. Et hinc est (vt ait  
Greg.) quòd sancti viri licet se iustos possint di-  
cere, non tamen se Deo similes dicere possunt:  
quia ipse solus essentialiter æternus bonus & om-  
nipotens est, psalm. 96. Tu solus altissimus super  
omnem terram. Vnde 2. Paralip. 6. dicitur. Domi-  
ne Deus israel, non est similis tui Deus in cælo  
& in terra.

1465. **Omnes gentes, quasunque feci-  
Incog. Tom. j.**

sti venient, & adorabunt coram te do-  
mine, & glorificabunt nomen tuum.

Hic ostendit effectum diuinæ potentiæ. Et hoc  
in duobus, primò in permutatione cordium, se-  
cundò in operatione mirabilium, ibi. *Qui magnus.*  
Quantum ad primum sciendum, quòd licet nihil  
tantum est in potestate hominis sicut voluntas,  
id est actus voluntatis, quia voluntas nostra est  
essentialiter libera, & cogi ad actum suum non  
potest, sic signum infinitæ potestatis voluntatem  
hominis ad libitum subito mutare potest de vno  
ad oppositum eius. Et talis est diuina potestas:  
quæ quando vult subito voluntatem immutat,  
de persecutore facit defensorem, de blasphemato-  
re prædicatorem, & de inimico facit amicū, vt pa-  
tuit in Paulo dum actualiter esset in Christi per-  
secutione cuius voluntatem subito Deus muta-  
uit. Et hoc non solum per seipsum Deus facit, sed  
etiam per suos fideles. Nonne per apostolos suos  
totum mundū permutauit, vt relictis idolis Deū  
verum colerent, & in quam breui spacio tempo-  
ris? Et hoc præuidens psalmista, hic Deo dicit. *Om-  
nes gentes quasunque fecisti venient.* scilicet per fidē  
passibus mentis. *Et adorabunt coram te domine.*  
Vnde hic ait glo. *Omnes gentes quasunque fecisti ve-  
nient.* id est omnes mutabuntur a suo cultu ad tuū.  
Et dicit omnes gentes quas fecisti, quasi dicat. Si  
est gens, quam non fecit Deus, illa non adorabit.  
Sed quia nulla est quam non fecerit Deus, quia  
fontem omnium gentium, scilicet Adam & Eua  
fecit, vnde propagatæ sunt omnes gentes, sequi-  
tur ergo quòd omnes conuertentur ad fidem. Et  
per hæc verba annunciat psalmista ecclesiam vbi  
que diffusam, quòd modo impletum est. Et aduer-  
te quòd hic signum vniuersale accipitur pro ge-  
neribus singulorum non pro singulis generum.  
Quid autem sit adoratio, vide supra vers. 320. Se-  
quitur. *Et glorificabunt nomen tuum.* Sed cum glori-  
ficare sit idem quòd gloriosum facere: quom-  
modo creatura potest glorificare Deum, quem  
non potest facere gloriosum? Sed aliquando acci-  
pitur facere pro manifestare. *Et glorificabunt no-  
men tuum.* i. prædicabunt nomen tuum. i. quia no-  
minabilis es. Sic enim hodie gentes conuersæ no-  
men domini glorificant, & ostendunt gloriosum,  
dum pro ipso dignum ducunt omne genus tor-  
mentorū & mortem subire. Vnde & martyri-  
bus ait apostolus. Glorificate & portate Deum in  
corpore vestro.

Potestas Dei.

Gentium cõ-  
uersio.

1. Corin. 6.

1466 **Quoniam magnus es tu, & faciēs  
mirabilia, tu es Deus solus.**

Hic ostendit diuinam potentiam in mirabiliū  
operatione. Tot enim & talia mirabilia operatur  
Deus, quot à nobis scrutari non possunt, vt ostē-  
sum est supra vers. 182. Vnde illa plus stupendo  
& tacendo laudamus quam loquendo, vt osten-  
dit Greg. dicens. Diuinæ fortitudinis facta tunc  
verius explicamus, cum nos illa explicare non  
posse cognoscimus, tunc facundius loquimur,  
cū ab his obstupescendo reticemus. Ad narranda  
quippe mirabilia Dei deficit intellectus noster  
quã sufficere exercereat linguã suã, vt que cõprehē-  
dere idonee nõ valet, hæc idonee mutus laudet.  
L. 11 2 Vnde

Greg. 9. mor.  
cap. 10.  
Mirabilia  
Dei loqui nõ  
possumus nec  
intelligere.

*Psalm. 150.*

Vnde bene per psalmistam dicitur. Laudate eum in virtutibus eius. Laudate qui se succumbere in laudis eius explectione considerat. Vnde merito Iob dicit. Qui facit magna mirabilia, & inscrutabilia, & quorum non est numerus. Magna videlicet virtute, inscrutabilia ratione, innumerabilia multiplicitate. Si autem ad Christum ista verba referantur, tunc est sensus quod Christus in sua incarnatione operatus est mirabilia, impleudo figuram de ipso in scriptura permittis. De quibus vide supra versu. 1268. Nota ergo quod Deus facies mirabilia, mirabilis nobis redditur propter multa, vide versu. 82.

*1467.*

**Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua, lateatur cor meum vt timeat nomen tuum.**

Hic psalmista explicat suam voluntatem, scilicet quid velit orando petere. Et duo facit, quia primò explicat suam orationem, secundò surgit ad gratiarum actionem, sibi. *Confitebor.* Quantum ad primum sciendum, quod psalmista hic orando petit vt gentes ad Christi fidem conuertere (de quibus statim ait. Omnes gentes quascunque fecisti &c.) per ipsum Christum deducantur ne cadant à fide. Vnde in persona totius ecclesie, dicit. *Deduc me domine &c.* Notandum: quod aliud est duci ad viam, aliud deduci in via. Ducitur ad viam qui errat extra viam: sed deducitur in via, qui iam existens in via adiuuatur ne cadat, vel ne erret à via. Psalmista ergo loquens in persona gentium, iam conuersarum, non petit illas duci ad viam, quia iam sunt in via, sed deduci in via, quæ scilicet via Christus est. Ioan. 14. Ego sum via veritas & vita, scilicet ne errent vel cadant in via, petit deduci per Christum. Et nota, quod Christus nos ducit ad viam, & nos deducit in via. Primò nos ducit ad viam: quia errantes ducit ad fidem. De hoc vide supra versu. 1380. Ideo quilibet errans ad ipsum vt ducatur ad viam accedere debet, dicens illud psalm. Erraui sicut ouis quæ perit: quare seruum tuum &c. Dicit Albertus. 8. de animalibus, quod formica cæcata vadit errando, & sic errando si aliquam aliam apprehenderit, tenet eam strictè, vt per eam ad cauernam suam ducatur, nec facillè permittit eam à se separari. Huius exemplum debemus imitari. Propter quod nobis dicitur. Vade & piger ad formicam, & considera vias eius &c. Quilibet enim in peccato existens est excæcatus. Sapient. 2. Excæcavit eos malitia eorum. Et ideo per seipsum vadit errando. Primum ergo occurrentem sibi de genere suo comprehendere debet, qui ipsum reducere possit ad locum suum. Christus autem est primus qui sic erranti occurrat, & porrigit manum. Proverbio. 8. Qui mane vigilauerit ad me, inueniet me. Sic ergo ipsum apprehendere debemus per orationem deuotam, nec ipsum dimittere donec nos ducat ad viam rectam. Iustum deduxit dominus per vias rectas. Secundò Christus nos deducit in via. Et de hoc nota satis supra versiculo. 973.

*1468.*

**Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo: & glorifica-**

**bo nomen tuum in æternum.**

Hic surgit ad gratiarum actionem, & consequenter harum gratiarum reddit rationem, sibi. *Quia misericordia.* Quantum ad primum ecclesia de gentibus congregata recognoscens gratiam à Deo factam: quia non suis meritis sed mera gratia de idololatria ad veram fidem est vocata: ad gratiarum actionem confurgit dicens. *Confitebor tibi &c.* Confiteri enim alicui idem est quod illum laudare & magnificare, siue illi gratias agere. Sic enim Deo gratias agendo sibi confitemur. Sic enim loquitur psalm. Confitemini domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Et sic omnis creatura suo modo confitetur domino: quia seruans ordinem & dispositionem sibi à Deo inditam, laudat Deum, excepto malo homine. Sic enim cælum seruans cursum suum, Domino confiteretur. psalm. 88. Confitebuntur cæli mirabilia tua: sic & terra, sic & omnis creatura psalm. 144. Confiteantur tibi domine omnia opera tua. Sed homines mali non confitentur in toto corde, sed solum in parte: quia tempore prosperitatis Deum laudant, psalm. 48. Confitebitur tibi cum benefeceris ei, & in tempore aduersitatis blasphemant. Et contra hos dicit ecclesia Deo. *Confitebor tibi in toto corde meo.* Quid enim est toto corde confiteri, nisi ex omni parte cordis gratias agere, id est ex parte aduersitatis & prosperitatis? Vel confiteri toto corde, est totam spem suam in Deo ponere. Confitentur in parte cordis qui non solum in Deo, sed etiam in temporalibus sperant. Toto corde confitentur qui solum Deum propter se diligit & alia propter Deum. Et hoc ostendens Baldauinus super illo verbo Deute. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, dicit. Nota quod amor mundi totum cor nostrum occupat & omnes celulas eius implet. De toto corde ergo eiciendus est amor mundi, vt & princeps mundi huius foras eiciatur, & ingrediarur amor Dei totum cor sibi vendicans, vt totum cor sibi confiteatur. Sed quomodo toto corde domino possumus confiteri, cum cor nostrum nondum totum sit nostrum, sed alieni diripiunt illud? dicente psalm. Multiplicatae sunt iniquitates meae super caput meum, & cor meum dereliquit me. Verum si non quantum tenemur confiteri possumus Deo, saltem quantum corde possumus confiteamur, nec imitemur iniquum debitorem, qui si non sufficit totum soluere quod debet, detrahit soluere quod habet, quasi par culpa sit nihil soluere & non totum soluere. Et hic nota quod multa iubemur toto corde facere. Primum toto corde Deum diligere. Deute. 6. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Secundò toto corde Deum credere. Actuum 8. Si ex toto corde credis, licet. Tertio toto corde Deum sperare. Proverb. 3. Habe fiduciam in domino ex toto corde, & ne imitatis prudentiam tuam. Quarto ex toto corde penitere. Iohel. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro &c. Quintò toto corde ipsum orare. psalm. 118. Clamaui in toto corde exaudi me domine. Sextò ex toto corde ipsum laudare, & sibi gratias agere. psalm. 9. Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Et isto modo nunc loquitur psalmista dicens. *Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum.*

*Psalm. 137.*

*Psalm. 88.*

*Psalm. 144.*

*Psalm. 48.*

*Psalm. 9.*

*Baldauinus.*

*Deute. 6.*

*Psalm. 31.*

*Corde meo multa facite debemus.*

*Actuum 8.*

*Proverb. 3.*

*Iohel. 2.*

*Psalm. 118.*

*Psalm. 9.*

Quia

*1469*

**Quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.**

*Misericordia magna & in carnis in Deo.*

Hic ostendit causam gratiarum actionis, scilicet beneficia à Deo recepta. Nota quod misericordia Dei secundum effectum idem est quod gratia Dei. Illa ergo dicitur magna misericordia in nobis, quæ magna est gratia. Sed inter omnes gratias à Deo homini factas illa est magna immò maxima, quæ Deo incarnatus hominè assumpsit Deum faciens hominè & hominè Deum, vt ait Magister. lib. 3. dist. 12. Et sic hic psalmista appellat magnam misericordiam Christi incarnationem per quam à peccato liberati, de inferno sumus erepti, dicens. *Misericordia tua magna est super me.* i. super naturam meam, quæ nullum pluri hypotatice. Vnde & hanc magnam misericordiam Christi incarnationis postulabat psalmista dicens. Misere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Hæc enim magna fuit misericordia, quia per illam nos eripuit ex inferno inferiori. Quis autem sit infernus superior, & quis inferior, imaginatur Aug. super istum psalmum, quod habitatio vitæ presentis, vbi est mutabilitas mortalitas & poena respectu vitæ cælestis, est quidam infernus, sed superior respectu inferioris: quia ab hac terrena habitatione itur in infernum inferius, vnde Deus eruit animas, misso filio. Etenim propter ista duo inferna missus est Dei filius, ad istum nascendo, ad illum moriendo. Ex illo autem inferno inferiori animas sanctorum patrum eripuit, quas postea ascendendo sursum secum adduxit ad cælum. Et quia hoc totum fuit ex magna misericordia incarnationis, ideo nunc in persona sanctorum patrum loquitur psalm. dicens. *Quia misericordia tua magna est super me, eruisti animam meam, &c.* Alij autem imaginantur, quod in inferno sunt distinctæ mansiones suppliciorum, sicut in paradiso sunt distinctæ mansiones premiorum. Vnde & dicitur ille, qui cruciatur in inferno, leuauit oculos suos ad Abraham, qui cū alijs iustis erat in inferno, sed quasi in ora, & in superiori parte inferni, vbi visus est à diuites, qui erat in inferiori parte inferni, ad quæ descendunt damnati, qui plurimum peccauerunt. Sed ab isto inferno inferiori nullus, qui ibi descenderit, liberatur. Sed ideo aliqui liberati ab illo dicuntur, quia à Deo preseruantur, ne ibi descendant. Sicut quis dicitur alium à morte liberare, non quia mortuum suscitet, sed quia ipsum preseruat ne mortem incurrat. Alij autem assentunt vni solum locum esse inferni purgatorij & limbi, qui diuersa nomina habet, non propter diuersa loca, sed propter diuersas poenas ibi inflictas. Vnde vocatur infernus damnatis perpetuo, purgatorium illis qui ibidem purgantur poenis ad tempus, limbus illis, qui sine visione Dei & poena sensus detinentur. De hoc vide satis superius versiculo 108. Et secundum istam viam quis de inferno inferiori qui est damnatorum, liberatur quando preseruatur, ne ibidem descendat iuxta modum secundæ opinionis. Et istam vltimam opinionem reputo verioem.

*Psalm. 130.*

*Infernus inferior & superior.*

**Aseruuit te in conspectu suo.**

Hic consequenter Christus orat pro sua resurrectione. Et quia resurrectione præcedit mors & passio, ideo primò ostendit suam passionem, secundò petit resurrectionem, sibi. *Respiice in me.* Prima in duas, quia primò ostendit suam passionem, secundò passionis ostendit rationem, sibi. *Et tu domine.* Quantum ad primum agens de passione sua ostendit per quos sit facta, scilicet per Iudeos, qui ipsam tractauerunt. Et isti fuerunt in duplici differentia. Quidam fuerunt potentes & principales alios inducentes, sicut principes sacerdotum & scribæ. Alij autem minus principales, sed corrupti per superiores, sicut fuerunt falsi accusatores & testes. Ab istis ergo incipit Christus, dicens. *Deus iniqui insurrexerunt super me.* scilicet testes & accusatores iniqui, de quibus superius dixit. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Vbi nota quod iniquus plus dicit, quam peccator, sicut iniquitas plusquam peccatum, id est apertius malitiam importat. Nam peccatum genus est ad omne vitium, & stat pro paruo vitio siue pro magno, sed iniquitas solū de graui vitio dicitur. Sic & peccator est omnis malus, sed iniquus dicitur solum peccatis grauioribus irretitus, vt ostendit Grego. dicens. Ipso loquendi vsu plus est iniquitas quam peccatum. Vnde omnis homo liberè se peccatorem fatetur, iniquum vero nonnunquã dici erubescit. Sic ergo notans horum falsorum testium grauiter, ipsos vocat iniquos, dicens. *Deus iniqui insurrexerunt super me.* scilicet falsè me accusantes, de quibus iniquis dicit Christus. Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Proverb. 19. Testis iniquus deridet iudicium. Alij autem in morte Christi fuerunt principiores, scilicet principes sacerdotum & scribæ, de quibus subdit. *Et synagoga potentium quæserunt animam meam.* Synagoga enim idem est quod congregatio. Quæ ergo fuit ista synagoga vel congregatio potentium, nisi congregatio sacerdotum & scribarum in mortem Christi conspirantium? De qua dicitur Matthæi 26. Congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi, & consilium fecerunt, quomodo Iesum dolo tenerent & occiderent. Et hoc consilium præuidens psalmista, in persona Christi dicit. *Et synagoga potentium quæserunt animam meam.* Vnde psalmista sicut & euangelista volens exaggerare peccatum ipsorum, dicit. *Synagoga potentium, & euangelista dicit.* Congregati sunt principes sacerdotum. Synagoga, quia congregati sunt, potentes, quia principes sacerdotum, & in hoc aggrauatur ipsorum peccatum. Vnde Remigius. *Remigius.* Condemnantur autem, quia congregati sunt, & quia potentes & principes sacerdotum fuerunt. Quanto enim plures ad aliquod malum peragendum conueniunt, & quo sublimiores & nobiliores fuerint, eo deterius malū habetur quod committitur, & eo illis maior poena præparatur. Sed quod non zelo iustitiæ, sed dolo hoc facerent, subdit psalmista dicens. *Et non proposuerunt te in conspectu suo.* id est non habuerunt timorè nec amorem Dei in conspectu suo, quo scilicet timerent dolosè iustum occidere. Sic enim ad literam de istis supra psalmista dixit. Alieni, scilicet à charitate insurrexerunt aduersum me, & fortes quæserunt animam meam, & non proposuerunt Deum in conspectu suo, vide versu. 871.

*Testes iniqui contra Christum.*

*Greg. 11. mora. c. 11.*

*Psalm. 10. Prouer. 19.*

*Synagoga potentium congregatio sacerdotum. Mat. 26.*

*Remigius.*

*Psalm. 53.*

*1470*

**Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæserunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu tuo.**

Incog. Tom. j.

1471 Et tu domine Deus miserator & misericors, patiens & multae misericordiae, & verax.

Hic ostendit causam huius passionis, scilicet quare Deus permittit illos sic insurgere contra Christum ut ipsum morti traderet. Et dicit quod hoc fuit ex magna misericordia Dei, qua scilicet proprio filio non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Vnde si quaeras, quare hoc Deus permittit respondet, quia tu domine Deus miserator & misericors, passio enim Christi fuit opus magnae miserationis & misericordiae. Nota ergo quod miserator & misericors differunt, sicut doctor & docens, sicut cantor & cantans. Nam doctor dicit habilitatem docendi, etiam si non actu doceat, sed docens cum hoc denotat actum docendi. Sic misericors dicit voluntatem miserendi, sed miserator dicit actum. Dicitur enim misericors qui habet cor miserum de alterius miseria interius sibi compatiens, & si nullam subleuariorem illi conferat. Miserator autem, qui actualiter miseretur. Et secundum istum modum loquendi Deus ab aeterno fuit misericors: quia ab aeterno disposuit humano generi per passionem sui filij subuenire: sed ab aeterno non fuit miserator: quia ab aeterno non fuit actualiter miseratus, sed quando filium actualiter pro nobis exhibuit, tunc miserator uit. Ista ergo sabiuicem distinguens psalmista ait. Et tu domine Deus miserator & misericors. Miserator dando pro nobis filium tuum. Quod ideo fecisti, quia ab aeterno fuisti misericors, sic disponendo per filium nobis subuenire. Sic enim dicit psalm. 144. Miserator & misericors dominus patiens & multum misericors. Sequitur, Patiens & misericors & verax. Nonne patiens est Deus, quando quotidie offenditur a nobis, & ipsam vindictam differt ut a peccato conuertamur. Vnde ad Rom. 2. Tu contemnis diuitias bonitatis eius & patientiae. Vbi glo. Copiosa est patientia Dei, quae tot & tanta peccantes sustinet & non citò punit. Copiosa longanimitas Dei quae non solum ad horam est, sed longa per multa tempora expectans. Hoc nunc exhibet Deus: quia nunc est tempus misericordiae, postmodum autem tempus iustitiae erit. Et verax, quia scilicet quod promisit per prophetas suos, scilicet filium pro nobis dare, adimpleuit. Nec mirum, quoniam est prima veritas, quae mentiri non potest, fallere nec falli. Vel omnia ista verba possunt dirigi ad filium, qui dicitur miserator & misericors: quia voluntarie disposuit pro nobis mortem ferre, quod & fecit. Dicitur patiens: quia tot aspera patienter pro nobis sustinuit. Dicitur verax: quia veritatem semper docuit. Nam & hoc persecutores sui a veritate coacti confessi sunt, dicentes sibi. Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Vnde dicitur Apocalipsis decimonono, quod vocabatur nomen eius fidelis verax & verbum Dei. Primum vocatur fidelis. Nam secundum Gregorium in homilia tunc veraciter fideles sumus, si quod verbis promittimus opere adimplemus. Sic filius Dei vocatur fidelis: quia vitam aeternam quam suis dare promisit, dicens. Vbi ego sum, illic & minister meus erit, de facto sic adimpleuit, dicens. Et ego vitam aeternam do eis. Quarto vocatur verax: quia est veritas per essentiam. Ioannis

Miseratur & misericors d'ff. sunt.

Psalm. 144.

Patientia Dei.

Matt. 22.

Apoc. 19. Fidelis. Gregor.

Ioan. 12.

Ioan. 10.

decimoquarto. Ego sum veritas & vita. Veritas per doctrinam. Ioannis decimo septimo. Sermo tuus veritas est. Veritas per efficientiam. Ioannis primo, Veritas & gratia per Iesum Christum facta est. Tertio vocatur verbum, quia est expressa notitia patris. Ioan. 1. In principio erat verbum. Quod tamen verbum sua misericordia pro nobis carnem assumpsit, quia verbum caro factum est. Propter quae sibi nunc ait psalm. Et tu domine Deus miserator & misericors.

1472 Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillae tuae.

Hic Christus consequenter petit suam resurrectionem, & consequenter ostendit resurrectionis utilitatem, ibi. Fac mecum. Quantum ad primum (ut alias dictum est) respicere Dei in nos nihil aliud est, quam misereri nobis. Sic enim videmus in hominibus quod volens alteri gratiam facere, recto oculo respicit in eum: nolens autem gratiam facere faciem suam auertit. De hoc vide supra versic. 1385. 1439. Et hoc quod respicere Dei sit misereri, hic declarat Christus, dicens. Respice in me. Et quomodo subdit. Miserere mei, scilicet me mortuum resuscitando. Et hoc est quod subdit. Da imperium tuum puero tuo. Puer namque dicitur Christus ratione summae puritatis. Sic enim puerum vocabat Petrus etiam post resurrectionem, dicens. Conueniunt in civitate ista Pontius Pilatus & Herodes aduersus sanctum puerum Iesum. Quid autem per Imperium, nisi resurrectionis triumphum intelligit? quia in resurrectione data fuit Christo omnis potestas. Propter quod ipse ait resuscitatus. Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: quia scilicet per resurrectione eius declarata fuit mundo Christi potestas, quae ante latebat. Secundum enim quod ait Remigius, antequam surrexisset a mortuis Christus, nouerant angeli se subiectos homini Christo. Volens ergo Christus etiam hominibus hoc nomen fieri quae data ei esset omnis potestas in caelo & in terra, praedicatores misit, qui verbum vitae omnibus nationibus praedicarent. Data est ergo Christo in resurrectione omnis potestas, id est manifestata. Et isto modo hic loquitur Christus patri, dicens. Da imperium tuum puero tuo, id est manifesta potestatem datam mihi: quia ante resurrectione manifesta non erat hominibus: quia infirmus videbatur dum caperetur, ligaretur, flagellaretur & crucifigeretur. Et quod hoc petat fieri per resurrectionem, subdit. Saluum fac filium ancillae tuae. Saluum fac, scilicet a morte ipsum resuscitando, filium ancillae tuae, id est me Christum filium virginis Mariae: quae me concipiens dixit. Ecce ancilla domini. Et vide claram prophetam illuminationem, quia non solum praecognouit Christi mysteria passionis & resurrectionis, sed etiam hic prauidit responsum, quam virgo Maria erat angelo data, dicens. Ecce ancilla domini. Ideo hic Christum vocat filium ancillae domini. Et nota hic quam proprie virgo Maria ancilla vocatur, quae sua humilitate nos omnes informat. Haec enim ancilla, fuit mater & virgo. Sed si ancilla, quomodo mater? si mater quomodo virgo? Sed ancilla fuit per humilitatem, mater per fecunditatem, virgo per

1472

Puer Christi.

Act. 4.

Matt. 28.

Remigius.

Poesias Ch. si in resp. tione.

Luc. 1.

Ancilla domini nup. maria.

Resurrectio. nis signum hic Ionas.

bo.

putatatem. Quod ostendens Greg. super illo verbo. Iob 28. Non adaequabitur ei aurum de aethiopia, dicit. Mediator quippe Dei & hominum, non prius homo conceptus atque editus, post per meritum ut Deus esset accepit, sed annunciantem angelo & adueniente spiritu, mox verbum in vtero, mox intra vterum verbum caro & manente incommutabili essentia, quae ei est cum patre & cum spiritu sancto coaeterna assumpsit intra virginea viscera humanam naturam, ut & impassibilis patris, & immortalis mori, & aeternus ante saecula, temporalis esset in fine saeculorum, ut per ineffabile sacramentum conceptu sancto & partu inuiolabili secundum veritatem vtriusque naturae, eadem virgo & ancilla Dei esset & mater. Mater namque fuit. Sic quippe ei ab Elisabeth dicitur. Vnde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me? Et ipsa virgo concipiens, dicit. Ecce ancilla domini. Vnde in hoc quantae fuerit humilitatis, ostendit Ambrosius super Lucam, dicens. Vide humilitatem virginis, vide eius deuotionem. Ancillam se dicit quae mater eligitur, nec repentina est exaltata promissione. Mitem enim humilemque paritura, humilitatem debuit & ipsa proferre. Similique etiam se ancillam dicendo, nullam sibi praerogativam tantae gratiae vindicauit, quin faceret quod iubetur. Eusebius etiam eadem verba pertractans ad propositum dicit. Aliud quidem & aliud in praesenti sermone virginis: quis extollet apicibus, hic quidem constantiam, hic obedientiam promptitudinem. Alius quod non est allecta tam splendidis per magnum archangelum sibi promissis. Alius quod non excessit modum instantias vitando, sed aequaliter cauit & euae leuitatem, & inobedientiam Zachariae, dicens. Ecce ancilla domini, &c. Sic ergo virgo maria sub ancilla nomine suam profitebatur humilitatem, dicens. Quia respexit humilitatem ancillae suae, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Vnde & Aug. in sermo. assumptionis eiusdem, dicit. O vera Mariae humilitas, quae mater creatoris effecta, ancillam se nominat. O verè mariae humilitas, quae hominibus peperit Deum, mortalibus edidit vitam, caelos inuouauit, mundum purificauit paradisum aperuit, & hominum animas liberauit. Facta est Mariae humilitas scala caelestis per quam Deus descendit ad terras. Quid enim est dicere, quia respexit humilitatem ancillae suae, nisi quia acceptauit? Multi enim in conspectu hominum videntur humiles esse, sed eorum humilitas à Deo non respicitur. Si enim veraciter essent humiles, deinde ab hominibus se laudari non velent, non in hoc mundo, sed in Deo exultaret spiritus eorum, &c. Isto etiam modo ipsam ancillam Dei filius constituitur nunc, dicens patri. Saluum fac filium ancillae tuae.

Grego. 18. nora. 635. Ieronimo Christi.

Luc. 1.

Ambrosius.

Eusebius.

Humilitas mariae.

Luc. 1.

Aug. 1.

1473

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu domine adiuuisti me, & consolatus es me.

Hic ponit resurrectionis utilitatem. Vbi notandum quod Christi resurrectio fuit figurata per signum Ionae prophetae, ut ipse Christus manifestat, quod Ionas datus fuit Iudaeis in signum Christi

Resurrectionis, dicens Matt. 12. Generatio haec signum quaerit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionae prophetae. Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti, &c. Et de hoc signo loquitur hic Christus dicens patri. Fac mecum signum. scilicet Ionae prophetae, id est comple me resuscitando quod illud signum figurabat. Et vide quod Christus hic se patri aequalem manifestat: quia quae pater facit, & filius facit. Vnde dicit Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Sic & nunc dicit. Fac mecum signum. quia. vna operatio est patris & filij. Vnde Christus in quantum Deus, vna cum patre suscitauit se hominem. Vnde dicit. Fac mecum signum in bonum. id est fac quod signum meae resurrectionis alii cedat in bonum: quod & factum fuit, quia praedicata Christi resurrectione, aliqui Iudaeorum & gentiles Christi fidem receperunt. Fuit ergo resurrectio Christi signum in bonum, quia per ipsam conuersio multorum facta est, & per consequens saluatio. Et hoc est quod sequitur. Ut videant qui me oderunt, & confundantur. Oderunt Christum Iudaei ipsum persequentes oderunt gentiles cultum idolorum cultui Christi praeferentes. Et vtrique videntes quomodo pater adiuit Christum ipsum resuscitando, confusi fuerunt, scilicet de Christi persecutione & de idolorum cultu, & sic confusi Christi fidem receperunt. Confusio enim in scriptura multipliciter accipitur, pro contritione peccatorum. Cum enim quis mente considerat mala quae fecit, qualiter Deum summum bonum offendit, qualiter vitam perdidit, & meruit mortem aeternam, merito in seipso confunditur & erubescit, & sic dolet & poenitet se peccasse. Sic enim de tali confusione poenitentiae, dicitur. Hiero. 31. Postquam conuertisti me, ego poenitentiam, confusus sum & erubui. Vnde Eccl. 4. dicitur. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Quae verba ad propositum tractans Bernardus, ait. Bonus pudor est quo peccasse aut certe peccare confunderis: & tamen diuinum quam humanum tantò verecundius reuereris aspectum, quòd verius tam Deum quam hominem cogitas punitorem. Tantòque grauius offendi à peccante, quanto constat ab illo longius esse omne peccatum. Huiusmodi confusio fugat opprobrium, parit gloriam, dum autem peccata omnia adimit, aut dimissa poenitendo punit, & expellit confitendo, quòd si quis tantum compungitur intus, sed tamen confiteri confunditur, talis confusio peccatum adducit, & gloria de conscientia perdit. quando malum quod ex profundo cordis compunctio conatur expellere, confusionis & pudoris metus obruto laborum ostio: non permittit exiri. Et ideo Sapiens ait. Non confundaris pro anima tua dicere verum. Iam ergo confusionem poenitentiae per signum suae resurrectionis Christus optat à Iudaeis quam gentilibus, dicens. Fac mecum signum, scilicet resurrectionis in bonum, ut profit infidelibus: ut scilicet, ipsi videant. Quoniam tu domine adiuuisti me & consolatus es me, scilicet me resuscitando, & sic confundantur poenitendo. Hic moraliter potes notare, quòd Deus cum Christo fecit pro nobis multiplex signum quia ipsum nobis dedit in signum placatum, punitiuum & directiuum, vide in praecedenti folio.

Matt. 12.

Ioan. 5.

Confusio poenitentiae.

Hiero. 31.

Eccl. 4.

Bernard.



1474

Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Iste psalmus talem habet titulum. Filius Chore psalmus canici. Ad intelligentiam tituli oportet prouidere de materia psalmi. Dicunt ergo aliqui hebraeorum, quod iste psalmus agit ad literam de ciuitate Ierusalem, qua edificauit Salomon eam triplici muro claudendo, & de templo quod ibi edificauit in monte Sion mirabilis structurae. Sed hoc stare non potest: quia cum dicitur infra. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. In hebraeo dicitur, ciuitas cela, quod significat perpetuitatem a parte post. Ciuitas autem & templum quod edificauit Salomon, non durauit in perpetuum, quia post eius aedificationem per quadringentos & viginti annos, per Nabuchodonosor fuit ciuitas cum templo totaliter destructa, ut patet 4. Reg. vii. Propter quod alij dicunt quod loquitur iste psalmus de ciuitate Ierusalem & templo reedificandis per Regem Messiam, quem adhuc sperant futurum, quae sine comparatione erunt gloriosiora quam fuerint tempore Salomonis. Vnde dicunt aliqui hebraeorum, quod tempore Messiae mons Sion eleuabitur in altum, quia Deus tres montes altos & magnos transportabit ad montem Sion, scilicet montem Sinai, montem Thabor, & montem Carmeli, & super istos eleuabitur mons Sion, secundum illud Esa. 2. Erit in nouissimis diebus mons domus domini in vertice montium, & eleuabitur super omnes colles. Isti enim tres montes sancti dicuntur, scilicet mons Sinai, quia ibi lex fuit data per Deum. Mons Thabor: quia ibi fuit ostensa victoria ipsi Barach contra hostes populi Dei. Mons Carmeli, quia in ipso ignis descendit de caelo & deuorauit holocaustum Heliae. In istis ergo sanctis montibus sic congregatis tempore Messiae, (ut dicunt) fundabitur ciuitas Hierusalem. Et hoc est quod in principio huius psalmi ait. Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed ista opinio nullius est momenti. Ista enim eleuatio montis domus domini in vertice montium, non intelligitur secundum situm, sed secundum dignitatem & gloriam. scilicet propter multa gloriosa, quae ibi tempore Christi facta fuerunt maiora quam in aliis montibus, ut puta ibi Christus in templo personaliter fuit presentatus, ibi praedicauit pluries ore proprio, ibi multa miracula fecit, ibi spiritum sanctum apostolis misit. Ibi primo in cena sacramentum eucharistiae instituit & consecrauit. Propter enim ista gloriosa ibi facta ille mons domus domini fuit eleuatus super omnes alios montes, non quidem loco sed dignitate. Est etiam illa opinio haeretica, quia dicit in aduentu Messiae ista sententia, & sic negat Christum iam uenisse, sed adhuc ipsum dicit futurum. Iste psalmus ad literam non agit de ciuitate Hierusalem terrestri, sed de spirituali, quae est Christi ecclesia. Vnde hic ait glo. Psalmus iste breuis est in uerbis, sed magnus potest sentire fundamenta, quia agit de caelesti Hierusalem, id est de ecclesia, quae ciuitas est spiritualis. Cuius una pars militat in terris, altera pars triumphat in caelis, quam iste psalmus commendat secundum praesentem statum & futurum. Ex istis apparet tituli sensus. Filius

4. Reg. vii.

Mons Sion eleuabitur.

Esa. 2.

Iud. 4.

3. Reg. 18.

A chore psalmus cantici, psalmus enim significat operationem. Et sic dicitur psalmus in quantum agit de ecclesia militante, quae adhuc manet in operationibus. Dicitur etiam canticum, in quantum agit de ecclesia triumphante, quae laetatur in Deo clare uiso. Sic ergo iste psalmus cantici appropriatur filiis chore, id est Christi, uide supra uertic. 1431. Intentio tota psalmista est nos inducere ad amorem patriae caelestis. Iste ergo psalmus diuiditur in duas partes: quia primo agit de ecclesia militante, secundum de triumphante, ibi. Sicut latantium omnium. Prima pars diuiditur in quatuor, secundum quod statum ecclesiae militantis describit ex quatuor, scilicet primò a fundamenti stabilitate, secundò ab unionis charitate, ibi. Gloriosa uertit a ciuium numero sitate, ibi. Memor ero. quarto a dominantis dignitate, ibi. Nunquid Sion. Quantum ad primum ostendens stabile fundamentum ecclesiae dicit. Fundamenta eius in montibus sanctis. Vbi notandum quod per montes sanctos apostoli & prophetae intelliguntur, qui motes erant per altitudinem scientiae, quo primo receperunt a Deo sicut montes primo radios solis recipiunt quam ualles. Sancti autem dicuntur propter uitam sanctitatem. In istis montibus fundata est ecclesia iuxta modum loquendi apostoli ad Ephes. 2. qui fidelibus ex quibus constat ecclesia dicit. Fundati estis super fundamentum apostolorum & prophetarum isto summo angulari lapide Christo Iesu, &c. Vnde istum textum tractans Greg. super illo uerbo Iob 38. Vbi eras quando ponebam fundamenta terrae, dicit. In scriptura sacra quid aliud fundamenta quam praedicatores accipimus? Quos dum primus dominus in sancta ecclesia posuit, tota in eis sequentis fabricae structura surrexit, unde & sacerdos legalis cum tabernaculum ingreditur, duodecim lapides in pectore portare iubetur. Quia uidelicet semetipsum pro nobis offerens pontifex noster Iesus, fortes in ipso praedicatores exhibuit, duodecim lapides sub capite in prima sui corporis parte portauit. Sancti itaque apostoli & pro prima ostensione ornamenta lapides sunt in pectore, & pro prima soliditate aedificij in solo fundamenta. Vnde cum psalmista sanctam ecclesiam in sublimibus apostolorum montibus fundari conspiceret, dixit. Fundamenta eius in montibus sanctis. Cum uero in sacra scriptura fundamentum in singulari dicitur, nullus alius nisi ipse dominus designatur, per cuius diuinitatis potentiam nutantia infirmitatis nostrae corda solidantur, de quo Paulus ait. Fundamentum nemo aliud ponere potest praeter id, quod positum est Christus Iesus. Sic & istum intellectum hic ponit glo. dicens. Fundamenta eius in montibus sanctis id est in apostolis & prophetis ipso summo angulari lapide Christo Iesu, qui solus est fundamentum, quod nemo mutare potest. Sed hic est dubium, cum pronomina relatiua ad aliud referantur, ut cum dicitur, hoc est nomen eius, ly eius refertur ad aliquod praecedens. Hic ergo ly eius ad quid refertur? Respondet psalmista, ad ly Sion. Ut sit sensus. Diligit dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Cuius Sion fundamenta sunt in montibus sanctis. Sion namque significat ecclesiam ratione nominis & operis, ut dictum est superius uers. 1128. & 1336. & 1351. Sed quae sunt portae Sion, id est ecclesiae, nisi ipsa sacramenta, per quae intramus ecclesiam, ut est baptismus, &c. Est

Ephes. 2.

Greg. 18.

Mont. 2. 9.

Fundamenta ecclesiae sunt praedicatores.

Fundamentum est Christus.

I. Cor. 3.

Glossa.

Portae Sion sunt sacramenta uerba legis.

Tabernacula Iacob sunt sacramenta legis antiquae.

1475

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

Can. 4. Insuper gloria dicta sunt ciuitas.

Can. 3.

Can. 6.

Enclitica uisus.

Hier. 31.

Grego. 25. Mont. 2. 11. Ciuitas ecclesiae.

Hier. 39.

ergo sensus. Diligit dominus portas Sion scilicet sacramenta ecclesiae catholicae, super omnia tabernacula Iacob, id est plus acceptat sacramenta legis nouae, quam omnia sacramenta legis antiquae. Quae uocantur tabernacula Iacob, quia filij Iacob illis ad cultum Dei intrabant.

Hic commendat ciuitatem ecclesiae a charitatis unitate. In ueteri namque testamento, & in nouo ad commendationem ecclesiae catholicae multa gloriosa sunt dicta. In antiquo namque testamento a multis gloriosis commendata fuit ecclesia catholica, quandoque a formositate. Can. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Qui enim peccati habet maculam, non est de ecclesia. Quandoque a castitate. Can. 2. Surge prope amica mea formosa mea columba mea. Columba enim animal castissimum perhibetur. Qui enim fornicatur per idolatriam, scilicet, aliquid diligens plus quam Deum, non est de ecclesia. Quandoque a contemplatione. Can. 3. Quae est ista quae ascendit per desertum sicut uirgula fumi? quia qui in istis infimis per amorem iacet, & non eleuatur ad caelestia, non est de ecclesia. Quandoque laudatur ab unitate & concordia. Can. 6. Una est columba mea, una est matri suae electa. Quam unitatem facit charitas. Qui autem charitas unitatem non habet, non est de ecclesia. Ista omnia dicta de ecclesia sunt gloriosa, sed inter omnia gloriosius est quod sit ciuitas Dei, id est, unita per charitatem in Deum. Nam ciuitas idem est, quod ciuitas unitas. Vult ergo psalmista dicere, quamuis de ecclesia multa gloriosa sunt dicta, tamen inter omnia gloriosa quae de ipsa sunt dicta, hoc est gloriosius quod est charitate unita; quod per nomen ciuitatis ostendit, dicens. Ciuitas Dei. Na ciuitas idem est quod ciuium unitas. De ciuitate autem ecclesiae dicitur, quod in principio istius ciuitatis. Act. 4. Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una, & omnia erant illis communia. Et hinc est quod ciuitas ecclesiae hodie uilipenditur quia in ipsa charitatis unitas minuitur. Nota ergo quod ecclesia merito dicitur ciuitas, quia ad modum uere ciuitatis unum principem Christum habet unitatem ciuium per charitatem continet, & suos ab hoste maligno defendit. Et hanc ciuitatem ecclesiae ex iudaeis & gentibus aedificatae praeuidit Hieremias, dicens. Ecce dies ueniunt dicit dominus, & aedificabitur ciuitas domino a turri Ananahel usque ad portam anguli. Quod de ciuitate ecclesiae exponit Grego. dicens. Ciuitatem quippe esse domini sanctam ecclesiam nullus ignorat. Ananahel uero gratia Dei interpretatur. In angulo autem duplex paries iungitur. Ciuitas ergo domini a turri. Ananahel usque ad portam anguli aedificari perhibetur, quia sancta ecclesia a celsitudine supernae gratiae inchoans, usque ad ingressum susceptionemque uirorumque populorum, iudaici uidelicet atque gentilis dilatatur. Ante enim aduentum domini solos iudaeos continebat ciues, sed per Christum gentibus est aperta. Vnde Hier. 39. dicitur. Aperta est ciuitas, & ingressi sunt omnes principes regis Babylonis.

qui scilicet erant gentiles. Et attende, quod ista ciuitas ecclesiae bello extrinseco agitabatur, scilicet ab haereticis & infidelibus, modo autem quod de terribus est, bello intrinseco impugnatur ab illis scilicet qui nomen Christiani retinent, & qui filios ecclesiae se dicunt. De extrinsecis enim persecutoribus dicitur Iob. 24. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Quod ad propositum exponens Greg. dicit. Quia ciuitates a conuientibus populis appellantur, non immerito ciuitatum nomine uere fidei ecclesiae sunt designatae, quae in singulis mundi partibus posite, unam catholicam faciunt ecclesiam, in qua fideles omnes de Deo recta sentientes concorditer uiuunt. Et subdit cap. 26. Haeretici ergo quia per aeris saepe huius mundi potentibus adherentes, bonorum socialem uitam atque concordiam persequuntur, recte nunc de ipsis dicitur. Fecerunt de ciuitatibus viros gemere. Quos recte beatus Iob nominat viros, quia illos magis haeretici extinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per uiam Dei non fluxe sed uiriliter currunt. Sine impugnatione haereticorum non fuit aedificata ciuitas ecclesiae, & tamen ipsi eam non suauerant. Quod bene praedixit sapiens, dicens. Sine his non aedificabitur ciuitas, & non inhabitabunt ipsi, scilicet, haeretici, & in ecclesiam non transibunt. Sed heu quod magis dolendum est, quia iam hodie cessauit haereticorum impugnatione, & ipsa a propriis & domesticis filiis, qui eius lacte sunt nutriti, & de statu paupertatis ad Christi patrimonium uocati, quod probatione non indiget, experientia docente, ipsa persequuntur & impugnant. Quod totum huius ciuitatis principibus uidetur imputare Elaias, cum de ista ciuitate praedixit. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij, iustitia habitauit in ea, nunc autem homicida. Argentum tuum uersum est in scoriam, uinum tuum mixtum est aqua, principes tui infideles, socij tui omnes diligunt mu nera &c.

Iob. 24. Greg. 16. me. cap. 25.

Eccles. 38.

Esa. 1.

Memor ero Raab & Babylonis, scientium me.

Hic commendatur ecclesia a ciuium, numero sitate. Vbi primo sciendum, quod differentia est inter legem antiquam, & legem euangelicam quia antiqua omnibus gentibus non fuit diuulgata, sed solum iudaeis. Vnde dicitur psal. 147. Non fecit taliter omni generationi, & iudicia sua non manifestauit eis. Lex uero euangelica omnibus indifferenter tradita fuit & publicata. Vnde apostolis ait Christus. Euntes in mundum uniuersum praedicate euangelium omni creaturae. Qui crediderit &c. q. uero si crediderit condonabitur. Et per tale publicatione auctus est numerus fidelium per orbem, uel hic nominantur aliqui populi existentes circa tertiam promissionis, per quos & alij per orbem dispersi intelliguntur. Vnde ait. Memor ero Raab. Vbi nota quod Raab hic potest esse nomen proprium uel appellatiuum. Et tamen quocumque modo intelligatur per Raab uult intelligere populum gentilem ad fidem conuersum. Raab enim & Babylon non pertinent ad populum iudaicum, sed ad gentilem. Nam Raab fuit quaedam meretrix in Hiericho sita in domo exploratores

Mar. 16.

Raab fuit meretrix gentium.

Iosue. 2. exploratores

tores populi Dei, & ipsos abscondit, & tate emisit. Cui dictum est, ut signum coccineum in fenestra suae domus poneret, quando ciuitas caperetur, quo signo domus eius cognosceretur, & sic salua retur. Quod & sic factum est, & saluata fuit ipsa & domus eius. Et per hanc significatur ecclesia gentium, quae olim meretrix fuit, quia cum idolis fornicabatur. Modo autem signum coccineum habet in fenestra, quia signum sanguinis Christi a pertē portat in fronte. Et de ista meretrice conuer-  
Matth. 21  
Glosa.  
Hierony.  
Babylon si-  
gnificat gen-  
tes.  
Augusti.  
Apoca. 16.  
 ta dominus pharisaeis superbientibus dicit. Publicani & meretrices praecedent vos in regnum Dei, ut ait glo. iuxta etiam nominis interpretationem Raab significat gentes. Interpretatur enim latitudo, vel impetus. Haec sunt gentes, quae late & impetuosae euagabantur per uicia. Secundum autem Hieronymum Raab hic non est nomen proprium illius mulieris praedictae, sed est nomen appellatiuum, & significat superbiam. Vnde per ipsam designatur populus Aegypti, quia tempore Moysi per superbiam maximē Deo fuit rebellis, qui tamen post Christi ascensionem humiliter fidem suscepit catholicam ad praedicationem beati Marci, sicut Aethiopes per praedicationem beati Matthei. De Aegyptiis ergo dicit. *Memor ero Raab* id est Aegypti gentilis. Et *Babylonis*. Duas enim ciuitates praecipue ponunt doctores, scilicet Hierusalem & Babyloniam. Per Hierusalem intelligentes cogitationem bonorum, per Babyloniam uero malorum, ita quod omnes boni spectant ad Hierusalem, mali autem omnes ad Babylonem, ut ostendit Aug. 1. de ci. Dei. Dicat ergo. *Memor ero Raab & Babylonis* id est populi gentilis, scientium me id est quia scient me & cognoscent per fidem. Memor enim istarum nationum fuit Deus, quando apostolos sanctos eis misit fidem Christi praedica re. Vnde Apoc. 16. dicitur. *Babylon ciuitas illa magna ueniet in memoriam ante Deum.* Per hoc enim nihil aliud psalmista uult ostendere, nisi quod ciuitas ecclesiae non solum ex iudeis constat, sed amplius ex gentibus, quae fidem susceperunt.

1477

Ecce alienigenae & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic.

Hic ad eundem intellectum alias nationes nominat ad fidem conuersas, per quas eodem modo intelligit populum gentilem, quod ex nominum interpretatione patere potest. Nam tyrus interpretatur angustia, & significat gentes, quae fuerunt in angustia uitorum idolis seruientes. Sicut enim dominari inferioribus letitiam infert, sic inferioribus subiici, angustiat & tribulat mentem. Sed idola manu hominum facta sunt eis inferiora, quibus tamen gentes subiiciebantur, & ideo in angustia erant, sed de illa angustia uenerunt ad aliam, scilicet, ad angustiam poenitentiae pro peccatis. Ad tyrum ergo per fidem dominus fuit. Matth. 15. *Secessit Iesus in partes Tyri. Et populus Aethiopiae.* Isti fuerunt ad fidem per beatum Mattheum adducti, ut dictum fuit superius, Aethiopia praenuntiet manus eius Deo, uide supra uersiculo. 1081. Per Aethiopes autem intelligit gentilem populum tenebrosi peccatorum obcurum. Na Aethiopes tenebrosi uel obsecuri interpretantur. De omnibus ergo istis populis dicit. *Hi fuerunt illic.* id est

Matth. 15. Aethiops significat gentes.

in ecclesia ducti per fidem. Ex quibus omnibus ostendit numerositatem ciuium ecclesiae catholicae, quae tamen ante solum in iudaea consistebat. Nota autem quod ubi nos habemus. *Hi fuerunt illic* in hebraeo, & in translatione Hiero. habetur. *Iste natus est ibi.* Et est sententia, quia ly iste refertur ad quemlibet populum praedictum, ut sit sensus. *Iste id est quilibet populus de praedictis ad ecclesiam receptus, natus est ibi.* id est renatus per baptismum, sicut saluator ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire regnum Dei.

Nunquid Sion dicit homo, & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus.

Hic ostenditur nobilitas ecclesiae ex dominantis dignitate, quia, scilicet, Christus ipsam regit & gubernat. Et primò Christus in ea natus demonstratur, secundò eius natiuitas publicatur, ubi. *Dominus narrabit.* In hebraeo autem hic dicitur. *Nunquid ad Sion dicit homo.* Ex quo apparet quod non est sensus, quod Sion dicit illa uerba, sed quod dicantur ipsi Sion. Et sic ly Sion est casus datiu. Ut si talis constructio. *Nunquid homo dicit Sion uel ad Sion.* Et quid dicit ipsi Sion, subdit. *Et quia homo natus est in ea.* Vnde ly primus homo qui dicit ipsi Sion intelligitur Ioannes Baptista Christi praecursor, qui ipsi Sion id est populo iudeorum Christi natiuitatem aduentum. Et de isto homine dicitur ad litteram. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Iohannes. Hic uenit in testimonium &c. Hic enim annunciauit iudeis uerbum hominem factum, dicens. Post me uenit uir, qui ante me factus est. Et ego uidi & testimonium perhibui, quia hic est filius Dei. St uide modum loquendi quid dicit. *Homo natus est in ea.* Cum enim homo proprie dicitur, qui uiuit secundum dictamen rationis, ut dictum est superius uersiculo 558 quomodo homo quis appellatur, dum adhuc in ventre matris subsistit. Sed hoc proprium fuit Christo, qui in primò instanti suae conceptionis in ventre matris perfectus fuit uir & homo, ut dictum fuit superius uersiculo 657. Dicit ergo. *Homo natus est in ea* id est in uirgine Maria. Isto enim modo loquendi de ista ciuitate Sio dixit angelus ad Ioseph, Quod enim in ea natus est, de spiritu sancto est. Sequitur. *Et ipse fundauit eam.* scilicet, Christus qui ut uerbum est altissimus, qui uirginem Mariam fundauit, quia in quantum Deus ipsam creauit, sed in quantum homo postquam fundata, in ea fuit natus, ipsa dicente. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et nota quod creatione beatae Mariae, dicitur fundamentum, fundamentum est fortitudo rei, & sic rem fundare est ipsam fortem facere & firmam. Quando ergo anima beatae uirginis fuit creata, tunc fuit fundata, quia per filium Dei sic fuit consecrata & in gratia stabilita, ut nunquam peccare posset, ut dictum est supra uersicu. 428. Vel aliter, ut per ly eam intelligatur synagoga, in qua natus est Christus, qui fundauit ecclesiam, de seipso dicente. Super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.

Dominus narrabit in scripturis populorum

pulorum, & principum horum, qui fuerunt in ea.

Hic ponitur ipsius Christi natiuitatis per orbem praedicationis. Vbi per scripturas populorum, intelligit scripturas euangeliorum, quae dicuntur scripturae populorum, quia omnibus populis sunt praedicatae. Mar. vii. Praedicate euangelium omni creaturae. Et dicit de Christo. *Dominus narrabit.* & non dñs scribet, quia Christus euangelium non scripsit, sed bene praedicauit. Matt. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates praedicas euangelium regni Dei. Veru & si ipse non scripsit euangelium tamen apostolis qui illud scriberent inspirauit, ideo subdit. *Et principum qui fuerunt in ea.* Per principes intelligit apostolos psal. 44. Constitues eos principes. Est ergo sensus. Dñs Iesus Christus narrabit. natiuitatem suam & alia mysteria per seipsum praedicando, narrabit etiam per alios euagelia scribendo, quae omnis populus dirigitur. Et sic narrabit in scripturis populorum, quae scripturae sunt principum qui fuerunt in ea. i. quae scripturae euangeliorum fuerunt scripturae apostolorum, qui fuerunt in ea. Ecclesia facti principes. Et aduerte, quod non fuit contentus Christus quod euangelium praedicaretur, ni etiam in scripturis poneretur, quia usque ad finem mundi duratum erat. Sicut autem ait Greg. 1. 1. mor. c. 24. Omne quod loquimur transit, quod uero scribimus, manet: ideo dictum fuit Ioanni. Apoc. 1. Quod uides in libro scriba.

Sicut latantium omnium habitatio est in te.

Hic consequenter agit de ecclesia triumphante, in qua est perpetua laus, laetitia, gloria, & securitas felicitatis. De qua nunc dicit loquens in persona beatorum. *Omnium nostrum habitatio est in te sicut latantium.* Vbi ly sicut, quauis quandoque significet similitudinem & non rei ueritatem, hic autē significat maximē rei ueritatem, sicut 1. Ioan. 2. Videbimus eum sicuti est. Hec autē ciuitas ecclesiae triumphantis quanta sit laetitia, & iocunditas, clare figuratur Apoc. 21. ubi ait Ioanes. Ostendit mihi angelus ciuitatem sanctam Hierusalem, habentem claritatem Dei in se, quae habebat murum magnū & altum habentem portas duodecim, ab oriente portae tres, ab occidentem portae tres, ab austro portae tres, ab aquilone portae tres. Vide etiam figuram exposita in littera ciuitas. De laetitia sanctorum uide Orig. 1034.

PSAL. LXXXVII.

Domine Deus salutis meae, in die clamaui & nocte coram te.

Iste psalmus satis extraneum habet titulum qui talis est. *Canticum psalmus filii Chore in sinem pro Melech an respondendum intellectus Heman Israelita uel Ezraite.* Secundum enim quod hic ait magister, licet quandoque tituli psalmorum eandē importent sententiam, tamen quandoque in uerbis variantur proleuando fastidio, quia uarietas multoties fastidium tollit. Quatum ergo ad intellectum literalē tituli sciendū, quod istum psalmū fecit Heman uel Amā Israelita uel Ezraita. Na ut habetur Gen. 38. Iudas filius Iacob genuit duos filios de Thamar nuru sua. Phares & Zaran. Descendentes autem ab isto Zaran Ezraite dicebatur. Sic ergo iste Heman quia descendit de Zaran dicebatur Israelita, quia ab Israel descendit. Dicebatur etiam Ezraita, quia de ipso Zaran descendit. & hic habuit spiritum propheticum, & multos psalmos fecit. Item sciendum quod

Melech uel Mahalath nomen est hebraicum, & est nomen cuiusdam instrumenti musici, in quo iste psalmum cantabat. Quando autē iste psalmus cantabatur, Heman, qui erat praceptor, incipiebat, sed chorus qui. serat de filiis chore respondebat. Item aduertendum quod iste psalmus quo ad literam agit de tribulationibus, & pressuris, quas passi fuerunt Iudei in captiuitate Babylonie, quas prauidens hic propheta praedixit. Tribulatio autē & aduersitas mouet ad opera bona, & exultationem metis. Et ideo iste psalmus dicitur canticum, quod ad laetitia mentis, quam ingerit tribulatio exterior, & dicitur psalmus quantum ad bonam operationem, ad quam tribulatio nos excitat. Est ergo tituli sensus iste. Canticum hoc psalmi in sinem nos dirigens: est intellectus. *Aman Israelita uel Ezraite.* i. est factus ab ipso Aman declarans intellectum eius de tribulationibus, quas passuri erant Iudaei in Babylone. Et est pro Melech. i. in illo instrumento musico decantandus erat. Et hoc dirigitur filiis Chore ad respondendum, quia filij Chore faciebant unum Chorum, & sic habebant respondere ipsi Heman inchoanti psalmū. Ex praedictis ergo quo ad literam apparet auctor & materia psalmi. Quia Aman uel Heman Ezraita fecit istum psalmum, orans dñm pro liberatione populi Israel a pressura captiuitatis Babylonie. Et secundum hoc iste psalmus diuiditur in partes duas, quia primò implorat diuinam miserationem, secundò ad hoc inducit multiplicē rationem, ubi. *Quia repleta est, &c.* Quantum uero ad spiritum propheticum iste psalmus agit de passione Christi. Vnde ad intellectum tituli, sciendum quod iste psalmus dicitur canticum & psalmus, canticum, quia Christi passio fuit causa nostra liberationis, unde exultare debemus. psalmus, quia passio Christi nos excitat ad ipsum imitandum per bonam operationem. Melech autē interpretatur Chorus, & significat unitos in charitate & concordia. Filij Chore significant filios crucifixi, ut supra dictū est. Est ergo tituli sensus hic. Hic est intellectus Aman Israelita. i. illius qui fecit istum psalmum, quia hic expressit intellectum suum de Christi passione. qui intellectus dicitur canticum, psalmus, quia passio Christi hic explicata nos mouet ad Imitationem & bonam operationem. Et est in sinem, scilicet in Christū nos dirigens. Et est filius Chore, scilicet filius crucifixi, ad respondendum. C. Christo, non quidem uerbis, sed operibus, ut sicut ille pro nobis passus est, ita & nos pro nomine eius pati non formidemus. Sic enim Petrus. 1. Pet. 2. ait Christus passus est pro nobis, uobis reliquens exemplum ut sequamini, &c. Et hoc pro Melech. i. in Choro & charitatis concordia, quia aliter nihil ualere, dicte apostolo. Si tradidero corpus meum, &c. charitatem autē non habeam, &c. Tota autē huius psalmi intentio est nos ad Christi imitationem passionis inducere. Diuiditur autē iste psalmus in tres partes, quia circa suam passionem Christus tria facit, quia primò adiutorium patris oratio postulat, secundò suam passionem explicat, ubi. *Quia repleta* tertiò ostendit quos sua passio non suscitauit, ubi. *Nunquid mortuis.* quartò ostendit quod passio suis electis conferat, ubi. *Et ego ad te.* Prima in duas, quia Christus primò exprimit suam orationem, secundò petit exauditionem, ubi. *In uer.* Quantum ad primum Christus ait patri. *Domine Deus salutis meae.* Vbi nota quod realiter Christus orando clamauit ad patrem, & in die & in nocte. Et hoc est quod dixit psal. 21. *Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi, uide uers. 292.* Vel aliter, ubi aduertendum, quod scriptura per diem accipit statum prosperitatis, & per nocte statum aduersitatis

1478

Homo Ioannes baptista.

Ioan. 1.

Ioan. 1. Homo Christus.

1481

Wna idem.

Gen. 38.

Matth. 1.

1. Pet. 2.

1. Cor. 13.

Psalm.

Dus p...

uerfatis, Sic enim accipitur psal. 47. In die mada-  
 nit dñs misericordiā suam, & nocte canticum eius,  
 Grego. 4. vide supra vers. 698. Vnde Greg. ait. 4. mor. cap. 17.  
 mor. 17. Quasi dies quāda est, cum mundi prosperitas arri-  
 det. Sed dies iste in noctem desinit, quia saepe tem-  
 poralis prosperitas ad tribulationis tenebras pducit.  
 Hic diem prosperitatis propheta despexerat cum  
 dicebat. Diem hominis non concupiuit, tu scis. Hanc  
 tribulationis noctē postremā incarnationis suae tē  
 pore dñs se passurū nunciabit, cum per psalmistam  
 quasi ex p̄terito diceret, Vig; ad noctē increpue-  
 rit me renes mei. Sic ergo prosperitas dicitur dies,  
 & aduersitas nox. Ad p̄positum ergo Christus cla-  
 mauit ad patrem in die & nocte. Ipse enim vtriusq;  
 status summum habuit gradum. Nullus enim pro-  
 speritatis gradum altiore habuit eo qui ad tantam  
 assumptus fuit gloriā & gratiā, vt in primū instanti  
 sui esse, verus Deus esset & omni gratia plenus, &  
 non prius habuit esse q̄ felicitatē. Ipsi etiā summū  
 gradū in hoc mundo habuit aduersitatis: quia nul-  
 lus eo ampli⁹ in carne fuit passus. Et tamē in vtroq;  
 statu semper clamabat ad patrē, in statu prosperitatis  
 gratias agens & laudans Deum. psal. 56. Clamabo  
 ad Deum altissimum, ad Deum qui benefecit mihi.  
 Clamavi in statu aduersitatis, Deum inuocando.  
 Lucae 23. Clamans voce magna Iesus ait. In manus  
 tuas dñe cōmēdo spiritum meum. Bendē ergo Iesus  
 dicere potest. Domine Deus salutis meae, in die clamauit  
 & nocte coram te. De multiplici autē clamore Chri-  
 sti, vide vers. 399 & 1092. Istum versum ad sensum  
 praedictum exponit glo. de Christo, dicens, Domine  
 Deus salutis meae in die clamauit, & c. quia in laetis &  
 rebus aduersis orauit Christus.

1482 Iniret in cōspectu tuo oratio mea,  
 inclina aurē tuam ad precem meam.  
 Hic postulat suę orationis exauditiōē. Vbi aduer-  
 tendum q̄ specio. cis, verbū, idē est q̄ videre vel cō-  
 siderare, & inde cōspectus quasi simul visus. Et sic  
 cōspectus Dei dicitur simul omnijū visio: quia eius  
 sapiētia omnia nudē videt & clarē, psal. 118. Omnes  
 viae meae in cōspectu tuo. Vnde gl. super illo verbo,  
 Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ait, q. d. Nul-  
 la creatura in cōspectu Dei est inuisibilis: quia oia,  
 scilicet caelestia terrestria & inferna ei nuda sunt & ap-  
 ta, i. discooperita, reuelata & manifesta: quia ex omni  
 parte plenē visa, oculis eius. i. cōspectui & visioni  
 eius, ad quē nobis est sermo, i. cui oportet nos red-  
 dere rationē de omnib. operib. & cogitationib. &  
 intentionib. nostris. Vnde psal. 118. Meditatio cor-  
 dis mei in cōspectu tuo semper. Ad propositū ergo  
 idem est cōspectus Dei, q̄ simul cogitatio Dei. Cog-  
 nitio autē vel scire Dei est duplex, scilicet visionis & ap-  
 probationis. Primo modo oia Deus cognoscit bo-  
 na & mala. Quāntū ad sim modum mala nō cogno-  
 scit, sed solū illa quae approbat. Sic enim factus vir-  
 ginib. dicitur. Amen dico vobis, nescio vos. Sic cōsi-  
 militer dicimus cōspectū vel simul aspectum Dei  
 duplicē, scilicet cognitionis, & sic oia in cōspectu ei⁹ sunt  
 & approbationis, & sic solū illa sunt in cōspectu ei⁹  
 quae approbat, nō autē mala. Vnde Iob 13. dicitur. E  
 Vias meas in cōspectu eius arguam, q. d. hoc appro-  
 bat. Nō enim veniet in cōspectu ei⁹ ois hypocrita,  
 q. d. hypocrita nō approbat. Isto ergo modo qd est  
 orationē intrare in cōspectu dñi, nisi orationē sibi  
 esse placitā & approbatā & ab eo exaudiri? Et hoc  
 est qd hic ait gl. Ingressus orationis in cōspectu dñi  
 approbatio ei⁹ est. Cōsequētē hoc idē aliis verbis  
 repetit, d. Inclina aurē tuā, & c. Inclinatio autē auris

Conspetus  
 Dei duplex.  
 Psal. 118.  
 Febr. 4.

Mitt. 25.

Iob 13.

Glo. 1.

Dei ad preces nostras, est misericors ei⁹ exauditiō.  
 Qui enim aliq̄ vult exaudire porrigit sibi aurē,  
 sed ab illo quem non vult exaudire, auertit. Auris  
 enim Dei dicitur eius gratia, vide supra vers. 870. &  
 1139. In hoc etiā quod dicit, Inclina aurē tuā, & c. no-  
 rat humilitatē orationis, vide vers. 190. & 437. Hic  
 autem notat gl. magnam virtutē orationis, d. Vir⁹  
 magna purē orationis hic notatur, quae quasi que-  
 ram personat ad Deū intrat & madaq̄ peragit quo  
 caro peruenire nequit. Quāntā autem virtutis sit  
 cōspectus Dei erga nos, vide supra vers. 686.

Quia repleta est malis anima mea, &  
 vita mea inferno appropinquauit.

Hic Christus explicat suā passiōē, quā Christus  
 grauissimā ostendit ex multis: primū ex poenarum  
 multiplicitate in principio, scdō ex opprobriosa re-  
 putatione, ibi. Aestimatus sum. tertio ex corporali  
 vulneratiōe, ibi. Sicut vulnerati. quarto ex iniquorū  
 associatiōe, ibi. Posuerunt. quinto ex adiutorij pri-  
 uatione, ibi. Super me cōfirmatus. sexto ex discipulo-  
 rum dispersione, ibi. Longē fecisti. septimo ex sui di-  
 scipuli p̄ditione, ibi. Traditus. octauo ex mortis tur-  
 pissimē cōdemnatione, ibi. Clamauit. Quāntum ergo  
 ad primū narrat grauitatē suae passiōis ex dolorū  
 & poenarum multiplicitate, d. Quia repleta est malis  
 anima mea. Duo enim sunt genera malorum, scilicet culpa  
 & poena. Primum nō potest esse sine secundo, quia  
 omne peccatū poena est, sed secundū bene potest ef-  
 fe sine primo, non simpliciter, quia omnis poena si  
 iusta est, est peccati poena, sed in p̄sona patietē: quia  
 q̄ innocēs p̄ peccato alterius mala poena pati po-  
 test. Et de isto secundo genere malorū ait Christus  
 Quia repleta est malis, scilicet poena anima mea: quia ipse  
 suae passiōis omnib. malis, quib. q̄ potest repleti,  
 repletus fuit Christus & omnib. modis passus, vide  
 supra vers. 21. Et hoc est quod Christus dicit, Tristis  
 est aīa mea vsq; ad mortē. Vnde gl. Nō peccatis, sed  
 dolorib. repleta fuit aīa Christi. Vel etiā repleta fuit  
 malis: quia omnib. vitiis & peccatis aliorū cōpatie-  
 batur. Repleta est ergo malis aīa mea, q. d. malis p̄-  
 tereuntis populi cōpatior, dum trador ad mortem.  
 Et hoc est quod subdit, Et vita mea inferno appropin-  
 quauit, q. d. quia trador ad mortem per quod anima  
 mea appropinquauit ad infernum: quia statim sepa-  
 rata anima in infernum appropinquauerit vel de-  
 scenderit anima Christi, vide vers. 108.

Aestimatus sum cū descēdentibus  
 in lacum, factus sum sicut homo sine  
 adiutorio inter mortuos liber.

Hic aggrauatur passio Christi ex opprobriosa re-  
 putatione, quod enim q̄ p̄ altero facit laboriosum  
 & sup̄tuoosū liberē & ex mera charitate, reputare q̄  
 hoc nō liberē s; ex necessitate & coactē illud faci-  
 at, est iniuriōsē & opprobriōsē cōtra debitū op⁹ illi⁹ re-  
 putare. Quod sic in sua passiōe accidit X̄po. Vbi no-  
 tadū, q̄ aliter X̄ps fuit passibilis & mortalis, & ali-  
 ter nos; quā nos poenas, misērias, & mortē patimur  
 ex necessitate naturae; quā necessitatē iduxit pecca-  
 tū primorum patrētū. X̄ps autē hos defect⁹ poenales  
 in se adūpsit sola voluntatē, vt ex charitatē nō ne-  
 cessitate p̄ humano gñe patēretur; vt deducit ma-  
 gister lib. 3. dif. 15. Iudaei autē opprobriōsē contra  
 Christū insurgētēs existimabāt illū pati non volun-  
 tate sed necessitate. Et hoc est quod Christus dicit.  
 Aestimatus sum cū descēdentib. in lacum. Per lacū ac-  
 cipit infernū, sicut dicitur Zach. 9. Eduxisti vincēos  
 de lacu, ad quē descēditur p̄ mortē, q. d. Aestimatus  
 sum

Christus est  
 cōsus po-  
 natus non  
 simplicitate.

10. 10.

Christi.

1485

Matth. 26.  
 Gl. 1.

1484

10. 10. dicitur  
 in dormitio

Christi p̄  
 suā vitiā  
 pati non  
 voluit.

Septim. 3.

sum mori, pati, & ad infernum descendere eadē ra-  
 tione, qua & alij, scilicet nō voluntate, sed necessitate. Et  
 istam expositionē hic sentit gl. d. Ait Christus, Non  
 solum grauiora sum passus, sed etiam cōtumulosa.  
 Quia aestimatus sum cū descēdentib. in lacum, scilicet misērie  
 vel inferni profunditatē. Et hoc & nescientibus, quid  
 faciebant, q̄ me sic putabāt mori necessitate, vt alij  
 homines moriuntur. Sed hos defectus infirmitatis  
 nostrae sicut & ipsam carnē non cōditione necessi-  
 tatis, sed miseratione voluntaria suscepit, vt trāsfi-  
 guraret in se corpus suum, quod est ecclesia, vt si  
 quis suorū inter has humanas misērias cōtingeret  
 tristari vel dolere, nō ideo se alienū & gratia poret.  
 Sequitur, Factus sum sicut homo sine adiutorio inter  
 mortuos liber. Est declaratio partis praedictae, vt Chri-  
 stus dicat. Ego qui solus sum inter mortuos liber. scilicet  
 q̄ solus voluntate nō necessitate morior, factus sum.  
 i. aestimatus & nescientibus, q̄ sim sicut homo sine  
 adiutorio, scilicet q̄ nō possum euadere mortē sicut nec  
 alij hoies possunt, qd falsum est, quia alij homines  
 nō habēt potestātē euadēdi mortē si velint, sicut e-  
 go. Et hoc est qd Christus dicit, Nemo tollit animā  
 meā & me, sed ego pono eā & me ipso. Potestātē ha-  
 beo ponēdi animā meā: & potestātē habeo iterum  
 sumēdi eā. Quod exponēs Chrysostomus ait. Quia  
 enim Iudaei cōsiliabātur multoties Christū interfi-  
 cere, dicit, q̄ ipso nolētē, inuictus est hic labor. Ita e-  
 nim habeo potestātē animā meā ponere, vt nullus  
 possit & me inuito ipsam auferre, qd in aliis homi-  
 nibus nō est. Dñs autē Iesus solus habet potestātē  
 ponēdi eam, & iterum ad libitum resumēdi eam.

Sicut vulnerati dormiētes in sepul-  
 chris, quorum nō est memor amplius,  
 & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Hic aggrauatur passio Christi & corporali vulne-  
 ratione. Christus enim ab eis vulnera multa susce-  
 pit, quia ipsi estimabāt per illa vulnera eum violen-  
 ter ad mortē ducere. Et hoc est quod dicit, Sicut vul-  
 nerati dormiētes in sepulchris, q. d. aestimatus sum ab  
 eis, sicut de aliis qui p̄ vulnera inuite ducuntur ad  
 mortē, & ad sepulchrū. Sic & ego ab eis lācea vul-  
 neratus sum mortuus, & in sepulchro positus, sed  
 totū hoc voluntate, non necessitate. Sed quamuis  
 Christus sic fuerit vulneratus mortu⁹ & sepultus,  
 sicut & ceteri, tamē differētia est inter ipsum, & al-  
 ios. Vnde sequitur de aliis Quorū nō est memor. Alia  
 litera habet & magis clarē. Quorū tēpus resurgēdi nō-  
 dum venit. Vbi Christus discernit se ab aliis: quia li-  
 cet fuerit vulneratus mortuus & sepultus, ipse ta-  
 men die tertia resurgens euigilauit. Sed illi putabāt  
 eum similit̄ aliis vulneratis, & occisis, & dormiētib.  
 in sepulchris, quorum Deus nō est memor adhuc,  
 quia nō euigilabūt vsq; ad diē iudicij. Et, notat gl.  
 q̄ scriptura cōsuevit mortuos dicere dormiētes:  
 quia ipsos vigilaturos, i. resurrecturos vult intelli-  
 gere, quia euigilabunt in resurrectione. Sequitur.  
 Et ipsi de manu tua repulsi sunt. Hoc enim ly ipsi non  
 refertur ad ipsos vulneratos dormiētes, sicut quos  
 etiā sunt multi iusti qui de manu dñi non sunt re-  
 pulsi, quoniam iustorum animae in manu Dei sunt,  
 sed refertur ad ipsos Iudaeos q̄ estimabant Christū  
 esse sine adiutorio, & ipsi priuati sūt adiutorio Dei,  
 quod maximē patuit in captione ciuitatis, & po-  
 puli trucidatione, tēpore Titi & Vespasiani princi-  
 pibus Romanis. De vulnerib. Christi dicit psal. 21.  
 Foderunt manus meas & pedes meos, vide supra

vers. 308. Ista autem vulnera hic ad memoriā redu-  
 cuntur, quoniam per illa animae nostrae vulnera sa-  
 nantur. Vnde Bernard. super illo verbo Esa. 2. Ingre-  
 dere in petra, abscondere in fossa humo a facie ira-  
 dñi, ait. Infirmū adhuc & inertī animae, quae iuxta q̄  
 in euāgelio quidā de se cōfiteatur, fodere nō valeo,  
 mendicare erubescō, fossa ostēditur vbi lateat hu-  
 mus, donec cōualescat & p̄ficiat, vt possit & ipsa p̄  
 se sibi cauere foramina in petra, per quae intrat ad  
 interiora verbi animi vtq; vigore & puritate. Et si  
 intellexerimus fossam humā illā quae ait, foderunt  
 manus meas & pedes meos, nō erit dubitandū de  
 sanitate citius adipiscēda animē illuminatē, quae in  
 ea demorabitur. Quid enim tam efficacē ad cauēda  
 conscientiae vulnera necnon ad purgandā mentis  
 aciem quā Christi vulneram sedula meditatio.

Posuerunt me in lacu inferiori, in te-  
 nebrofis, & in vmbra mortis.

Hic aggrauatur passio Christi ex iniquorū asso-  
 ciatione. Vbi aduerte q̄ principes sacerdotum vo-  
 lentes in passione Christi ipsum corā omnib. diffamare  
 & ostendere vitiosum, procurauerunt duos  
 latrones notorios cum ipso crucifigi, & in medio  
 ipsorum Iesum poni. Nā secūdm q̄ dicit Theoph.  
 malā opinionē de dño populo generare volentes,  
 duos latrones fecerunt crucifigi cum eo, per hoc  
 populo ostendere volentes ipsum esse latronē & vi-  
 tiosum dignum morte. Et hoc notans Christus, ait.  
 Posuerunt me in lacu inferiori. Vidi aduerte, q̄ lacus  
 mysticē sumpt⁹ est duplex, poenae & culpae. Primus  
 est superior, & secundus inferior. Lacus superior  
 poenae est infernus, de quo Esa. 14. Detraheris in in-  
 fernum in profundū lacū. Lacus inferior culpa est  
 ipsum peccatū. Vnde Thren. 3. volens ostēdere Hie-  
 remias q̄ causa captiuitatis Iudeorum & Babiloniis  
 fuerat peccatum ipsorum, dicit. Lapsa est in lacum  
 vita mea. Quid est ergo posuerunt me in lacu infe-  
 riori, nisi sua opinione conati sunt me in peccatum  
 ponere, i. ostendere peccatorem? Et tamen per hoc  
 apud populū nō fuit reputatus peccator, sed magis  
 clarificatus. Vnde declarās q̄ per lacum inferiorē  
 intelligebat peccatum quod est tenebrosū, ideo statim  
 subdit, In tenebrofis. Peccatū enim quae-  
 dam tenebra dicitur: quia totus homo interior ob-  
 scuratur, vt ait magister lib. 4. Et aduerte quod vt  
 ipsum magis diffamarent, nō solum ipsum cum la-  
 tronib. crucifixerunt, sed in loco p̄ morte latronū  
 deputato. Et hoc est qd subditur, Et in vmbra mor-  
 tis. Vbi secundū gl. vmbra mortis est locus, quo ma-  
 li puniuntur. Hoc autem quod dicitur, Et in vmbra  
 mortis, intelligit̄ & aliter potest. Nam vmbra mortis  
 etiā significat. scilicet obliuionē, peccatum & mortē car-  
 nis, in quib. omnib. Iudaei Christum ponere conati  
 sunt, vnde Greg. dicit, In scriptura sacra vmbra mor-  
 tis aliquando obliuio mentis dicitur, aliquando imi-  
 tatio diaboli, aliquando mors carnis. Vmbra enim  
 mortis obliuio mentis accipitur, quia sicut mors  
 hoc quod interfecit agit vt nō sit inuita, ita obliuio  
 hoc quod interfecit agit, vt nō sit in memoria mē-  
 tis. Vnde rectē Ioannes hebraeorum populis eum  
 quem oblitū fuerat, Deum praedicare veniebat, per  
 Zachariā dicitur, Illuminare his qui in tenebris &  
 in vmbra mortis sedēt. In vmbra enim mortis sede-  
 re est, a diuini amoris notitia in obliuionem labi.  
 Vmbra etiā mortis peccatū vel imitatio antiqui  
 hostis accipitur. Ipse enim quia mortem intulit,  
 mors vocatur, Ioanne attestatē, qui ait, Nomen illi

Vmbra  
 Christi in  
 animam,  
 Bernard.  
 Esa. 2.

1486

Theoph.

Lacus supe-  
 rior poenae  
 inferior culpa.  
 Thren. 3.

Vmbra mor-  
 tis multa si-  
 gnificat.  
 Greg. 4. mo.  
 cap. 20.  
 Obliuio dicitur  
 vmbra  
 mortis.

Luca. 1.



Esa. 9. Mors dicitur umbra mortis.

Hiere. 11.

Grego.

1487

Matth. 27.

Esa. 55.

mors. Per umbram ergo mortis eius imitatio designatur, quia sicut umbra iuxta quantitatem corporis ducitur, ita actiones iniquorum de specie imitationis eius exprimentur. Vnde recte Elaias cum gentes populos in antiqui hostis cerneret imitatione defecisse, eos ad veri solis ortum resurgere conspiciens, ait. Sedentibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Umbra est mortis mors carnis accipitur, quia sicut vera est mors qua anima separatur à Deo, ita umbra mortis est qua caro separatur ab anima. Vnde recte voce martyrum per prophetam dicitur, Humiliafi nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Quos. n. constat non spiritaliter, sed sola carne mori, nequaquam se vera morte operiri dicuntur, sed umbra mortis. Ad propositum ergo istis trib. modis conati sunt Iudæi Christum in umbra mortis ponere, primo modo, quia totum ad hoc contra ipsum faciebant ut obliuioni daretur nomen, & fides Christi. Vnde Hiero. 11. dicit, mittamus lignum in panem eius, & nomen eius non memoretur amplius. Secundo modo patet, quia ut dictum est ideo cum iniquis eum deputauerunt, ut ipsum peccatorem ostenderent, sed ex hoc magis clarus enasit. Tertio modo patet, quia licet uellent eum ex toto perdere, tamen sibi solum carnis mortem intulerunt, & hoc ad modicum tempus, & sic ipsum in umbra mortis posuerunt. Vnde Grego. ubi supra, ait. Mediator Dei & hominum solam mortem carnis pro nobis suscepit, & ueram mortem delinquentium per umbram suam mortis deleuit. Ad nos quippe uenit qui in morte carnis & spiritus tenebatur, unam ad nos suam mortem detulit, & duas nostras, quas reperit soluit. Si enim ipse utramque suscepisset, à nulla nos liberaret. Sed unam misericorditer accepit, & utramque iuste damnauit. &c.

Super me confirmatus est furor tuus, & oes fluctus tuos induxisti super me.

Hic aggrauatur Christi passio ex adiutorij priuatione. Christus enim in sua passione Deo derelictus uidebatur à patre, eo quod sibi contra persecutores iniustos non ferebat auxilium. Vnde & in cruce clamauit, dicens. Deus meus Deus meus, quare dereliquisti me? Matth. 27. qualiter autem hoc uerum fuerit, uide supra uers. 29. Et hoc hic notans Christus, dicit patri. Super me confirmatus est furor tuus. Non quod pater contra filium fuerit commotus, sed hic accipitur furor pro effectu furoris, sicut ad modum loquendi quando unus homo contra alium furit, sibi omnem poenam quam potest infert. Et isto modo uidebatur patris furor confirmatus supra Christum, eo quod ipsum de manibus iudeorum non defendebat, sed ipsum uoluntati eorum tradiderat percutiendum. Et sic uidebatur quod Deus oes indignationes suas super ipsum induxisset, quando permisit eum capi, ligari, flagellari, coronari, & inter duos latrones crucifigi. Et hoc totum refertur ad opinionem iudeorum qui sic eum percussim à Deo propter sua peccata putabant. Vnde & dicebant illud Esa. 53. Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum & nouissimum uirorum uirum dolorum, unde nec reputauimus eum. Per fluctus autem intelligit imperus tribulationum, de quibus subdit. Et omnes fluctus tuos induxisti super me. Et quamuis secundum illorum opinionem Deus super Christum fluctus poenarum induxisset, tamen ipse superior fluctibus erat, quos uoluntate susceperat, non necessi-

tate. Vnde de ipso dicitur Iob. 9. quod graditur super fluctus maris. Nota tamen quod fluctus secundum suas conditiones diuersas, diuersa significat in scriptura. Nam fluctus sunt terribiles, & sic significat diuinam iustitiam, Iob. 31. Quasi fluctus tumetes super me, semper, sic timui Deum. Sunt instabiles, & sic significat mobilitatem conscientie. Iaco. 1. Qui hesitat, similis est fluctui maris, qui ab omni vento mouetur. Sunt eleuabiles, & sic significant sublimitatem arrogantiam, psal. 92. Eleuauerunt flumina fluctus suos. Sunt conturbabiles, quia conturbant aspectum, & sic significant punitionis acerbiteratem. Esa. 51. Conturbabo mare & intumescent fluctus eius. Et isto modo hic accipiuntur fluctus pro acerbiterate poenæ, cum dicitur. Et omnes fluctus tuos induxisti super me. Sic, n. dicit. Oia excelsa tua & fluctus tui super me transferunt. uide supra uersiculo. 697.

Longe fecisti notos meos à me, posuerunt me abominationem sibi.

Hic aggrauatur Christi passio ex discipulorum dispersione. Sicut enim solarium est miseris, socios habere poenarum, qui sibi in suis poenis scilicet assistant, & copatiuntur, sic & aggrauatur poena, quando quis in poenis positus à suis familiaribus, & notis derelinquitur, quia eo dolor aggrauatur quia dereliquentes cognoscit non fuisse ueros amicos. Sic enim dolor Iob aggrauabatur, quia ab amicis se in percussione relictum uidebat, dicens. Fratres mei praterierunt me. Quod notans Grego. lib. 7. mora. ca. 11. dicit. Plerumque ipsi nos miseros insequuntur, qui felices sine comparatione coluerunt. Cum enim quis positus in prosperitate diligitur, incertum ualde est utrum prosperitas uel persona diligatur, amissio autem prosperitatis interrogat uim dilectionis. Vnde bene quidam sapiens, dicit. Non agnoscitur in bonis amicus, & non absconditur in malis inimicus. Nec prosperitas quippe amicum indicat, nec aduersitas inimicum celat, quia ille sepe prosperitatis nostræ reuerentia regitur, & iste ex confidentia aduersitatis aperitur. Quia nimirum qui in aduersitate proximum despexit, aperte conuincitur, quia & hunc in prosperis non amauit &c. Sic igitur ad propositum, dolor Christi passio accumulauit discipulorum dispersio. quando uidentes Christum ligari, qui promiserant usque ad mortem pro ipso constanter certare, omnes relicto eo, fugerunt, ut habetur Mar. 14. Et hoc hic insinuans Iesus, ait. Longe fecisti notos meos à me. Et attende quod non dicit notos quos ipse nouerat generaliter, sed notos, qui eum nouerant, qui scilicet uiderunt ipsum caecos illuminantem, mortuos suscitantem &c. Posuerunt me abominationem sibi. Abominatio, aris seu uindictam grammatice est aliquid abhorre, cum execratione repellere, execrare, detestari. Sic enim apostolorum primus, ipsum tunc fuit abominatus, quando incepit anathematizare, & detestari quia non nouisset hominem, ut habetur Matth. 26. Hoc enim in figura Iob. praedixerat, dicens. Abominati sunt me consilij mei, & quem maxime diligebam, aduersatus est mihi. Consilij namque Christi dicuntur ipsi apostoli, quia & si Christus consilia non tribuebat, tamen membris Christi praedicando consulebant, & inter illos Petrus à Christo singulariter erat dilectus, quia in omnibus primus se cretarius Christi, erat tunc super omnes magis aduersatus est Christus, ipsum cum iustamento abnegando.

Traditus

1489. Traditus sum, & non egrediebar, oculi mei languerunt pro inopia.

Hic aggrauatur Christi passio ex discipuli traditione. Vbi nota quod quamuis Christus sciret tempore suae passionis Iudam ipsum traditurum, ipsum solum generaliter praedixit, dicens. Unus uos me traditurus est, sed in speciali ipsum non nominauit, sed hoc in corde sibi occultum retinuit, quod ideo ipsum in particulari nominare noluit, ut dicit Leo in sermo. ut nota sibi conscientiam proditoris demonstraret, quam non aspera, non aperta increpatione confundens, sed leui ac tacita admonitione conueniens, ipsum facilius corrigeret penitendo, quam nulla deformasset abiectio. Vel secundum Chrysostomum, quia Christus personaliter proditorum si in particulari nominasset, alij apostoli ipsum deturbati lacerassent. Cognoscebat ergo proditorum, & tamen nomen eius exterius non expressit, sed intus in corde retinuit. Et hoc est quod hic dicit Christus. Traditus sum. à discipulo cui multa contulerat beneficia. Et non egrediebar. scilicet conceptus à me non egrediebar, sed in me ipso remansit. Egreditur enim cognitio interior uel conceptus, quando exterius per linguam manifestatur. Sic enim egressionem pro locutione exteriori accipit propheta dicens. Tu scis quod egrediebar de labijs meis in conspectu tuo, rectum fuit. Et quod proditorum istam magis aggrauabat, quia gratis prodidit, nulla offensione à Christo laceratus, sed sola cupiditate allectus, ut ostendit Chrysostomus in sermo. de proditorum Iudae, dicens. Dic Iuda causam proditorum. Tradis magistrum, nunquid laceratus ab eo? Audiam laesionem tuam. Forfitan quia tibi demonum tradidit potestatem quod fecit te languentibus subuenire, quod mortuos suscitare didicisti, has beneficiorum uices exoluis, dicens. Quid uultis mihi dare, & ego eui uobis tradam? O dementia inmodum cupiditas proditoris. Cum ista mala cupiditas procurauit. Hac affectus Iudas, magistrum tradidit. Nam cupiditas huiusmodi sortita est naturam. Captiuas animas retinet, & omnibus modis alligatas astringit, beneficiorum obliuionem imponit, & alienationem mentis ostendit. Iudas captus cupiditatis insaniam, quanta beneficia conuersationis mensae, discipulatus, admonitionis, suasionis oblitus est ut magistrum traderet ac dominum, ut & meritum cupiditatem radicem esse omnium malorum apostolus dicit. Non ergo mirum si tam ingrata proditorum Christi passionem aggrauabat, & tamen ipse proditorum nollens confundere, ipsum exterius non expressit. Et hoc est quod ait. Traditus sum & non egrediebar. Sed quid ex hoc secutum fuit, insinuat dicens. Oculi mei languerunt pro inopia. Per oculos enim ut ait glo. intelligit apostolos, qui quando uiderant Christum sic proditorum per discipulum, & se non defendente statim perdita fide ut debiles ut languidi omnes fugerunt. Nam languere idem est quod deficere uel egere. Ipsi autem apostoli tunc egebant, quia uidebant se perdidisse Christum, & ideo defecerunt.

1490. Clamaui ad te domine, tota die expandi ad te manus meas.

Hic aggrauatur Christi passio ex turpissima mortis condemnatione, scilicet mortis crucis. Ad Incog. Tom. j.

A hoc enim principes morte turpissima crucis & non alia uoluerunt Christum occidere, ut Christo maiorem poenam inferrent simul & ampliore uerecundiam. Erat enim hoc mortis genus magis morosum, & magis opprobriosum. Et haec duo notans Beda super Lucam ait. Pessimo enim genere mortis occidere desiderant innocentem, id est crucifigere. Et ideo quia pendentes in ligno crucifixi, clauis ad lignum pedibus manibusque confixis producta morte necabantur, ne dolor citius finem haberet. Et hoc quantum ad primum. Et ibi diu uiuentes, ab omnibus diutius uidebantur. Erat enim hoc genus mortis latronum. Et hoc quantum ad secundum. Certum est etiam quod Christus expansis in cruce manibus clamauit ad patrem, quando, circa horam nonam clamauit uoce magna, dicens. Heli heli &c. Matth. 27. Et Lucæ. 23. Clamans Iesus uoce magna ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum, & haec dicens, exspirauit. Hoc ergo genus mortis hic exprimens, quo manus extensis habebat in cruce dum oraret ad patrem, ait. Clamaui ad te domine, tota die expandi ad te manus meas. Iste autem uersus dupliciter punctuatur, primo, ut punctus sit post tota die: ut dicatur. Clamaui ad te domine tota die. Et sic tota dies accipitur pro die & nocte. Et sic cum dies significet prospera, & nox aduersa, Christus tota die clamauit ad patrem, quia in prosperis gratias agendo, in aduersis autem patrem orando, ut dictum est uers. 1153. Si autem sic punctuatur, tunc est sensus. In omni statu domine clamaui ad te, finaliter autem expandi ad te manus meas. scilicet in cruce. Et sic clarus est textus. Secundo aliter punctuatur, ut punctus ponatur ante ly tota die, ut dicatur. Clamaui ad te domine. & postea dicatur. Tota die expandi ad te manus meas. Et iste modus punctuandi est communior. Sed tunc glo. facit dubium, quomodo tota die expandit manus in cruce; quia nec una die fuit illa manuum in cruce extensio. Et si dicatur quod hic accipitur totum pro parte, obicit glo. quia textus dicit, tota die. Sed ego hic magnam difficultatem non uideo, quia non obstante quod signum uniuersale apponatur alicui termino in scriptura, tamen ille terminus quandoque solum stat pro parte significatorum, & non pro omnibus. Dicitur enim Matth. 2. quod Herodes audita natiuitate Christi, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo, & tamen certum est quod non omnes fuerunt turbati, non Simeon, qui auidet Iesum desiderabat, non Anna prophetissa: & sic de multis aliis sanctis. Similiter dicitur Matth. 3. quod omnis iudæa & omnis regio circa Iordanem ueniebat ad Ioannem &c. In talibus locutionibus non obstante signo uniuersali accipitur totum pro parte, maxime ubi talis pars pro qua accipitur, sit principalis pars illius totius, sicut dicitur. Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo: quia quæ cum Herode fuit turbata, erat principalior pars Hierosolymorum, quia principes sacerdotum & scribae. Sic in proposito cum dicitur Tota die expandi ad te manus meas. accipitur tota dies pro parte: maxime illa pars diei in qua Christus expandit manus in cruce, fuit principalior pars diei in qua Sol erat altior. De clamore autem Christi, uide supra uersiculum trecentissimum nonagesimum nonum, & miliesimum nonagesimum secundum.

Crucis mors turpissima.

Beda.

Matth. 27. Lucæ. 23.

Tota die qua modo Christus fuit in cruce.

Matth. 2.

Matth. 3.

M m m Num.

1491. Nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Hic ostendit Christus quibus sua passio non proficit. Et primò proponit quibus non proficit, secundo probat quod dicit, ibi. Nunquid narrabit. Quantum ad primum sciendum, quod Christi mors in peccatis obstinatis non proficit, sed ex hac magis ipsi grauantur. Non enim hic loquitur de mortuis corporaliter quibus multoties mirabilia fecit Christus, non solum eos corporaliter resuscitando, sed etiam spiritualem vitam gratiæ eis conferendo: quia quos Christus resuscitabat corpore, multo fortius resuscitabat in anima: quia perfecta sunt Dei opera. Deute. 32. Sed loquitur de mortuis spiritualiter in anima. Et istorum sunt tria genera, quibus Christus mirabilia fecit: sed non quarto generi. Nã tria genera mortuorum spiritualiter, quibus Christus fecit mirabilia: tractat Greg dicens finaliter, quod peccator primò est in occulta perpetracione, secundo ad apertã iniquitatẽ foras egreditur, tertio per consuetudinem roboratur. Quartum verò genus est, cù culpa in vsum venerit, fauoribus extollitur, & sic peccator in malo obstinatur: quia incessanter crescit culpa fauoribus enutrita. Quia curari vultus negligitur, quod dignum premio laudis videtur. Vnde bene per Salomonẽ dicitur. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Peccatores enim lactant, qui perpetrata mala fauoribus extollunt. An non lactatur, de quo per psalmistã dicitur. Laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & iniquus benedicitur? Sciendũ quoque est, quod tres modi peccantium iuxta descensum sui ordinem, facilius corriguntur, quartus verò difficilium emendatur. Vnde & redemptor noster puelam in domo, iuuenem extra portã, in sepulchro autem lazarus suscitauit. Adhuc quippe in domo mortuus iacet, qui latet in peccato. Iam quasi extra portam educitur, cuius iniquitas vsq; ad ve recundiam publicã perpetracionis aperitur. Sepultura vero aggere præmitur: qui in perpetracione nequitie etiã vsu consuetudinis prællus grauat. Sed hos ad vitam miseratus reuocat, quia plerumq; diuina gratia nõ solum in occultis, sed etiam in apertis iniquitatibus mortuos, & mole prauæ consuetudinis pressos respectus sui lumine illustrat. Quartum vero mortuũ redemptor noster annunciãte discipulo agnoscit, nec tamen suscitatur, quia valde difficile est, vt is, quẽ post vsum malæ consuetudinis etiam adulantium linguæ excipiunt, à mentis suæ morte reuocetur. De quo & benè dicitur. Sine mortuos, vt sepeliant mortuos suos. Mortui enim mortuos sepeliunt, cum peccatores peccatorem fauoribus præmunt. Quid enim aliud est sepelire quam occumbere? Sed qui peccantem laudibus prosequuntur, extinctum sub verborum suorum aggere abscondunt. Erat autem & Lazarus mortuus, sed tamen non à mortuis sepultus. Fideles quippe illum mulieres obnerant, quæ & eius mortem viuificatori nunciabant, vnde & protinus ad lucem rediit: quia cum in peccato animus moritur, citius ad vitam ducitur, si super hunc sollicitæ cogitationes viuunt &c. Ex quibus apparet, quod mortuorum spiritualiter quatuor sunt genera: quia pec-

Deute. 32. Mors peccati multiplex.

Greg. 4. mor. cap. 29.

Adulatio latet peccatorẽ

Proverb. 11.

Psalm. 9. Tres mortuos suscitauit Christus.

Luce. 9.

carotes primò quidam sunt occulti, secundo quidam sunt per opus extrinsecum manifesti, tertio quidam sunt per consuetudinem sepulti, & quidam fauoribus obstinati. Et de isto quarto genere hic loquitur Christus, quod eis nõ proficit passio Christi, quia tales per ipsam nõ reuocantur ad gratiam. Et hoc est quod ait. Nunquid mortuis facies mirabilia? Vbi glo. mortuos dicit non corpore, sed corde: coram quibus quædam facta sunt mirabilia per Christi passionem: sed non profuit eis: quia eos visa non mouerunt. Mortuis quidã corpore facta sunt mirabilia: quia quidam reuixerunt. Et cum dominus penetravit inferna & inde mortis victor ascendit, magnum mortuis factum est miraculum. Dicit ergo. Nunquid mortuis. i. corde in peccato obstinatis. Facies mirabilia? q. d. nõ: quia & si coram eis facta sunt mirabilia, non tñ eis facta sunt, quia nõ profuerunt illis. Et hic tangit principes sacerdotum, qui obstinato corde visis miraculis in Christi passione ostensis aliis populis se conuertentibus, illi conuerti noluerunt. De quibus etiam subdit. Aut medici suscitabunt & confitebuntur tibi. Per medicos enim intelligit sanctos prædicatores, qui linguæ medicamento multos mortuos in peccatis, ministerialiter vocant ad vitam gratiæ, qui suscitati Deo cõfitentur per gratiarum actionem. Tales medici fuerunt sancti apostoli, per quos tamen ipsi obstinati principes sacerdotum ad vitam non fuerunt reuocati, vt fidem Christi reciperent, & ipsum verum Deum esse confiterentur. Et hoc est quod dicitur Ioan. 7. Nunquid aliquis ex principibus credit in eum, sed turba hæc quæ non nouit legem maledicta est.

1492. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?

Hic probat quod dixerat. Vbi notandum q; anima obstinata in peccato mortua habitat in corpore, sicut in sepulchro. Vnde & ipsos phariseos vocabat Christus sepulchra. Matt. 23. dicens. Væ vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris patent hominibus speciosa, intus autem sunt plena ossibus mortuorum & omni spurcicia, sic & vos &c. Vbi Chrysostomus ponit differentiam inter corpora iustorum & corpora peccatorum, dicens. Merito quidem corpora iustorum tẽpla dicuntur: quia anima in corpore iusti dominatur sicut Deus in tẽplo. Corpora autem peccatorum sepulchra dicuntur, quia anima mortua est in corpore peccatoris, sicut in sepulchro, nec enim anima putanda viua est, quæ nihil viuũ aut spirituale agit in corpore. Est ergo ratio psal. ista: quia sicut in sepulchro mortuum nõ potest cõfiteri homini, sic nec anima in peccato manes: quia est in corpore sicut in sepulchro. A mortuo enim perit confessio, vt (scribitur) Esai. 17. Vnde glo. hic ait. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro. i. positus, i. in perditione, misericordiam tuam? Et aliquis positus in perditione id est obstinatus, narrabit veritatem tuam. q. d. isti non narrabunt: quia tales in cordibus nec cogitant diuinam misericordiam ad parcendum, nec diuinam iustitiam ad puniendum. Et hoc idem aliis verbis repetit dicens. Nunquid

Ioan. 7.

1492.

Sepulchrum anima est

Christi. Templum dicitur corpus iusti.

Esai. 17.

Nunquid

1493. Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iustitia tua in terra obliuionis.

Idem enim vult intelligere psalmista per mortuos dormientes in sepulchris, & per tenebras & terram obliuionis. Per omnia enim ista significatur peccator obstinatus. Dicitur enim in sepulchro positus, vt in præcedenti versiculo dictum est. Dicitur etiam tenebra ratione infidelitatis, de quibus dicit apostolus, quod sunt tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei, obstinati enim quia alienati à via Dei merito tenebræ dicuntur, vt ibidem deducit gl. dicens. Illi tenebræ sunt, quia alienati à Deo qui est lux & vita animæ: quia Deus deserit illos. Duæ quippe sunt vitæ, vna corporis, altera animæ. Et sicut vitæ corporis est anima, sic vitæ animæ est Deus. Et quomodo si anima deserat corpus mortuum corpus, sic si deserat Deus animam, anima recedens à lumine iustitiæ, quãto magis seipsum inueniat cõtra iustitiam, tanto plus repellitur à lumine veritatis, & tenebris ignorantie mergitur. Dicitur etiam terra obliuionis: quia terrena amãtes Deum obliuiscuntur: de quibus dicitur Osee. 2. Ibat post amatores suos & mei oblita est, dicit dominus. Tales ergo quia non cogitant mente mirabilia misericordiæ Dei, nec iudicia iustitiæ suæ. Ideo dicit psalmista, quod in ipsis non cognoscentur mirabilia Dei nec iustitia.

Tenebra dicitur in tenebris.

gl.

no duplex vitæ & anima.

obliuio dicitur in tenebris.

1494.

Et ego ad te domine clamaui, & mane oratio mea præueniet te.

Hic consequenter ostendit Christus, quid sua passio suis electis conferat. Et ostendit quod sex modis Christi passio electis proficit. Quoniam illi per ipsam primò à filiis iræ segregantur, secundo in ipsis bona desideria multiplicantur: ibi. Vt quid domine: tertio Christo humili conformantur: ibi. Pauper sum ego, quãto de peccatis hic corriguntur, ibi. In me. quinto hic aduersis cõseruantur, ibi. Circumdederunt. sexto ipsi mundo moriuntur, ibi. Elongasti. Quantum ad primum sciendum quod merito peccati primorum parentũ omnes pariter nascimur filij iræ & in peccatis. Propter quod dicit apostolus Erasmus filij iræ sicut ceteri omnes natura. glo. i. filij peccatũ, filij vindictæ, filij gehennæ: quia peccato primi hominis tenebatur iusta damnatione genus humanum, & erant filij iræ omnes. Sed ab ista ira per Christi passionem liberantur electi i. per fidem passionis eius, sicut dicit apostolus. Salui erimus ab ira per Christum. Hoc ergo exprimit ecclesiã electorum, dicit ipsi Christo. Et ego ad te domine clamaui. Non enim simpliciter dicit ego, sed & ego: quasi dicat. Et ego sui natura filij iræ, sicut & ceteri: sed tua passione considerata, clamaui ad te vt saluus essem, non ad alium: quia in alio salus non reperitur. Actum 4. Nec enim est aliud nomen sub cõlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. In hoc autem quod dicit. Et ego ad te domine clamaui. notat se præuentum à gratia Dei. Qui enim clamat & innocat, credit. Sed filius iræ nõ crederet, nisi ipsum misericordia Dei suscitando præueniret. Verum peccata præmissa impunita esse non debent, oportet quod sicut gratia Dei Incog. Tom. j.

nos præuenit suscitando, ita & nos iudicem præueniamus satisfaciendo. Inter partes autem satisfactionis, oratio primò obtrinet locum. Per ipsam ergo iudicem districtum præuenire debemus id est ante finem vitæ satisfacere: Et hoc est quod subdit. Mane oratio mea præueniet te. mane id est in vita præsentis. Oratio enim præuenit futurum iudicium. Illa enim oratio exauditur, quæ finem vitæ præuenit, psal. 5. Quoniam ad te orabo domine, mane exaudies vocem meam. Et nota quod præuentio est multiplex: quia præuenit Deus hominem, homo hominem, homo Deum. Præuenit Deus hominem gratia benedictionis, psalm. 20. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Præuenit homo hominem reuerentia honorationis, Roma. 12. Honore inuicem præuenientes. Præuenit homo Deum per instantiam orationis, vt hic. Mane oratio mea præueniet te.

Psalm. 5. Præuenit multiplex.

Psalm. 20.

Rom. 12.

1495. Vt quid domine repellis orationem meam, auertis faciem tuam à me.

Hic ostendit quod iustis bona desideria dilatantur. Vbi sciendum, quod Deus orationes etiã iustorum exaudire differt, vt desiderium rei postulatae magis crescat: quia res facilius habita, quasi pro nihilo reputatur, vide supra versicu. 56. & 516 & 630. Et sic Deus quando orationem nõ exaudit, ipsam repellere videtur. Hoc ergo inuicem psalmista, per modum interrogationis Deo proponit, dicens. Vt quid domine repellis orationem meam? Ad hoc respondetur: quod solum ad veritatem nostram: vt in prædictis locis allegatis patet. Et hoc aliis verbis proponit, dicens. Vt quid auertis faciem tuam à me? Et nota quod diuina auersio, qua faciem tuam auertit à nobis, quandoque est temporalis, quandoque vero æterna: vide supra versicu. 1320. Vel illa sunt verba sanctorum patrum, qui desiderabant Christi incarnationem quæ per faciem designatur, vt supra vers. 130. & 1374. & 459. & 689. & 844. Quia ergo diserebat incarnari. d. Vt quid repellis orationem meam? auertis, id est non conuertis faciem tuam à me.

1495.

Oratione exaudire quæ differt Deus.

1496. Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea, exaltatus autem humiliatus sum, & conturbatus.

Hic ostendit quomodo iusti Christum imitantur. Christus enim pauper fuit in natiuitate: quia in diuersorio natus. Fuit in laboribus in vita. Ioan. 4. Iesus autem fatigatus sedebat. Sic etiam conturbatus fuit in passione. Matth. 26. Tristis est anima mea vsque ad mortem. Exaltatus fuit in cruce. Ioannis 12. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Similiter & qui libet iustus Christum imitatur vt primò sit pauper: quia facilius est camelum per foramen acus intrare, quam diuitem in regnum Dei. Quod quidem non intelligitur de illis qui diuitias habent, sed de illis qui habentur à diuitiis & confidunt in eis. Habere enim diuitias non est criminis: sed illis subici. Similiter ipsum imitatur in laboribus. Qui enim æternam gloriam considerant, in se hic laboribus occupant affidat.

1496.

Luce. 2. Ioan. 4. Matth. 26. Ioan. 12.

Mar. 10

Laboribus occupant in istis præsentibus.

ut offendit Greg. 8. mo. c. 7. dicens. Sciendum est quod mercennarius sollicitè curat inspicere, ne unquam dies vacuus labatur ab opere, ne expectatus finis temporis inanis veniat ad remunerationem. In laboris namque studio conspiciat, quid percipere in tempore remunerationis possit. Nā cum labor, crescit præmij fiducia proficit. Cum vero labor torpuerit, spes à remuneratione lassescit. Vnde & electus quisque vitam suam quasi mercennarij dies pensans, tanto fidentius spe tēdit ad præmia, quanto nunc robustius perdurat ad laboris incrementa &c. ut cum Christo dicere possit. *Ego in laboribus à iuuentute mea. Qui labor maximè esse debet in gemendo peccata.* psal. 6. Laboravi in gemitu meo &c. Similiter ipsum imitatur in humilitate, aliter iustus non esset: quia Christo non obediret, dicens. Discite à me quia mitis sum, & humilis corde. Et per consequens ipsum non imitatur in exaltatione: quia omnis qui se humiliat, exaltabitur. Similiter in conturbatione, quam pro commissis peccatis debet habere. Vnde cuilibet iusto dicitur. Filius hominis panem tuum in conturbatione comede, & aquam tuam cum mœrore bibe. Panem suum in conturbatione comedit, qui victum vitæ præsentis cum conturbatione poenitentiae pro peccatis sumit. Aquam cum mœrore bibit: quem die ac nocte pro consideratione peccatorum lachrymæ potant. Dicit ergo quilibet iustus Christi factus imitator. *Pauper sum ego &c.* ubi considera vitam nostræ decursum. Hæc enim incipit à miseria, ideo præmittit. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Hanc erigit superbia, ideo sequitur. *Exaltatus sum.* Hanc corrigit poenitentia: ideo concluditur. *Humiliatus autem & conturbatus.* Vnde glo. Pauperes sumus à principio per miseriam: exaltati per superbiam, sed humiliati & conturbati per contritionem & poenitentiam.

Psalm. 6.  
Matth. 11.  
Luc. 18.  
Ezech. 12.

Conturbatio poenitentia.

1497.

**In me transferunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.**

Hic ostendit quod iusti hic pro peccatis puniuntur. Quos enim Deus ad occisionem dat, hic dimittit in pascuis: quos autem ad vitam, illos hic pro commissis flagellat & punit. Vnde ad Hebræ. 12. Flagellat Deus omnem filium, quem recipit. vide supra versicu. 19. & 23. 6. 3. 29. Et hoc nunc manifestat psalmista in persona cuiuslibet iusti. dicens. *In me transferunt iræ tuæ.* Quid enim est ira Dei, nisi punitio: quia quando aliquem punit, se habet ad modum irati. Sed hæc ira in reprobis non est transitoria, sed perpetuè manet. In electis autem temporalis est & transitoria, quia saltem in morte terminatur. Et hoc considerans psalmista ait. *In me transferunt iræ tuæ.* id est punitiones. Et bene dicit transferunt, quia ira Dei non manet in iustis, quia transitoria eos punit, ut sanet. Vnde Deute. 32. Ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo. Sequitur. *Et terrores tui conturbauerunt me.* Iustus enim non solum corrigitur per aduersa, quæ hic patitur, sed multo amplius timens futurum Dei terribile iudicium, qui timor etiam amorem Dei sequens, ad conseruandam iustitiam multum proficit. Ideo postquam psalmista ad suam correctionem ostendit præsentia aduersa valere, etiam subdit

Parua temporalis transitoria bonis proficit.

Deute. 32.

quod timor perpetuæ penæ ad hoc proficit multum. Vnde & subdit. *Et terrores tui conturbauerunt me.* id est timor penæ perpetuæ. Vnde istum verbum ad propositum pertractans Grego. super illo verbo Job. 6. Sagittæ domini in me sunt, & terrores eius militat contra me, ait. Iustorum mens non solum perpendit quod in præsentia vita tolerat, sed etiam pauet, quod restat. Videt qualia in hac vita patitur, metuit ne post hanc vitam grauiora patiat. Luget quia in huius cæcitatibus exilium à paradisi gaudiis ceciderit, timet ne & cum exilium relinquitur, mors æterna subsequatur. Iam ergo sententiâ tolerat in penam, sed minas adhuc venturi iudicis formidat ex culpa. Hinc psalmista ait. *In me transferunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.* Interni quippe iudicis postquam iræ pertransierunt etiam terrores conturbant: quia iam aliud de damnatione patimur, & adhuc aliud de æterna ultione formidamus. Et hoc est quod hic dicit glo. notanter. Omne quod potest accidere, & si non accidat prudenter timeatur.

**Circumderunt me sicut aqua, rota die circumderunt me simul.**

Hic ostendit quod iusti per aduersitates hic à Deo conseruantur. Donis enim Dei quandoque animus in superbiam attollitur: sed ne ibi consistat, aduersis circumdatur. Et sic aduersis circumdatus, se ipsum recognoscens in humilitate conseruatur. Quod ostendens Greg. ait. Nam plerumque donis virtutis elatus animus corrumpit, & velat iram Dei metuit aduersa tentationum, & tamen eisdem aduersis pressus, ad virtutum custodiam cauior exurgit. Quis enim Deo propinquare se non æstimat, cum se supernis excrescere muneribus agnoscat, cum vel prophetiæ donum vel doctrinæ magisterium percipit, vel ad alios conuertendum curationum gratia conualescit? Et tamen sæpe mens: dum virtutis suæ securitate resoluitur, insidiante aduersario, inopinatæ culpe telo perforatur. Et inde à Deo in æternum longe fit, vnde ei ad tempus sine cautela custodia propinquauit. Et quis se derelictum iam gratia diuina non deputet, cum post experimentum mundi tæ læcessit se carnis tentationibus videt inhonestam ad animum congeri: & ante cogitationis oculos nonnulla improba & immunda versari? Et tamen cum fatigant ista non superant, sed per humilitatem animum seruant, ut infirmum se animus in aduersis deprehendens, totum se ad adiutorium diuinitatis conferat, & sui fiduciam funditus amittat. Sicque fit ut inde Deo altius inhæreat, vnde se à Deo alius cecidisse suspicabat &c. Ex quibus patet quod Deus animum iusti quandoque circumdat aduersis, ut ipsum in virtutibus custodiat. Et hoc est quod psalmista in persona iustorum hic de aduersitatibus dicit. *Circumderunt me sicut aqua, rota die &c.* q. d. Vt Deus me sibi electum custodiat, fecit quod aduersitates circumdant me, id est vndique opprimunt: & simul, quia nunquam aduersitas vna sola venit: quia abyssus abyssum innocat.

**Elongasti à me amicum, & proximum, & notos meos à miseria.**

Hic ostendit quod iusti mundo moriuntur. Qui enim

Pone prop. tua timor proficit boni. Greg. 7. mo. cap. 3. Nota. Aduersitas. Not. Greg. 9. mo. cap. 10. Nota. Aduersitas. Nota. Greg. 9. mo. cap. 10.

enim vult Christum imitari omnem carnalem amorem relinquere debet, ut Deū omni amori & cognationi carnali præponat, præcepto Christi dicentis. Qui amat patrem suum aut matrem plusquam me, non est me dignus. Secundum enim Hieronymum, hic ordo in omni affectione est necessarius. Ama post Deum patrem matrem aut filios. Si autem necessitas venerit ut amor patris matris vel filiorum Dei amori comparetur, & non possit vtrunq; simul saluari, odium in suos pietas in Deum est. Vnde & expressius Lucæ 14. Christus dicit. Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem & uxorem & filios & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Ex quibus omnibus nihil aliud vult concludere, quam quod longè plus cognatione spiritus debet amare, quam carnis, & à mudo propter Deum elongari in his quibus cognatio carnis vel mundi Deo contradicit. Et hoc est quod præuidens psalmista in persona honorum Deo dicit. *Elongasti à me amicum, & proximum meum.* id est propter præceptum tuum longè factus sum ab eis. Et quia tales carnales vident iustos se ab eis elongare eis in malis non consentiendo, ideo ipsi elongantur à iustis & derident iustos videntes iustorum aduersitates in hoc mundo & miseris. Idcirco concludit. *Elongasti à me amicum, &c.* à miseria mea. q. d. Sicut ego præcepto tuo elongor ab ipsorum voluptatibus quibus fruor in sæculo, ita ipsi elongantur à miseria mea, quia propter te domine parior in sæculo.

Matth. 10. Not. Nota. Luc. 14.

**Misericordias domini in æternum cantabo.**

Hic psalmus talem habet titulum. *Intellectus Ethan Israelitæ.* Vbi aduertendum quod iste Ethan qui psalmum fecit: fuit vnus de præpositis cantorū quos instituit Dauid ad cantandum laudes domino ante arcam fœderis domini, ut habetur, 1. Paralipo. 15. Hic habuit spiritum propheticum. & fecit istum psalmum. De materia autem psalmi communiter dicunt doctores quod loquitur de stabilitate & perpetuitate regni Christi sub figura ipsius regni Dauid, de quo dixit angelus Mariae. Dabit ei dominus Deus sedem David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. De cuius regni perpetuitate iste Ethan propheta eruditus fuit inspiratione diuina. Et sic apparet titulus. *Intellectus Ethan Israelitæ.* scilicet iste psalmus est intellectus datus à Deo, sine eruditio de æternitate regni Christi ipsi Ethan Israelitæ, scilicet ipsi Ethā qui erat propheta de filiis Israel. Intentio totius psalmi est, ut non in nobis sed solum in Deo ponamus spem nostram. Iste autem psalmus diuiditur in duas partes: quia primò præmittit regni Christi prospera, secundo prædicat aduersa, ibi. *Tu vero repulisti.* Prima in tres, quia volendo agere de prosperitate & excellentia regni Christi, primò præmittit laudes debitas, secundo adducit ad hoc rationes congruas, ibi. *Quoniam dixisti.* tertio ostendit regni Christi magnificentias, ibi. *Consitebuntur.* Prima in duas: quia primò præmittit laudem diuinæ misericordiae, secundo laudem diuinæ iustitiæ, ibi. *In generatione.* Quantum ad primum sciendum quod

misericordia quantum est ex parte Dei non sit aliud quam ipse Deus misericors. Et sic cum sit solum vnus Deus simplex, sic solum est vna misericordia simplex. Tamen quantum est ex parte effectus, sicut effectus sunt multiplices, sic & misericordia est multiplex. Et sic hic psalmista misericordias dicit in plurali ratione multorum effectuum, quos misericors Deus facit in nobis. Vnde multas Dei misericordias in seipso notans Bernardus in hoc loco ait. *Misericordias domini in æternum cantabo.* Septem in me misericordias video. Prima est conseruatio gratiæ, qua à multis peccatis me adhuc in sæculo positum custodiuit. Prima inquam non inter omnes quas Deus mihi impendit, sed inter istas septem, prima. Et hæc tribus modis, scilicet occasione peccandi subtrahendo, resistendi data virtute, & affectionis sanitate. Secunda misericordia fuit expectatio sustentis, qua tardabat ultionem, quia indulgentiam cogitabat longanimitè expectans, electionem suæ prædestinationis impleri volens, & qua nos dilexit nimiam charitatem. Tertia misericordia fuit, quod me ad poenitentiam conuertit concutiens cor meum & excitans, ut aduenterem meorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentirem dolorem, terrens & deducens ad portas inferni, & meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ largiendo. Quarta misericordia quod suscepit me poenitentem, sic enim ex toto indulsit, tam liberaliter omnem donauit iniuriam ut iam nec damnet vliscendo, nec confundat impropèrando, nec minus diligit imputando. Quinta misericordia sequitur, per quam mihi continendi deinceps & emendatus viuendi præstitit virtutem, carnem cum concupiscentiis suis, præfens sæculum cum cupiditatibus suis, & etiam ipsum cum tentationibus suis conterens Sathanam sub pedibus meis. Sexta misericordia est promerendi gratia bona æterna, quæ gratia in tribus maximè constat. In odio præteritorum malorum, in contemptu honorum temporalium, in desiderio futurorum. Septima misericordia est spes obtinendi. Tria siquidem considero, in quibus spes mea tota consistit, Charitas adoptionis, veritas promissionis, potestas redemptionis. Sciò cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me: quia verax in promissione: quia potens in exhibitione. Licet enim ei facere quod vult. Hic est funiculus triplex, qui difficile rumpitur, quem à patria in hunc carcerem durissimum missum firmiter obsecro teneamus, ut ipse nos subleuet, ipse trahat ad conspectum gloriæ magni Dei, hæc ille. Istas ergo multiplices misericordias semper in mente portare debemus, Deo gratias agendo dicentes. *Misericordias domini in æternum cantabo.* Et dicit in æternum, dans differentiam inter iram Dei, quæ electorum punit peccata, & misericordiam, qua iustos coronat, quia ira transit, psalmus 87. *In me transferunt iræ tuæ, sed misericordia durat in æternum,* psalmus 102. Misericordia autem domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum. Sed super isto verbo mouet Gregorius questionem 4. mora. cap. 42. scilicet an beati in patria peccatorum suorum præteritorum habeant memoriam dicens. Si mens beati nulla ibi peccati sui memoria tangitur, ereptum se vnde gratulatur, aut quomodo largitori gratias referat de

Misericordia Dei multiplex.

Bernard.

Psalm. 87.

Psalm. 102.

Questio. Beati an recordentur peccatorum præteritorum.



venia quam accepit, si intetueniente obliuione transacta nequitia pena se esse debitorem nescit. Neque enim neglecte praterendum est quod psalmista ait. *Misericordia domini in aeternum cantabo.* Quomodo enim misericordias Dei in aeternum cantat, si se miserum fuisse ignorat? Et si misericordiae transacta non meminit, unde largitori misericordiae laudes reddidit? Sed si meminit misericordiae, ubi est quod Esaias ait. Non erunt in memoria priora, neque ascendent super cor? Ergo quarendum est, quomodo electorum mens perfecta in beatitudine esse poterit, si hanc inter gaudia memoria sui reatus tangit, aut quomodo perfectae lucis clarescit gloria, quam reducta ad animum obnubilat culpa? Et consequenter respondet Gregorius, dicens. Sed sciendum est quod sicut nunc saepe tristitia laeti reminiscimur, ita tunc transacta nequitiae sine laesione nostrae beatitudinis recordamur. Plerumque enim incolumitatis tempore ad memoriam dolores prateritos sine dolore reducimus. Et quo aegros nos recolimus, eo nos incolumes plus amamus. Erit ergo in illa beatitudine & culpa memoria, non quae mentem polluat, sed quae nos laetitia altius astringat, ut dum doloris sui animus sine dolore reminiscitur, & debitorem se medico verius intelligat, quod de molestia meminit, quam euasit. In illa itaque laetitia sic tunc sine rædio mala nostra conspiciamus, sicut nunc in luce positi sine vlla cordis caligine animo tenebras videmus: quia & si obscurum est, quod mente cernimus, de iudicio est hoc luminis, non de passione caecitatis. Et in aeternum ergo laudem misericordiae nostrae largitori referimus, & nequaquam miseriae conscientia grauamur, quia dum mala nostra sine aliquo mentis malo respicimus, & nunquam erit quod corda laudantium de transactis iniquitatibus polluat, & semper erit, quod ibi ad laudem liberatoris accedat. De hac materia vide supra versic. 585.

1501 In generatione & generationem, annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Hic laudat diuinam iustitiam, quae in scriptura nomine veritatis intelligitur. Sic enim dicitur psal. 24. Vniuersa via domini misericordia & veritas. Quod ideo dicitur: quia in omni opere domini concurrit misericordia & iustitia. De hoc vide supra versic. 354. Si autem accipiatur veritas ut est adaequatio rei ad intellectum & intellectus ad verbum, tunc certum est quod omnis veritas est Dei. Qui enim de suo loquitur, mediacium loquitur. Qui autem loquitur veritatem ex Deo loquitur, ut habetur Ioan. 8. Et sic hic duo ponit, vnum quod est Dei, scilicet veritas, aliud quod est hominis, scilicet os quo annuntiat veritas. Unde ait. *Annuntiabo veritatem tuam in ore meo, & hoc in generatione & generationem.* id est non solum in generatione Iudaeorum, sed etiam in generatione gentium. De hoc vide supra versic. 1370. & 1448. Notandum autem quod prater illa quae dicta sunt supra versic. 657. & 1370. multa alia quilibet nostrum annuntiare debet. Primum annunciemus quae vere sunt speranda, scilicet illa in quibus spem debemus ponere. Vbi notandum, & ista sunt maxime duo de quibus hic agit psalmista, scilicet mi-

Annunciatio misericordiam & veritatem.

sericordia in primo versiculo, & iustitia in secundo. psal. 91. Ad annuntiandum manere misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Vbi nota, quod per manere prosperitas, per noctem vero aduersitas designatur. In mane ergo prosperitatis annuntianda est misericordia Dei, sed in nocte aduersitatis, veritas & iustitia Dei. Primum ut tu bona tuis meritis non credas habere, sed sola misericordia Dei. Secundum ut aduersa iuste pro tuis peccatis te pari cognoscas. Et hoc sententia-liter ponit glo. in psal. 91. dicens. *Ad annuntiandum manere.* id est quando bene est tibi, quod ex misericordia prouenit Dei. Quando ergo bene est tibi, lauda & annuncia misericordiam, sed annuncia veritatem per noctem, id est in aduersis, quando scilicet male est tibi lauda & annuncia veritatem, quia ipse iuste flagellat. Et est sensus, quod prospera ex gratia Dei, aduersa vero ex iustitia te habere cognosce. Et hoc contra aliquos qui prospera suis meritis attribunt, & aduersa se iniuste pati praedicant, sperantes magis in seipsis, alias in mundo quam in Deo. Cum oppositum figuratiter ab angelis signum nobis est ostensum, Apoc. 14. ubi dicitur, quod Ioannes vidit tres angelos annunciantes & euangelizantes, quorum primus volabat per medium caeli habens euangelium aeternum, ut annunciarer sedentibus super terram & super omnes gentes voce magna, dicens. Time domini & date illi honorem, qui fecit caelum & terram & omnia quae in eis sunt. Cuius rationem assignat, dicens, quia venit hora iudicij eius. Secundus angelus secutus est primum, dicens. Cecidit cecidit Babylon illa magna, quae vi no fornicationis suae potauit omnes gentes. Tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna. Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem eius in fronte sua vel in manu, hic bibet de vino irae Dei, & cruciabitur igne & sulphure, & fumus tormentorum suorum ascendet in saecula saeculorum, nec habebit requiem die ac nocte. Pro cuius euidencia sciendum, quod homines communiter in tribus spem suam ponunt. Quidam in Christo: & hoc bonum: quidam in mundo, & hoc est malum: quidam in Diabolo, & hoc est pessimum. Et secundum haec tria praedicti tres angeli tria nobis annunciant, ostendentes in quibus sperare debemus, & in quibus non. Primum ergo angelus annunciat nobis de Christo, quod ipse fecit caelum & terram & omnia quae in eis sunt, ex quo ostenditur, magna potestatis. Et ideo ipsum timere debemus & a nobis expellitur omne peccatum. Quoniam ut dicitur Eccl. 1. Timor domini expellit peccatum. Secundum ipsum debemus honorare, scilicet per opera virtuosa, & non solum verbis sine operibus. Unde dicitur Proverb. 3. Honora Deum de tua substantia & de primitiis frugum tuarum da pauperibus. Tertium debemus ipsum adorare, scilicet cognoscendo ipsum redemptorem omnium esse & glorificatore eum, pro magorum qui procidentibus adorauerunt eum, & apertis thesauris suis, &c. Sed quare ista Christo facere debemus, angelus assignat rationem, dicens. Quia venit dies iudicij eius: quia scilicet tunc a nobis rationem exigit qualiter ipsum tractauerimus peccata cauendo, qualiter ipsum honorauerimus, opera faciendo, qualiter ipsum adorauerimus, spem totam in ipsum ponendo, dicens nobis. Redde rationem villicationis tuae. Secundus vero

vero angelus de mundo nobis annunciat duo, scilicet placibilitatem apparentem, quia de vino delectationis suae apparentis potat omnes gentes, dum scilicet omnibus se ipsum proponit, & quicquid in ipso est laetitiae & solatij, significat per vinum inebrians & delectans. Istud est vinum de quo dicitur Gene 9. quod cepit vir agricola exercere terram, & plantauit vineam, bibensque vinum inebriatus est & denudatus in tabernaculo suo. Sic qui mundi delectationes sequitur, spoliat & denudatur. Secundum ostendit de mundo eius liberalitatem deficientem, dicens. Cecidit Babylon. Nam transit mundus & concupiscentia eius, & ideo in ipso sperare non licet. Cecidit autem Babel, id est mundus propter multitudinem vitiorum. Dicit autem bis, cecidit, propter maiorem expressionem casus, vel propter duplicem casum, scilicet corporis & animae. Tertius vero angelus annunciat nobis de diabolo tria. Primum eius naturam impugnantem, unde vocauit eum bestiam. Ad instar namque bestiae est crudelis homines impugnando, figuratus per bestiam quam Daniel vidit, quae erat crudelis mirabilis atque fortis dentes ferreos habens magnos comedens, &c. Secundum ostendit eius culpam deformantem quam in se habet, & in alios conatur inducere, quam vocauit characterem & imaginem bestiae. Nam culpa in diabolo dicitur character, quia indelebilis est, in homine vero imago quia deleri potest per poenitentiam. Ut sic demon sit ille qui habet characterem indelebilem per obstinationem, homo vero imaginem per poenitentiam delebilem. Istum characterem diaboli quidam portant in fronte per manifesta peccata sine verrecundia, quidam vero in manu per culpam occultam. Tertium ostendit diaboli poenam assigentem quam in se patitur, & peccatores patientur post mortem. Unde dicit, quod biberunt de vino irae Dei. Et sic ex praedictis patet qualiter angeli nobis annunciant quod sperare debemus in Christo non in mundo vel diabolo. Et hoc annuncians eius misericordiam & veritatem, scilicet iustitiam ante peccatum, sed misericordiam post culpam.

1502 Quoniam dixisti in aeternum misericordia aedificabitur in caelis, praeparabitur veritas tua in eis.

Hic consequenter ostendit rationem dictae laudis, misericordiae, scilicet & iustitiae. Et primum ostendit rationem in generali, secundum magis in speciali, ubi. *Confitebimur.* Quantum ad primum sciendum quod tota ratio laudis diuinae misericordiae & iustitiae est ipse Christus & regnum eius, de quo iste psalmus agit, per quem gratia & veritas facta est, ut dicitur Ioan. 1. Et primum describit gratiam & veritatem electis factam per Christum, secundum describit modum, ubi. *Disposui.* Quantum ad primum nota, quod per caelos intelliguntur omnes iusti, & principaliter ipsi primi fundatores ecclesiae, scilicet praedicatores apostoli, per quos Deus fidem per vniuersum orbem praedicaui, ut patet superius versic. 252. Et in istis primum ostensa fuit Christi misericordia: quia ipsi primum electi mera gratia, & in ipsis primum per Christum praeparata fuit veritas: quia ipsi primum per spiritum

sanctum edocti fuerunt omnem veritatem. Et consequenter per istos misericordia Christi & veritas, per vniuersum orbem fuit praedicata. Et hoc est quod ait psalmista. *Quoniam dixisti.* quasi dicat. Si quaeratur a me, quare misericordias domini & quas in aeternum cantabo. Respondeo. *Quoniam tu dixisti.* id est mihi reuelasti quod misericordia tua quae scilicet aeternaliter durat primum aedificabitur in caelis, id est in sanctis apostolis, qui erunt idonei ad mundum totum illuminandum, quia scilicet veritas tua, id est veritas incarnationis Christi & mysteriorum ecclesiae praeparabitur in eis, id est per spiritum sanctum eis plene reuelabitur. Et sic quasi istum textum exponendo Ioannes ait. Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Unde scilicet apostolos qui sunt caeli, misericorditer elegit, quibus omnem veritatem per spiritum sanctum reuelauit. Propter primum dicit. *Misericordia aedificabitur in caelis,* propter secundum dicit. *Praeparabitur veritas tua in eis.*

1503 Disposui testamentum electis meis, iuravi Dauid seruo meo, usque in aeternum praeparabo semen tuum.

Hic describit modum dictae misericordiae aedificatae & veritatis. Vbi sciendum quod ista gratia & veritas primum per legem fuit prophetifata: secundo per euangelium fuit declarata. Primum ponit in principio, secundum, ubi. *Et edificabo.* Quantum ad primum ut dictum est, hic loquitur de Christo sub nomine regis Dauid, de cuius semine Christus secundum carnem descendit. Cuius incarnatio multipliciter per legem fuit prophetizata, quae data fuit soli populo Iudaeorum, qui erat populus Dei peculiaris & electus, de quo nunc dicit. *Disposui testamentum electis meis.* Nomen enim testamenti ipsa veritas lex in scriptura intelligitur: quia in ipsa Deus fecit testamentum suum, ostendens quos suos dimittebat heredes, & qualis esset eius hereditas. Sic enim apostolus Paulus legem Moisaicam dicit testamentum primum, & legem euangelicam testamentum nouum, dicens de Christo Noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum praeparationum quae erant sub priori testamento, &c. Dicit ergo de lege antiqua. *Disposui testamentum electis meis.* id est legem dedi filiis Israel, quos mihi elegi in populum peculiarem. Unde populo Israel dixit Moyses, Deut. 7. Te elegit dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis qui sunt super terram. Et in lege antiqua data populo Israeli promissit dominus, quod regnum Christi maneret in aeternum, loquendo de Christo sub nomine Dauid. Hoc enim promissit Deus Abraham, dicens. Terram hanc, quam conspicis, scilicet terram Chanaan dabo semini tuo usque in sempiternum, quod in Dauid primum fuit adimpletum, qui primus totam terram Chanaanorum possedit, & possidisset in sempiternum, nisi reges descendentes ab eo obstaculum posuissent. Tales enim promissiones Dei sub conditione dabantur, scilicet si illi Deo obedientes existerent. Et hoc est. *Iuravi Dauid seruo meo.* Ut enim habetur 2. Regum 7. Misit dominus Nathan ad Dauid, qui diceret ei ex parte domini. Suscitabo semen tuum post te, & firmabo regnum eius, &

Testamentum dicitur scriptura.

Heb. 9.

Deut. 7.

Gen. 15.

2. Reg. 7.

stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum. Et hoc est quod hic dicit. *Iuravi David seruo meo, vsque in aeternum preparabo semen tuum.* Et ad literam fuisset factum, nisi successores Dauid possissent obicem. Sed hoc de regno Christi intelligebatur, cuius semen & filij sunt fideles, in quibus Christus regnat aeternaliter, vt ait apostolus ad Galatas 4.

1504 Et edificabo in generatione & generationem sedem tuam.

Hic ostendit quomodo veritas & misericordia regni Christi in nouo testamento fuit declarata, qua scilicet declarauit angelus annuncians Marię perpetuitatem regni Christi in fideli populo, sibi dicente. Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris eius & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis. Et hoc in spiritu praedicens psalmista de Christo ait ex parte Dei. *Et edificabo in generatione & generationem sedem tuam.* Quid autem est sedes Christi, nisi fideles in quibus Christus sedet & regnat. Vnde glo. *Et edificabo in generatione & generationem sedem tuam.* id est fideles. Nos enim qui credimus, semen Christi sumus, & sedes in quibus Christus quiescit & regnat. Nisi enim ab illo regeremur, a nobis ipsis praecipitaremur, quia sedes sapientiae anima iusti. Vel per sedem intellige Christi humanitatem, quae in aeternum verbo manet vnita, vide supra. 742. Quod autem hic duplicatur generatio: quia dicit, *in generatione & generationem.* intelligit quod Christus regnabit non solum in generatione iudeorum, quia ex illis multi fuerunt electi, sed etiam in generatione gentium conuersarum. Vel intellige generationem carnalem quae est in praesenti vita, in qua iusti viuunt in carne & generationem spiritualem quae erit in patria. Nunc ergo sedet Christus in nobis, quos regit, & tunc sedebit in sanctis, quos beatificabit. Et ita in generatione & generationem edificabitur sedes Christi.

Luca 1. Sedes Christi sunt iusti.

Generatio duplex.

1505 Confitebuntur caeli mirabilia tua domine, etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Duo praemisit psalmista in generali, scilicet legislationem & regni Christi confirmationem. Vnde nunc illa duo declarat in particulari. Et haec duo modò tractat in particulari. Et primo primum, secundò secundum, ibi. *Tunc locutus es.* Circa primum sciendum, quod lex antiqua fuit data satis cito post exitum de Aegypto, quia quinquagesima die. Et ideo ad illam declarandam agit hic de illo exitu, & de aliquibus beneficiis tunc illi populo collatis, & primò de beneficiis datis ante ingressum terrae promissionis, secundò de beneficiis post ingressum, ibi. *Thabor & Hermon.* Circa primum sex narrat beneficia literaliter populo exhibita ante ingressum terrae promissionis, vt per illa ostendat beneficia in praesenti vita a Christo nobis exhibita. Et secundò ista prima pars diuiditur in sex. Primum beneficium est, quod dedit eis panem angelicum, secundum quod dedit eis nubes refrigerij, ibi. *Quoniam in nubibus,* tertium quod dedit eis legis magistrum, ibi. *Deus qui glorificatur.* quartum quod dedit eis contra hostes adiutorium, ibi. *Domine Deus virtutum.* quintum quod mare fecit eis peruium, ibi.

*Tu dominaris.* sextum quod Pharaonis extinxit exercitum, ibi. *Tu humiliasti.* Ex quibus concludit firmum Dei imperium, ibi. *Tui sunt caeli.* Quantum ad primum beneficium sciendum, quod Deus illi populo de caelo dedit eis panem angelicum, scilicet manna, vt habetur Exod. 16. vide supra versicu. 1305. & 1306. Qui quidem panis fuit mirabilis. Vnde ipsum videntes filij Israel, admirantes dixerunt, man, id est quid est hoc? Et hoc beneficium recolens psalmista ait. *Confitebuntur caeli mirabilia tua domine.* Per hoc autem vult significare beneficium nobis a Christo datum, quado per apostolos per mundum misit fidem praedicare gentibus. vide sicut superius psal. 18. Coeli enarrant gloriam Dei, &c. versicu. 25. Vel per hoc vult significare panem caeli nobis datum per illud beneficium manna, id est sacrificium eucharistiae figuratum, vt dictum fuit supra versicu. 1305 & 1306. Sequitur. *Etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum.* Quantum ad beneficium literale per illud beneficium manna datum de caelo, Deus probatus fuit verax, quia promisit eis panem caeli dare, quod quia promissum adimpleuit in congregatione sanctorum, verax fuit praedicatus. Similiter si de praedicatione apostolorum intelligatur, manifestum est, quod Dei veritas per ipsos in ecclesia fuit confessa & publicata. Si autem de sacramento altaris intelligatur, patet quod per illud veritas quae Christus est in ecclesia vsque ad finem mundi manet, Christo dicente. Ego autem vobiscum sum vsque ad consummationem saeculi.

1506 Quoniam quis in nubibus aequabitur Domino, aut quis similis erit Deo in filiis Dei.

Hic ponit secundum beneficium, scilicet quia dedit eis nubes refrigerium. Quia (vt habetur Exo. 13.) dominus praecedebat populum suum per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis, vide supra versicu. 1294. Intelligitur etiam de nube illa densissima, quae operuit montem Sinai, quando dominus ibi descendit ad dandum legem, vt habetur Exo. 19. De qua nube prodeiebant verba decem praceptorum. Et in istis duabus nubibus singulariter apparuit virtus diuina, quia similia nulla virtus angelica per se facere poterat. Et hoc est quod dicit. *Quoniam quis in nubibus,* scilicet talibus aequabitur domino? Certè nullus. Non solum nullus homo, sed etiam nullus angelus. Et hoc est quod subdit. *Quis similis erit Deo in filiis Dei?* Hic enim per filios Dei, intelligit sanctos angelos, sicut dicitur Iob 1. Cumque venissent filij Dei vt astarent coram domino, &c. vbi ait Greg. Qui autem filij Dei, nisi electi angeli vocantur? Est ergo sensus. *Quis similis erit Deo in filiis Dei.* id est quis inter angelos similis erit Deo in nubibus praedictis faciendis? Certè nullus, nec homo nec angelus, vide supra versicu. 1158. Per hoc autem vult ostendere, quod nullus homo quantumcunque sanctus vel iustus Christo domino potest aequari. Vnde per nubes intelligit sanctos apostolos & praedicatores, qui ad modum nubium aqua scientiae diuinae mundo dederunt, vt ostensum est supra versicu. 556. & 1273. Per filios autem Dei intelligit generaliter omnes iustos fideles, de quibus Ioan. 1. Dedit eis potestatem filios Dei fieri,

Manna dicitur populo quod significat. Exo. 16.

Psal. 18.

Exo. 16.

1507

Mat. 16.

1506

Exo. 13.

Exo. 19.

Iob 1.

Greg. 1.

mor. 12.

Psal. 117.

Psal. 117.

Psal. 117.

Psal. 117.

fieri, his qui credunt &c. Vult ergo psalmista dicere, quod nec inter apostolos, nec inter oes quoscumque iustos aliquis Christo potest assimilari, nec imitari, quia ille filius Dei est naturalis, nos adoptiui, ille genitus, nos creati, ille ab aeterno genitus, nos in tempore facti, ille vnicus, nos multi. Vnde hoc ostendens Greg. super illo verbo Iob. 36. Nullus est ei similis in legislatoribus, dicit. Legislator Moyses, legislator Iosue, legislatores prophetae, legislatores cunctos dicere possumus, quos ex lege admonuisse populum scimus. Sed Christo domino in legibus nullus est similis, quia isti grauitate vocati, ex peccatis ad innocentiam redeunt & ab his qua in semetipsis experti sunt, praedicando alios reducunt. Mediator autem noster homo sine peccato est filius sine adoptione. nec perpetrauit vnquam quod redarguit. Et sic mundo ex humanitate loquitur, vt tamen eidem mundo etiam ante saecula ex diuinitate dominetur &c.

Deus, qui glorificatur in consilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes, qui in circuitu eius sunt.

Hic ostendit tertium beneficium, scilicet, quod eis dedit legis magistrum. Vbi notandum quod lex antiqua fuit data per ministerium sanctorum angelorum, dicente Stephano iudeis. Accepistis legem in dispositionem angelorum, cum quibus sanctis angelis Deus consilium dicitur habere, non quod informetur ab eis, sed quia illis consuluit dum eis reuelat secreta sua, vt illa nobis consequenter reuelent. Sic enim consuluit angelis sanctis, quando eis dedit legem, quam ipsi consequenter Moysi dederunt. In qua lege fuit Deus glorificatus, quia primum legis praecipitum est, quod ipse solus Deus sit adorandus, & diligendus super omnia. Et hoc est quod ait psalmista. *Deus qui glorificatur in consilio sanctorum suorum,* id est, Deus qui ostenditur gloriosus in lege quam reuelauit sanctis angelis vt ipsam darent hominibus. Quae lex dicitur consilium, quia praecipita continent quibus consultitur animabus, ne pereant. In qua lege etiam fuit Deus ostensus terribilis & magne potestatis. Vnde sequitur. *Magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.* Vt enim habetur Exod. 19. Terribilis omnibus filiis apparuit Deus, quando legem dedit. Nam vt ibidem dicitur, cum ceperunt audiri tonitrua, micare fulgura, nubesque densissima operuit montem timumque populus. Et sic omnibus, qui erant in castris in circuitu montis, apparuit terribilis Deus. Per hoc vult psalmista ostendere, quod per praedicationes sanctorum apostolorum, Deus per orbem erat glorificandus, & super omnes Deos gentium, qui in circuitu colebantur, potens & terribilis ostendendus. Et dicit idola in circuitu Dei existere, non quod Deus aliquo terreno circundetur, cum sit vbique, sed cultus veri Dei erat solum in populo israel, qui habitabant in terra promissionis, quae dicitur esse in medio terrae habitabilis. Nonne terribilis illis ostendebatur Deus, quando ad praedicationem apostolorum idola corruerant, templa funditus destruebantur, & idolorum cultura euacuabatur per orbem, ideo dicitur psal. 75. Tu terribilis es &c.

Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Hic ponitur quartum beneficium, scilicet, quod contra hostes dedit eis adiutorium. Quod maximum fuit quandoque Amalech cum exercitu suo venit contra filios israel in deserto, & Deus ostendit virtutem suae potestatis, quia Moyses abscedente a pugna dum stabat in monte orans, virtute orationis Moysi superatus est Amalech, & fugatus in ore gladij. Exod. 17. Quis autem alius quam Deus tale adiutorium conferre posset? certè nullus. Et hoc est quod hic recolens psalmista, dicit. *Domine Deus virtutum,* id est, sanctorum angelorum, qui sunt executores diuinae voluntatis, vn de etiam vnus ordo angelicus virtutes dicitur. *Quis similis tibi?* certè nullus, quia voluntas tua est tua potentia, vnde Sapient. 12. Subest tibi posse cum volueris, quod de nulla creatura verificatur. Quis enim verbis vel orationibus tantum exercitum potuisset subicere, nisi Deus? Ideo subditur. *Potens es domine,* quia vt dicitur psalm. 23. Dominus fortis & potens, dominus potens in praelio. Vnde sequitur. *Et veritas tua in circuitu tuo* quod ideo dicit quia promissa complet. Promisit enim ipsi Moysi delere memoriam ipsius Amalech de sub caelo, quod & fecit, quia ad nihilum illum redegit cum potentia sua. Et nota quod ait. *Veritas tua in circuitu tuo.* Quod ideo dicit, non quod veritas Dei circundetur a rebus, cum sit vbique, sed quia sicut veritas intellectus nostri causatur a rebus cognitis, sic per oppositum veritas intellectus diuini est causa rerum, ideo enim res est quia Deus scit illa esse, & non econuerso, vt ostendit magister libro 1. distin. 38. Cum autem causa reliceat in effectibus suis, sequitur quod Dei veritas relucet in omni creatura. Et veritas dicitur in creatura Dei, quia relucet in omni re creata. Et nota hic quod quamuis Deus modo praedicto ab omni creatura circundetur, tamen modo speciali maxime circundatur a sanctis, de quibus dominus ait. In circuitu meo pueri mei. Pueri enim sunt in circuitu Dei, quando sancti ex omni parte Deo obsequuntur per aspera, & prospera per famam & infamiam, per statum praetitionis alium & subiectionis bassum. Vnde praedicta verba exponens Grego. ait. Pueri vocantur qui caelestibus mandatis inseruiunt, vnde per prophetam dicitur. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi dominus. Nunc ergo in circuitu Dei sunt pueri, quia in cunctis fere gentibus reperiuntur, qui caelestia mandata custodiunt. Et nota quod isto modo multae virtutes faciunt nos esse in circuitu Dei. Primus est circuitus asperitatis & poenitentiae psal. 25. Lauabo inter innocentes manus meas & circundabo altare tuum domine. Quod enim est altare Dei nisi Christus super quem oblationes nostras offerimus Deo? quod locus poenitentiae circundat. Secundus est circuitus charitatis & amicitiae de quo psalm. 127. Filij tui sicut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae. Oliua enim pacificos charitatem habentes significat. Et isti sunt in circuitu mensae domini, quia satiantur pane caelesti, & Christi doctrina. Tertius est circuitus humilitatis & reuerentiae. De quo psalm. 75. Vonete & reddite domino Deo vestro omnes, qui in circuitu eius assertis munera. Vbi ait glo. In circuitu Dei

1508

Exod. 17.

Sapient. 12.

Psalm. 23.

Circuitus sanctorum.

Iob. 29.

Grego. 19. mora. c. 11. Esa. 8.

Circuitus bonus multiplex. Psalm. 25.

Psalm. 127.

Psalm. 75.

Dei sunt humiles vt famuli. In circuitu eius sunt quasi medij qui intelligunt communem esse, omnibus veritatem, & non faciunt superbiendo propriam voluntatem. Hi afferunt munera qui habent humilitatem. Qui autem quasi sumi faciunt quod est commune omnibus, tanquam in medio positum ad partem ducere conantur, & hi non offerunt munera, quia vt humiles in circuitu non existunt. Quartus est circuitus veritatis & sapientia. Ipsa enim veritas in circuitu dicitur esse, quia omnia continet & amplectitur. Sic enim dicitur hic Deo. *Veritas tua in circuitu tuo.* vbi glo. Veritas tua in circuitu tuo est domine, non solum in loco, vbi natus es, sed etiam in omnibus, qui sunt in circuitu tuo. Expansa est enim vbique veritas quae tamen solum in Iudaea incepit praedicari. **Mare gentium circa aridam Iudeorum incepit fremere vt leo in Sanfonem cum iret ducere vxorem de alienigenis.** Vnde ipsa veritas merito circuitus dicitur: quia omnia circuit, caelum, terram & mare, ipsa de se dicente. Gyrum caeli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui.

*Iudic. 14.*

*Zecl. 24.*

1509

**Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.**

*Exod. 14.*

*Ps. 65.*

*Greg. 9 mo. cap. 5.*

*Ps. 32.*

Hic ponitur quintum beneficiu, scilicet, quia mare fecit eis peruium. Nam (vt habetur Exo. 14.) cum essent filij israel conclusi, quia ab vna parte habebant mare, & post se ab alia parte Pharaone cum exercitu eius persequentem, cum Moyses praeepto domini extendisset manum suam super mare, abstulit illud dominus flante vento vehementi tota nocte, & vertit in siccum. Et hoc recolens psalm. hic ait. *Tu dominaris potestati maris, quia ipsam vertit in siccum. Motum autem fluctuum eius tu mitigas,* quia quando ille ventus vehemens cepit stare, mare fuit commotum & fluctibus magnis agitabatur, quos tamen mitigauit dominus quia mare ex toto exsiccauit, vnde psalm. 65. *Qui conuertit mare in aridam.* Per hoc vult significare psalm. quod Christus sua potestate gentes quae per mare significantur ad fidem conuerteret, & fluctus persecutionis sedaret. vnde Grego. super illo verbo Iob. 9. Graditur super fluctus maris ait. *Quid enim maris nomine nisi in bonorum necessitatis mundi huius amaritudo significatur? de quo per psalm. dicitur. Congregans quasi in vitro aquas maris.* Aquas etenim maris quasi in vitro dominus congregat, cum miro moderamine cuncta disponens in suis clausis cordibus carnalium minas fienat. Super fluctus ergo magis dominus graditur, quia cum se procelle persecutionis erigunt miraculorum eius obstupescatione franguntur. *Qui enim tumores humanae vesaniae mitigat quasi erectas in cumulo vndas calcet.* Nam cum morem suum gentilitas destrui noue conuersationis praedicatione conspiceret, cum mundi huius diuites elationi suae contraire viderent facta pauperum, cum sapientes saeculi aduersari sibi imperitorum verba pensarent, in persecutionis protinus tempestatem tumuerunt. Sed qui verborum aduersitatem commoti ad persecutionis procellas insilunt, signorum admiratione temperantur. Tot ergo fluctus maris dominus mitigat, quot superbos persecutores per praedicationes & miracu

la humilians conuertit ad fidem. Vnde bene rursus per psalm. dicitur. *Mirabiles elationes maris mirabilis in altis dominus,* quia contra electorum vitam ad persecutionis vndas mundus se mirabiliter exaltat, sed has supernorum conditor subleuata virtute praedicationis mirabilis strauit. *Ministros etenim suos plus ostendit posse per miracula quam potestates terrenas timere per iram.* Bene ergo Deo dicitur. *Tu dominaris potestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.*

**Tu humiliasti sicut vulneratum superbum, in brachio virtutis tuae disperisti inimicos tuos.**

Hic ponit sextum beneficium quia Pharaonis extinxit exercitum. Per superbum enim intelligit Pharaonem regem Aegypti, cuius cor contra Deum multoties eleuatum est & induratum, vt patet Exod. in multis capitulis in principio, in tantum quod cum Moyses sibi diceret ex parte domini vt dimitteret populum suum, ipse elatus superbe respondit. vt habetur Exod. 5. dicens. *Quis est dominus, vt audiam vocem eius, & israel dimittra? Nescio dominum, & israel non dimittram.* Hic autem Deus humiliavit id est, ad nihilum redegit, quia ipsum cum toto exercitu suo submersit in mare vt habetur Exod. 14. Et hoc fuit ostensio infinitae potentiae Dei, qui ad libitum mare conuertit in aridam, donec transiret populus suus, quo transacto cum Pharaone persequeretur eos intrauit siccum fundum maris, & statim dominus mare reduxit ad primum statum, & submersit Pharaonem cum toto exercitu suo, nec vnus quidem eorum remansit, qui non submergeretur. Et istud beneficium recolens psalm. dicit Deo. *Tu humiliasti sicut vulneratum superbum in brachio virtutis tuae &c.* Et per hoc vult psalm. intelligere quod Christus in noua lege diabolum sibi subiiceret & humiliaret, id est, ipsum a potestate sua comprimeret. Nam quae doque humiliari in scriptura significat puniri & de alto ad bassum deponi, vt dictum fuit superius versu. 616. Sic enim istum textum intelligit glo. dicens *Tu humiliasti superbum,* id est, draconem superbam qui factus est in mari ad illudendum ei, scilicet, diabolum qui per humilitate Christi in quo alij sunt humiles humiliatur. Humiliavit enim se Christus vt humiliaret superbum. Superbus enim diabolus superbos homines trahebat alias tenebat, *Sicut vulneratum,* vulneratur diabolus vulnerato Christo nondum ex toto mortuus est. Humiliatus est ergo diabolus perdendo quos tenebat, vulneratus est non perforata carne quam non habebat, sed percusso corde vbi superbiebat. *Et hoc in brachio virtutis tuae,* id est, Christo qui brachium Dei dicitur, vt superius dictum est versu. 713. 1367. Sic & istum textum exponit Grego. super illo verbo Iob. 26. *Prudencia eius percussit superbum,* dicens. *Quis hic altus superbus appellatur nisi ille, qui dixit. Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo,* & de quo voce Dei dicitur. *Ipsa est rex super omnes filios superbiae.* De quo etiam per psalm. dicitur. *Tu humiliasti sicut vulneratum &c.*

**Tui sunt caeli & tua est terra orbis**

**terra & plenitudinem eius tu fundasti, aquilonem & mare tu creasti.**

Ex praedictis hic psalm. concludit firmum Christi imperium. Christus enim ex duplici natura consistit scilicet diuinitate & humanitate. Diuinitate est aeternus, sed humanitate temporalis. Diuinitate creauit omnia, sed humanitate factus est inter omnia. De Christo ergo ratione personae quae Deus est dicit. *Tui sunt caeli,* quia illos creauit. *Et tua est terra* Quinimo orbem terrae & plenitudinem eius, id est, omnia quae in orbe sunt, tu fundasti. Sic enim scribitur psalm. 23. *Domini est terra & plenitudo eius. Aquilonem & mare tu creasti.* Aquilo enim est pars directae opposita mari. Ideo per mare, & aquilonem intelligit omnes partes & differentias orbis. Per ista autem vult habere psalm. quod nulla creatura contra Deum se erigere debet, quia ipse est dominus & creator omnium. Vel per caelum intellige apostolos, & homines caelestes. De caelis dictum est superius psalm. 18. *Caeli enarrant gloriam Dei.* Per terram autem intellige humiles, qui audientes verbum Dei fructum afferunt in parientia. Et sic tam caelum quam terra sunt domini, quia non solum maiores & praeterati boni, sed etiam simplices subditi, & boni sunt de corpore Christi. Orbis terrae dicitur ecclesia toto orbe diffusa, cuius plenitudo sunt fideles, quam Christus praedicatione fundauit apostolorum. Et isti omnes sunt Christi, quia pertinent ad corpus eius mysticum. Sed & alia creatura quae non sunt sua, quia non pertinent ad corpus Christi mysticum, sicut est diabolus & obstinati homines, quos tamen Christus creauit. De quibus subdit. *Aquilonem & mare tu creasti.* Per aquilonem intellige diabolum, sed per mare obstinatos homines. Per aquilonem enim diabolus intelligitur. Vnde Grego. 17. li. mora. ca. 11. *Aquilonis nomine in sacro eloquio appellatur diabolus vt ait glo. Dicit ergo de istis Deo psalm. Aquilonem & mare tu creasti quasi dicat. Et licet isti non sint tui, tamen plus valet ad dominationem tuam, quod in illis fecisti quia per ipsos purgatur ecclesia, quam valeat illorum voluntas ad malitiam suam.*

*psalm. 23.*

*psalm. 18.*

*Exod. 5.*

*Exod. 14.*

*Diabolus per Christum fuit humiliatus.*

*Grego. 17. mora. ca. 11.*

*Grego. 17. mora. ca. 11.*

1510

**Thabor & Hermo in nomine tuo exultabunt, tuum brachium cum potentia.**

Hic profequitur psalm. de beneficiis datis populo post ingressum terrae promissionis. Omnia enim ista dicit psalmista ad ostendendum potentiam Christi, vt ex hoc concludat sub figura Dauid regni Christi in fidelibus perpetuitatem. Duo ergo facit, quia primo describit beneficia exhibita populo post ingressum terrae promissionis, secundum ex illis concludit perpetuitatem regni Christi in fidelibus, ibi. *Tunc locutus.* Quantum ad primum nota, quod sicut sex beneficia eis exhibita ante ingressum terrae promissionis superius enumerauit, ita conformiter alia sex hic annumerat eis collata post ingressum terrae promissionis. Quorum primum fuit idololatrarum superatio in

principio, secundum cultus Dei confirmatio, ibi. *Firmetur.* tertium promissorum adimpletio, ibi. *Ad misericordiam.* quartum. *Leuitarum informatio,* ibi. *Domine in lumine.* quintum populi Dei exaltatio, ibi. *Quoniam gloria.* sextum sub Deo gubernatio, ibi. *Quoniam dominus.* Quantum ergo ad primum sciendum quod postquam Iosue cum populo Dei intravit terram promissionis Deus dedit eis mirabiles victorias de idololatriis, & non solum ipsi Iosue, sed etiam successoribus suis, de quibus dicit. *Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt.* Hermo enim est quidam paruus mons iuxta ripam Iordanis, per quem transiit Iosue cum populo Dei quando miraculose transiit Iordanem, quia sub pedibus sacerdotum aqua Iordanis fuit exsiccata donec totus populus transisset, vt habetur Iosue 3. Quo transacto fuerant in illo monte Hermon exultantes & Deum laudantes. Et sic ille mons Hermon dicitur exultasse, quia in eo filij israel transacto Iordane exultauerunt. Thabor vero est ille mons in quo praecisa fuit victoria quam habuit Barach de Syfara & exercitu eius, de qua dictum est superius versu. 1421. quia dimicatum est de caelo contra eos. vnde ibidem Delbora & Barach exultantes cum populo decantabant canticum domino, vt habetur iudicum. 5. Sic ergo isti duo montes dicuntur exultasse: quia in illis populis exultauit, in Hermon pro transitu Iordanis miraculoso in Thabor pro victoria de caelo habita contra idololatrias. Quae omnia facta sunt virtute brachij Dei. Quae recolens psalm. dicit. *Thabor & hermon in nomine tuo exultabunt,* id est in eis exultauit populus & hoc laudando. *Tuum brachium cum potentia.* id est potentiam brachij tui vel virtutis tuae id est, Christi qui per brachium significatur. vide supra versu. 713. 1367. Per hoc vult ostendere psalm. quod per aduentum veri luminis Christi diabolus expelleretur a cordibus fidelium, quod patet ex interpretatione nominum. Nam Thabor interpretatur veniens lumine, & significat aduentum Christi, qui est verum lumen qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Hermon vero interpretatur anathema eius & significat illos qui a Christo illuminati anathematizant diabolum. Est ergo sensus secundum glo. Thabor, id est, illi qui a te lumine veniente, scilicet Christo, sunt illuminati. *Et Hermo* scilicet qui anathematizant diabolum. *Exultabunt in nomine tuo,* non in suis meritis. Et hoc *tuum brachium cum potentia* id est Christum & eius potentiam magnificantes.

*Hermoneus.*

*Iosue. 3.*

*Thabor.*

*Iudicum. 5.*

*Iosue. 7.*

1513

**Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua, iustitia & iudicium praeparatio sedis tuae.**

Hic ponit secundum beneficium scilicet cultus Dei confirmatio. Vbi sciendum quod postquam per Moysen praeepto domini fuit facta arca testamenti, in qua Deus colebatur, non habuit firmam mansionem, donec tempore Iosue fuit posita in Sylo, ante enim stabat sub tabernaculo per Moysen facta quod portatile erat. Sed debellatis habitatoribus terrae promissionis habuit in Sylo firmam mansionem, ita quod hostium debellatio praecessit stabilitatem loci arcae domini. Et hoc notat psalm. primo dicit hostium superationem dicens. *Firmetur manus tua,* scilicet, contra inimicos nostros

*Iosue. 8.*

*Arca Iosue firmam primam habuit in Sylo.*



stros. *Et exaltetur dextera tua*, scilicet, eos debellando. Quod factum fuit tpe Iosue, maxime leuauit manum contra urbem Hai, & non contraxit manum quam in sublime porregerat, donec interficerentur omnes habitatores Hai. Et sic consequenter aliis interfecit, parauit locum stabilem pro arca domini in Sylo. Quod enim idololatras occupantes terram promissionis interficerentur, ex diuino iudicio & præcepto processit. Et sic illa iustitia qua interfecit fuerunt, fuit quædam præparatio sedis domini pro arca in qua sedes Dei dicebatur. Dicit ergo psalm. *Firmetur manus tua*, scilicet, serui tui Iosue contra hostes. *Et exaltetur dextera tua*, scilicet, Iosue, vt fecit contra ciuitatem Hai ad interficiendum idololatras, quod est ex iustitia Dei, & sic talis iustitia & iudicium. Idololatrarum in iustitia erit præparatio sedis tuæ. i. facta illa iustitia præparabitur locus stabilis p arca domini. Deinde habuit locum stabilem in templo tempore Salomonis. Per hoc vult ostendere psalm. quod Christus sua potestate humiliavit superbos, & sic auxit numerum fidelium. Quo completo veniet in sede maiestatis suæ cum iustitia & iudicio ad orbem iudicandum. Est ergo sensus secundum glo. *Firmetur manus tua* id est operatio tua contra superbos vt humilientur, & sic exaltatur dextera tua id est augeatur illorum numerus qui in dextera tua sunt locandi in die iudicij. talis inquam numerus exaltetur id est clarificetur & augeatur donec sit cõpletus. Quo cõpleto, iustitia & iudicium erit præparatio sedis tuæ. Sedes enim Dei est æterna, sed in iudicio apparebit parata, quia omnibus iustè videbitur iudicare, quia omnia mala malorum erunt manifesta, pro quibus damnabuntur, & omnia merita bonorum erunt aperta, pro quibus saluabuntur. Quomodo autem differant iustitia & iudicium vide supra versicul. 1164.

Christus in-  
dicabit mun-  
dum expleto  
numero bono-  
rum.

1514

Misericordia & veritas præcedent faciem tuam, beatus populus, qui scit iubilationem.

Hic ponit tertium beneficium scilicet promissio-  
rum adimpletio. Vbi aduerte, quod promiserat  
Deus populo suo ipsos introducere in terram pro-  
missionis, & populos ibi inhabitantes eiicere à sa-  
cie Israel. vnde Exo. 23. Præcedet te angelus meus  
& introducet te ad Amorraeum & Ethæum &  
Pheræum & Chanaanæum Euaum & Hiebu-  
sæum, quos ego conteram à facie tua. Et sicut pro-  
misit sic adimpleuit. Et in hoc fuit misericordia  
Dei & veritas: misericordia quia gratis absq; ipso  
rū meritis illos ptegebat, sed veritas quia pmissa  
cõplebat. Et hoc est quod dicit. *Misericordia & veritas  
præcedent faciem tuam*. i. expellendo aduersarios de terra  
promissionis, vt ibidem præparetur locus stabilis  
pro arca testamenti, ante quam laudes Dei canta-  
bantur & alij ad deuotionem excitabantur, quod  
non est parui meriti, ideo subdit. *Beatus populus  
qui scit iubilationem* id est qui scit cantare. Cantus  
autem meritotius non solum requirit consonan-  
tiam vocum, sed multo fortius consonantiam  
mentis cum voce. Et attende quod hic per fa-  
ciem intelligit populum iudæorum, quia sic  
cur per faciem principaliter cognoscitur ho-  
mo, sic solum per populum iudæorum in

Facies Dei  
dicuntur in-  
dei.

A mundo Deus erat notus. psalm. 75. Notus in iudæa Deus, Per hoc vult intelligere, quod Christus in iudicio seruabit omnibus misericordiam & iustitiam, quamuis in damnatis principalis reluceat iustitia, & in beatis misericordia, vide supra versicul. 354.

Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabunt.

Hic ponitur quartum beneficium scilicet Le-  
uitarum informatio. Vbi notandum quod triplici  
lumine inuamur ad cognoscendum Deum & e-  
ius mandata, scilicet, lumine rationis naturalis,  
quod quidem est quædam impressio diuini lumi-  
nis in intellectu nostro, eo quod secundum partem  
intellectiuam homo factus est ad imaginem Dei.  
Et isto lumine ipsi antiqui philosophi cognoue-  
runt vnum principium esse, à quo omnia alia pen-  
dent, & quid iustum & quid iniustum. Nam sicut  
prima principia in speculabilibus sunt per se nota,  
ita & in agibilibus ex quibus conclusiones agi-  
bilibus deducuntur. Propter quod dicit aposto-  
lus, quod gentes, quæ legem non habent, natu-  
raliter faciunt ea, quæ sunt legis, ipsi enim sibi  
sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordi-  
bus suis. Secundum est lumen legis, quo illumina-  
mur ad sciendum quid agendum & quid cauendum,  
quia lex agenda præcipit, & cauenda prohibet.  
psalm. 18. Lex domini immaculata conuertens  
animas. Tertium est lumen diuinæ revelationis, si-  
cut prophetæ plura videbant edociti à Deo, quæ  
alij nec per lumen intellectus neque per lumen  
legis poterant cognoscere. Isto autem triplici lu-  
mine doctores & Leuitæ in populo Dei primo il-  
luminabantur, & illuminati docebant alios tan-  
quam magis edociti. Et hoc est quod ait psalm. de  
ipsis. *Domine in lumine vultus tui ambulabunt*, scilicet  
Leuitæ primò. Et dicitur quodlibet prædic-  
tum lumen, latet in vultu Dei, quia per quodli-  
bet illorum rãquã per vultum cognoscitur Deus.  
Et istud non fuit paruum beneficium doctores da-  
re populo ad ipsum dirigendum. Et sicut Leuitarum  
officium erat docere populum, sic etiam ad eos  
spectabat laudes Deo cantare ante arcam fe-  
deris, vt sicut per scientiam docebant alios, sic etiam  
per deuotionem alios ad cultum Dei tra-  
herent. Et quantum ad hoc subdit. *Et in nomine tuo  
exultabunt tota die*, id est assidue cum exultatione  
laudabunt nomen tuum. Ad ipsos etiam specta-  
bat lites & quæstiones ortas in populo iustè de-  
cidere, & eorum iudicium firmiter tenebatur, vt  
dicitur Deute. 17. Si difficile & ambiguum iudi-  
cium apud te esse perspexeris inter causam & cau-  
sam, venies ad sacerdotes Leuitici generis, qui in-  
dicabunt tibi iudicij veritatem. Et quantum ad  
hoc de ipsis subdit. *Et in iustitia tua exultabuntur*,  
quia in hoc quod alios habebant iudicare exalta-  
ti erant & honorati. Per hoc autem vult psalm.  
ostendere quod ipsi apostoli ab ipso Christo vero  
lumine primò erant docendi & à spiritu sancto il-  
luminandi, vt alios illuminarent consequenter,  
quia ipse Christus aperiens os suum docebat eos.  
Et ideo dicit. *Domine in lumine vultus tui ambula-*

Lumen mul-  
tiplex.

Roma. 1.

Psalm. 18.

Deute. 17.  
Sacerdotes  
iudicabant  
populum.

Item quod pro nomine Christi letanter martyri sustinerent, ideo subdit. *Et in nomine tuo exultabunt tota die*, quia vt dicitur Act. 5. Ibant apostoli gaudentes à conspectu consilij &c. Et quod ipsi in iudicio cum iudices assisterent. Sedebitis iudicantes duodecim tribus israel. Quod ad magnam ipsorum exaltationem erit, & ideo dicit. *Et in iustitia exultabuntur*.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Hic ponitur quintum beneficium, scilicet, populi Dei exaltatio. Ille enim populus à Deo multum fuit exaltatus in spiritualibus & temporalibus. In spiritualibus, quia ille solus habuit legem & prophetas ceremonias, & verum Dei cultum. Non fecit taliter omni nationi. In temporalibus quia pauci illorum gloriose triumphabāt de multis hostibus, vt vnus fugaret mille, & duo decem milia, quod non erat illorum virtute sed Dei pugnantis pro ipsis. Propter quod dicitur psalm. 43. Neque enim in brachio suo possederunt terram &c. sed dextera tua & brachium tuum, quoniam complacuiti in eis. Et hoc est quod hic dicit psalm. *Quoniam gloria virtutis eorum tu es* id est tibi debetur gloria omnis virtutis illorum. Et idem aliis verbis exprimit, dicens. *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum*. Per cornu enim potestas designatur. Per hoc enim vult psalm. ostendere quod virtus, qua apostoli pauperes & idiotæ in breui tempore per totum orbem fidem Christi seminauerunt & magnam partem mundi conuerterunt, talis inquam virtus fuit, non ipsorum sed Christi, quia in virtute nominis Christi illa faciebant, per quæ Christus exaltatus fuit in mundo. Et hoc est quod despsit ait. *Quoniam gloria virtutis illorum tu es*, id est, tu es gloria & virtus eorum. Et sic per eos tanquam per ministros exaltabitur cornu nostrum. id est Christus qui cornu nostrum dicitur. vide supra versicul. 714. De hoc autem quod dicit. *Et in beneplacito tuo &c.* notandum quod beneplacitum Dei dicitur eius effectualis voluntas, quæ cassari non potest. Nam secundum quod ait magister lib. 1. di. 45 voluntas Dei verè ac propriè dicitur quæ essentia eius est. Et hæc est vna quæ nec multiplicatam recipit, nec mutabilitatem, quæ inexpleta esse non potest. de qua psalm. 134. Omnia quæcunque voluit dominus, fecit. Et hæc voluntas rectè appellatur beneplacitum Dei. Aliquando vero secundum quandam dicendi figuram voluntas Dei vocatur, quæ secundum proprietatem nõ est voluntas eius, vt præceptum, prohibitio, consilium, permissio, & operatio, quæ dicuntur volũtas quia significata sunt voluntatis diuinæ. Et ista ideo diligenter distinguat lector, vbi de voluntate Dei scriptura commemorat. Iuxta quem modum accipi oporteat vtrum. s. pro beneplacito, an pro aliquo signorum eius. Magna enim adhibenda est discretio in cognitione diuinæ voluntatis, quia beneplacitum eius æternum est, signum vero beneplaciti eius non. Et consonat rerum effectibus beneplacitum eius, & ipsi effectus rerum ab illo non discordant. Fit enim omne quod beneplacito vult fieri, & omne quod vult non fieri nequaquam fit. Nõ autem ita est de signis, quia præcipit Deus Incog. Tom. j.

A multis ea, quæ non faciunt, & prohibet quæ non cauent, & consulit quæ non implent. Hæc magister. Ex quo patet quod voluntate Dei æterna cornu nostrum id est, ipse Christus in mundo est exaltatus. Propter quod dicit. *Et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum*.

Quia domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

Hic ponitur sextum beneficium, scilicet: populi sub Deo gubernatio: dignitas enim regis nobilitat totum regnum, sicut conuerso fatuitas regis totum regnum dissipat. Propter quod dicitur. Vnde terra cuius rex puer est, & beata terra, cuius rex nobilis est, quia vt dicitur Prover. 29. Rex iustus erigit terram. In populo autem Israel ante regem Saulem nullus hominum habuit potestatem regiam, sed ipse Deus gubernabat eos, & regebat, vnde quando populus à Samuele postulatuit habere regem, dixit Deus Samueli. Non te abiecerunt sed me ne regnum super eos. Quanta ergo erat huius populi dignitas, qui per talè regè gubernabatur? Et hoc notans psalm. dicit. *Quia domini est assumptio nostra*, quia scilicet de statu seruitutis Ægyptiorum assumpti erant ad statum libertatis & ad possidendam terram promissionis. Quæ assumptio non fuit virtute alicuius ipsorum regis vel temporalis domini sed immediatè virtute Dei qui eos regebat. Et ne credas quod loquatur de aliquo domino temporalis qui liberavit eos, statim explicat de quo domino loquebatur, dicens. *Et sancti Israel regis nostri*. Hic ly & stat pro id est. Per hoc vult psalm. ostendere quomodo Christus factus est rex noster, scilicet, per carnis assumptionem, dicens. *Quia domini*, id est filij Dei. *Est assumptio nostra*, id est carnis nostre. Ideo factus est sanctus Israel, id est sanctificans nos qui ipsum per fidem videmus. *Et regis nostri*. Sic enim assumptio nostre carnis est domini, cuius domini? sancti Israel regis nostri qui per carnis assumptionem factus est rex regum & dominus dominantium homo Christus. Circa istam assumptionem notandum quod Dei filius sic assumpsit naturam humanam, quod persona Dei non assumpsit personam hominis, non natura diuina naturam hominis, non natura diuina personam hominis, sed solum persona verbi assumpsit naturam hominis, vt ostendit magister lib. 3. distin. 5. Vnde hanc assumptionem recognoscens humana natura, & Deo gratias agens dicit. Misit de summo, & accepit me, & assumpsit me de aquis multis. In multis enim aquis miseriarum posita erat nostra natura, à quibus per hanc assumptionem liberata fuit, quia per ipsam finaliter erit glorificata. Et attende quod multis ex causis hæc assumptio facta fuit à verbo, scilicet, vt nostrum corpus in ipso beatificaretur, vt diuinum verbum per ipsum adimpleretur, vt nostra mens ex ipso humiliaretur. De quibus vide in dictionario meo, litera Assumptio. linea 4.

Ecl. 10.

Prover. 29  
Rex iustus  
regem Deus.

Reg. 8.

Apoc. 19.

3 senten.  
Psalm. 17.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, posui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea.

Hic in speciali describit perpetuitatem regni N n n Christi

Christi, quod est eius principale propositum, & hoc sub figura regni, David. Et diuiditur in tres partes: quia ponitur primò promissio de regni promotione: secundò de successorum David correctione. ibi. *Si autem*: tertio de regni David perpetuatione. ibi. *Misericordiam autem meam*. Prima in tres, quia ostendit primò quomodo David à Deo fuit ad regnum electus: secundò quomodo in regno à Deo fuit protectus, ibi. *Manus enim mea*: tertio quomodo à Deo fuit dilectus & acceptus. ibi. *Ipse inuocabit me*. Prima in duas: quia primò ponit ipsius David electionem: secundò ipsius David inunctionem. ibi. *Inueni David*. Quantum ad primum sciendum, quòd Deus David elegit in regnum. Et de ista electione Deus fuit locutus sanctis suis, s. prophetis, vt Samueli & Nathan. Nam postquam Deus abiecerat Saulem regem quia fuerat inobediens Deo in victoria quã habuit de Amalech, tunc dixit Samueli. Imple cornu tuum oleo, & veni & mittam te ad Isai Bethleemitem, prouidi enim in filiis eius mihi regẽ. Venit ergo Samuel ad Isai, qui habebat secum septem filios, & octauus, scilicet David pascebat oves, & sic erat absens. Isai autem presentauit septem filios suos ipsi Samueli singulatim secundum primogenita sua, & primo primum, s. Heliab. Et dixit dominus ad Samuelem, Hunc abieci. Secundò presentauit secundum, scilicet Aminadab & dixit. Etiam hunc non elegit dominus. Et sic consequenter de omnibus septem. Et dixit Samuel ad Isai. Non elegit dominus ex istis. Dixitque Samuel ad Isai. Nunquid iam completi sunt filij. Qui respondit. Adhuc reliquus est paruulus scilicet, David qui pascit oves. Et dixit ei samuel. Mitte & adhuc eum. Qui cum venisset dixit dominus ad Samuelem Surge & unge eum: hic est. n. Sic ergo de ista electione dauid dominus fuit locutus sancto Samueli, de hoc vide versu. 1453. Similiter locutus est ipsi Nathan dicens. Dices seruo meo David. hęc dicit dominus exercituum. Ego te tuli de pascuis sequentem gregẽ vt esses dux super populum meum, &c. Et hoc notans psal. ait. *Hunc, scilicet reprobo Saule. locutus es sanctis tuis, scilicet Samueli & Nathan*. Et quid locutus es sequitur. *Posui adiutorium in potestate*. scilicet ipsi dauid quã erat fortis viribus dedit adiutorium meum: quia vt habetur. 1. Regu. 17. a iuuentute sua interfecit leonem & vrsum. Sed maxime adiutorium suum Deus in illo posuit quando inermis occidit gigantem. Dixisti etiam sanctis tuis. *Ego exaltaui electum de plebe mea*. Plebs enim vocatur populus minor & ignobilis. David autem dum pasceret oves ad regnum à Deo fuit electus & exaltatus. Ita enim omnia quamuis literaliter de David fuerunt verata: tamẽ intentio psalmistæ erat. ista de Christo esse intelligenda. De cuius natiuitate Deus locutus multo ties fuit sanctis prophetis: vt puta Esa. 7. Ecce virgo concipiet. &c. Hier. 31. Fœmina circumdabit virum, Michee. 5. Et tu Bethleem Ephrata, &c. Ita enim reuelabat Deus prophetis per visiones. vnde & propheta dicebatur videntes. Locutus est ergo Deus sanctis prophetis de Christo. Et quid, quod scilicet totum adiutorium nostrum poneret in ipso Christo: qui potens solus erat ad liberandum genus humanum per suam passionẽ: quia solus à peccato erat immunis. Et sic *exaltaui electum de plebe mea*. Quis est electus Dei nisi

Electio David in regẽ.

1. Reg. 16.

1. Regum. 7.

1. Regum. 17.

Esa. 7. Hierem. 31.

Michee. 5.

Christus, de quo dicitur ad literam. Ecce electus meus, complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum. Hunc electum exaltauit Deus virtute humilitatis pro passione: secundum quod dicit apostolus. Factus est obediens vsque ad mortem. Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen. &c. Dicit ergo Deus pater. *Exaltaui electum de plebe mea*. id est Christum natum de plebe iudaica.

**Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum.**

Hic post electionem ponitur unctio. Vbi aduertitur quòd David tribus vicibus in regem oleo fuit unctus, alias inunctus. Primò in domo patris per Samuelem. 1. Regum 17. Secundò à viris Iuda in Ebron. 2. Regum 2. Tertio à toto Israhel in Ebron super totum populum israhel. Et hoc notans propheta ait. *Inueni David &c.* Per hoc enim vult ostendere propheta, qualiter Christus per David figuratus à Deo per gratiam fuit inunctus: de qua unctio vide supra versiculo. 743. Et quomodo per ipsum Christum nos unguimur: vide supra versiculo 379.

**Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum.**

Hic ostenditur quomodo David à Deo fuit protectus & defensatus. Et diuiditur in partes quinque, quia ponitur primo ipsius in regno confirmatio: secundò ipsius ab inimicis defensatio, ibi. *Nihil proficiet*. tertio inimicorum eius subiugatio, ibi. *Et concidam*. quarto ipsius virtutum aduatio, ibi. *Et veritas*, quinto ipsius regni dilatio, ibi. *Et ponam*. Quantum ad primum sciendum, quòd postquam iam unctus secunda vice erat David in Ebron à tribu Iuda, & alia tribus vnde decem fecerat sibi regẽ Isobeth filium Saulis. Vnde per septem annos durauit concertatio inter David & domũ Saulis. Manus autem domini erat cum David, vnde quotidie proficiebat & robustior efficiebatur: contra autem domus Saulis quotidie decrefcebat: vnde & consequenter totum regnum obtinuit, vt habetur 2. Regum. 3. Et hoc est quod recolens propheta ait. *Manus enim mea auxiliabitur ei*, quia cum Isobeth haberet vndecim tribus populi israhel, & David solum vnam, tamen quia manus domini auxiliabatur ipsi David quotidie proficiebat, quousque plenè regnum obtinuit. Et hoc est quod subdit. *Et brachium meum confortabit eum*, scilicet in regno. Per hoc vult psalmista ostendere, quòd longa concertatio fuit nato Christo inter regnum Christi & diaboli. Et quamuis diabolus maiorem partem possideret, quia tamen potestas Dei siue manus Christi protegebat, ipse Christus in suis semper fortificabatur, quousque regnum per passionem suam plenè possideret. Et hoc est quod ait glo. *Manus enim mea auxiliabitur ei*. id est verbum cooperabitur Christo, secundum quòd homo in operibus & passionibus suis. *Et brachium meum confortabit eum*, cõtra aduersa, vt. s. peragat incepta. Et si queras quomodo manus Dei auxiliabatur Christo, cõ ab aduersariis multis impugnatib. premeret, & finali

Christum electum

Esa. 44.

Philipp. 2.

1519.

Psalmus super David tribus vicibus.

2. Regum. 2.

1520.

1. Cor. 5.

Gen. 47.

1. Mach. 6.

2. Reg. 3.

Auxilium Dei datum Christo.

Quæstio.

**Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.**

finaliter vsque ad crucis mortem duceretur. Respondeo quòd tota intentio Christi erat congregare ecclesiam, & ideo auxilium domini erat cõ Christo, quando illa agebat per quã ecclesia congregaretur, per quã autem magis fuit congregata ecclesia, quã per Christi passiones: & persecutioes quia in hoc exẽplu per passiones vincẽdi diabolũ dedit, & sic ecclesiã congregauit. Et hoc est quod ait apostolus. In eo quòd passus est ipse & tentatus, potens est & his, qui tentantur auxiliari. Vel aliter: vt per ly ei non intelligatur Christus: sed genus humanum: & per ly manum & brachiũ intelligatur Christus: vt sit sensus, *Manus mea. i. Christus. auxiliabitur ei*. id est generi humano. *Et brachium meum*, id est Christus confortabit eum, scilicet licet genus humanum. Non enim incõgruẽ Christus manus Dei dicitur, & brachium. Vnde filium Dei sub nomine manus pro auxilio postulabat David dicens. Emitte manum tuam de alto, & libera me. Et vide quam propriè manus Dei dicitur Christus: quia ad modum perfectæ manus quinque digitos habet, qui sunt pollex potestatis puniendi. Pollex namque secundum Isidorũ, dicitur eo quòd inter ceteros digitos magis pollet vigore & potestate. Huius autem manus scilicet filij Dei tanta est potestas, quòd cum tempus puniendi aduenerit, nullus eum possit euadere. Ioan. 10. Non est qui de manu mea possit eruerẽ. Ideo dicit apostolus. Horrendum est in manus Dei incidere. Et Job. 13. Manum tuam longè fac à me, & fortitudo tua non me terreat. Secundus digitus dicitur index, eo quòd ipso mediante cetera indicamus, & ostendimus. Sic & Deus filio suo in die iudicij ostendet omnia merita bonorũ, & malorum opera. Vnde dicitur, 2. Mach. 6. Manus Dei omnipotentis neque viuis neque defunctis effugies: quia (2. Corin. 5.) omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Tertius digitus dicitur medius. Ille enim inter alios est longior. Vnde in ipso designatur longa Dei misericordia, per quam nos expectat vt ad eum reuertamur. Gene. 47. Salus nostra in manu tua est. Et psalmista. Fiat manus tua, vt saluet me. Et sicut isto digito super planum extento, nec pollex, nec index possunt planum tangere: sic quandiu longitudo diuinæ benignitatis ad nos extenditur, nihil nobis nocere potest, scilicet nec potestas puniendi, nec perspicacitas discernedi. Quartus digitus est annularis, quia in illo annulus portatur. Annulus autem figurat sphericã, quã nullam dimensionem aut alietatem admittit, dilectionem significat & amorem. Et ideo ponitur in quarto digito, in quo est quædam vena, quã directè procedit à corde, vnde oritur amor. Sed in quo maior charitatis amor demonstrari potest, quam in eo qui animam suam pro inimicis saluandis dedit in mortem? Quod psalmista, dicit. Fiat manus tua vt saluet me. Quintus est digitus auricularis, qui est breuior ceteris. Quod Christo competit ratione humilitatis, qua manus extendit in cruce. Proverb. 1. Extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. De ista ergo manu qui est solus filius Dei, dicit. *Manus enim mea auxiliabitur ei*. Quod & aliis verbis repetit dicens. *Et brachium meum confortabit eum*. Ipse enim Christus non solum manus Dei sed etiam brachium dicitur, vide supra versu. 713. & 1367.

Incog. Tom. j.

Hic ostenditur ab hoste defensatio. Notandũ quòd David specialiter duos persecutores habuit qui eius vitam querebant extinguere. s. Saul, cuius persecutio longo tempore durauit, vt patet 1. Regum. cap. 17. vsque ad finem. Secundus fuit Absalon, qui expulit eum patrẽ suum de regno. Et tamen nullus istorum habuit intentum. De primo, scilicet de Saule hic ait psalmista. *Nihil proficiet inimicus in eo*. Quia Saul persequens David nunquam manus super eum potuit ponere, vt interficeretur, sed ipso prius interfecto ad David deuolutum est regnum, vt patet 2. Regum 5. De secundo autem, scilicet Absalone, subdit. *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei*. Quis enim expulsi patrem vt regnum possideret? Tamen ipse persequendo patrem capillis suspensus, fuit interfectus: vt habetur 2. Regum. 18. Per hoc vult psalmista ostendere Christum specialiter duos habuisse persecutores, quorum vnus fuit inimicus, scilicet diabolus, & alius fuit filius iniquitatis, s. iudas. Quorum nullus de Christo habuit intentum. Primus enim hostis, scilicet diabolus conatur Christum ad peccatum inducere. Vnde ipsum tribus principalioribus peccatis inuasit, vt patet. Matth. 4. sed superatus recessit. Secundus scilicet iudas filius iniquitatis Christum cum sua fide conatus est extinguere, sed sibi non nocuit quia ipse laqueo suspensus interiit, & Christus immortalis surrexit. Ex quo nec filius iniquitatis iudas, nec alius Christo amplius nocere potest. & hoc est quod ait. *Et filius iniquitatis non apponet nocere ei*. id est secundum glo. post resurrectionem Christi, sicut ad patiendum tradidit eum adhuc mortalem.

**Et concidam à facie ipsius inimicos eius, & odientes cum in fugam conuertam.**

Hic ponitur inimicorum David superatio. Nò solum enim Deus præseruauit David ne in manibus inimicorum suorum eaderet, sed quod plus est inimicos eius sibi subiecit, quosdam vero fugauit. De primis dicit. *Et concidam à facie ipsius inimicos eius, & concidam*. i. simul cẽdam. Hoc factum fuit, quando (vt habetur 2. Reg. 5.) audientes Philisti quòd vnxisent David in regem super populum Israhel, ascenderunt vniuersi vt quærent David, & consuluit David dominum dicens. Si ascendam ad Philistiim: & respondit dominus, ascende, quoniam dabo illos in manu tua. Venit ergo David, & percussit eos ibi, & dixit. Diuisit dominus inimicos meos coram me. Tunc ergo concidit dominus inimicos suos, id est simul cẽcidit. Alios vero odientes cum in fugam cõuertit quod fuit quãdo Ammonitæ videntes quòd iniuriã fecissent nuntiis David præcidentes tunicas eorum vsque ad nates, & radentes medietatem barbæ eorum, cogitantes quòd David vindicaret iniuriam sibi factam: conduxerunt sibi in auxilium triginta tria millia Assyriorum. Quod cõ audisset

N n n 2 David

1. Reg. 17.

2. Reg. 5

2. Reg. 18.

Diabolus inimicus Christi.

Iudas filius iniquitatis.

Matth. 4.

1522.

2. Regum. 5

2. Reg. 4.

Fugit peccator quando conuertitur. Eccl. 5.

Tarditas conuersionis est periculosissima. Bernard.

Nota.

1523.

2. Reg. 9.

Psalm. 131.

Dauid contra eos misit exercitum suum: omnes Syrii & Moabitarum statim in fugam sunt conuersi, vt habetur 2. Reg. 4. Per hoc vult psalmista ostendere, quomodo inimici Christi iudei per Romanos fuerunt concisi & trucidati, & partim in fugam conuersi, s. tempore Titi & Vespasiani. Vel potest exponi in bonum. Tunc enim Deus concidit inimicos Christi, quando ipsorum conspirationes diuisit, vt paulatim in Christum crederent. Quid enim est concidi a facie domini siue Christi, nisi per respectum Christi simul cadere? Et sic concido componitur ex con & cado. Concisi ergo fuerunt a facie Christi, quia per respectum gratiae Christi ipsi totaliter a malo proposito suo cadebant. Et sic inimici Christi in fugam sunt conuersi: quia fugerunt ab ipso Christo irato ad ipsum placatum. In fugam ergo peccator conuertitur, quando culpam considerans, ad Deum misericordem accedit, & sic fugit a iustitia ad misericordiam. Vnde consilium cuiuslibet Eccl. 5. Ne adicias peccatum super peccatum, & ne dicas miseratio domini magna est, quonia in peccatores respicit ira illius. Ne tardes conuerti ad dominum & ne differas &c. Quis enim mente considerans peccati periculum vitae incertitudinem, casus fortuitos in fugam conuerti dissimulet? Certè nullus sanæ mentis. Vnde Bernardus ait. Ab ore putei gehennalis per fugam eripior, inducias petam cum labor exire? Abscondi ignem in sinu meo, & exusto iam latere, iam nudatis visceribus, iam sanie defluente, diu mihi deliberandum est an à me illum excuriam? Tolle tolle moras, semper nocent differre paratis. Nam cum mora trahit ad se periculum, trahit & damnum & subtrahit lucrum. O Deus quor incerta mora huius morte præuentus, alius memoria & intellectum priuatus, alius infirmitatis dolore grauatus. Et ideo consilium magister lib. 4. distin. 20. Et sunt verba. Augu. dicentis. Dico tibi dum sanus es, penitentiam age &c.

Et veritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Hic ponitur virtutum adornatio. Hic tamen textus potest dupliciter intelligi. Primò quòd ipse Dauid in se habuit veritatem & misericordiam, scilicet quòd ipse fuit verax & misericors respectu aliorum. Alio modo, quòd Deus erga Dauid fuerit verax & misericors. Si primo modo, sic dicitur quòd Dauid fuit verax in promissis, in tantum quòd promissio facta famulo Miphiboseth. s. Siba: quamuis malè informatus: quia diuideret sibi hereditatem Miphiboseth: ipsam postquà cognouit veritatem, noluit reuocare, vt verax inniretur. Vnde respondit ipsi Miphiboseth. Quid ultra loqueris? fixum est, quod locutus sum. quòd autem fuerit misericors, apparuit in perfectione Saulis: quem pluries habuit in manibus & misericordia motus sibi pepercit, vt patet. 1. Reg. 24. 26. Propter quòd dicitur psal. 131. Memè domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Si autem intelligatur secundo modo, certum est quòd veritas Dei fuit cum Dauid: quia promissio

nem regni sibi factam adimpleuit. Fuit etiam cum ipso misericordia Dei: quia multa & grauiora peccata, quae Dauid commisit, Deus misericorditer sibi dimisit. Sequitur, *Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.* Per cornu namque potestas regalis intelligitur: tum quia cornu continebat oleum quo reges vngentur, tum quia cornu animalis est superior pars, tum quia cornu defenditur totum corpus animalis: quae omnia regia potestati competunt. Est ergo sensus. *In nomine meo exaltabitur cornu eius.* i. virtute nominis Dei potentia regalis ampliabitur ipse Dauid, quia ipse multas gentes subiugauit regno suo & fecit tributarias, vt dicitur in sequenti versiculo. Per hoc autem psalmista vult ostendere veritatem & misericordiam per Christum factas fuisse, vt ostendat differentiam inter legem antiquam & nouam, quam ponit Ioannes dicens. Lex per Moysen data est, sed veritas & gratia per Christum facta est. Nota ergo quòd ideo veritas dicebatur esse cum Christo quia per ipsum facta est veritas. In hoc quòd figurat vmbra legis antiquae adimplens, ad claram veritatem perduxit, sic quòd illud quod lex promittebat, Christus adimpleuit & exhibuit. In antiqua enim lege omnia in figura contingebant illis, vt dicitur 1. Corin. 10. Vnde Chrysostomus veritatem per Christum factam plenius scimus, si figurat veteris legis didicerimus. Ea enim quae in nouo testamento perficienda erant, in veteri testamento in figuris praescripserunt: quas Christus veniens adimpleuit: quoniam figura data est per Moysen, sed veritas facta per Christum. Propter quod ipse Christus de se ait. Ego sum veritas. Misericordia vero cum Christo fuit: quia ipse peccata misericorditer remittebat: vt patet in Magdalena. Luc. 7. In muliere adultera, Ioan. 8. Vnde Chrysostomus super Ioan. ait. Misericordia namque erat in Christo, quia omnia cum potestate dimittebat peccata. Misericordiam enim eius & gratiam, baptizatis donum, adoptio quae nobis datur per Christum, & plura alia nobis ostendunt. Vnde & ipse dicebat. Misericordiam volo & non sacrificium. Propter ista duo ergo de Christo dicit psalmista. *Veritas mea & misericordia mea cum ipso.* Sequitur. *Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.* Vbi nota quòd per cornu Christi intelligitur eius regnum potestas & imperium. Sic enim de ipso dixit Zacharias. Luc. 1. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid &c. Quod exponens Beda super Lucam dicit. Cornu autem salutis regnum Christi Saluatoris dicitur. Omnia quidem omnia carne inuoluta sunt, cornu vero carnem excidit. Et ideo cornu salutis regnum Christi vocatur, quo mundus & gaudia carnis superantur, in cuius figuram Dauid & Salomon olei cornu regni gloriam sunt consecrati. Propter quod de ipso dicebat Dauid. Cornu salutis meae, & eleuator meus. Similiter Chrysostomus, exponens praedicta verba. Luc. 1. ait. Cornu salutis nominat potestatem, gloriam & famam Christi, metaphoricè à brutis animalibus illud accipiens: quibus loco muniminis & gloriae cornua dedit. De isto ergo cornu regni Christi dicit. *Et in nomine meo exaltabitur cornu eius.* quia Christi regnum in breui tempore per praedicationem apostolorum per totum orbem fuit dilatatum. psal. 111. Cornu eius exaltabitur in gloria. Et. 1. Reg. 2. Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et

Veritas facta per Christum Ioan. 1.

1. Corin. 10. Chrysostomus

Ioan. 14. Misericordia fuit in Christo. Chrysostomus

Matth. 3.

Cornu dicitur regni & potestatis Christi. Beda.

2. Reg. 22. Chrysostomus. Luc. 1.

Psalm. 111. 1. Reg. 2.

154

154

154

154

154

154

154

Psalm. 2. Psalm. 85. Psalm. 62. Psalm. 126. Psalm. 34.

Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.

Hic ponitur regni dilatatio. Dauid enim multum dilatavit regnum iudeorum & per mare & per terram, nam subiecit sibi terram philistinorum, quae dicitur mare, quia supra mare est situata regio illorum, vt habetur 2. Reg. 4. Et quantum ad hoc dicit, *Et ponam in mari manum eius.* id est potestatem eius in terris philistinorum, quae sunt super mare situatae. Subiecit etiam sibi Syriam, vbi sunt plura flumina. Vnde & Mesopotamia Syriae dicitur, à meso, quòd est medium & potamos quòd est fluuius, quasi in medio fluuiorum, quia circumdatur fluminibus. Et quantum ad hoc dicit, *Et in fluminibus dexteram eius* id est, ponam potestatem eius in Syria, quae in medio fluuiorum est situata, quod factum est quando Dauid debellauit Syriam, vt habetur 2. Reg. 22. Per hoc enim vult psalmista ostendere, quomodo regnum Christi erat dilatandum, quia scilicet per aquam baptismi gentes erant Christo subiiciendae per fidem, & ad Christi regnum adducendae. Per mare enim gentes quae idololatras erant significatur, vt dictum fuit versicu. 1509. Et de hoc mari gentium, dicit de Christo. *Et ponam in mari manum eius.* Vbi glossa. id est Christi dominabitur gentibus, quae per mare significantur. Sed quomodo dominabitur, id est per aquas baptismi, de quo subdit. *Et in fluminibus dexteram eius.* Quamuis enim in omni aqua naturali, vt puta fontis, putei vel lacu possit fieri baptismus, tamen proprie per aquam fluminis designatur, quia in aqua fluminis Iordanis fuit institutus, quando ibi à Ioanne primo Christus fuit baptizatus. Matth. 3. Vnde hic ait glossa. *Et in fluminibus dexteram eius,* id est in aquis baptismi ponam operationem eius, quae gentes sibi subiiciet.

Ipse inuocauit me pater meus es tu, Deus meus & susceptor salutis meae.

Hic consequenter ostendit quomodo Dauid à Deo fuit dilectus. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponitur ipse Dauid fidelis oratio, secundò Dei ad ipsum dilectio, ibi. *Et ego tertio regni ipsius perpetuatio, ibi. In aeternum.* Quantum ad primum sciendum quòd Dauid fuit valdè deuotus orator, & sapiens Deum inuocabat, vt maxime pater in isto libro psalmodum. Et quamuis nò inuenerim, quòd ipse vocaliter diceret Deum esse suum patrem, tamen, qui multoties se filium Dei dixit, sic & consequenter Deum esse suum patrem dixit. Vnde psal. 2. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, psal. 85. Saluum fac filium ancillae tuae. Sapiens autem vocauit eum Deum suum, psal. 62. Deus meus ad te de luce vigilo. Acceriam salutem suam. Vnde psal. 26. Dominus illuminatio mea, & salus mea quem timebo. Et psal. 34. Dicit animae meae, salus tua ego sum. Et hoc est quòd de ipso Dauid hic loquitur Deus, dicens. *Ipse inuocauit me, pater meus, &c.* Per hoc autem vult psalmista ostendere Christum pro nobis efficaciter Deum patrem inuocasse. Vbi sciendum quòd Christus confans ex duplici natura, Deus verus est, & homo verus, vt Deus est, vocat Deum patrem suum, & sic de ipso vt Deus est dicitur? *Ipse inuocauit me, pater meus es tu.* In quantum vero homo est, vocat ipsum Deum suum, dicens. *Deus meus, & susceptor salutis meae.* id est salus mea suscipies me. Et huius ratio est. Vocare enim aliquem Deum suum, notat maioriorem illius supra se ipsum, sicut vocare aliquem Deum suum. Cum ergo omnes tres personae diuinae sint aequales: quia in sancta trinitate nihil est prius aut posterius, nihil maius aut minus, sequitur quòd nulla persona diuina aliam Deum suum dicit. Si ergo Christus Deum patrem dicit Deum suum, hoc dicit vt homo, non vt persona. Dicit ergo pater de Christo. *Ipse inuocauit me, pater meus es tu.* Et hoc in quantum Deus. *Et Deus meus, &c.* Et hoc est in quantum homo. Christus ergo patrem pro nobis inuocauit, quia ipse solus pro nobis patrem digne potuit inuocare, teste Greg. lib. 24. mor. cap. 3. dicente. Nisi ille, scilicet filius Dei homo fieret similis hominibus aequus homo ante Deum non appareret. Et inde quippe annunciat iniquitatem nostram, vnde dignatus est infirmitatem nostram suscipere. Omnes enim nos inimica illa persuasio in culpa contagio ab ipsa radice polluerat, nullusque erat qui apud Deum pro peccatoribus loquens iustus appareret. Quia ex eadem massa editos cunctos par ceatus inuoluerat. Proinde venit ad nos vnigenitus patris, assumpsit ex nobis naturam, non perpetrans culpam. Sine peccato quippe esse debuit, qui pro peccatoribus intercedere posset. Quia nimirum aliena pollutionis contagia minime tergeret, si propria sustineret, &c.

Et ego primogenitum ponam illum, excelsum praeregibus terrae.

Hic ostenditur Dei dilectio ad ipsum Dauid. Primogenitus enim honorabilior est & magis dilectus. Sic & Dauid fuit Dei primogenitus, & hoc ad dignitatem regalem in populo Dei. Quamuis ante Dauid rex fuerit Saul, tamen ipse non dicitur genitus à Deo, quia non à Deo electus fuit ad regnum, sed ad instantiam populi datus. Et hoc est quòd dominus dixit ad Samuel. Audi vocem populi, scilicet Regem postulantis, non enim abiecerunt te, sed me. Dauid autem fuit rex à Deo datus, & ideo vocat ur primogenitus Dei in dignitate regali. *Et excelsum praeregibus terrae.* Sed quomodo hoc de Dauid potest intelligi, cum de Salomone dicatur quòd magnificatus est rex Salomon super omnes reges terrae? Respondeatur dupliciter, primò quòd Dauid fuit excelsum praeregibus, scilicet qui erant tempore suo, & maxime, qui erant in circuitu terrae promissionis, quia omnes illos Dauid debellauit, & sibi subiecit, secundò dicitur quòd prima pars istius versus intelligitur de Dauid, secunda vero de Salomone filio suo. Per hoc autem vult psalmista ostendere Christi dignitatem. Quia sicut primogenitus honorabilior est ceteris, sic Christus honorabilior est omnibus fidelibus, quia omnium caput. *Et excelsum praeregibus terrae,* quia rex est omnium regum, & dominus dominantium. Apoc. 19. Nota ergo quòd Christus dicitur multiplex primogenitus. Est enim primogenitus patris aeternaliter. Vnde ipse qui est sapientia increata, ait. Ego ex ore altissimi prodij primogenita ante omnem creaturam. Secundò est

Nota necessitate in carnis nativitate Christi

Christus solus pro nobis patrem dignè orauit

1. Reg. 26.

1. Reg. 8.

3. Reg. 4.

Primogenitus dicitur Christus non solum multiplex

Eccl. 24.



**Luce 2.** primogenitus matris temporaliter. **Luce 2.** Peperit filium suum primogenitum. Sed dices, quomodo duobus prædictis modis dicitur Christus primogenitus: quia nec pater alium genuit naturaliter, nec etiam mater. Et tamen primogenitus non dicitur nisi respectu sequentis, sicut & prius non dicitur nisi respectu posterioris. De hoc vide supra, versiculo 134. Tertio dicitur primogenitus mortuorum, ideo quia primus surrexit à mortuis, scilicet immortalis. Multi enim ante ipsum surrexerant, sed iterum morituri. Vnde **Apoc. 1.** Pax vobis à Iesu Christo, qui est primogenitus mortuorum & princeps regum terræ. Quarto est primogenitus viuorum, scilicet filiorum Dei: quia per ipsum omnes alij adoptantur. **Rom. 8.** Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Vbi glo. Primogenitus in multis fratribus dicitur: quia omnes per eius primatum in Dei gratia renascuntur. Et de isto primogenito ait apostolus. Et cum iterum introduxit primogenitum in orbem terræ, dicit. Et adorent eum omnes angeli Dei.

1527 **In æternum seruabo illi misericordiam meam, & testamentum meum fidele ipsi.**

Hic ostenditur eius regni perpetuatio. Et primo ponitur perpetuatio gloriæ regis, secundo perpetuatio regni, ubi. **Et ponam.** Quantum ad primū sciendum, quod quamuis Dauid multoties grauius peccauerit, tamen per penitentiam consecutus est misericordiam & gratiam, in qua finaliter perseuerauit, qui eam decedit in gratia, in illa perpetuatur, sicut qui decedit in peccato perpetuatur in illo. Et hoc est quod de Dauid hic ait. **In æternum seruabo illi misericordiam meam.** quia scilicet misericorditer à peccatis liberatus saluatus est æternaliter. **Et testamentum meum fidele ipsi.** Testamentum enim promissio dicitur: sicut **psal. 105.** Et memor fuit testamenti sui, id est promissionis suæ. Dicit ergo. **Et testamentum meum fidele ipsi.** id est fideliter adimplendo, quæ sibi promissæ sunt, et per Nathan prophetam, dicentem. Requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis, &c. Per hoc autem vult ostendere, quod misericordia summa facta humano generi est perpetua, quæ scilicet misericordia fuit, quod humanitas nostra verbo vniuerter in Christo, quæ misericordia in æternum seruatur: quia quod verbum semel assumpsit nunquam dimisit. Licet enim in morte separata fuerit anima à corpore, tamen diuinitas vnita mansit cum vtroque, vt ostendit magister lib. 3. dist. 22. **Et testamentum meum fidele ipsi.** Testamentum enim etiam vocatur sacra scriptura legis antiquæ, vt dictum est supra versic. 1503. Hoc testamentum scripturæ fuit fidele Christo: quia quæ de Christo prædixit scriptura antiqua, omnia in Christo fideliter sunt completa. Et nota quod scriptura dicitur testamentum propter multa. Primo propter diuinæ voluntatis expressionem. **Ecccl. 24.** Hæc omnia liber vitæ & testamentum altissimi & aggregatio veritatis, **psal. 88.** Neque prophano testimonio meum, & quæ procedunt de labiis non faciunt irrita. Secundo propter hereditatis æternæ assignationem, vnde dicitur **psal. 73.** Ne tradas bestiis animas confitentibus tibi, respice in testamentum tuum, &c. Tertio propter legitimi hæredis

Quod Christus semel assumpsit nunquam dimisit.

Scriptura dicitur testamentum.

Ecccl. 24. Psal. 88.

Psal. 73.

A institutionem, sic enim hic de Christo hærede dicitur. **Et testamentum meum fidele ipsi.** Quarto propter mortis Christi confirmationem. **Hebr. 9.** Vbi testamentum est, necesse est intercedat mortis testatoris. Vnde **Zachar. 9.** Tu autem in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, &c.

1528 **Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli.**

Hic ponitur perpetuatio regni. Semen enim Dauid durauit in sæculum sæculi: quia scilicet per succedentes sibi generationes peruenit vsque ad Christum, vt patet **Matt. 1.** In quo Christo perpetuatur regnum ipsius Dauid, dicente angelo. Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in Domo Iacob in æternum. Et alijs verbis exprimit, dicens. **Et thronum eius.** scilicet ponam, sicut dies cæli, quasi dicat. Sicut dies cæli non terminantur: quia cæli secundum substantiam sunt incorruptibiles, sic thronus regni Dauid erit sine fine, & hoc in Christo. Sed hic non paruum insurgit dubium: cum dicitur quod semen Dauid in perpetuum durat: quia per generationes succedentes peruenit ad Christum, qui factus est de semine Dauid, & regnat in æternum. Quia dices, quomodo declaratur quod Christus fuerit natus ex Dauid, cum **Matthæus** hoc volendo deducere genealogiam Christi deduxit à Dauid vsque ad Ioseph? Certum est autem quod Ioseph nihil pertinet ad generationem Christi. Si enim euangelista deduxisset generationes à Dauid vsque ad Mariam, tunc dubium non esset. Ad hoc respondent aliqui dicentes, quod secundum legem quæ habetur Num. 17. nullus poterat accipere uxorem, nisi de tribu sua. Cum ergo Ioseph fuerit de tribu & familia Dauid, vt habetur **Luce 1.** sequitur etiam quod beata Maria fuerit de tribu Iuda. Et sic probando quod Ioseph fuerit de semine Dauid, probatur etiam idem de beata Maria. Sed ista responsio non est ad propositum. Posito enim quod beata Maria fuerit de tribu Iuda, sicut & Ioseph, nõ tamen sequitur, quod fuerit ex semine Dauid, quia multi fuerunt de tribu Iuda qui non fuerunt ex semine Dauid, sicut descendentes à Zaram filio Iudæ. Et ideo dicendum ad quæstionem, quod Dauid hæuit duos filios inter cæteros, scilicet, Nathan & Salomonem, vt patet **2. Reg. 5.** & **1. para. 3.** & **Luce 3.** vbi dicitur, qui fuit Nathã, qui fuit Dauid. Virgo autem Maria secundum lineam carnalem descendit à Nathan, vt testatur **Damasceus** lib. 4. cap. 6. Et ipsa descendit à Dauid secundum carnem. Et sic Christus ex ea natus, ex semine Dauid secundum carnem descendit. Ioseph autem descendit ab ipso Dauid per Salomonem. Et sic vterque eorum, scilicet, Ioseph & virgo Maria descendunt à Dauid. Sed quod magis vrget difficultatē. Et si virgo Maria fuit de semine Dauid, quomodo autem dicemus Christum ex semine Dauid, qui non ex virili semine conceptus fuit. Et ad hoc respondet Magister in glo. **Rom. 1.** dicens. Et si non intercesserit semen hominis in conceptione virginis, tamen quia ex ea carne Christus formatus est, quæ ex Dauid semine processisse constat, recte dicitur Christus ex Dauid semine processisse, quia virgo Maria ex semine

1528

1527

Christus quomodo ex semine Dauid dicitur.

1529

1. Regum 11.

2. Reg. 5. 1. Para. 3. Luce 3. Damasceus.

1530

1. Para. 3. Luce 3. Damasceus.

Profanare.

Rom. 1.

mine Dauid fuit, ex cuius sanguine formata est caro dominica opere Spiritus sancti in vtero virginali. Per hoc vult Psalmista intelligere, quod semen id est Christi per Dauid figurati, quod semen sunt Christiani fideles in æternum permanent, hic per gratiam, in futuro autem per gloriam. Consimiliter & thronus eius, scilicet, ipsius Christi & suorum, erit sicut dies cæli. Quod dicit ad differentiam regni terreni. Quia thronus regum terræ, est dies terræ qui transeunt. Sed dies cæli semper sunt præsentis, vbi erit thronus eius in æternum.

1529 **Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint.**

Hic ponitur successorum Dauid correctio. Et primo ponitur successorum Dauid diuinæ legis transgressio, secundo ipsorum per misericordiam correctio ubi. **Visitabo** Quantum ad primum sciendum, quod quamuis Deus promississet ipsi Dauid, quod ex semine eius descenderet Christus, præuidebat tamen, quod multi descendentes à Dauid reges, antequam venirent ad Christum futuri erant mali, & magni peccatores, & quod peccata eorum eos indignos facerent, vt Christus descenderet ab eis. Sed tamen quia misericordia Dei & veritas potentior est omni malitia: ostendit quod propter ipsorum malitiam promissio facta Dauid non erit irrita, quia talium peccata paterniter Deus corripet, & ipsos ex toto cum semine ipsorum non dissipabit. Et hoc est quod dicit. **Si autem dereliquerint filij eius.** s. reges ab ipso Dauid descendentes legem meam ipsam transgrediendo. **Et in iudiciis meis non ambulauerint.** vt puta sicut fecit Salomon qui amore mulierum infatuatus, secutus est idola, & templa eis edificauit, vt habetur. **3. Regum. 11.** Deprauauit enim cor Salomonis cum esset senex, & adiuuauit mulieres alienigenas, fueruntque ei vxores quasi reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ, & auerterunt mulieres cor eius &c. Sic & Achaz, sic & Manasses, sic & Sedechias reges successores Dauid dereliquerunt legem Dei, & grauius Deum offenderunt. Et hoc etiam alijs verbis in sequenti versu. qui sententiã non habet aliquam ab isto distinctam, proponit, dicens.

1530 **Si iustitias meas profanauerint, & mandata mea non custodierint.**

Hic idem ostendit alijs verbis. Notandum autem quid sit proprie profanare. Fanus vel fanos græcè, latinè idem est quod sonus. Et inde fanum dicitur templum, eo quod voces & responsa dabantur à dijs in templis. Vel per oppositum templi dicitur fanum: quia voce & locutione debet carere, vt in templo nemo loquatur, nisi quæ ad Dei laudem pertinent. Et à fanò. i. templo dicitur fanos, & profanus, na. num. id est execro & sacrilego, vel execratus & sacrilegus quasi procul à fanò. Et sic profanare idem est quod contraria fanò id est templo facere. Templum autem factum est ad cultum Dei. Et sic ille profanat, qui contra cultum Dei idola adorat, vel Deum execrat: quod sergo hic dicit. **Si iustitias meas profanauerint.** i. si contra ordinem

iustitiæ idola coluerint. Accipitur etiam quandoque profanare pro violare promissam, sicut inferi dicitur. Neque profanabo testamentum meum. Quandoque etiam accipitur profanare. i. infans annunciare, & sic profanat qui in templis ventura annunciat. Quandoque etiã accipitur pro veneratione templi. Et sicut dicit catholicon, legimus quod beata Maria erat profanata. i. in fanis venerata vel annunciata. Hic autem accipitur in prima significatione, s. pro idololatrare, & execrare. Sic enim plures reges descendentes à Dauid profanauerunt iustitias Dei idololatrando, vt Salomon, vt Achaz, Manasses, & multi alij. Vult ergo psalmista in dictis duobus versiculis ostendere, quod multi reges ex Dauid descendentes erant futuri mali, ex quibus Christus erat nasciturus, non tamen propter eorum peccata deficeret promissio ipsi Dauid facta, de Christo: quia ipsorum peccata non ex toto eos vindicando, sed vt pater corrigendo puniret. Vnde sequitur.

1531 **Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.**

Hic ponitur delinquentium paterna correctio. Deus enim nõ solus nos nutrit vt filios, sed etiam castigat vt pater. Quis enim pater filium delinquentem non corrigit? Et si non corrigit, ipsum non amare conuincitur. Propter quod dicitur. Qui parit virgã, odit filium: sicut & medicus diligens infirmum, amara remedia illi confert. Et hoc est quod hic ait glo. Deus vt medicus in virga visitat iniquitates suorum, i. in leni correctione. Nam eius virga est misericordia. Cædit quidem, vt reddat hereditatem, Quis enim pater filio non dat disciplinam vt non auferat misericordiam? Cædit contumacem, vt reddat hereditatem. Quem enim diligit Deus flagellat & corripit. Non est ergo misericordia tantum vocantis, sed etiam verberantis, vt merito sic virga filius à Deo correctus dicat. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. De hoc vide supra versu, 329. Sed hic est dubium vtrum omnes reges descendentes à Dauid vsque ad Christum profanantes iustitias Dei, per virgam eius fuerint correcti finaliter, & saluari. Ad hoc dicitur quod in eo quod Christus descendebat ab eis, correcti fuerunt, descendebat autem ab eis per seminalem propagationem. Ideo saltem quando debebant generare filium, ex quo Christus erat nasciturus, pro illo tempore erant per virgam Dei correcti & emendati, licet aliqui ipsorum postea redirent ad vomitum. Sed inter cæteros de Salomone multi dubitant: an finaliter fuerit correctus, & correctus decesserit. Ad hoc dicitur quod quamuis Salomon grauius peccauerit contra Dei præcepta alienigenas mulieres assumendo, & amore ipsarum idololatrando, vt habetur tertio Regum vndecimo: tamen finaliter penitentiam de omnibus suis peccatis egit verè contritus. Probatur primo per Hieronymum: qui libro 18. super Ezechielem dicit: quod quamuis Salomon peccasset, tamen penitentiam egit. Item Hieronymus super Ecclesiastem ait. Dicunt hebræi hunc librum esse Salomonis penitentiam agentis. Itē Ambrosius in apostologia dicit. Quid de Dauid dicam, quid de sancto Salomone? Qui quoniam iudaicum vulgus extimabat eum venisse pro Christo, ne videretur esse

3. Reg. 11. 4. Reg. 16. 4. Reg. 2.

Corripit pater filium. 1. Quæ 13.

Proverb. 3.

Psalm. 22. Virga correctiois Dei.

Salomõ virgã se saluatus.

Salomon penitentiam egit.

Hieronymus.

Ambrosius.

supra hominem, corrumpit nutu diuino. Et hebraeorum scripta eum sanctum nominant, vt à nobis de eius pœnitentia dubitatione tollant. Itē dicit hebraei Salomonem venisse in templo quod ipse edificauerat, cū iunq̄ue virgīs, de quib. quatuor dedit quatuor legisperitis, vt verberaretur ab illis qui dixerunt (facto cōsilio inter eos) quod in vntum domini manum nō mitterent. Vnde frustratus suo desiderio, seipsum de regno deposuit. Itē hoc ratione potest probari, quia si auctor reprobatur, consequens est vt eius dicta reprobenentur, vt habetur extra de hæreticis. cap. fraternitatis. Et Greg. dicit, Cuius vita despicitur, testat vt eius prædicatio contemnat. Cum ergo scripta & dicta Salomonis approbentur, consequens est quod eius vita finaliter approbatur. Item magister historiatarum li. 2. Regum, exponens verba Nathan dicta ad Dauid de Salomone, dicens, Stabiliā thronum eius vsque in sempiternū, & ero illi in patre, & ipse erit mihi in filiū. dicit, Ex hac promissione ne cōuincitur quod Salomon sit saluus. Itē glo. super Ecclē. 1. cap. dicit. Salomō legitur Deū offendisse super omnes tēporis sui, & intātum idololatra fuit effectus mulierum amore, vt circa Hierusalē tēpla cōstrueret idolis, & illis thurificasse. Hebraei autem tradunt illum pœnituisse, & in illa pœnitentia librum ecclesiastem cōposuisse, in quo ostēdit omnia vana esse, & caduca, & ita reuocat omnes ab amore mundanorum suo exemplo. Istum autem textum magis mysticē exponit Adam in libro de perseverantia, ostendens quod ista virga qua Deus peccatores corrigit, est virgo Maria, dicens. *Visito in virga iniquitates eorum*, hæc virga est beata virgo Maria, qua mundus corripitur, dum per eius exēplum, & partum ipsius in quo sit reprehensibilis & damnabilis demonstratur. Nec odij, sed pacis est talis vltio, qua flagellat filium patris, ne pereat, qua nō reo seueritas impeditur, sed reatu: nec se iudicem dominus exhibet, sed amicum. Zelus domini exercituum facit hoc: dum in virga visitat iniquitates orbis. Tot enim verberibus atterit peccata hominum, quot virtutibus illustrat virginis partum. Hæc virga quasi tot ictus in dorso peccantium dedit, quot virtutibus ostēdit in se mundi insipientis vitia debellauit. Et quia virtutum meta & virtutum origo extitit, idē rectē virga virtutis appellatur cum dicitur, Virgam virtutis tuæ emitter dominus ex Sion. Non immeritō virga diuinę virtutis dicitur virgo Maria, cuius vita parva, expirans vitiis ad virtutem sæculum respirauit. Hæc virga virgā excludit, cum per eam factus est, vt nō relinquat dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Hæc est virga Moyſi, quæ virgās magorum Ægypti legitur deuorasse, quia virginei partus veritas totius mundi hæreses interemit. Hæc est virga ferrea, qua mundus regitur, qua mundi princeps prosternitur, cōtractus inferus aperitur. Hæc virga fortior fortē armatus in pace possidentem rex virtutum veniens percussit & attriuit. O quanta ergo nobis ad Deum per te fiducia esse poterit Tu enim mater regis, mater exilis, tu mater rei, tu mater iudicis, tu mater Dei, tu mater hominis. Per te enim reus factus est frater iudicis. Vnde cum sis vtriusque mater, discordiam inter filios sustinere non poteris. Quid ergo reo timendam est, cui in causa sua idem frater est qui & iudex, cui semper proprium est misereri & parcere, &

Greg. in bo. de virginib.

3. Reg. 7.

Ecclē. 1.

Virga dicitur virgo Maria.

Maria aduocata, & mater peccatorum.

qui misericordia superexaltat iudicium? Timere ergo nō debet vt pereat, cui misericordiam mater clementissimi fratris & iudicis, se piissimam matrem exhibet & potentissimam aduocatam. Tu misericordiam mater non rogabis pro filiis filium? Rogabis quidē, quia qui filium tuum inter Deum & hominem posuit mediatorem, te quoque inter reum & iudicem posuit mediatricem. Ad hoc nāque electa es & assumpta in matrem omnipotentis, vt in partu tuo inueniat locum iniquitas peccatorum. Ad hoc in cellam aromatum suorum erexit medicus, vt apud te, & per te reperiat ægrotus sanitatem. Si ergo causam tantæ tuæ solemnitatis attendas, te totam debes miseris, vt eis reportes antidotum reconciliationis. Neque tu vnam poteris faciem iudicis inuenire difficilem, sic nec te reus vnquam inuenit inexorabile. Abundans enim & superabundans visceribus pietatis, quia non solum impleuit te, sed superuenit in te accumulationis gratiæ plenitudine spiritus sanctus.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.

Hic agit de regni perpetuitate. Vnde hic quatuor promittit ipsi Dauid, scilicet primō miserationis pietatem, in principio, secundō promissionis firmitatē, ibi. *Neque* tertio dominationis perpetuitatem, ibi. *Semel*. Quarto exaltationis claritatem, ibi. *Et thronus*. Quantum ad primum sciendum, quod licet prædestinati aliquando cadant: sicut cecidit Petrus, cecidit Paulus, & multi alij prædestinati, tamen finaliter misericordia Dei non deserit illos, quin resurgant & saluentur. Ita enim duo contradictionem implicat quod aliquis sit prædestinatus, & in peccato mortali finaliter pereat. Sic fuit de Dauid qui à Deo erat electus, qui tamen multoties cecidit, sed misericordia Dei illū finaliter non reliquit. Et hoc est quod hic dicitur. Et si aliquando cadet, misericordiam autem meā non dispergam ab eo, scilicet finaliter. *Neque nocebo ei in veritate mea*. Loquitur Deus more humano iurando, dicens. In veritate mea promitto quod non nocebo ei, id est non permittam aliquem nocere ei, scilicet finaliter per quod cadat à regno. Quamuis enim post promissionem sibi factas per Nathan, filius eius Absalon insurrexerit contra patrē, & ipsum eiecerit de regno, finaliter tamen gloriose restitutus fuit. Per hoc vult psalmista ostendere quod gratia & misericordia Christo homini facta, scilicet vnionis hypostaticę in æternum durat. Et quod homini Christo finaliter nullus nocere posset, quin nocuētum venteretur ad gloriam Christi, sicut fuit de nocuimento passionis, per quod venit ad gloriam resurrectionis. Consimile superius dicit. In æternum seruabo illi misericordiam meam, vide vers. 15 27. Per hoc etiam ostenditur quod misericordia Dei semini Dauid, id est Christi, scilicet Christianis semper præsto est. Si quis autem est ita iniquus filius vt ad ipsum accedente patre ipse fugiat & se alienet ab hæreditate, non pater abiicit eum, sed ipse abiicit patrem, & misericordiam eius.

Neque profanabo testamentum meum, & quæ procedunt de labiis meis, non faciam irrita.

Hi

Hic ostenditur promissionis firmitas. Per testamentum hic accipit pactum vel promissionem, quam scilicet fecit ipsi Dauid per os ipsius Nathan propheta, vt habetur 2. Reg. 7. Vbi Nathan ipsi Dauid ex parte Dei dixit. Hæc dixit dominus exercituum, requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. Cumque completi fuerint dies tui, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, & stabiliam thronum regni eius vsque in sempiternum: quia scilicet successio per posteros Dauid peruenit vsque ad Christum, in quo regnum firmatum est in æternum: vt habetur Luc. 1. Dabit ei dominus Deus sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Et hoc est quod hic dicit. *Neque profanabo testamentum meum*. id est pactum meum sibi factum, non faciam profanum, sed illud adimplebo. *Et quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita*. Deus enim loquitur per ora prophetarum. Vnde sicut verba prophetarum dicuntur verba Dei: sic & labia prophetarum, sunt labia Dei. Hic ergo Deus dicit labia sua, labia ipsius Nathan mediante quo promissionē dictam fecit ipsi Dauid. Notandum, quod secundum grammaticos iurto. as. duas habet significationes. Nam quandoque componitur ex in & ritus, & mutata, n. in r. fit irrito. as. media producta. Et sic irritate idem est quod prouocare: & sic accipitur. psal. 9. Propter quid irritauit impius Deum. Quandoque verō componitur ex in & ratus, quasi non ratus vel firmus, & tunc corripitur media. Et sic irritate idem est quod rem facere non ratam, non firmam. Et irritate promissionem, est ipsam reuocare vel non adimplere. Et sic accipitur hic. *Quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita*. quasi dicat, illa firmabo & complebo. Secundum enim glo. Profana & irrita esset promissio, si inexplata esset. Ex isto textu habetur, quod sacra scriptura in nullo prophana vel irrita potest esse: quia tota ex labiis Dei, id est prophetarum processit. Per hoc vult psalmista ostendere quod promissiones per Christum factę fidelibus de præmio æterno erunt implere.

Semel iuravi in Sancto meo, si Dauid mentiar, semen eius in æternum manebit.

Hic ostenditur dominationis perpetuitas. Vbi notandum quod Deus iurauit Abraham postquā filium suum ad Dei præceptum immolare voluit quod Christus ex semine suo nasceretur. Vnde scribitur Gen. 22. Per memetipsum iuravi dicit dominus, quia fecisti rem hanc, & non pepercisti filio tuo propter me: sequitur. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes. Quod scilicet semē fuit Christus ex Abraham natus, vt patet Matth. 1. Sicut autem providit Deus Christum ex Abraham semine nasciturum, sic etiam ordinauit per quæ media. Et firmiter iurauit & disposuit de Abraham, sic & de reliquis mediis vsq; ad Christum, vt quod descenderet semen Abraham vsque ad Christum per Isaac, per Iacob, per Iudam, per Dauid. Et ideo in eo quod iurauit Abraham, hoc consimiliter ipsi Dauid & omnibus mediis inter Abraham & Christum. Sed Abraham principalis nominatur: quia fuit ille cui primo facta fuit promissio. Luca. 1. Insurandum quod iura-

uit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Et hoc est quod ait. Semel iuravi in sancto meo, scilicet ipsi Abraham per quod iuramentum semel factum intelligitur iurasse omnibus mediis. Vel etiam iurauit ipsi Dauid, quando per Nathan sibi firmiter promissit, dicens. Suscitabo semen tuum post te, & stabiliam thronum eius in sempiternum. 2. Reg. 7. Sic enim dicitur psal. 131. Iurauit dominus Dauid & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuā &c. Sequitur. Et filij eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam. Quod non potest intelligi nisi de regno Christi & suorum fidelium. Quid autem iurauerit, subditur. *Si Dauid mentiar*. Hic enim ly si accipitur pro non, vide supra vers. 863. Et est sensus. *Si Dauid mentiar*, id est non mentiar. *Semen eius in æternum manebit*. quod scilicet semen est Christus.

Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.

Hic ostenditur exaltationis claritas. Hoc ad literā intelligitur de Christi regno: quia sicut Sol & luna in æternū durabūt: quia nō sunt corpora corruptibilia, sic & regnum Christi in æternum durabit. Vel quia sicut Sol & Luna excedunt omnia alia corpora luminosa, sic regnum Christi omnia alia regna hic in lumine virtutum & iustitiarum, quæ super omnes virtutes clarescit, & in futuro lumine gloriæ. Et nota quod gloria regni Christi aliquando comparatur Soli, aliquando lunæ. Comparatur Soli: vt Matth. 13. ait Christus Tunc fulgebunt iusti sicut Sol in regno patris eorum. In Sole enim significantur omnes dotes beatorum quo ad animam & quo ad corpus. Dotes enim animæ sunt tres. scilicet clara visio notatur in Solis claritate, dilectionis vnio notatur in Solis bonitate, sup omnes est planeta beniuolus perpetuitatis duratio notatur in Solis perpetuitate. Similiter & quatuor dotes corporis beati, quæ sunt claritas, quia in creaturis nihil clarius Sole. Agilitas, quia exiens ab oriente statim appareret in occidente. Subtilitas, quia penetrat vitrum etiam eius virtus penetrat inferiora terrę. Impassibilitas, quia transiens per immunda non maculatur. Quandoque autem assimilatur lunæ, quia sicut luna non habet splendorem à se, sed illum recipit à Sole, sic & quilibet beatus suam beatitudinem recipit à vero Sole iustitię Christo: quia hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deū & quem misisti Iesum Christum. Quibus consideratis de regno Christi dicit psalmista. *Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo &c.* Vel secundum gl. Sol refertur ad beatitudinem animæ, luna vero ad beatitudinem corporis. Vnde ait. Fulgebunt iusti in regno sicut Sol secundum animum, qui tūc Dei contemplatione glorificabitur. *Et sicut luna fulgebunt*, secundum carnem, quæ modo mutabilis est sicut luna, tunc autem erit immutabilis & perfecta. Tunc enim sancti erunt in vtroque perfecti gemina stola glorificati. Et quod omnia intelligantur de Christo & de regno eius, ostendit cum subdit. *Et testis in cælo fidelis*, quod proprie de Christo intelligitur: quia non solum est iudex, sed etiam testis est in cælis coram Deo & omnibus angelis.

2. Reg. 7. Psal. 131.

Philosoph. 5. Ethic.

Sol significat dotes beatorum.

Luna significat beatorum.

Ioan. 17.

Christus est testis resurrexerit cum futurus.

angelis, de his quæ propter nos passus sustinuit. Unde in huius testimonium in corpore suo referunt cicatrices vulnerum, quas pro testimonio suæ passionis continuè omnibus beatis ostendit. Unde glossa. *Testis in celo fidelis est Christus.* Quia enim in nullo sic contradicitur fidei Christianæ, sicut in resurrectione corporum, ideo ipse Christus carnem suam resuscitavit ut obuiaret omni contradicenti, Et qui poterat membra sua sic sanare ut ea vulnerata fuisse non appareret, cicatrices suo seruauit in corpore, ut ipsarum testimonio vulnerum dubitationis sanaret in corde. De Christo ergo dicitur. *Et testis in celo fidelis.* Unde & Iob. 16. In celo est testis meus. Ista etiam uerba possunt esse ecclesiæ, quæ testimonium suæ resurrectionis cernit in Christo iam glorificato. Sic enim adducit istum textum ad propositum Greg. tractas prædicta uerba Iob. In celo est testis meus, dicens. Ad uocem corporis Christi scilicet ecclesiæ hæc uerba referri possunt, ut ecclesia dicat. In celo est testis meus. Sancta enim ecclesia idcirco aduersa uitæ præsentis tolerat, ut hæc superna gratia ad præmia æterna perducatur. Carnis suæ mortem despiciat, quia resurrectionis gloriæ intendit. Et transitoria sunt quæ patitur, perpetua quæ præstolatur. De quibus nimirum bonis perpetuis dubietatem non habet, quia fidele iam testimonium redemptoris sui gloriæ tenet. Carnis quippe eius resurrectionem mente conspiciat, atque ad spem fortiter conualescit. Et quod in suo uidet iam factum capite, sperat in eius quoque corpore quod uidelicet ipsa est absque dubietate secuturum. Quam uelidelicet ecclesiam psalmista conspiciens in perpetua perfectione mansuram, sub appellatione lunæ describit, dicens. Luna perfecta in æternum. Quia quia ad resurrectionis spem dominica resurrectio roborat, rectè subiungitur. *Et testis in celo fidelis.* ut de sua resurrectione non trepidet, quum iam eum in celo qui resurrexit à mortuis teste hæt &c.

Iob. 16.

Grego. 13. mor. ca. 13.

1536

**Tu uero repulisti, & despexisti, distulisti Christum tuum.**

Hic consequenter describit huius regni deiectionem & aduersa. Quod maximè fuit in captiuitate Babylonica, quam psalmista præuidens describit, & multa prædicat aduersa. Quoniam ostendit primò quod regnum à Deo fuit reprobatum in principio, secundò quod promissum factum fuit, ibi. *Auertisti, tertio quod illud regnum fuit dissipatum, ibi. Destruxisti.* quarto quod fuit expoliatum, ibi. *Diripuerunt.* quinto quod fuit subiugatum, ibi. *Exaltasti.* sexto quod auxilio Dei fuit destitutum, ibi. *Auertisti.* septimò quod ceremoniis fuit priuatum, ibi. *Destruxisti.* octauò quod multis opprobriis fuit uituperatum, ibi. *Maledixisti.* Quantum ad primum sciendum quod ista aduersa, quæ acciderunt in regno Dauid, in successoribus suis, nõ contradicunt prædictis, immò prædicta confirmat. Dixerat enim supra. Misericordiam meam non dispergam ab eo, & nunc dicit. *Tu uero repulisti.* Dixerat, thronus eius, sicut sol in conspectu meo. nunc uero dicit. *Sedem eius in terra collidisti.* Hæc omnia sunt ad confirmationem prædictorum. Dicitur enim quod omnia quæ dicta sunt de Dauid & regno suo, intelliguntur de Christo, & regno suo. Ne ergo tu credas prædicta fuisse de regno temporali Dauid, & iudæorum, aperte ostendit psal.

A quod in illo regno temporali acciderunt aduersa contraria dictis promissionibus. Non ergo de illo intelligebantur, sed de regno Christi & fidelium. Unde hic ait glo. Hic psalm. ponit quæ uidentur aduersa prædictis promissionibus, ne putentur in alio impleri, quam in Christo tunc futuro. quasi dicat. Christianis hæc prædicta sunt, non iudæis qui se priuauerunt promissione. Ostendit ergo primò, quod prædictæ promissiones nõ intelligebantur de regno temporali iudæorum nec de regibus eius, ex hoc quia illud regnum à Deo fuit repletum propter peccata regum suorum. Quod impletum fuit tempore Ioachim regis iuda, quem Nabuchodonosor rex Babylonis cepit cum omnibus suis, & transtulit omnem Hierusalem in Babylonem, & omnes thesauros domus domini asportauit. Et relicto in Hierusalem loco ipsius Sedechia iste etiam fecit malum coram domino. Et ibidem dicit textus, quod irascebatur dominus contra Hierusalem & contra iudam, donec proieceret eos à facie sua. Venit ergo iterum rex Babylonis & comprehendit etiam istum Sedechiam, & effudit oculos eius, & filios suos occidit coram eo, ut habetur. 4. Reg. 25. Quæ omnia præuidens psal. hic dicit. *Tu uero repulisti & despexisti,* scilicet, regnum iudæorum tempore Ioachim & Sedechia regum. Et quia multo tempore durauit illa captiuitas antequam regnum regi iudæorum restitueretur, ideo dicit. *Distulisti Christum tuum,* id est, regem iudæorum à regno. Repulit enim Deus regnum illud, quia ipsi primò Deum per peccata repulerunt. uide supra uersicul. 705. & 718.

Captiuitas iudæorum per Nabuchodonosor. 4. Reg. 24.

4. Reg. 25.

**Auertisti testamentum serui tui, profanasti in terra sanctuarium eius.**

Hic ostendit oppositum ex promissionis profanatione. Ut enim dictum est, testamentum in scriptura dicitur promissio facta ipsi Dauid de perpetuatione regni in suis successoribus. Ista autè promissio non fuit cõpleta in successione Dauid, qui ad regnum temporale, quia reges illius regni fuerunt captiuati & trucidati. Oportet ergo quod intelligatur de regno spiritali Christi, & suorum fidelium. Unde dicit. *Auertisti testamentum serui tui* quasi dicat promissionem factam Dauid de perpetuitate regni nõ impleti in illo regno temporali iudæorum. Etiam ex alio. Nam disposuerat Dauid tempore suo edificare templum domino. Sed quia uir languinum fuerat, noluit Deus quod illud edificaret, sed Salomon filius eius. Unde de Salomone ait dominus. Ipse edificabit domum nomini meo, & erit domus tua & regnum tuum usque in æternum ante faciem meam. Volens ergo psalmista ostendere, quod Deus non intelligebat de domo uel de templo materiali dicit. *Profanasti in terra sanctuarium eius* id est templum quod dicitur sanctuarium Dauid, eo quod præcepit ædificari per Salomonem filium suum, & omnes impensas præparauit. Hoc sanctuarium profanauit Deus id est profanari permisit, quoniam per Chaldeos fuit combustum & destructum, ut habetur. 4. Reg. 25. Non intelligebatur promissio de sanctuario, quod erat in terra. Et ideo ait. *Profanasti in terra sanctuarium eius,* quia sanctuarium spirituale Christi profanari non potest. Unde hic ait glossa. *Tu uero repulisti &c.* quasi dicat. Tu enim Deus qui promittebas, qui cõsumebas, quæ propter dubitationem

1537

2. Reg. 7.

Templi fuit combustum. 4. Reg. 25.

nem humanam iurabas, illa promissisti & ista fecisti. Vbi ergo tenebo iusturandum tuum? ubi inueniã promissum tuum? quare illa promissisti Deus & ista fecisti? Respondet. Hæc fecit ut promissa firmaret. Dauid enim erat cui promittebantur omnia, sed non in ipso Dauid, sed in semine suo qui est Christus implenda. Ne ergo quia ei dicta sunt uiderentur in eo implenda, destruxit ea Deus in Dauid, ut quæ necesse erant fieri, quæ Deus iurauerat, quæ rantur in alio. Unde etiam Salomon filius Dauid qui factus est tantæ sapientiæ tantæq; prudentiæ, ne promissio Dei de semine Dauid in illo putaretur impleta, cecidit, ne putaretur esse semè in quo impleteretur promissio. Hunc ergo Dauid quo ad temporale regnum in quo sperabant ignari Iudæi promissa Dei compleri repulisti & despexisti, non tamè abstulisti, sed distulisti per Christum filium tuum impleri, ut non in illo Dauid, sed in alio firmius promissa expectentur. Ideo subditur. *Auertisti testamentum serui tui.* quia seruo tuo factum erat. Vetus testamentum iudæorum, iam non est regnum eorum, non est sacrificiũ uel sacerdotium uel ara eorum. *Profanasti in terra sanctuarium eius.* id est uel bique terrarum sancta quæ habebat ostendisti terrena, quia scilicet per illa alia significabantur. Dicit ergo. *Auertisti testamentum, &c.* De auersione ista diuine, scilicet, iracundiæ, uide supra uers. 1320.

Ubi autem sacrificiũ significat in nouo.

**Destruxisti omnes sepes eius, posuisti firmamentum eius formidinem.**

Hic consequenter idem ostendit, quia illud regnum fuit dissipatum. Chaldæi enim quando ceperunt ciuitatem Hierusalem, & regem captiuauerunt, succenderunt domum domini & domum regis, omnemq; domum cõbuserunt igni, & muros ciuitatis Hierusalẽ in circuitu destruxerunt. Et hoc præuidens psal. dicit hic. *Destruxisti omnes sepes eius.* id est, muros Hierusalem & aliarum ciuitatũ quæ in Hierusalem erant metropolis, & in illa manebat potestas regia qua totum regnum custodiebatur, ideo illa destructa, sequitur quod firmamentum regni fuit dissipatum. Et hoc est quod subdit. *Posuisti firmamentum eius formidinem.* scilicet Hierusalem, quia destructis muris & combusta ciuitate, illi qui ibidẽ de plebe remanserunt, erant in continuo pauore. Et nota hic quod formido, das, dicitur à formon quod idẽ est qd calor uel ignis, & sic quia calor naturalis hominis stat in sanguine, ipse sanguis dicitur formon uel formido, inis. Et formidare est timere uel trepidare, quia ille qui timet habet formidinem, scilicet calorem uel sanguinem. Nam cum quis timet, formon, id est sanguis uel calor naturalis ad præcordia, & interiora fugiens à cute se subtrahit, nam timor sanguinẽ gēat, qui contractus gignit formidinem. Cum enim homo ex aliquo peccato uerecundatur, sanguis aemicus naturæ, quasi cooperiens delictum tendit ad exteriora, & ita fit homo rubeus. Quando uero pro aliquo multum timet, sanguis fugit ad interiora, & sic exterius fit pallidus. Et hæc est causa quare fit homo rubeus cum uerecundatur, sed pallidus cum fortiter timet. Cum ergo formon dicitur sanguis, in quo manet calor naturalis, ille formidat qui sanguinem ex timore intrinsecus habet, & exterius manet pallidus. Ad propositum ergo, cum destructis uelique parietibus Hierusalem, ibi degentes continuè in magno essent ti-

1538

4. Reg. 25.

Formidare quid est.

Timor sanguinem cooperiens.

Uerecundia sanguinem intrinsecus.

A more, sequitur quod pallidi erant: quia sanguis ad interiora confortanda se diuertebat. Et sic ciuitas Hierusalem, quæ erat fortitudo totius regni iudæorum, postea fuit in formidinem, & trepidationem & timorem.

**Diripuerunt eum omnes transeuntes uiam, factus est opprobrium vicinis suis.**

Hic consequenter hoc idẽ ostendit, quia Dauid regnum fuit expoliatum. Nam (ut habetur 4. Reg. 24.) Nabuchodonosor capto rege Iuda, Ioachim cum matre & suis protulit omnes thesauros domus domini, & omnes thesauros domus regis, & concidit omnia uasa aurea, quæ fecerat rex Salomon in templo domini. Omnia hæc diripuit Nabuchodonosor, & asportauit. Et hoc præuidens psalmista dicit. *Diripuerunt eum.* scilicet, regnum omnes transeuntes uiam: quia primò Nabuchodonosor expoliavit regnum, & consequenter Samaritani, qui erant propinqui audacter irruentes in regnum iudæorum faciebant prædas & homicidia, & per consequens tantum regnum factum est opprobrium vicinis suis, qui quasi insultantes iudæis, dicebant. Vbi est modo gloria iudæorum, ubi Deus eorum? ubi eorum potestas? & similia. *Factus est ergo opprobrium vicinis suis.* quia tunc populus iudæorum factus est opprobrium omnib. gentibus, sicut & nunc. Diripio, pis, componitur ex di, & rapio, pis. Et est diripere diuersis modis rapere, sicut faciunt gentes armorum, quæ capta ciuitate diuersis modis rapiunt ciuium bona. Ex hoc uult psalmista ostendere quod regnum temporale iudæorum non est illud regnum cui promissiones prædictas fecerat Deus: quia illud regnum promissum Deus honorare, istud autem regnum factum est omnib. gentibus in opprobrium & sic istud non est illud. Et notanter dicit de populo iudæorum quod factus sit opprobrium vicinis suis, & non solum probum. Quoniam secundum grammaticos probum quod est uituperium componitur cum ob, & mutata, b, in p, fit opprobrium per duplex p. Et est opprobriũ circumcirca & uelut vituperium. Et sic tunc erat in populo iudæorum: quia in uituperium erat omnib. circumstantib. Unde dicebant. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, sublationem & derisum omnibus, qui in circuitu nostro sunt.

4. Reg. 24.

Opprobrium quid sit.

Psal. 43.

**Exaltasti dexteram deprimentium eum, latificasti omnes inimicos eius.**

Hic consequenter idem ostendit ex dicti regni subiugatione. De illo enim regno cui factæ sunt prædictæ promissiones, dictum fuerat. Thronus eius sicut sol in conspectu meo, &c. Quia sicut sol superest omnibus aliis corporibus luminosis, sic illud regnum, cui factæ erant promissiones, omnia alia regna in gloria & honore debebat excellere. Regnum autem temporale iudæorum, non est tale: quia à persecutoribus fuit subiugatum, & omnes eius inimici de ipso uoluntatem suam adimpleuerunt, sequitur ergo, quod regno temporali iudæorum non fuit facta dicta promissio. Et hoc est quod ait hic. *Exaltasti dexteram deprimentium eum, &c.* Per dexteram enim intelligitur potestas regni Chaldæorum, qui deprefferunt regnum iudæorum

1540

dæorum



Questio  
Opus malo-  
rum Deopl.  
et non ipsi  
Punire.

daorum & ipsum captiuauerunt, quæ fuit à Deo exaltata, quando tanta victoria contra Iudæos sibi fuit data. Deus enim utebatur illa ad puniendâ peccata Iudæorum. Sed nūquid in hoc placuerūt Deo faciendo vindictam malorum? Dico quod effectus eorum placebat Deo, sed non ipsi, sicut punitio damnatorum per demones facta Deo placet, sed non ipsi demones. Mali enim à malis puniri merentur, sed mali non merentur punire malos.

1541.

**Auertisti adiutorium gladij eius, & non es auxiliatus ei in bello.**

Gladius dicitur  
Virescit.

Judic. 7.

Hic consequenter ostendit rationem priuationis adiutorij. Vbi aduertendum quod per gladiū quo Iudæi solebant adiuuari contra hostes, intelliguntur viri bellatores Iudæorum, qui à Deo directi armis & gladiis hostes fugabant. Sic enim de Gedeone quia erat vir fortis armorum dicebant Madianitæ ipsum timentes, non est hoc aliud nisi gladius Gedeonis. Sic ergo Deus auertit gladium adiutorij Iudæorum quādo immisit formidinem bellatoribus suis, vt ante faciem hostium fugerēt qui alios fugare solebant. Et hoc fuit quādo exercitus regis Babylonis obsidebat Hierusalem omnes viri bellatores Iudæorum timore hostiū cōcussi fugerunt nocte de ciuitate per viam portæ quæ est inter duplicem murum ad hortum regis. Quibus fugatis etiam Sedechias rex fugit, quem persequentes Chaldæi comprehēderunt, &c. Et hoc præuidens psal. ait. *Auertisti adiutorium gladij eius.* id est fugasti bellatores eius, quod ex diuina sententia fuit. Nam vt hic ait glo. solebant. n. pauci Iudæorum multos vincere, intantum vt vnus eorū fugaret mille, & duo decem millia, modo autem ipsi fugati sunt & captiuati quia Deus reliquerat eos, peccatis eorum exigentibus. Et subdit notabile verbum Populus enim armatus sine Deo inermis est. Per hoc autem fati clarè ostēditur quod bello spiritali vitiorum si Dei adiutoriū subtrahatur à nobis, statim succubimus & captiuamur. De bellis autem vitiorum, vide supra vers. 384.

Populus armatus sine Deo inermis est.

1542.

**Destruixisti eum ab emundatione, & sedem eius in terra collisisti.**

Leuit. 12. & 14.

Nume. 19.

Hic hoc idem ostendit ratione priuationis ceremoniarum. Habebat enim populus Iudæorum secundum legem datam per Moysen certas ceremonias, quibus immundi purificabantur. Quilibet enim qui aliquod morticinum tangebatur, erat immundus donec aspergeretur aqua lustrationis, qua purificabantur, & multas alias ceremonias faciebant ad emundationem immundorum. Aliquando mundabantur per sacrificia, vt habetur Leuit. 12. & 14. Sed quando populus Iudæorum fuit captiuatus, ad emundationem suam istis facticiis vel ceremoniis vti non poterant, & sic nec mundari. Et hoc præuidens psalmista dicit. *Destruixisti eum ab emundatione.* id est priuasti eum ceremoniis, quibus mundabatur secundum legem. De illis ceremoniis mundationis, vide Nume. 19. Et quare sic istis fuerunt priuati? Certè quia sub potestate gentium erant reducti, sic quod non licebat eis vti suis legibus. Et hoc est quod subdit. *Et sedem eius in terra collisisti.* ly & stat pro quia, vt sit sensus. Priuatus fuit ceremoniis, quia & regia

maiestate fuit priuatus. Vel aliter, superius dixerat quod peccates per aduersa mundaret, dicens. Si dereliquerint filii eius legem meam, &c. visitabo in virga iniquitates eorum, &c. quia scilicet, per aduersa emundatur anima à peccatis. Sed modò vide ad quid deuenit populus Iudæorum. Visitatur in virga, aduersis præmitur, vbique subiugatur, nec tamen emundatur. Cuius ratio est: quia vt dicit glo. Fide caret Iudæus, quia corda mundantur. Et hoc est quod dicit psalmista. *Destruixisti eum ab emundatione.* id est quia promissisti ipsum perdere fidem, amplius aduersis mudari non possunt. Et quia perdidit fidem, ideo sedē eius in terra collisisti. Hoc ideo dicit: quia regnum Iudæorum vbique terrarum deletum est. Collidere enim componitur cum con & ludo, is, & est collidere rotum simul lædere. Et sic collisa est sedes Iudæorum, quia simul & vbique læsa est & dispersa.

In fidei nō mundantur aduersa.

Collidere.

1543.

**Minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione.**

Hic hoc idem ostēdit ex opprobrio illatione & temporis terminatione. Promiserat enim Deus regnum eius stabilire in æternum. 2. Reg. 7. Vnde & superius dixit. Et ponam in sæculum sæculi semen eius, & thronum eius sicut dies cæli. Isti autem temporali regno Iudæorum venit oppositū quia non multo tempore post fuit dissipatum & captiuatum, nam ab ipso Dauid vsq; ad istam captiuitatem, non fluxerunt nisi quatuordecim generationes, vt patet Matth. 1. Quid autem est tempus quatuordecim generationum respectu perpetuitatis? nihil. Et hoc est quod ait. *Minorasti dies temporis eius.* Vel aliter. Certum est quod multi iuvenes vtriusque sexus Iudæorum in illa captiuitate interfecti fuerunt, & sic vita eorum fuit minorata: quia non vixerunt quantum viuere poterāt, secundum ipsorum complexionem naturalem. Sequitur. *Et perfudisti eum confusione.* quia populus qui solebat esse in tota gloria, captiuus fuit ductus per infideles. Vel aliter. Iudæi enim putabant quod promissiones facte ipsi Dauid de regno perpetuando, essent de ipsorum regno temporali, & ideo putabant semper ipsorum regnum duraturū Sed quod de ipsorum regno temporali non intelligatur, patet: quia minorasti dies temporis eius secundum ipsorum opinionem. Putabāt enim in æternum fieri regnationes: sed minuisti dies regni eorum, vt non staret iuxta opinionem eorum. Qualiter autem tempus vitæ alicuius potest minorari vel elongari, cum statutū sit cui libet à Deo quantum viuere debet, vide supra versic. 637.

2. Reg. 7.

Matth. 1.

1544.

**Vsquequo domine auertis in finē, exardescet sicut ignis ira tua?**

Postquam psalmista ostendit promissiones factas Dauid non intelligendas de regno temporali Iudæorum propter aduersa multa, quæ illi acciderunt in captiuitate Chaldæorum, nunc quia mentionem fecit de illa captiuitate, hic orat Deū pro ipsius terminatione. Et primò ponit suam supplicationem, secundò ad hoc impetrandum multiplicem adducit rationem, ibi. *Memorare.* tertio surgit ad gratiarum actionem, ibi. *Benedictus.* Primò ergo facit orationem suam per modum postulationis, dicens. *Vsquequo domine auertis in finē?* Deus enim

1545.

Auertis  
du duplex.

Psalm. 78.  
Iudæi conuertuntur in finem.

Apoc. 1.

In Dei dicitur  
irignis.

2. Machab. 9.

Luce. 13.

enim peccatis hominum prouocatus, auertit faciem suam ab eis, quia ipsi prius à Deo se auertunt. Et tandiu stat auersus à nobis, quamdiu nos auersi stamus ab eo, quia ergo sunt aliqui qui post peccatum se conuertunt ad Deum, aliqui autem qui obstinati permanentes nunquam se conuertunt, ideo consimiliter auersio diuina est duplex quædam temporalis, & quædam æterna, vt dictum fuit versicu. 1302. Quærit ergo psalmista an ista auersio Dei à populo Iudæorum sit temporalis vel æterna, dicens. *Vsquequo domine auertis vsque in finem?* id est nunquid semper eris. nobis auersus? quasi dicat, oro quod non. Hoc idem aliis verbis ponit dicens. *Exardescet sicut ignis ira tua.* Ignis enim semper ardet, quamdiu habet combustibile. Petit ergo. Erit ne ira tua exardescens sicut ignis vt nunquam extinguatur in nobis? quasi dicat hoc non decet maiestatem tuam, cui proprium est semper misereri & parcere. Consimilis versus ponitur supra psal. 78. *Vsquequo domine irasceris in finem &c.* vide versicu. 1360. Vel aliter, vult ostendere psalmista quod Iudæi ad Christum conuertentur in fine temporum, quia tunc cessabit ab eis auersio Dei qui se conuertet ad illos, vt hic finis significet ipsum Christum qui est alpha & principium & finis. Omnes enim aduersitates prædictæ adueniunt Iudæis propter ipsorum peccata, & infidelitatem. Et ideo quamdiu durabit eorum infidelitas, durabit & eorum aduersitas. Dicat ergo psalmista. Dura sunt, quæ intulisti Iudæis propter eorum infidelitatem. Sed *vsquequo domine auertis*, scilicet, Iudæos à fide & salute: Auertit enim illos Deus à fide, quia id permittit. Et respondet sibi ipsi psalmista, dicens. *In finem*, id est, quousque per fidem reducantur in finē id est Christum quod erit quando plenitudo gentium intrauerit. Et hoc est quod dicitur Rom. 11. Cæcitas contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fiet. Intertim autem contra Iudæos. Exardescet sicut ignis ira tua. Et nota quod bene ira Dei igni comparatur. Nam ignis agit diuersos effectus secundum diuersitatem materiæ, in quam agit. Nam aliqua incinerat vt ligna, aliqua emollit vt plumbum, aliqua purificat, vt aurum, & aliqua consolidat, vt testam. Sic & ira Dei, id est, effectus iræ, vt sunt aduersa per eum immissa, aliquos incinerat, id est, vsque ad finem consumit, sicut obstinatos qui per aduersa non corriguntur, quorum æternum iudicium incipit in præfenti, sicut fuit de antiocho. 2. Machab. 9. Aliquos emollit: sicut illos, quos ad compunctionem & lachrymas ducit, sicut fuit de latrone cum Christo crucifixo, qui inter ipsa tormenta ad penitentiam venit. Aliquos purificat, sicut illos, quos immutat. Sic enim dictum est superius. Visitabo in virga iniquitates eorum &c. Aliquos consolidat, scilicet, quos per charitatem inflammat. Sic enim sancti martyres quanto grauiora patiebantur tormenta tantò eorum mens solidior efficiebatur, vt patuit in illis septem fratribus, 2. Machab. 7.

rationem, quarum prima sumitur ex parte nostræ fragilitatis, secunda ex parte nostræ mortalitatis, ibi. *Quis est homo.* tertia ex parte diuinæ pietatis, ibi. *Vbi sunt.* quarta ex parte inimicorum iniquitatis, ibi. *Memor esto.* quinta ex parte iniuriæ maiestatis, ibi. *Quod exprobrauerunt.* Quantum ad primum sciendum, quantum peccatum ex maiori fragilitate committitur, magis veniā mereatur & quāto ex minori, minori est venia dignum, quia fragilitas minuit de ratione volūtarij. Et hinc est quod peccatum Adæ grauius dicitur cæteris, quia natura in ipso integra erat, & non fragilis vel corrupta per peccatum. Post peccatum autem est fragilis & ad peccandum prona. Quoniam vt dicitur Gene. 8. Sensus enim & cogitatio cordis humani prona sunt ad malum ab adolescētia sua. Et ideo peccata nostra sunt magis venia digna. Et hanc rationem hic tangit psalmista, dicens. *Memorare quæ mea substantia.* scilicet, vita mea, quam sit fragilis & infirma. Sic enim est fragilis, quod ex se non potest à peccato surgere, vel ad debitum finem ad quem facta est peruenire, nisi tua misericordia sibi succurrat. Ex quo sequitur quod nisi tu nobis misericordiam impendas, tu vanè constituisti filios hominum. Vanum enim dicitur, quod finem intentum non attingit. Et hoc est quod ait. *Nunquid enim vanè constituisti filios hominum?* Vel aliter vbi notandum, quod substantia in scriptura multiplex est. s. substantia, quæ nos sumus. Homo enim est animal, & omne animal est substantia, Et quæ principalior pars hominis, s. anima omnis ante Christi aduentum descendebat ad infernum, ideo de ipsa dicebat psalmista. Et substantia mea in inferioribus terre. Est scđd substantia qua viuimus, & sic diuitiæ dicuntur substantia, quia subistere debet hominibus & non dominari. Sic enim dicitur Tobia. 4. Ex substantia tua fac elemosynam. Est tertio substantia qua redimimur, scilicet, Christus, qui substantia dicitur propter stabilitatem sanctitatis & gratiæ. Vnde apostolus. Participes Christi effecti sumus, si tamen initium substantiæ eius firmum vsque in finem retineamus. Et quia ista substantia nondum venerat, ideo psalmista illam expectando dicit. Et nunc quæ est expectatio mea nōne dominus, & substantia mea apud te est? Et isto modo hic accipitur substantia pro Christo, cum dicit. *Memorare quæ mea substantia,* quia scilicet tota mea substantia est Christus. Etenim si Iudæi deficiunt, non deficit mea substantia, quæ scilicet pertinet ad Christum, de qua formabitur corpus Christi. Non enim in teriti radix vnde veniet virgo Maria. Nam de populo illo fuit virgo Maria, de virgine Maria caro Christi, & caro illa non est peccatrix, sed peccatorum mūdatrix, quasi dicat psalmista. Non debes populum Iudæorum ex toto perdere, sed *memorare quæ mea substantia,* scilicet Christus ex illo est oriendus, quod si totū populum perdis Iudæorum, substantia mea non orietur, & sic homines non redimētur. Ex quo sequitur quod vanè constituisti filios hominum. Et istam expositionem hic tangit glossa.

Peccatū fragilitate minoratur.

Gene. 8.

Substantia multiplex.

Tobia. 4.

Hebrae 3.

Psalm 38.

1546.

**Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem, & eruet animā suam de manu inferi?**

Hic adducit secundam rationem, quæ sumitur ex

**Memorare quæ mea substantia, nunquid enim vanè constituisti omnes filios hominum.**

Hic pro sua exauditione multiplicem adducit

ex parte nostrae mortalitatis, quae stat in hoc. Omnis homo peccato primi parentis moritur & descendit ad infernum, ex quo per se liberari non potest. Nisi ergo tu succurras miserando, sequitur quod omnes sunt perdituri, & per te frustra constituti, cum non deceat te sapientem aliquid facere frustra, ergo nobis debes misereri. Et istam rationem tangit apostolus ad Hebraeos 9. dicens, Statutum est hominem semel mori, quasi dicat. Cum a se a morte redire non possint, si ad finem ordinatum punire debent, necesse est te ipsis misereri. Vel hoc de morte peccati proprius intelligitur. Vel per hoc vult psalmista tangere Christi incarnationem, per quem solum ab aeterna morte poterunt liberari quasi dicat. *Quis est homo qui vivet, scilicet, post mortem resurgens a mortuis, & non videbit mortem*, quia post resurrectionem amplius non morietur. *Et eruet animam suam de manu inferi*, scilicet, qui per mortem descender ad infernum, & virtute propria se ab inferno liberabit. Certum est quod ista nulli nisi Christo competere possunt, quia habuit potestatem ponendi animam suam, & iterum sumendi eam. Dicat ergo de Christo quem pro adiutorio postulat ut veniat. *Quis est homo qui vivet & non videbit mortem & c?* Certus solus Christus est, & hunc postulo adiutorem. Et vide quam terribilis fuit sententia contra hominem data mortis. Nam alias multas sententias Deus revocavit & mitigavit, istam autem nullo modo sententiam abstulit nec mitigavit. Quod ostendit Grego. super illo verbo Iob. 13. Scribis contra me amaritudines, dicens. Quia omne quod loquimur transit quod vero scribimus, manet. Deus non loqui sed scribere amaritudines dicitur, cum diu super nos eius flagella perdurant. Semel quippe peccanti homini dictum est. Terra es & in terram ibis. Et saepe apparentes angeli hominibus praeccepta dederunt. Moyses legislator per discretionem peccata coarctavit. Ipse vni genitus summi patris ad nos redimendos venit, moriendo mortem absorbit, vitam perpetuam denunciauit nobis, quam ostendit in se. Sed tamen illa quae de carnis nostrae morte data est sententia ab ipso initio humani generis usque ad finem saeculi non mutatur. Vnde psalmista ait. *Quis est homo qui vivet & non videbit mortem?* Quod bene rursus psalmista intuens, ait. Tu terribilis es, & quis resistet tibi ex tunc ira, quia videlicet peccanti in paradiso homini, iratus semel de mortalitate carnis nostrae sententiam fixit quae & nunc usque ad ultimum mutari nullo modo valebit. Sed forte dices. Nunquid Enoch evasit sententiam mortis qui vivus translatus est in paradisu, ut habetur Gene. 5 & Eccl. 44. Nunquid Helias, qui vivens in curru igneo ascendit in caelum? Ad hoc respondet Grego. Et si nodum sunt mortui, mortis tamen sententiam non evadent. Vnde etiam ait. Nullus huc venit qui ad carnis mortem eiusdem corruptionis suae gressibus non tendat, de qua videlicet morte per psalmistam dicitur. *Quis est homo, qui vivet & non videbit mortem?* Nam & si ad caelum raptus Helias esse prohibetur, mortem tantum distulit non evasit, de ipso quippe ore veritatis dicitur. Helias quidem venturus est, & restituet omnia. Veniet enim restitutus omnia, qui ad hoc nimirum huic mundo restituitur, ut & praedicationis munera impleat, & carnis debitum solvat.

1 Ioan. 10.

Mors communis est omnibus.

Grego. 11. mo. ca. 24.

Sententiam mortis est immutabilis.

Psalm. 75.

Questio.

Helias morietur. 4. Reg. 2.

Grego. 10. mo. cap. 27.

**A** Vbi sunt misericordiae tuae antiquae domine, sicut iurasti David in veritate tua?

Hic adducit tertiam rationem, quae sumitur ex ratione divinae pietatis, quae stat in hoc. Antiquitus iuravit Deus Abraham, dicens. In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod intelligebatur de Christo, qui ex semine Abraham erat oriundus. Hoc etiam promisit ipsi David iureiurando, ut habetur 2. Reg. 7. Et psalm. 131. Iuravit dominus David veritatem & non frustrabitur eum, de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Si ergo nobis misericordiam non impendas, sed sic in captivitate mori permittras populum tuum, vbi erunt misericordiae tuae antiquae, quas scilicet promissisti Abraham, & iurasti ipsi David? Et hoc est quod subdit. *Sicut iurasti David in veritate tua*, scilicet, per te ipsum qui es veritas. Vel potest legi iste versus non interrogativus, sed magis determinando praecedentem versum. Nam dictum est. *Quis est homo, qui vivet & non videbit mortem & c.* hoc solum de Christo intelligi potest de quo nunc subdit. *Vbi id est in quo Christo sunt misericordiae tuae antiquae domine*; quia in Christo impletur omnis misericordia & gratia antiquis promissa patribus, quia ut dicitur Ioan. 1. De plenitudine eius accipimus omnes gratiam pro gratia. Qualiter autem misericordia fit in Deo, vide supra versic. 55 & 782 & quod Christus dicatur misericordia Dei, vide supra versicu. 1450.

**C** Memor esto domine opprobrii servorum tuorum, quod continui in sinu meo multarum gentium.

Hic ponit quartam rationem, quae sumitur ex parte iniquitatis inimicorum. Quanto enim quis crudelius ab inimico persequitur, tanto amplius indiget misericordia. Chaldaei autem captivos habentes iudeos, non manserunt illos tractabant sicut modo ipsos tractant Christiani, sed crudeliter ipsis multa inferentes opprobria. Vnde dicunt. *Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subannatione & derisum his qui in circuitu nostro sunt.* Posuisti nos in similitudinem gentibus, commotionem capitis in populis & c. Et istud opprobrium in populo iudeorum duravit usque ad Christum, quia tunc populus iudeorum ipsum intelligentes, summe fuit honoratus quando Dei verbum de ipso carnem assumpsit. Et istud opprobrium populus captivatus patienter tolerabat in sinu suo id est in mente sua. Nam sinus mentem significat, ut ostendit Grego dicens. Scriptura sacra plerumque sinum pro mente ponere consuevit, sicut voce ecclesiae de persecutoribus nostris per psalmistam, dicitur. Redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, ac si aperte diceretur. In mente sua recipiant hoc quod in nostris corporibus seiventes operantur, ut dum exterius ex parte puniunt, ipsi interius per se etiam puniantur. Et sic quod hic dicitur. *Quod continui in sinu meo multarum gentium*, id est, memor esto opprobrii nobis a multis gentibus illati, quod quidem patienter in mente portato. Memorari enim mala dicitur Deus, quando illa punit, oblitiscitur autem, dum illa punire differt. Quomodo autem recordatio vel oblitio cadit.

1547

Gene. 22.

2. Reg. 7. Psal. 131.

In Christo est omnis misericordia.

Ioan. 1.

1548

Psal. 43.

Sinus mentis est significatio.

Grego. lib. 11. moral. cap. 14.

Psalm. 78.

dit in Deo, vide supra versiculo 349.

**Quod exprobrauerunt inimici tui domine, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui.**

Hic ostendit propositum ratione divinae maiestatis iniuriata. Quamvis enim proprias iniurias ferre patienter sit virtuosum, iniurias autem Dei sustinere vitiosum est. Vnde Chrysostomus ait super Matth. Ait Christus cum passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo. Si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpavit. Nunc autem quando diabolus sibi usurpavit honorem, exasperatus est & reputavit eum dicens. Vade sathana, ut nos illius discamus exemplum: nostras quidem iniurias magnanimitate sustinere: Dei autem iniurias neque usque ad auditum suffere. Quonia quidem in propriis iniurijs esse quempiam patientem laudabile est: iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium. Modo ad propositum ista captivatio populi iudeorum cedebat ad iniuriam Dei: qui chaldaei eis improperebant dicentes quod Deus eorum non potuisset defendere Christum domini, i. regem iudeorum ne captivatus in babyloniam fuisset commutatus. Et hoc est quod ait psalmista. Memor esto impropere quod exprobrauerunt inimici tui domine Et quod fuit illud impropere. *Quia exprobrauerunt commutationem Christi tui.* Probrii enim probas id est quod redarguere, iniuriari, vituperare. Et componitur cum ex. & fit exprobro. bras. i. valde & multum vituperare, iniuriari & redarguere. Vel hoc intelligitur secundum hebraeos de Christo messia. Previdit enim psalmista quod Christi vita & doctrina contrariaretur multum vitae scribarum & sacerdotum, & ipsorum vitia detegeret, quia Christus commutationem vitae de vitis ad virtutes verbis & factis ostendebat. Et propter istam vitam commutationem ipse christus & fideles multa opprobria sustinuerunt. Et hoc est quod dicit, quod exprobrauerunt commutationem Christi tui. Vnde in hebraeo habetur, quod exprobrauerunt vestigia Christi tui. Et tunc clarior est litera, quia facta & verba Christi quae sunt eius vestigia fuerunt a sacerdotibus & scribis reprobata. Vel exprobrauerunt commutationem Christi tui: quia praedicebat psalmista quod infideles Christiani abicerent commutationem Christi, scilicet, qualiter Christus commutatus est, quia crucifixus est quia mortuus est. Vel potest intelligi de commutatione poenitentiae, quam Christus praedicauit ut vita commutaretur per poenitentiam de vitis ad virtutem. Quod maxime infideles exprobrant, scilicet quod suavia fugamus & legamus aspera, prospera mundi detestemur & sequamur aduersa, vitam contempnamus & mori gaudeamus. Ista est commutatio poenitentiae, Magna quippe est commutatio a virtutibus ad vitia, sed maior a vitis ad virtutes commutari. Deus enim super bo-

1549

Nihil Dei nisi tolera.

In Christo est omnis misericordia.

1548

Exprobro quod fit.

Commutatio poenitentiae.

**A** nos manum dexteram tener, & super malos sinistram. Sed dum boni commutantur ad vitia, mali vero ad virtutes per poenitentiam, Deus commutavit manus suas super illos commutat. Quod plane fuit figuratum in commutatione manuum Iacob super Ephraim & Manasse. De qua habetur Gene. 48. vbi dicitur quod Ioseph posuit duos filios suos ante Iacob ut eis benediceret: scilicet, Ephraim & Manasse, sed posuit Ephraim ad sinistram patris, Manasse vero ad dexteram. Qui Iacob extendens manus, manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris, sinistram vero super caput Manasse maioris commutans manus Ephraim enim qui crescens interpretatur, significat illos qui per poenitentiam commutantur de vitis ad virtutem, qui dum essent in culpa erant ad sinistram Dei collocati, sed per poenitentiam commutari dextera Dei manus extenditur super illos qui crescunt in virtutibus. Manasse vero, qui obliuivus interpretatur, significat illos, qui de statu gratiae cadunt ad culpam, & Deum, quem prius ioverant, oblitiscuntur, & isti de dextera Dei commutantur ad sinistram. Et ideo quia carent commutatione poenitentiae, carent etiam benedictione dexterae Dei, & ad sinistram ponuntur. de quibus dicitur psalmus. 54. Non enim est illis commutatio, & non timuerunt Deum, extendit manus suas in retribuendo. Quod ad propositum exprimit glo. dicens. Non enim est illis commutatio sicut peruersi sensus, sed permanent in peruersitate, & sic moriuntur, quia per poenitentiam nunc commutantur in melius, quia sensus perditorum immutabilis est. Et vnde hoc? Quia non timuerunt Deum. Hoc enim remedio per poenitentiam commutatur homo scilicet, quia timet Deum, & quae poena istos sequatur, adiungit, dicens. Extendit manum suam in retribuendo, scilicet, ad sinistram ferre volentis, qui manus eleuat, ut gravius scutiat. Et ideo quia tales per poenitentiam non commutatur ad bonum, ipsi inde commutantur ad poenam aeternam. Iob. 9. Commutato faciem eam, & dolore torqueor.

Gene. 48.

Psalm. 54.

Iob. 9.

**Benedictus dominus in aeternum,**

1550

**D fiat fiat.**

Hic surgit gratiarum actionem. Vbi aduertendum quod fiti in omni statu Deo gratias agunt, in aduersa per patientiam, in prosperis per humilitatem, per quod dicunt. Benedicam dominum in omni tempore & c. Sic igitur psal. quia in isto psalmista traivit prospera iudeorum, & aduersa, in omni gratias agens ait. *Benedictus dominus in aeternum*, scilicet, semper. Sequitur. *Fiat fiat*. id est sic fit quod sperat ab omnibus benedicatur. Et nota quod benedicere Deum, est iuste vivere. vide supra vers. 78. Et quod benedicimus Deum multipliciter, sic. 502. Et secundum Hieronymum hic finitur, liber psalterij vide supra versic. 687.

Psalm. 33. Gratiarum actio.

Hierony.